Digitized by Google

37
12 D
10

MAG 3113

Digitized by Google

Digitized by Google

ITALIA SACRA
SIVE
DE EPISCOPIS ITALIÆ,
Et Inſularum adjacentium, rebuſque ab iis præclare geſtis, deducta ſerie ad noſtram uſque ætatem.

OPUS SINGULARE
PROVINCIIS XX. DISTINCTUM,

In quo Eccleſiarum origines, Urbium conditiones, Principum donationes, recondita monumenta in lucem proferuntur.

TOMUS TERTIUS,
Complectens Metropolitanas, earumque ſuffraganeas Eccleſias, quæ in Hetruria nobiliſſima Italiæ Provincia recenſentur.

A U C T O R E
D. FERDINANDO UGHELLO
Florentino Abbate SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias Ordinis Ciſtercienſis, & Sacræ Indicis Congregationis Conſultore.

Editio ſecunda, aucta & emendata

CURA, ET STUDIO

Nicolai Coleti, Eccleſiæ S. Moyſis Venetiarum Sacerdotis Alumni.



VENETIIS, Apud Sebaſtianum Coleti. MDCCXVIII.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo
D. D.

ALEXANDRO ZONDODARIO
SENENSI ARCHIEPISCOPO.

EA eſt ampliſſimi nominis Tui, ILLUSTRISSIME, ac REVERENDISSIME ARCHIPRÆSUL, longe, lateque in proximas, remotaſque nationes diffuſa celebritas, ingentiumque virtutum, quibus animum ad præſtantiſſima quæque accomodatum inſtituere enixe ſtuduiſti, commendatio, ut mihi diu hærendum non fuerit, cuinam tertium hoc Italiæ ſacræ volumen, ab eruditiſſimo Abbate Ferdinando Ughello olim conſcriptum, mea nunc qualicumque illuſtratum cura, atque expolitum potiſſimum nuncupa-

Digitized by Google

rem. Expetebat jampridem Etruſcus Auctor ab Etruria Patronum; neque fas erat librum hunc, in quo nobiliſſimorum provinciæ Etruriæ Antiſtitum præclara geſta, exhauſtique ad proferendam, tuendamque Catholicam fidem labores æternitati conſignantur, in alienigenam fidem, exteramque clientelam tranſire. Cumque Etruria, quæ omni ſemper ævo celeberrimorum virorum fœcundiſſima fuit mater, & altrix, hodie præcipuè cumulata ſpectatiſſimorum civium prole glorietur, atque ſuperbiat, ſatis profecto erat obvius Etruſcus heros, cujus auſpicia quærerentur. Res equidem ancipitis erat negotii, neque levi tranſigenda cura, è tot proceribus unum ſeligere; niſi, ut Te cæteris præferrem, omnigenis tum naturæ, tum animi, quibus effulges, dotibus; ſingularis, quo eruditos viros amplecteris, & foves doctiſſimus ipſe, pondus addidiſſet favor. Tunc etenim amplius incertum eſſe mihi non licuit, cum occurrerit ille, qui ad ſe confugientem in ſuæ tutelæ præſidium adſciſcere per ampliſſimam dignitatem poſſet, & per ſummam humanitatem vellet excipere.

Et ſane ampliſſimam eſſe, quam Tibi fortunæ, ſeu naturæ, animique decora compararunt, dignitatem quis unquam audeat diffiteri? Illum etenim ſortitus es natalium ſplendorem, eamque generis claritatem, quæ Te naſcentem ſupra mortalium vulgus eveheret, cumque avitæ nobilitati ſuperadditus fuerit materni ſanguinis è Chiſia familia profluentis fulgor, qui Te ALEXANDRO VII. Pontifici Optimo Maximo propiori conjungeret affinitate, ſupra privatam etiam hominum aleam quodammodo collocaſſe videretur. Neque Te adeo commendat illuſtrium Majorum gloria, quia è Tui ſimillimorum Fratrum ob rerum domi, foriſque, toga, ac ſago geſtarum magnitudinem, ac ſummos, quos obeunt, honores amplitudine Tibi plurimum dignitatis accreſcat; eo tamen eventu, ut decoris quantum præſtantiſſimorum Fratrum in Te derivat honeſtas, tantumdem in illos mutuo refundat, quem Tibi Tuæ peperere virtutes, immenſus honos. Non enim gentili ſplendore contento Tibi placuit inertem vitam trahere, atque ſub florentiſſimi generis umbra tranquille ſeneſcere; ſed avito, cognatoque excitatus exemplo ingenii excellentia, judicii ſagacitate, animoque ad omnem virtutem expedito, quibus Te largiter donavit natura, ad gloriam feliciter uſus es. Hinc mores ad puriorem integritatem componere, animum ad modeſtiam, æquitatem, beneficentiam, pietatem inſtituere, & reconditiora omnium diſciplinarum arcana rimando mentem omnigena eruditione, atque doctrina luculenter imbuere nervis omnibus contendiſti; atque eo quidem profectu, ut quæ quondam Plinius junior de Ariſtone juriſconſulto effuderit, quilibet de Te veriſſime uſurpare, & prædicare queat: *Nihil eſt illo gravius, ſanctius, doctius*. Quibus equidem præſidiis munitus ANTONIO FELICI Fratri Tuo ad Hiſpanicam pro Sede Apoſtolica Legationem proficiſcenti Te comitem adjungere veritus non es, geminata Zondodarii nominis fama exteras regiones impleturus. Cumque Frater, cujus itineris longinqui incommoda volueras Tibi eſſe communia, ingentium viciſſim curarum Te vellet fieri participem, mirum, quantum emicuerit vivida illa Tua ingenii ſagacitas, præſens in arduis conſilium, provida in implicitis ſolertia, in adverſis invictum pectoris robur, atque conſtantia, ſumma denique, ac incomparabilis rerum agendarum peritia, & uſus. Gaudebat interea

Fra-

Frater ſe ad immortalitatis faſtigium citato greſſu properantem Te pari paſſu pone ſequentem habere, & cum ſocio laborum, cujus idem erat ſanguis, mutuus amor, optime adminiſtrati muneris laudes etiam partiri. Nec defuit præclarè geſtis debitum præmium: Siquidem illum æquiſſimus Pontifex, qui feliciter regnat, CLEMENS XI. ad eminentiſſimam Eccleſiæ dignitatem evexit; Te vero ad huic propiorem patriam nempe Archiepiſcopalem ſedem, e quo ſublimi throno factus orbi conſpectior paſtoraliquoque regimine inclareſceres. Atque utinam quantus tu in paſcendo grege, ego in enarrando extiterem! Licet equidem quo major eſſet mihi copia dicendi, eo major tibi moleſtiæ foret occaſio, quem conſtat ad oſtentationem nihil, omnia ad conſcientiam referre, eodemque conatu, quo ad virtutum apicem contendiſti, à recte factorum præconiis prorſus abhorrere. Gratulor interea illud mihi uſuveniſſe, quod Geographis ſolemne eſt, qui aliquam Orbis partem deſcripturi, totius terræ deſcribendæ tractum, Urbes, oppida, montes, flumina contrahunt in tabellam, ſicque depictam regionem ob oculos legentium præponunt; ut unico conſpectu iis liceat intueri, quidquid totius orationis procurſus eſſet deinde latius explanaturus. Non aliter ſane, cum in hujus voluminis fronte ampliſſimum Nomen Tuum inſcripſerim, totius libri veluti quandam tabulam oculis legentium mihi videor objeciſſe, in qua una fas ſit illis contemplari, quidquid tum priſci, tum recentioris ævi Etruſcorum Præſulum magis conſecrat memoriam.

Tantam porro dignitatem, qua ſeu in virtutum, ſeu in honorum culmine conſtitutuseniteſcis, non minuit, ſed ornat ſingularis illa benignitas, qua inferioris ſortis homines minime deſpicis, miſeros, & pauperes nunquam rejicis, litteratorum virorum, quibus plerumque laciniolum pallium, ſordida toga eſt, contubernium libenter admittis, & qua perhumaniter, ut aſſoles, ſe ſperat à Te acceptum iri hujus voluminis Editor, qui ex formula antiqua ſe Tibi dat, dicat, addicit.

Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Dominationis Tuæ.

Scribebat Venetiis Kalendis Auguſti 1718.

Obſequentiſs. humillimuſque Servus
Nicolaus Coletus.

CAN-

CANDIDE LECTOR.

QUINQUE Sacræ noſtræ Italiæ Provincias Duobus jam Voluminibus amplexus, Tertium hinc peragam, aucta diligentia, propter magnitudinem rerum, & ipſo Volumine, quo, non modo nobiliſſima, ſed ampliſſima quoque Secunda Italiæ continetur Provincia. De Hetruria igitur hic noſtra narratio erit, quæ non ſolum a cæteris diſſita, merito ſibi principem locum vindicabit, quia olim antiquiſſimum Regnum fuit, hodieque ſub Mediceis æquiſſimis, invictiſſimiſque Principibus, ſub titulo Magni Ducatus, juſtum Regnum æmulari videtur, ſed etiam quia tribus ſpectatiſſimæ ditionis Metropolitanis nobilitatur, Florentina videlicet, Piſana, atque Senenſi. Sedet illa Hetruriæ domina, præbetque Mediceis Magnis Ducibus ſplendidiorem Thronum: Piſæ, terra, marique victricibus circumlatis armis olim inclaruerunt, ut & ſi victoriarum felicitatis diuturnitas colluſiſſet, futurum eſſet, ut clariſſimarum gentium magna imperia æquarent; Sena denique antiqua Civitas Virginis, ubique & ſemper viris ſanctis, doctis, & conſultiſſimis gravis fuit, atque ad magna, ut fines proferret, auſus extendit. De iis igitur, ac deinceps de aliis Hetruriæ Eccleſiis eodem ordine dicere inſtituemus. Cæterum, ut non ſemel polliciti ſumus, ad calcem hujus Tertii Tomi a adjecimus nonnulla de rebus Piſanis Chronologica m. ſ. quæ apud me jam olim latebant, quorum ſtylus, quamvis incultus, & ferè rudis ſit, ut illorum temporum conſuetudo ferebat, tamen venerandæ antiquitatis amantes, in iis legendis eruditam ſuam oblectabunt curioſitatem. *Hiſtoria* enim, ſicut verè ſenſit Plinius, *quoquo modo ſcripta delectat*. Certè poema illud Laurentii Veronenſis de *Balearico bello*, quod infidelibus intulere Piſani, haud legentibus ingratum accidere poſſe videtur: tametſi enim aliquando inepto, ineruditoque pede decurrit, adeoque variam, nobilemque rerum cognitionem ſecum vehit, quæ barbariem illam, quam doctiſſimi hujus ſæculi purgatiſſimæ aures tantopere oderunt, detergere poſſe exiſtimatur. His igitur fruere amice Lector, & Vale.

a *Hæc, ſicut & reliqua in ultimum tomum rejecimus.*

Proteſtatio Authoris.

CUM Sanctiſs. D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martii anno 1625. in S. Congregatione S. R. & Univerſalis inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii anni 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui ſanctitate, ſeu Martyrii fama celebres è vita migrarunt, geſta & miracula, vel revelationes, ſeu quæcumque beneficia, tamquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes ſine recognitione, atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenus ſive ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus die 5. Junii 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur, Elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam, benè tamen ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinionem cum proteſtatione in principio, quod iis nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides ſit tantum penes auctorem. Huic Decreto, ejuſque confirmationi, & declarationi obſervantia, & reverentia, quæ par eſt, inſiſtendo profiteor me haud alio ſenſu, quicquid in hoc libro refero accipere, aut accipi ab ullo velle quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem divina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut S. Sedis Apoſtolicæ nituntur, iis tantùmmodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

Nova hujus Editionis

PRÆFATIO.

» PRodit jam, e fraterno prælo non diu expectatum Ferdinandi Ugbelli præcla-
» riſſimi Abbatis tertium Italiæ ſacræ volumen; quod quidem, licet patriæ do-
» ctiſſimi Auctoris Proviuciæ Præſules receuſeat, non adeo tamen exiit elabo-
» ratum, ut multa in eo corrigenda, plurima ſupplenda nón fueriut. Quod ſi non
» omnia ad amuſſim redacta, non omnia ad optimum uitorem reſtituta, id facile re-
» jiciet æquus Lector iu ſolicitam editionis properantiam, quæ majores curas faſti-
» dit. Interim meo qualicumque perfruatur labore; & ſciat huic adornando volu-
» mini adjutrices coutuliſſe manus, præter Cl. Virum PROSPERUM MANDO-
» SIUM S. Stephani Equitem, & Romauum Patritium, cujus ſunt notæ Auctorum
» libros, & loca indicantes, e quibus plura de Epiſcopo, de quo ſermo, petenda
» erunt,
» Cl. virum Abbatem SALVINUM SALVINUM Nobilem Florentinum, cujus ad-
» notata per totum Volumen identidem offendes;
» Cl. Virum Abbatem JO: BAPTISTAM CASOTTUM Nobilem Pratenſem, qui
» de Pratenſi olim Præpoſitura, nuuc Epiſcopatu uberrimam, & vetuſtis documen-
» tis refertam elaboravit diſſertationem, & cui plura, quæ ad reliquorum Etruriæ
» Epiſcopatuum præſentem ſtatum cognoſcendum ſpectaut, accepta libeuter refero.
» Cl Virum UMBERTUM BENEVOLBNTIUM, Nobilem Senenſem, qui non
» ſolum ea, quæ ad Senenſium Archipræſulum ſeriem emendandam, illuſtrandam-
» que pertiuerent, ſed etiam quæ ad reliquos Metropolitanæ Senenſis ſedis ſuffraga-
» neos, Cluſiuum nempe, Groſſettanum, Maſſenſem, & Suanenſem, expurgandos,
» atque ſupplendos prodeſſent, largiter ſuppeditavit, additis compluribus antiquis mo-
» uumentis, e quibus dictis robur, vel decor accederet.
» Auctores vero, e quorum elucubratiouibus jam publici juris factis uberiores notas
» excerpſi, ſunt.
» BOLLANDUS, & Socii in Actis Sanctorum ſex priorum anni menſium hactenus
» editis Antuerpiæ fol.
» HARDUINUS, qui uoviſſimam Couciliorum editionem coucinnavit, ediditque
» Pariſiis in fol. XII vol.
» JOSEPH CERRACHINIUS, qui Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum Florenti-
» norum Chronologiam ſacram noviſſime in lucem emiſit Florentiæ 4. 1716. vernacu-
» la lingua deſcriptam, & quam aliquot mendis expurgatam, noviſque additamentis
» ampliatam prælo rurſum parat ſubiicere.
» SALVIUS, qui Piſtorienſem hiſtoriam exſcripſit, ediditque ſi quid verò ab
» aliis ſcriptoribus ſemel, aut iterum decerptum eſt, ex diſtincte citatis Auctoribus
» facile cognoſces. Interim ue graveris, ſi doctiſſimi, eruditiſſimique viri BENEDI-
» CTI JOANNELLI Bibliothecæ Caſauatenſis Cuſtodis irrequietam ſemper in hujus
» editionis emolumentum operam commendare non deſinam; ſi quæ enim laus ex his ty-
» pis excuſa Ugbelli Italia ſacra unquam euaſcatur, in facinoris Auctorem, & pro-
» motorem redundet, æquiſſimum cenſeo. Denique ingrato ſilentio obruenda non eſt ſe-
» dula Cl. viri PETRI SOMMIER diligentia, qua Acta Conſiſtorialia accuratiſſi-
» me evoluit, ut una quæque Epiſcoporum ſeries ad hæc tempora deducatur.

INDEX
ALPHABETICUS
ARCHIEPISCOPATUUM, ET EPISCOPATUUM,
Qui in hoc Tertio Tomo Italiæ Sacræ recenſentur.

Florentia.	*Fiorenza.*	*fol.* 3
Piſa.	*Piſa.*	341
Sena	*Siena.*	523

Aleria.	*Aleria.*	501
Adjacium.	*Ajazzo.*	493
Burgum S. Sepulchri.	*Borgo S. Sepolcro.*	395
Chiuſium.	*Chiuſi.*	585
Collis.	*Colle.*	203
Feſulæ.	*Fieſole.*	210
Groſſetum.	*Groſſeto.*	655
Maſſa.	*Maſſa.*	702
S. Miniatum.	*S. Miniato.*	269
Piſtorium.	*Piſtoja.*	282
Pratum.	*Prato.*	317
Sagona.	*Sagona.*	515
Soana.	*Sovana.*	733

Piſcia Præpoſitura.	*Peſcia.*	763

ITALIA SACRA
FERD. UGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.
PROVINCIA SECUNDA,
SIVE HETRURIA,
Ubi tres Metropolitanæ, ac Principes Sedes cum earum ſuffraganeis accuratiſſimè deſcribuntur.

HETRURIA, lo Italicis Provinclis, quas olim, ut refert Plioius, Octavianus Auguſtns diſtinxit, ſeptima, famaque ac claritudine illuſtrior, à Tyberi flumine, uſque ad Macram fines ſuos extendit: quanquam ante Romanum decus ultra Apenninum proferret imperium, nnde poſtea ejecti, fugatique à Gallis Hetruſci, Inter illa duo flumina coacti ſnnt Impetare. Nos item ad exemplum Gallorum, ſed non hoſtiliter tamen, In eam ſelectiorem partem, qua Magnis Ducibus feliciſſimam ſedem præbet, ſcribendo, Hetruriam totam compellemus, treſque ejnſdem principes, ac metropolinanas ſedes cum ſuis ſuffraganeis diſtinctè narrabimus, tùm qua via, qua vi, & quando Chriſtiaoa ſacra ſuſceperunt, adjuncta dein earum Præſulum ſerie, qui immemorabili ſanctimoniæ exemplo earundem Eccleſiarnm fundamenta jecere, extendemuſque oarrationem uſque ad hæc noſtra tempora, eos item laudando, qni per priſcorum ſanctiſſima veſtigia ad eandem laudem anhelant. Cæterum cum plures ſcriptores ſint, tum in antiquis, tum in modernis, qui hujns nobiliſſimæ Provinciæ meminerunt, cujus ſcilicet originis ſuerit, quod nomen aliquando ſortita ſit, quam pro tempore fortunam tnletit, protuleritque Regnnm, ad illos Lectorem amandabimus, conteoti tantùm libaſſe, ſicut in cæteris Italicis Provinciis, quæ ad pietatem Chriſtianam pertinent, nominaq; ac res geſtas præclarorum virorum, qni in illius ſanctiſſimis ſedibus ad excolendam pietatem Præſules floruerunt. Quod autem ea Provincia à ſacrificiis Tuſcia dicta eſt, nil mitum videtur, ſi jam Inde ab Apoſtolorum temporibus Chriſtianis ſacris imbuta ſit, adeoque io illis profecerit, ot nnlla jam Italica Provincia eſſe videatur, quæ cum illa poſſir conferri, ſive numerum ſanctorum ſpectes, ſive Antiſtitum, ſive demum iuſtitutorum Ordinum intuearis. Quamobrem nos quoque Livium, Diodorum, alioſque qnamplures imitati ſcriptores, qui Hetruriam opulentiſſimam, ac nobiliſſimam Provinciam appellant, utpote quæ viris, opibus, armiſque gravis ſemper extiterit, eandem non modo Italiæ, ſed totius Europæ florem jure optimo extollemus; ſiquidem non modo omnium rerom ubertate, & copia nobilitatur, ſed qnod caput eſt, magis divino cultu, Ita ut cum ſuis majoribus hnjus temporis noſtri Hetruſci ſummopere videantut contendere; ot ſicut illi olim impenſius Idola colebant, ſic iſti divino cultui promovendo omnem opetam & ſtudium navare videantur. Huic rei fidem faciunt tot nobiliſſima templa, quæ munificentia planè regia erecta cernuntur, atque invidioſis opibus locupletata. Quod ipſum haud videatur mirum iis, qoi ingenia Hetruſca noverunt. Inde Sanctorum Pontificum tot ſemioaria emerſerunt, ſanctimoniæ ſcholæ, quæ uberem ſanctorum ſegetem Pontificibus præbuerunt, qui in omni memoria innumetos propemodum Hetruſcos retulerunt in Cœlitum album. Viderit igitur Euſtathins, cur Hetruriæ populos, gentem utique piam, divinoque cultui deditam, prædatricem, inhumanam, crudelemque appellet.

Hetrutia antiquitus in duodecim populos partita narratur, quos priſci appellavere Ducatus, quibus qui imperabant, Lncumenæ, hoc eſt, Reges dicti ſunt, ſi Servio credimus, deiode Hetruſcarum coloniarum induere cognomen. Hetrutiæ hoc tempore major, meliorque pars Magnis Ducibus paret: cujus tres principes, ac metropolitanæ ſedes cum duodecim, & octo civitatibus numerantur, Florentina, Piſana, atque Senenſis. Intet quas haud erunt Aretinm, Cortona, Mons Politianus, Volaterraque, ſicut etiam Luca, quæ Romanæ Provinciæ cenſentnr, à metropolitani excipiuntur Imperio, Romanoque Pootifici immediatè ſubſunt; de quibus ſupta in I. Tomo. De ſingulis modo, quæ remanent, narrabimus, haud ſervato dignitatis, aut antiquitatis otdine, ſed ex more noſtro alphabetica ſetie tum Metropolitanas, tum Epiſcopales ſedes digeremus.


A Florentina igitut Metropolitana ſede ex ordine, tanquam principe totius Hetruriæ urbe, thronoque Magnorum Ducum, hanc noſtram ſecundam Ptovinciam, aoſpicabimur, eandem clauſuri Suanæ nattatione, ut ex mitabili variantis fortunæ luſu, ea urbs poſtema, miſetabiliſque ſpectetut, quæ olim illius poſtremæ Hetrutiæ regionis habuit principatum.

METROPOLITANA FLORENTINA

S E D E S,

Cujus ſuffraganei ſequentes ſunt,

Epiſcopatus {
- Burgenſis ad S. Sepulchrum.
- Collenſis.
- Feſulanus.
- Miniatenſis.
- Piſtorienſis.



A FLORENTIA Hetruriæ caput, & Metropolis, Magnorum Ducum inclyta ſedes, ex Feſulanis ruinis, in explicata, lataque planicie, quam Arnus fluvius alluit, extulit muros, utrinque nobiliſſimis oppoſitis ædificiis, quibus qui decurrit medius, idem Arnus rectum compellatur ad curſum. Quæ rurſus per Arnum diſſita, quatuor ſuperbiſſimi pontes, atque ad æternitatem fundati in commercium civile utriuſque partis conjungunt. Ambitum habet ſeptem millium, & ſupra nonaginta millia alit mortalium, ſilice quadrato ſtrata, latis ornata plateis, ædificiiſque ſuperba; collibus cincta theatri inſtar ab Oriente & Septentrione amœniſſimis; qua Occidens eſt, pulchram habet planiciem. Splendore, & elegantia ſumma eſt, ut voce incertoque vulgi ſermone feratur; *Fiorenza bella, totius flos Italiæ*. Dicta autem Florentia, ut quidam volunt, quod ampliſſimum, floridumque Hetruriæ ſolum ſua conſtructione occupaverit; vel ideo quia à Romanis ſemel fundatæ, eorundem ex flore coloniarum plurimum opum, ac fortunarum acceſſerit; vel certè ob florida, excellentiaque incolarum ingenia. Contendunt alii à Florio, ſive Florino Romanorum exercituum ductatore egregio, Florentiæ nomen accepiſſe. Alii Poeticis fabulis propiores, ſtatim poſt diluvium à fluido ſolo narrant hujuſmodi populos Fluentinos fuiſſe dictos. Quam fabulam more ſuo videri poteſt Annius Viterbienſis diſſeminaſſe, ut nova effræni ingenio comminiſceretur, cum tamen commentum illud manifeſtè redarguat, quod ſupra Triumviratum Fluentinorum nulla mentio repetiatur. Quamobrem non immeritò in Hiſtoricis, variaque literatura excultis verſatiſſimus Cluverius ſuſpicatur, inſcitia librariorum, atque ſcriptorum, verbum illud ita inverſum, corruptumque ad Hiſtoricos perveniſſe. Ut ut res ſit, in eam pulchritudinem ea civitas excrevit, ut præter Florentiam, nullum aliud nomen ei convenire poſſe videatur. Latens adhuc ejus origo eſt, Anniumque plerique cordatorum derident, cum rejicit ejuſdem exordium in Janum ſublimem poſt diluvium: neque item aliorum opinio placet, qui L. Sullæ Dictatoris milites volunt Florentiam conſtruxiſſe; cum per idem tempus ejus magnitudinis Florentiam fuiſſe conſtet, ut Romanorum coloniam, ut Capua, aliæque civitates fecerunt, illic deductam excipere potuerit. Triumviri etenim, M. Antonius ſcilicet, Lepidus, atque Octavianus Auguſtus illuc veteranos, emeritoſque milites deducendos, recreandoſque curarunt, illis Feſulano agro viritim diviſo, qui à Romano haud abſimile ſolum ſortiti, quaſi novam Romam ædificare cœperunt, anno à condita Urbe DCCXII. à reparata verò Salute, paulò
B plusquàm XL. Hi ex Scaptia Tribu præcipui erant, qui Marti pulcherrimum Templum exædificarunt, quod poſtea Joanni Baptiſtæ Chriſticolæ, ubi ſacro fonte ablueruntur fideles, conſecrarunt, aliiſque ædificiis Capitolium, Forum, atque Amphitheatrum imitati ſunt, ut patriæ Romæ lenirent deſiderium. Quam deinde noviter exortam civitatem, Florentiam appellarunt, tanquàm quæ quaſi flos erupiſſet, cæteriſque civitatibus ſuo decore, dignitateque pulchritudinem præripuiſſet. Quamobrem pro publico civitatis ſtemmate, candidum primum lilium habuerunt; quod deinde, cum in bello victores barbarico ſanguine maduiſſent, in rubrum verterunt; lilioque deinceps felici ſanè omine addidere leonem, præſagientes ei civitati, quæ princeps olim totius

Hetruriæ futura erat, cum lenitate clementiæ ſuſfecturas vires ad bellum. Ab iis ergo certius, evidentiuſque Florentiæ deſumemus exordium, cui diuturniori annorum mora Romani dominati ſunt, cumque illorum florenti imperio, qua opibus, qua armis maximè floruit, donec Italia barbarorum attrita incurſionibus, & ipſa viſa eſt concidiſſe, ærumnas illas omnes experta, quas ſolet ſecum adferre excidium à ſuperbo victore illatum. Siquidem ſub Totila, ſi non in totum exciſa, magna tamen ex parte deformata eſt, ad miſerabiles patriæ ruinas nobilitate marcente, donec à Magno Carolo, ut ſcribit Borghinus, munificentiſſimè reſarciretur. Ex Feſulanis itaque ruinis mirabiliter creviſſe conſtat, cum ſcilicet uterque populus conſociatis opibus, & Regno, in unum coivere Senatum, quem duo Conſules, centumque Patres explebant. Quam adminiſtrationis formam Florentini diu retinuerunt; poſtea verò cum Germanorum Imperatorum jugum excuſſiſſent, ſub Prioribus, ut tunc vocabant, Vexilliferoque, aut Dictatore nova Reſpublica ſtetit. Inde ex ea plena decoris libertate ſuis progreſſibus uſa, longè latèque victricibus prolatis ſignis, nobiliores Reſpublicas ſubjugavit, ac melioris Hetruriæ partis imperium uſurpavit. Ea felicitate uſa eſt uſque ad annum MDXXX. Inde feſſa bellis, civilibuſque diſcordiis propè attrita, ad Sereniſſimum Mediceorum Principum ſinum confugit, quorum primus Reipublicæ Dux Alexander Medices renuntiatus fuit, quem cum perfidioſè Laurentius affinis interfeciſſet, ad Coſmum Mediceum ex conſenſu Patrum Hetruſcum imperium devolutum eſt, anno MDXXXVI. Qui cum ſua prudentia, armiſque Senenſem devictam Rempublicam, cætero imperio feliciſſimè adiunxiſſet, à Pio V. eximiæ ſanctitatis Pontifice Magni Ducis Hetruriæ cognomentum promeruit; quem utique titulum plenum decoris Franciſcus deinde filius mox Ferdinandus I. tum Coſmus II. ſummorum Principum dignis virtutibus impleverunt, hodieque implet Ferdinandus II. Princeps ſanè omnis imperii ſuſtinendæ moli haud impar. Hactenus nos de Florentinæ urbis ortu, progreſſuque parcè, & modicè narravimus: qui uberiora ea de re deſiderat, conſulat Leonardum Aretinum, Joannem Carolum, Landinum, Joannem Michaelem Brutum, Recordanum Maleſpinam, Boninſignium, Joannem, Matthæum, & Philippum Villanios, Marcellum *a* Adrianum, Raphaelem Volaterranum, Veſpaſianum, Fatium Ubertum, Poggium, Machiavellum, Judocum Hundium, Jovium, Pontanum, Natalem Comitem, Paulum Minium, Paulum Merulam, Franciſcum Scottum, Nicolaum Baccetium, Archangelum *b* Pocciancium, Silvanum Razzium, Scipiones Ammiratos, Jacobum Nardum, Borghinum, Bartholomæum Scalam, Flavium Blondum, Leandrum Albertum, Angelum Politianum, Æneam Sylvium, Petrum Leonem Caſellam, Ugolinum Verinum, Franciſcum Bocchium, Jacobum Gaddum, alioſque quamplures; qui omnes de origine, magnitudine, pulchritudine, viris illuſtribus, deque fortuna, belliſque hujus ampliſsimæ civitatis, vel ſparſim, vel ex inſtituto accuratè ſcripſerunt. In eamdem extant variorum elogia verſibus ſcripta, Petri Angeli Bargæi Piſani, Georgii Fabricii, Nicolai Reuſneri, & Julii Cæſaris Scaligeri, qui ejus imaginem hiſce carminibus delineavit.

Parva fluentiſonis aggeſta Fluentia ripis
Mollia de nitido nomina flore capit.
Feſula regnabat: verum meliora ſecutus
Martius antiquas detulit amnis opes:
Divitias Hera: Mercurius diſcrimina lingua:
Mercurius varias ire, redire vias.
Ambitioſa, ferox, bellaria, flammea, Mavors
Pectora, magnificam docta Minerva manum:
Juppiter oſtendit cœleſtes mentibus aulas;
Sirenum tribuit dulcis Apollo ſonum.
Vera vetus Romæ ſoboles, aliena requiris,
Mutua qua proprias vertis ad arma manus.

Ejus item mentio in antiquis auctoribus, Plinio, Ptolomæo, Svida, Anton. Itin. Agathia, Procopio, Floro, Sex. Julio Frontino, Tacitoque: quin & in vetuſtis lapidibus frequens ejus memoria, è quibus duos hic apponam, quorum unus viſitur via Caſſia ad Tria Tuguria.

L. ACRISCHIO. L. F. ARN.
ACTHO FLORENTIA
EVOKATO TITI. AUG. MIL. LEG.
XXI. MINEA
MILIT. ANN. XXXVI. VIX
ANN. LXXIX.
M. ACRISCHIUS. L. F. ARN
SABINUS
T. F. C.

Alterum vetus codex Vaticanæ Bibliothecæ conſervat.

A. SATRIUS
URBICUS
VEXILLARIUS
7. POMPONI
DOMO. FLORENTIA
SILVANUM
EX. VOTO. POSUIT.

Et quidem præter aeris ſalubritatem, fortunatamque opulentiam huic civitati nobiles cives in omni propè memoria maximo ornamento fuerunt, ſive belli, ſive pacis artes tractarent; ita ut Bonifacius VIII. cum à diverſis gentibus miſſos ad ſe Florentinos audiſſet, ſingulorum, omniumque laudata prudentia, Florentinam nationem pro quinto elemento habendam eſſe protuliſſe narretur. Quę etiam ſi cætera abeſſent, unius civis portentoſa navigatione, de cujus nomine quarta pars orbis mortalium conſenſu, America denominata eſt, poterat illuſtrari. Multas honeſtas, nobileſque familias hinc tanquam ex uberrimo fonte in alias Italiæ urbes fuiſſe derivatas docet Landinus *c*. Humanitate demum Hetruſcos omnes Florentini ſuperant, quemadmodum & ſermonis elegantia, teſte Merula. Virorum ſingularium multorum genitrix fuit, eſtque hodie Florentia. Inter cæteros plures ſuo natali illam decorarunt Claudianus Poeta,

Qui Stiliconæ ducem cecinit, Geticoſque furores.

Dantes Aligerus, Franciſcus Petrarcha, Joan. Boccaccius, Guido Cavalcantes, Marſilius Ficinus, Accurſius ſtupendus Juris Cæſarei enarrator, ejuſq; filius Franciſcus *d*: Pictores, architecti, ſculptoreſq; inſignes, quorum principes fuere Jottus Artis Reductor, Philippus Brunelleſchus, & divinus ille Michael Angelus Bonarotus naturæ miraculum. Itaque ſive civium nobilitatem ſpectes, ſive ſoli amœnitatem, beatamque ubertatem intuearis, ſive demum nobilium artium ſtudia, aliaſque inferiores artes deſideres, cum iis uberius illuſtretur, adaugeaturque uni auctrici ſuæ magnitudinis Romæ, tantummodo videtur concedere, quam iterum ſplendidiorum ædificiorum mole, ſparſaque multitudine victura erat, ſi unius murorum continenti clauſtro contigiſſet finiri, ut Areoſtus eleganter, & varè.

„ *Se ſotto un mur, ſotto un medeſmo nome*
„ *Foſſer raccolti i tuoi palagi ſparſi*
„ *Non ti ſarian da pareggiar due Rome.*

At nil ſic æquè Florentiam illuſtravit, quàm tot protuliſſe Sanctos, Sanctorumque Ordinum tot Fundatores, quinq; ſummos Pontifices, haud contemnendum Cardinalium numerum, pluresque Epiſcopos, qui aliarum nationum rexere Eccleſias.

Cæterum ut Florentia paulò ante Servatoris adventum cœpit aliquo in numero eſſe, ſic paulò poſt Chriſtianam fundatam ſalutem poteſt gloriari ſuſcepiſſe ſacra, hoc eſt anno LVI. ipſomet ſcilicet tempore, cum impius, crudeliſque Nero ſæviret, Paulinus verò atque Frontinus Chriſti Evangelium ingenti animi ardore circumferrent, ab Apoſtolo Petro illuc directi, ut ex veteri memoria, traditioneque Hetruſcorum hauſere plerique. Nec deeſt qui affirmet, ab Apoſtolo Petro Frontinum illis primum fuiſſe impoſitum Epiſcopum: quæ cum vetus tradi-

a Jo: Baptiſtam.

b Michaelem.

c Et Ferdinandus del Migliore in Florentia illuſtrata, & alique.

d De Florentinis ſcriptoribus accuratam more ſuo, pleniſſimamque hiſtoriam concinnat eruditiſſimus Abbas Salvinus: e qua uberiorem Florentinorum litteris illuſtrium notitiam haurire poterit lector.

Digitized by Google

tio ſit, nec eidem abrogo fidem, nec aſtruo. At ſi verum eſt, ut ſæpius mecum ipſe revolvi, Petrum Apoſtolum, Ptolomæum in Hetruriam Urbicariam, Romulum vero in Annonariam, hoc eſt, fertilem, alumnos ſuos fidei Chriſtianæ diſſeminandæ cauſa olim legaſſe, illumque Nepeſæ fixiſſe ſedem, hunc autem Feſulas domicilium delegiſſe, omnino vero ſimile erit, utrumque circumvicinas civitates lumine fidei illuſtraſſe, Romulumque potius conſediſſe Florentiæ, quàm Feſulis, cum per id tempus uſque ad poſtremam ferè deſolationem exciſæ eſſent. Potuit autem Romulus in circumvicina Feſulis Caſtella lumen fidei invexiſſe, Feſuliſque palmam tuliſſe martyrii, atque ideo ejus civitatis primus cenſeri Epiſcopus, quod ibidem coronatus pariter ac ſepultus ſit. Cur non autem & Florentiæ primus, vel ſecundus Præſul fuiſſe dicatur, cum ibi etiam conſtet Evangelium diſſeminaſſe, cum item Volaterræ, Brixia, Bergomumque ſuum primum Epiſcopum fuiſſe affirment, quod ibi etiam Chriſti Evangelium circumtuliſſet? A Romulo igitur poſt Frontinum non modo prædicationis, ſed etiam Præſulum ſeriei ſumemus initium, ut pulchro præſagio Florentia à Romulo ad fidem Chriſti traducta dicatur, quæ olim à Romuli Regis proſapia, poſteriſque fuerit ædificata. Haud autem abſurdum eſt arbitrari poſt Romulum plures à Pontificibus eidem civitati Florentiæ fuiſſe præfectos, qui illam Eccleſiam, deſævientibus tyrannis, quaſi in tranſcurſu regerent, informarentque ad pietatem, quorum uſque ad Conſtantinum Magnum nulla certa memoria extat; tametſi per intervalla aliquot Chriſtianos Florentiæ fuiſſe conſtet, cum ſub Imperatore Decio Miniates vir ſanctiſſimus illuſtrem tulerit martyrii palmam, ad id loci, ubi Eccleſia eſt S. Candidæ ad Crucem ad Gorgum; ibi ſanctus cùm divulſum à cætero corpore caput ſuis ipſe manibus tuliſſet, tranato Arno flumine, in vicinum evaſit collem, ubi S. Petri oratorium erat, quod poſtea de nomine Martyris S. Miniatis dixerunt. Florentiæ item ſub idem tempus, eademque Decii perſecutione paſſi ſunt Fabritius, Cornelius, Sixtus, ac Laurentius, quorum Martyrum ſanguine fides Chriſti mirificè irrigata creſcebat, ita ut vero ſimile etiam ſit, oves illas per idem tempus habuiſſe Paſtorem, cujus exemplo, atque adhortatione, pro Chriſto ſanguinem fundere non dubitarent, donec ad Imperii thronum Conſtantino Magno elato, redditaque Eccleſiæ pace, liberè, aperteque Chriſtianam pietatem profiterentur.

Primus igitur poſt divos Romulum, atque Frontinum, ubi reperiatur Florentiæ Præſul, Felix eſt anno CCCXIII. ſub Melchiade Papa. Poſt quem Epiſcoporum ſeries continuata eſt, tametſi illorum, qui illam Eccleſiam adminiſtrarunt, nomina aliqua interciderint, ſivè barbarorum incurſiones in cauſa fuerunt, ſive parum curioſa vetuſtas id neglexit redigere in commentarios. Sub perſecutionis autem tempus ita Florentini animati erant, ut non ſolum profunderent ſanguinem, ſed tyrannorum ſpretis acerrimis edictis, quaquaverſum cœlitibus conſecrata erigerent ſacella. In iis Martis antiquiſſimum Templum fuit, quod repurgatum, & in Cathedralem deſignatum S. Joanni Baptiſtæ conſecrandum curarunt. Sed cum inde fidelium multitudine gliſcente, anguſtum videretur ad munia, S. Reparatæ Templum ſanè videndum fundarunt, Arnulpho Lapo a architecto, quod titulum Cathedralis haberet, teſtareturque Florentinos victoriæ fructum contra Radagaſium Reparatæ virgini ſe acceptum referre, qua, ducentis millibus cæſis, patriæ optatiſſimam pepererunt libertatem.

Anno verò MCCXCIV. idem S. Reparatæ Cathedrale Templum, (quod hodie S. Mariæ Floridæ vocant) in eam magnitudinem, quæ nunc ſpectatur, publico Senatorum decreto excrevit: cujus longitudo CCCC. pedes excedit, latitudo tranſverſalis partis CCCIV. altitudo CXL. illud autem miri decoris, atque excellentiæ marmora totum incruſtarunt, ad medium tranſverſæ directæque partis ſuperbiſſimo

a Arnulpho Lapi, ſeu verius Cambi filio.

exurgente fornice, quem ad perennitatem, decuſque Hetruſcæ ſolertiæ Philippus Brunelleſchus architectatus eſt. Stupendi operis eſt hic fornix, id eſt, cupula, vel teſtudo, octogona hemiſphærii in modum faſtigiata, vix credibilis ei, qui oculos judices habet, altitudinis: ulnis enim alta eſt CLIV. præter turriculam ſuperimpoſitam, quam pergamenam dicunt, quæ lo ſex & triginta ulnarum celſitudinem attollitur, ſcanditurque ab humo quingentis viginti. Unumquodque octo laterum LXXV. pedes protendi in longitudinem comperitur; interioſecus tria ambulacra habet, quorum quod eſt infimum, circum totam eique forinſecus reſpondet: aliud coronidis vice è marmore ſtructum, ita ut Templum totum intus exteriuſque ambiri poſſit. Auguſtiſſimus ille fornix illuſtratur arte excellentium duorum pictorum Vaſarii, & Zucchari; qui ultimum illud futurum Judicium in arcu ejus optime adumbrarunt. Turris marmorea, quæ proximè templum, centum & quadraginta quatuor ulnarum altitudine exurgit, operis eſt Jotti illius ævi famoſi, per quem extincta pictura revixit. Habet quatuor latera aperta, & muro templi nulla ex parte inhærens; in ea admirabilis ſculptura eſt e triplici marmore, albo, nigro, & rubeo, diſpoſitæque ſunt ſuis locis ſtatuæ. Arnulphus, Jottus, & Brunelleſchus in eadem Eccleſia S. Reparatæ civium indulgentia humati, inter clariſſimos viros, diem noviſſimum expectant. Hæc illa famoſa Metropolia Florentina eſt, quam Martinus V. Columna Pontifex Maximus in Archiepiſcopatum ordinavit anno MCCCCXX. eidem Piſtorienſi, Feſulanoque adjunctis ſuffraganeis; quibus acceſſere deinde Burgenſis ad S. Sepulchrum, Collenſis, ac Sanminiatenſis Epiſcopatus. Antequam Florentina Eccleſia in Metropolim erigeretur, ejus Præſul Romano Pontifici immediatè ſubiiciebatur. Numeroſo clero nobilitatur, Collegiumque Canonicorum ex primaria ferè nobilitate ſelectum, numerum XXXVII. & ampliùs explet; ſeminarium ſanè Epiſcoporum ac Præſulum, cum per id tempus, ac ſæpe aliàs ex illis ipſis non pauci ad aliarum Eccleſiarum cathedras moderandas à Pontificibus aſſumantur, purpuratique Senatores, & aliquando ſummi Pontifices evaſerint b. Quinque dignitatibus exornatur, Archidiaconatu, Archipresbyteratu, ac Decanatu; quos præſentandi jus eſt apud Capitaneos Guelficæ partis. Præpoſitura autem lanificæ artis jus eſt: Subdiaconatus c verò jus patronatus eſt nobiliſſimæ Pucciorum familiæ. Quas ferè dignitates in Eccleſia Florentina Pius II. dicitur erexiſſe, vel potius reſtituiſſe anno MCCCCLXI. Jam olim ejuſmodi dignitates in Florentina Eccleſia vigebant, quarum princeps erat Præpoſitura. Cum numeroſo clero plures beneficiati Sacerdotes habentur: in quibus ſunt, qui cæteram promiſcuam cleri turbam ad cantum, ad Eccleſiaſticos ritus, ad mores, ad ameniores literas inſtituant, ita ut nulli alteri Eccleſiarum Europæ cedere jam videatur. Nobiles collegiatas Eccleſias habet XII. In quibus S. Laurentii præcipua eſt, utpotè cujus antiquiſſima fundatio eſt, cum jam olim antea Ambroſius S. Mediolanenſis Epiſcopus illam D. Laurentio Martyri conſecraverit, quamobrem Ambroſianam eam vocabant; tum quia à Medicea Sereniſſima gente in hanc, qua perſpicitur, magnitudinem, pulchritudinemque redacta, Magnorum Ducum continet ſepulchra, Mediceaque Bibliotheca inſtructiſſima manuſcrip Hebraicis, Græcis, Latinis codicib. nobilitatur, atq; à Ferdinando Magno Hetruriæ Duce III. incepto illo ſacello, quod ſi ad faſtigium perduci aliquando contingat, futurum eſt, ut pro octavo mundi miraculo habeatur. Nec minus decoris eidem Eccleſiæ confert antiquum priſcorum Mediceorum ſacellum, in quo Michaelis Angeli Bonarotæ ſigna, ſtatuæque divinæ ſpectantur, quæ auro, omnibuſque ex Indico ſolo precioſis lapillis præponderare videntur. In hac item Eccleſia colit divinum cultum ſpectabilis numerus Sacerdotum, atque Canonicorum. Aliæ quamplures Collegiatæ Eccleſiæ Florentiæ ſunt, ac Parochiales XLIV. ad numerum omnium Religioſorum XXXV. Cœnobia, mo-

b Ut colligere licebit ex integra, abſolutaque, quam de Canonicis Florentinis prælo ſubjicere parat prælaudatus doctiſs. Ab. Salvinus, hiſtoricis. Inter hos adeſt utraque Præbenda Theologalis, & Penitentialis. c Subdecanatus.

nia-

nialium verò non minus LX. Xenodochia XXXVI. præter S. Mariam Novam, ditiſſimi cenſus Hoſpitale à Portinaria gente prædivite, & nobili fundatum, ac munificentiſſimè dotatum: nec deſunt alia tam extra, quam intra Florentiæ muros, quibus peregrini, & hoſpites excipiuntur. Infiniti propemodnm operis eſſet, ſi nobiliora Templa vellemus adamuſsim deſcribere, cum propemodnm innumera ſint, quæ à nobiliſsimis, atque à privatorum civium munificentia condita cernuntur. Hanc pleniorem cognitionem qui cupit, conſulat Paulum Mioium in ſuo de Floren. nobilitate libello. Academiam habet Florentia apud omnes Enropæ populos celeberrimam. Fundamenta ejos jecit Coſmns Medices, *Pater Patriæ* appellatus. Cœptam magno ſtudio auxit Laurentius Magnus, Coſmi nepos: quo duce Homerum in Italiam veniſſe ſcribit Epiſtola ad ipſum Marſilios Ficinus, ab eodem cum Joanne Argyropylo, Demetrio Chalcondyla, Pico, Politiano, aliiſque doctiſsimis viris, Florentiam evocatus. Bibliothecæ in ea urbe multæ ſunt, & nobiles, præter Mediceam famoſiſſimam. Multi in iis auctores, præſertim Græci, qni excuſi non ſunt, reperinntur. Cæterum Archiepiſcopus Florentinus ampliſsima gandet Juriſdictione, habetque circumjacentes diœceſes Senenſem, Aretinam, Volaterranam, Cortonenſem, Collenſem, Feſulanam, Bononienſem, Faventinam, Piſtorienſem, Lucanam, & Miniatenſem, à quibus omnibus civitatibus, dempta Bononia, unius dnmtaxat diei itinere diſtat. In diœceſi ditioneque temporali Florentinæ civitatis, præter ditiſsimas Abbatias, duo inſigoia Cœnobia numerantur, quæ caput Ordinnm ſunt, ſcilicet Vallisſnmbroſæ, & Mons Senarius; hic protulit per ſeptem Patritii generis Florentinos beatiſſimos viros, Fratres Servitas, viros ſanctæ Chriſti Eccleſiæ planè ſalutares, qni per univerſam Italiam longe lateque Servorum Beatiſſimæ Virginis Mariæ Ordinem ſub S. Auguſtini Regula propagarunt, unde Reipublicæ Chriſtianæ maximi nati ſunt fructus: illud vero Vallisſumbroſanos monachos, qui Joanne Gualberto nobili Florentino duce monaſticam diſciplinam per Hetruriam mirifice illuſtrarunt. Nec minus viſendum eſt quinto ab urbe Florentia milliario diſtans Cœnobium Septimianum, caput in Tuſcia Ciſterc. Ord. è cujus gremio adeo multi pietate, dotrinaque inſignes viri prodierunt, ut bonæ memoriæ in humanioribus literis præceptori meo Nicolao Baccetio Abbati viro eruditiſſimo uberem materiam ſcribendæ Hiſtoriæ præbuerint. Ad Epiſcopos vero Florentinos decretales epiſtolas plnres ſummi Pontifices tranſmiſerunt, ut Gregorins VII. lib. 7. epiſt. 5. Alexander III. cap. 19. Cauſam de Teſtibus, & Innocentius III. cap. 5. de ſtatu monachorum, & cap. 8. de donationibus. Quorum Eccleſia magna, nobilis, ac famoſa, quæqne memoratur à Martino V. in erectionis Archiepiſcopatus diplomate. Princeps autem Florentinorum Eccleſia Patronos babet Ss. Zenobium Epiſcopum, Reparatam virginem, & martyrem, divnmque Antonium Archipræſulem; urbs vero ſanctum Tutelarem veneratur Ioannem Baptiſtam Domini Præcurſorem. Tanto verò pietatis ſtudio erga Patronum ſuum arſere Florentini, ut non modo pervetuſtum illud templnm olim à Romaois primis creſcentis Urbis auſpiciis conditum, inanique Martis numini conſecratum ritè expiari juſſerint, maximiſque mnneribus ornarint, auxerintque redditibus, ut Epiſcopatus princeps Eccleſia foret, cujus Præſules in nonnullis Conciliis non Florentini, ſed S. Joannis Eccleſiæ ſnbſcripti reperiantur, verum etiam in ſignato ære Præcurſoris imaginem percuterent, ut hodie vidimus. Ejus urbis magni Duces ita nummos conflari, ſignariqne juſſere, ut parte altera divi Tntelaris imago efformata, atque ex adverſa gentilitia eorum ſtemmata, urbiſque inſignia, quæ lilium ea forma, qua præteritarum ætatum majores conſueverant, efficta cernuntur. Hujuſmodi nummus in noſtro muſeolo aſſervatur, ex quo illius excuſam formam hic apponendam duximus.



Cæterum Florentinæ Eccleſiæ annui proventus ſummam 7000. ſcutatorum pertingunt. Taxatur vero in libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 1541. Sed jam Præſulum Florentinorum ſeriem explicare aggrediamur, qnam partim ex Vincentio Borghino diligenti ſanè ſcriptore eruimns, partim ex aliis ſcriptis, monumentiſque, quanta maxima potuimus diligentia, in hunc modum concinnavimus.

I. 1. S. FRONTINUS, ſive FRENTINUS à S. Petro Apoſtolorum Principe primus Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopns ordinatus à nonnullis traditur ann. Chriſti 56. Qui una cum Paulino ejus condiſcipulo ibidem Chriſti fidem cnm cœpiſſet diſſeminare, ad cœlum evolavit, cujus acta inuidioſa conſnmpſit vetnſtas.

II. 2. S. ROMULUS poſt Frontinum ſummo Dei beneficio in Hetruria ab eodem S. Petro Epiſcopus inſtitutus, Evangelium Volaterranis, Florentinis, Feſulaniſque populis prædicavit; tandem martyrio apud Feſulas coronatns ann. ſalutis noſtræ 90. die 7. Julii, de quo infra in Feſulanis Epiſcopis.

III. 3. S. FELIX Epiſcopus Florentinus poſt tot ſecula Romano interfuit Concilio contra Novatianos celebrato ann. 313. ſicut narrat Optatos Milevitanus, vetereſque ejuſdem Concilii ſubſcriptiones fidem facinnt.

IV. 4. S. THEODORUS Epiſcopns Zenobii anteceſſor in Florentinis tabulis memoratur ad annum 361. cujus acta deſiderantur. Spectatur tamen in Metropolitana Eccleſia ejuſdem S. Præſulis ſimulachrum inter cæteros divos Tutelares. Meminit ejuſdem S. Simplicianus Epiſcopus in vita S. Zenobii.



V. 5. S. ZENOBIUS [a] Epiſcopus, & civis Florentinus è nobiliſſima, atque antiquiſſima gente Hieronyma, quæ etiam nunc fœta gravibus viris, ſuas opes, dignitatemque retinere videtur, ad id dignitatis faſtiginm electus fuit an. ferè 376. ſibique creditam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 407. dieque 25. Maij, plenus meritis, ac ſanctitate conſpicuus evolavit ad ſnperos propè Baſilicam Ambroſianam, unde poſtea ejus ſnceſſor Andreas ejuſdem ſanctiſſimnm corpus in Cathedralem transferendum curavit. Cum vero non in levibus de Zenobio ab iis, quæ typis mandarunt Joannes Tortellius Aretinus, Mombritius, Petrus Natalis, Clemens Mazza, Surius, Lippomanus, aliique recentiores diſſentire videantur, placuit ſanctiſſimi Præſulis, Tutelariſque noſtri puriſſima geſta, quæ congeſſit Laurentius Archiepiſcopus Amalphitanus, hic inſerere, ut in pervetnſto codice noſtri Ss. Vincentii & Anaſtaſii Cœnobii in charta pergamena exarata proſtant. Sic enim ſe habent.

[a] De quo late Papebrochius in Actis Ss. Maii tom. 6 p. 49 ubi cenſet S. Zenobium vitam ad an. circiter 440. protraxiſſe.

A

Laurentii Archiepiſcopi Amalphitani prologus in vitam S. Zenobii Epiſcopi.

Hortatui veſtræ dilectionis, amabiliſſimi fratres, auditum mentis accommodans, ita virtutes & miracula communis patris Zenobii propoſui Chriſto duce dicere, quatenus potius ſimplicium mentes ad provectum ſpiritus, quam ſapientum cor ad acumen ingenii provocem. Cum ſit enim numeroſa populorum caterva, quæ miro inſudat Philoſophiæ ſtudiis, & rariſſimos eſſe conſtet, quibus cordi ſit dialecticam perſcrutari ſubtilitatem, oportet utique nos, qui plurimorum ſaluti conſulimus, eis potius, qui multi ſunt, quam pauciſſimis providere. Eruditiſſimis ergo quibuſque ſupplico, quatenus illius charitatis reminiſcentes, quæ ſua non quærere comprobatur, uſitatis, & quodammodo ſimplicibus utentem ſermonibus me patienter audiant, ut fraterna comprobentur utilitatis amatores exiſtere. Nulla vero ſit cuiquam, deprecor, ambiguitas de miraculis ſancti viri, quæ hic ſunt fautore Domino deſcribenda; quoniam partim illa didicimus à perſonis graviſſimis, partim vero ſic per omnem Tuſciam hodieque rutilant, ut infidelibus ora claudere cogant & quodammodo reſerare. Qualiter autem ſacratiſſimis

B

virtutibus unicè viguerit, nunc maxime claret, quod ſemper exiſtens feliciter adhærens divinitati viva, ut ita dicam, miracula per carnem ſuam humanitus mortuam demonſtraret aſſidue. Argumentum igitur trahentes ab effectibus agnovimus eum quondam virtutibus floruiſſe, qui nunc in cœlo degens ariditatem noſtrarum mentium miraculorum ſuorum latiſluis exhibitionibus irrigat. Effectum namque eſt quod præcedens cauſa perficit, ut dies, quem ſolis ortus emittit. Cum ergo claritatem miraculorum ejus jugiter experti fuerimus, quid aliud nobis intelligi datur, niſi quod virtutum pennis ad æthera ſublevatus Soli juſtitiæ feliciter ſit conjunctus? Illius enim ſignorum vivax efficacia virtutibus eum fuiſſe repletum non modicis aſtruit. Virtutum vero poſſeſſio vitiorum maculis indicat eum cunctis modis caruiſſe. Duo quippe inter ſe contraria, ſicut ajunt, uni eidemque ſubjecto ſimul ineſſe nequeunt. Sed præmiſſis ſatis eſt, itaque favente Domino vitam ejus enarrare aggredior.

C

INCIPIT VITA.

Zenobius, Florentinæ civitatis indigena, non ſolum carnis origine nobilis, ſed etiam mentis ingenuitate clariſſimus extitit. A puerilibus enim annis divino ſe famulatui mancipans, ita literarum ſtudioſiſſimus enituerat, ut quam validiſſimus Chriſti miles eſſet futurus, in ipſo quodammodo ſui tyrocinio demonſtraret. Denique maturis moribus adornans adhuc acerbulam ætatulam, de virtutibus ad virtutes inſigniter ambulabat, ut dubitares illum in Sion Deum Deorum feliciter eſſe viſurum, qui viam divinorum mandatorum tam celerrime decurrebat. Cumque pueritia ſua decurſo tempore perveniſſet ad annos pubertatis, agnovit ſagaciſſimus adoleſcens, non illo ſui corporis tendere deſideria, quo ſpiritus ardor properare cupiebat. Sciunt enim egregius intonat Prædicator: Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, ſpiritus autem adverſus carnem, & hæc ſibi invicem adverſantur. Videamus igitur quid Chriſti miles contra iſtiuſmodi conflictum peregerit, ut

D

agnoſcamus in hujus vitæ ſtadio non in vacuum decurriſſe. Tantis ergo carnem ſuam incedis ſubjecit ſpiritui, ut divino adiutus auxilio corpori ſuo non ſubjiceretur ut famulus, ſed è diverſo principaretur ut dominus. Caſtitati dans igitur operam cum Job in debilitatibus fortiſſimo dicere poterat: Statui in corde meo, ut nec quidem cogitarem de virgine. *Noverat enim jam divinis apprime literis eruditus, pudicitiæ virtutem eſſe præ cæteris amplectendam, qua dilapſa, virtutes reliquæ funditus extirpantur. Sed quia non valet igneus ardor extingui, cui lignorum pabula jugiter adminiſtrantur, ut tunc venereus tumor ſalutare deprimitur medicamine, cum dapes ſubtrahuntur mortiferum calorem ſubminiſtrantes; idcirco jejuniis, & vigiliis artus ſuos congruentiſſime caſtigabat. Præterea virtus charitatis in eo ſibi proprium quodammodo conſtituerat habitaculum, ita ut vere poſſes dicere: In hoc juvene caſtitatis, & geminæ dilectionis amatore Deus*

A

utique requieſcit. Cum enim Dei locum Evangeliſta non ambigat dicere. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus manet in eo. *Paulus quoque veridice aſtruat eum, qui caſte vivit, templum eſſe Spiritus ſancti. Conſtat utique beatiſſimum Zenobium ejuſmodi repletum virtutibus divinitatis habitaculum extitiſſe. Præcipue cum tantæ manſuetudinis, tantæque humilitatis, quam conſtat eſſe virtutum cuſtodem, approbatur, ut quaſi ſpecialiter de ipſo dictum eſſe videretur:* Super quem requieſcit ſpiritus meus, niſi ſuper *Zenobium* humilem, & quietum, & trementem verba mea. *Nobilitate ſiquidem carnis, qua dicitur præ cæteris enituiſſe, calcata, ſic mentis ingenuitate pollebat, ut in cœleſti curia jam tunc eſſet aureis literis inſignitus. Quam vero liberalis in dandis eleemoſynis, & quam pius pauperum hoſpes fuerit in Domino, breviloquio ſtudens omitto ſeriatim dicere, quia per collectivum, ſicut ajunt, ſtatum, prudens lector in laude, quam præmiſimus, charitatis, hoc valet pleniter intueri.*

B

Nec enim charitatem, qua Deus, proximuſque diligitur, habere putandus eſt, qui, ut Evangeliſtæ ſermonibus utar, viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo. Probatio quippe dilectionis, ut Gregorius ſedis ſuæ compar mirabiliter edocet, operis eſt exhibitio.

Talibus igitur virtutibus pollens cum plurimo tēpore minoribus eſſet contentus officiis in Eccleſia Florentina, defuncto ipſius loci præſule, non ſolum a clero, ſed etiam ab univerſo populo ſolemniter ad Pontificatus apicem eſt electus. Nec vero licuit ei reniti, vel obſiſtere iſtiuſmodi electioni, quorum, ut præfatus ſum, ita conſenſu, & annisu omnium ſuorum concivium fuerat poſtulatus ad ejuſdem Eccleſiæ gubernacula, ut palam daretur intelligi, divinitus eum ad ejuſmodi fuiſſe officium invitatum. Videns itaque ſe divinis juſſionibus nec poſſe, nec debere pertinaciter obluctare, præſulatus quidem officium canonice ſumpſit, ſed humilitatis gratiam ſibi familiariſſimam non deſeruit. Prodeſſe enim magis quam præeſſe cupiens, ita cunctis ſe humillimum exhi-

C

bebat, ut non eſſet ambiguum, quam aſſiduus auditum mentis Evangelicæ ſententiæ commodaret, in qua videlicet dicitur: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. *Tanta vero dilectione Clerum ſibi commiſſum, ac reliquum populum dulciſſime amplectebatur, ut quiſquis eorum dæmoniacis, aut humanis fluctuaret anguſtiis, ad illius ſolamen, velut ad portum tranquilliſſimum feſtinaret. Quos ille dulciter ſuſcipiens ita divinarum ſcripturarum ſolabatur eloquiis, ut gauderent iſtiuſmodi patrem ſibi cœlitus eſſe tributum, qui filiorum diſcriminibus mirifica dulcedine ſubveniret. Prolixo quidem, ſicut præfatum eſt, tempore diſciplinis inſudans Eccleſiaſticis ſub aliorum regimine optime didicerat unicuique langueri mentium congrua ſermonis medicamina ſubrogare, meritoque præeſſe poterat, qui congruenter ſubeſſe didicerat. Si quando vero ſecularium potentia quemlibet ſibi ſubjectorum injuſto judicio comprimebat, non verebatur audacter illorum nequitiam redarguere, tandemque facta quadam commixtione ſeveritatis, & lenitatis inſi-*

D

ſtebat, donec favente Domino plerumque revocaret ad viam juſtitiæ, quos per iniquitatis devia conſtabat incedere. Juſtus enim, quemadmodum divina teſtatur auctoritas, tamquam leo confidens abſque terrore graditur. Et e contra quem graviter conſcientia reatus accuſat, effugit nemine perſequente. Sane juris Eccleſiaſtici prædia ſibimet uſurpantes, non materialibus gladiis hic pater excellentiſſimus impugnabat, ſed efficacis armis orationis viriliter expugnabat. Unde contigit, ut divina potentia cernens inſontis famuli ſui patientiam, ſic quoſdam illorum ſeveriſſima vindicta mulctaret, ut amaro ſubito morientes interitu non ſolum privatos quoſque, ſed etiam Reges ad obſequium ſancti viri quodammodo coegerint. Unde profecto contigit ſacroſanctam Eccleſiam Florentinorum ab iſtiuſmodi perſonis cæteris amplius eſſe ditatam, utpote qui viſa Patris Zenobii ſanctitate, compertaque divina ſeveritate, qua pro eo frequentiſſime pugnabat, non ei violenter auferre, ſed offerre ſuppliciter Eccleſiæ

neceſſaria procurabant. Denique regia poteſtas, quæ diebus illis Italiæ principabatur, in tanta ſe proſternebat humilitate veſtigiis ejus adorabilib. ut iis temporibus Imperator ad lamenta pœnitentiæ cum ſuis magnatibus confugiens, æternum Imperatorem in eo venerabiliter adoraret; nec immeritu. Ipſe namque Chriſtus Evangelica tuba intonuit inquiens: Qui vos honorat, me honorat, & qui me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. *Et per Prophetam:* Qui vos, *inquit*, tangit, *id eſt*, cum dedecore tractat, pupillam proculdubio tangit oculi mei. *Quid plura? ſicut olim gaudebat Roma, rerum maxima poeticè dicta, de ſpoliis occiſorum, ſic exultabat Florentia de converſione multorum, perpetuum patrem victurorum. Unde jure poterat inter ejus reliqua præconia decantari.* (Refloret magno felix Florentia ſancto.) *Porro ne minoris eſſe videantur auctoritatis hæc, quæ ſicut prælibavimus, à Religioſiſſimis quibuſdam didicimus, qui veridicè aſſerebant hæc quidem antiquitus fuiſſe deſcripta, ſed incendio, qui caſu contigit, eſſe conſumpta, quid Paulinus* (1) *ſanctus de Patre Zenobio referat, audiamus. Inter reliquas enim virtutes, atque miracula celeberrimi Patris Ambroſii ſubintulit inquiens: In Tuſcia etiam civitate Florentia, ubi nunc ſanctus Zenobius eſt Epiſcopus, quia promiſerat ſe petentibus illis ſæpius viſitaturum, frequenter ad altare, quod eſt in baſilica Ambroſiana, quæ ibidem ab ipſo conſtituta eſt, viſum orare, ſancto viro ſacerdote Zenobio referente, didicimus. En Paulinus qui tantæ pietatis extiterat, ut ſemetipſum barbaricæ genti ſervum pro filio cujuſdam viduæ traderet, aſſerit noſtrum Zenobium eſſe ſanctum. Neque putaret aliquis hoc eum tranſitoriè dixiſſe, non pro veritatis aſſertione contra poſterorum dubietatem, ut prius ait: In civitate Florentina, ubi nunc vir ſanctus Zenobius eſt. Et poſt ſignanter addidit: Sancto viro ſacerdote Zenobio referente didicimus. Quis igitur audet hujus veridico teſtimonio reluctari, per cujus os ad laudem ejuſdem noſtri Patroni Chriſtus utique locutus; ſecundum illud videlicet quod egregius aſtruit prædicator: An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus? Præterea diligenter inſpiciendum eſt, in quanto ſanctitatis degebat culmine, qui merebatur animam ſui conſacerdotis poſt carneum exceſſum ſpiritualibus oculis intueri. Oculis autem ſpiritualibus dixerim, non quod eum viſu corporeo nequaquam viderit, ſed quod intuitus ejus ita jam ſpiritualis eſſet effectus, ut meritò poſſet electorum ſpiritus contemplari. Scriptum quippe eſt: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Deus autem ſpiritus eſt. Non eſt ergo mirum, ſi luce ſanctitatis illuſtratus B. Zenobius, circumſcriptum videre potuit ſpiritum, qui incircumſcriptum feliciter eſt viſurus. Juxta illud quod ſcriptum eſt de electis: Regem in decore ſuo videbunt, id eſt, in ſua divinitate poſt mundi terminum propriis oculis ſunt viſuri, quem nunc per ſpeculum, & in ænigmate contemplantur. Nec prætereundum quod ſanctus vir Ambroſius, quemadmodum devotè poſtulantibus Florentinis promiſerat, non ſolum vivus eos frequenter viſitare ſtuduit, ſed etiam mortuus. In qua profectò magnis eſt Florentinorum populus laudibus extollendus. Cujus ingens profectò devotio non ſolum ante mortem, ſed etiam poſt mortem ſancti viri remunerata eſt, dum frequenter apud eos & ut credendum eſt, præcipuè orare viſus eſt, à quibus olim invitatus non ſolum Florentiam venerat, ſed eos etiam reſuſcitatione cujuſdam puerulo mirè lætificaverat. Inter hos nimirum populos Eccleſiaſticum clerum arbitror affuiſſe, in quibus profectò renitebat ut ſidus clariſſimum noſter patronus Zenobius. Licet tunc temporis necdum eſſet pontificali ſtigmate decoratus* (2). *Maximè cum legamus Eccleſiam, quæ dicitur Ambroſiana, ſolemniter ab eodem reverendiſſimo Pontifice Ambroſio fuiſſe dedicatam, cum totius Florentinæ plebis lætitia. Unde datur conici ex tunc has geminas Eccleſiæ Dei columnas invicem ſibi fuiſſe amicali fœdere copulatas, nec immeritò. Scriptum eſt enim: Omne animal diligit ſimile ſibi. Quod utique animal de homine prædicatur. Præterea videndum eſt qualiter ſanctitatem eximii Patris efficientia quoque miraculorum liquidius propalavit.*

Matrona quædam orationis gratia Romam proficiſcens à Galliæ partibus, audita laudabili fama Beati Præſulis Zenobii, priuſquam illo proficiſceretur, ad eum venire ſtuduit, ut tanti Patris benedictionibus frueretur. Cumque devotionem illius attendens admirabilis Pontifex, ad mundi contemptum atque cæleſtis eam regni deſiderium potius accendiſſet, illa veſtigiis ejus proſtrata, rogare cœpit, ut eſſe memor illius in ſuis orationibus jugiter dignaretur. Præterea cum ad ſuum hoſpitium jam voti compos fœmina remeaſſet, ſuiſque narraret quantæ ſanctitatis, quantæque facundiæ, nec non unicæ morigerationis eſſet Epiſcopus, cujus benedictionem optaverat, filius ejus quidem, qui cum ea venerat, ſed ob moleſtiam, quam incurrebat in itinere, feſſus in lectulo recumbebat, ad eum deductus & illius ſe precibus humillimè commendavit. Tunc vir Dei, quem gratia pietatis inter reliquas virtutes commendabat, compaſſus illius infirmitati non ſolum interiorem refectionem ei tribuit, ſed etiam corporea liberaliter alimenta largitus eſt. Verum quia languor illius paulatim invaleſcebat, veritus homo Dei, ne labor itineris, aut hujus omnimodè attereret corpus, aut matris devotionem frangeret, ſecum miſericorditer eundem puerum detinere propoſuit, donec illius genitrix ab Apoſtolorum liminibus remearet, quod & factum eſt. Igitur ea proficiſcente Romam, tantam pietatis curam beatus Zenobius erga prædictum languidum exhibuit, ut altera mater inventus eſſe videretur ad illius ſolatium. Sed quia divina providentia, ſicut reor, conſtituerat, ut per ejus mortem, immo reſurrectionem beatiſſimus Pater amplius enitèſceret, omnis humana refectio, quæ ut medicinalis cura ſibi exhibebatur, non ei levamen, ſed gravedinem inferebat. Interea Eccleſiaſticæ utilitatis exigente negotio perrexit idem venerabilis Pontifex ad templum, quod erat in honorem Sancti Petri conſecratum, non paucis ſe clericis comitantibus. Ubi dum oratione præmiſſa, quæ videbantur congrua, pereg[iſſe]t, ob ſæpe nominatum infirmum, quem nimiæ febris ardore peruſtum reliquerat, cœpit gradu commentiore meare. Et ecce videlicet illius genitricem, quæ ipſo die reverſa fuerat, ſparſis miſerabiliter capillis, atque magnis ululatibus vociferantem ad ſe venire, ſuiq; filioli jam exanime corpus infeliciter bajulare. Quo viſo vir clementiſſimus gradũ continuo ſiſtit, addiſcenſq; matrẽ una tantũ hora poſt obitum filii remeaſſe, gemebundus efficitur. Mulier verò confeſtim pedibus illius advoluta, filii cadaver ante faciem ejus projecit, voceq; lamentabili perſtrepit dicens: Unicũ meũ, quem tua ſanctitati vivũ cõmẽdaverã, vivum deprecor infelici matri reſtitue, non defunctum. Qui gregis tui non ſolum Paſtor, ſed etiam Pater es, fac me quæſo matrum in numero computari: nam nimis infelix appellari mater amplius non valeo, quæ uno eodemque momento pariter filium, & matris vocabulum perdidi: veniens ab Apoſtolorum Eccleſiis, qui prædicationis lumine cunctum orbem illuſtrarunt, qualiter amiſſo lumine, quod præ oculis diligebam, orbata poſſum ad patriam remeare? His & hujuſmodi lamentationibus eadem muliebriter quidem flente, ſed viriliter in Domino confidente, cum non poſſet illam vir Domini ſuis à veſtigiis repellere, ſeſe lacrymoſus illic in orationem dedit, tandemque vicinas ſibi divinitatis aures pulſavit humillimus, donec ambo pariter ſurgerent, defunctus ſcilicet ab acerba morte & ſanctus ſenior ab oratione. Jam vero quis oratoria facultate præpotens dignè poteſt enarrare, quantum ſubitò fuerit natum gaudium non ſolum parenti, & qui reſuſcitatus fuerat, ſed etiam reliquis ad hujuſmodi ſpectaculum aſſi-

(1) Quæ hic ſub nomine S. Paulini habentur, referuntur cap. 26. vitæ S. Ambroſii apud Surium. Sed auctor vitæ illius eſt Paulinus Presbyter ipſius S. Ambroſii amanuenſis, non autem S. Paulinus Epiſcopus Nolanus, uti cum hoc auctore ſcripſerunt Sigebertus, & Trithemius de Script. Eccleſ. *Bollandiani in Actis Ss. Maii t.6.p.60.*

(2) Haud facile inducor ut credam Epiſcopali Stigmate nondum decoratum fuiſſe Zenobium, cum S. Ambroſius S. Laurentii Baſilicam conſecravit, ſi verum eſt, quod ait Ughellus, anno 376. ad Florentini ſolii faſtigium S. Zenobium fuiſſe evectum. Evenit ſiquidem ejuſmodi Baſilicæ dedicatio circa Baronio annum Chriſti 391. ac propterea 15. fermè annos ab electione ad inaugurationem tranſiiſſe quis credat? Nec validum eſt argumentum, domeſticum potiorem ſua inauguratione caruiſſe, quod cum tantum Pontifex in aliqua diœceſi Pontificalia exercuerit: cum & honoris ergo ſibi invicem præſtare ſoleant Epiſcopi, ut alter in alterius diœceſi Paſtoralia munia quandoque peragat. *Bollandiani laudati.*

aſſiſtentibus. Cum ſcilicet uno eodemque fere tempore viderent propriis pedibus ambulantem, qui mortuus adductus fuerat manibus alienis. Quis itaque Deus magnus ſicut Deus noſter, qui nimirum ſua divinitati non ſegniter famulantes non ſolum in Cœlis, ſed etiam in terris glorificat, ſecundum illud ſcilicet quod veredice, utpote ſumma veritas, eſt pollicitus: Ego glorificantes me glorificabo. Non eſt igitur infideliter admirandum, quod tam efficax ſui famuli deprecatio fuerit, ut ſubito valuerit exanime corpuſculum ſuſcitare. Cum profecto liquiat eum ex illorum fuiſſe præcipuum numero, de quibus prophetice dicitur: Voluntatem timentium ſe, fidelis Dominus in verbis ſuis, clementiſſime faciet, orationes videlicet ipſorum mirabiliter audiens. Locus autem, in quo contigit hoc inſigne miraculum, ob id, quod orans illic almificus præſul genua ſua flexerit, hodieque Florentini cives Geniculum vocitant: tantaque reverentia dignum judicant lapidem, qui ſub ejus poplite contigerat eſſe, ut fœditatem illic non permittant vel a beſtiis effici; maxime cum plerumque contigerit illic eorum confringi vehicula, qui ſine debita reverentia per locum illum non abſque boum ſuorum damnitate tranſierant. Aliud quoque ſimillimum huic non ſuperſedeo referre miraculum, eodem ſcilicet itinere, ſed non eiſdem, ut ante nos à quodam dictum eſt, utens veſtigiis. Cum enim venerabiliſſimus idem Pontifex matura jam confectus ætate, ſolis orationibus operam daret, ac per hoc una cum ſuis clericis etiam ſuburbanas Eccleſias circuiret. Quadam die cum egrederetur ad ejuſmodi ſtudium, contigit eum reperiſſe quendam defunctum ante Florentinam portam, quæ ſita eſt contra Aquilonem. Cumque paulisper ſubſtitiſſet, atque more ſuo cœpiſſet orationem Deo fundere pro illius animæ redemptione, diverſi ſexus & ætatis populi, qui illo convenerant, nutu quodam, niſi fallor, tacti divino cœpere prius muſſitando dicere: Non pater hic noſter ſanctiſſimus, quem conſtat jam reddidiſſe mortuum vitæ, poſſet hunc quoque juvenem ſuſcitare, ſi noſtra fides in hujuſmodi poſtulatione minime vacillaret? Cum ergo præco Pontifex abire cœpiſſet, omnium illorum corda quaſi unum protinus ſunt effecta, terræque proſtrati, lachrymoſiſque vocibus defuncti reſuſcitationem poſcentes ita concluſerunt illius iter, ut nullatenus poſſet ad Epiſcopium remeare. Triſtiſſimus itaque Pater effectus, utpote vitium elationis tamquam peſtem maximam fugiens: Cur, inquit, filii mei tantum mihi ponderis imponitis, quantum fragilitas meatis mea ſufferre non poteſt? An ignoratis hæc & ejuſmodi miracula non infimis & peccatoribus, quorum ego ſum ſocius, ſed viris apud Dominum ſummis, & juſtiſſimis convenire? Cui populus è contra flebili voce ſupplicitèr: Qui puerum alienigenam clementer Domino largiente reſuſcitaſti, debes quoque Pater honeſtiſſime propter iſtius infelicis reſurrectionem juvenis, cui tota, ſicut aſpicis, tua compatitur civitas, omnipotentiſſimæ ſupplicare divinitati.

Ad hæc ſanctus Dei ajebat non illud ſuæ fuiſſe virtutis, ſed potius maternæ devotionis, quam fides adjuvit proculdubio validiſſima. Populo autem pariter reſpondente, quod fides unius apud clementiſſimum Dominum valuit obtinere, omnium noſtrum profecto fidelibus miſericorditer concedetur, compulſus eſt almificus vir eorum annuere precibus. Præcepit itaque cunctæ multitudini, quæ aderat, tandiu Kyrie eleiſon devotiſſime dicere, donec ipſe ſurgeret ab oratione, quam dicebat illorum poſſe precibus adjuvari. Quid plura? tamdiu ſlu jacuit humillimo, tamdiu lachrymoſis petitionibus inſtitit, tamdiu contemplationis penna ſublevatus Æthereo propitiavit imperanti, donec plebs viſa illius, qui mortuus fuerat, ſubita oculorum apertione, non jam Kyrie eleiſon, ſed Deo gratias, Deo gratias inclamaret. Lætiſſimus ergo protinus ad domum reverſus eſt viventium, qui cum plurimorum mœſtitia ducebatur ad tumulum defunctorum. Vellem prætertam maiores virtutes ejus, quæ nobis à quibuſdam veridicis relata ſunt, huic opuſculo aggregare, niſi magnopere faſtidio conſulens audientium, ea, quæ jam dicta ſunt, ſufficere crederem, maxime cum prudens lector argumentum trahens à maioribus, non ambigat eum parva facere potuiſſe, quem conſtat auctore Domino inſigniter patraſſe quamgrandia.

Ad ejus ergo glorificatum obitum ſtylum vertimus, quem nimirum Deus omnipotens abſtractum à terris Arcadii, & Honorii temporibus, ad Cœlorum gaudia revocavit. Plenus enim dierum ſicut ſcriptura teſtatur in ſenectute bona, cum ſe cerneret invaleſcente languore morti proximum effici, mœſtiſſimum clerum & populum nihilominus lachrymoſum taliter allocutus eſt: Nolite, dilectiſſimi filii, nolite, deprecor, immoderata vos afficere triſtitia, quoniam quidem tempus eſt, ut viam patrum gradiens ad bonum Dominum peracto feſtinem ſervitio; quinimmo gaudete me patrem veſtrum ad ipſum præcedere, cujus in quantum potero miſericordiam pro veſtris exceſſibus exorabo. Admonita tantum meæ parvitatis in unitate concordia ſatagite cuſtodire, ſi mihi vicarium dilectionis affectum cupitis reſtituere. His & talibus finitis alloquiis, eos pontificaliter benedixit, ſublevatiſque manib. ad Cœlum oravit, ac deinde ſemetipſum ſignans, ita lætus animam exhalavit, ut diceres ad patriam ridens anima ridendo redire. Corpus autem ſacratiſſimum ipſo die, quo defunctus eſt, octavo ſcilicet Kal. Junii recunditum eſt in arca marmorea & poſitum eſt in Eccleſia S. Laurentii juxta altare. Quod cum fuiſſet aliquot annorum curriculis elapſis, ob infeſtationem quarundam gentium tranſlatum in S. Reparatæ Baſilicam, tantam ejus Deus ob meritum virtutem oſtendit, ut quadam arbor, quam feretrum ejus cum adduceretur, tetigerat, continuo floruiſſet. Nunne videtur tibi, Lector, hæc arbor & flores virtutum B. Zenobii demonſtraſſe, & Florentinam civitatem indicaſſe præ multis aliis urbibus ob ejus reliquias varias gratias reflorere? Lætabiliter itaque gaudeat Florentinus populus, & exultet in Domino, quia divinitus accipere meruit hanc gemmam pretioſiſſimam excellentem cunctis terræ opibus. Nec illud eſt obliviosa prætermittendum ſegnitie, quod iſtud ſacratiſſimum cadaver ad præfatam uſque portam Septentrionalem delatum tamdiu ſe non permiſit ullatenus ab eodem loco moveri, quamdiu Pontifex, qui tunc temporis huic præerat urbi, Deo polliceretur, ut non minus duodenario Clericorum numero, ad ejuſdem ſancti perpes obſequium deputaret. Video præterea fragilitatem mentis humanæ, quæ gaudere ſolet breviloquio, tot auditis miraculis poſſe laſſeſcere, ſed mihi curandum eſt, ne dum quaſi providus humanam offenſam refugio, divinam male ſanus incurram. Unde diſpoſui per quoddam quaſi mediſullium Chriſto duce deambulare, quatenus & minora ſileam, & majora, quæ poſt obitum ſuum patravit, ſtudeam non ſegniter enarrare. Quidam puer Italicus aliquando magno febrium ardore perustus, in tantam ſitis anxietatem devenerat, ut quadam nocte quaterdecies aquam biberet; ſed quia nimis accenſæ febris eam conſtat eſſe naturam, ut quo amplius biberit, eo minus ſatiat; idem puer anxius genitricem ſuam graviter dormientem quinquies & ſexies, non ſine clamoris magnitudine vocitavit. Cumque mulier laſſabunda fuiſſet excitata, ſuoque dixiſſet filiolo: Quid vis, cur tantum vociferas? ille quaſi nec dum biberet aquam infeliciter poſtulavit. Denique nimio jam tædio mater illius obſeſſa, reſpondit dicens: Dabo tibi diabolum, qui te præfocet. Nunquid non ſufficit ingluviei tuæ quaterdecies jam bibiſſe, meque nimis infelicem non quiviſſe ſaltem paululum requieſcere? Igitur eodem inebriata furore, aquam illi porrexit dicens: Bibe, bibe diabolum, qui te facit potum toties poſtulare. Nulla itaque in medio mora; continuo ſpiritus malignus introivit in puerum, eumque cœpit atterrime vexare. Quod ut aſpexit, eatenus procax mulier in terra proſtrata, luctu cœpit amariſſimo lamentari, ſeque cauſam fuiſſe calamitatis, quæ puero contigit, veraciter atteſtari. Propoſuit igitur ejus genitor variorum ei medicaminum auxilia diligenter adhibere, quæ dum illi nec minimam quidem portiunculam incolumitatis erogarent, in ſummo diſcrimine poſitus quid deberet amplius facere, non ſolum viros, ſed etiam fœminas conſulebat. Unde contigit quandam Religioſam mulierem ſaluberrimum ei conſilium præbere dicendo: Ad Patris Zenobii ſacratiſſimum tumulum ſi proprium duxeris filium, ad effectum proculdubio tu

A *poteris deſiderii pervenire. Dum enim cauſa orationis nuper ille perveniſſet, vidit quandam Florentinam ſic ab eo mirabiliter exauditam, ut ab oratione domum rediens, non filium ſuum ſolum, pro quo ſanctum poſtulaverat, ſanitati redditum inveniret, ſed etiam monile quoddam ſibi ſublatum in domo propria reperiret. Talibus ille compertis Florentinam una cum nato proprio feſtinanter adiit, ac religioſos clericos, qui familiarius ſæpe dicti Patris Eccleſiæ ſerviebant, anxius obſecravit, ut miſerrimum puerum, qui ſponte nollebat ingredi, violenter uſque ad altare S. Zenobii ducere dignarentur. Verum ſpiritus nequam in eo degens, cum formidaret ad ſanctum pertrahi, tantum ante fores repugnavit, tantum obſtitit, tantum reluctatus eſt, ut decennis puer vix poſſet à quodam validiſſime viro uſque ad Tribunal deduci. Ubi dum pro eo in terra jacente fuſa cum lachrymis eſſet oratio, ſubito venter illius ultra humanam normam intumeſcere viſus eſt, ac deinde reverſus ad ſtatum priſtinum, tantum putoris effudit, ut palam daretur intelligi ſpiritum ab eo* B *pulentem meritis ſancti fuiſſe Zenobii effugatum. Saniſſimus ergo ſurrexit puer a pavimento, & tribus jam elapſis diebus nihil cibi acceperat, manducare continuo poſtulavit, atque ad ſuam patriam cum patre jam lætiſſime remeavit.*

Nec illud prætereundum videtur inſigne miraculum, quod noſtris quoque diebus ac noſtris oculis fuiſſe conſtat exhibitum. Clericus enim quidam, famulatum præbens Eccleſiæ cuidam multis aliis devotius eidem famulatum præbentibus Eccleſiæ, dum eſſet in ultimo, ſui languore ſervuli contriſtatus, acceſſit ad altare B. Zenobii, deprecatus intimis ſui cordis gemitibus, ut ejuſdem patris interventionibus illi ſanitas proveniret. Sed quia bonum mentis humanæ deſiderium, ſicut ante nos multi ſanctitate & eloquentia dictum eſt, ſolet dilationibus augmentari, atque augmentatum optata percipere, non eſt tunc idem clericus protinus exauditus. Verum quia non ſolum ſecularibus, ſed etiam divinis literis erat non mediocriter imbutus, ac per hoc ſciens Evangelice dictum eſſe: Pulſate & aperietur vobis, non deſtitit per dies undecim precibus aurem pul- C *ſare tonantis, auxilium videlicet ſancti Pontificis poſtulando, quem credebat eſſe divinitatis auditui proximum. In quibus nimirum diebus duodecim horarum quidem pro eodem ſuo famulo pergebat Zenobii Patris ad aram, ſed medicamen exterius, utpote medicinalis peritus arte, competenter illi adhibere nullatenus omittebat. Cum vero cerneret tot elapſis diebus habiles quidem curationes admittere, ſed languorem nullatenus amittere, ſtatuit in corde ſuo medicinalis temporis tunc ſtudia poſtponere, & tantummodo laudabiliſſimi Præſulis auxilium præſtolari. Cum ecce die duodecimo Sanctus ei per viſionem apparens ait: Diebus his præteritis idcirco puero tuo nequaquam ſanitatis donum tribuere volui, ne videretur potius terrena, quam cæleſti curatione fuiſſe ſalvatus. Nunc autem, quia ſicut Pſalmographus intonat vates: ſtabiliter in vere Domino cogitatum tuum jactaſti, ſcias te nuncupative domini vocabulum non amittere. Sanabitur enim cito citius idem tuus ſervus, quem tibi prereptum arbitraris. Evigilans igitur præfatus clericus, quid ſibi per* D *ſomnium dictum fuerit, prius multis hominibus fideliter nunciavit, ac deinde famuli ſui mirabilem incolumitatem videre promeruit. Libet interea mentis intuitum ad videndum ſancti hujus gloriam diligenter ſuſtollere, qualiterque terreno pretio cæleſtia emerit, contemplari. Ecce enim qui carnalibus obluctando illecebris omnipotenti Domino famulans tranſitoriam mundi gloriam declinavit, non tantum ſideream feliciter poſſidet manſionem, ſed etiam in terris exhibendo tam jucunda miracula nimis magno fruitur honore. Beata plane poſſeſſio, quam non aufert hoſtilis iniquitas, ſed inconcuſſam detinet immenſa felicitas. Cujus beatitudinem nulla diminutio mutilat, quia numquam illi ruinoſus caſus appropiat. Cui ſemper arridet optata proſperitas, quia numquam ei horribilis dominatur adverſitas. Multa quidem, ſed & alia, quibus hic honorabiliſſimus Pater poſſet merito prædicari, ſed mihi Laurentio Amalphitanæ ſedis immerito Archiepiſcopo, qui hic exulans eius ſenſi præſidium, magis libuit hæc pauca deſcribere, quam plurima non ſine macrologia vitio faſtidioſius excipienda narrare. Celebratur autem feſtivitas ejus VIII. Kal. Junii. Ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti: qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus ſancti. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.*

Laurentius hujus vitæ ſcriptor, ad Archiepiſcopalem ſedem Amalphitanam evectus eſt an. 1024 deceſsit vero ſub Leone IX. Romæ an. 1048. exul ab Eccleſia, ſepultus in æde B. Joannis de Schola Græca, fuitque ſecundus Amalphitanus Archiepiſcopus, de quo in 7. Tomo hujus noſtræ ſacræ Hiſtoriæ agemus.

Extat alia Zenobii Vita à S. *Simpliciano* (1) Archiepiſcopo Mediolanenſi, Ambroſii ſucceſſore, ejuſdem Zenobii ſynchrono conſcripta, ejuſdemquè meminit Antoninus tit. 10. cap. 17. tametſi in ſupputatione temporum fallatur. Pluresque ſunt, qui Zenobii prolixè vitam ſcripſerunt, illoſque conſulat Lector, ne eadem uſque ad tædium cogamur repetere. Ejus venerandæ reliquiæ in Metropolitana honorificè requieſcunt, ejuſdemque caput argentea, fuſaque imagine incluſum, populo ſpectandum, floribuſque conſectandum proponitur, quod inde capitis expellendi dolorem promptiſſimam virtutem experiantur exire. Cæterum in tranſlatione corporis ejuſdem Sanctiſſimi Præſulis è Baſilica Ambroſiana, nunc S. Laurentii, ad Cathedralem, inſigne illud accidit miraculum, ut cum feretrum in ulmum aridam impegiſſet, repentina viriditate revixit, explicuitque folia, quo in loco ex granito columna deinde collocata eſt, ne admirandi facti aliquando interiret memoria, hac inſcriptione miraculum proloquente.

ANNO AB INCARNATIONE DOMINI CCCC. VIII. DIE XXVI. a JANUARII TEMPORE IMPERATORUM ARCADII, ET HONORII ANNO XI. FERIA QUINTA, DUM DE BASILICA S. LAURENTII AD MAJOREM ECCLESIAM FLORENTINAM CORPUS S. ZENOBII FLORENTINORUM EPISC FERETRO PORTARETUR, ERAT HOC IN LOCO ULMUS ARBOR, ARIDA TUNC EXISTENS, QUAM CUM FERETRUM SANCTI CORPORIS TETIGISSET, SUBITO FRONDES, AC FLORES MIRACULOSE PRODUXIT; IN CUJUS MIRACULI MEMORIAM CHRISTIANI, CIVESQUE FLORENTINI IN LOCO SUBLATÆ ARBORIS HINC HANC COLUMNAM CUM CRUCE IN SIGNO NOTABILI EREXERUNT.

a Ubi 26. Jan XI. Imperatorum annus, & Feria V. incidunt in annum Christi 405

E qua Inſcriptione liquidò eruitur, Zenobium Sanctum virum haud obiiſſe anno 408. ut nonnulli ſunt arbitrati; incidit enim ejus tranſlatio in diem 26. menſis Ianuarii ejuſdem anni. Ipſe verò finivit die 25. menſis Maij, ut perſpicuum eſt. Tanta autem diverſitas eſt in perquirenda ratione temporum in iis, quæ ad hunc ſanctum pertinent, ut niſi conjectura veritas indagetur, admodum difficulter videatur poſſe expiſcari. Igitur vero propius eſt ad Epiſcopatum aſcendiſſe illum anno 394. obiiſſe verò 407. ut ſupra docuimus.

Florentiæ civitatis Protector eſt, ejuſque feſtum ſolemni ritu celebratur, ad altare oblationes deferente Senatu, cujus coryphæi nobiles è Hieronyma gente alumni. Baronius in ſuis Annalibus arbitratur hunc Sanctum à Zenobia Palmerinorum Regina pugnaciſsima fœmina à Valeriano Imperato-

re

(1) S. Simplicianum Ambroſii ſucceſſorem Zenobio præmortuum fuiſſe evidentiſſime docet Paulinus in vita S. Ambroſii, ubi poſtquam enarraverit Simplicianum Ambroſio ſucceſſiſſe, illi Venerium, addit: *Intra Tuſciam verò civitate Florentia, ubi nunc vir ſanctus Zenobius Epiſcopus eſt &c.* Hæc Paulinus apertè, ac diſertè teſtatus, S. Zenobium poſt mortem S. Simpliciani aliquandiu in vivis fuiſſe: proinde aliquis alius revera illius vitam conſcripſit; fortè Simplicius, aut etiam Simplicianus appellatus, & mox creditus Epiſcopus Mediolanenſis, quaſi illud nomen nulli alteri potuiſſet imponi. *Bollandiani in Actis SS. Maii tom. 6. pag. 50.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

re devicta, ſuam duxiſſe origioem. Quam conjecturam ſi tantùm ex Zenobii nomine ipſe deducit, nil planè obſtat, quin multos Regum progeniem faciamus, qui Regum nomina, dum ſacro fonte ablueeentur, ſibi impoſita geſtanr. Urcumque res ſit, conſtat Hieronymam gentem obiquc & ſemper ſommæ digoitatis ſuiſſe familiam, quæ præter cætera decora meritò gloriari poſſit S. Zenobium habuiſſe alomoum (1) cujus ſaoctitatis radiis, & patria Florentia, Hieronymaque gens mirificè nobiliratur. De qua noſter Ugolinus Verious lib. 3. de illuſt. urbis Florentiæ ſcriptum reliquit.

Hieronymi quam priſca domus fuit, ardua turris
(2) Condita ſit teſtis totos jam mille per annos,
Quam ſacer antiſtes Tuſca Zenobius urbis
Tam clara de ſtirpe ſatus, coluiſſe putatur.
Dixere hunc meritò Syllanæ gentis alumnum.

Et io honorem Zenobii idem Verinus lib. 7. Epigrammatum ad Marthiam Pannooiæ Regem, qui in celebri Bibliotheca Franciſci Card. Barberini M. S. aſſervator, ſic cecioit.

Hetruſca antiſtes colitur Zenobius urbis;
Iſta Fluentinis eſt celebranda dies.
Hic Auguſtini comes, Ambroſiique ſodalis,
Ingenio clarus, clarus & eloquio.
Legatum hunc Damaſus Biſanti miſit ad Arcem,
Cum Getico arderent Dardana tecta rege.
Arrius Auſonia cum tamquam peſtis in urbe
Serperet Eccleſiæ dira venena vomens.
Aſt opere, & ſermone potens Zenobius omnem
Peſtem exturbavit finibus Italiæ.
Non aliter cœlo nubes Aquilone ſereno
Pelluntur: mundo fulget & axe dies.
Sic tunc alma fides Chriſti candore nivali
Enituit, nullis commaculata notis.
Felix o nimium Florentia Præſule tanto.
Paſtoris mores nunc imitare tui.
Undecies centum orator Zenobius annos
Mitigat iratì numina læſa Dei.
Ut patriæ parcat, venturoſque arceat hoſtes;
Peccantis populi nec meminiſſe velit.
Innumeris erepta malis Florentia ſervat
Jus libertatis, ſervat & imperium. (eſt.
Crimina noſtra preces nunc nunc ad culmina victus
Nequitiæ jam jam magna ruina manet.
Deſeret iratus periturum paſtor ovile,
Nè fruſtrà ingratis ſedulus ferat opem.

Dum adhuc Zeoobius in vivis ageret, duo ex ejus diſciplina Eugenius Diaconus, & Creſcentius Presbyter oobiles alumni diſceſſerunt è vita, relatique poſtea ſunt ob iogentia ſanctitatis merita io numerum ſanctorum. Quorum meminit Martyrol. 19. Aprilis, & 17. die Novemb. de quibus Sylvanus Razzius io vitis ſanctorum Hetruriæ.

VI. 6 S. ANDREAS Zenobio ſucceſſit anno 407. Quot annos in Epiſcopatu vixerit ille, non ſatis conſtat. Ejus feſtum celebratur die 26. menſis Febr. apud Martyrolog. Rom. cujus etiam mentio extat in vita S. Zenobii, utpote qoi S. Zenobii corpus in Cathedralem transferendum curavit. Cæterum ex ipſius actibus oil certi jam reperitur. Interciderunt ſiquidem, ſive ex vetuſtate temporom, ſive ex mortalium incuria, ita ut etiam hic cum altero Andrea confundatur plerumque, qui poſt aliquot ſecula eaodem Florentinam Eccleſiam gubernavit. Probabilius tamen eſt duos fuiſſe Andreas, huncque relatom fuiſſe in nomerum ſanctorum. Poſt hunc Andream, ad multos annos Florentina ſedes aot vacavit, aut certè ex vetuſtatis invidia non reperioorur, qui io ea jus divinum dixerunt.

VII. 7 S. MAURITIUS Epiſcopus Florentinus à Totilæ militibus interemptus eſt, dum meliorem Italiæ partem devaſtarent, ejuſdemque nobiliores civitates ferro flammaque ſuccincti exciderent. In quibus etiam Florentia fuit. Tametſi haud in totum exciſa fuerit, viſa tamen eſt, præter cæteras ærumnas, illam luctuoſam tuliſſe, cum per violentam mortem proprium Paſtorem amiſit an. 550. à reſtituta ſalute, die 28. Junii, ot refert Ioannes Villanus, ex quo Sylvanus Razzius io vitis Ss. Hetruſcorum. At de Florentiæ everſione Totilæ ſæviſſimi Regis juſſu noſter Verinus lib. 1. de illuſtratione urbis Florentiæ ita cecinit. a Sub annum 545.

Aurea Phryxei intrabat tunc vellera monſtri
Exoriens Titan, Martis genitoris in ædem,
Murorum primus cum fundamenta colonus
Jecit, & erexit celſas ad ſidera turres;
Quas Getica evertit rabies, Lombardus, & Hunus,
Cum ferus Auſonias turbavit Alaricus urbes;
Sævior & Totilas dominantis mœnia Romæ
Vertit, & æqua ſolo proſtravit culmina, cæſis
Civibus, & denſi texerunt marmora vepres.
Plurima tunc illis ceciderunt oppida bellis
Auſonia, Scythico convulſa Aquileja furore:
Dives & Altinum, & laceris Concordia muris
Principium tribuit Venetis, ſcopuliſque remotis
Adriaci ſedere maris, tutoque receſſu
Securi terra ſedes poſuere perennes.
Si qua poteſt terra ſedes durare perennis.

VIII. 8 N. (cujus nomen non extat) Epiſcopus Florentinus, ad quem Pelagius I. ſommos Poutifex literas dedit. Hujus meminit Gratianus io Decret. ad diſtinctionem 33. tametſi nomen non proferat. Floruiſſe videtur circa annum 556. quo anno Pelagius Eccleſiam S. Mariæ Majoris Florentiæ conſecravit die 17. Aprilis.

IX. 9 REPARATUS Epiſcopus Florentinus ſub Agathone Papa concilio interfuit an. 679.

X. 10 SPECIOSUS civis, ac Epiſcopus Florentinus. Hic ille eſt, qui anno 724. S. Joannis Bapriſtæ Canonicis, Sanctæque Reparatæ quamplurima paterna latifundia munificentiſſimè dono dedit, quæ prius ex hæreditate latè poſſederat, apud S. Julianum de Septimo, ut ipſe in ſubjecto donationis diplomate fatetor, quod ideo hic, tametſi inquinatè deſcriptum, apponendum coravimus, ne illius ſancti Epiſcopi memoria intercideret. Extat originale documentom io Archivo Canonicorum Metropolitanæ Eccleſiæ.

In nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, regnante piiſſimo, atque perpetuo à Deo conſervando Domno Luitprando excellentiſſimo Rege gentis Langubardorum anno feliciſſimo Regni ejus duodecimo indictione ſeptima feliciter. Et ideo Chriſto ductore ego Specioſus Epiſcopus nimis peccator, & indignus per præſentem ſalutem, & æternam, ſic volo, atque diſpono, qualiter Domino adiuvante de Curte, & rebus in eis, quæ ſunt poſita in loco fluvio Greve, ubi etiam Cintoria nominatur, infra plebe, & Epiſcopio B. Joannis Baptiſtæ, vel Reparatæ Martyris, unde ego Epiſcopus eſſe videor, ſeu infra plebe, & territorio S. Juliani, dicto Septimo, qui fuerunt genitoris, & genitricis meæ, exinde fieri debeat.

Ideo confirmo, & ſtatuo, atque offerſionis nomine offero, & trado tam ſupradictam Curtem, quam & cum omnibus rebus ad ipſam pertinentibus . . . . angarialibus, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, locis aquariis, vel ubicumque ad prædictam Curtem inveniri poteſt pertinentibus in Eccleſia, & Canonica Beati Joannis Baptiſtæ, tam ad ipſos Canonicos, qui modo pro tempore ſunt, quàm qui tunc futuri erunt, ut habeant, firmiterque teneant, poſſideant, laborare faciant, & ex ipſis frugibus communiter ſe reficiant, & hæc chartula offerſionis nomine firma & ſtabilis permaneat ſemper. Unde precamur prædictos Canonicos, qui modo ſunt, aut in antea venturi erunt per timorem Domini,

(1) Ea nos opteremus ad Gentis Hieronymæ decus ex antiquis actis poſſe ſtabilire, ſolitæ aliàs flocci pendere adinventiones novas, & duorum ut ſummum ſæculorum adulatione firmatas, quibus antiqui omnes Italici ſancti inter familias, hoc tempore quidem nobiles, ſed ante non multa ſæcula ignobiliſſimas pleraſque diſtribuuntur. Huc accedit, quod Coſmus della Rena probaſſe ſe exiſtimaverit duorum Synonymorum Epiſcoporum memoriae confuſae fuiſſe, & S. Zenobium fundatorem Eccleſiarum S. Michaelis in Paſiniano, & S. Gervaſii in civitate Florentina, utramque intra veteres terminos diœceſis Feſulanæ, licet nunc ad Florentinam pertineant, ſpectare ad S. Zenobium, ejus nominis primum Epiſcopum Feſulanum ſub finem ſæculi IX, quem prædictus Coſmus credidit ad Hieronymianam familiam pertinere, ideoque hujus potius, quam alterius eſſe annulum, qui ſæculo XV. commodatus Ludovico XI Franciæ regi, lepra laboranti, ab eodem poſt obtentam ſanitatis gratiam remiſſus eſt aurea capſa donatus, & apud Hieronymos aſſervatur. *Bollandiani in Actis Ss. Maii t. 6. p. 49.*

(2) Turrim ipſam cenſuerim valdè antiquam fore, ſi fuerit ſæculo XII. inter motus Guelforum, ac Gibellinorum excitata, ſicut & aliæ plures adhuc hodie ſuperſtites. *Bollandiani ibid. pag. 60.*

mini, Sanctorumque omnium, ut pro me, meiſque genitoribus Dominum deprecari non ceſſent, quatenus noſtra remittantur delicta, & conſequamur requiem ſempiternam. Ideo nec ego quidem Specioſus Epiſcopus, neque ulli Epiſcopi, qui poſt meum deceſſum ſedem accepturi ſunt S. Florentinæ Eccleſiæ habeamus licentiam, & poteſtatem præfatam Curtem, cum præfatis rebus ab illorum ſupradictorum Canonicorum poteſtate, vel dominio retollere, & aliorum hominum manibus deputare, nec per chartulam concambiationis, neque per convenientiam libelli, neque per ullum ingenium, niſi ſicut ſupra diximus, ad illorum Canonicorum, qui modo ſunt, aut in antea futuri ſunt uſque ad finem ſeculi, maneant poteſtatem: & quod fieri non credo, ſi forſitan quislibet ex ſucceſſoribus meis Epiſcopus, vel magna, parvaque perſona ſupraſcriptam Curtem cum jam dictis rebus de poteſtate ſupradictorum Canonicorum retollere, minuere, intentionare, litis cauſationem immittere præſumpſerint, aut ſicut ſupradiximus, per chartulam Cambiationis, vel per convenientiam libelli ab illorum dominio ſurripuerint, tunc componituri eſſe debeant pœna nummorum per argentum libras centum ipſis Canonicis. Inſuper hac in die magni examinis ante tribunal æterni Judicis, quando Chriſtus cum omnibus Angelis venerit judicare ſeculum, mecum qui hæc pro me, meiſque genitoribus Deo, & prædictis Canonicis obtuli rationem conſtituturus adſiſtat, & taliter ei eveniat in hoc ſeculo, & in futuro, ſicut quondam evenit Ananiæ, & Saphiræ, qui defraudaverunt pretium agri, & poſuerunt ante pedes Apoſtolorum, & ſicut contigit Judæ Eſcariotis, qui Chriſtum tradidit, cujus animæ ejus anima ſociata infernum ſine fine poſſideat, & hæc offerſionis chartula omni tempore in ſua maneat firmitate. Actum Florentiæ feliciter.

Ego Specioſus Epiſcopus hanc offerſionem à me factam manu ſubſcripſi.

Ego Deuſdedi Archipr. rogatus à D. Epiſcopo ſſ.

Ego Uten Archid. rogatus à D. Specioſo Epiſc. ſſ.

Ego Alfuſus Primicerius rogatus à D. Specioſo Epiſcopo ſſ.

Ego Cillica Presb. rogatus à D. Specioſo Epiſ. ſſ.

Ego Ermincio Diac. rogatus à Domno Specioſo Epiſcopo ſſ.

Ego Nora indignus Presb. rogatus à D. Specioſo Epiſcopo ſſ.

Ego Gandiſteo rogatus à Domno Specioſo Epiſcopo ſubſcripſi.

Ego Alfuſo Iſcaurino ſſ.

Ego Reparatus rogatus à D. Specioſo Epiſcopo ſſ.

Ego Dardanus ſcriptor hujus chartulæ poſt teſtium roborationem, complevi & dedi.

XI. 11 THOMAS Epiſcopus Florentinus interfuit Concilio Romano ſub Zacharia Papa an. 743. ut habetur in antiquiſſimo M. S. codice Abbatiæ S. Salvatoris Montis Amiatæ, de quo etiam Baronius ad hunc annum. (1) Hujus Epiſcopi temporibus hæc urbs per Carolum Magnum reædificari cœpta; priſtinum brevi tempore, antiquumvè recepit ſplendorem, de qua re ſic noſter Verinus lib. 1. de illuſt. ejuſdem urbis.

Aſt ubi bis centum deſtruxit barbaras annos,
Funditus evertens Latias Deſiderius urbes,
Bellovagi rectorum populi Pipinius heros
Venit in Italiam, felix cœu numen ab aſtris
Demiſſus, ſævoſque afflixit cladibus hoſtes:
Cepit & obſeſſo Papienſia mœnia Rege,
Barbaricamque luem Latiis delevit ab oris,
Redditaque ablatis libertas tuta tyrannis
Oenotriæ, cultumque Dei ſine fraude recepit
Auſonis hæreſeos. Miro complexus amore
Egregios CAROLUS Romanæ ſtirpis alumnos
Fovit, & inſignes charos celebravit honore,
Majoremque novis præcinxit mœnibus urbem:
Templa reſarcivit veteri decaſſa ruina,
Reginaque poli mirandas condidit ædes:
Ad nova diſperſos revocavit mœnia cives:
Quæque ſibi ſtruat altis in montibus arces

A *Ob ſubitos Martis caſus, diroſque tyrannos*
Fecerat: accerſit pubem: dat munera cunctis.
Et merito: quoniam Lombarda per agmina victrix
Egregiam navarat opem Syllana juventus.
Piſana appulerat magnus vix littora CARLUS,
Cum rerum dominos Lombardos depulit urbe,
Tercentumque equites princeps Florentia miſit
Præſidium Francis: quorum ſi geſta requiras,
Bella Sophocleo noſces ſcribenda cothurno:
Qui Mauros Calabram pepulere è montibus hoſtes,
Iidem ceperunt Papienſia mœnia primi.
Syllanæ tunc crevit honos, & gloria pubis
Per Latium, priſcoſque animos rediviva reſumpſit,
Succeſſuque novum Floris cognomen adepta,
Et vetus amiſit, ſic aucta Fluentia nomen.

Anno 790. Thoma Epiſcopo adhuc vivente, qui in decimum ſeptimum Italiæ Regni Caroli Magni, ac decimum Pipini ejus filii incidit, Aſtroaldus, Adovaldus, & Adopoldus fratres, filii Ariperti quondam opulentiſſimi civis Florentini ampliſsima bona
B monaſterio D. Bartholomæi de Ripoli *a*, quod duobus à Florentia milliaribus diſtat, contulere. Fundatum illud fuerat ab Adovaldo ipſorum proavo multis privilegiis, neque redditibus mirificè inſtructum ad ſuſtentandas Moniales, quæ D. Benedicti colebant inſtituta, omnib. & in aliis diœceſanei auctoritate exemptum, præter quam quod Abbatiſſa Epiſcopi benedictione donanda erat. Donationis monumentum dignum viſum eſt poſteris tranſmitti, meiſque elucubrationibus inſinuari, non modo ad illius Cœnobii illuſtrandum decus, verum etiam ad majorum noſtrorum pietatem in luce collocandam. Adiiciam tamen, antequam illud ſubiiciam, legiſſe me Henrici quondam Imperatoris diploma, in gratiam ejuſdem monaſterii editum, quod fortè inferius in ea tempora, quibus illi dies adſcripta eſt, conjiciemus.

a Hanc donationem monaſterio S. Bartholomæi non de Ripoli, ſed de Ricavata factam cenſet Gamurrinus de familiis tom. 4. p. 1

In nomine Domini. Regnante domino noſtro Carolo, & Pipino, ejuſque filio, viris excellentiſſimis, Regibus, anno Regni eorum in Italia ſeptimo decimo, & decimo: indictione decima tertia. Et ideo in Chriſti nomine,
C *conſtat nos Atroald, Adonald, & Adopald, germani filii quondam Atriperti, per præſentem: ſalutis magnum præmium animæ ordo exercet, qui in Sanctorum, ac venerabilibus locis benignè largitur. Recordantes nos de Dei miſericordia omnipotentis, ut pro parvis magna apud omnipotentem Dominum recipere mereamur: pro hac quippe ratione, offerſionis nomine, donamus, concedimus in monaſterio noſtro S. Bartholomæi Apoſtoli, ſito de cavata propè Eccleſiam S. Petri, territorio Florentino, quod bon. mem. Adonald biſavus noſter, privilegii nomine, in ipſis propriis rebus, à fundamentis conſtruxit, ubi nunc Deo dicata, Euſraſia Abbatiſſa amita noſtra, in congregatione de Sororibus, monachis deſervire, perſiſtere videtur, res, & ſubſtantias, quas ipſe quondam Adonald, & Atropald Biſavus, & avus noſter ibidem offerſionis nomine in dicto monaſterio obtulere ..... largitate ibidem habendum, habere voluerimus, & quod pro ipſo Biſavo, & avo noſtro ibidem aliquid exinde confirmatum eſt, per nos quidem pro futuris temporibus ſtabile, & firmum*
D *permaneat, per præſentem chartulam, quæ offerſionis eſt, firmamus, ſicut à præſenti nomine nunc decernimus, id eſt, caſa, domus, cultus, quæ ipſe Biſavus noſter ibidem circa ipſum monaſterium ædificavit, ſimiliter cum alteris caſis, quas ibidem factæ erunt cum ..... terra, atque prata, circa ipſum monaſterium, in unum tenentes, ſicut uſque nunc ab ipſo monaſterio fuit poſſeſſa, cum intrinſecus, & extrinſecus, caſe in Livante campo majore, recta ſtrata de meridiana parte, ſicut ...... partibus via decurrit, campum ipſum unà cum caſella, quæ intra ipſum campum eſſe videntur, nec non & campum unum de terra propè caſas monaſterii de ſurgente parte, quod dicitur Viniale. Item ad flexo, caſa, & poſſeſſionem, quod Fauloni ſimiliter portioni, quæ recta fuerunt per quondam Alefridi, & Bucciolo, ſimiliter cum vinea in flexo, quod eſt clauſura una in integrum. Item ad Ima, campo uno de terra. Item caſa, & portionem,*

(1) Sunt, qui aſſerant, hunc Thomam primum lapidem Florentiæ jeciſſe parvæ Eccleſiæ B. M. V. de Monte Carmelo anno 743. Kalendis Maii, ejuſdem Thomæ originali, ut fertur, id teſtante documento decepti. Verum norunt eruditi, quorum fides habenda ſit hujuſmodi enarrationibus, & monumentis, quæ Carmelitani Inſtituti originem ante confinia ſæculi duodecimi, & decimi tertii ut certam aſſerunt.

nem, quæ recta fuit per Bonifridum, quæ eſt poſita propè Quarcula, ubi & Agello vocatur, ubi nunc reſidere videtur Sindiperto: item Sylva majore in Farnito, cum una alia petiola de Palaria propè ipſam Sylvam poſitam. Item curte in Clanti cum integro Salingo, atque caſas, & portiones; ad ipſam curtem pertinentes: oliva verò ex omnibus rebus nobis de Salingo pertinentibus; in territorio Florentino, per ſingula loca medietatem offerimus in ipſo monaſterio, excepto triginta libras olei, inantea tollere ſtatoimus nos, noſtri germani, vel noſtri heredes, ita tamen ut oliva ipſa communiter cum parte monaſterii colligere debeamus, & hoc volumus, atque confirmamus, cum oratorio Beati S. Angeli, qui eſt fundatus, ubi dicitur ad Panienula, ubi nunc Vulprandus Presbyter deſervire videtur, cum omnibus his, quæ ad ipſum oratorium pertinent . . . . & in dicto monaſterio S. Bartholomæi habendum res illa Salinga, in loco campi, in integrum, de quantum ibidem ad ſalingum pertinet, ſimul cum caſis, & portionibus, quod regitur per dominum, & Vvaſtrulo, qualiter nobis pertinent. Item & in Monte Maurillo volumus haberi ab ipſo Sancto monaſterio, caſam terriculam, Tegenti, pertinentem, alia per Tagbild, tertia per Bonvald, ſimul, ibique in ipſo loco firmamus ad ipſum monaſterium: quarta caſa, & portionem, & quod regi videtur per Fuſcari, ſimul etiam Salingo illo, ibique in Monte Maurillo, quod uſque modo ab ipſo monaſterio fuit poſſeſſum, volumus ut & in antea ab ipſo Sancto Monaſterio habeatur. Hæc autem ſuperius nominata, & decretis rebus, quæ præſentem chartulam offerſionis in prædicto monaſterio confirmamus, & tam præſens monaſterium, quam & noſtras res confirmamus in te, dicta Eufraſia Abbatiſſa diebus vitæ tuæ, in poteſtate tua habendum, talique tenore, ut poſt obitum Auſtripertæ germana noſtra in regimine ſuccedat, & Teuperga amita noſtra æqualiter cum ipſa Auſtriperta, monaſterio, & rebus ibidem pertinentibus ſuam habeant poteſtatem, & poſt deceſſum ipſarum Auſtriperta, & Gumperga, volumus, atque ſtatuimus, ut præſens monaſterium S. Bartholomæi, cum omnibus noſtris rebus, ſive quod ibidem in antea acquiſitum, vel confirmatum fuerit, in poteſtate de cæteris monachabus, quæ ibidem tum tempore fuerint congregatæ, talique tenore, ut quæ cuncta Congregatio ibidem perſiſtentium eligere ſecundum Deum voluerit, ipſa ſit Abbatiſſa earum, atque ita in finem ſeculi, per ipſarum electionem Abbatiſſa una poſt aliam ab ipſis monachabus eligatur, & in dicto monaſterio una cum rebus ibidem pertinentibus, omni tempore in ſua habeat poteſtate Abbatiſſa, quæ pro tempore fuerit ab Epiſcopo civitatis ipſius Florentiæ conſecrata: nam nullam aliam imperationem ipſe Epiſcopus, vel ſucceſſores illius habeant poteſtatem, & hoc tantum volumus, ut in noſtra defenſione ſit ipſum monaſterium, & res ibidem pertinentes tantum de omni adverſa parte defenſandum, nam nullam aliam violentiam, nec imperationem, aut dationem abſque veſtro permiſſo facere præſumamus noſtra auctoritate.

Hæc omnia, ut ſuperius legitur, ut illibata, atque firma permaneant, & hoc volumus, atque licentiam tribuimus tibi noſtra Eufraſia Abbatiſſa amita noſtra, ut poteſtatem habeas in pertinentiis de noſtra ſubſtantia beneficium facere, & juga ſervitutis levare, & per chartulam confirmare, qualiter cum Deo melius prævideris, & nos tibi conſentientes eſſe debeamus, & manum in chartula ipſa ſubſcribere, quatenus ipſe beneficium ſtabile, & hoc promittimus nos, noſtre Atroald, Adonald, & Adelpad, tibi noſtra Eufraſia Abbatiſſa, & Auſtriperta germana noſtra, ut ſi nos, vel filii heredes noſtri per nos, aut per aliam oppoſitam perſonam, & qui cum noſtro facto veniat de ſuperius comprehenſis rebus, vobis ſubtrahere quæſierimus de veſtra poteſtate, aut dominio, vel ipſo monaſterio ſubtrahentes, aut tibi noſtra Eufraſia Abbatiſſa noluerimus conſentire in beneficium, vel in jugum ſervitutis alienationis, quam in pertinentiis de ipſis rebus facere, volueris, & manum in chartulis ipſis ponere, tunc approbata cauſa, & oſtenſa chartula ipſa, vel relecta per præſentes judices, & bonos homines tertia, & quarta vice, ſi non fuerimus emendati, & recordati, tunc compoſituri eſſe promittimus parti veſtræ, pœna nomine auri ſolidos mille, & ſi in hac calumnia, vel pœna devenerimus, licentiam habeatis parentes, & amicos veſtros, quales vos volueritis eligere, ut ipſa compoſitio à nobis exigat, & in veſtram adhibeat poteſtatem. Et ſi fortè poſt veſtrum deceſſum, Abbatiſſa, vel Congregatio, quæ pro tempore eodem Sancto monaſterio fuerit, de ſuperius comprehenſis rebus ſubtrahere quæſierimus, ſicut ſuperius promiſimus, tunc, ut ſupra dictum eſt, ad oſtenſam, & relectam chartulam iſtam per præſentes judices, & bonos homines tertia vel quarta vice, ſi non fuerimus recordati, & emendati, compoſituri eſſe promittimus nos, & noſtris heredibus ad partem ejuſdem Abbatiſſæ, quæ pro tempore in noſtro monaſterio fuerit, pœna nomine auri ſolidos trecentos, & poſt pœnam ipſam ſolutam, præſens chartula qualiter ſuperius legitur, omni tempore in ſua maneat firmitate, ſub pœna ipſa poſita, & quod ſuperius minime memoravimus, nec quod fieri non credimus, ſi devenerit, ut in noſtra pœna parti veſtræ Eufraſia, & Auſtriperta deveniamus, ſicut ſuperius promiſimus, poſt ipſam pœnam ſolutam præſens chartula promiſſiones diebus vitæ in ſua permaneat firmitate. De anto curte illa, domo, cultelis in Tavernula, & cum omnib. ad ipſam curtem pertinentibus, quod ipſe avus noſter genitor tuus tibi . . . . noſtra & quod Chriſtinæ germanæ tuæ pro alio judicato, ad uſum fructuandum confirmavit diebus vitæ veſtræ poſt veſtrum deceſſum curtem ipſam in poteſtatem de filiis heredibus ejus reverti, ita . . . . . & confirmamus nos germani, ut ſi noſtris heredibus, aut per oppoſitam perſonam curte ipſa, cum omnib. ad ſe pertinentib. de poteſtate & imperatione tua Eufraſia ſubtrahere quæſierimus . . . . . . promiſerimus vos eas in vita tua habere ad uſum fructuarium, tunc in noſtra pœna vobis deveniamus, ſicut vobis ſuperius de noſtris aliis rebus promiſimus: poſt vero tuum deceſſum curte, & omnia ad ſe pertinentia revertatur in poteſtatem noſtram, vel de heredibus noſtris, & hoc commemoravimus, ut ſi contigerit inter homines, de parte monaſterii, & aliis noſtris hominibus . . . , . furto, in noſtris, aut ab alia calumnia, tunc ſecundum legem, juſtitia exinde a partibus fieri debeat, nam in noſtra pœna compoſitione pro hoc Capitulo minime deveniamus. Inſuper quocunque noſtrorum, ſeu per ſe, vel quemlibet hominem, vel quilibet alius, aut per maſtulum aut fœminam, hoc voluerit infringere, quatenus poſt deceſſum harum viventium Eccleſia Beati Bartholomæi redigatur ad alterum ordinem Eccleſiaſticum, niſi ad monacharum Deo ſervientium, deſcendant ſuper eum omnes illæ maledictiones, quas Moyſes ſcripſit in Deuteronomio & vivos deglutiat eos terra, ſicut Dathan.

Actum Florentiæ xiv. die Menſis Julii Ind. & Reg. Exemplario ſel.

Ego Atroald in hac charta, quæ offerſionis, & promiſſionis, ut ſupra legitur à nobis facta manu mea ſſ.

Ego Adonald in hac charta, quæ offerſionis, ut ſupra legitur, a nobis facta manu mea ſubſcripſi.

Ego Adelpald in hac charta, quæ offerſionis, & promiſſionis, ut ſupra legitur a nobis facta manu mea ſſ.

Manus Dummello filio quondam Anſelmi teſtis.

Ego Gratolfo Notarius in hac Chartula, quæ offerſionis, & promiſſionis rogatus,

Atrualdo, & Adelpaldo, & Adonaldo ſubſcripſi.

Ego Rimpertus in hac Chartula offerſionis, & promiſſionis rogatus.

Atroaldo, & Adonaldo, Adepald ſubſcripſi.

Ego Deodeto Notarius in hac Charta, quæ offerſionis, & promiſſionis rogatus,

Atroaldo, & Adonaldo, Adepald ſubſcripſi.

Ego Atriperto Notarius Scriptor hujus Chartulæ poſt teſtium roborationem complevi exempla Chartula.

Ego Petrus Judex Domini Imperatoris, qui exemplaria illa, unde hæc exemplaria facta ſunt, vidi, legi, & hic manu mea ſubſcr,

Petrus Judex Sacri Palatii, qui exempla illa, unde iſta exempla facta eſt, vidi, legi, & hic manu mea ſubſcripſi.

Adalbertus Judex, qui exemplaria illa unde exemplaria iſta facta eſt, vidi, & legi, & hic manu mea ſſ.

Ego Petrus Notarius, qui ad exemplaria, unde iſta

exemplaria facta eſt, vidi, legi, & in hac exemplaria fideliter exemplavi.

Effloruit longo tempore in eo Ripolano cœnobio apud Moniales religioſa diſciplina; ſed cum omnia temporum injuria labeſactari ſoleant, primus ille pietatis ardor deferbuit, ac flos veteris ſanctitatis emarcuit, ſatiuſque viſum eſt Romanis Pontificibus moniales inde depellere, inductiſque monachis Valliſumbroſanis, Abbatiæ titulo monaſterium decorare; quod ſemper poſtea, venerandæ huic congregationi monaſticæ in Hetruria diſciplinæ ſpeculo, ac lumini, conjunctum hæſit. Thoma ſedente plures aliæ Eccleſiæ in nova urbis ædificatione, per Carolum Magnum fuerunt exſtructæ, quarum unam ſanctis Apoſtolis dicatam, Turpinum Rhemenſem Archiepiſcopum, præſente Thoma, conſecraſſe referunt noſtra vetuſta monumenta. * Et ibidem legitur in tabella hæc pervetuſta inſcriptio.

* In Agr... [illegible]

*805 * *VIIIV. Die VI. Aprilis.*

In reſurrectione domini Karolus
Francorum Rex
a Roma revertens ingreſſus Florentiam
cum magno gaudio & tripudio ſuſceptus
civium copiam torqueis
aureis decoravit, & in Pentecoſtem fundavit
Eccleſiam ſanctorum Apoſtolorum;
in altari incluſa eſt lamina plumbea, in
qua deſcripta apparet
præfata fundatio, & conſecratio facta per
Archiepiſcopum Turpinum teſtibus
Rolando, & Ulivero.

Extat adhuc Eccleſia iſta, eſtque una ex Collegiatis Eccleſiis, juſpatronatus a nobiliſſimæ Altovitæ familiæ, ubi jacet in nobili tumulo Antonius Altovita Archiepiſcopus Florentinus, de quo infra.

a olim.

XII. 12 ALIPRANDUS, ſive Rambaldus Epiſcopus Florentinus in Concilio Romano ſub Eugenio II. anno 826. Hic Præpoſito majoris Canonicæ Florentinæ, & pro ipſa Canonica recipiente perpetuum privilegium conceſſit, cujus extat tantum memoria in tabulario Capitulari, ubi Rambaldus vocatur.

XIII. 13 ARDINGUS, ſive Rodingus Florentinam Eccleſiam adminiſtravit anno 853. In monumentis Capituli inclytæ recordationis Ardingus vocatur ſucceſſor Rambaldi: ipſe anteceſſoris inhærendo veſtigiis conceſſionem privilegiorum ratam habuit, de qua probis viris Crani Præpoſito, & Capitulo, & Canonicæ fecit publicum inſtrumentum. Abbatiolam verò S. Andreæ, ut tunc vocabant, in monaſterium erexit: hodie autem ſimplex Parochia eſt penes vetus emporium, cui Bertam comitis Hucpoldi filiam præfecit, ut ex ſequenti ſcripto manifeſtiſſimè proditur ex eodem tabulario.

In nomine Dei, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti Lotharius, & Ludovicus divina operante clementia Imperatores Auguſti anno Imperii eorum . . . . . . trigeſimo tertio, quartodecimo Kal. Novembris, Indictione prima.

Ego Rodingus nunc Sanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus pp. dixi manifeſta cauſa, ut & in omnibus veritas claret, quia dominus Ludovicus Sereniſſimus Auguſtus per ſuum præceptum, per meam petitionem confirmavit prædicta domui S. Joannis quandam Abbatiolam, ubi parva congregatio puellarum eſſe videtur, & eſt conſtructa intra eandem civitatem in honorem S. Andreæ, eo ordine, ut ego, aut mei ſucceſſores ad ipſum monaſterium ordinandum, & gubernandum ſecundum noſtrum propoſitum habuiſſemus poteſtatem. Poſtea autem me videns ipſum monaſterium inordinatum eſſe, ſic ibi ordinavi Radburgam Deo devotam, quæ fuit germana mea, ut ipſa ſecundum Dominum inibi Abbatiſſa permaneret, velut etiam ipſe dominus Imperator eam per ſuum confirmavit præceptum, ipſam diebus vitæ ſuæ alendum, ac regendum ſecundum primam præceptionem. Ipſa vero Radburga Abbatiſſa defuncta ipſum ſanctum locum nobis inordinatum remanere viſum eſt. Providentes juxta mercedem dominorum noſtrorum, juxta dictam etiam ordinationem ipſius monaſterii, & juxta illud præceptum, quod ipſe Dominus Imperator in ipſam noſtram Eccleſiam confirmavit, ut ego, aut mei ſucceſſores ipſum ordinare debuiſſemus una cum clericis ſanctæ noſtræ Eccleſiæ ordinare, & confirmare, providi de Berta Deo devota filia Hucpoldi Comitis Palatii, ut tunc inibi diebus vitæ tuæ Abbatiſſa, & Rectrix ipſius monaſterii eſſe debeas, juxta inſtitutionem prædicti ordinatoris monaſterii, & jam per dictum preceptum domini Imperatoris ſecundum dominum inibi officialis . . . & luminariis faciendum per te, tuaſque miniſteriales, & ipſas monachas regendum, & gubernandum juxta ipſius monaſterii inſtitutionem, & una poſt aliam uſque in finem ſeculi de eadem congregatione videlicet unde tu eam ſecundum Dominum inibi conſtitueris, ſimiliter & poſt te Abbatiſſas eligere debeat una cum conſenſu Pontificis, qui in hanc ſanctam Eccleſiam tunc temporis ordinatus fuerit, ut ipſa inibi dicta Abbatiſſa, & Rectrices ſimili modo, ſciant, & tu laborandum, imperandum, gubernandum, fruendum, & faciendum juxta morem ipſius monaſterii quicquid volueris meliorandum, non peiorandum, & inibi libellarios mittere debeatis, vel alias conſcriptiones mittere, juxta ipſius monaſterii conſtitutionem annue traditam, ad prædictam partem noſtræ Eccleſiæ reddere debeatis pro ipſo monaſterio veſtitum unum bonum . . . . ſicut ipſi monaſterio in parte Palatii perſolvendum conſuetus fuit, & ipſe dominus Imperator conceſſit nobis. Nam alia ſuperimpoſita nihil facientes tibi, aut ad ſucceſſores tuos de parte noſtra Eccleſiæ, ſed ſic perpetualiter permaneat per hanc ordinationem, ſicut noſtra decrevit voluntas. Quidem & ſpondeo me, ego ſupraſcriptus Rodingus Epiſcopus, vel mei ſucceſſores, ut ſi vos ita annue perſolveritis, & adimpleveritis juxta ipſius monaſterii inſtitutionem, ſi ipſum monaſterium nobis pro quolibet capitulo retollere voluerimus, & ita ordinatum eſſe non permiſerimus, ſicut ſuperius legitur, componituri vobis eſſe debeamus, ſucceſſoreſque noſtri auri libras quinque. Quidem & ego Berta Deo dicata Abbatiſſa una per licentiam datam prædicto Hucpoldo domino genitori meo promitto me, & meas ſucceſſores, ut impleverimus, & ſi ipſum monaſterium de prædicta Eccleſia veſtra, & dominium ſubtrahere quæſierimus, & non permanſerimus in ea omnia qualiter ſuperius legitur, tunc componere nos noſtraſque ſucceſſores eſſe promittimus à parte ipſius Eccleſiæ veſtræ, ſimiliter pœna auri libras quinque. Inde duæ chartulæ ordinationis uno tenore ſcriptas, & eas per tibi traditas.

Actum in Civitate Florentia in eadem domo feliciter.

† *Ego Radingus Epiſcopus manu mea ſubſcr.*
† *Ego Berta Abbatiſſa manu mea ſſ.*
† *Ego Hucpoldus Comes Palatii pro mea largitate factum eſt.*
† *Ego Petrus Epiſcopus rogatus a ſupraſcriptis manu mea ſubſcripſi.*
† *Ego Domitianus Presb. & vice.*
† *Ego Theubaldus Diaconus ſſ.*
† *Ego Aripaldus Diaconus ſubſcr.*
† *Ego Roſchari Presbyter ſubſcripſi.*
† *Ego Gambertus ſubſcripſi.*
† *Ego Vualbr Archidiac. ſubſcripſi.*
Ego Roccioſius Presb. ſubſcripſi.
† *Signum manus Amacriperti teſtis.*
† *Ego Meruingo rogatus ſubſcripſi.*
† *Ego Rambaldus rogatus ſubſcripſi.*
† *Signum manus Laarii Vicecomitis teſtis.*
† *Signum manus Adalganci Vaſſalli D. Alberti Comitis teſtis.*

Ego Simperto Notarius Scriptor hujus chartulæ, ex juſſione domini Imperatoris poſt tradita complevi, & dedi.

(„ PETRUS *interfuit Concilio Romano à Nicolao I. habito anno 861. ſeù ut alii volunt 862. contra Joannem Archiepiſcopum Ravennaten. Hujus Concilii literas ex doctiſſimi Bacchinii Agnello deſumptas dedimus in hujus operis to. 2. in Ravennatibus.*) XIV.

XV. 14 ANDREAS ſucceſſor a Rodingii. Ille fuit qui cum Carolus Calvus ab Aſperto Mediolanenſi Archiepiſcopo, diademate Regni inſigniretur, auguſtiorem ſpeciem pompæ facturus interfuit anno

a Succeſſor Petri.

876. in cujus etiam gratiam Ludovicus Imperator ampliſſima indulta conceſſit, quibus quæcunque antea Carolus Magnus Florentinis Præſulibus munificentiſſime donaverat, rata habebat, confirmabatque. Idem in Abbatiſſam S. Andreæ ordinavit Idembertam ſupramemoratæ Rodolingæ propiorem affinem, ut in ſequenti monumento perſpicitur.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Breve recordationis quomodo in præſentia Sacerdotum, levitæ, & cleri miſſi de parte domini Andreæ Sanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopi, & per ejus conſenſum, & voluntatem Berta Deo dicata Abbatiſſa filia bonæ memoriæ Vvepoldi, qui fuit Comes Palatii ſecundum ſuam firmitatem, & ordinationem, Idemberta neptis ſua, veſte Sanctæ Religionis filia Ubaldi Comitis ad Abbatiſſam in monaſterio S. Andreæ ſito intra hanc Florentinam civitatem, ut poſt deceſſum ipſius Bertæ, ipſa idem Berta ibidem ordinata, & confirmata fuiſſet in ipſo monaſterio. Quam & in omnibus rebus ibidem permanentibus in ſua habere debeat poteſtate, habendum, tenendum, regendum, gubernandum, & in omnibus faciendum juxta illam chartulam ordinationis, quam bonæ memoriæ Rodingus Epiſcopus, in eam conſtituit, & ſecundum illa præcepta, quæ dominus, & bonæ recordationis dominus Ludovicus Imperator conſtituit, & ipſa Berta idem, ibidem Abbatiſſa una cum congregatione monacharum ibidem Deo famulant: ibidem eas Abbatiſſas eligen. & per ſonum de ipſa campana, & thuribulum de ipſo monaſterio eas inveſtire juxta ſuam firmitatem cum conſenſu ipſius D. Andreæ Epiſcopi. Factum eſt hoc ibique ab ipſo monaſterio S. Andreæ in præſentia Petri Archipresbyteri, & Diaberti Archidiaconi, Falulfi Diac. & Vice Dom. Maiperto Presbytero, Salomone Diac. Primicerio, Marmo Diac. Miſſi eidem Pontifici, Petrus Presbyter, Agirandus Presbyter, Aproaldo Presbyter, Regibaldo Diac. Stephanus Notarius, & Scarmo Fluveri filio bonæ memoriæ.

Hic Andreas Florentinus Epiſcopus anno 870. interfuit judicio cuidam Lucenſi ad favorem Gerardi Epiſcopi Lucenſis, an. 15. Ludovici II. Imp. Ind. III.

XVI. 15 GRASULPHUS circa annum 898. ad Eccleſiam Florentinam aſſumptus eſt, in quo ipſo anno a Lamberto Imperatore aliquot territoriis donatus fuit, ut in ſequenti donatione plane legitur.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Lambertus divina favente clementia Imperator Auguſtus, &c. Noverit omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium videlicet, & futurorum induſtria, quod interventu, ac petitione Do. genitricis noſtræ Agiltrudæ Seren. Imperatricis conceſſimus, & condonavimus Eccleſiæ B. Joannis Epiſcopatui Florentino, cui Graſulphus venerabilis Epiſcopus, auctore Deo, præeſſe videtur, id eſt, terram ad modios duodecim, quæ dicitur Campus Regis prope ipſam Eccleſiam pertinentem hactenus de Curte Regis, ita terminatam de duabus partibus, terram ipſius Eccleſiæ, de tertia parte qua præcurrit fluvius Munione, de quarta parte terram Magiberti presbyteri, & Mauriperti, & Floriperti, & de Conſortibus eorum. Item modio loco petium terra unum pertinentem de Curte Beneventana ad modios ſex prope Eccleſiam S. Miniati, ubi requieſcunt Sanctorum corpora novem, quatenus in perpetuum in jure, & poteſtate ipſius Eccleſiæ prædictam terram cum ſuis terminationibus jure proprietario poſſideat, ſicut uſque modo a parte publica poſſeſſa fuiſſe dignoſcitur, habeatque idem Præſul Graſulphus, & qui pro tempore ibidem Pontifex fuerit, ex noſtra Imperiali auctoritate ad honorem ejuſdem Florentini Epiſcopatus, poteſtatem jam dictam terram tenere, poſſidere, vendere, mancipare, donare, & quicquid voluerit facere, ut laus, & decus Eccleſiæ ſemper Chriſto miſerante accreſcat. Si autem, quod minimè credimus, aliquis miniſter publicus, aut qualibet perſona parva, vel magna hoc noſtræ pietatis, & conceſſionis præceptum in aliquo violare tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras triginta, medietatem Palatio noſtro, & medietatem parti ejuſdem Eccleſiæ. Et ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria ſubſignavimus, noſtroque annulo juſſimus inſigniri.


Signum D. Lamberti Sereniſſimi Imperatoris Aug.

Andreas Notarius ad vicem Armolonis Archicancellarii recognovi, & conſubſcripſi.

Data anno Incarnationis Domini 898. D. quoque Lamberti piiſſimi Imperatoris. 7. XII. Kal. Junii Indict. I. Actum Ravennæ in Dei nomine felic. Amen.

In honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Berengarius divina favente clementia Rex. Si venerabilium locorum divino cultui mancipatis Epiſcopatibus munus quodlibet noſtræ dapſilitatis concedimus præmia ſine fine manſura Domino largiente percipere non ambigimus. Quapropter omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum noverit induſtria, quoniam interventu, ac petitione Zenobii venerabilis Epiſcopi, & dilecti conſiliarii noſtri conceſſimus, & condonavimus Eccleſiæ Sanctorum Joannis, & Miniati, quæ caput eſt Florentini Epiſcopatus, cui auctore Deo Graſulphus Epiſcopus præeſſe videtur; Terram videlicet ad modios duodecim, quæ dicitur Campus Regis prope ipſam Eccleſiam S. Joannis poſitam, hactenus pertinentem de curte Regis ſita Florentiæ, & ita determinatur; de duabus partibus terram ipſius Eccleſiæ, ex tertia parte præcurrit fluvius Munione, de quarta vero parte terra quæ Magiberti, & Mauriperti, & Floriperti, eorumq. conſortium. Aliam quoque petiam terræ, ad modios ſex hactenus pertinentem de curte Beneventana, poſitam prope Eccleſiam S. Miniati, & eſt ipſa terra circumdata de omni parte terra beati Miniati; in cujus Eccleſia ſanctorum corpora octo quieſcunt, de noſtro jure, & poteſtate prædictam terram, ſicut ſuperius legitur, cum ſuis terminationibus in jus, & poteſtatem ipſius Eccleſiæ modis omnibus transfundimus, & perdonamus, ut Præſul ipſius Eccleſiæ habeat, teneat, atque poſſideat, poteſtatemque habeat ad honorem jam dicti Epiſcopatus donandi, vendendi, commutandi, ſeu mancipandi remota totius poteſtatis inquietudine exempla. Si quis igitur, quod minime credimus, contra hoc noſtræ conceſſionis præceptum inſurgere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras triginta, medietatem Palatio noſtro, & medietatem parti ipſius Eccleſiæ. Ut autem verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria roboratum, annulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari exempla.

Signum Domini gloriosiſſimi  *Berengarii Regis.*

Martinus, &c. Ad vicem Petri Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Data 7. Kal. Maji anno Incarnationis Domini 899. D. autem Berengarii glorioſiſſimi Regis 12. Indictione II. Actum Papiæ in Dei honorem feliciter.

Idem reperitur Graſulphus an. 905 a. in Conventu Epiſcoporum Romæ habito à Benedicto IV. Papa coram Ludovico IV. Imperatore pro Petro Epiſcopo Lucenſi; de qua re ſupra documentum retulimus 101. Tomo.

a Seu potius 906.

16. RAIMBALDUS Epiſcopus Florentinus anno 930. Plebaniam Signinam ſuis Canonicis donavit, eamque donationem ſua ſubſcriptione cum ſexdecim Canonicis ratam habuit, de quibus ſeptem presbyteri Cardinales nominantur. Contigit mihi videre aliquot locationes, inſtrumentaque ſub hoc Epiſcopo condita, præcipue autem anno 941. aliaque ante annum 930. Quæ cum inquinatiſsime conſcripta ſint, minuſque videantur ad hiſtoriam ſpectare, neglexi hic illa adſcribere. XVII.

17. SICHELMUS Raimbaldo ſucceſsit, qui XVIII

an.

an. 967. donationem ſui anteceſſoris ratam habuit, cujus vigore Plebania Signina cathedralis Canonicis donabatur. Quod cum viſendum ſane monumentum mihi videretur, hic adſcribendum curavi, ex Capituli tabulario.

Dum in Dei nomine in Civitate Florentina in Atrio domus Epiſcopatus B. Joannis Epiſcopio ipſius Civitatis, pro data licentia Sichelmo Epiſcopo in judicio redderet Federicus Vaſſus, ac miſſus domini Imperatoris ſingulorum bonorum juſtitias faciendas, ac deliberandas, reſidentibus cum eo Huberto S. Parmenſis Eccleſia, Guido, Zenobio Feſulenſis Eccleſia, Rainerio Suanenſis Sanctarum dictis Epiſcopi, Adalberto comite, Petro Ingefredo Alcriportronaris, &c. Rodilondo, vicecomita, Raynerio Comite, Gherardo, Ugo, Petro, Raynerio, Joannes, Leo Tenſio, Joannis, & Aaſuberto Treſſeramo Notariis domini Imperatoris, Suppororeſio, Artio, Gerardo, Teudenico, & Aſtio, Vicivighildo, Sichelmo, Ardelardo, Raynerio, Petro, Raimberto, Rayneri Vici Celmo, Guimaldo, Lamberto, Vildebrando, Petro, Gerardo, & Atto, Teudo, & reliquis, ibique eorum venerunt præſentia Petrus, Dominicus, Leo, Martinus Presbyteri, Thudo, Rodilando, Manfredus Diaconus, & Canonicus, & oſtenderunt ibi in eodem Judicio, una ſimul cum Petro Judice, & Advocato ipſorundem Canonici, chartula una offerſionis, in qua continebatur in ea ab ordine, ſicut hic ſubter legitur.

In nomine Domini, Otho gratia Dei Imperator Auguſtus anno Imperii ejus tertio menſe Julio Indictione ſeptima feliciter. Dum fragilitatis humani generis ultima vice temporis ſubitanea tranſpoſitio ventura apparet, ut non in quemquam imparatum, nec ſine aliquo boni operis reſpectu migrare de hoc ſeculo liceat, præparare oportet ſibi viam ſalutis, per quam valeamus ante magnum Tribunal Chriſti pervenire; & ideoque ego Dei nomine manifeſtus ſum Raimbaldus S. Florentina Eccleſia Epiſcopus, quia per remedium anima b. m. anteceſſoris mei, & anima mea, ſeu per remedium anima de ſucceſſoribus meis per hanc chartulam offerimus nomine ad usu fruendum debere, & offerre atque tradere provid. in communi de Eccleſia veſtra S. Joannis Baptiſta, id eſt Eccleſia, quæ eſt Plebes noſtra S. Laurentii, & S. Joannis Baptiſta cum Curte, & caſis omnibus illis, quæ eſt prima in loco, & in ea . . . . vero ipſis d. . . . quamque & de maſſariteis cum fundamentis, & univerſis fabricis ſuis, caſis, hortis, terris, vineis, ſilvis, virgis, pratis, porticis, ſilvis, olivetis, rebus, cultis, & incultis, & viculis, ſimulque Eccleſiis, & viculis ſubgenis ipſius Pleba noſtra in integrum cum omnibus, & in omnibus, & rebus quantis ubique, & in quibuslibet locis, & vocabulis, & appendiciis ad Plebem, & iſtam cortem, & jam dictas Eccleſias, & ſimiles ſanè pertinentes, aut pertinere debeant, in integrum in ipſa Canonica dare, & offerre videor in omnem redditum, & debitum, & debitationem, illam quatenus ſingulis hominibus, qui ſunt habitatores in villis nuncupatis in loco prato Pegnano, ſeu Lecere, ſeu in loco Labricinio, Corliano, Domeſiano, Tarbacine, S. Angelo, Brumeguona, Ciolatico, vel pro aliis villis, quæ a dicta iſta Plebe, & omnibus, ubi habitant, ſunt, aut ubi fuerunt conſuetudo, tum vino laboris, oleo, beſtiis, argentum, povamenta, fevamenta, vel qualiacunque mobilia, quæ dici, aut nominari poſſemus, quæ ad ipſam Plebem, aut in ante fuit, omnia, & omnibus in integrum in ipſa Canonica dare, & offerre pravidi, ut ipſi Canonici, quomodo ſunt, aut erunt, eorum ſucceſſoribus ſemper permaneat poteſtas in omnibus prædictis caſis, & rebus cum mobilibus, & familiis, quæ ad iſtam Plebem ſunt pertinentes, aut pertinere debent, ipſi Canonici quomodo ſunt, aut in antea fuerunt, habeant habendi, imperandi, laborare faciendi, cenſu formandi in ipſa iſta plebe per veſtram diſpoſitionem officium Dei, & luminaria, & miſſas, & incenſum fieri debeant, facultatem, & licentiam, & poteſtatem habeatis vos Canonici, vel veſtri ſucceſſores, vel cui vos dederitis, vel habere decreveritis, ſic permaneat, poteſtatem, & in ipſa Eccleſia veſtra monilius in ſui ibidem mittendum, & omnis monilios, quam ibidem inveneritis, quæ de iſta Plebe, & de iſta Curte pertinet, aut pertinere debet foras trahendum, & tollendum, & faciendi exinde vos, vel ſucceſſores veſtri exinde omnibus quot vobis placuerit, & quales exinde ſecaritis ſtabiles permaneat ſemper: nam ego Raimbaldus Epiſcopus non habeam licentiam, & poteſtatem, neque ego præd. Raimbaldus Epiſcopus, neque mei ſucceſſores de iſta Plebe, cum iſta Curte, & cum omnibus ibidem pertinentibus, ſicut ſupradictum eſt, non habeant licentiam, nec poteſtatem, nec in cambio, neque pro libello, nec per nullum beneficium dare debeat, niſi iſti canonici quomodo ſunt, aut in ante fuerunt, habeant ad confirmandum, & faciendum quod volueritis, & ſi forſitan ego Raimbaldus Epiſcopus, vel mei ſucceſſores, qui hoc ſcriptum offerimus, diſrumpere, aut contraire, aut diſminuere, aut in cambio, aut pro libello, aut pro qualibet ſcriptum &c. ſubmoverit, & non permiſerit omnia qualiter ſuperius legitur, aut ſcriptum eſt, Deum omnipotentem exinde habeant tributorem, & cum Juda Scarioth habeant rationem in die Judicii, & trecentorum decem, & octo Sanctorum Patrum, qui Canones conſtituerunt, & duodecim Apoſtolorum, & omnium . . . Sanctorum occurrant in offenſionem, & maledictionem. Ideo volo, atque confirmamus, ut Sacerdotes quomodo in ipſa Canonica ſunt, vel eorum ſucceſſores, incenſum, & luminaria, & officium Sacerdotale divinum, & Miſſam, & pſalmorum vigilias facere debeant, & ſi neglexerint, & non fecerint, Deum illorum requirant, & ſi forſitan ego qui ſupra Raimbaldus Epiſcopus, vel ſucceſſores mei de iſta Plebe, & de iſta Curte, & de omnibus iſtis caſis, & rebus & ſimulque cum Eccleſiis, & ſimilibus, quæ ſunt ſubjecta ipſius Plebis noſtra, aut de debito, vel reddita, quem conſuetudo reddendi aliquis ego Raimbertus Epiſcopus, vel ſucceſſores mei ſubtrahere quæſierimus, & omnia quæ ſuperius leguntur, non obſervaverimus, aut nos contradicemus, ita ſicut ſuperius legitur, ante Tribunal Chriſti deducat rationem, & inſuper componat ipſius Canonicas argentum denarios ſolidos ducentos, & per hanc chartulam offerimus uſque in finem ſeculi firma, & illibata permaneat. Actum Florentia feliciter, &c. Ludo Archidiaconus ſubſcripſi. Joannes de vice Domus ſubſcripſi. Ego Dominicus Presbyter Canonicus, & Cardinalis ſubſcripſi. Ego Petrus Presbyter Canonicus, & Cardinalis. Ego Silveſter Presbyter Canonicus, & Cardinalis. Ego Albertus Presbyter Canonicus, & Cardinalis. Ego Petrus Presbyter, & Canonicus ſub. Ego Ugo Presbyter, & Cardinalis. Ego Petrus Diaconus, & Canonicus ſubſcripſi. Ego Leo Presbyter, & Canonicus ſubſcripſi. Ego Martinus Presbyter Canonicus ſubſcripſi. Ego Dominicus Presbyter Canonicus ſubſcripſi. Ego Petrus Presbyter Canonicus ſubſc. Ego Joannes Subdiaconus, & Canonicus ſubſcr. Ego Altipartus Judex Domini Imperatoris ſubſcripſi. Ego Gerardus Notarius rogatus à Rombaldo Epiſcopo ſub. Ego Petrus Notarius, & Scriba ſubſcripſi. Ego Petrus Notarius Domini Imperatoris ſcripto poſt traditum implevi. Chartula ipſa ibi offerimus in judicio oſtenſa, & ab ordine, &c. interrogati. Ipſe Petrus, Dominicus, Leo, Martinus Presbyteri, Hido, Rodilando, Sicofredus, Diaconi, & Canonici Eccleſ. Epiſcopat. S. Joannis, & Petrus Judex advocatus eorum ab his Judicibus, & auditores pro . . . . chartula ipſa offerimus, ibi in Judicio oſtenderunt, qui dixerunt verò chartula ipſa offerimus hic in judicio vobis oſtendimus præſentibus, ut ne quislibet homo adverſus ſuos exinde aliquid dicere poſſit, quod nos eam ſileat, aut occulta, vel concludioſa habuiſſemus, aut detenuiſſemus, & . . . . Eccleſia illa, cui vocabulum eſt S. Laurentii, & S. Joannis plebem baptiſmale ſita loco, ubi dicitur Exinca cum omnibus caſis, & rebus, ſeu redditum, & debitionum ad eum pertinentibus, habeamus, & detinemus ac pars prænominata Canonica ſequenter ipſa offerimus chartula, & ſi quislibet homo ad cauſas nos exinde aliquid dicere velit, parati ſumus hic vobis præſentibus cum eo in rationem ſtandum, & legitimè fieri curandum, & quod plus eſt, quærimus ut dicat nobis iſte Sichelmo venerabilis Guido, & Petrus Judex, & advocatus ejus, & ipſius Epiſcopi, qui hic præſentes ſunt, ſi chartula ipſa offerimus, quam hic in Judicio oſtendimus, ſi bona, & verax eſt, & legibus facta eſt,

aut ſi prædictus Raimbaldus, qui fuit Epiſcopus, & fieri rogavit, & manu ſua firmavit Eccleſia illa, cui vocabulum eſt S. Laurentii, & S. Joannis Baptiſta cum omnibus caſis, & rebus ſeu redditum, ſeu debitionum ad eam pertinentibus nobis, vel pars prædicta canonica concedere aut contradicere vult. Quibus ipſe Dominus Sichelmus Epiſcopus, & prædictus Petrus Judex ejus, & ipſius Epiſcopi advocatus, profeſſi & manifeſti dixerunt, verè chartula ipſa offerſionis, quam hic in judicio oſtendiſtis, bona, & vera, & legalis facta eſt, & præd. Raimbaldus, qui fuit Epiſcopus, fieri rogavit, & manu ſua firmavit, ac prædicta Eccleſia pleba S. Laurentii, & Joannis cum omnibus ſuis caſis, & chartis, ſeu redditum, & debitionum, atque rebus ad eam pertinentibus vobis, vel pars prænominata Canonica, veſtriſque ſucceſſoribus, non intendimus, neque contradicere quærimus, neque per ſcriptiones, neque per ullum argumentum, ingenium, ſeu ut diximus, veſter quis Canonicus, ac pars prædicta Canonica, veſtriſque ſucceſſoribus ſequenter ipſa offerſionis pagina eſſe debeat; & cum ipſe Sichelmus Epiſcopus, & Petrus Judex ejus, & ipſius Epiſcopi advocatus profeſſi, & manifeſti dixerant certum eorum ameri paruit quis judicibus, & auditoribus, judicaverunt, ut viſa eorum altercatione, & ipſius Domini Sichelmi Epiſcopi, & Petri ejus, & ipſius Epiſcopi advocati, ipſe Petrus, Dominicus, Leo, Marinus Presbyteri, Hudo, Rodilando, Manfredus, Dacius, & Canonici, Eccleſia vere ipſius S. Laurentii, & S. Joannis, Pleba Baptiſmale cum omnibus caſis, & chartis, ſeu redditum, & debitionum, cum omnibus rebus ad eum pertinentibus habeant, & detineant ſequenter ipſa offerſionis pagina, & maneat inde ſecurus, & indemnis, ſine contradictione ipſius Sichelmi Epiſcopi, & Petri ejus, & ipſius Epiſcopi advocati, vel pars prædicti Epiſcopii: nam ipſe Sichelmus Epiſcopus, & Petrus Judex, & advocatus ejus, & ipſius Epiſcopi, vel pars prædicti Epiſcopatus manentes inde omni tempore taciti & contenti, ac remoti, & inſuper ipſe Fridericus Vaſſus, & miſſus Domini Imperatoris pro parte, quam in ſuis detinebat manibus, miſit bonam Domini Imperatoris ſuper Eccleſia illa S. Laurentii, & S. Joannis plebe Baptiſmale, & ſi inſuper caſit, & omnibus rebus, ſeu redditum, & debitionum ad eum pertinentibus in marcas duo millia, & nullus quislibet homo magnus, parvuſque pro una prænominati Canonici, & cæteriſque Canonicis, eorumque ſucceſſoribus de prædicta Eccleſia S. Laurentii, & S. Joannis plebs Baptiſmale cum omnibus chartis, & caſis, ſeu redditum, & debitionum cum omnibus rebus ad eum pertinentibus devenire præſumat; qui vero fecerit, prædicta duo mille marcas auri compoſiturum ſe agnoſcat medietatem pars Cameræ Domini Imperatoris, & medietatem prædicti Canonici, qui in ipſa Domini Canonica præſentes fuerint, ejuſque ſucceſſoribus: eo modo finita eſt cauſa. unde bona noſtra præ ſecuritate, & ad futuram obſervationem eorundem Canonicorum oſtendendam fieri juſſimus. Ideo, & ego Terpertus Notarius Domini Imperatoris, & juſſione Friderici miſſi Domini Imperatoris, ſeu Judicum admonitionem ſcripſi anno Regni Domini noſtri Othonis glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti, anno Regni ejus in Italia ſexto, ſeptimo Kal. Julii Indict. 10.

Ego Fridericus Miſſus ſubſcripſi.
Zenobius Epiſcopus Feſulanenſis Eccleſiæ interfui.
† *Ego Rolandus Vicecomes ibi fui ſubſcripſi.*
† *Hubertus Epiſcopus Parmenſis ſſ.*
† *Rainerius Epiſcopus Suanenſis Eccleſiæ interfui.*
† *Lugefredus Judex D. Imperatoris interfui.*
† *Ego Rolanus Judex D. Imperatoris interfui.*
† *Ego Regimbaldus Diaconus, & Primicerius int.*
† *Benedictus Judex D. Imperatoris int.*
† *Petrus Judex D. Imperatoris int.*
† *Petrus Judex D. Imperatoris int.*
† *Petrus Notarius, & Scabinio int.*
† *Hugo Notarius int.*
† *Ancibertus Notarius D. Imperatoris int.*
† *Ego Joannes Notarius interfui.*
† *Ego Hubertus int.*
† *Ego Rainerius ibi fui.*
† *Ego Raimbaldus Notarius D. Imperat. ibi fui.*

Temporibus Sichelmi, Vvilla comitiſſa marchionis Bonifacii filia mater Hugonis Hetruriæ marchionis, ex inſtinctu pietatis Sichelmi Epiſcopi, celebre cœnobium Florentinum S. Mariæ dicatum Ord. S. Benedicti, parvo diſtans ab Eccleſia Cathedrali, à fundamentis munificenter erexit circa annum à nato Chriſto 989. qui ultimus fuit noſtri Sichelmi, paulo ante quam Hugo filius ejus Boniſolatii Abbatiam decimo ab hac urbe milliario, cœpiſſet ædificare, quæ haud procul à Monteſenario hodie poſt Benedictinos, Ciſtercienſis Ordinis eſt: ubi cum ſolutiſſimis moribus eſſet Hugo, terribili divinæ juſtitiæ viſu admonitus, puriorem vitam inſtituit. Ejus rei hiſtoria hiſce verbis erudite narratur à noſtro Abbate Nicolao Baccettio lib. 3. Septimianæ Hiſt. *Monaſterium Boniſolatii vetuſtæ fundationis eſt, Hugoniſque Comitis admirando, geminoque viſo nobilitatum. Hic ille Hugo eſt, cujus ſupra cum laude meminimus. Hunc avitam juriſdictionem Hetruſcam frænantem inter beata vitæ copias moderationis fræno exutum juvenilis abſtulit error, ut amatoria ſequeretur. Palpitabat tantum inter illas jucunditates erga Deiparam Virginem, quam olim impensè coluerat, qualecumque obſequium, cultuſque ille tametſi remiſſius effecerat, ut cunctanter peccaret, cunctandeque obnoxium vitiis latus haud invite admonitionibus expugnandum præberet, quod ita divinitus accidiſſe nonnulli commemorant.*

Oblectabat aliquando ſeſe ad Arni vallem venatione, & quæ latebant in ſylva Caſtri ſuperioris, ut vocant, immiſſis canibus, tenſiſque in gyrum plagis feras urgebat; cum repente exilit cervorum hinnulus, qui effuſa fuga Hugonem prædæ avidum ita devium egit, ut ſero longius à ſuis equo delatum, magnoque in vita diſcrimine verſari ſe animadverterit. Hæſit diu, equoque tandem deſiluit, mox præ laſſitudine humi cubantem, inopemque conſilii deliquium pene animi cepit, ac paulo poſt eo periculo functum, adeo vehemens fames inceſſit, ut huc, illucque torqueret oculos, viſurus an infrugifera ſylva præberet, quo interim famem leniret. Scilicet hæc eſt divinæ providentiæ ratio, ibi ſuavius apparere, ubi majus propiuſque diſcrimen ſuis viribus diffiſos cœperit urgere.

Æſtuanti affuit aliquando tandem, quam remiſſiori cultu venerabatur, Deipara Virgo, in ſpecie humana majori. Quamquam enim paganicè culta incederet, ſimplexque nodus comarum deſcentiorque collecta veſtis non abhorreret à ſylvis, fidemque facerent itineris longioris; ita tamen facie, oculiſque nitebat, ut & inculta nemoris beare, & quaſi luna cum uberiori luce perfunditur, extra nubes os videretur præferre. Mirantem cœleſte lumen inſperate affulſiſſe ſylvis, ac pene fame enectum invitavit illa comiter ad quæſitiſſima obſonia, quæ vaſe immunde manu geſtabat: ſed inhiantem ad epulas ſordes terrebant. Ut vero divina Puella cunctantem animadvertit, contractiori fronte, objurgantiſque ſpecie ſubintulit, atque ſibi minus placere obſequium, quod cætera vitæ ſordes dehoneſtarent. Caſtigatus ille dejecit oculos, hæc vero evanuit.

Cæterum cum evaſiſſet ad ſues (ut eſt ad monita tenax humana mortalitas) argumentis ſe Puellæ oblitus, deviuſque veſania ad ingenium rediit. Sed altero horribiliter non multo poſt caſtigatus ſero quidem, ſed tamen ſerio ſe reſpexit.

Venantem ſiquidem aliquando, nubibus obducto cœlo, tetrior vox oppreſſit, errantemque demum ambagioſum nemus, ubi poſtea Cœnobium Boniſolatii ædificatum eſt, excepit. Inde circumlatis oculis viſus eſt ſibi videre ardentem ſpecum, ac latebroſam, in qua complures fabri neſcio quid ignitum, ingentium malleorum ictibus ad incudem mollirent, effingerentque. Acceſſit, vidit, obſtupuit: hominum ſcilicet ignita corpora pro ferro procudi: atque ut fabrorum intenderat ars, varias brutorum formas exprimere. Alienam dum vicem dolet, advenit lætabundus ex præda, qui hominem humeris ſublatum incudi torquendum admovit. Cui ille, qui operi urgendo præerat: Et quæ te, malum!

hactenus mora tenuit, quo minus huc ad jamdiu promerita tormenta Hugonem comitem luxu diffluentem deportares? num tardas, num ceſſas, num te iterum ad deſtinatam prædam tormentis impello? Quibus auditis expavit comes, reſumptoque ſenſim animo (ut eſt devia mens ad audendum proclivis) proceſſit exploraturus, an prædones eſſent, qui viatoribus parandis inſidiis hujuſmodi quæſiviſſent latibula, an vero ex inferis progreſſi dæmones, qui ſui terrendi horrendum ſanè mortalibus oculis exhiberent ſpectaculum; & ſimul exclamat: Quamdiu vos, vos inquam, quamdiu patiar humani generis pernicies, lues, ojactamenta ſcelerum? Num humanæ ſocietatis penitus obliti, adeo divina, humanaque jura contemnitis, ut quod nox, latebra, ſylva tegunt, divinam ultionem evadere poſſe putetis? erratis, erratis: pluraque volentem loqui princeps dæmon abrumpit, contractaque ad ſeveritatem fronte: Quando, inquit, aliena te rimari delectat, quos vides latrones non ſunt, ſed ejus, quam modo ſanctè commemoraſti, ultionis divinæ adminiſtri, qui levioribus iis in animabus diſcruciandis modo fallunt tempus, in Comitem Hugonem divinæ juſtitiæ penitus immemorem mox admoturi tormenta majora. Nec dicto ſegnius evanuit ſpectrum: Comitique ſanior reddita mens eſt: indeque digreſſum, nemorum illorum accola Eugenius excepit hoſpitio, cumque eo, ut ægrum animum conſolaretur, multa diſſeruit de divina juſtitia, de damnatorum pœnis, deque æterna felicitate Sanctorum. Ergo melioris ſpe erectus Hugo, ubi primum diluxit, adjuncto ſibi eremita ſocio celeri curſu contendit Florentiam, convocatiſque primo quoque tempore civitatis Epiſcopo Sichelmo, ſpectataque virtutis viro M. Roberto ejuſdem Epiſcopi affine, omnia ex ordine narrat, rogatque ea de re ſingulos ſententiam. Tanquam inter ſaxum, & ſacrum anxium jubent omnes bono animo eſſe, in eoque conſpirant ſplendidis muneribus placandum eſſe numen, omnique munere Deo gratius, novam ad omnem pietatem vitam inſtituendam; quibus Florentinus Præſul ex imo trahens ſuſpiria, adjecit: Bene habes, inquiens, Hugo Comes, patrem experiris Deum, non judicem, qui ſi etiam dum flagellat, pater eſt, quam demum amanter tecum egit, cui non ad feriendum intentavit flagellum, ſed præmonſtravit tantum? Ultro ergo ſequere invitantem; ne ſentias flagellantem. Unde egregie animatus Hugo, nil prius habuit, quam ut elutis animi ſordibus, effuſiſque, quos regie poſſidebat, theſauris, quæ improbè peccaſſet, offuſa in Deum pietate redimeret. Itaque munificentia planè regia aliquot monaſteria diverſis in Hetruria locis conſtruenda curavit. In quibus Boniſolatium cœnobium fuit, ubi cœleſti viſo admonitus tandem reſipuit. Monaſterium primum Caſinenſibus attributum eſt; poſtea ſub auſpiciis Antonii Urſi Florentini Epiſcopi, cum alumnis atque Abbate, qui illic degebant, quique amaverant Septimianum monaſtici cum candorem, tranſiit ad Ciſtercienſes. Dominabatur per ea tempora late toti Mugello Ubaldinorum gens inclyta; itant circum adjectis alpibus minis abūdo milite inſtructi contra quemcumq; Ciſalpina Galliæ impetum univerſam Hetruriam tutam præſtarent. Cum ergo de hujuſmodi monaſterio fundando cogitaſſet Hugo Comes, fundum ab Ubaldinis, datis literis petiit, ne invitis dominis pietati, privatiſque votis videretur litare. Cujus æquiſſimis poſtulatis adeo ſplendidè clariſſima illa gens aſſenſa eſt, ut etiam gratis ampliſſimum pretium pollicenti tribuendum cenſuerit. Amplam, munificamque donationem Hugo Comes collaudat, admiraturque vel eo nomine, quod cum familia potens, claraque opibus ſecum ipſa per id tempus pugnaret, tamen in ſe ornanda, demerendoque unanimi conſenſu conſpiraſſet. Cæterum tam Ubaldinorum ceſſionis, quam comitis gratiarum actionis teſtata, ampla que literæ extant in ejus gentis Hiſtoria, quam noſtra memoria Hetruſcis literis conſignavit Joannes Baptiſta Laurentii filius Ubaldinus eleganter, & vere a. Quam qui conſulet, nec de Hugone fundatore, nec de Ubaldinorum liberalitate plane poterit dubitare. Monaſterium ab urbe Florentia X. non amplius milliariis diſtat ad Montis Senarii radices, deflectiſque dextrorſum à via militari, quæ trans Alpes urbem Bononiam ducit. Iter totum, aſque dum Cœnobium ſubeas, prælti, ac infrugiferi colles exaſperant: niſi qua forte annoſa quercus, nec ſatis protera, quippe quæ inter prægrandia ſaxa conetur exurgere, pellendo frigori ſatis amplum proventum polliceatur. Nec mitiorem Monaſterio ſedem fecere colles. Siquidem à meridie ita ſublimibus, hiſpidiſque caſtaneis roſerti imminent monaſterio; ut non niſi provectum, adultumque liberius haurias diem: à Septentrione per humiliores quidem colles, non tamen minus ſentiſcoſos, arbuſtiſque ſylveſtribus impeditos liberior ei patet in Mugellum, jucundiſſimum terræ tractum, proſpectus. Hactenus Baccettius.

Adeo ætas illa Sichelmo Epiſcopo Florentinam Eccleſiam moderante pietatis ferax fuit, ut per idem ferè tempus, quo Hugo marchio Florentinam Boniſolatii, aliaſque ſex Abbatias ædificare occæperat, comes Lotharius ex Comitibus Albertis famoſam illam Abbatiam S. Salvatoris de Septimo 5. ab urbe Florentia milliario ditiſſimo cenſu dotatam conſtruxit, eandemque invidioſis opibus auxit comes Guillelmus, in quibus comitatus Stalis fuit, ut erudite narrat noſter Baccettius lib. p. Sept. Hiſt. Nec parum valuiſſe credendum eſt pietatis ſtudium Sichelmi ſancti Paſtoris, cum eo agente, inſtiganteque per totam Florentinam Diœceſim nova Templa per id tempus conſtructa cernantur. Adeo in utramque partem Paſtorum valet exemplum. Cæterum Sichelmus reperitur ſubſcriptus erectioni Archiepiſcopatus Magdeburgenſis anno 968. Joanne XI. ſedente in Ravennati Concilio.

18 S. PODIUM a (1) Sichelmus excepit anno 989. qui cultum divinum mirabiliter provexiſſe narratur, nec fortunarum acceſſionem neglexit. Multis enim ſuæ juriſdictionis caſtellis circumdedit muros, plenuſque bonis operibus evolavit ad Cœlum an. 1002. die 28. menſis Maii, quo ipſo die ejus feſtum ſolemniter agitant Florentini, ejuſdemque memoria in Martyrologio Romano fuit relata. Corpus autem quieſcit non procul à Catacumba S. Zenobii. Cum Florentiæ deflagraſſet Archivium, præclara etiam Podii geſta perierunt. Illud autem conſtat, quod Podio ſuperſtite, plures ejus ſanctitatis, quæ latè pervagata erat, ſuaviſſimo odore perfuſi, ingentia bona in S. Joannis Canonicos contulere; in quo inſignis, atque effuſa Mariæ Teutonis uxoris liberalitas extitit, cujus donationi fragmentum ab ipſo, viro, ac judicibus confirmatæ ita exorditur. XIX

a De eo Acta SS. Maii t. 6. p. 818.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti an. ab Incarnatione nongenteſimo nonageſimo menſe Februario Indict. 3. feliciter.

Et ideo Chriſto auctore ego Maria filia B. M. Benerardi conjux Teuti filii b. m. Petroni, qui adveniente me unacum ipſo viro in Domum S. Ioannis in præſentia de jam dicto viro meo interrogata ſum à Vuido Iudice Sacri Palatii, ſi aliqua violentia ab ipſo viro meo, ſeu & ab aliquo homine paſſa fuiſſem; ſed ego profeſſa, & manifeſta ſum, quod per nullius hominis diſtrictionem, neque de ipſo viro meo patiente violentiam non ſum paſſa, niſi quod certa, & ſpontanea mea voluntate pro remedio animæ meæ per hanc chartulam offerſionis nomine dare, & offerre, atque tradere previdi in Eccleſia Domus S. Ioannis Baptiſtæ, ſita intra hanc Florentinam civitatem, ubi modo D. Podo Epiſcopus præeſſe videtur.

Item Comites Bernardum, Rinerium, Gaufridumque fratres, Guiliam q; Comitiſſam Rainerii uxorem in Civitate, inque territorio Senenſi multa Podio ſuperſtite Eccleſiæ Florentinæ prædia fuiſſe delargitos circa annum 995. Anno 993. qui in tertium

(1) Si ſtirpe Longobardica natus eſt, ut ajunt nonnulli, B. Podius, credendum quoque eſt nomen etiam ſortitum fuiſſe originis Longobardicæ; ideoque, mollius loquentibus Teutonibus, ſcribendum, & pronunciandum *Bodo*, ſicut iidem Longobardi in compoſitis *Aripertum*, *Lampertum*, &c dicunt, ubi alii *Aribertum*, *Landertum* pronunciant, ac ſcribunt. Sic autem *Nuntium*, ſeu *Famulum* vox illa ſignificat, recurritque etiam in compoſitis, ut ſunt *Ebbo*, *Voolbodo*, *Radbodus*, aliique: Eſt autem Etruſcis frequentiſſimum, primo nominis præſertim compoſiti parte abjecta, ſolas uſurpare poſteriores ſyllabas, & ſic etiam nomen illud, ſi Romanæ originis eſſe conſtaret, à S. *Calepodii* nomine retractum videri poſſet. *Bollandiani in Actis SS. Maii tom. 6. pag. 819.*

gium Podii Pontificatus incureit, Vvilla Comitiſſa, Hugonis marchionis matee, ob inſignem pietatem, qua oroata erat, celeberrimam Florentioam Abbatiam, quam olim conſiliis Sichelmi Epiſeopi excitaverat, magnificentiſsimo cultu bonis ampliſsimis cumulavit, ad quod ſacrum opus eam Podium ſanctiſsimum Peæſulem ioeendiſſe par eſt credere. Donatio e tabulario eruta ab Honorato Faleoneino oobili Volaterrano ejuſdem Monaſterii Abbate, geemaoo fratre Peeſii D. Stephani Equitis, Magni Hetturiæ Dueis à ſecretis, viro ingenuo, litteeis expolito, atque veneraodæ antiquitatis amatore, mihi tranſmiſſa, Ita jacet.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Otho gratia Dei Imperator Auguſtus filius domini Othonis, anno Imperii ejus XI. pridie Kal. Iunii Indict. VI. Divina gratia munere, & superna virtutis auxilio à faucibus dæmonicæ poteſtatis ornat nos miſericors Dominus, æternæ patriæ gaudiis faceat cohæredes, ſedulis admonitionibus, crebriſque præceptis informet. Unde eſt illud: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam. Et ne quis de via ad eum perveniendi, vel qualis ab eo recipiendi eſſet facultas, dubitaret, quod promiſit ipſe certam oſtendit formulam, cum dixit: Dimittite, & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis, & tamen hoc idem quod docuit, ſegniter quis agere hortatur ipſe alibi, cum dixit. Vigilate, & orate quia neſcitis diem, neque horam. Hanc vocem ſcilicet ita omnes debemus frequentiſſimè meditare, quatenus ſemper præ oculis mentis habeatur: oportet enim ſingulis quis omnipotentis Dei miſericordiam hujuſmodi divitiis, vel quibuſcumque temporalibus adjumentis noverit conſolatus; ex his, qui acceperunt ab eo, quantumlibet illi conferre cum gratiarum actione, a quo ſibi novit cuncta, quæ habet conceſſa, quia Regnum Dei tantum valet, quantum habet, quod ut credi poſſit, dominicis inſtruimur documentis, quia mulierem duo minuta offerentem plus cæteris omnibus aſſeruit obtuliſſe.

Unde ego in Dei nomine Vvilla Comitiſſa lege vivente Salica filia domini Bonifacii, qui fuit Marchio, optimum duxi pro animæ meæ remedio ædificare Eccleſiam, Monaſterium à fundamentis in proprio territorio meo in honorem B. Mariæ Virginis ſitam infra civitatem Florentinam juxta muros ipſius civitatis, ubi in ipſum ſanctum locum de rebus meis aliquid offerre, & confirmare volo, ubi per hanc offerſionis paginam pro anima mea remedio offero Deo, & ipſius Eccleſiæ Monaſterio S. Mariæ in primis fundamentum illud, in quo ipſa Domini Eccleſia ſita eſſe videtur una cum omnibus caſis, ſeu curte, tota inſuper comprehenſa recta ipſa Eccleſia, cui cohæret ei ex una parte murus ipſius civitatis, & alia via publica, de tertia parte curte, & caſa . . . Et de quarta igitur perque, & caſa . . . Hæc autem prædicta fundamenta, in quibus ipſa Domini Eccleſia ſita eſſe videtur cum caſis, & curte, & cum omnibus ſuper ſe habentibus tota inſuper comprehenſa, qualiter ab omni parte circumdatu eſt per deſignata loca cum fundamentis, & omnibus ædificiis, vel univerſis fabricis ſuis, quod eſt inq; totque per menſuram ad juſtam perticam menſuratam ſcalarum centum in integrum cum inferioribus, & ſuperioribus, ſeu cum acceſſionibus, & ingreſſione ſua, & qualis ſuperius menſura, & cohærentia diſcernitur, Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio S. Mariæ afferre prævidi una cum omnibus aliis caſis, & terris, ſeu rebus meis illis, quas habeo in præfata civitate Florentiæ, caſis, & terris, ſeu rebus meis ipſis, cum fundamentis, omnibus ædificiis, cum univerſis fabricis ſuis, omnia & in omnibus rebus quantum in præfata civitate Florentia mihi per quemcumque ordinem eſt pertinens, in integrum pro anima mea remedio offero Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio S. Mariæ, ſeu etiam offero Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterii S. Mariæ, id eſt XXI. inter caſas, & caſinas, ſeu rebus meis illis maſſeritiis, quas habeo infra comitatum, & territorium Florentinum, & Feſulanum locaque quæ dicitur Otto, ex ipſis eſſe videtur in Monte domini, quas quidem Theuto ad manus ſuas habuit, quatuor ex ipſis in loco Cignoci, quæ ſunt inter tot cultus, ſeu per menſuram ad juſtam perticam menſuratur modiorum centum viginti; & duo, ex ipſis in loco Bibione; & tres ex ipſis in villa magna; & quatuor ex ipſis in loco Marina, quas Azo filius quondam Sigirii ad manus ſuas habuit. Hæc autem prænominatæ XXI. inter caſas, & caſinas, ſeu res illas maſſeritias in ſingulis denominatur, & vocabulis ſuperius dictis cum fundamentis, & omnibus ædificiis, vel univerſis fabricis ſuis, ſeu curtibus, hortis, terris, vineis, olivetis, ſilvis, virgaſtris, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, omnia in omnibus rebus, quantas ubique in quibuslibet locis, vel vocabulis ad præfatas caſas, & caſinas, ſeu rebus maſſeritiis ipſis ſunt pertinentes, vel aſpicientes de ſanctis hominibus ad manus ſuorum habere, & detinere videatur in integrum Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio offerre prævidi una cum omnibus caſis, & terris, ſeu paſcuis, quas habeo in loco, in finibus, ubi dicitur Montemulinajo prope Ubertinula, caſis, & omnibus rebus ipſis cum fundamentis, & omnibus ædificiis, vel univerſis fabricis ſuis, ſeu cunctis hortis, & terris, & vineis, ſilvis, virgaſtris, pratis, paſcuis cultis rebus, vel incultis, omnia, & in omnibus rebus, quantas ubique in quolibet loco, vel vocabulo, quantum mihi in præfatu Montemulinajo per quemcumque ordinem, vel in ejus finibus eſt pertinens in integrum Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio offerre prævidi. Ita offero Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio S. Mariæ pro remedio animæ meæ, id eſt quatuor caſas, & curtes, ſeu rebus meis illis tam donnicatis, quam & maſſeritiis, quas habere video in præſcripto comitatu Florentino, & Feſulano. Prima curte dicitur Figna cum caſtello, & Eccleſia cum XL. manſis ad ipſam curtem pertinentibus, quæ ſunt de pertinentiis de millo, & de terris apertis modiorum quingentorum. Secunda autem curte dicitur a Grieve cum caſtello, quod dicitur Scandiccio, & cum Eccleſia, ſeu cum XXX. manſis, quæ ad ipſam curtem ſunt pertinentes, quod ſunt de pertinentiis de ipſa curte, de cultæ res per menſuram ad juſtam perticam menſuratur modiorum trecentorum, & de terris apertis modiorum quingentorum. Tertia curte dicitur Bibiano cum caſtello ibi ædificate, & cum decem manſis, quæ ad ipſam curtem ſunt pertinentibus, de pertinentes de ipſa curte, de cultæ res per menſuram ad juſtam perticam menſuratur modiorum centum, & de terris agreſtibus modiorum mille. Quarta dicitur curte Gamperghe cum manſo uno, & cum ſuo donnicato, quod eſt de culta res per menſuram ad juſtam perticam menſuratur modiorum XX. & de terris agreſtibus modiorum duo. Hæc autem prænominata quatuor caſas, & curtes donnicatas una cum ſupradictis caſtellis, & Eccleſiis, caſis, & rebus cum donnicatis, quod & maſſeritiis, cum fundamentis, & omnibus ædificiis univerſiſque fabricis ſuis, ſeu curte, hortis, terris, vineis, olivetis, ſilvis, virgaſtris, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis, omnia, & in omnibus rebus tam donnicatis, quam etiam maſſeritiis, cum ſervis, & ancillis quantis ubique in quibuslibet locis, vel vocatur ad præſcriptas caſas, & curtes donnicatas, & a prænominatis caſis, & rebus maſſeritiis ſunt pertinentes, & vel aſpicientes, in integrum ſibi Deo, & ipſius Eccleſiæ monaſterio Abbatem, ac patrem, ſeu monachos, & presbyteros ſecundum regulam S. Benedicti ibi eligere, & ordinare, atque confirmare volo, & omnibus ſupradictis caſis, & curtis, ſeu caſtellis, & Eccleſiis cum omnibus eorum donnicatis, quam & maſſeritiis, ſeu familiis, quod ſuperius legitur, in ipſum almum locum, vel de illo Abbas, rector, & cuſtos, qui ibi pro tempore fuerit, ſint poteſtas eis habendi, tenendi, imperandi, laborare faciendi, & ad partem ejuſdem monaſterii poſſidendi, & uſufructuandi, etiam pro anima mea remedio ſic eſſe inſtituo, ut omni tempore die noctuque orationes, ſeu miſſarum ſolemnia, atque nocturna vigilantia in ipſa domini Eccleſia monaſterii facere, ſeu canere debeant ſecundum regulam S. Benedicti, ut omni tempore ille Abbas, cuſtos, & rector, qui in ipſo ſancto monaſterio eſſe videtur una cum ipſa congregatione ſervorum Dei, qui ibidem congregati fuerint, ibidem Dei omnipotentis deprecentur miſericordiam in pſal

nis, hymnis, & miſſis, ſeu orationibus, & nocturnis vigiliis pro animæ meæ remedio, ut mihi omnipotens Deus pius, & miſericors eſſe dignetur, & pro eorum orationibus veniam & indulgentiam peccatorum meorum obtinere merear. Et taliter volo, atque ſic eſſe inſtituo, ut ille Abbas, rector, & cuſtos, qui in ipſum Sanctum locum pro tempore fuerit, non habeat poteſtatem neque licentiam de omnibus ſupradictis caſis, & curtis ſeu caſtellis, & Eccleſiis, ſeu familiis, cum rebus donnicatis, & maſſeritiis ad ipſam domini Eccleſiam monaſterii pertinentibus, nec vendere, nec donare, nec commutare, nec per ullum argumentum, & ingenium alienare, nec dare, nec minuere, ſed ad ipſum ſanctum monaſterium, ejuſque Rectorem ſint poteſtatem habendi, & fruendi, ſicuti ſupra inſertum eſt, quia ſic in omnibus mea decrevit voluntas. Inſuper ego quis Vvilla comitiſſa, ac pars ipſius Eccleſiæ monaſterii Sanctæ Mariæ, vel ad illum Abbatem, ſeu rectorem, & cuſtodem, qui in ipſum ſcilicet almum locum pro tempore fuerit, omnia, quæ ſupra leguntur, legitimam facio veſtituram per cultellum, fiſtucum, nodatum, vuantonem, & vuaſonem terræ, atque ramum arboris me eam inde foris expuli, & verpui, & ab ſeſitum feci, & ipſius Eccleſiæ monaſterio ad proprietatem, ſicut ſuperius legitur, ad habendum conceſſi. Si quis vero, quod futurum non credo, ſi ego ipſa quæ Vvilla Comitiſſa, quod abſit, aut ullus de heredibus aut prohæredibus meis, ſeu qualibet oppoſita perſona contra hanc offerſionis paginam ire quandoque tentaverit, aut eam quocunque ingenio corrumpere, aut retollere, aut minuere de omnibus, quæ ſuperius leguntur, inferimus parti ipſius Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, vel ſuis Rectoribus, eorumque ſucceſſoribus mulctam, quæ eſt pœna auri optimi libras mille, argenti pondera decem millia. Qui omnia hæc, quæ ſuperius leguntur, minuere, aut ſubtrahere, vel intentionare, aut fraudare tentaverit, aut alienare, vel infringere quæſierit, ſeu delere voluerit, deleat nomen ejus omnipotens Deus de libro viventium, & cum juſtis non ſcribatur, fiat particeps cum Datan, & Abiron, quando aperuit terra os ſuum, & deglutivit eos: fiat ſocius cum Anania, & Saphira, qui fraudaverunt pecuniam domino, ſit deprehenſus cum Simone mago, qui gratiam Sancti Spiritus venundare voluit: ſit particeps cum Juda Iſcharioth, qui propter cupiditatem vendidit Dominum, & Magiſtrum: ſit ſeparatus à conſortio juſtorum, & in die judicii non reſurgat in numero illorum, & inſuper omnis ira Dei ſit incurſurus. Atramentaria, penna, & pergamena manibus meis de terra elevavi, & Theuperto Notario, & Judici domini Imperatoris ad ſcribendum, tradidi, & ſcribere rogavi, & teſtibus obtuli roborandum, ut in ſuo permaneat robore, & firmitate, cum ſtipulatione ſubnixa.

Actum Piſarum. Signum Dominæ ſupradictæ Vvillæ Comitiſſæ, quæ hanc offerſionis paginam fieri rogavit, & ea relecta complacuit.

Signum Domini Stephani, & Vvalterii, ſeu Ottulini lege vivente Salica teſtis.

Signum Domini Bernardi filii Domini Gherardi & item Bernardi ſimiliter lege vivente Salica Teſtis.

Ego Andreas Notarius rogatus à Vvilla Comitiſſa tt. ſubſcripſi.

N. Goffredus Judex D. Imper. rogatus à Vvilla Comitiſſa in toto ſubſcripſi.

Leo Iudex D. Imper. rogatus tt. &c. Ego Gottefredus rogatus tt. &c.

Ego Rotelerade Vicecomes rogatus Teſtis.

Ego Vvalterius rogatus Teſtis CC.

. . . . . Iudex D. Imper. de hac pagina offerſionis rogatus à dicta Villa Comitiſſa tt. &c.

Cupertus Notarius, & Iudex D. Imper. poſt traditam complevi, & dedi 10. Kal. Januarii.

Hugo marchio an. 995. donationem magnificam in eandem Abbatiam Florentinam, à Vvilla matre conditam, liberaliter contulit. Podio Epiſcopo ſuadente, pluribus bonis, prædiiſque amplificavit. Anno vero 996. eandem donationem ratam habuit, aliaque addidit bona, totque opibus ornavit, ut fundatoris potius, quam benefactoris, tituli gloria ipſi adſcribenda videatur. Ferunt ita donationes à ſuis originalibus delibatæ ex tabulario ejuſdem Abbatiæ.

In nomine Dei æterni. Otto gratia Dei III. Imp. Auguſtus anno Imperii ejus primo menſis Januarii Indict. IX. Divina gratia munere, & ſuperna virtutis auxilio à faucibus dæmonica poteſtatis adjuti, ut nos miſericors Dominus æternæ patriæ gaudiis faciat cohæredes, ſedulis commonitionibus, crebriſque præceptis informet. Unde eſt illud: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego requieſcere vos faciam. Et ne quis de via ad eum perveniendi, vel qualiter ab eo recipiendi eſſet facultas, dubitaverit, quod promiſit ipſe, certis oſtendit formulis, cum dixit: Dimittite, & dimittetur vobis, date, & dabitur vobis; & tamen hoc idem, quod docuit, ſequiter quis agere hortatur ipſe Dominus, cum dixit: Vigilate, & orate, quia neſcitis diem, neque horam. Hanc vocem ſcilicet ita omnes debemus frequentiſſime meditari, quatenus ſemper præ oculis mentis habeatur. Oportet enim ſingulis, quis omnipotentis Dei miſericordia, hujus mundi divitiis, vel quibuſcunque temporalibus adjumentis noverit conſolatus ex his, quæ acceperit ab eo, quantum libet illi conferre, à quo ſibi noſcit cuncta, quæ habet, conceſſa. Quia Regnum Dei tantum valet, quantum habet; quod ut credi poſſit, dominicis inſtruimur documentis, cum mulierem duo minuta devote offerentem plus omnibus afferentibus aſſeruit attuliſſe. Unde ego in Dei nomine Hugo glorioſiſſimus marchio filius domini Alberti, qui fuit itidem marchio, optimum duxi pro animæ meæ remedio offerre Deo, & tibi Eccleſiæ, & monaſterio S. Mariæ, quæ eſt poſita in civitate Florentina, quod genitrix mea à fundamentis extruxit, id eſt, Caſtella de Colle de Monte, & Burgo, & Eccleſia S. Martini, & curte, & donnicato, quod eſt poſita in loco, qui dicitur Bibiano cum ſortis, & rebus ibidem pertinentibus, quæ ſunt poſita in prænominatis locis. Una regitur per Andream, alia per Balduinum presbyterum; tertia per Analbertum; quarta per Gregorium; quinta per Gratianum presbyterum; ſexta per Joannem, ſeptima per Baldum, octava per Leoprandum presbyterum; nona per Petrum, X. per illum Gratianum presbyterum, XI. per Petrum presbyterum, XII. per Petrum Iudicem, XIII. per Ioannem, XIV. per Petrum presbyterum, XV. per Ioannem, XVI. per Dominicum, XVII. per Ioannem, XVIII. per Venerium, XIX. per Petrum, XX. per Ioannem, XXI. per Ioannem XXII. per Genaſium, XXIII. per Dominicum, XXIV. per Stephanum, XXV. per Theutum, XXVI. per Leonem presbyterum, XXVII. per Stantium, XXVIII. per Stephanum, XXIX. per Urſum, XXX. per Omalium, XXXI. per Ioannem, XXXII. per Arnolphum, XXXIII. per Petrum, XXXIV. per Lapum, XXXV. per Petrum, XXXVI. per Urſum, XXXVII. per Dominicum cum illa caſa infra illud burgum, qui detinet, Berta cum caſa infra illud caſtellum, & caſa in burgo, qui fuit Hoſpitale cum ipſa Eccleſia, ideo prædicta curte cum ipſa Eccleſia, & cum ſortis, & rebus, & cum caſis, & ædificiis, ſeu fundamentis, curtibus, hortis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſalicetis tam donnicatis, quam maſſeritiis, & univerſis fabricis ſuis, olivetis, caſtagnetis, cum terminationibus, & acceſſionibus, & ingreſſibus earum, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus, & cum omni jure ac adjacentia, & pertinentia earum, & integritate ſua, omnia, & in omnibus, ubicumque de jam dictis curtibus, & pertinentiis eſſe inveniuntur, in integrum tranſactis nominibus tibi Deo, & jam factæ Eccleſiæ, & monaſterio S. Mariæ pro anima mea offero, vel de ejus rectore, qui ibidem pro tempore fuerit, omnia, quæ ſupra leguntur, à parte ipſius Eccleſiæ ſit poteſtas habendi, & tenendi, poſſidendi, laborare faciendi, imperandi, & fruendi, & pro animæ meæ remedio devota orationes fieri debeant omni tempore ibidem Deo omnipotentis miſericordia in pſalmis, hymnis, ſeu miſſis, & orationibus, ac luminaribus vigilantiis, ut mihi omnipotens Deus, pius, & miſericors eſſe dignetur, & per eorum orationes, qui in ipſo Monaſterio conſtituti fuerint, indulgentiam peccatorum meorum merear obtinere; & ita volo, & ſic eſſe inſtituo ab illo Abbate vel rectore, qui in ipſo ſancto loco pro tempore fuerit, vel eorum ſucceſſorum non habeant poteſtatem,

neque

neque licentiam de omnibus, quæ ſupra leguntur, quas in ipſa Eccleſia, quæ pro anima mea offere, vendere, neque donare, neque commutare, neque ullo argumenti ingenio alienare, nec dare, nec minuere, ſed in ipſa Eccleſia, & monaſterio S. Mariæ, ejus Rectori ſit poteſtas habendi, fruendi, ſicut inſuper imperavi, quia ſic in omnibus mea decrevit voluntas. Et inſuper ego qui Hugo marchio a parte ipſius Eccleſiæ, & monaſterii S. Mariæ, vel ad illum Rectorem, qui in illo ſancto loco pro tempore fuerit, de omnibus, quæ ſupra leguntur, facio veſtituram, & traditionem, & per cultellum, fiſtucum, nodatum, & vvantonem terræ, atque ramos arboris me exinde foris expuli, & verpi, & abſitum feci, & ipſius Eccleſiæ, & monaſterio S. Mariæ ad proprietatem, ſicuti ſupra legitur, ad habendum reliqui. Si quis vero, quod futurum non credo, ſi ego Hugo marchio, quod abſit, aut ullus de hæredibus, aut pro hæredibus meis ſe qualibet oppoſita perſona, quæ contra hanc chartulam offerſionis ire tentaverit, quandoque aut eam retollere, vel minuere, vel corrumpere, de omni quod ſupra legitur, quæſierimus, inferamus à portione ipſius Eccleſiæ, & monaſterii S. Mariæ, & ſuis rectoribus, & ſucceſſoribus, mulctam, quæ eſt pœna auri optimi libras tres, argenti pondera ſex; qui ad omnia, quæ ſuperius leguntur, minuere, aut ſubtrahere, vel fraudare tentaverit, aut alienare quæſierit, deleat omnipotens Deus nomen ejus de libro viventium, & cum juſtis non ſcribatur; fiat particeps cum Datan, & Abiron, quando aperuit terra os ſuum, & deglutivit eos; fiat ſocius cum Anania, & Saphira, qui fraudaverunt pecuniam domini ſui, ſit comprehenſus cum Simone mago, qui gratiam Spiritus Sancti venundare voluit; ſit particeps cum Juda Iſcariote, qui per cupiditatem vendidit Dominum, & Magiſtrum; ſit ſeparatus à conſortio juſtorum, ut in die judicii non reſurgat.

Actum in loco Fuſci. Ugo Marchio C.

Signum manibus Ramaldi, & Uberti, & Bezzi, & Usberti lege vivente Rituaria reg. teſt. Ego Albertus Notarius rogatus Teſtis ſubſcr. Petrus rogatus Teſtis. Suarizo rogatus Teſtis. Joannes rogatus Teſtis.

Ego Joannes Notarius ſcrip. poſt traditam complevi.

Secunda verò donatio eſt hujuſmodi ex eodem tabulario.

In nomine Domini N. Jeſu Chriſti Dei æterni. Anno ab Incarnatione ejus nongenteſimo nonageſimo quinto quintodecimo Kal. Maji Indict. VIII. Otto dei gratia Imp. Aug. anno 12. Imperii ejus. Divina gratia munere, & ſuperna virtutis auxilio, a faucibus dæmoniacæ poteſtatis eruat omnipotens, & miſericors Deus, æternæ patriæ faciat cohæredes, fidulis admonitionibus, crebriſque præceptis informes. Unde eſt illud: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam: Et ne quis de via ad eum perveniendi, vel qualiter ab eo recipiendi eſſet facultas, dubitaret; quod promiſit ipſe, certis oſtendit formulis, cum dixit: Dimittite, & dimittetur vobis; date, & dabitur vobis; & tamen hoc idem quod docuit, ſegniter quis agere hortatur ipſe alibi, cum dixit: Vigilate & orate, quia neſcitis diem, neque horam. Hanc vocem ſcilicet ita omnes debemus frequentiſſime meditari, quatenus ſemper præ oculis mentis habeatur. Oportet enim ſingulis quis omnipotentis Dei miſericordiam hujus mundi divitiis vel quibuſcunque temporalibus adjumentis noverit conſolatus, ex his, quæ acceperunt ab eo, quantumlibet illi conferre cum gratiarum actione, à quo ſibi noſcit cuncta, quæ habet, conceſſa, quia Regnum Dei tantum valet, quantum habet. Quod ut credi poſſit, dominicis inſtruimur documentis, quia mulierem duo minuta devote offerentem plus cæteris omnibus offerentibus aſſeruit attuliſſe. Unde ego in Dei nomine Hugo glorioſiſſimus marchio filius D. Uberti, qui fuit marchio, lege vivente Salica, optimum duxi pro animæ meæ remedio offerre Deo, & tibi Eccleſiæ, & monaſterio S. Mariæ ſemper Virginis, quæ eſt conſtructa intra civitatem Florentiæ, quam D. Vvilla, quæ fuit genitrix mea, à fundamentis conſtruxit, id eſt caſa, & curte mea illa donnicata, quam habeo infra territurium, & comitatum Florentinum, loco, qui dicitur Luco, cum caſtello illo, quod ibi eſt ædificatum, & cum Eccleſia S. Clementis ibi conſtructa, unà cum terris, & vineis, ſeu donnicatis illic, qui ad ipſam pertinent, & cum ducentis, & octo inter caſas, & caſinas, ſeu rebus, maſſeritiis, quæ ad ipſas curtes, & ædes, ſeu caſtella ſunt pertinentes, & cum omnium ſuarum pertinent. ſeu integritatibus ſuis, denique ipſa caſa, & curte, & donnicatu, & prædicto caſtello, ſeu Eccleſia, & cum terris, & vineis, ſeu donnicatis, ſive prædictis ducentis, & octo inter caſas, & caſinas, & rebus maſſeritiis, quæ ad ipſam curtem, & caſtellum, & Eccleſiam ſunt pertinentes, tam donnicatis, quam maſſeritiis, cum fundamentis, & omnibus ædificiis, vel univerſis fabricis ſuis, ſeu curte, & hortis, terris, vineis, ſilvis, olivetis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis, ſive mobilibus, vel immobilibus, ſeu ſe moventibus tam ſervum, quam etiam ancillam, ſive nutriminibus tam majorum, quam minorum, quaſcumque res ubicumque in quolibet loco, vel vocabulo ad ipſas caſas, curtes, donnicata, & prædictum caſtellum etiam dictam Eccleſiam, ad prædictas caſas, & maſſeritias ſunt pertinentes, vel aſpicientes unacum omnibus eorum pertinen. & adjacen. ſeu integritatibus ſuis in integrum tranſactis nominibus tibi Deo, & jamfato Eccleſiæ, & monaſterio ſemper Virginis Mariæ offero, vel ejus Rectoribus, qui ibi pro tempore fuerint, omnia quæ ſuperius leguntur, ad partem ipſius Eccleſiæ, & monaſterii ſit poteſtas habendi, tenendi, poſſidendi, imperandi, laborare faciendi, & uſufructuandi. Et pro anima mea remedio die noctuque orationes fieri debeant omni tempore ibidem Dei omnipotentis miſericordia in pſalmis, hymnis, ſeu miſſis, & orationibus, & nocturna vigilantia, ut mihi omnipotens Deus, pius, & miſericors eſſe dignetur pro eorum orationibus, qui in ipſo monaſterio conſtituti fuerint, ut indulgentiam peccatorum meorum obtinere merear: & taliter volo, & ſic eſſe inſtituo, ut illi Abbates, vel rectores, qui in ipſo ſancto loco pro tempore fuerint, vel ejus ſucceſſorum, non habeant poteſtatem, neque licentiam de omnibus, quæ ſuperius leguntur, quæ in ipſa Eccleſia offere, vendendi, neque donandi, neque permutandi, neque per ullum argumentum, aut ingenium alienandi, nec dandi, nec minuendi, ſed in ipſa Eccleſia, & monaſterio S. Mariæ ejus rectoribus ſit poteſtas habendi, fruendi ſicut ſuperius, quia ſic in omnibus mea decrevit voluntas. Inſuper ego qui Hugo marchio ad partem ipſius Eccleſiæ monaſterii S. Mariæ, vel ad illum rectorem, qui in ipſo ſancto loco pro tempore fuerit, de omnibus, quæ ſuperius leguntur, legitimam facio veſtituram, & traditionem, per cultellum, & feſtucum, nodatum, & vvantonem terræ, atque ramum arboris, me exinde foris expuli, & verpui, & ab ſe ſitum feci, & ipſius Eccleſiæ, & monaſterio ad proprietatē, ſicut ſuperius legitur, ad habēdū reliqui. Si quis vero, quod futurū eſſe non credo, ſi ego qui Hugo marchio, quod abſit, aut ullus de hæredibus, & pro hæredibus meis, magna aut parva perſona contra hanc chartulam offerſionis meæ ire quandoque tentaverit, aut etiam reddere, vel minuere de omnibus, quæ ſuperius leguntur, quæſierimus, inferamus ad partem ipſius Eccleſiæ, & monaſterio S. Mariæ, vel ſuis rectoribus, eorumque ſucceſſoribus mulctam, quod eſt pœna auri optimi libras trecentas, argenti pondera mille, qui omnibus his, quæ ſuperius leguntur, minuere, aut ſubtrahere, vel fraudare tentaverit, aut alienare quæſierit, aut delere voluerit, deleat omnip. Deus nomen ejus de libro viventium, & cum juſtis non ſcribatur, fiat particeps cum Datan, & Abiron, quia aperuit terra os ſuum, & deglutivit eos, fiat ſocius cum Anania, & Saphira, qui fraudaverunt pecuniam Domini, ſit deprehenſus cum Simone mago, qui gratiam Sancti Spiritus venundare voluit, ſit particeps cum Juda Iſcariotis, qui per cupiditatem vendidit Dominum, & Magiſtrum, ſit ſeparatus a conſortio juſtorum, & in die judicii non reſurgat in numero illorum, & quod repetimus, & vindicare non valeamus: ſed præſens hæc chartula offerſionis diuturnis temporib⸗s firma permaneat . . . . . cum adſtipulatione ſubnixa atramentaria penna, & pergamena manibus meis a terra levavi, & Gerardo

Notario, & Iudicis domini Imperatoris ad ſcribendum tradidi, & ſcribere rogavi, & teſtibus obtuli roborandum.

Actum Luca Huge marchio te. ſig. manus lege vivente Saliga T.

Signum D. Ghiſalberti, & Joannis lege vivente Saliga ſig. manus Evvaldi lege vivente ſaligatt. ſig. Vvarneris lege vivente ſaligatt. ſig. ſeudi Jud. D. Imper. st.

Alicbertus Jud. D. Imp. Bonizo Iud. D. Imp.

Ego Gerardus Not. & Ind. D. Imp. poſt traditam complevi, & reddidi.

Aonn 998. Otho III. Imp. cum Gampertum presbyterum, atque Azonem diaconum ſibi devioeire vellet, Ss. Salvatoris, Donati, Martinique ædes in loco, cui Septimi nomen eſt, in Imperialem clientelam admiſit, nmniaque ipſorum bona a nulln temerari, occuparive vetuit. Agebat tune in vivis Podio Epiſcnpus, cujus precibus Otho adductus eſt, nt eodem beneficio Azonem ornaret. Breviſſima eſt privilegii ſerles, ſed non ſpernenda; continet enim appellatinnis ratinnem illi locn impoſitæ, eui nnmen Septimi hæſit hactenus, nbi Abbatia S. Salvatoris Septimiana nuncupata aſſurgit: quæ non à ſeptimo numero, quod ſeptimu Abbatia ſoret, à comite Hugone Hetruriæ marchinne excitata, nt aliqui ſcriptis tradidere, ſed ex ipſn loco ab nrbe ſeptem milliaribus diſſitn, dictoque ad ſeptimum lapidem, ſuſcepit, eujus rei mentio non modo in hoc Othoniano diplomate fit, verum in pervetuſtis etiam aliis documentis, antequam cœnobinm conderetur, confectis. Hoc vero in nnmeris aliis ſtipatum in Abbatiæ illius tabularin aſſervatur, cui dun cerei ſigilli appenſi, in quorum altero Othonis patris, in altero Henriei Bavari adoptivi filii adhuc impnberis effigies expreſſæ cernuntur, eireumadjectæ vero literæ, quæ ſummo labore perleguntur, has voces ſerunt. *Nova Imperii Romani illum* . . . . reliquum edax vetuſtas delevit, ſupplerique debent. *Nova Imperii Romani illuminatio:* quibus verbis expreſſum videtur Romanum Imperium, quod vetuſtæ ætatis Othonis tenebris obrutum erat, naſcente Henrico, atque illn illuſtri ſplendore terris affuſn, ejus ſanctitate, miraculiſve orbe coliuſtrato, in Imperii lucem felieiſſime eductnm fuiſſe.

In nomine Sancta, & individua Trinitatis. Otho Divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Omnibus fidelibus præſentibus, & futuris notum eſſe volumus, quoniam pro Dei amore Gumpertum Presbyterum, & Azonem Diaconum, cum Eccleſia S. Salvatoris, & S. Donati, & S. Martini, & omnibus ejus pertinentiis, qua eſt ſita in loco, qui vocatur Septimus, & cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, acquiſitis, & acquirendos, jure ejus pertinentibus ſub noſtro mundeburdio recepimus. Ideoque jubemus, ut nullus Epiſcopus, marchio, comes, nullaque noſtri Imperii magna, parvaque perſona præfatos Gumpertum presbyterum, & Azonem diaconum de omnibus, qua ſupraleguntur, inquietare, moleſtare, vel diſveſtire, ſine legali præſumat judicio. Si quis igitur hujuſmodi Mundeburdii violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & aliam medietatem præfatis Gumperto presbytero, & Azoni diacono. Quod ut verius credatur, noſtro ſigillo juſſimus ſigillari.

Heribertus Cancellarius vice Petri Epiſcopi notavi

Data IIX. id. Julii anno Dominica Incarnationis DCCCCXCVIII. Indict. XI. anno III. Othonis Regni XV. Imp. III. Actum Piſtoria feliciter.

Ab Hugnne etiam Hetruriæ marehlone, de quo ſupra piam inſtitutionem narravimus, Abbatiolam S. Andreæ obtinuit Podius ex conceſſione ſuorum prædeceſſorum tunc cenſibus obſtrictam menſæ ſuorum canonicorum, qui in canonica S. Ioannis, quam S. Salvatoris, S. Zenobii, ſanctæque Reparatæ nlim appellaverunt, ex certis inſtitutis, regulaque tune convivebaot, ſubſervituram. Conceſsionis hoc ſequeos diplomu repertnm in tabulario Florentiol capituli, hic exſcribendum curavimus.

In nomine Domini Dei æterni. Podio divina largiente clementia S. Florentina Eccleſia immeritus Epiſcopus, omnibus fidelibus Eccleſiarum in Domino continuam ſalutem. Minime latere arbitramur prudentes, quibus nota eſt lectio aut authenticorum librorum veteris Teſtamenti, qua legitur in calce ultimi libri Paralipomenon, & in exordio primi Eſdra, quem quidam Malachiam prophetam autumant, quod filii Iſrael ducti fuerunt captivi in Babyloniam per manum Nabuchodonoſor Regis, cum Iechonia Rege ſuo, & poſt ſeptuaginta annos, miſertus Dominus populo ſuo, Darius Rex Perſarum ſuggeſſit omnia Iſraeli in captivitate degenti, ut quicumque vellet in Hieruſalem licentiam repedandi ad ædificandam Domum Domini, & muros civitatis, haberet, dicens: Rex Cælorum omnia Regna mundi tradidit mihi, & nunc ſiquis eſt Domini, rodeat, & Templum ejus, quod eſt Hieruſalem, dedicet. Quadam die invitatus acceſſi ad ferculum domini Hugonis ducis nobiliſſimi epulaturus cum eo, cumque inter prandendum, & loquendum multa de divinis Hiſtoriis deducerentur in medium, contigit ut derepente ſermonibus noſtris interveniret lectio prædictorum librorum; & cum ventum eſſet, ubi legitur, quod prædictus tyrannus recordatus eſt Domini cæli, & quod cauſa illius timoris cunctos captivitate detentos libertate donaret; tunc prænominatus dux, & marchio, quo audacior nullus, ab intimo pectore divino tactus ſpiritu ſuſpiria largatrahens, inter cætera adjecit: Si gentilis non agnoſcens veritatem, qua Chriſtus eſt, cum tanta dulcedine Deum cæli nominavit, utque pro ejus reverentia longa pænitudine alligatos, divitiis oneratos dimiſit ad propria, quid nobis faciendum eſt, qui relicto gentilitatis cultu, ab ipſis cunabulis cum lacte de incarnatione noſtri Redemptoris, & noſtra liberatione per ejus mortem audivimus? Statim ergo inutilis ſpeculator, qui præſens aderam, cui hac, qua ſubjecta ſunt, animo inſidebant, humiliter reſpondi: O chariſſime exemplum illud ſume in opere, quod laudaſti, de devotione. Habebat quidem tunc temporis jam dictus dux Abbatiolam unam infra mœnia Florentina civitatis, dono meorum anteceſſorum libellario nomine, in honorem S. Andrea Apoſtoli conſtructam, quam mox ſupplici meo rogatu, & precibus, atque multiplici hortatu ſua conſortie domina Juditha ſemper benedicta, mihi refutavit, & mea Eccleſia uſui, & utilitati tradidit; eo videlicet ordine, ut eam neceſſitatibus canonicorum meorum præſentium, & futurorum pro remedio animarum utriuſque, ducis videlicet, & ejus conjugis, & pro ſalute mea, meorumque ſucceſſorum tribuere, quod me facturum illico bono animo ſum pollicitus. Quapropter dictam Abbatiolam in honorem B. Andrea fundatam infra Florentinum urbem ſtatim cum omnibus ſuis pertinentiis in canonica Florentina Eccleſia dono, & largior; quatenus ipſi canonici, tum qui nunc ſunt, tum qui in ea ordinati fuerint in futuris temporibus, ex fructibus ipſius terra, redditu, vel cenſu quotidianam habeant refectionem: neque volo, ut aliquis de ipſis canonicis habeat poteſtatem de ipſis rebus libellarios facere, aut aliquid donare, aut ex his, qua Dominus exinde dederit, audeat inter alios dividere, & ſi qui horum fecerint donationem, vel diviſionem eorum, jubeo irrita fieri; ſed cenſeo, ſtatuo, & confirmo, quod unus, vel duo clerici, quos ego elegero, habeant poteſtatem de omnibus illis rebus eſum carnium, & piſcium comparandi, & infra clauſtra canonica eis ad conveſcendum tribuendi, quatenus unanimiter comedentes, & bibentes gratias, & laudes referant, & pro incolumitate domini ducis Hugonis, & ſua conjugis, & utriuſque prolis, & noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, Dominum exorent. Poſt deceſſum vero illorum clericorum, quos ego ad illud miniſterium ordinavero, habeant ipſi canonici poteſtatem ordinare aliquem ex ſua congregatione timentem Deum, & qui ex jam dicto miniſterio eis fideliter deſerviat, in quo non ſit zelotypia, neque fraus, neque doloſitas. Et ſi inter ſe ita diſcordes fuerint, ut qua juſſi, atque ordinavi, adimplere noluerint, tunc ſucceſſores noſtri timorem Domini præ oculis habentes, ita eum ordinent, ut meam voluntatem in omnibus impleant, & oculos divina majeſtatis non of-

fendant. Si quis autem hanc noſtram ordinationem, & teſtamenti firmitatem temerarius violator, ſive Imperator, ſive Rex, dux, marchio, Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, aut qualibet alia perſona magna, vel parva, clericorum, vel laicorum infringere voluerit, aut temptaverit, cum Necatoribus egentium, aut cum Juda traditore Domini hereditatem infernalem recipiat, & maledictionem æterna maledictionis acquirat. Conſervator autem beatorum ſpirituum conſortium ſine fine poſſideat.

Podio S. Florentina Eccleſia inutilis Epiſcopus in hac ordinatione, & teſtamenti finitione ſubſcripſi & ad ſcribendum alios curave.

Hugo marchio &c.
Leo Judex D. Imperatoris ſubſcripſi.
Petrus judex ſubſcripſi.
Menopertus judex D. Imperatoris ſubſc.
Sigefredus judex D. Imperatoris ſſ.

XX. 19 VIDO, aut GUIDO Podio defuncto immediatè ſucceſſit; evenitque ejus ad Eccleſiam Florentinam aſſumptio, circa annum 1002. Eoque Præſule Piſtorii defunctus eſt magnus ille Hugo Hetruriæ marchio, bonoque dolo Florentiam delatus in Abbatia à ſe donata honorificè conditus jacet. Grati vero ergæ conditorem ſuum Benedictini monachi cineres ejus marmoreo inſigni monumento in Templo cohoneſtarunt, appoſitis inſignibus, & iconico ejus ſimulacro, inſcriptoque titulo. Diem præterea Hugonis anniverſarium, qui D. Thomæ feſtus eſt, memoriæ ejus dicatum omni cum pompæ, & honoris genere monachi concelebrare hodieque ſolent.

Diſſenſere pleriique in marchionis Hugonis obitus tempore, cum aliqui illum conjecerint in annum 1001. alii in ſequentem retulerint, alii in 1004. alii in 1006. rejecerint; nec defuere, qui ad annum 1013. vitam produxiſſe aſſerant inconſulte. Omnium magis veritati conſentanea opinio, majoribuſque rationibus fulta ea eſt, quæ anno 1001. die 21. Decembris obiiſſe tradit, ac monumento vetuſto ex Martyrologio M.S. canonicorum Lucenſium hiſce verbis confirmatur: *Hugo marchio in Tuſcia moritur anno* 1001. Remque illuſtrat hoc anno extinctum fuiſſe, diploma breviſſimum ab Othone III. Imperatore ineunte anno 1002. datum, quo pro ſalute animarum Hugonis, ac Vvillæ matris bona Abbatiæ S. Mariæ, in qua ſepultus fuerat Hugo, attributa confirmat, Abbatiam imperialem, liberamque appellat. Quod diploma ita ſonat in originali, in quo illud ſingulare apparet, dum Otho Apoſtolorum ſervus inſcribitur.

In Nomine ſancta, & individua Trinitatis.

Otho ſervus Apoſtolorum. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus atque futuris, quod nos propter Dei omnip. amorem, & ob remedium anima marchionis Hugonis, monaſt. S. Maria, quod mater ſua Vvilla conſtruxit, omnia, qua illi collata eſſe noſcuntur, per hoc noſtrum præceptum corroboramus, in quo præeſt Marinus Abbas confrater. Itaque jam dicto monaſterio in civitate Florentina ſito univerſa prædia illuc per chartarum munitiones pertinen. nominative caſtellum de Segaa, Greve, Viclo, Bibiano, Livo, Ledecha cum omnibus eorum pertinentiis; inſuper curtes Montem Dom. Radda, Daſuſſi, duas curtes Bibione, Francidione, Montemolin. Facia, omnia iſta, & catera, qua pertinent ad eandem Abbatiam, prædicto Abbati Marino ejuſque ſucceſſoribus, & monachis in eodem cœnobio ſecundum regulam S. Benedicti degentibus, firma corroboramus traditione. Præcipimus itaque, quod nullus dux, marchio, comes, vicecomes, ſive aliquis homo ſive magnus, ſive parvus eandem Abbatiam de ſuis rebus inquietare, moleſtare, vel diſveſtire præſumat. Ipſa vero Abbatia Regalis, vel Imperialis libera æternaliter permaneat. Si quis igitur hoc præceptum fregerit, componat centum libras auri optimi, medietatem camera noſtra, ac medietatem prædicto monaſterio: quod ut verius credatur, hanc paginam manu noſtra roboratam ſigillari juſſimus. Sig. D. Othonis Cæſaris invicti. Herebergus Cancel. recognovit vice Petri Epiſcopi.

Datum 6. Idus Januarii anno Dominica Incarnationis MII. Indict. XV. anno 3. Othonis Regni XVIII. anno Imperii VI. actum in Paterno.

Conditum eſt primo marchionis corpus in capſa ferrea, cumque inverſa in terram facie, ſupina negligentia, in ea repoſitum fuiſſet, ab eodem marchione cœleſti viſo monaſterii Abbas admonitus eſt, refoſſoque loculo, illud converſo in cœlum vultu compoſuit: cujus rei Petrus Damianus in ſuis Epiſtolis mentionem fecit, nec multo poſt erectum illi eſt ſepulchrum porphyreticum, atque hujuſmodi affixum Epitaphium,

F	LUCTUAT IN TERRI	S	QUI SEMPER VIVERE QUÆRI	T
L	UMINIS ET STABIL	I	NON MANET ILLE GRAD	V
E	N EGO DIVES UGO D	V	X FULTI NOMINE CLARU	S
R	EXI JURA PI	E	TEGMINE CARNIS IN HO	C
E	T DOCVI MITE	M	PARVUM SUB FASCE COEG	I
M	E RAPTOR FURT	A	PAVIT AMARE MAL	A
A	FRUM ME COLUIT RE	G	NUM ET QUI REXERAT ILLU	D
R	OMA MIHI PARU	I	T UT PATER HANC DOMU	I
I	STE TAMEN TUMULU	S	ME CLAUDIT MARMORE PARVU	S
T	USCA MANUS FLORE	T	MORTIS HONORE SUB HO	C
U	T ME POENÆ ARDO	R	NON URAT LECTOR ADOR	A
M	UNDO CORDE DE	V	M QUI BONA CUNCTA REGI	T
		M	ORE BENIGNO.	

Effluentibus poſtea aliquot ſeculis Monachi, cum tanti benefactoris oſſa, cui nomen conditoris potius debebatur, quamvis incluſa porphyro pro meritis parum magnifice haberi cernerent, ea in ſanctuarii ſiniſtra parte collocavere, atque marmoreo elegantiſſimo opere ſepulchrum excitarunt: adjectaque hac epigraphe anno 1481. ejus memoriam conſecrarunt.

D. O. M.
Ugoni Ottonis III. Affini, ac
Camerti Marchioni Andebergenſi,
Qui D. Benedicto hoc olim, & ſex
alia Cœnobia condidit, Pii hujus
Loci monachi, de ſe benemeriti
Sepulchrum vetuſtate attritum
Inſtaurarunt Anno ſalutis
MCCCCLXXXI.

Pulcherrimum hoc grati in tantum Marchionem animi opus admirationem pluribus conciliavit, cum, non modo inter ſuperbiſſima hujus urbis, verum totius Italiæ ſepulchra, ac vetera nobiliſſima monumenta collocari poſſit; nec exiguam ab omnibus monachi gratiam collegere, cum poſtea in ſuo clauſtro ejuſdem Marchionis ſimulacrum ſumma arte expolitum è marmore erexerunt, ubi ſequens ſpectatur inſcriptio.

Ugoni Hetruria Camertum Spoletanorumq;
Duci, & Marchioni, Alberti Marchionis
filio, Ottonis Italia Regis Nepoti Abbatia
Florent. Magnificentiſs. Pientiſſimeq; fund.
CIↃCXVI. amoris Anno Statuam erexit
poſt honorarium Monumentum, poſt ſolemnia anniverſaria laudationis, parentationiſque, poſt quotidianas inferias Grati animi
Empidoſio A. D. CIↃIↃCXVII.

Ego ſanè in præclariſſimo horum monachorum

faci-

A facinore præterire non poſſum, quin eos à calumnia ingrati animi à Baronio ipſis inuita vindicem, dum retulit ſuis in Annalibus to. 11. eos ſepulchrum illud porphyreticum, in quo tot annis Hugonis oſſa jacuerant, nobiliſſimo civi Florentino tradidiſſe, qui eo ad hortum adornandum uſus fuerit; cum nobiliſſima Imperatorum, ac ſanctiſſimorum virorum ſepulchra injuriis temporum, in uſus minus decoros converſa videamus; hoc vero Hugonis ſepulchrum non ingrati animi vitio inde amotum ſit, ſed ad recolenda ſuaviſſima memoria illius beneficia, longe nobilius ipſius cineribus fuerit excitatum, atque annis ſingulis magno nobilitatis concurſu Divi Thomæ Apoſtoli feſto recurrentem ipſius obitus diem ſumma religione celebrent, elegantiſſimaque oratione illius encomia illuſtrent. Sed parcimus præclariſſimi ſcriptoris erga laudatiſſimum, atque de Eccleſia ob ſuam pietatem optime meritum Marchionem zelo, qui haud bene de tota re inſtructus, nec ſepulchri novi conſpecta elegantia, ac magnificentia, monachos ingrati animi ira ſuccenſus per-B ſtrinxit, cum illos potius extollere laudibus debuiſſet, ob tanti principis à ſilentio hominum, oblivioneque memoriam vindicatam. Remitti etiam tanti viri auctoritati poteſt, ea carpſiſſe, quæ ob adulteratas traditiones plus fuci, quam veri obtinent, nec ita Baronio mirum videri debuit, Hugonis vitam cum aliquo errore deſcriptam fuiſſe, in novoque illo Epitaphio Marchionis Magdeburgenſis nomen affingi, cum illuſtre, & conſpicuum ſit, non traxiſſe è Germania genus, ut eorum temporum auctores aſſerebant, cum alii recentiores in hiſtoria verſatiſſimi in hujus Hugonis vita in errorem impegerint, eoque tempore, quo renovatum Epitaphium eſt, non ita inveſtigandæ veritatis ſtudium vigebat, & ut ferebat ætas, vulgi ſermonibus corrupta, inquinataque erroribus traditione fultis temerè credebatur. Sed hanc digreſſionem mittamus, aliis aſperſam ingratæ mentis vitii labem eruditiſſima diligentia diluendam, detergendamque relinquamus. Guidoni, qui magno virtutum ſplendore in Florentina C Eccleſia, quam paucis annis rexit, adminiſtranda effulſerat, has exuvias reliquit, nec alia ad nos de eo cognitio emanavit, quam quod Podio ſucceſſerit, inclytoque Marchioni ſepulchrum excitari viderit.

XXL an N.. poſt Vvidonem hanc Eccleſiam regendam ſuſcepit, cujus nomen non exprimitur in Lamberti ſucceſſoris documento, ut infra videbimus, in quo Podium quartum ſuum prædeceſſorem appellat, unde poſt Podium, vel Vvidonem, alterum Epiſcopum ante Ildebrandum neceſſe eſt interceſſiſſe.

XXII a1 ILDEBRANDUS ſecutus eſt; primaque ejus memoria occurrit in an. 1008. Ejus temporibus, qui ſumma prudentiæ laude Eccleſiam ſuam adminiſtrabat, comes Bonifacius nobiliſſimam, ac ſolemnem donationem in D. Mariæ Abbatiam contulit, quæ eadem illa eſt, quam Vvilla comitiſſa condiderat, cujus ſeries è ſuo exemplari eruta, & ſequentibus verbis expreſſa eſt, è quibus elici non poteſt, ut aliqui ſcriptis mandarunt, hunc Bonifacium marchionis Hugonis fratrem extitiſſe. D

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ab Incarnatione ejus anno nono poſt mille pridie idus Auguſti Indictione VIII. Ego quidem Bonifacius inclytus Marchio filius D. Alberti, qui fuit comes, qui profeſſus ſum legem vivere Ribuariorum, qui per Dei timorem, & SS. Patrum, & æternam retributionem animam meam libenti animo, & cum bona & ſpontanea mea voluntate, ſine ullam vim pati, & nullo me penitus cogente, aut vim inferente, ſed meo deliberatus arbitrio, a præſenti die juxta legem meam Ribuariorum per hanc chartulam offerſionis dare, & offerre, atque tradere pravidi in perpetuum in Eccleſia, & monaſterio S. Mariæ cum aliis vocabulis, ſcilicet qua eſt conſtructa in civitate Florentiæ, ubi modo D. Marinus abbat praeſt, id eſt, curte, & caſtello cum omnium jurium ſuorum pertinentiis, & adiacentiis juris mei, quod eſt poſitum in loco Brollo, ſicut mihi in integrum ſucceſſit de pagis genitores mei, & mihi modo liber eſt pertinens, atque

A *dare, & offerre pravidi in integrum curtem cum omnibus juribus ſuis, & pertinentiis, qua eſt poſita in loco Radda. Atque ſimiliter dare videor curtem, & caſtellum cum omnibus ſuis pertinentiis in loco Elgnano, & Sejano, ſed dare, & tradere videor terras, & res meas in loco Peſalla, & in loco Bojano, id eſt, prænominatis omnibus, curte, & caſtello cum ſuis pertinentiis, cum curte, & donnicatis, & omnibus rebus adiacentibus, & pertinentibus earum, cum caſis, curte, hortali, atque vineis, campis, paſcuis, pratis, ſilicetis, cultis rebus, vel incultis, diviſis, & indiviſis, mobilibus, & immobilibus, ſeſeque moventibus aquis, aquarum decurſibus tam in montibus, quam in planis, rupis, rupinis, molendinis, piſcareis, omnia, & in omnibus ubicunque per loca, & caſali, vel vocabulis, appenditiis de ipſis curte, & caſtello cum omnibus juribus ſuis, & pertinen. & adiacen. ſicut ſupra legitur, pertin. & mihi, pro quovis modo eſt pertinen., in integrum per hanc chartulam offerſionis juxta legem meam Ribuariorum per cultellum, fiſtucum, nodatum, vvantonem, vvaſonem terra, atque ramos* B *arboris juxta legem meam Ribuariorum, facio legitimam traditionem, & veſtituram ad partem jam dicta Eccleſia, & monaſterio in eorum ordine, ut ſi me Dominus ſine filiis, & filiabus de legitimo matrimonio migrare juſſerit ipſis rebus, ſicut ſupra legitur, poſt meum deceſſum, per hanc chartulam offerſionis, in perpetuum jam dicta Eccleſia habeat, teneat, & poſſideat pro anima mea. Et ſi forſitan Dominus mihi filios aut filias de legitima conjuge habere juſſerit, ipſas res, ſicut ſupra legitur, habeant, & teneant ad eorum jura proprietatis diebus vita illorum, & ſi ipſi eorum ſine filiis, & filiabus migrati fuerint, hac chartula offerſionis in ſuo robore permaneat, atque perſiſtat: ſi hæc omnia fuerint, ut ſupra legitur, poſt meum deceſſum, ſi filios aut filias de legitimo matrimonio non habuerim, ullus de heredibus, aut proheredibus meis, ſeu ullus de parentibus meis, aut alia qualibet perſona magna, vel parva hanc chartam offerſionis irrumpere, aut violare tentaverit, aut de ipſis rebus ſicut ſupra legitur retollere aut contradicere præſumpſerit quovis modo, aut* C *ingenio ab ipſa jam dicta Eccleſia, monaſterio, aut ab ipſo Abbate, qui ibidem pro tempore aderit, inferimus partis ipſius Eccleſia, & monaſterii mulctam, qua eſt pœna auri optimi libras CCC. argenti pondera DC. & poſt pœna ſoluta omnia, & ſingula ſupradicta, ut ſupra leguntur, omni tempore maneant in ſua firmitate, atque perſiſtant cum ſtipulatione ſubnixa. Et pergamenam, pennam, atramentarium juxta legem meam Ribuariorum de terra levavi, & Rolando Notario ad ſcribendum dedi, & eam talibus teſtibus ſubſcribere rogavi, atque his ſunt legum per meos, & octo attulit ad roborandum.*

Actum in loco Planorio territorio Mutinenſi. Bonifatius Marchio in CC. ſignum ſub. manus Gherardi filii quond. Adelberti et rog. teſtis ad omnia cui relectus eſt.

Ego Thomas dat. mm. Ego Petrus filio alio rog ſubſc.

Signum m. Lincardo filius quondam Lamberto rog. teſtis ad omnia cui relectus eſt. Signum ſſ. manus Rodelandus filius q. Vvido rogatus teſtis ad omnia cui relectus eſt. Ego Rolandus Notarius Imp. poſt traditam D *complevi &c.*

Ildebrandus vero inſignis vir fuit, pietatiſque ſingularis, cujus temporibus ex Feſulanis ruinis mirum in modum Florentia crevit an. cntn. De qua re Verinus noſter ſic cecinit.

Aſt ubi Syllanos felix concordia cives
Altius evexit, Feſula venere redacta
Sub juga. Tunc populi crevit numeroſa propaga.
Urbs inimica potens, vicinaque mœnibus olim
Martigena, ulterius fines efferre negabat.
Ac veluti quondam veteres auxere Sabini
Sub Tatio Romam: ſic urbs Feſulana relicto
Vertice victricem tandem migravit in Urbem.

Poſt exciſas Feſulas mirum in modum creviſſe divinum cultum, pietatemque Florentinorum ſub piiſſimo Ildebrando Præſule, vetus, & conſtans hiſtoricorum opinio eſt. Teſtantur hoc tot templa, cœnobiaque eo ſeculo ab ipſis ædificata, auctaque invi-

dioſis fortunis, quæ ſuis privilegiis, indultiſque firmarunt Otho, Henricuſque Imperatores.

Ildebrandus autem inter cætera pietatis officia, quibus inclaruit, collabentem S. Miniatis martyris Baſilicam reſtauravit, ac magnificè exornavit. Cæterum ut ejus piæ munificentiæ perennaret memoria, illorumque jugularetur error, qui ejus Baſilicæ magnificam reſtaurationem in Henricum Imperatorem, ac Cunigundam ejus uxorem inſignis pietatis fœminam retulerunt, hanc antiquam ſcripturam hic ſubiiciendam curavimus, in qua apertiſſime ejus ædificationis tota gloria in Ildebrandum redundat, qui etiam ibi à ſe monachorum Collegium inſtitutum, à Florentinorum Præſulum arbitrio dependere decrevit.

In nomine Domini Amen. Anno ab Incarnatione ejus tertiodecimo poſt mille, Imperiique Henrici Romanorum Auguſti quinto Kal. Maij Indictione undecima. Dum ego Ildebrandus nulla meritorum prærogativa S. Florentinæ Eccleſiæ Antiſtes oratoria noſtræ ſedis propria circuimirem, atque quæ neglecta invenirem, meliorare ſatagerem, inveni Eccleſiam non longe ab urbe ſitam in honorem S. Miniatis martyris dedicatam, antiquituſque vocabulo monaſterii inſignitam, quam quia nimia vetuſtate neglectam, atque pene deſtructam inveni, qualiter revocare potuiſſem, anxie cogitare cœpi. Hæc autem ad agenda ideo maxime deſiderio ardebam, quia venerabile corpus dicti martyris ibi repoſitum audieram. Quapropter meum ſeniorem ſcilicet Imperatorem adire ſtudui, quatenus illius conſilio, juvamineque animatus perficere valerem, quod deſideravi. Qui meo deſiderio, divina inſpirante clementia, non modice congaudens, monaſterium, in prænominata Eccleſia, ſicut antiquitus fuerat, me conſtituere admonuit, ſeque mihi favere promiſit. Reverſus igitur ad noſtram ſedem, ſua Beatitudinis accepta licentia, Canonicis, totique clero, nec non & laicis noſtræ civitatis meum velle innotui, conſiliumque quod ab Imperatore, meiſque fratribus Epiſcopis acceperam, per ordinem patefeci; quod placuit omnibus. Itaque ad peragenda, quæ præmeditaveram, cunctorum accendebatur animus. Revolvens igitur animo fragilem noſtræ mortalitatis naturam, vitaque metam omnibus incertam, inducіarum occaſionibus poſtpoſitis, ordinationi cœpi inſiſtere præcogitati operis. Inchoato igitur diu deſiderato opere pretioſiſſimas gemmas auditu tantum antea ex parte cognitas plenius quam audieramus viſibiliter in præfata conditas Eccleſia non tam, ut decuit, invenimus, corpus videlicet venerabile B. Miniatis martyris, pluriumorumque eadem martyrii palma coronatorum, unde noſtrum magis, ac magis accendebatur deſiderium: confeſſionem vero conſtituentes, ſacratiſſimumque reliquiarum theſaurum elevantes, juxta noſtræ qualitatem poſſibilitatis, & reverentiam recondimus, & quomodo ibidem Deo ſervientes vivere potuiſſent, ordinavimus. Ego quidem Ildebrandus S. Florentinæ Eccleſiæ Præſul indignus, pro Dei amore, meæque remedio animæ, ſpeque remunerationis futuræ, & pro animabus anteceſſorum meorum, ſeu ſucceſſorum Epiſcoporum iſtius Florentinæ civitatis, nec non pro anima Henrici Imperatoris ſenioris mei, ſuæque præclaræ conjugis Cunigundæ, atque pro remedio animarum Imperatorum, ſeu Regum iſtius Regni Italici, ſeu pro animabus omnium illorum, qui de ſuis rebus ad prælibatum monaſterium dederunt, vel daturi ſunt, & pro omni populo Chriſtiano, ſæpe dictam S. Miniatis martyris Eccleſiam S. Ioannis, quæ ſita eſt infra territorium de plebe S. Reparatæ ſita in civitate Florentia, ad monaſticum ordinem confirmo, atque una cum conſenſu, & auctoritate Sacerdotum, Levitarum, omniumque canonicorum, totiuſque cleri, nec non & cum benevolentia laicorum iſtius Florentinæ civitatis, omnia, quæ ad eandem Eccleſiam, ſive monaſterium S. Miniatis pertinent, aut pertinebunt, ad recreandum neceſſitatem fratrum ibidem ſub regula, vel Abbate Deo ſervientium perpetualiter concedo, locum videlicet, & montem, in quo poſitum eſt monaſterium, qui antiquitus Florentinus vocabatur, nunc vero Mons S. Miniatis, una cum omnibus adiacentibus, & pertinentibus, & in circuitu ipſius, quam etiam infra ipſum montem, ſive in aliis locis cum ſervis, & ancillis, & aldionibus utriuſq; ſexus illius Eccleſiæ ubicumque eſſe inveniantur, ſeu caſis, curtis, capellis, ſortibus, & donnicatis, ſilvis, terris, vineis, & omnibus rebus ad præfatam Eccleſiam pertinentibus ubicumque per loca, & caſalia, & vocabula, & confinia inveniantur, Eccleſiæ, monaſterioque S. Miniatis concedo, atque confirmo: ſimiliter conſtituo, atque ibidem concedo cœnobium S. Andreæ, quod eſt poſitum in civitate Florentia, prope forum Domini Regis, & prope arcum cum omnibus ſibi pertinentibus, caſis, curtis, ſortibus, donnicatis, ſervis, ancillis, aldionibus utriuſque ſexus, terris, vineis, tam intus, quam foris civitatem ubique per loca, & caſalia, & vocabula, ſeu appendicia, & infra. Similiter concedo caſtellum, & cortem, quæ vocatur Mons altus cum omnibus ſibi pertinentibus, &c. Similiter medietatem quoque caſtelli, quod vocatur Mons acutus, &c. ſimiliter do curtem, quæ vocatur Lonnano cum omnibus ibidem ad S. Ioannem pertinentibus, cum una capella in integro, quæ nominatur S. Miniatis, & quartam partem de alia capella, quæ vocatur S. Salvatoris.

Ego Ildeprandus S. Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, quæ ſupra leguntur, confirmando ſſ.

Gerardus Archipresbyter conſenſi, & ſſ. &c.

At non contentus Ildebrandus, Miniatenſe templum, cœnobiumque conſtruxiſſe, magnam etiam eidem dotem, cenſuſque dixit, ut ſarto tecto conſervando templo ſatis forent, iidemque monachi, qui D. Benedicti Regulam profitebantur, alerentur. Anno vero 1024. ſub vitæ finem, eidem monaſterio, ac monachis, quæ in hoc donationis diplomate continentur, munifice donavit, cujus adhuc exemplar in Archivo monaſterii Montis Oliveti Florentiæ aſſervatur.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejus vigeſimo quarto poſt mille, & anno Imperii Henrici Imperatoris Auguſti undecimo, menſe Aprilis Indictione ſeptima. Veruntamen de æterna Beatitudine oportet omne humanum genus ſemper cogitare, unde hic, & in futuro ſæculo apud omnipotentem Dominum locum refrigerii invenire mereantur, & ideo auxiliante Domino ego quidem Ildebrandus S. Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, quia pro Dei timore, & remedio animæ meæ, & remedio animarum anteceſſorum meorum Epiſcoporum iſtius Eccleſiæ, & domus noſtræ S. Joannis una cum conſenſu, & auctoritate ſacerdotum, & Levitarum, atque cleri S. noſtræ Eccleſiæ, per hanc chartulam concedo, & confirmo in Eccleſia, & monaſterio B. Miniatis martyris, quem ego Ildebrandus Epiſcopus quaſi ad monaſticum ordinem confirmavi, & eſt poſita ipſa Eccleſia, & monaſterium in loco, & vocabulo Monte S. Miniatis infra territorium de plebe S. Reparatæ de civitate Florentia. Item cum omnibus adjacentibus, & pertinentibus ipſius Eccleſiæ, & monaſterii, tam in circuitu ipſius Eccleſiæ, quam & infra ipſum montem, ſive in aliis locis, cum ſervis, & ancillis, & aldionibus utriuſque ſexus ipſius Eccleſiæ ubicumque eſſe inveniantur, ſeu caſis, curtis, capellis, ſortis, donnicatis, ſilvis, terris, vineis, & omnibus rebus, ad prædictam Eccleſiam, & monaſterium pertinentibus ubicumque per loca, & caſalia, & vocabula inveniantur, una cum Eccleſia, & plebe, quæ eſt in honorem S. Ioannis Baptiſtæ, quæ eſt poſita ibi prope ipſam Eccleſiam, & monaſterium. Similiter ibidem conſtituo, atque concedo cœnobium S. Andreæ, quod eſt poſitum in civitate Florentia prope forum D. Regis, & prope arcum, cum omnibus ibi pertinentibus caſis, curtis, ſortis, donnicatis, terris, vineis, ſervis, & ancillis, ubicumque exinde pertinentes eſſe inveniantur. Similiter ibidem concedo Eccleſiam S. Felicitatis, quæ eſt poſita prope Capo de monte, cum cœmeterio, & certis terris, & vineis quacumque de ipſa Eccleſia tenet Joannes presbyter, & filii Urſi presbyteri. Nec non & omnem decimationem meam propriam de meo donnicato per omnes meas curtes, & caſas, una cum caſtello, & curte, qui Mons altus dicitur, cum omnibus ſibi pertinentibus, terris, vineis, ſilvis donnicatis, & una capella infra ipſum caſtellum poſita in honorem S. Bartholomæi, & S. Miniatis, &

ſer-

terris, & ſilva in loco Caternano, qua fuit à dicto filio bonamemoria, & ſorte integra in luco Acuana, qua fuit de ipſo a dicto per chartulam uſſerſinais Eccleſia nuſtra dedis, & eradidit, & integra curte; ſortibus, & doanicaſis, terris, & vineis, qua Epiſcopu ſita in lucu Ducio, quibus concambiavit cum Florentio, & Ioanne Georgii filiis Bartholum ai Martini, & cum ipſo caſtello, & curte, & ſortibus, & ſilva, & rebus illis infra territurium de plebe S. Andrea ſita Ducu, & medietate de caſtellu, quod vocatur Mons acutus cum umaibus ſibi pertinentibus, quod eſt puſitum infra territorium de plebe S. Martini, ſita Viminicio, & una cum integra curte, & dumaicatu, & ſurtibus de luco Caſentino, ubi, & Lonaam vocatur una cum integra capella, qua eſt in honorem S. Miniatis, & quartam partem de alia capella, que vocatur S. Salvatoris, cum terris, vineis, caſis, ſortibus, alpibus, & doanicatis, ſive appendicialibus ad eandem curtem, qua vucatur Loanano, pertineatibus infra territurium de plebe S. Maria, ſita Staja, & S. Martini ſita Terdinula, curte quoque de . . . . qua eſt poſita infra territerium de plebe S. Aadrea ſita in Poju, ſeu capellasa hoaorem S. Miniatis, qua eſt poſita prope Fluvium Arnum, & prupe locum, qui dicitur Capraria, ſeu curte integra cum ſurtibus, & donaicatis ibidem pertineatibus, quud eſt infra territurium de plebe S. Iuanais ſita Suffignano una cum Eccleſia, ſita in hunerem S. Petri in loco, qui dicitur Cavellianas, ſeu illam partem, quam acquiſivit de Eccleſia S. Maria ſita Padula cum terris, & vineis ibidem pertinentibus, atque Eccleſia B. Maria in loco Livicio, prope Pe- erinlum, quod eſt infra territorium de plebe S. Stephaai, ſita unu pane, ſeu terra, & ſilva, quod eſt caſtagnetum, quod ego per cambium acquiſivi, quud eſt puſitum prope caſtellum, quud dicitur Petra Menſula infra territorium de plube S. Petri, sita Vallia. Similiter in ipſa Eccleſia, & monaſterio S. Miniatis umnem redditum, qui anaualiter exierit de mercato illo, quem ego inſtitui prupe iſtam civitatem Flurentiam. Ibidem concedo capellam uaam, quam ego coneraxi, & cunſecravi in honorem S. Majoli coafeſſoris, ia locu, qui dicitur curte Frida, infra territorium S. Petri ſitum Baſilla. Ideo cum pradictis umnibus caſis, & Eccleſiis, caſtellis, curtis, ſurtibus, & donnicatis, & omaibus illis rebus, uaa cum domibus, adificiis ſuorum, & omnia ſuper ſe, & iafra ſe habentibus ubicunque de omaibus pradictis rebus pertinentibus, ſicut ſuperius legitur, & invenitur in his, qua praſcripta habentur, S. Miniatis, ſuoque monaſteriu devote offero, & quacuaque illuc unquam dedi per vim chartula ſcriptiune perpetualiter coaſirmo, & pro Dei amore, Filiique retributione, ut in futuru exiade remunerari mereatur de meis uſibus praſentialiter ſubtraho, & in poteſtatem, uſumque pradicti monaſteri S. Miniatis, & Abbatis, qui ibidem pru tempure urdinatus fuerit, nec non ſpiritualium fratrum, ques ibi Deus in eundem locum cuagregare dignatus fuerit, in integrum poſſidendum cuncedu, nec nun firmiter conſtituo, ut nulla perſoaa hominum, de pradictu munaſterio, ſeu de praſatis rebus puteſtatem, aut aliqud dominium nullo mudo habere poſſit, excepta Abbate, quem ego, aut ſucceſſures mei ad jus, atque ſub defenſione S. Joannis ibidem urdiaatus. Si quis vero de meis ſucceſſuribus, ſive cujuſcumque ordinis ſit, haac chartulam currumpere praſumpſerit, eaque, qua ia ea corroburata ſunt, ipſi Eccleſia, & muaaſterio S. Miniatis pro malu ingenio abſtrahere praſumpſerit, cum Juda traditere mancipetur, & ſuccieur, & cum onere magnu perpetuo pœnas murtis ſentiat, ſed inſuper cumpoſiturus, & ſuluturus eſſe debeat pradicta Eccleſia, & munaſterio S. Miaiatis martyris Chriſti pœnam nummorum de bono auro libras ceatum. Hanc vero chartulam ego Petrus Nutarius per rogatum ipſius D. Ildebrandi Epiſcupi ſcribendu, atque laudando confirmavi. Actu Florentia exemplaria.

Ego Ildeprandus S. Jo. ſervus, & indignus Epiſcopus à me facta fuit, &c.

Gherardus Archipresbyter conſenſi, & adſui.

Egu Raiaerius rugatus teſtis.

Ego Gottifredus Vicecumes rogatus teſtis.

Ego David Vicedominus rogatus teſtis.

Egu Petrus Primicerius adſui.

Haldebertus Judex ſubſcripſi.

Ego Petrus Nutarius Scriptur poſt tradita complevi.

Petrus Judex domini Imperatoris authentica hujus exemplaris vidi, & legi, & huc exemplar pruprie manus inſcriptione roborandu ſubſcripſi.

Hugo Judex D. Imperaturis authentica illa vidi, & legi, & ia hac exemplata manu mea ſubſcripſi.

Haldebertus Judex, qui authentica illa vidi, & legi & ia hac exemplata manu mea ſubſcripſi.

Egu Albertus Nutarius qui authentica illa vidi, & legi, & quicquid in ea vidi, & legi, in hac exemplata fideliter exemplavi.

22. (1) LAMBERTUS viſus eſt deterſiſſe mœrorem, quem Florentini hauſerant ex Ildeprandi deceſſu an. 1025. Cæterum Lambertus ubi primum ad Florentinam ſedem ſubvectus eſt, tamquam monaſterii S. Miniatis dominus Abbatiolam S. Andreæ Petro Primicerio attribuit. Cavit autem, ne ex hac donatione a monaſterio S. Miniatis intelligeretur divulſa, ut ex hac ejus ordinatione liquido conſtat, quæ extat in capituli tabulario. XXIII

In aumiae Dumini nuſtri Jeſu Chriſti. Aane ab incarnatione ejus vigeſimo quiatu puſt mille, & quarto noaas Auguſti, Indictione octava. Ideuque Lambertus venerabilis S. Floreatiaa Eccleſia Epiſcopus ſecundum convenientiam nuſtram, & quia dare, atqun haben. &c. Et Eccleſia ipſa reconcianda, & per vus Sacerdotes officium, miſſam, erationem, inceaſum, & luminaria die noctuque in ipſa Eccleſia, ipſa faciendum, tcuendum, fruendum, ſeu habendum dare provids vubis, Petro Primicerio Andrea filiu, & Sichelmo clerico, & Petro, & Gerardo, & Ildeprando filii Albergha, & ipſam iategram Eccleſiam, & uraterium illud, quud eſt ia huaurem S. Aadrea, quod eſt ſitum in civitate Florentia prupe arcum uaa cum ufferta, & murtuorum, & cœmeterio de ipſa Eccleſia, uaa cum caſa, & terra, qua eſt ſita prope ipſam Eccleſiam, ſedet terra illa, que dicitur Piſcinale, ibique prupe ipſam Eccleſiam juxta caſam habitationis tua, qui ſupra Petrus primicerius, & fini terra, & caſa Raineriı filii Gerardi, & Rodulphi nepotis ſui, & prupe caſam Gindetti nunc filii . . . . inter media via, & prupe illum parcum, ſed & decimatiunem illam Petrus Primicerius ad jura de ipſa eccleſia detinens de locu quidem juxta eccleſiam, & rebus pradictis, unà cum umnibus adificiis ſuorum, vel omnia ſuper ſe, & intra ſe habentibus pradicta eccleſia, & munaſterio nuſtru S. Miniatis in integrum, ſicut ſuperius legitur, eas vobis Petrus Primicerius, & ipſi, & a veſtris haredibus, aut qui de vubis ſuper alium vixerit, dare, & firmare provids, & mihi Lamberto Epiſcupu, & meis ſucceſſuribus, & poſteris, & ipſi Petru Primicerin, & ipſis veſtris heredibus inter vus tuts dare debetis peaſiunem pru ipſa eccleſia, & rebus illis omni anno in feſtivitate ipſius S. Andrea, ibique ad ipſam eccleſiam, aut ad ipſum munaſterium nuſtrum S. Miniatis, unde ipſa eccleſia pertinent ad miniſteriaie, aut appuſito, vel admiſſu ipſius eccleſia, & munaſterium S. Miniatis per vus, aut miſſum veſtri argentum denariis vigiati, & quatuor buni, & pend. . . & nun amplius, & ſi vos adimplentes, & ſi egu Lambertus Epiſcopus, vel de meis ſucceſſuribus, vubis ipſis Petro Primicerio, & de haredibus veſtris de ipſa eccleſia, & rebus illis, tam de mubili, quam de immobili, muvere, aut minuere, vel retullere, aut amplius, quam ſupra legitur, vobis ſuperimponere praſampſerimus, tunc cumpuaituri vobis eſſe pœnam debeamus aummurum de

(1) In Curia Archiepiſcopali Florentina viſitur effigies cum hac ſubjecta inſcriptione: *Davizus Vicedominus Epiſcopus Florentinus anno Dom. MXXV.* Hujus tamen Epiſcopi nulla uſquam alia repetitur memoria: quem ſi revera in hac Cathedra ſediſſe conſtaret, expungendus eſſet Anonymus illad ſupra ſe- latus ab Ughello, cum, Davizo Lambertum proximè præcedente, ne vera Poſtius quartus eſſet Lamberti prædeceſſor. Hactenus Cerrachinius. Verum ut patet inſpicienti, inſcriptio Davizi imagini in aula prædicta ſubjecta ſic ſe habet: *Davizus Vicedominus Epiſcop. Florent.* quæ quidem ſi duo ultima verba emendantur, debent legi: *Epiſcopatus Florentini*: adeo ut effigies illa non ſit Epiſcopi alicujus Florentini, de quo nuſpiam reperitur mentio, ſed unius ex Vicedominis & patronis Epiſcopatus: & Davizus iſte alia [illegible] ac ille teſtis, qui apud Ughellum ſubſcripſit an. 1024. In Iru- mento Ildebrandi Epiſcopi ſic: *Ego David* (idem enim David, & Davizus) *Vicedominus conſenſi &c.* & an. 1025. ordinationi Lamberti: *Ego Davitio* (procul dubio ſcribend um *Davitio* mutata antepenultimam errore littera U in duplicem cc.) *Vicedominus rogatus teſtis*: & de anno 1028. donationi ejuſdem Lamberti: *Ego David Vicedominus conſenſi*.

bone argento libras viginti. Quidem & vos Petrus Primicerius, & Sichelmus Petrus Gherardus vobis offerti ſumus, quia omnia, ut ſuperius legitur, ſic inter nos conveniant; nam ſi tollerimus nos, vel noſtri heredes dare, & adimplere pro omni anno, ibique & ipſa eccleſia, vel a monaſterio ipſius S. Miniatis ad appoſito, vel a miniſteriali, aut a miſſo ipſius eccleſia illa penſione, ſicut ſupra legitur; & ſi illa eccleſia, & rebus dimittere præſumpſerimus, aut ſi officialis opus, miſſa, & traditione, incenſum, & luminaria, offerſiones, aut per vos tres ſacerdotos in ipſa eccleſia facere neglexerimus, tunc illa prædicta pœna libras viginti parti veſtræ componere debeamus, unde duo libelli ſcripti ſunt.

Actum Florentiæ, &c.

† *Ego Lambertus Epiſcopus.*
† *Ego Petrus Primicerius a nobis facti, &c.*
† *Ego Sichelmus Clericus a nobis facti, &c.*
† *Ego Petrus a nobis facti, &c.*
† *Ego Gherardus a nobis facti, &c.*
† *Ego Leo Abbas de Monaſterio ſancti Miniatis in hoc libello conſenſi, &c.*
† *Ego Theuſo Presbyter, & Monachus conſenſi &c.*
† *Ego Ottriſo Presbyter, & Monachus conſenſi, &c.*
† *Ego Joannes Presbyter, & Monachus conſenſi, &c.*
Signi manus prædicti Ildebrandi, qui hunc libellum, ſicut ſupra legitur, fieri rogavi, &c.
† *Ego Daccitio Vice dominus rogatus teſtis, &c.*
Signi manus Theoderico filio b. m. Theodrici rogatus teſtis.
Ego Haldebertus Judex ſubſcripſi.
Ego Florentius Notarius Scriptor poſt tradita complevi.

Supradicti Petrus Primicerius, & Sichelmus, & Petrus Gherardi, & Ilbedrandi filii Albergo, eccleſia S. Andreæ in civitate Florentiæ, una cum offerta mortuorum, & cœmeterio, qui de ipſa eccleſia, & oratorio, & decimationem, quam ipſe Petrus donavit, &c.

Anno vero 1028. idem Lambertus ex ſingulari pietatis ſtudio, munificentiam æmulatus Ildebrandi anteceſſoris, non modo, quæ vita functus huic donaverat monaſterio, rata habuit, ſed etiam addidit multo majora, ſolemnique diplomate firmavit, ut in ſubjecto liberalitatis monumento perſpicitur, ex eodem tabulario.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Opportunum valde eſt, ut unuſquiſque homo de ſalute animæ ſuæ tanto ſit ſollicitior, quanto magis de hora vocationis extat incertus. Quam vocationis horam veritatis voce ſtudioſe obſervare jubemur, cum in Evangelio fatuis virginibus ad nuptias Regis intrare volentibus, oleumque in ſuis lampadibus non habentibus terribili admonitione præcipitur: Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam. Hanc terribilem ſententiam ego Lambertus S. Florentinæ Eccleſiæ quamlibet non æquis meritis Epiſcopus, mente revolvens, meique Præſulatus ordinem magno pondere gravatus præcavens pro viribus in quantum Deus dederit, cordis intentionem ad has æterni Regis nuptias bonorum profectus operum vigilando, atque ad reparandos Eccleſiarum mihi commiſſarum honores, ſummo conamine dirigere ſtudui. Cumque multis inſiſterem operibus, & ſecularibus curis preſſus, devotionem mentis in tutum revolvi; hic namque locus multorum Martyrum patrocinio luculentus, tanto eſt ſalvandis animabus habilior, quanto & a ſeculari tumultu remotior, & ſanctorum ibi quieſcentium, & religione ſacratior. Quamvis enim præcipuorum Martyrum fuiſſet ibi eximius principatus, uſque tamen ad noſtri prædeceſſoris felicis memoriæ Ildeprandi tempora incultus jacuit, & inordinatus permanſit. Prælibatus igitur Antiſtes Monaſterium ibi fieri decrevit, ordinatiſque in eodem loco fratribus, & Abbate ibi præpoſito, vitæ neceſſaria, in quantum valuit, decenter miniſtrare curavit, qui quouſque vixerit prædiis, aliiſque muneribus pauperis loci ſurgentem ſpeciem ampliavit, & quoniam, quæ fuerant neceſſaria, mortis mora interveniente explere non valuit, mihi, qui ſucceſſionis cathedram in præfata eccleſia teneo, partem ad ſacri loci reparationem, atque augmentum credo relictam a Domino. Non enim diffido me participem fore tantæ remunerationis, ſi adjutorium impendere ſatago tam ſacræ, venerandæque ordinationi. Ergo imprimis omnia quæcumque fel. mem. Ildeprandus Epiſcopus prælibato Monaſterio contulit; ego Lambertus Epiſcopus nulla neceſſitate, nec alicujus rei ſuggeſtione infectus, ſed corde perfecto, & animo volente pro Dei amore, meæque remedio animæ, ſpeque remunerationis futuræ, & pro animabus anteceſſorum meorum, ſeu ſucceſſorum Epiſcoporum iſtius Florentinæ civitatis, necnon & pro anima Conradi Imperatoris Sereniſſimi Senioris mei, necnon & pro anima ſuæ præclaræ conjugis Giſlæ excellentiſſimæ Imperatricis, necnon & pro ſalute Henrici filii ſui, atque pro remedio animarum Imperatorum, ſive Regum iſtius regni, atque pro ſalute, & remedio animarum Ducum, ſeu marchionum Tuſciæ, & pro ſalute, & incolumnitate clariſſimi marchionis Bonifacii, necnon & pro animabus omnium illorum, qui de ſuis rebus prælibato Monaſterio aliquod beneficium fecerunt, vel facturi ſunt, concedo, confirmo, & in perpetuum vigere exopto, eo videlicet ordine, ut ſi forſitan, quod abſit, aut ego aliuſve ex meis ſucceſſoribus quacumque occaſione tollere voluerit, aut imminuere aliquid ex iis, quæ præfatæ Eccleſiæ fuerunt, vel quæ nominatus Antiſtes inibi contulit, vel quæ ego, Domino juvante, per hanc donationis, & confirmationis chartam dare modo videor, vel daturus ſum, partem habeat cum Juda traditore, & ſit anathema Maranta. Concedo igitur præfatæ eccleſiæ S. Miniatis martyris, quæ ſita eſt infra Plebem S. Reparatæ civitatis Florentiæ cum auctoritate, & conſenſu ſacerdotum, vel levitarum, & totius cleri noſtri Epiſcopatus, curtem quamdam de propriis prædiis S. Joannis, quæ Merelli dicitur, quæ eſt infra territorium Plebis . . . . . una cum ſortibus, & domnicatis, terris, & vineis, & omnibus rebus illis, quæ prædictæ curti pertinent. Similiter concedo præfati monaſterii proprio S. Joannis Baptiſtæ Florentini Præſuli jus, & eccleſiam S. Petri Apoſtoli ſitam in burgo Senenſi, ubi Camullia dicitur, cum cœmeterio, caſis, terris, & vineis, quæ ſunt poſita juxta eccleſiam jam dictam, & prope eccleſiam S. Baſilii, & in aliis locis ejuſdem burgi, & aliam terram cum caſa prope arcum, ubi dicitur Taberna, & integrum manſum in loco, qui Cellula dicitur, quod erectum fuit per Lamiſcium Maſſarium, & poſtea per Bonizonem Dom. . . . & infra territorium plebis S. Mariæ ſitæ in civitate Senenſi, & aliud manſum, quod eſt in caſali, cujus Mincia vocabulum eſt, quod erectum fuit per Ildum Maſſarium, & eſt in territorio plebis S. . . . Quæ idem prædicta eccleſia S. Petri cum cœmeterio, terris, domibus, & vineis loci ejuſdem Senenſis, & cum manſis ſupradictis pro animabus ſuis remedium, Bernardus, & Rainerius, & Vualfredus . . . & comitis, & Vuilla comitiſſa conjux Rainerii patruelis illorum offerſionis cauſa S. Joannis Præſulatus noſtri conceſſerunt tempore Podonis quarti prædeceſſoris noſtri. Et ego hoc monaſterio tribuo, & pro animabus illis redemptionem, & parentum ſuorum vivorum, & mortuorum, & in perpetuum fratres in præfato monaſterio ſub Abbatis imperio Deo ſervientes perenniter fruantur, habeant, & legaliter ad jus S. Joannis prædicti præſulatus, & meũ, meorumque ſucceſſorum omnium teneantur, omnium hominum inquietudine remota. Et quoniam ſcio quoſdam vel modo, aut in futuro diaboli ſpiritu plenos, quicumque ille eſt, vel fuerit, qui præfatum monaſterium in hoc parvo noſtro munere inquietare voluerit, aut tollere, vel diminuere, infernali pœna cum Juda Chriſti proditore in perpetuum maneat. Hanc utique noſtram donationem & anterioris noſtri tali tenore contribuo, & confirmo, ut ſi iſte Leupardus ejuſdem S. Miniatis Abbas, aut aliquis ſucceſſor ejus voluerit, & conſiliatus fuerit, aut aliquis monachorum ibi ordinatorum, ut iſtam noſtram donationem, vel anteceſſoris noſtri, aut prælibatum monaſterium de jure S. Joannis Epiſcopatus noſtri aliqua poteſtate abſtrahat contra meam, & ſucceſſorum meorum omnium voluntatem, maledictionem, nulla impediente poteſtate, habeat. Ego, & mei ſucceſſores prædictum monaſterium, cum ſuis pertinen-

tiis

tiis ad voluntatem, & poteſtatem noſtram præcipuè & poſtea Abbatem, qualem nobis placuerit abſque ſimoniaca hæreſi ordinare, unde duas chartulas fieri juſſimus, quarum alteram prædicto monaſterio dedimus, alteram vero in noſtro epiſcopio reſervari juſſimus ad rerum notitiam pro futuris temporibus.

Data anno Dominicæ Incarnationis vigeſimo octavo poſt mille, & anno Imperii D. Conradi Sereniſſimi Imperatoris II. in menſe Julii, Indictione XI. feliciter exemplata.

† *Ego Lambertus S. Florentinæ ſedis, quamvis immeritus Antiſtes in hac ordinatione, & confirmatione, non aliquo compulſus timore, nec alicujus muneris donatione ſuggeſta a me facta fuit.*

† *Ego Sigeto Diaconus, & Cantor confirmo.*

† *Ego Gerardus Archipresbyter conſenſi, adfui, &c.*

† *Ego Petrus S. Florentinæ Eccleſiæ Primicerius affirmo, & huic ordinationi præbui aſſenſum ſcribendi, &c.*

† *Rotocater Præpoſitus conſenſi ſponte, &c.*

† *Ego Rogembardus Presb. & Canonicus affirmo, &c.*

† *Ego Bonano Presb. & Canonicus conſenſi, &c.*

† *Ego Petrus Subdiaconus, & Canonicus confirmando conſenſi, &c.*

† *Ego Gerardus Subdiac. & Canonicus affirmo.*

† *Ego Gerardus Subdiac. & Canonicus affirmo.*

† *Ego Sichelmus Acolythus, & Canonicus huic ordinationi conſenſi.*

† *Ego David vicedominus conſenſi, &c.*

† *Ego Hugo Judex, & Advocatus affirmavi, &c.*

Petrus Judex Domini Imperatoris, &c.

Hadelbertus Judex in hac paginicula propria juſſione Domini, & inclyti Lamberti Magni Præſulis manu mea hic ſubter ſcripſi.

Ego Vvidus Archidiaconus, & hujus S. Decreti voluntarius ſcriptor aſſenſum præbui, & jure completionis has litteras ſubnotavi.

Piè, ſanctèque Florentinam Eccleſiam rexit Lambertus uſque ad annum 1032. in quo ipſo anno rerum humanarum pertæſus, cum ſe paſtorali munere abdicaſſet, vitam monaſticam inſtituit profiteri. In quo vitę genere cum incomparabili probitatis exemplum præſentibus, poſterisque præbuiſſet, ut pie vixerat, ſanctè etiam vita functus eſt. Hujus meminit doctiſſimus Petrus Damianus, cum ſcriptis litteris apud Nicolaum II. Pontificem ſe excuſaſet, cur & ipſe ad exemplum Lamberti munere Epiſcopali monaſticæ vitæ amore ultro abiiſſet.

XXIV 23 Poſt Lambertum, ATHO Florentinam ſedem obtinuit, Præſul æterna memoria dignus. Hic ſtatim ad Epiſcopatum aſſumptus, nil magis cordi habuit, quam ſuos Canonicos ex certo inſtituto conviventes fovere, ac augere. Itaque cum multa eiſdem opes attribuiſſet, etiam illorum domicilium ita ordinavit, diſtinxit, ut Benedictum IX. Pontificem ea de re certiorem fecerit, volueritque ab eo firmari, quæ ipſe ſanxiſſet. Ejus petitionis epiſtolam hic libenter ſubjiciendam curavimus, quod ab iis Præſulibus exemplo olim futura ſit ſuper gregem ſuum invigilandi promovendique ad pietatem. Originale extat in Florentinæ Eccleſiæ tabulario apud Canonicos.

Sanctiſſimo, & omni veneratione colendo Domino noſtro Beatiſſimo Benedicto IX. opere, & nomine. Acto S. Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, perpetuum in Domino famulatum.

Cum conſtet omnes in hujus exilii peregrinatione viventes perpetuo ſubſiſtere non poſſe, & poſt ſolutionem carnis vitalem portionem animabus hominum remanere, ſive juſtis ad gloriam, ſive impiis ad pœnam, neceſſarium eſt a temporalibus bonis animum removere, atque æternæ beatitudinis præmia juſtitiæ opera aſſequi ſtudere, quatenus in illa cœleſti gloria bonorum operum mercedem quiſque obtineat, & Angelorum cœtibus adjunctus æterna felicitatis perfruatur gaudiis, qui hic mente ſedula retractare ſtudent Salomonis ſententiam monentis: Quodcumque poteſt manus tua facere, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia valet apud Inferos, quo tu properas. Et in Evangelio: Currite, dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant. Et alibi: Videte ut fuga veſtra fiat hyeme, vel Sabbato. Quod ego Acto S. Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus mente pertractans, meique honoris pondera gravia eſſe cognoſcens, licet curis ſæcularibus gravatus ultra placitum, ſtudio tamen ſermonum, & operum ad reparandos Eccleſiæ mihi commiſſæ honores, pro mea parvitatis modulo animi intentionem direxi, quatenus in illo tremendo examine pro talento mihi credito a Domino merear audire; Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituo, &c. Inter diverſas igitur, ac varias curas poſitus, dum ad meliorem ſtatum reparare omnia ſtudeo, ordinata regere, inordinata ordinare ad Canonicorum ordinem uſque deveni, quem partem regulari tramite, partem vero, ut antiquus mos Eccleſiæ obtinuit, non decenter militare cognovi. Quod ego videns valde lætatus ſum, quoniam canonicus ordo ab initio mihi placuit; percunctari fratres magno cœpi deſiderio, quibus in rebus noſtrum vellent adjutorium, quod facere ardenti deſiderabam animo, fratres vero petierunt, ut primitus, quæ ab antiquis Epiſcopis in Florentina commiſſa ſunt Canonica, per decreti confirmarem paginam. Nos itaque per hujus decreti inviolabilem paginam confirmamus in prædicta Canonica quicquid temporibus retroactis, ſive ab ejuſdem eccleſiæ Pontificibus, ſive a fidelibus Chriſtianis, Regibus, vel Ducibus, ſeu etiam privatis, & militantibus conceſſa ſunt, juxta Florentinæ urbis Pratum Regis, campum Regis, cum manſis, & territoriis omnibus, quæ modo in Florentina curte habet, & retinet prædicta Canonica, curtem de Cinioria totam, ſicut ipſi habere, & tenere videntur, & illam partem eis reddimus, quam Primicerius contra Canonica inſtituta uſurpare auſus eſt, Plebem è Sinia, cum curte, & manſis, & territoriis omnibus, & decimationibus, quæcumque ad eamdem plebem, & curtem pertinere videntur. Inſuper totum, quod Rozizo filius Lepiſii, pro ſalute animæ ſuæ, in eccleſia S. Joannis contulit, vel in eadem canonica terram S. Proculi in prædicta plebe, quam Davizo Vicedominus, ejuſque nepos Joannes pro ſalute animæ ſuæ prædictæ contulerant Canonicæ: curtem de Laco, quæ eſt infra plebem S. Petri ſituatam, &c. cum omnibus adjacentibus, & pertinentibus ſuis, necnon ubicumque in omni noſtro epiſcopatu aliquid habeo, vel tenere modo videtur Canonica, fideli largitione confirmo. Præterea noſtram ſacræ religioni manum miſericordiæ adhibere cupientes ad communem utilitatem fratrum dedimus, quicquid Gerardus archipresbyter pro beneficio a noſtra eccleſia tenuit, tam in decimationibus, quam quæ in manſis, & in prædiis, necnon & quæcunque Stephanus Abbas, ex beneficio tenuit, jure perpetuo habendum eidem Canonicæ donavi. Similiter & quæcumque primicerii bona fuerunt in integrum neceſſitatibus fratrum habenda contradidi. Hanc igitur Canonicam ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & S. Joannis Baptiſtæ, divino amore augere, & perficere ſtudui, ut quaſi lucernæ omnibus meis epiſcopii membris fratres in ea ordinati radios veri luminis infundant, & non ſolum pro ſalute vivorum, verum etiam debito meritis ſolutis Domino omnipotenti hoſtias placationis offerre dignas prævaleant, necnon pro remedio animæ meæ, ſpeque futuræ remunerationis, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, ſeu etiam omnium fidelium Chriſtianorum. Ne igitur omnia, quæ prædixi, quæ dedi, vel quæ Domino largiente daturus ſum, ad communem fratrum utilitatem conferre curavi, ut ſimul manducandi, & bibendi, ſimul etiam dormiendi, ſecundum canonicam auctoritatem voluntatem habeant, neque diviſi per cellulas, aut hoſpitia propriam voluntatem ſectentur, ſed ſub præpoſiti regula, quem nos ipſi ordinavimus, vel aliens aliis Domini, cuſtodiæ quicquid dederint, ſive in victu, ſive in veſtitu, ſecundum ſacræ regulæ diſtributionem cum gratiarum actione communiter omnes capiant. Hanc denique ordinationis noſtræ paginam tibi ſanctiſſimo Pater B. vel tuis ſucceſſoribus perpetua defenſione

committo, & canonicam Florentinam Beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis tuitione ſuppone, et videlicet modo, ut ſi forſitan, quod abſit, aut ego, aut aliquis meus ſucceſſor, ſeu quacumque perſona aliqua occaſione tollere, aut minuere, ſeu ad proprium uſum transmutare voluerit aliquid ex his, quæ præfata Canonica tenet, ſeu etiam quæcumque nos ibi conceſſimus, ut ſuperius continetur. Et inſuper plebem S. Hippolyti ſita Elſa, vel quæcumque Domino adjuvante daturi erimus, Præpoſitus, qui pro tempore fuerit, vel quivis è fratribus liberam licentiam habeat Romanam appellare Sedem, Romana poſtulare patrocinia, & noſtro ſanctiſſimo adiutorio victoriam obtineant, & illæſa permaneat nunc, & ſemper, & per omnia ſecula. Quod ſi aliquis temerarius de prædicta Canonica tollere, vel minuere, vel de iis, quæ habet, vel quæ ſibi dedimus, aut daturi ſumus, molitus fuerit, ſit damnatus maledictione Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & omnium ſanctorum, & ſanctarum Dei, & partem habeat cum Juda traditore, & ſit damnatus anathemate Maranta, & viventes deglutiat eos terra, & Abiron in ſeditione, &c. quicumque ex ſupradictis violare aliquid præſumpſerit, & quicumque molitus fuerit tollere campum, & hortum, quæ nos Canonicæ dedimus, quæ eſt in noſtro dominicato, juxta eccleſiam S. Reparatæ, & quicumque contra combiationem de omnibus terris, quæ prælibatæ Canonicæ pertinent, facere auſi fuerint abſque voluntate, & conſenſu Reverendi Præpoſiti, vel alterius, qui pro tempore fuerit, cæterorumque fratrum, qui in eadem eccleſia Domino militant.

Actum eſt autem hoc anno Dominicæ Incarnationis trigeſimo ſexto poſt mille, præſidente in Pontificatu Romano glorioſiſſimo PP. Benedicto IX. anno Præſulatus ejuſdem IV. Imperante Conrado Sereniſſimo Auguſto, anno Imperii ejus X. menſe Novembris, Indictione V. feliciter.

† *Ego Benedictus S. Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ Præſul, ſecundum prælibatam petitionem filii noſtri Actonis Epiſcopi confirmus hoc ſub defenſione S.R.E. noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum Pontificum prædictam Canonicam ſuſcepi, &c.*

† *Ego Acto, S. Florentinæ Eccleſiæ epiſcopus, hanc decreti paginam a me factam, propria manu roboravi, &c.*

† *Benedictus Archiminiſter S.R.E. ſubſcripſi, &c.*

† *Petrus, quem dicunt epiſcopum S. Rufinæ, confirmans hoc decretum ſubſcripſi, &c.*

† *Petrus diaconus S.R.E. ſubſcripſi, &c.*

† *Rolandus PP. S. Florentinæ Eccleſiæ ſubſcripſi, &c.*

† *Dominicus S. Lavicanæ Eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi, &c.*

Joannes S. Portuenſis Eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi, &c.

† *Ego Joannes S. Florentinæ Eccleſiæ presbyter, & Card. ſubſcripſi, &c.*

† *Ego Petrus presbyter S. Florentinæ Eccleſiæ ſubſcripſi, &c.*

Leo diaconus S.R.E. ſubſcripſi, &c.

† *Guido S. Florentinæ Eccleſiæ dictus Archipresbyter, huic ſalubri commendatiſſimi robur ſi potuit, ſubſcribendo augeri manum ſuam extraneam ab ea minime fecit, &c.*

† *Ego Bernardus electus Archidiaconus conſenſi, ſubſcripſi, &c.*

† *Gerardus Archidiaconus S. Florentinæ Eccleſiæ, ſubſcripſi, &c.*

† *Ego Florentinus ſubdiaconus, & canonicus S. Florentinæ Eccleſiæ ſubſcripſi, &c.*

† *Ego Joannes ſubdiaconus S. Florentinæ Eccleſiæ, ſubſcripſi, &c.*

Boto. & Cantorum. *Ego Rolo n S. Florentinæ Eccleſiæ diaconus & cantor b præpoſitus, hujus decreti fidus ſcriptor extiti, & demum propria manu roboravi, &c.*

Cæterum Benedictus Pontifex ſequenti diplomate bona omnia ab Athone epiſcopo Canonicis conceſſa perpetuo confirmavit.

A *BENEDICTUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei. Dilecto in Chriſto Rolando, S. Florentinæ Eccleſiæ Præpoſito, aliiſque Canonicis, & confratribus tuis, & ſucceſſoribus in perpetuum.*

Si juſtis ſervorum Dei petitionibus ſatisfecerimus, proculdubio Apoſtolica præcepta ſervamus. Quapropter inclinati precibus tuis, fili chariſſime, confirmamus, atque corroboramus tibi, tuiſque ſucceſſoribus Canonicis, quicquid in pagina conceſſimus, & confirmationis, quam videtur vobis feciſſe Epiſcopus nobis præſentibus, ſcriptum eſſe conſtat, donec tam in ipſa veſtra Canonica ita in modo ſervatur regula, quam ſcilicet Canonicam tuendam, & defendendam per eamdem paginam ipſe videtur Epiſcopus, noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum Apoſtolicæ auctoritati tuendam, & defendendam commiſit, atque ſuppoſuit, utque ea, & ſecuri ab omni læſione permanere valeatis deſiderio; hac itaque petitione tua inclinati diximus te præpoſitum, tuoſque ſucceſſores canonicam vitam ducturos, ſub noſtra Apoſtolicæ defenſionis munimine ſuſcipimus,
B *cum & bona omnia, curtes, & terras, quæ veſtra & habet, & habitura eſt Canonica, videlicet & juxta Florentinam urbem Pratum Regis, cum manſis, & territoriis omnibus, quomodo in Florentina curte habet, & retinet prædicta veſtra Canonica, curtem S. Andreæ, cum omnibus ſibi pertinentibus, curtem de Quinto, curtem de Cintoria totam, ſicut ipſi tenere, & habere videmini, & illam partem, quam Petrus Primicerius contra Canonica inſtituta uſurpare viſus eſt, plebem de Exinca, cum curte, & manſis, & omnibus territoriis, & decimationibus, quæcumque ad eamdem plebem, vel curtem pertinere videntur. Inſuper totam, quod Thenzo filius Lepiſti pro ſalute animæ ſuæ in Eccleſia S. Joannis contulit, vel in eadem Canonica. Terram S. Proculi in prædicta plebe, curtem, quæ eſt infra plebem S. Petri ſita Valeam, cum omnibus adiacentiis, & pertinentiis ſuis, necnon & ubicumque in eodem epiſcopatu aliquid tunc, vel retinere videtur ipſa Canonica, & quicquid Gerardus Archipresbyter pro beneficio ab ipſa Florentina Eccleſia*
C *tenuit, tam in decimationibus, quam in manſis, & in prædiis, necnon & quæcumque Stephanus Abbas ex beneficio tenuit. Similiter & quæcunque Primicerii beneficia fuerunt, atque plebem S. Hippolyti ſitam Elſa; itemque campum, & hortum, qui eſt juxta eccleſiam S. Reparatæ. Quæ omnia, ſicut jam Gerardo veſtro Epiſcopo, vobis conceſſa ſunt, & confirmata, ita nos tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmamus, & ſtabilimus in perpetuum, cum omnibus veſtris mobilibus rebus, ſeſeque moventibus, quas modo habetis, vel vobis ubique pertinent, & in antea, Domino juſtè, & legaliter acquirere potueritis, ſive ab ejuſdem civitatis Epiſcopo, ſive ab aliis hominibus publicis, & privatis. Præcipientes igitur jubemus, & Apoſtolica auctoritate confirmamus, ut neque Epiſcopus ejuſdem civitatis, neque ulla parva, vel magna perſona habeat de veſtris rebus juſte, vel legaliter vobis pertinentibus, ut dum canonice vixeritis, diſveſtire, moleſtare, inquietare, vel aliquam minorationem vobis inferre. Quod ſi quis temerarius auſus fuerit, niſi infra qua-*
D *draginta dierum ſpatium emendaverit, anathematis vinculo obligetur, & a Regno Dei alienatus, uſque ad dignam ſatisfactionem. Qui vero cuſtos noſtræ ſanctionis extiterit, benedictionem, & gratiam omnipotentis Dei, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, & noſtram habeat.*

† *Bene valete, &c.*

Sed non contentus Atho etiam ipſe donaſſe, quòd dotationes prædeceſſorum Canonicis factas liberaliſſime ratas habuit, confirmavitque hoc ſubjecto diplomate.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis.

Sicut in hujus vitæ via poſitis verſutia antiqui hoſtis non deſunt offenſionum ſcandala, ita nimirum, quia noſtris meritis ſalvari non poſſumus, ſed ſemper recurrendum eſt ad ſanctorum ſuffragia. Non eſt enim (ut ait Job) qui vivat, & non peccet, & jam ſi vita ejus unius diei fuerit ſuper terram. Et Jacobus Apoſtolus: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos

ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quia ergo quotidie offendimus, quia uſu malæ conſuetudinis involvimur, ſanctorum implorare oportet juvamina, ſanctiſque eorum locis larga conferre beneficia, quatenus eorum fulti juvaminis pignore pœnitentiæ fructus ſic agamus in itinere, ut non priveimur æternæ beatitudinis gaudiis, &c. Quod ego Atho S. Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus, quamlibet peccator, & immeritus, aſſequi multum deſidero, & in quantum facultas ſuppetit monaſterio ſanctiſſimi Miniatis martyris, ſociorumque ejus, quorum copioſa multitudine pollet ſacratiſſimus locus ille, manum miſericordiæ quotidie adhibere delectat, & ad ſubſidium fratrum ibi famulantium, & quæ poſſumus de die in diem quamlibet exigua addendo præbere. Sicut enim felicis memoriæ Ildebrandus Epiſcopus, cujus labore, & ſtudio ad Cœnobii Salvatoris uſum ſublimatus eſt locus ille, omnia, quæ per decreti ſeriem, ſeu cujuſcumque obligationis titulum ibi contulit, & antiquitus collata ſunt, valida, & firmiſſima in æternum vigere optavit, atque ſancivit, atque poſt eum ſucceſſor ſuus Lambertus b. mem. Epiſcopus per monita ſcripturarum addidit, ne fructu æternæ remunerationis de tam ſancto opere frauderetur. Ita ego Atho Epiſcopus omnia quæcumque in hoc venerabili loco jampridem a me per decreti paginam data ſunt, confirmo, corroboro, atque ut in æternum illibata ad uſum fratrum ibi Deo famulantium firmiter permaneant, excepto. Quia vero, ut prædixi, animus ardet aliqua addere, quæ fratrum neceſſitatibus valeant ſuffragari, omnipotentis juvamine plebem S. Andreæ in loco Ducin prælibato monaſterio conferre curavi, cum terris eidem pertinentibus, atque ejus tota decimatione ubicumque per diœceſim ejuſdem plebis eſſe conſtat, omnique ſui juris integritate, quemadmodum antiquitus habuit, ita tamen ut diſtrictum, & poteſtatem illarum eccleſiarum illi reſtituere, quas Ildebrandus Epiſcopus plebi de monte Feſulis addere contra antiquum uſum voluit. Contuli præterea domum unam in civitate Florentina, juxta portam S. Mariæ prope forum, quam Joannes, qui Emerandus vocatur, detinet, cujus termini iſti ex uno latere via publica, & alia via, quæ itur ad eccleſiam S. Mariæ ſupra portam, de tertio latere eſt domus Florentii Clerici, de quarto vero latere eſt domus prædicti Morandi, & Stephani Diaconi quondam fratris ejus. Necnon contuli medietatem plebis S. Joannis, quæ ſita eſt in loco Remulu: dedi præterea terram quamdam in loco poſito, quam Urſus Presbyter detinuit. Quamquam enim valde exigua ſint, quæ in præſenti pagina tam venerabili loco addere pro temporis opportunitate ſtudui, tamen apud omnipotentis conſuram judicibus, qui in remuneratione eorum non ſubſtantiam penſat, me magna recipere B. Miniatis martyris preces, ſociorumque ejus ſuffragantibus meritis Florentiæ urbis populus non ſolum animarum, verumetiam corporum ſalubre conſequitur divina poſtulante præſidium. Et quoniam in ſancta Eccleſia cum bonis, & malis permixtis, quod bonorum obſervaverit pars, malos, & perverſos homines temerare, ſi prævalent, dubium non eſt. Idcirco qui hanc noſtræ parvæ donationis temerare, vel frangere chartulam præſumpſerit, cum Juda, qui Dominum tradidit, & cum Anania, & Saphira æterni ſupplicii perſolvant debitas pœnas. Sicut enim inter ſacrilegos deputantur, qui vaſa ſacra divinis cultibus mancipata furantur, vel aliquo modo ab Eccleſia diripiunt, ſic nimirum ſacrilegi nominandi ſunt, quicumque a fidelibus viris ſacris Eccleſiis jure collata perverſa mente præſumunt violare. Ideoque neceſſarium, quia noſtris meritis ſalvari non poſſumus, niſi ſanctorum juvemur patrociniis, loca ipſorum illibata conſervare; ea vero, quæ illis oblata ſunt potius augere, quam aliqua fraude decipere, quatenus non cum impiis, & ſceleratis damnemur, ſed cum ſanctis, & Deum timentibus regnum cœlorum adipiſci mereamur.

Actum Florentiæ feliciter.

Atho S. Florentiæ Eccleſiæ Epiſcopus hoc decretum a me factum propria manu roboravi.

Ego Petrus presb. & canonicus conſenſi.

Ego Amalber Presb. Canonicus, & Card. conſenſi.

Ego Florentius Presb. Canonicus conſenſi.

Ego Joannes Diaconus, & Canonicus conſenſi.

Ego Joannes Diaconus Canonicus, & Card. conſenſi.

Ego Ugo Subdiac. Canonicus conſenſi.

Ego.... Sanctæ Florentinæ Eccleſiæ Diaconus, cancterumque præpoſitus hujus decreti dictator, atque ſcriptor prælibati Epiſcopi Athi rogatu &c.

Nec pietatem, munificentiamque inferiorem erga Miniatenſe cœnobium Atho monſtravit, cum eidem omnia, quæ a ſuis prædeceſſoribus donata fuerant, Diœceſim ſuam perluſtrando, confirmavit, adauxitque, novis, ingentibuſque opibus eidem monaſterio attributis, quo illic monachi commodius, impenſiuſque divinum opus urgerent. Documentum extat cum aliis ſupra relatis in Capitul. Tabulario.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Dum divinis cultibus vigilanter intenditur, ad contemplanda ſublimia animi intentio continuo ducitur, tantoque liberius conditoris ſui conſpectibus mens placere prævalet, quanto hanc nullo rerum ſecularium onere anguſtant. Quod quia Eccleſiarum Dei rectoribus ex ſacra ſcriptura mandato injicitur, ut divinis ſtudiis ſemper inhæreant, ſic tamen ſecularis actio eſt agenda ex neceſſitate, quatenus deſiderium cœleſtis patriæ non præpediat ex voluntate. Hoc nimirum geminæ diſcretionis ſtudium, ego Atho S. Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus licet immeritus, cum metu præcavens ad illius refugium mentis intentionem prona voluntate direxi, qui in Evangelio diſcipulis ait: Sine me nihil poteſtis facere, ut ipſe dirigat vias noſtras ſecundum eloquium ſuum, & non dominetur noſtri omnis injuſtitia. Tum enim via noſtra recte dirigitur, ſi præceptis Dominicis non contraimus, ſi locis ſanctis divino cultui mancipatis debitos honores, & reverentiam exhibemus. Non enim ſufficere ad cuncta nos poſſe credimus, quæ noſtro officio competunt, niſi ſanctorum adjuti ſuffragio Sponſus, de quo in canticis canticorum dicitur: Trahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum; data miſericordia manu ad exequenda præceptorum ſuorum veſtigia poſſe currere faciat. Ergo ut noſtri Pontificatus curſus, Domino miſerante, decenter incedat, & canonico polleat, monaſterium S. Miniatis martyris a prædeceſſoribus noſtris ordinatum, & prout tempus permiſit, excultum, totis viribus ad majora provehere ſtudui, quatenus fratres ibidem divino cultui mancipati tantu liberius omnipotenti Domino obſequi prævaleant, quanto eos conſtat liberalitatis noſtræ manu nullius honeſtæ utilitatis, & neceſſitatis egere. Iſte nimirum ſanctus locus multorum martyrum patrocinio conſpicuus tanto eſt ſalvandis animabus utilior, quanto & a ſeculari tumultu remotior, & ſanctorum ibi requieſcentium ſit religione ſacratior. Quamvis enim præcipuorum martyrū locus extitiſſet ſacris meritis eximius, & miraculorum laude conſpicuus, tamen uſq; ad tēpora Ildeprandi fel. me. Epiſcopi, cui ego tertius ſucceſſor in Pontificali cathedra exiſto, non ut decebat tales, tatoſq; martyres, ordinationis laude pollebat. Prælibatus igitur Antiſtes monaſterium ibi faciendum decrevit, ordinatiſque in eodem loco fratribus, ſub Abbatis cuſtodia ad laudem Dei, & ſanctorum martyrum ibi quieſcentium vita neceſſaria, prout valuit, decenter adhibuit. Qui quouſque vixit prædiis, pluribuſque muneribus pauperem, & ſurgentem locum ampliavit. Et quoniam, quæ fuerant neceſſaria, mortis meta interveniente explere non valuit, mihi, qui ſucceſſoris cathedram in præfata Eccleſia teneo, ad augmentum ſacri loci partem credo relictam a Domino; non enim diffido me participem tantæ remunerationis, ſi adjutorium exhibeo tam ſacræ ordinationi. Ergo in primis quæcumque fel. mem. Ildeprandus Epiſcopus per decreti paginam prælibato monaſterio contulit, ſeu alio quocumque modo, ac poſt eum Lambertus ejuſdem ſucceſſor ſanctæ memoriæ Præſul, ego Atho Epiſcopus &c. cur de perfectu, & animo volente pro Dei amore, ſpeque remunerationis futuræ, & pro animabus anteceſſorum meorum, ſeu ſucceſſorum Epiſcoporum, iſtius videlicet Florentinæ civitatis, nec non & pro anima Conradi Sereniſſimi Imperatoris domini, & ordinatoris mei, ſuæque præclaræ conjugis Gi-

le excellentiſſ. Imperatricis, nec non & pro ſalute Henrici Regis clariſſimi filii ſui, atque pro remedio animarum Imperatorum, ſeu regum iſtius regni, atque pro ſalute, & pro remedio animarum ducum, ſeu marchionum Tuſciæ, & pro ſalute, & incolumitate Bonifatii eximii marchionis, nec non & pro animabus illorum omnium, qui de ſuis rebus prædicto monaſterio aliquod beneficium dederunt, vel daturi ſunt, omnia in integrum concedo, confirmo, & in perpetuum vigere exopto, & litanias univerſalium plebium noſtri Epiſcopatus, quemadmodum jam Ildeprandus Epiſcopus annualiter cenſuit, ſimili modo confirmans concedo; eo videlicet ordine, ut ſi forſitan, quod abſit, aut ego, aut ex meis ſucceſſoribus aliquis quacunque occaſione tollere voluerit, aut imminuere aliquid ex his, quæ præfatæ Eccleſiæ fuerunt, vel quæ præfati Antiſtites inibi contulerunt, vel quæ ego Domino juvante per hanc confirmationis, & donationis chartam do, vel daturus ſum, partem habeat cum Juda traditore, & ſit anathema Maranta. Concedo præterea jam ſæpe nominaminatæ Eccleſiæ S. Miniatis martyris caſtrum quoddam, quod collis Reli dicitur, quod eſt infra plebem S. Alexandri martyris ſitam . . . . . cum curte, donnicato, & manſis, & omnibus ibidem pertinentibus, ſicut Ildeprandus Epiſcopus eandem curtem habendam ſtatuit, & ſilvam de Montavini, cum omnibus ibidem pertinentibus, & unam petiam cujuſdam terræ, quæ eſt infra curtem de Quinto, ſicut Joannes filius Petri, & Petrus quidem Joannis per libellũ tenuerunt. Quoniam ad communem fratrum ibidem Domino famulantium uſũ conferre ſtudui, neque . . . . quod contuli, ſed pro temporis opportunitate, quod potui, prona voluntate conceſſi. Quis enim tam venerabili ſanctiſſimorum loco manum miſericordiæ non adhibeat? ubi præclara tã eximiorũ martyrum merita rutilant? ubi infirmi quotidie per ſuffragia martyrum plurima conſequuntur Domino largiente ſanitatum beneficia? ubi peregrinorum, & hoſpitum turba quaſi in propriis domibus receptionis, & refocillationis adipiſcuntur neceſſaria fomenta? ubi infirmi aluntur, ubi pauperes beneficio alimoniæ ſatiantur? Fiant ibi nempe laudes aſſiduæ, & obſervationes juges, & orationes continuæ pro ſalute viventium, ſeu etiam morientium fidelium. Quæ in conſpectu divinæ clementiæ tanto acceptabilius aſſumuntur, quanto & voluntate, & opere fratres ibi famulantes à ſecularibus curis conſtat fore remotiores. Quia enim, quid hodie eveniet, neſcimus, quid cras futurum ſit animæ, forte omnino ignoramus, ſupereſt, ut indulta tempora rapiamus, boniſque operibus, quibus poſſumus, innitamur; & quia noſtris meritis ſalvari non poſſumus, ſanctorum illorum protegamur juvamine, quorum ſacra loca veneranda ſuffragamur operibus, & pia voluntate. Idcirco deprecor eos, qui ſibi invicem in noſtra ſede ſuccedent, ut huic ſancto loco manum miſericordiæ adhibeant, ſemperque in melius creſcere faciant, fratrumq; neceſſitatibus pro viribus ſuccurrant, quatenus in die tremendi examinis S. Miniatis martyris, ſociorumque ejus tueantur præſidiis, quorum in terris patrocinia fide, & operationẽ præcipue voluerunt, & hunc ſanctum locum intactum, & illibatum ad honorem Dei omnipotentis, ſanctorumque martyrum ibi quieſcentium reddiderunt. Si quis vero quæcumque prædicta ſunt, non obſervaverit, & quæ ego cum auctoritate ſacerdotum, & levitarum, totiuſque noſtræ Eccleſiæ ordinis contuli, fideliter non obſervaverit, ſed ſubtrahere voluerit aliquid ex iis, quæ præſcripta ſunt: Quicumque ille fuerit, ſive meus ſucceſſor, ſive aliquis, omnes maledictiones, quæ in Deuteronomio ſcripta ſunt, veniant ſuper eum, & in æterna damnatione Judæ proditori in tormentis jungatur, qui Dominum tradidit, & vendidit.

Actum eſt autem hoc an. Dom. Inc. MXXXVII. Indict. V. domino Corrado Sereniſſimo Imperatore anno Imperii ejus XI. Menſe Februario.

Hatto S. Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus hoc decretum a me factum inſcriptione propria manus ſponte confirmo, &c.

† Bernardus Archidiaconus conſenſi, & ſſ.

Ego Joannes Diaconus Canonicus, & Cardinalis conſenſi, & ſubſcr.

Guido S. Florentinæ Eccleſiæ electus Archipresb. confirmo, & ſubſc.

Joannes Diaconus, & Canonicus conſenſi, & ſſ.

† Ego Adam Presbyter cuſtos, & Canonicus conſenſi, & ſubſcripſi.

† Ego Omolbertus Presbyter Canonicus, & Cardinalis, conſenſi, & ſubſcr.

† Ego Rodulphus Judex ſubſc.

Ego Petrus Judex Sacri Palatii ſubſc.

Ego Adalbertus Judex in hac paginula manu mea ſubſcripſi.

Ego . . . Vice dominus ſubſcr.

Ego Joannes Vicecomes ſubſcr.

Ego Joannes ſubſcripſi.

Ego Bozo S. Florentinæ Eccleſiæ, Cantorumque præpoſitus aſſenſum præbui, atque hujus decreti fidelis ſcriptor exſiti, & manu propria litterarum donatione tradita complevi feliciter.

Adeo autem Atho Epiſcopus ad unum pietatem fovendam incumbebat, ut quæ ipſe antea donaſſet, atque firmaſſet, per ſummum Pontificem Benedictum IX. Conradumque Imperatorem ſtabilienda curaverit eo ipſo anno 1037. ut ex hac ſubjecta ſcriptura clare proſpicitur, ex eodem tabulario.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Conradus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si ſanctarum Dei Eccleſiarum curam gerere ſtuduerimus, ſtatum Imperii noſtri ſtabilius permanere, & æternæ remunerationis nos accepturos præmium minimè dubitamus. Proinde omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorum fidelium præſentium, & futurorum comperiat ſolertia interventu, ac petitione Giſlæ Imperatricis noſtræ dilectæ conjugis, & Bonifatii noſtri fideliſſimi marchionis Canonicos S. Florentinæ Eccleſiæ noſtram adiiſſe clementiam, deprecantes, ut pro Dei amore, noſtrique Imperii ſalute S. Joannis Eccleſiæ, eorumque neceſſitatibus ſubveniremus. Horum dignis petitionibus annuentes, prout juſte, & legaliter poſſumus, concedimus, & per hanc noſtræ auctoritatis paginam confirmamus eiſdem canonicis terram ejuſdem canonicæ cum omni ſua integritate, nominativè duas Plebes, unam de Celſino ſanctæ Hieruſalem in curte ſua, alteram S. Laurentii ſitã Exinea cum curte ſua, & infra eamdem Plebem prædictam cum capella, quã Teuxo filius Lupi dedit S. Joanni, & eidem canonicæ pro ſalute animæ ſuæ. Curtem etiam de lacu, quam dedit Sichelmus Epiſcopus cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ eſt infra Plebem S. Petri in Valca, & S. Severi, curtem vero de Centurrea, quam Specioſus ejuſdem Eccl. Epiſcopus prælibatæ canonicæ cõtulit, eodẽ modo ſicut diſpoſuit habend. cum omnibus pertinent. ſuis, campum regis, pratum regis, manſas duas in Carminiaro: medietatem fortis, quæ eſt in Vezzano, manſam unã de terra, S. Mariam Novellam. Inſuper confirmamus in eadem canonica quæcumq; temporibus retroactis, ſive ab ejuſdem Eccleſiæ Pontificibus, ſive fidelibus Chriſtianis Regibus, vel Ducibus, ſeu etiam privatis, & militantibus conceſſa ſunt. Præterea ea omnia ad utilitatem fratrum ejuſdem canonicæ corroborando donamus, quæcumque Atho venerab. Epiſcopus ejuſdem Eccleſiæ per decreti paginã eidem canonicæ contulit, eo videlicet ordine, ut tam præſentes, quam futuri Sacerdotes, levitæ, ſubdiaconi, ſeu clerici ibidem Deo, ſanctoque Joanni canonicè deſervientes jam dictas terras, aliaque omnia ſuperius dicta per hujus noſtri præcepti auctoritatem habeant, teneant, firmiterque poſſideant, omnium hominum contradictione remota. Præcipientes igitur jubemus, ut nullus Epiſcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nullaque noſtri regni magna, vel parva perſona ejuſdem Eccleſiæ canonicos de prædictis rebus diſveſtire, inquietare, moleſtare præſumat ſine legali judicio, ſed liceat eos quiete, & pacifice ſub noſtra defenſione vivere, omnium hominum cõtradictione remota. Si quis igitur hujus noſtri præcepti paginam infringere temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prædictis canonicis. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria confirmantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſignire.

Sig.

Sig. Dom. Corradi Invict. Romanorum Imperatoris Auguſti.



Kaddotus Cancellarius vice Hermanni Archiepiſcopi, & Archicancellaris recognovi.

Datum 6. Idus Julii Indictione quinta anno Domin. Incarnationis 1037.

Anno D. Corradi Regni decimo tertio Imperii undecimo. Actum Veronæ feliciter Amen.

Atho vero anno 1038. iterata liberalitate Canonicis ſuis caſtellum cum iis, quæ ad ipſum ſpectare videbantur, dono dedit, Plebania S. Petri adjecta; cujus donationis hoc ſubjectum condidit inſtrumentum, quod extat in eodem tabulario.

Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti trigeſimo octavo poſt mille. Corrado gratia Dei Imperatore Auguſto anno Imperii ejus duodecimo, & decimo Kalendas Septembris Indictione ſexta feliciter opitulante Domino noſtro Jeſu Chriſto. Ego quidem Atho S. Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus per conſenſum, & auctoritatem Sacerdotum, & Levitarum noſtra canonica ordinationis, & in præſentia Judicum, & interventu bonorum hominum per hanc paginam, chartula dotium dono, concedo, atque confirmo in canonica de Eccleſia, & domo S. Joannis de civitate Florentia, ubi modo dominus Rolandus præpoſitus eſſe videtur, id eſt integrum caſtellum, & curtem, & plebem S. Petri cum facultatibus, & pertinentiis ſuis, quæ eſt in loco poſita, qui dicitur Buſſille cum curtis, & donnicatis, terris, vineis, & decimatione, offerta, & mortuorum oraculis, & titulis, & capellis, & omnibus integritatibus, & pertinentiis, & adjacentiis, pro quibuslibet locis, vel vocabulis, domibus, rebus ad ipſum integrum caſtellum, & curtem, & Plebem ſunt pertinentes, & ubicumque eſſe inveniuntur, & nominative cum integra curte S. Antonini, & cum ſuis pertinentiis, excepto quod Albericus filius Joannis in beneficio habet, & detinet, nam aliis de prædictis rebus excepta via, ſed omnia in integrum ſicut ſuperius legitur, in ipſa ſancta noſtra canonica, dare, & ordinare, confirmare prævidi, ut omni tempore ipſi canonici, qui modo ibi regulariter conſiſtunt, aut pro tempore ad jura de ipſa canonica regulares teneant, & fruantur, & faciant exinde omni tempore quicquid congruum, etiam ſi apertum fuerit ipſi Rolando præpoſito, & ſuis ſucceſſoribus cum conſenſu canonicorum libellario modo concedantur, ac ſalva penſione ipſius canonicæ, recipiendo, & modis omnibus bene deponendum, & ordinandum, juxta quod melius providerint pro conſervatione prædicta canonica. Et ego quidem Atho Epiſcopus, nec mei poſteri ſucceſſores pro nullo modo habeamus licentiam, nec poteſtatem in prædicta curte, & caſtello, & Plebe, & omnibus rebus, quæ ad ipſas pertinent, & omnia, quæ leguntur, de poteſtate de prædicta canonica; & canonici, ſicut ſupra dixi, nihil vel ab ipſo Rolando Præpoſito, vel a ſuis ſucceſſoribus retollere, vel contendere, aut minuere, ſed ſemper ibidem omni tempore quieto, & pacifico ordine in ipſa canonica permaneant ſine ulla veſtri contradictione, vel aliqua uſuali noſtra minoratione, & quod facturum eſſe non quærendo. Ego quidem Atho Epiſcopus, vel mei poſteri, & ſucceſſores noſtri, ut pro noſtra ſubmittente perſona, vel pro noſtro facto, aut dato, vel ingenio, ipſa prædicta integra curte, & caſtello, & Plebe, & cæteris prædictis rebus cum eorum pertinentiis ſicut ſupradictum eſt de poteſtate de prædicta noſtra canonica, & præpoſitis, & canonicis, qui in tempore regulariter vivere juſſi fuerint, tollere, aut contendere, vel minuere præſumpſerimus, ut compoſituri, & daturi eſſe debeamus ego Atho Epiſcopus, vel mei poſteri, & ſucceſſores ab ipſo Rolando Præpoſito, & ſuis ſucceſſoribus, & ab ipſis canonicis, qui regulariter vivunt, prædicta canonica pœna numm. de bono auro libras decem, & hæc chartula dotis, & donationis, & confirmationis noſtra meo ordine firma permaneat, & propter honorem Epiſcopatus mei, nec mihi liceat nullo tempore nolle, quod voluiſſet, quod a me ſemel factum, vel conſcript. . . . jurandum inviolabiliter conſervare, & adimplere promitto cum ſtipulatione ſubſcripta. Actum Florentiæ feliciter.

† *Atho Dei gratia Epiſcopus hanc chartulam donationis, & confirmationis a me factam ſubſc. & roboravi &c.*
† *Ego Rolandus Præpoſitus S. Florentinæ Canonicæ Eccleſiæ conſenſi, & ſubſcripſi.*
† *Ego Bernardus Archidiaconus conſenſi, & ſubſc.*
Ego Joannes Presbyter Canonicus, & Cardinalis conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Petrus Judex domini Imperatoris ſubſcr.
Ego Petrus Presbyter, & Canonicus conſenſi, & ſubſcripſi, &c.
† *Ego Petrus Judex Sacri Palatii ſubſcr.*
Ego Gerardus Canonicus, & Diac. ſubſcr.
Ego Henricus Canonicus, & ſubdiaconus conſenſi, & ſubſcr.
† *Ego Joannes rogatus teſtis ſubſcr.*
† *Ego Joannes Notarius ſcriptor poſt tradita complevi.*

Anno 1044. Athone ſedente, ſequentem ſcripſit Epiſtolam Benedictus IX. Oberto Abbati S. Miniatis, eidemque, ac ſucceſſoribus omnia bona ab Ildebrando, Lamberto, & Athone Florentinis Epiſcopis conceſſa confirmavit. Hujus Epiſtolæ originale extat in eodem Florentino tabulario.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei dilecto filio Oberto venerabili Abbati monaſterii S. Miniatis Florentini, tuiſque ſucceſſoribus perpetuam in Domino ſalutem. Valde bonum videtur ſi poſtulantibus a noſtra Apoſtolica Sede tuitionem piorum locorum libenter concedamus; tu autem fili chariſſime, quia poſtulaſti a nobis, quatenus munimen, ac defenſionem Apoſtolicam monaſterio S. Miniatis, cui præeſſe meruiſti, dignatione ſolita pro noſtro præcepto daremus. Nos autem idcirco ſanctum piumque judicamus, non negare debemus, ſed voluntate promptiſſima largiri. Ideo inclinati precibus tuis concedimus tam tibi, quam etiam tuis ſucceſſoribus tuitionem Apoſtolicam; adjudicamus omnes homines ibidem monaſterio adverſantes, aut læſione violentiam facientes in rebus ipſius Monaſterii, facultates vel facturorum præcedentia tempora, ut nullus Rex, nullus Imperator, nullus Præſul, nullus Dux, nullus marchio, nullus comes, nullus vicecomes, & parva nulla perſona aliquid tale audeat præſumere, ſcilicet in rebus, quas Epiſcopi Florentini, videlicet Ildebrandus, Lambertus, & Atho ipſi monaſterio conceſſerint, aut alii homines pro ſua anima tribuerint, vel quæ tu ipſe ibidem acquiſiviſti, & amodo acquirere poteris, ſtatuentes Apoſtolica cenſura, ut ſi quis publica, vel parva perſona, magna vel parva in illis omnibus rebus tam mobilibus, quam immobilibus, tuiſque ſucceſſoribus moleſtare, inquietare, aut de veſtris manibus rumpere temptaverit, ſit anathematis vinculo innodatus, & noſtra Apoſtolica maledictione damnatus, donec ſatisfactionem talium faciat commiſſorum. Qui vero cuſtos roborationis hujus noſtræ tuitionis, defenſionis, confirmationiſque extiterit, benedictionem, & gratiam a juſto judice Domino Deo noſtro conſequi mereatur. Scripta per manum Sergii Notarii, & Sacri noſtri Palatii, menſe Aprile Indictione xii. Valete.

Exceſſit Atho circiter annum Domini 1046. ſepultus jacet in Cathedrali.

24 GERARDUS, natione Burgundio, ſive Sabaudienſis, poſt obitum Athonis circa annum 1046 ad Epiſcopatum Florentinum evectus eſt; atque is ille fuit, qui ob rariſſimas animi dotes, probitatiſque famam an. 1058. ope, atque favore Ildeprandi Cardinalis, ſub nomine Nicolai II. ad Apoſtolicam Sedem aſcendit. Quod autem Romanus Pontifex Stephanus mortuus eſt Florentiæ, Epiſcopus vero Florentinus creatus eſt Papa, Petrus Damiani ita ejuſmodi triſticho luſit, cujus hic inſcriptus eſt titu- XXV.

lus:



lus: De Florentia, in qoa Papa Stephanus obiit, & Nicolaus Papa ex eadem proceſsit.

Parva virum vidua debet Florentia Roma:
Qua tenet extinctum, cogatur reddere vivum.
Sic nova Bethlais lux mundo fluxit ab oris.

B Quod parva tunc civitas eſſet Florentia. Hujus autē temporibus Victor II. Pontifex Maximus Florentiæ habuit generale Concilium, primumque concilium fuit, quod in ea urbe fuerit celebratum Henrico Imperatore præſente anno 1055. Idemque Victor anno 1057. Florentiæ vita functus eſt, ac tumulatus eſt apud S. Reparatam, ubi etiam conditus jacet Stephanus IX. qui eidem ſucceſſerat, cum adepti Pontificatus nondum octo menſes expleſſet; cui cum deinde noſter Gerardus ſucceſſiſſet, fixiſſetq; ſedem Florentiæ, ibidem anno 1062. defunctus, eodem ſepulchro, apud S. Reparatā cum ſuis anteceſſoribus excipitur.

Ex Append. 5. * Hic inſerendum videtur unicum Nicolai diploma conceſſum Joanni Priori Canonicæ S. Andreæ de Muſciano quinto à civitate Florentina lapide ſitæ tunc Ordinis Canonicorum Regularium, nunc membrum monaſterii S. Jacobi ad ripam Arni fluminis Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris, cujus tenor ex authographo deſumptus, ita ſe habet.

C *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

Dilecto in Domino filio Joanni Priori Eccleſiæ S. Andreæ Muſciani ſitæ digno Propoſito, ſuiſque confratribus canonicè viventibus, eorumque ſucceſſoribus ibidem canonicè manentibus in perpetuum. Quoniam omnipotentis dignatio ſuo gratuito munere ad hanc noſtram humilitatem dignata eſt provehere; quatenus per nos ubique terrarum diffuſa Eccleſia lumen adminiſtret indeficiens, rationabile omnino ducimus ſpecialē regimini noſtræ curæ commiſſæ Florentinæ Eccleſiæ congruentem proviſionem impendere jugiter: ſic namque Doctorum gentium valebimus ſalubre documentum pro viribus noſtris, quo bonum impertiri omnibus jubet oportere ad domeſticos fidei maxime, cum pro noſtris viribus divino cultui locis dicatis digna provideremus obſequia, ut indefeſſa laudatio in eis celebretur per omnia ſecula. Scilicet quia lapidei parietes non ad hoc ſunt conſtructi, ut Domino poſſint promere laudes: egregium profecto videtur ad divini operis perfectionem clericorum circa venerabilia loca ordinare ſedulam frequentationem. Qui quidem niſi terrenis temporaliter ſuppetentur ſtipendiis idoneis, vix poſſunt aſſiſtere cultibus divinis, cum ipſe conditor mundi ſecundum humanam unitam ſibi materiem dignatus ſit perferre ſitim, & eſuriem ad gloriam illius, per quem ſumus, & vivimus, & cujus miſericordia gubernamur, aſſiſtentium fratrum magno quoque hortatu, necnon & presbyteri Joannis eccleſiæ S. Andreæ Muſciani ſitæ venerandi Præpoſiti digniſſimo rogatu, proprio quoque conſilio roborati præſentibus ſcilicet noſtræ curiæ fidelibus, ejuſdemque eccleſiæ Patronis, Joanne videlicet, qui dicitur Corbacchiono, filio Ruſtici, & Ugone filio Uberti, & Sichelmo, qui dicitur Morellus, filio Anſelmi, & Rolandino, & Anſelmo egregiis filiis Ildebrandi filii Leonis, & Segnorello, & Bonomo egregiis filiis Rodulfi filii ejuſdem Ildebrandi obnixè noſtram devotionem pro peccatis ſuis exorantibus; atque pro ejuſdem eccleſiæ maxime in futuro regimine, & etiam totius

A *populi ſalute, quatenus prædiorum ſacrum, & omnium ſuarum proprietatum decimatione ipſi eccleſiæ privilegiis præceptionem concederemus, quod ſaltem ad præſens potuimus, & in futurum inviolabiliter, & æternaliter obſervetur inveſtituram Apoſtolica obtulimus. Suſcipe Domine ſancte Pater omnipotens, & æterne Deus unacum filio tuo, & Spiritu ſancto, necnon & cum B. Andrea Apoſtolo tuo jamdudum devotiſſimi Papæ Nicolai voluntarium munus, ipſiuſque eccleſiæ rerum pro me amodo, & uſque in ſempiternum ſingulare, & integrum ſine aliqua controverſia aggredere dominium, quatenus in aula tuo nomini dedicata religioſus clerus tibi Domino omnipotenti laudum reddat cantica. Nunc itaque Apoſtolico privilegio concedimus, firmamus, ſtabilimus, & inconcuſſo fundamento perenniter ſancimus in jam dicta eccleſia, & Canonica Beatiſſimi Andreæ Apoſtoli integre omnes decimationes proprietatum ſupradictorum hominum, Joannis videlicet, qui dicitur Corbacchiono, Ugonis filii Uberti, & Morelli filii Anſelmi, & Rolandini, &*
B *Anſelmi egregiorum filiorum Ildebrandi filii Leonis, & Signorelli, & Bonomi egregiorum filiorum Rodulfi filii item Ildebrandi, ſcilicet omnium illarum proprietatum, quas prædicti homines poſſident, vel alii per eos, vel in antea acquiſierint infra totum territorium plebis S. Juliani ſitæ Septimi, & plebis Sancti Martini ſitæ Brozzi, & plebis S. Vincentii ſitæ Peſa, & in tota valle de Greve, & in Villa nova, & in tota capella S. Pauli, & in Caſignano exceptis Maſiis de Cuiaſico, quorum decimas in Florentina Canonica perſolvere debent. Præterea hac eadem privilegii præceptione omnes decimas illarum proprietatum, quæ olim fuerunt Bonzi filii Petronis de Radda, quæ ſunt poſitæ in loco Gonoſola, & in Villa nova, & in S. Paulo, & in Caſignano, & per alia loca, & vocabula in tota jam dictæ eccleſiæ parochia, eidem eccleſiæ firmiter concedimus; & inſuper omnes decimas novalium de ſylvis ſupradictorum hominum ubicumque laborantur, vel laborabuntur, & omnium aliarum ſylvarum quæcunque laborantur, vel laborabuntur infra totum ipſius eccle-*
C *ſiæ territorium, ſimiliter in eadem Canonica concedimus. Simili modo omnes primitias populi prædictæ eccleſiæ, & integras ſpontaneas oblationes vivorum, & defunctorum, & integra teſtamenta, & liberam ſepulturam totius ſui populi, & maxime Patronorum, & omnium, qui infra diœceſim jam dictæ eccleſiæ habitant, vel habitabunt, eidem eccleſiæ perpetualiter, & ſine fine largimur. Prorſus prædia omnia a quibuſcunque fidelibus quocunque modo juſte acquiſita, vel acquirenda. Electionem quoque proprii Paſtoris, & totam ordinationem ipſius domus, & clericorum repræſentationem ante proprium Epiſcopum ad ordinandum Canonicis ejuſdem eccleſiæ libera facultate perpetualiter concedimus, & ſtabilimus. Hæc omnia concedimus clericis in ipſa aula canonicè manentibus, quia olim dum ſimplicem Epiſcopatus prælationem exerceremus ſacerdoti Joanni jam dicto Præpoſito, & ſuis confratribus, eorumque ſucceſſoribus ſtabilivimus, & conceſſimus. Abſolvimus præterea, liberumque eumdem venerabilem locum Apoſtolica ſanctione perſiſtere jubemus, ne*
D *liceat alicui parvæ, magnæque perſonæ clerico, vel laico ibidem canonicè commorantes clericos dehoneſtare, & placitando infeſtare, vel debitum tributi, vel alicujus ſubjectionis ab eis exigere, ſeu aliqua occaſione ſibi a nobis, aut ab aliquibus fidelibus res conceſſas, ſive concedendas invadere, ſubtrahere, diminuere. Sitque prædictus venerabilis locus ſub omnipotentis Dei, noſtraque & noſtrorum ſucceſſorum tuitione, nulliuſque ſubjiciatur dominio, niſi Florentino Epiſcopo. Ipſeque Epiſcopus benigne, & honeſte tractando, omni ſuperflua exactione poſtpoſita, eos ſemper hortetur. Si quis ergo, quod non credimus, ſacrilega mente, quod in conſpectu Epiſcopi Umberti Cardinalis ſylvæ Candidæ, atque Ildebrandi S. R. E. Archidiaconi, necnon Epiſcoporum Peruſini, & Roſellani, Rozonis quoque S. Florentinæ Eccleſiæ Archipresbyteri juſte ſtabilivimus, conatus fuerit infringere, decem auri libras præfatæ Baſilicæ cogatur perſolvere, medietatem Florentino Epiſcopo, & medietatem clericis*

n eadem eccleſia conſiſtentibus, deſcendant ſuper eum omnes illa maledictiones, niſi admonitus ſatisfecerit, quas in Deuteronomio deſcripſit ſanctus Moyſes, atque interficiat eum Deus ſpiritu oris ſui ſicut Dathan, & Abiron, quos vivos degluivit terra, & inſuper ſi clericus fuerit, ſui ordinis officio privetur. Praterea, ut hac pagina plenam fidem praſentibus, ſeu etiam poſteris aſtruat, propria Apoſtolica manus ſubſcriptione munivimus.

Ego Nicolaus ſervus ſervorum Dei huic privilegii pagina ſubſcripſi.

Ego Ildebrandus S.R.E. Archidiaconus ſubſcr.

Ego Gerardus ſancta Roſellana Eccleſia Epiſcopus interfui, & ſubſcripſi.

Ego Rozo ſancta Florentina Eccleſia Archipresbyter.

Data ibidem 15. Kal. Februarii per manus Humberti Epiſcopi ſancta Eccleſia ſylva Candida Cardinalis Apoſtolica ſedis Bibliothecarii anno Dom. MLVIIII. Pontificatus autem D. Papa Nicolai Secundi, primo, Indict. 12. quo videlicet die in praſata Eccleſia ab eodem Epiſcopo Humberto juſſu ejuſdem D. Papa duo altaria, unum in honorem B. Maria ſemper Virginis, & ſanctarum virginum Priſca, & Margarita, & alterum in honorem S. Blaſii, & Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani ſunt conſecrata.

In Florentino throno ſedente Gerardo floruit Rotlandus Eccleſiæ Florentinæ Præpoſitus, vir magnæ exiſtimationis, & famæ, ad quem Gregorius VI. hanc ſubjectam epiſtolam dedit.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei Rolande Florentina Canonica Prapoſito, tuiſque ſucceſſoribus perpetuam in Domino ſalutem. Oportet bene merentibus digna rependere beneficia, & illos accumulare donis, quorum devota conſtat eſſe ſervitus. Tu autem, fili chariſſime, quia parum aliquid decreviſti a nobis expoſcere, libenter & ipſi decrevimus annuere: etenim multum laboris, multumque ponderis jamjam ſuſtinuiſti pro nobis, adeo ut non parvis, ſed magnis etiam muneribus dignus inveniaris. Tua vero petitio eſt, ut Eccleſia S. Donnini poſita in comitatu Florentino juxta fluvium Arnum in Epiſcopatu S. Joannis in territorio plebis S. Martini in Brozzo juris noſtra S.R.E. cum omnibus ejuſdem pertinentiis, ubicumque inveniri poſſunt, concedatur ab Apoſtolatu noſtro vobis, veſtriſque ſucceſſoribus Canonicis in veſtra canonica ſervituris in perpetuum. Quod ſcilicet ſatis nobis videatur parum, quia non poteſt eſſe ſervitus adaquata. Concedimus igitur tam vobis, quam veſtra canonica, veſtriſque ſucceſſoribus canonicis in eadem Canonica ſervituris eccleſiolam ipſam S. Donnini, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſuiſque redditibus, ubicumque ei lege, & ratione competere poſſunt, ita tamen ut ſingulis quibuſque annis penſionem exinde noſtro Palatio inferatis ſolidum auri unum, ſtatuentes Apoſtolica cenſura, ne ullus noſtrorum ſucceſſorum Pontificum, aut ulla magna, parvaque perſona contra hoc noſtrum parvum donum agere praſumat. Quod ſi fecerit, non ſolum anathemati ſubiiciat noſtro, ſed etiam damnum trium librarum auri perſolvat, cuius dimidium noſtro Palatio inferatur, reliquum vero vobis debeatur. Si quis vero huius noſtra praceptionis cautus obſervator extiterit, benedictione noſtra largius redundet. Scripta per manum Ioannis Scrivarii, & Notarii noſtri Lateranenſis Palatii. Bene valete.

Datum XII. Kal. Martii per manus Petri Diaconi Bibliothecarii, & Cancellarii ſancta Apoſtolica Sedis anno Pontiſic. D. Gregorii Papa VI. primo Ind. 14.

Anno 1048. ſub eodem Gerardo Epiſcopo celeberrimum D. Salvii nomine inſignitum monaſterium duorum tantum a Florentia milliarium intervallo a D. Joanne Gualberto Valliſumbroſani ordinis fundatore conditum eſt in eodem omnino loco, in quo olim in D. Salvii Epiſcopi Ambianenſis parvum oratorium fuerat excitatum. Exſtruxit magnis operibus illud monaſterium Rolandus civis Florentinus nobiliſſimus, magniſque amplificatum redditibus, eidem tradidit ſancto, ut in eo religioſa diſciplina viri pii perpolirentur, qui ſimoniacam peſtem, quæ tum graſſabatur, exemplo ſuo, ac zelo præfocarent; nec ſuſcepto egregio operi perducendo Gerardus Epiſcopus ſtudio ſuo, ac beneficentia defuit. Novis, & magnis opibus poſtea auctum fuit a Bernardo Ubertorum familia inſigni viro, dum in ſeculo adhuc ageret, ac paulo antequam mundo nuntium glorioſiſsime remitteret, ſeque in Valle umbroſa regulari diſciplina D. Joanni Gualberto excolendum daret, qui poſtmodum cum ſuaviſſimum virtutum odorem omnibus afflaret, Valliſumbroſanus Abbas creatus, dein ſacra purpura a Romano Pontifice ſub presbyteri Cardinalis titulo decoratus, ac demum gerendæ Parmenſi Eccleſiæ admotus, maximis miraculis effulſit, ob quæ in SS. numero ſolemni pompa repoſitus eſt, de quo jam in Epiſcopis Parmenſibus. Hic nobis fundati D. Salvii monaſterii initia, atque a Bernardo donationem factam adducere viſum eſt, ut tanti monumenti, quod ex S. Praxedis cœnobii tabulario elicuimus, memoriam poſteritati conſecremus. Pertulit hoc monaſterium non multo poſtquam erectum fuiſſet, graviſſima damna a Petro Papienſi Epiſcopo Florentino, vulgo dicto Simoniaco. ejuſque ſequacibus inuſta. Inſtauratum poſtea refloruit, atque ad annum 1517. illud monachi tenuere: quo aſſentiente Michaele della Toſa Abbate, traductis alio monachis, ejus ordinis moniales in illud inductæ ſunt, Abbatialis vero titulus a Leone X. Valliſumbroſanæ familiæ ſummis Præfectis ad ſecuturas omnes ætates attributus. Verum cum in hujus eccleſiæ D. Salvio Ambianenſi Epiſcopo dedicatæ ſermone verſemur, ab inſtituto non abhorrere mihi viſum eſt percenſeri, uti ſacra ejus lipſana Florentinam translata, atque in dicta Abbatia recondita fuerint. Celebrant veterum monumenta, poſteriſque tradidere, bello Nortmannico ardente in Galliis, duos Ambianenſes monachos armorum furore pulſos è ſua eccleſia, in qua quidem D. Salvii corpus tuto loco conditum erat, ejus autem brachium a reliquo corpore abſciſſum alio in loco verſabatur, quod ipſi ne a militibus diriperetur, ſecum extulere: cumque Romam petentes, Florentiæ mœnibus proximi accederent, obrepente oculis ex defatigatione itineris ſomno, ſeſe ſub quercus umbram projecere, atque ita ducta nocte, cum aſſulgente die ad proſequendum iter vellent aſſurgere, loco movere ſe non potuerunt; divinoque agnito, adoratoque conſilio, prodigium, & quem gererent, ſacrum theſaurum, prætereuntibus populis pateſecere. Eo accurrit Epiſcopus Gerardus, ejuſque opera, populorumque pia liberalitate oratorium D. Salvio ſacrum excitatum eſt: ejuſque dies feſtus 11. Januarii celebratur, quo etiam die Romanum Martyrologium ejus mentionem edidit. Donationis monumenta tum Rolandi, tum Bernardi de Ubertis in hæc verba leguntur in citato tabulario, ſeu papyraceo codice apud Valliſumbroſ. monachos.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

Cum divinæ liberalitatis permiſſionibus, loca ſacra divinis cultibus mancipata, ad humanæ dominationis jura deveniunt, dignum eſt, ut eo tenore tractentur, quo ædificata eſſe creduntur. Extra ordinem quippe omnimodis eſſe cernitur, ut res divina ad ſui dedecus poteſtati hominis ſubiiciatur, & fiat ſeculare, & profanum, quod ſpirituale fuit, & ſanctificatum. Divinis igitur conſtitutionibus homines ſubditi, ſicut ſe cuſtodire cupiunt, ne a bonorum celſitudine ad deteriora rapiantur, ſic loca venerabilia cavere debent, ne ſint ſuis honoribus, ad uſus ſeculares aliquatenus detrahantur. Quapropter ego Rolandus, qui & Moro vocatus, filius bonæ memoriæ Theuti, inſpirante Deo, volo, & ipſo auxiliante diſpono, ut pro timore Dei, & animæ meæ, & uxoris meæ Adalectæ, & genitoris, & genitricis meæ, & omnium meorum parentum præteritorum, præſentium, atque futurorum eccleſia, & oratorium S. Salvii, quod eſt in loco, cui Paratinulæ nomen eſt, infra plebem S. Reparatæ civitatis Florentinæ amodo, & deinceps fiat monaſterium monachorum ordinis S. Benedicti, in omnibus, in quantum loci poſſibilitas permiſerit, ſervientium regulæ in pſalmis, hymnis, oratio-

nibus,

nibus, & miſſis, in incenſis, & luminaribus, & in omnibus eccleſiaſticis cultibus, qui ab ipſis debeat fieri, quatenus ibi Deo ſic deſerviant, ut honor omnis Chriſtianæ religionis, & nobis proficiat, & omnibus, ad quorum ſalutem ipſe locus venerabilis inſtruitur. Concedo ibi, atque reſtituo in ipſa eccleſia omnem mei juris portionem, quæ mihi per ſucceſſionem, vel aliquod ingenium, de eadem eccleſia cum ſua pertinentia pertinere videntur, quæ ipſius oratorii pertinentia fuerunt, & ſunt, tam in Paratinula, quam in aliis locis ipſius plebis, ſicut bon. mem. Petrus presbyter, qui fuit cuſtos ipſius eccleſiæ, detinuit, & eo tempore, ut omni tempore, quo neceſſe fuerit ibi Abbatem ſecundum ſacras conſtitutiones, & S. Benedicti normam, cum reliquis conſortibus ejuſdem loci, tam ego, quam hæredes mei, & qui nati ex ipſis legitimè fuerint, debeamus ordinare. Inſuper concedo, & tribuo, ac proprietario jure in perpetuum poſſidendum præfatæ eccleſiæ conſtituo meam portionem de terra, prope eandem eccleſiam ſitam, ſicut muro antiquo per circuitum cingitur, quæ tecta fuit per Martinum de curte, & nunc regitur per filios ejus Petrum, & Joannem. Si quis vero de noſtra generatione fuerit, cui ordinatio ipſius Abbatis legaliter evenerit, qui aut per ſimoniacam hæreſim eum ordinare voluerit, aut aliqua calliditate, ſeu factione ab illis ſe ſubtraxerit, qui canonicè, & regulariter ordinare voluerint. Aut ſi prædictum locum, & res ibidem pertinentes moleſtaverit, detraxerit, aut invaſaverit, vel alienaverit, ſemper ſit alienus, & extraneus a prædicti loci tam dominatione, quam poteſtate, & ad ipſos deveniat, qui ordinare voluerint ſecundum eccleſiaſticam auctoritatem. Abbas itaque, & fratres in prædicto loco juſtè, & religiosè conſiſtentes, nullam licentiam, vel poteſtatem habeant, prædictum locum, aut res ibidem pertinentes contra nos, vel hæredes noſtros, aut eos, qui ex ipſis legitimè nati fuerint, commendare, aut infiduciare, aut quocunque modo locare vel dicitur, quo illi ſancto loco, & nobis debeat aliquo modo nocere. Si quis autem Abbas contra Dei auctoritatem ibi fuerit poſitus, poteſtatem habeamus omnes, ut a monaſterio ejiciatur, regulariter alio ibidem conſtituendo. De rebus vero prædicti monaſterii ſi male locatæ, aut datæ fuerint, jubeo, ut nulla negligentia habeatur, ſed reſtituantur, & revocentur ad utilitatem fratrum. Si quis autem eorum Abbatem ibi bene ordinatum, aut fratres ibi Deo ſervientes, & in bonis operibus ibi regulariter perſeverantes moleſtaverit, aut ejecerit, componere debeat ad ſupradicti oratorii partem boni argenti monetæ publicæ denariorum libras decem, ita ut ejectus revertatur, & ipſo cum fratribus commorante, in ſua quiete manentibus: quæ omnia in duabus chartis ſcribi rogavi, quarum unam eſſe monaſterii, & alteram reponere in ſcriniis volui.

Actum in loco Parentinula, prope eandem eccleſiam territorio Florentino, anno Dominicæ Incarnationis quadrageſimo octavo poſt mille, & anno ſecundo Imperii domini Henrici, gratia Dei Imperatoris Auguſti, ſexto decimo Kalendas Maii, indictione prima.

Signum manus prædicti Rolandi, qui hanc chartulam dotis, ſeu conceſſionis fieri rogavit, ut ſupra.

Petrus judex domini Henrici Imperatoris interfui, & ſubſcripſi.

Signa manuum Martini filii Joannis, & Donati filii Eoni rogatorum teſtium.

Signa manuum Benedicti filii Corbuli, & Ildebrandi filii Tozzi rogatorum teſtium.

Albertus notarius ſcriptor hujus chartulæ dotis poſt traditionem complevi, & dedi.

Donatio vero Bernardi de Ubertis, eidem monaſterio poſt annum trigeſimum ſeptimum, verbatim ita prorſus ſe habet.

In nomine Domini Dei æterni, anno ab Incarnatione ejus octageſimo quinto poſt mille, Kalendis Julii, indictione octava.

Chriſto auctore profiteor ego Bernardus filius bonæ memoriæ Brunonis, quia pro Dei timore, & pro timore Dei Genitricis glorioſiſſimæ Mariæ, & omnium ſanctorum, & pro remedio animæ meæ, & prædicti genitoris mei, & genitricis meæ, & pro remedio animæ meæ, & prædicti genitoris mei Berlandi filii Sichelmi glorioſiſſimi mei amici per hanc chartulam offerſionis do, trado, & offero, atque confirmo in eccleſia, & monaſterio S. Salvii, ubi modo Dominicus Abbas præeſſe videtur, ideſt integras caſas, & terras, & burgora, quæ ego habere, & tenere viſus ſum, vel alii pro me, & per quolibet ingenium pertinent, & in quo ſunt poſitæ ipſæ caſæ, & terræ, & burgora infra, & juxta Florentinam civitatem, porta aurea, atque terræ petiam unam, totam ad unam teneas, quæ poſita eſt in loco, qui nominatur Perilaſium, & juxta ipſum Perilaſium, quæ terra decernitur de una parte decurrit ei via, & de alia parte decurrit ei via, & finis prædictum Perilaſium, de tertia parte eſt finis terræ de filiis Bentii, de quarta parte eſt finis terræ, quæ fuit de filiis Cantarelli, & Segnarelli nepotum Rainaldi, & eſt exinde angulosa, de iſta petia integram medietatem, & alia verò medietas eſt prædicti monaſterii; atque do, & offero, & confirmo in jam dictam eccleſiam, & monaſterium, ideſt integras terras, ſortes, & domnicata, quæ ego habere, & tenere viſus ſum, vel alii pro me, & mihi quolibet modo pertinent infra fines, & loca, quæ vocantur Arretri, terram, & res, quam detinuit Baruncolus, & Morembanus, & filius ejus; ſeu do, trado, & offero in jam dictam eccleſiam, & monaſterium, integram curtem, caſas, terras, vineas, ſortes, & domnicata, quæ vocantur ipſa curtis Greve, unà cum terris, vineis, ſortibus, & domnicatis, & maſſaritiis, univerſiſque rebus, quæ ad prædictam curtem pertinent, ſicut ego habere, & tenere viſus ſum, & mihi pertinent per quodlibet ingenium; ubicumque inventa fuerint. Atque caſtellum, & curtes, terras, & vineas & ſortes, atque domnicata, quæ ego habere, & tenere videor, & mihi quolibet modo pertinent in loco Lucardo, & in villula infra plebem S. Mariæ ſitam Cdielano, vel in aliis plebibus, ſeu curtes, & terras, & res meas infra fines, & loca poſitas; quæ vocantur Mucillo, cum caſtello, & curte, quæ vocatur S. Joannis majoris, & in Grezano, ideo prædictas curtes, & caſtella, & terras, unà cum juribus, & jacentiis, & pertinentiis earum, atque omnes prænominatas caſas, & terras, & vineas, ſortes, & domnicata, una cum omnibus ſuis ædificiis ſuper ſe, & infra ſe habentibus ubicumque de prænominatis terris, & rebus inveniuntur eſſe in integrum, ſicut dictum eſt in prædicta eccleſia, & monaſterio S. Salvii prænominatas terras, & res do, trado, offero atque confirmo, ut omni tempore prænominatæ caſæ, & terræ, & res, curtes, & caſtella in proprietate prædictæ eccleſiæ, & monaſterii, permaneant, atque ibidem firmæ, & ſtabiles ſemper ſint, & quod fieri non credo, ſi forſitan ego, qui ſupra Bernardus, vel mei hæredes, aut ſubmiſſa perſona, quam nos miſerimus, vel cum quolibet noſtro facto veniat, per quodlibet ingenium, cui nos eas dediſſemus, aut dederimus, quod ad prædictam eccleſiam, & monaſterium, ſuoſque rectores in aliquid exinde contendere, aut retollere, vel minuere, aut intentionare præſumpſerimus, aut ſi eas nos ad partem ejuſdem eccleſiæ, & monaſterii, ab homine omni, & fæmina defendere non potuerimus, & non defenſaverimus, tunc dupla tanta, & talis jam dictas res, qualis tunc ipſa fuerit ſub æſtimatione in conſimilibus locis, unà cum omnibus ſuis ædificiis de noſtris propriis rebus, ad partem ejuſdem eccleſiæ, & monaſterii reſtituere, & perſolvere debeamus. Et ſi opportunum fuerit ad partem ejuſdem eccleſiæ, licentiam, & poteſtatem habeat, unà cum iſta chartula cauſam exinde agendum, finem ponendum, reſponſum reddendum, & uſque ad veram legem perducendum, quam melius potuerit, ſicut ego facere debui,

Actum prope jam dictum monaſterium s. Salvii, &c.

Ego Bernardus pro timore tuo Domine Jeſu hanc chartulam pro remedio anima mea, & prædicti Bonandi libenter a me factam. †

Signum manuum Petri Ruffo bon. mem. Joannis, & Boni filii bon. mem. Grimaldi, & Berlandi filii Sichelmi, & Pagani filii Imilla rogati teſtes.

Ego Joannes notarius ſcriptor poſt tradita complevi,

Hoc eodem anno 1049. Leo IX. privilegium conceſſit Septimiano cœnobio, a Gerardo Epiſcopo noſtro rogatus; atque tenoris eſt proximè ſequentis.

LEO EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Petro Abbati monaſterii S. Salvatoris in Septimo, ſuiſque ſucceſſoribus Abbatibus perpetuam benedictionem & ſalutem. Convenit Apoſtolico moderamini pia religione pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere,

& re-

& pei intium deſideriis congruum impertire ſuffragium. Propterea inclinati precibus veſtris per hujus noſtræ præceptionis ſeriem confirmamus, & corroboramus tibi monaſterium ipſum S. Salvatoris cum omnibus bonis ejus mobilibus, & immobilibus, ſeſeque moventibus, quæcumque ad eum juſte, & legaliter pertineat. Necnon etiam cenſemus, ut ſacrum ipſum monaſterium ab omni læſione ſit, & ſine moleſtia ſit Epiſcopi. Et ut ordinationes presbyterorum, vel cæterorum graduum in eodem monaſterio a quolibet Catholico Epiſcopo tribuatur. Et ut eleemoſynæ tam viventium, quam & mortuorum ſine calumnia epiſcopi eidem monaſterio tribuatur, & ut de poſſeſſione monaſterii decima a vobis accipiatur. Et quicunque ſe ad monaſterium ſepeliri petierit, a monachis ſepeliatur. Et ut præter ab Apoſtolico, ne judicetur, nec ad ſynodum Abbas vocetur, ſicut nec ab alio conſecrationem accipit. Statuentes Apoſtolica cenſura, ut nullum noſtrum ſucceſſorum Pontificum, nullus marchio, nullus dux, nullus comes, nullus Epiſcopus, nulla præterea perſona hominum magna, vel parva, contra hanc noſtram præceptionem agere præſumat. Quod quicumque fecerit, anathematis vinculo feriatur. Qui vero cuſtos, & obſervator hujus noſtræ præceptionis fuerit, benedictionem a Domino Deo conſequatur.

Datum xiv. Kalend. Maji per manus Petri diaconi bibliothecarii, & cancellarii S. Apoſtolicæ ſedis anno domini Leonis IX. Papæ primo Indict. 2.

Gerardo ſedente anno 1058. aſſurrexit nobiliſſima quædam matrona Thetberga nomine, quæ extincto viro, vitæ religioſæ ſe addixit, ampliſſimamque donationem contulit in canonicos S. Joannis Epiſcopi, cujus præpoſituram gerebat Martinus: in ejus verò donationis documento inſinuatur, eos canonicos regularibus inſtitutis aſtrictos fuiſſe; illudque in pluribus aliis monumentis, ſcripturiſque innumeris in capitulari tabulario conditis inſpexi, è quibus in eam opinionem deflexi, quæ fragili antea fundamento innixa videbatur, omnium Tuſciæ, imò vero majorem totius Italiæ cathedralium partem ante annum Chriſti milleſimum centeſimum; religioſis inſtitutis excultos canonicos habuiſſe; qui cum deinceps deflorescente pietate de regulari obſervantia paulatim remiſiſſent, ad communem ſeculi vitæ rationem modo in his, modo in aliis deflexere, adeo ut nullæ jam in noſtra Italia cathedrales Eccleſiæ regularibus canonicis inſtituantur; ultimæ verò Perutinæ, atque Eugubinæ Cathedrales ſub Leone X. ſecularizatæ fuerunt, quarum canonici ad communem ſeculi vivendi normam ſunt traducti. Solus canonicorum regularium ordo in monaſteriis integer perſiſtit, nec poſt tot ſeculorum injuriam, regularem primævum florem amiſit. Teſtis erit nobilis canonicorum regularium Lateranenſium congregatio, unicum regularis clericorum diſciplinæ in cathedralibus olim inſtitutæ monumentum. Thetbergæ verò pia in regulares Florentinæ Eccleſiæ canonicos liberalitas iis verbis in originali documento exprimitur.

In nomine Domini Dei æterni.

Anno ab Incarnatione ejus quinquageſimo octavo poſt mille, xii. Kalendas Octobris, indictione undecima. Auxiliante Domino noſtro Jeſu Chriſto, profitens profiteor Thetberga filia b. m. Athi, qui Albertus fuit vocatus, & conjux Rolandi filii bon. mem. Athi, veſte ſanctæ religionis induta, lege vivente Romana per bonam, & ſpontaneam voluntatem per vim vocis tranſferſionis, perpetualiſque tranſactionis, ſeu firmamentum, quem & paginam pro remedio animæ meæ, & animæ de ipſo viro meo, per hanc chartulam offerſionis nomine a præſenti die dare, & tradere, atque offerre prævidi in canonica regularis de eccleſia, & domui S. Joannis ſita in civitate Florentia, ubi modo Martinus præpoſitus præeſſe videtur, ideſt integras tres ſortes, cum rebus illis omnibus, quæ ſunt poſita: una ex ipſis in loco, ubi dicitur Sala, quæ recta fuit per Petrum Stephani: alia eſt poſita in loco limito, quæ recta fuit per Urſum de limite. Tertia ſorte, in loco ubi dicitur Piſcina . . . quæ recta fuit per Joannem Martini: & ſunt ipſæ ſortes infra territorium de plebe S. Martini ſita Brezi. Ideo prædictæ ſortes cum omnibus ædificiis ſuis ſuper ſe, & infra ſe habentibus, ubicunque de ipſis ſortibus pertinentes eſſe inveniuntur, omnia in integrum in ipſa canonica regularis dare, & tradere, atque offerre prævidi, in tali tenore, ut nullus Epiſcopus de ipſo epiſcopio, aut præpoſitus de ipſa canonica non habeant licentiam, nec poteſtatem prænominatæ ſortis, & rerum in aliam partem, neque per cambium, neque per libellum, aut in beneficium, neque per ullum ingenium dandum, aut alienandum, ſed ſemper ſint in poteſtate, & ad uſum, & redditum de illis canonicis, qui modo, aut in antea in præd. canonica adinſtar primitivæ Eccleſiæ communiter viventes regulam SS. Patrum canonicè obſervant, & obſervaturi ſunt. Et ſi forſitan Epiſcopus de ipſo epiſcopio, vel præpoſitus de ipſa canonica, prænominata ſortis, & rebus, in aliam partem per ullam . . . alienaverint, vel eas de poteſtate, & uſum, & redditum dictis canonicis, qui modo, aut in antea in ipſa canonica regulariter vixerint, ut . . . præſumpſerint jam dicta ſortis, terris, & rebus, veniant, & revertant in proprietatem, & poteſtatem meam, vel hæredibus, aut propinquioribus parentibus meis . . . fuerint ſine alicujus contradictione, & ipſis licentiam, & poteſtatem habeant prænominatas res vendere, in qua parte melius potuerint, & . . . quem exinde tollere præſumpſerint, dare, & expendere debeant ad pauperes, & in eccleſias, & ad clericos in quali parte ad opus Dei melius præviderint; & ſi forſitan ego, quæ ſupra Thetberga, vel mei hæredes, aut ſubmiſſa perſona, quam nos miſerimus, vel qui cum quolibet noſtro facto veniat, per quodlibet ingenium, cui nos eis dediſſemus, aut dederimus, qui ad prædicta canonica, vel ad canonice, qui modo, aut in antea ibidem regulariter vivunt, de jam dicta ſorte, & rebus tollere, contendere, vel minuere præſumpſerimus, aut ſi ab unoquoque homine, & fœmina a parte ipſius canonica non defenſaverimus, abſit avertat divina potentia, & omnia, quæ ſupra leguntur, non obſervaverimus, & non adimpleverimus, tunc dupli tantis, & talibus terris, ſortibus, & rebus, quales tunc ipſis fuerint ſub æſtimatione in conſimilibus locis de noſtris propriis rebus a parte ipſius canonica reſtituere, & perſolvere debeamus. Et ſi opportunum fuerit ad illum præpoſitum, qui modo in ipſa canonica eſt, vel ad illos, qui in antea fuerint, cum eorum avocatoribus, cauſa exinde agendam, finem ponendum, reſponſum reddendum, & uſque ad veram legem perducendum, quam melius potuerint, ſicut . . . facere debui conſtipulatione ſubnixa.

Actum Florentia.

Manus prædictæ Thetberghæ, quæ hanc chartulam, ſicut ſuper legitur fieri rogavit.

Manuum Petroni filii Joanni Porghize, & Corberi filii Donati, & Petri . . . filii Mucelliſe rogatorum teſtium.

Manuum Uberti, & Euppalengi filii Moroni, & Guidoni filii Ghiſe rogatorum teſtium.

Albertus notarius ſcriptor poſt tradita complevi.

Thetberga, ſeu Tisberga, ut vidimus, canonicorum benefactrix, illa eadem eſſe putatur, quæ paulo poſt S. Felicitatis monaſteriis Ordinis S. Benedicti celeberrimi evaſit Abbatiſſa, meruitque pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus in eodem cœnobio a Nicolao II. reædificato ſequenti privilegio exornari.

NICOLAUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei. Thetbergæ Abbatiſſæ monaſterii S. Felicitatis juxta Florentiam ſiti, ſibique ſucceſſuris, & in ſancto propoſito permanſuris in perpetuum.

Quoniam omnipotentis dignatio ſuo gratuito munere, nullo digno præcedente opere, ad hoc noſtram humilitatem dignata eſt provehere, quatenus per nos ubique terrarum proprio ſanguine redempta Eccleſiæ lumen adminiſtraret indeficiens: profecto rationabile ducimus, cooperante ipſo, de quo loqui præſumimus, ſecundum proprias vires unicuique acceptum talentum diſtribuere, ne apparente ipſius majeſtate (quod abſit) ſine acquiſito lucro, velut inutilis ſervus videamur remeare. Quod utique divinam miſericordiam conſequi poſſe ſpe-

ramus,

ramos, ſi membret ejus adhuc per fidem in terra cœleſtia anhelamus præſidia, quo poſſumus, ſereno affectu ſuppeditare curamus. Sic enim, ſic profectò, & ſuperaæ in noſtra fragilitatis conciliamos auxilium, & pora intra cordis hoſpitium manente intentione hominum conſequimur favorem honeſtum. Cum licet univerſis debitores ſimus gentibus fidei lumine clarentibus; domeſticis quoque noſtris benevolentia ſtudio ſingularem curam impendimus, Magiſtrum gentium ſequentes, qui bonum opus adimpleri præcepit in omnes, ad domeſticos fidei maxime. Monaſterium itaque S. Felicitatis cum omnibus ſibi pertinentibus rebus, quod noſtra epiſcopalis ſimplex adhuc diſpenſatio quorumdam prædeceſſorum noſtrorum negligentia deſtructum, coaptato nobilium ſanctimonialium plurimarum collegio reædificare curavit ex integro; nunc etiam ſecundum Apoſtolicæ ſedis, cui deſervimus, valentiam, per noſtras manus dedicatum, ſtabiliſato perſeverantè roboramus, & confirmamus, atque ut perpetua vigeat religione, ſequeſtrata pravorum infeſtatione, omnipotentis Dei committimus tutela. Cui etiam ſicut dignum nobis videtur, quia in curia Florentinorum Epiſcoporum ſua prædia nequiter ſunt diſtracta, & ſacrilegorum quorumdam temeritate invaſa: concedimus, & Apoſtolica auctoritate ſtabilimus manſos, & fundos, venerabili loco pia devotione oblatos, & offerendos, ubicunque veraci relatione ejus nominis fuerint titulati, ſuoque juri religioſa ſollicitudine inveſtiti, atque inveſtiendi. Liberum præterea idem reddimus monaſterium, atque abſolutum ab omni ſeculari, & mundana conditione, ſive diſtrictione, ne liceat alicui magnæ, parvæque perſonæ a nobis reſtituta prædia, firmiterque ſtabilita decimalos proventus ſcilicet, & quoſdam a nobis conceſſos aliquo ingenio invadere, aut aliqua fraude ſubripere, ſive diminuere. Fiſcum denique, ſeu debitam ſubjectionem exigere. ſed maneat venerabilis locus, noſtra tutela firmatus in ſancto propoſito, nullique aliè ſit obnoxios, niſi Florentino Epiſcopo, qui memor noſtræ devotionis, ſuæque fragilitatis, juſtitiæ norma ſervata, ſecundum Doctoris gentium præceptum, eiſdem ſanctimonialibus honorem congruum exhibendo, nil præter blandum dominium requirat ex debito. Si autem (quod non credimus) aliquis temerarius hanc apoſtolicam ſanctionem crudeli mente tentaverit infringere, noſtramque inſtitutionem, ſecundum locum lædendo caſſare, niſi admonitus reſipuerit, ac dignè emendaverit, anathematis gladio percutiatur ab omnipotenti divinitate, jaculata ſibi de cœlo ultione in hac præſenti carne, interficiatque eum Deus ſpiritu oris ſui, dum venerit judicare ſeculum. Qui vero noſtræ roborationis pius conſervator extiterit, in ſecundo adventu mereatur illam melliſluam vocem audire: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Præterea, ut hæc pagina fidem legentibus aſtruat, & propria manus ſubſcriptione, & Apoſtolici ſigilli munire ſtuduimus impreſſione.

† Sigillum Nicolai Papæ.
Ego Bonifacius Albanenſis Epiſcopus ſſ.
Ego Joannes Portuenſis Epiſcopus ſſ.
Ego Petrus Lavicanenſis Epiſcopus ſſ.
Ego Bruno Prænestinus Epiſcopus ſſ.
Ego Petrus Peccator monachus ſſ.

Hic eſt Petrus Damiani (inquit Baronius) quem vides ſeorſum a Cardinalibus ſubſcribere diplomati voluiſſe, & abſque titulo Oſtienſis epiſcopatus, quo ſe exuiſſe contenderat, ex quo libellum renunciationis dediſſet Nicolao Pontifici, ut ſuo loco ſuperius dictum eſt. Poſt ſubſcriptiones iſta ibi leguntur.

Datum Florentiæ vi. id. Januarii, anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MLIX. per manus Humberti S. Eccleſiæ Sylvæ Candidæ Epiſcopi, & Apoſtolicæ ſedis bibliothecarii, anno primo pontificatus Domini Papæ Nicolai II. Indict. 13.

Hoc eodem anno Nicolaus eamdem Eccleſiam S. Felicitatis vi. Idus Novembris ſolemni ritu conſecravit, ad cujus memoriam nuper hæc inſcriptio in marmore inciſa eſt, legiturque ad parietes ejuſdem eccleſiæ.

Templum hoc Deo, & B. Felicitati dicatum, & annis jam DCC. & ultra peractis ſacris hiſce Virginibus Rom. Pont. Nicolaus II. qui eorum Monaſt. fere deſtructum, dum Epiſcopale munere fungeretur, cooptato Nobilium Sanctimonialium Collegio, reædificandum curaverat, ſummus Pontifex factus Anno D. MLIX. VII. Id. Novembr. quæ fuit dies Dominica poſt feſtum omnium Sanctorum, ſolemniter conſecravit. Quarum rerum ne memoria pereat, Sanctæ Aſſeſtatus ejuſdem Templi prior Monument. hoc Pon. Cur. Ann. D. M. DC.

S. Felicitatis hæc pervetuſta eccleſia una eſt ex triginta ſex parochiis, unaque ex duodecim Collegiatis hujus urbis Eccleſiis, quas Carolus Magnus in nova civitatis reædificatione inſtituit, fundavitque ſub Priore. Clericorum collegium divinum in ea perſolvit officium; monaſterium vero, quod templo adjacet, moniales ſub Abbatiſſæ diciplina, & D. Benedicti inſtituto poſſident. In eo claruit ſanctitate B. Berta de Bardis a, quæ aliqua per Hetruriam Benedictini monialium cœnobia ad priſtinam vivendi formam reduxit.

a De Cōislbertis, ut colligitur ex ejus vitæ hiſtoria noviſſime Florentiæ edita. Salvinus.

Gerardus autem tametſi ad ſummum pontificatum aſcendiſſet, dum tamen vixit, Eccleſiam Florentinam gubernare perrexit; deceſſit verò Florentiæ ſe convolvente Junio die 7. an. 1061. ſepultuſq; eſt in cathedrali templo S. Reparatæ. Hunc crediderim ego illum venerabilem Epiſcopum eſſe, quem S. Petrus Damiani Scacchis colluſorem reprehendiſſe memorat in epiſtola ad Alexandrum II. & Ildebrandum Archidiaconum, quam Virgam Aſſur cognomine nuncupavit.

25 PETRUS Ticinenſis, cognomento Simoniacus, Theuzonis Mediæ barbæ filius, malis artibus poſt exceſſum Nicolai II. in hanc ſedem irrepſit, qui epiſcopatum iniit anno 1062. Filii ſimoniam detexiſſe patrem narrat Andreas Januenſis in actis S. Joannis Gualberti cap. 62. *Circa hæc tempora*, inquit, *contigit, ut quidam nobilis vir nomine Theuzo Mediabarba, pater videlicet Petri Epiſcopi Florentini venit de Papia Florentiam cauſa viſitandi filium: Florentini clam inſidiantes dicere tentando cœperunt: Domine Theuzo, multum pretii pro filii tui dignitate Regi contuliſti? Quibus ille utpote ſimpliciſſimus homo cœpit jurejurando dicere: Per corpus ſancti Syri, nec unum molendinum poteſt homo in domo Domini mei Regis habere ſine magno pretio, nedum talem conſequi epiſcopatum: per ſanctum Syrum, ſic ter mille libras dedi, ſicut unum nummum.* XXVI

Cæterum ubi populus Florentinus ſui Præſulis ſimoniacum ſcelus ſubodoratus eſt, illum quam maximè exoſum habuit; cumque ſaniorem partem Vallisumbroſani monachi, ac S. Joannes Gualberti, qui tunc vivebat, foverent, publiciſque in concionibus ſcelus inſectarentur, populus in diverſa ſtudia abiit, fœdeque diſciſſus eſt, itaut pars Petrum defenderet, pars ſequeretur monachorum arbitrium, eorumque, qui rectè ſentiebant. Itaque cum ea conſternatio animorum in fœdum exitium eruptura videretur, Alexander II. Pontifex miſſo Petro Damiani Oſtienſi Epiſcopo, conatus eſt exulceratis animis facere medicinam. Sed nequicquam: infecta etenim re rediit Legatus: abominatus utique illos, qui Epiſcopum ſuum, nondum ab Apoſtolica ſede damnatum, adverſabantur: quamobrem prolixam admodum apologiam ea de re, tum ad populum Florentinum, tum vero ad Theuzonem monachum incluſum malorum omnium auctorem, perſcripſit. Cumque poſt abſceſſum legati partium ſtudia ſævius exæſtuarent, ut veritas erueretur, provocarunt ad pyram, ut ſcilicet ille, qui per ignem tranſiret illæſus, vera narrare crederetur. Igitur eligitur Septimianum cœnobium, quinto ab urbe Florentia milliario diſtans: ſuccenditur pyra; flammæ in multa volumina glomerantur; zelo fidei accenſus ingreditur Petrus Vallisumbroſanus; tranſiit illæſus, eodem etiam reverſurus, ni populus certior factus reditum prohibuiſſet. Quod facinus ſecundum

Barouii computationem patravit Petrus anuo 1063. (1) Hic ille Petrus eſt S Joannis Gualberti nobilis alumuus, qui ob illuſtre ignis prodigium Petrus Igneus dictus eſt, qui poſtea renunciarus eſt Epiſcopus Cardinalis Albanenſis, & in albo beatorum adſcriptus, ut ſupra retulimus iu I. Tomo. Atque ita Petrus Petrum ejecit è ſede, Alexandro II. Pontifice ita cenſente. Interim ſimoniaci criminis damnatus Petrus adeo æquo animo juſtiſſimam tulit ſententiam, ut etiam tonſus intra Septimianum clauſtrum voluerit vitam monaſticam profiteri, reconciliatis monachis, & ab iiſdem ad communionem receptus. Meminit facti Baronius tom. xi. Aunalium ſuorum, prolixeque narratur in vita S. Joannis Gualberti ab Athone Piſtorienſi Epiſcopo conſcripta, inque Septimiana hiſtoria noſtri Baccetii, & in Epiſtola populi Florentini ad Alexaudrum II. quam recitat Baronius: in Thoma Boſio de ſignis Eccl. lib. 9. ſig. 35 c. 5. ſed omnium diligentiam ſuperavit Deſiderius Abbas Montis Caſini, qui poſtea Victor 3. fuit Pontifex Maximus in lib. 3. ſuorum dialogorum M. S. quam ipſam narrationem hic ſubiiciendam cenſuimus; ſic enim ſe habet:

Quod Dominus in Evangelio dicit: Pater meus uſque modo operatur, & ego operor, quotidie cernimus adimpleri, & antiqua novis temporibus innovari. Hæc itaque, quæ dicturus ſum, adeo clara ſunt, ut non ſolum in Florentina diœceſe, in qua facta noſcuntur, verum etiam in tota Tuſcia, ac in Urbe, quæ caput eſt mundi Roma, conſtet eſſe notiſſima. Petrus quidam clericus dictus eſt, qui occulte data pecunia, regio adminiculo, in prædicta Florentina civitate cathedram Epiſcopatus accepit. Cum denique à clericis, & populo, ut Epiſcopum decebat, benigne fuiſſet ſuſceptus, poſt non multum ſpatium temporis, fama per ejuſdem Epiſcopatus diœceſim increbuit, quod ſimoniacæ hæreſis peſte fœdatus, quod gratis, Domino jubente, accipere, & dare ſtatutum eſt, pecunia mercatus fuit; cumque tam horrenda, tamque execranda fama primitus ad Religioſum, dehinc ad aures vulgi perveniſſet, cœperunt ſe plures ab ejus communione ſubtrahere, Romanoque Pontifici, quæ ſuper hac re cognoverant, divino exardeſcente zelo ſtuduerunt inſinuare. Qui Epiſcoporum concilio congregato, eundem Epiſcopum, ut rem diligenter agnoſceret, convocavit; ſed cum in Synodo præſens aſſet, accuſatoribus undique acclamantibus, ſacramento ſeſe purgare nitebatur. Cumque coram præſentibus res aliquantulum agitata fuiſſet, datæ induciæ ſunt, ut per eaſdem forſitan inductus divinum expaveſcens judicium, quod pertinaciter denegabat, humiliter confiteretur: quatenus ab æterno non removeretur altari, ſi ab hoc præſentibus, cui miniſtrare juſtè non poterat, ſe abſtinuiſſet. Interim populus in duas dividitur partes, quarum altera, quæ amorem Dei muneribus præferebat, clericos, & religioſos monachos, qui contra Epiſcopum rem comprobandam ſuſceperant; altera vero, quæ munera, & favorem diligebat, Epiſcopum eſt ſecuta. Cum crebro igitur inter ſe altercaretur populus, & altera alteri obſtaret parti, in tantum exorta augebatur contentio, ut inter ſe dimicantibus ſæpe etiam uſque ad effuſionem ſanguinis veniretur. Cumque hæc diutius agerentur, & neutra pars parti cederet, Joannes reverendiſſimus Abbas monaſterii, quod Umbroſa vallis dicitur, ſæpe ad hunc conflictum advocatus, zelo Dei ductus, ſuis cum monachis veniebat. Qui exhortando, prædicando, divini examinationem judicii intentando, Epiſcopum admonere non ceſſabat, quatenus ex perpetrata culpa pœnitentiam ageret, & ſacerdotio minime legaliter acquiſito, humiliter cederet, ne ſibi, ſuiſque ſubjectis, quibus incremento eſſe debuerat, detrimento foret. Illud de Evangelio ei ſæpe proponens, quomodo Dominus Jeſus vendentes, & ementes columbas de Templo projecerit, cathedraſque ſubverterit, & æs nummulariorum effuderit, videlicet demonſtrans, ut quicumque Spiritus ſancti donum (quod per columbam ſignificatur) ductus avaritia, vel vana gloria elatus pretio acquirere, vel vendere tentaverit, ab illo cœleſti Templo, & æterno Altari ſe procul dubio eliminandum noverit. Sed ille nihilominus præſentis vitæ honoris cupidus, pro nihilo monita ſancti viri ducebat, imò pertinaciter & armis, & verbis, omnibuſque modis, quibus poterat, ſe defendere nitebatur. Cumque ibidem venerabilis Abbas incaſſum procedere ſua verba videret, utraque parte populi advocata: Quoniam, inquit, verba non proſunt, veniamus ad ſigna; conſtituatur rogus, & igne ſuppoſito accendatur, per quem unus è noſtris ingrediatur, ut utrum vera, an falſa ſint, quæ de Epiſcopo dicimus, domino diſcernente probetur. Placet utrique parti ſententia. Rogus mox duodecim pedum menſura exſtruitur, inter quem parva ſemita, quæ unius tantum hominis perſona tranſire poſſet, relinquitur, quæ etiam ex accenſis lignis, ne aliquis ibi locus a flamma vacaret, conſternitur. Interim autem dum hæc præparantur, præfatus Abbas Joannes Petro ſuo diſcipulo, reverendiſſimo videlicet viro, qui poſtmodum in Albanenſi urbe Epiſcopus ordinatus eſt, quique etiam adhuc ſupereſt, eamdem Eccleſiam regens, præcepit, ut induens ſacris ſanctis veſtibus omnipotenti Deo ſacrificium offerret, & ſic demum confiſus de miſericordia Dei, per accenſi rogi flammas indubitanter intraret. Qui juſſis patris obtemperans, poſtquam Deo ſacrificium obtulit, caſula ſe expolians, ad ignem venit, & magna voce: Oro, inquit, Deus omnipotens ſi Petrus, qui Epiſcopus dicitur, ſimoniaca eſt peſte fœdatus, ne Eccleſia tua amplius polluatur, judicio ſancti Spiritus oſtende virtutem, & illæſum me per hunc ignem tranſire concede. Quod ſi nos fallacia pleni, cauſa invidiæ ducti, hanc contra eum ſuſtulimus quæſtionem, ardor iſtius ignis me tua gratia derelictum conſumat. Hæc dicens, & ſancta crucis ſe ſignaculo muniens, per medias flammas conſtanter ingreſſus eſt. Cum igitur undique eſſet flammis circumdatus, ita ut à nemine prorſus videretur, & omnes eum jam conſumptum putarent, ſubito ex alia parte, Chriſti comitante gratia, egrediens proſilivit: ita ut non modo veſtimenta, ſed nec capillus quidem læſus ab igne in aliquo videretur; ſed ut idem venerabilis vir poſtea referebat, cum per medias flammas graderetur, mappula de manu ejus cecidit, eamque jam penè egredi ex igne deberet, vidit ſe mappulam in manibus non geſtare, & in ignem ſibi eam cecidiſſe conſiderans, per medias iterum flammas revertitur, & ſecum mappulam extrahens reportavit. Tunc omnes qui aderant, viſo tam maximo, tam obſtupendo miraculo, immenſas Deo gratias agentes, mox diverſa pars una effecta, præfatum Epiſcopum ab eccleſia pellunt, qui poſtea pœnitentia ductus, mutata veſte ſub ſancta converſationis regula religioſam agere vitam viſus eſt.

Hactenus Deſiderius.

26. Poſt Petri Simoniaci depoſitionem Alexandrum Pontificem eodem anno 1063. Florentinam XXVII.
Eccleſiam regendam attribuiſſe alteri PETRO ejus nominis ſecundo, viro catholico, & venerabili, clara ejus ævi monumenta oſtendunt; ab anno namque 1064. uſque ad 1068. quibus Petrus alius longe diverſus a Simoniaco reperitur Epiſcopus Florentinus, quem virum pietate clarum, & venerabilem vocat ipſe idem Simoniaci ejector Alexander Papa ſuis Epiſtolis ad illum datis anno 1067. quas modo ſubjiciemus. Petrus enim, quem ad diſtinctionem Simoniaci, catholicum placuit appellare, ille eſt, qui die 15. Januarii 1064. Petro cœnobii Florentini Abbati, Eccleſiam S. Proculi cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, ſub annuo cenſu duodecim denariorum argenti, in feſto S. Joannis Epiſco-

(1) Depoſitionem Petri Simoniaci in annum 1067. rejicit Mabillo in Annal. Benedict. tom. 5. pag. 2. eo enim anno cenſet factum à Petro igneo miraculum tranſeundi ſine læſione per ignem ex Codice Bibliothecæ S. Remigii Remenſis, in quo Epiſtola habetur ſub hac inſcriptione: *Incipit textus miraculi, quod Dominus ad deſtructionem Simoniacæ hæreſis operari dignatus eſt in Epiſcopatu Florentino anno ab Incarnatione ſua milleſimo LXVII. menſe Februario feria IV. prioris hebdomadæ in Quadrageſima.* Conſentit Epiſtola Florentinorum, in qua id factum legitur feria IV. primæ hebdomadæ Quadrageſimæ, ſed menſe haud deſignato. Jo. Bapt. Marus menſem Februarium iiſdem habet in notis ad lib. 3. Victoris, ſed fallit in aſſignando ejus menſis die 16. qui nec anno 1063. nec 1067. ſed an. 1065. convenit. Prima quadrageſimæ hebdomada concurrebat cum menſe Februario an. 1067. quo anno Paſcha in octavum Aprilis, non anno 1063. quo in viceſimum ejuſdem menſis incidebat.

cupatui ſolvendorum contulit, ut perhibent ejus monaſterii documenta. Idem memoratur in diplomate, quod confecit idem Petrus Abbas de teſtitutione hoſpitalis S. Nicolai his verbis, quibus ait:

Et pro animabus anteceſſorum meorum Abbatum, ſeu ſucceſſorum illius Abbatia, & pro animabus monachorum, fratrum vivorum, & mortuorum, & cuſtodis illius hoſpitalis: nec non pro anima Hugonis marchionis, ſuaque genitricis Vuilla, hujuſque monaſterii adificatricis. Nec non pro ſalute Gotefridi excellentiſſimi Ducis, qui etiam pro anima ſua dilectiſſima conjugis Beatricis; atque pro ſalute Petri Florentini venerabilis Epiſcopi, a quo quandam decimationem, quam eidem hoſpitali contulimus gratia hujus hoſpitalitatis acquiſivimus. Atque pro remuneratione Tranſmundi Feſſolani Epiſcopi, & Leonis Piſtorienſis Epiſcopi. &c.

Aono 1067. hic venerabilis Petrus, ſub pietatis affectu, cum populus Flotentinus Baſilicam S. Petti majoris inſtauraſſet, exornaſſetque, ibidem inſigne virginum cœnobium exttuxiſſetque, Petrus favit illius piis conatibus, omniaque iodulta, donationeſque Eccleſiæ illi factas confirmavit, prolixaque humanitate, ac liberalitare moniales illas, quæ ex regula D. Benedicti vitam inſtituerant, protegendas ſuſcepit; ut ex hoc fideli ttanſumpto perſpici poteſt, cujus originale in canonicæ Atchivio conſervatur cum reliquis ſupra memoratis monumentis.

In nomine ſancta, & individua Trinitatis.

Petrus Florentinus Epiſcopus. Orthodoxa fidei proprium eſt ſacra religionis ſtudiis indeſinenter incumbere, & ſacra loca divinis cultibus mancipata fovendo juvare; cujus quidem operis inſtantia licet omnibus cultoribus Chriſti debita veneratione ritè conveniat, maxime tamen illis competit, quibus pro ſalute animarum alicujus Eccleſia cura traditur, ſive Epiſcopus. Neque enim ſufficit Chriſti ſacerdotibus ſolum pradicationi inſiſtere, niſi etiam ſtudeant de manu fructificare, hoc eſt, eleemoſynam facere, cateraque bona pro viribus explere. Et quia mihi immerito divina miſericordia Florentini Epiſcopatus regimen largiri dignata eſt, aſſiduis precibus flagito, quatenus omnipotentis juvamine injunctum mihi officium ſic peragam, ut in die tremendi examinis pro talento mihi credito a Domino audire merear: Euge ſerve bone, & fidelis &c. Ergo quia tempus eſt, ut ea, qua propoſui, ſolvam. Eſt quadam Eccleſia in honorem S. Petri non longe a Florentina urbe poſita, Florentinorum ſumptibus decorata, facit innovata, quam in pulchriorem morum elegantiam redegi, deſiderans ancillarum Dei ibidem ex canonicorum noſtrorum conſilio, nec non religioſorum multorum in perpetuum ordini profecturum, cum omnibus terris, & rebus ſibi pertinentibus. Cujus bona intentionis novitatem, quia noſtra ſubjectura eſt ordinationis, diſpoſui opem ferre pro tempore, & pradictum venerabilem locum noſtra munificentia juvare, quatenus ancillarum Dei per acceſſum futuri temporis in Dei laudibus concreſcat numerus, atque animarum ibi exuberent lucra, & diabolo fiant maxima detrimenta. Devota itaque mente ad ſalvationem ancillarum Dei animum intendi, & portum ſalutis, ne naufragium incurrant, praparari curavi, meique omnem Epiſcopatus populum, quorum cura mihi, quamlibet indigno commiſſa eſt, devotiſſime invitans, in hoc unanimes eſſe volo, conteſtor, & rogo. Sed quoniam donationis noſtra exiguitas ad victum ancillarum Dei ibidem Deo ſervientium minime ſufficiebat, contigit divina miſeratione, ut quedam potens, ac nobilis matrona Giſla nomine, dudum pro amore hujus ſancta ordinationis ferens multa de pradiis ſuis pradicto venerabili loco concedens offerret, in quo omnipotenti Domino quatuor filias ſuas ſanctimoniales in perpetuum obtulit ſervituras. Cujus quidem ſancta devotioni ſponte annuens, univerſa qua dedit ad victum ancillarum Dei inibi Deo ſervientium in praſentia D. Gottifredi ducis, & marchionis noſtri, & Gregorii Veſcella Epiſcopi, & cancellarii regis, atque omnium clericorum, & laicorum Florentina civitatis confirmavi, & roboravi. Similique modo confirmo, qua favente Domino in futuro tempore ſunt daturus, nec non quacumque de novo uſui ſervarum, ſive ancillarum Dei contulit, ſive collatura eſt tempore ſequenti. Hoc denique noſtra ordinationis decretum divina protectione munitum firmamus, & ſub Dei tuitione reponimus, ut nullius ſacrilegi temeraria manus hoc tam ſanctum opus impunè violare praſumat, ſed quicumque violaverit, & non cito emendaverit, anathematis gladio feriatur: & neque mihi, neque alicui meorum ſucceſſorum aditus pateat hujus cœnobii propoſitum infringere, aut violare, vel in alium uſum ſimulata ſanctitate, vel ſub obtentu religionis tranſmutare, ſed quicumque hoc fecerit, anathematis vinculo innodatus, futura vita careat &c. & hoc ſeculo cum lamentis cacitate mulctetur. Inſuper centum libras auri optimi regia poteſtati, qua pro tempore fuerit, & praſato venerabili loco ſe compoſiturum agnoſcat. Quicumque autem ſolamen huic ſancto exhibuerit operi, in cœleſti regno beatiſſima Maria ſemper Virginis, & beati Petri Principis Apoſtolorum, & ſancta Agnetis virginis, & omnium ſimul ſanctorum mereatur contubernio perfrui. Actum Florentia feliciter.

Ego Petrus ſancta Florentina ſedis humilis Epiſcopus hujus noſtri decreti paginam propria manus ſubſcriptione confirmans roboravi.

Ego Tranſmundus Epiſcopus Feſulanus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Bernardus Archidiaconus conſenſi, & ſubſc.

Ego Theubaldus cantor conſenſi, & ſubſc.

Ego Gerardus Canonicus conſenſi, & ſubſc.

Ego Joannes ſancta Florentina Eccleſia Canonicus conſenſi, & ſubſc.

Ego Petrus Canonicus, & Subdiaconus ſancta Florentina Eccleſia conſenſi, & ſubſc.

Ego Rodolphus Canonicus conſenſi, & ſubſc. &c.

Paulo poſt hanc confirmationem, anno 1067. ab Alexandro II. Pontifice impetravit, ut etiam beneficio Apoſtolicæ ſedis haberetur pro rata, a quo hanc ſubjectam epiſtolam ea de re gratioſam accepit; ex eodem tabulario.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Chariſſimo fratri Petro Florentino Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Pia poſtulatio voluntatis affectu debet proſequente compleri, quatenus & devotius, & ſincerius laudabiliter innoteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Et quia fraternitas tua inſinuavit ſancta Apoſtolica Sedi, ſe ad communem ſanctimonialium uſum in Eccleſia S. Petri ſita in ſuburbio Florentina civitatis monaſterium conſtituiſſe, & pradiorum tam a te, quam etiam a quadam religioſa fœmina nomine Giſla nonnulla beneficia eidem Eccleſia collata eſſe, non ſolum devotionis tua ſtudium laudamus, ſed ordinationis tua conſtitutionem, quam interim per donationis paginam eidem Eccleſia feciſti, auctoritate Apoſtolica privilegio confirmamus, atque in perpetuum ratum, firmumque fore corroboramus, etiam praſata Eccleſia tum ea, qua nunc juſte tenet, quaque a pranominata matrona collata ſunt, quam qua ab eadem, ſeu cateris in futurum juſte conferenda ſunt fidelibus. Sub divini igitur Judicii obteſtatione ſtatuimus, ut neque Rex, neque dux, marchio, comes, vicecomes, ſed neque Epiſcopus, aut aliqua praditus dignitate, poſtremo nulla magna, parvaq; perſona ſub cujuslibet cauſa, & occaſionis ſpecie hujus noſtra Apoſtolica ſanctionis decretum infringere, ſeu ea, qua jam juſte collata ſunt, quaque in futurum ſunt juſtè conferenda, aliquo modo, ac ſtudio minuere, vel auferre praſumat. Quod ſi aliquis temerario auſo hanc confirmationis noſtra paginam violare praſumpſerit, & admonitus a te, ſeu a ſucceſſoribus tuis emendare contempſerit, auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſciat ſe excommunicatum, & pœna centum librarum auri mulctandum: at vero qui obſervator extiterit, repleatur abundantia Apoſtolica benedictionis. Datum Laterani xj. Kal. Junii. per manum Petri S.R.E. Subdiaconi, & Bibliothecarii anno ſexto Pontificatus D. Alexandri Papa ſecundi, ab incarnatione vero Domini MLXVII. indict. V.

Idem Petrus Epiſcopus reperitur ſubſcriptus in quodam judicio Lucæ habito a Beatrice comitiſſa ad

favo-

favorem Brochardi Lucenſis Archidiaconi an. 1068. die 8. Idus Julii. Poſt hæc nulla alia de Petro hoc venerabili Epiſcopo mentio habetur: oportuit illum ex hac mortali vita obiiſſe poſt annum 1068. de quo etiam apud noſtrates nulla memoria exiſtit, immo fere omnes, poſt Simoniacum referunt Rodulphum quemdam Tudertinum Epiſcopum, Alexandri II. Pontificis juſſu, Epiſcopatus Florentini rem adminiſtrandam ſuſcepiſſe, & ad annum uſque 1071. ſatis perbelle inſtituiſſe. Quomodo autem fieri potuerit, ut Rodulphus Epiſcopatum adminiſtraverit, dum in eo Petrus re, & nomine Venerabilis pacificè præſideret? Quomodo etiam potuerit Simoniacus ille ſtupendo ignis miraculo reus, & ex Concilii ſententia ab Alexandro tamquam ſimoniacus, & invaſor Florentinæ Eccleſiæ, juxta ſanctiones canonicas perpetuo depoſitus, ſtatim ad ipſam dignitatem ab eodem Pontifice revocari, venerabilis, cultorque pietatis acclamari, judicent periti. Ego vero Petrum ſecundum merito catholicum, ſimoniaco Petro ſucceſſiſſe exiſtimo anno 1063. juxta meliorem ſupputationem; poſt hunc circa annum 1069. Rodulphum Tudertinum Epiſcopum eam Eccleſiam adminiſtraſſe uſque ad an. 1071. quo Raynerius, Petri Venerabilis ſucceſſor, Epiſcopus renunciatus eſt. Viderit ergo Lector, cui de his fidem magis accommodare placeat. Cæterum factum eſt ex amanuenſis noſtri vitio, ut Rodulphi Epiſcopi Tudertini, de quo modo egimus, altum ſilentium tenuerit noſtra Tudertinorum Præſulum ſeries in 1. tomo noſtræ hujus ſacræ hiſtoriæ concinnata. Claruit is ſub Nicolao, & Alexandro II. Pontif. ad eam ſedem evectus ex canonico Florentino, teſte Andrea Januenſi, quem ſanctum vocat. Ejus etiam meminit Atho Piſtorienſis Epiſcopus in vita S. Joannis Gualberti cap. 67. *Rodulphum*, ait, *Epiſcopum Papa poſtea Mediolanum miſit cum viris eruditis, ut, cunctis catholicis id omnino petentibus, Epiſcopali officio ſubveniret, ad conſolanda corda fidelium diu catholico Paſtore deſtituto*. Defunctus videtur Rodulphus circa ann. 1073. cui ſucceſſit Gotefridus in Tudertina ſede.

XXVIII. 27. RAYNERIUS civis Florentinus ſublectus eſt anno 1071. vir utique doctiſſimus, multæque exiſtimationis, ſed quem peculiares aliquando opiniones tranſverſum agerent. Siquidem Raynerius in illis fuit, qui credebant mundum brevi deſiturum, jamque Antichriſtum fuiſſe natum, quod prodigiis, belliſque, atque ſcelerum magnitudine colligebat, quibus tunc orbis univerſus laborare videbatur. Qua ipſe doctrina non modo populum Florentinum deterruit, ſed ſcriptis etiam literis per alias civitates ſpargendam curavit. Quamobrem temeritatis reprehenſus eſt a Paſchali II. ſub quo vult Borghinus Florentiæ celebratum fuiſſe generale Concilium anno 1104. Genebrardus vero, & Coriolanus in Brev. chronolog. ex Sabell. anno 1105. Præſide Paſchali, una cum 340. Epiſcopis contra illius loci Epiſcopum, quem male Fluentium vocant. Ad hunc Epiſcopum literas dedit Gregorius VII. lib. 1. epiſt. 5. ut nubens conſanguineo mulier amittat in pœnam inſtrumenta dotalia. Prima memoria, quæ hujus Epiſcopi extet, reperitur anno 1073. cum ipſe per diploma ratas haberet omnes donationes prædeceſſorum ſuorum factas eccleſiæ S. Petri majoris, quas ipſe ex ſua largitate adauxit, ut ex ſubjecta ſcriptura eruta ex originali perſpicitur.

Anno ab Incarnatione Domini ſeptuageſimo tertio poſt mille, quinto Kal. Decembris, indictione XI.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Raynerius nutu Dei Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus. Orthodoxæ fidei proprium eſt ſacræ religionis ſtudiis indeſinenter incumbere, & ſacra loca divinis cultibus mancipata fovendo juvare. Cujus quidem operis inſtantia, licet omnibus cultoribus Chriſti debita veneratione ritè conveniat, maximè tamen illis competit, quibus pro ſalute animarum alicujus eccleſiæ cura traditur, ſive Epiſcopus. Neque enim ſatis eſt Chriſti ſacerdotibus tantùm prædicationi inſiſtere, niſi etiam ſtudeant de manu fructificare, hoc eſt eleemoſynam facere, cæteraque bona pro viribus explere.

A *Et quia mihi immerito divina miſericordia Florentini epiſcopatus regimen largiri dignata eſt, aſſiduis flagito precibus, quatenus omnipotentis juvamine injunctum mihi officium ſic peragam, ut in die tremendi examinis pro talento mihi tradito audire merear: Euge ſerve bone, & fidelis, &c. Ergo quia tempus eſt, ut ea, quæ propoſui, ſolvam. Eſt quædam eccleſia S. Joannis Baptiſtæ Cardinalis in honorem ſanctiſſimi Petri a Florentina urbe poſita ad orientalem portam Florentinorum ſumptibus decorata, facie innovata. quam in pulchriorem morum elegantiam fructificare deſiderans, ancillarum Dei uſibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate, atque canonicorum noſtrorum conſilio, necnon religioſorum virorum in perpetuum profutura, cum omnibus terris, & rebus jurè ſibi pertinentibus. Tum etiam concedimus huic venerabili loco quicquid Rodulphus bonæ memoriæ genitor illius, cujus paulo inferius devotionem explicare curabimus, ab anteceſſoribus juſtè habuit, quod iſta non detinet, videlicet in Canaparia, & in Valia, & in Capitein, ſeu in horum locorum appendiciis: concedimus ei etiam eccleſiam B. Mariæ Ferlauſæ, quæ*
B *ita dicta eſt, & eccleſiam B. Petri in Horlagio, & eccleſiam S. Benigni, & eccleſiam S. Felicis prope flumen. . . . . cum omnibus rebus, & caſis ad ſupradictas eccleſias, & curtes pertinentibus, cujus denique limitationes, quia noſtra ſubſecuta eſt ordinatio, novitatem diſpoſitionis opem ferre pro tempore, & prædictum venerabilem locum noſtra munificentia juvare, quatenus ancillarum Dei per acceſſum futuri temporis, in Dei laudibus concreſcat numerus, atque animarum ibi exuberent lucra. Devota itaque mente ad ſalvationem ancillarum Dei animum intendi, & portum ſalutis, ne naufragium incurrant, præparari curavi, mecumque omnem Florentini epiſcopatus clerum in ſynodalem conventum recedentem, quorum cura mihi licet indigno commiſſa eſt, devotiſſimè convocatas in hoc unanimes eſſe volo, conteſtor, & rogo. Sed quoniam ordinationis noſtræ exiguitas ad victum ancillarum Dei ibidem Deo ſervientium minimè ſufficere creditur, contigit, ut quædam potens, & nobiliſſima matrona. Giſla nomine, divina inſpiratione dudum in amore hujus ſanctæ ordinationis fervens nonnulla de prædiis. videlicet me-*
C *dietatem curtis Florentinæ ſibi pertinentis, excepto in commutatione dato, & ea portione, quæ Curidaria nuncupatur, ſui quælibet de deditione mancipato. Caſtellum quoque Perticariæ cum curtis, & eccleſiis, & omnium medietate, quæ Pagano filio Joannis jure pertinent. Caſtrum etiam Aquariæ cum curtis, & eccleſiis, & turri, & medietatem omnium, quæ prædicto Pagano pertinent. Similiter caſtrum, quod vulgo Caput de Corſa nuncupatur, excepto quod datum eſt ab eo abbatiæ S. Mariæ Florentinæ, & monaſterium S. Felicitatis, & curtem, & eccleſias, & quicquid ibidem hactenus tenuit, & habuit, & quicquid habet, & tenet in curte montis Ronzoli: medietatem curtis ſimiliter Pergariæ mihi pertinentem, & quicquid in Columbaria de Vetia Carza; excepto dato Canonicæ Florentinæ, & quicquid habet in monte Morello, & quicquid prædii in caſtro Terni prædicto venerabili loco concedens offert. In quo omnipotenti Deo tres filias ſuas ſanctimoniales in perpetuum obtulit ſervituras. Cujus quidem ſanctæ devotioni ſponte annuens, univerſa, quæ eccleſiæ, vel teſtamento, vel cambio, vel juſta qualibet rogatione data,*
D *vel danda ſint, confirmo, laudo, & corroboro, probante, & corroborante conſynodali conventu totius epiſcopatus, coram ſancto altari S. Reparatæ virginis, undique eo adunata. Hoc denique apoſtolicæ juſſionis, noſtræque ordinationis decretum divina protectione munitum, mandamus, firmamus, eidemque ſupponimus, ut nullius ſacrilegi temeraria manus violare præſumat. Sed ſi forte (quod abſit) aliquis diabolica febre, hypocriſi, vel qualibet ſimulata ſanctitate tentare, & violare præſumpſerit, & non infra quinquageſimum, vel ſexageſimum diem emendaverit, vel emendare ſtuduerit, omnis anathematis a ſancto Moyſe, ſive a ſanctis Patribus conſtituti vinculo feriatur. Inſuper centum auri libras regiæ poteſtati, quæ pro tempore fuerit, & præfato venerabili loco, tamen in omnibus ſalvo ſemper honore Florentini Epiſcopi, ſolvere cogatur. & ab Eccleſia Dei ſequeſtratus, mundum circuire non ceſſet, nuſquam præterea ei locus pateat, niſi cum Datan, & Abiron, & Juda ad futurum Dei judicium, ubi fletus erit, & ſtridor dentium. Hoc etiam ratum, ſtabileque firmamus, & de*

eadem congregatione monaſterii Abbatiſſa a ſororibus eligatur, Antiſtiti tamen dignitate prælata, quandiu inter eas tali digna officio omnibus placens inveniri poterit. Quicumque autem huic ſancto, & venerabili loco ſervientibus operam exhibere ſtuduerit, illorum contubernio mereatur præfici, quibus in futuro examine omnipotens Dominus dicturus eſt: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi, &c.

Actum Florentiæ feliciter.

† Ego Joannes Tuſculanenſis indignus Epiſcopus, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ Cardinalis rogatu Florentini Epiſcopi ſubſcripſi.

† Ego Raynerius S. Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus indignus, hujus noſtri decreti paginam propriæ manus ſubſcriptione confirmans roboravi.

† Ego Gotifredus Peruſinus Epiſcopus hoc decretum laudans ſubſcripſi.

† Ego Bernardus indignus Archidiaconus conſenſi, & ſubſcripſi.

† Ego Petrus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ canonicus, & levita indignus huic ordinationi voluntariè conſenſi, & ſubſcripſi.

† Ego Razo a S. Florentinæ Eccleſiæ archipresbyter ſubſcripſi.

† Ego Martinus presbyter, & præpoſitus conſenſi, & ſubſcripſi.

† Ego Joannes levita, & canonicus interſui, & ſubſcripſi.

† Ego Paulus ſubdiaconus, & canonicus interſui & ſubſcripſi.

† Ego Guido clericus, & canonicus interſui, & ſubſcripſi.

† Ego Dodo presb. conſenſi, & ſubſcripſi.

† Ego Presb. Gratianus conſenſi, & ſubſcripſi.

† Ego Theobaldus cantor conſenſi, & ſubſcripſi.

† Ego Petrus presb. & canonicus interſui, & ſubſcripſi.

a Azzo.

Eodem anno 1073. die 12. Julii initio Raynerii pontificatus in Paſſiniano vetuſto cœnobio agri Florentini olim a S. Zenobio Epiſcopo b ædificato, vita functus eſt S. Joannes Gualbertus, caput, atque fundator ordinis Vallisumbroſæ, non modo in Hetruria, ſed per totam Italiam celebris, unde tot illuſtres homines tum pietate, tum doctrina extitere, qui monaſticum ordinem, cum pene collaberetur, erexerunt, adauxeruntque. Sancti Gualberti vitam prolixè, & erudite nuper in lucem emiſit doctus Diegus de Franchis ejus ordinis Abbas, ut alibi diximus.

b Feſulano. Vide infra in Feſulanis.

Anno 1076. cum Florentiæ Gregorius VII. verſaretur, Raynerii epiſcopi precibus impulſus, omnes donationes a Gerardo Epiſcopo, qui ſub Nicolai II. nomine ſummi Pontificis infulas geſſit, Præpoſito, ac canonicis ſacrarum S. Joannis ædium factas, tum ab aliis præſulibus, piiſque hominibus editas, prædeceſſorum Pontificum confirmationes corroboravit. Pulcherrimum diploma eſt, atque ut æternitate donetur digniſſimum, cujus exemplar ex capitulari tabulario deſumptum eſt, quod mihi cum pluribus aliis reconditis monumentis Franciſcus Maria Gualterottus canonicus metropolitanæ baſilicæ, vir nobilis, & in omnibus politioribus literis verſatiſſimus, communicavit, qui ſua ſingulari urbanitate, dum inter vivos eſſet, me ſibi conjunctiſſimi amoris vinculo adſtrinxit. Diplomatis tenor eſt hujuſmodi.

GREGORIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei Martino S. Florentinæ Eccleſiæ præpoſito, aliiſque confratribus canonicis, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Si juſtis ſervorum Dei petitionibus ſatisfecerimus, proculdubio apoſtolica præcepta ſervamus. Quapropter interveniente confratre noſtro Raynerio epiſcopo veſtro, confirmamus, atque corroboramus tibi, tuiſque ſucceſſoribus, quicquid in pagina conceſſionis, & confirmationis, quam veſter fecit vobis Gerardus, tunc Epiſcopus, poſtea Romanæ ſedis Pontifex, reſcriptum eſſe conſtat, vel veſtræ canonicæ. Quam ſcilicet canonicam tuendam, & defendendam per eamdem paginam ipſe veſter Epiſcopus ſanctiſſimi prædeceſſoris mei Leonis Papæ, ſuorumque ſucceſſorum auctoritati tuendam, & defendendam commiſit, atque ſuppoſuit, ut quieti, & ſecuri ab omni læſione permanere valeatis. Deſiderio itaque, ac petitione tua, ut diximus, inclinati, & præpoſitum, atque ſucceſſores canonicam vitam ducturos ſub noſtræ apoſtolicæ defenſionis munimine ſuſcipimus. Et bona omnia, quæ veſtra & habet, & habitura eſt, & ſibi pertinent Canonica, videlicet curtes, terras, & juxta Florentinam urbem pratum regis, campum regis totum cum manſis, & territoriis omnibus, quæ in Florentina curte habes, & retinet, vel ſibi pertinent prædicta veſtra canonica, curtem S Andreæ cum omnibus ſibi pertinentibus, curtem de Quinto, curtem de Ciatoria, cum omnibus ſuis pertinentiis, & illam partem, quam Petrus Primicerius contra canonica inſtituta uſurpare viſus eſt, plebem de Exinea cum curte, & manſis, & omnibus territoriis, & decimationibus, quæcumque ad eamdem plebem, vel curtem pertinere videntur. Inſuper totum, quod Theuzo filius Lepizi pro ſalute animæ ſuæ in eccleſia S Ioannis contulit, vel in eadem canonica; terram S Proculi in prædicta plebe, curtem de lacu, quæ eſt infra plebem S. Petri ſitam Valtam, cum omnibus adjacentiis, & pertinentiis ſuis, campum nihilominus Randi; ſimiliter eccleſiam S. Petri, quæ dicitur Cantuari cum ſuis pertinentiis: quam Gerardus venerabilis Epiſcopus Florentinæ Eccleſiæ prælibatæ contulit canonicæ. Necnon ubicumquè aliquid habere, vel tenere, aut ſibi pertinere videtur, ipſa veſtra Canonica: & quicquid Gerardus archipresbyter pro beneficio, & ipſa Florentina Eccleſia tenuit, tam in decimationibus, quam quæ in manſis, & in prædiis, necnon & quæcumque Stephanus Abbas ex beneficio tenuit. Similiter & quæcumque Primicerii beneficia fuere; atque plebem S Hippolyti ſitam Elſæ: itemque campum, & hortam, qui eſt juxta eccleſiam S Reparatæ, ſeu etiam curtes, & eccleſias, atque caſtellum in territorio plebium S Joannis majoris, & S Laurentii, & S. Caſſiani a finibus ugi Alpium Mucellenſium uſque in fluvium Scvæ, quæ Hieremias filius Iildeprandi pro ſua, filiique ſui anima per chartulam offerſionis prælibatæ contulit canonicæ, curtes, & caſas, ſortes, & donnicata, & eccleſiam S. Martini cum omnibus ſibi pertinentibus rebus in villa de Bagnolo, quæ ſcitur eſſe infra plebem S. Mariæ de Piatta, quæ dedere homines de Rufina in prædicta canonica. Eccleſiam S. Ambroſii cum ſuis pertinentiis, eccleſiam S. Mariæ novellæ cum rebus ſuis, caſtrum de Scharaboni, manſum unum in Conciano, & quicquid in prædictam canonicam dedit Imelda in civitate Feſulana intus, & extra curtem de Petramala cum omnibus ſibi pertinentibus rebus, & terram, quæ dedit Theiberga uxor Rodulphi, & præterea, ſicut ſupra diximus, quæcumque veſtra canonica juſtè nunc habet, aut in poſterum, Domino annuente, habere contigerit in quibuslibet rebus mobilibus, vel immobilibus, ſive ab ejuſdem civitatis Epiſcopo datis, ſive ab aliis hominibus publicis, vel privatis tibi, tuiſque ſucceſſoribus confirmamus, & ſtabilimus in perpetuum. Hæc igitur omnia, quæ hujus præcepti decretique noſtri pagina contiaet, tam tibi, quam cunctis, qui in eo, quo es ordine, locoque ſucceſſeriat, vel eis, quorum intereſſe potuerit, apoſtolica auctoritate in perpetuum ſervanda decernimus. Siquis vero Regum, ſacerdotum, clericorum, judicum, ac ſecularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam temerario auſu venire tentaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et niſi ea, quæ ab illo ſunt male ablata, reſtituerit, vel digna pœnitentia illicite acta defleverit, a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant: & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Signum Gregorii Papæ Septimi; miſerationes tuæ Domine, ſuper omnia opera ejus.

Datum Florentiæ v. Kal Ianuarii per manus Petri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteri Cardinalis, ac Bibliothecarii anno iv pontificatus domini Gregorii vii. Papæ. Anno videlicet Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo ſexto, indict. xiv.

Anno

Anno 1077. Raynerii noſtri præſtantiſſimi Præſulis temporibus in canonicos D. Joannis, cum Rozo illius eccleſiæ Archipresbyteratum gereret, ea donatio Gerardi comitis Ildeprandi filii derivata eſt, qua oppidi Campiani pars cum juribus omnibus annexis transfuſa eſt. Donationis ſententia hæc eſt, è capitulari tabulario deprompta.

In nomine Domini Dei æterni; anno ab Incarnatione ejus ſeptuageſimo ſeptimo poſt mille prid. Kal. Mar. ind. prima Chriſtu auctore.

Ego quidem Gerardus comes, filius bona memoria Ildeprandi, qui fuit comes, pro Dei timore, & remedio anima mea per hanc chartulam offerſionis a præſenti die de, trado, & offeru, atque confirmo in canonica regulari, de eccleſia, & domo ſancti Joannis ſita infra Florentinam civitatem, ubi nunc Rozo præpoſitus praeſſe videtur. Item integram tertiam portionem de integro caſtello, & monte caſis, terris, quod vocatur ipſum caſtellum Campiano: cum integra tertia portione de terris, que domnicata, ſunt infra curtem de ipſo caſtello: atque cum integra tertia parte de terra, & eccleſiis in jam dicta curte poſita, atque de integris undecim partibus integram tertiam portionem, ſive quantum plus mihi exinde pertinet, de integris ſortibus, & manſis, & terris, & ſilvis, & rebus aliis, qua ad jam dictam curtem, & caſtellum ſunt pertinentes, cum omni jure, & adjacentiis, & pertinentiis earum: atque cum maſſaritiis, & univerſis rebus: & ſunt prædictum caſtellum, & jam dicta res infra plebem ſancti Joannis ſitam Petruſo, videlicet per alias plebes. Ideo prænominatum caſtellum, & prædicta terra, & res, una cum omnibus ſuis ædificiis ſupra ſe, & infra ſe habentes, ubicumque per loca, & vocabula de prænominatis terris, vineis, ſortibus, domnicatis, & rebus ſunt pertinentes. Atque do, trado, & offero in ſupradicta canonica omnes ſervos, & ancillas meas intra prædictam curtem, & caſtellum habitantes, omnia in integrum, ſicut ſupra legitur. In ſupradicta canonica do, trado, & offero prædictas res, & perſonas, atque confirmo, ut omni tempore jam dictum caſtellum, & ſupradicta res, & terra, & perſona in proprietate jam dicta canonica permaneant, & faciant pars prædicta canonica de prædictis rebus, & perſonis a præſenti die proprietario nomine quicquid placuit abſque mea, qui ſum Gerardus comes, meorumque hæredum contradictione. Et qualiter fieri non credo, ſi forſitan ego, qui ſupra Gerardus comes, vel mei hæredes, aut ſubmiſſa perſona, quam nos miſerimus, id eſt, quicumque quolibet noſtro juſſu veniat per quodlibet ingenium, cui nos eas dediſſemus, aut dederimus, qui a prædicta canonica, ſuiſque rectoribus in aliquo exinde contendere, aut retollere, vel minuere, aut intentionare præſumpſerimus, aut ſi eos nos ad partem ſupradicta canonica ab omni homine, & fœmina defendere non potuerimus, & non defenſaverimus, tunc dupliciata canta, & tales jam dictæ res, quales tunc ipſa fuerint, ipſa terra ſub exiſtimatione, in conſimilibus locis, una cum omnibus eorum ædificiis . . . propriis rebus: & ipſa perſona una cum filiis, & filiabus ſi habuerimus, de noſtris ſervis, & ancillis proprietario jure ad partem ſupradicta canonica reſtituere, & perſolvere debeamus. Et ſi opportunum fuerit ad partem ſupradicta canonica, licentiam, & poteſtatem habeant una cum iſta carſula; rectores ejuſdem canonica cauſam exinde agendum, finem ponendum, reſponſum recte dandum, & uſque ad veram legem perducendum, quam melius potuerint: ſicut ego facere debui.

Actum Florentia prædicta.

Signum ſupradicti Gerardi comitis, qui hanc chartulam, ſicut ſupra legitur, fieri rogavit.

Petrus judex ſacri palatii pro amore, & timere Dei omnipotentis, manu mea libenter ſubſcripſi.

Ego Florentius judex ſacri palatii interfui, ac ſubſcripſi.

Ego Gerardus notarius rogatus teſtis.

Manus Rolandi filii bon. mem. Florentii filii Joannis.

Ego Joannes notarius ſcriptor poſt tradita complevi.

Prædictus Gerardus comes diſpoſuit, & ordinavit, ut chartula iſta ex tenore permaneat, ut ſi ipſe Gerardus comes moreretur abſque filiis legitimis maſculis, tunc prædictum caſtellum, & curtem, & res, & perſonas habeat prædicta canonica jure proprietatis, abſque ulla occaſione: & ſi iam dictus Gerardus habuerit filios legitimos maſculinos, & ipſi moriantur abſque filiis legitimis maſculinis, tunc prænominata res veniant in proprietatem ſupradicta canonica ſine aliqua calumnia.

* Hoc eodem anno 1077. firmatum fuit, ac ſtabilitum ab Humberto Epiſcopo Card. Prænestino, aliiſque S. R. E. Cardinalibus, quid futuris temporibus obſervandum foret Epiſcopatum Florentinum inter & Abbatem S. Miniati de Monte in diſtributione Litaniarum Plebium Florentini Epiſcopatus. Definitionis chartula membranacea originalis extat apud me his verbis conſcripta, ubi inter cæteros memoratur Damianus Cardinalis, cujus non meminit Ciaconius, neque alii; qui de Cardinalibus ſcripſerunt. Porro membrana ita proloquitur.

* Ex App. tom. 7.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Anno milleſimo ſeptuageſimo ſeptimo ab Incarnatione Domini, quinto Kalendas Septembris, temporibus Domini noſtri Gregorii Papa, Indictione quinta decima.

Quodam tempore pactio quadam fuerat inter Ubertum Abbatem ſancti Miniati, & Rollandum Præpoſitum ſancta Florentina Eccleſia cum conſenſu univerſorum confratrum ejuſdem Eccleſia de oblationibus litaniarum univerſarum plebium ejuſdem Epiſcopatus, ut pro medietate omnes divideret; ſed cum in hac perſiſterent pactione, accidit, ut & Canonicorum pariter appoſita fide diſcordia ita ut univerſas oblationes occupare, & per eum retinere. Qua de cauſa cum per plures vices ab eodem Abbate requiſiti forent, ut ab ipſorum propoſito non diſcederent, & ipſi minimè in pactione conſtituta perſiſterent, factum eſt, ut Petrus Monachus, qui voluntate, & facto iam dicti Uberti ordinatus fuerat Abbas in prædicto monaſterio, Domino noſtro Gregorio Papa, circumſtantibus Epiſcopis, & Judicibus de præfata virtute proclamare, hoc factum eſt juxta monaſterium ſancti Michaelis præſente Uberto Præneſtino Epiſcopo, & Domino Conone Cardinali S.R.E. & Damiano item Cardinali, & Raynerio Florentino Epiſcopo, & Martino Præpoſito Florentina Eccleſia, & Petro Canonico ejuſdem Eccleſia, Aiderico, & Vinizone Judicibus, Ungaro, & Johanne cauſidicis, aliiſque pluribus clericis, & monachis, & laicis, in prædictorum, & aliorum præſentia jam dicta altercatio vicibus pluribus ventilata, & diligenti examinatione quæſita definitum eſt inter eos Domino Papa jubente, Epiſcopis, & Judicibus laudantibus, ut in prædicta pactione conſiſterent, ita ut per medietatem dicta oblationes in poſterum dividerent. Quo facto, prædict. Raynerius ſancta Florentina Eccleſia Epiſcopus juſſione, & exhortatione Domini Papa utramque partem Abbatem videlicet Petrum prædicti monaſterii, & Martinum Præpoſitum jam dicta Eccleſia de præd. oblationibus inveſtivit, ut æqua in poſterum portione dividerent; ſalvo tamen ſuo jure & juſtitia. Eadem denique hora Domnus Gregorius Papa juſſionem dedit, ut ſi qua pars illorum è pactione prædicta, & propoſito diſcederet, & omnem in dividendo non obſervaret alteri parti in eadem fide manenti, tres auri libras nomine pœnæ deberet, prædicta pactione, & finitione in ſuo robore permanente.

Ego Annamellus Notarius Romanis partibus per juſſionem Domini Papa, & Epiſcoporum, & Judicum laudationem hanc ut ſupra inſpecturus ſubſc.

Ego Hubertus S. R. E. de cardine Præneſtinus licet peccator Epiſcopus conſcripſi.

Ego Ardericus Judex interfui, & ſubſc.

Ninizo Judex regius interfui, & ſubſc.

Ego Johannes Cauſidicus interfui, & ſubſc.

Ego Ungarus Cauſidicus his geſtis interfui, & ſubſc.

Anno ſequenti 1078. Azoni Septimiano Abbati, Gregorius VII. privilegium dedit Raynerii epiſcopi intuitu, quod affero è tabulario ejuſdem monaſterii.

GREGORIUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei. Dilecto in Chriſto filio Azoni Abbati S. Salvatoris conſtructi in loco, qui dicitur Septimo, ſuiſque ſucceſſoribus ibi regulariter promovendis in perpetuum.

Memores divinæ gratiæ circa nos manifeſte cognovimus, quam benevola conceſſione rectis deſideriis, & juſtis petitionibus condeſcendere debeamus, & ita adminiſtrationem nobis creditæ diſpenſationis ad multorum utilitatem exhibendo dilatare, ſicut deſuper erogate lucro ab eo mercedem accipere cupimus; cujus talentorum gratuita bonitate ſua dona ſuſcipimus. Quapropter dilectiſſime fili ſicut tua, & fratrum tuorum devotio poſtulavit, ſuſcipientes, ſicut & prædeceſſores noſtri, præfatum monaſterium, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, in tutelam, & defenſionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ per hujus noſtri decreti paginam ad corroborandum Deo auctore ſtatum ejus, apoſtolicæ tuitionis privilegium tibi concedimus. Confirmamus omnia, quæ eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio jure jam donata ſunt, vel in futurum Deo miſerante collata fuerint, cujuſcumque modi poſſeſſiones, aut bona ſunt, tam in rebus mobilibus, quam immobilibus, & poſtremo univerſa, quæ nunc legaliter acquiſita poſſidet, & in poſterum Deo opitulante acquirere potuerit. Proinde apoſtolica auctoritate cenſemus, atque ſtatuimus, ut nullus Regum, vel Imperatorum, ducum, marchionum, comitum, caſtaldionum, nullus antiſtitum, vel quacumque dignitate præditus, aut aliqua perſona ſecularis, vel eccleſiaſtica, magna, vel parva audeat præfatum monaſterium a ſui ordinis, ac firmitatis ſtabilitate divellere, aut bona ſibi pertinentia pro ſua rapacitate, vel violentia, aut iniqua dominationis oppreſſione invadere, vel diripere, vel inde auferre, ſive ſuis uſibus impia temeritate applicando, vel aliis quaſipiis de cauſis pro ſua avaritiæ excuſatione concedendo, ſed cuncta, quæ ibi oblata ſunt, vel offerri contigerit, tam a te, quam ab eis, qui in tuo officio, locoque ſucceſſerint, perennis tempore illibata, ac ſine infeſtatione aliqua volumus, ac decernimus poſſideri, eorum quidem uſibus, pro quorum ſuſtentatione, gubernationeque conceſſa ſunt modis omnibus profutura. Item conſtituimus, ut obeunte Abbate, non alius ibi quacunque obreptionis aſtutia ordinetur, niſi quem fratres ejuſdem cœnobii ſecundum timorem Dei elegerint, maxime de eadem congregatione, ſi idoneus inventus fuerit. Quod ſi talis qui huic regimini congruat, inter eos inveniri non poſſit, aliunde ſibi patrem, & magiſtrum expetent; qui non ab alio niſi a Romano Pontifice, ſecundum conſuetudinem priorum Abbatum conſecretur, neque alterius, niſi ejuſdem Romani Pontificis ſubdatur judicio. Conſecrationes autem eccleſiarum, & ordinationes clericorum præfato cœnobio pertinentium, ab Epiſcopo, in cujus diœceſi eſt, accipiant; ita tamen ſi ipſe Epiſcopus canonicè ordinatus, aut a Romana Eccleſia tunc excommunicatus non fuerit, & ordinationem gratis fecerit. Sin autem aliquid horum obſtiterit, Abbas ad qualemcumque catholicum Epiſcopum ei placuerit, cauſa conſecrationis, & ordinationis, tam locorum, quam perſonarum licenter pergat; liceatque Epiſcopo canonice, quod rogatus ab eo fuerit, peragere. Hac igitur omnia, quæ hujus præcepti, decretique noſtri pagina continet, tam tibi, quam cunctis, qui in eo, quo es, ordine, locoque ſucceſſerint, in perpetuum ſervanda decernimus. Si quis vero Regum, Imperatorum, clericorum, judicum, ac ſecularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam cognoſcens contra eam temerario auſu venire tentaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et niſi ea quæ ab illo ſunt male ablata reſtituerit, vel digna pœnitentia illicitè acta defleverit, a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Domini noſtri redemptoris Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant.

A *Datum Laterani iv. idus Januarii per manus Petri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteri Cardinalis, ac bibliothecarii, anno quinto pontificatus D. Gregorii Septimi Papa, ab Incarnatione vero Domini 1078. indictione prima.*

Anno verò 1085. Rozoni archipresbytero, ejuſdemque canonicis donavit plebaniam S. Stephani in Pane, ad liberalitatem hanc invitatus a Canonicorum cathedralis moderatione, qui tunc convivebant: ſcilicet, ut ea acceſſione in communi convictu poſſent perdurare decentius. In cujus donationis gratiam hanc chartam confecit.

Raynerius Dei gratia S. Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus. Dilecto in Chriſto Rozoni archipresbytero, ac Florentinæ canonicæ beatiſſimi Ioannis Baptiſtæ præpoſito, ſuiſque ſucceſſoribus, & confratribus in eadem canonica primitivæ Eccleſiæ vitam ſequentibus donationis decretum in perpetuum.

Paſtoralis officii cura nos admonet omnibus præcipue no-
B *bis commiſſis piam ſollicitudinem impendere, eorumque neceſſitatibus providendo charitatis moderatione ſubvenire, & quia ipſa charitas non quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum quærens, & miniſtrans omnia omnibus, ſe præbet, voluntarios nos ducis prælibatæ canonicæ quiddam, quod nimium neceſſarium perſpeximus, dotis largitione conferre, quatenus fratres ejuſdem canonicæ præſens, & futuri Deo omnipotenti ſedula meditatione legis ejus inceſſanter valeant deſervire. Pro ſalute itaque animæ meæ, meorumque prædeceſſorum, ac ſubſequentium animarum requie terram nomine Cupitium, in qua fuit ſilva, & nunc eſt ſtirpetum, poſita in territorio plebis ſancti Stephani in Pane, quæ ita diſcernitur, ab orientali parte adhæret terra ſibi filiorum Zenonis, & S. Joannis Baptiſtæ, quam detinent filii Paganucci, & filius Petri judicis, & terra nepotum Guinaldi; a meridiana plaga collimitat ſibi terra filiorum Griffi. & Uguli de S. Stephano, eorumque conſortium, & Ruſtici filii Bonatti, eiuſque fratuelitum, & eſt foſſa inter medium; ab occidua parte eſt terra S. Joannis Baptiſtæ, quam detinent filii Martini, & Ildeprandi de arcu, & terra, quæ fuit nepotum Adunaldi, & nepotum*
C *Atbi; ab aquilone adhæret, & ſimiliter terra beatiſſimi Joannis, quæ a vicedominis, & a Guidone filio prædicti Petri judicis tenetur, & eſt in hoc latere Anguloni, ipſam, & omnia, quæ ſuper eam ſunt, tibi Rozoni præpoſito, tuiſque confratribus ad veſtram, veſtrorumque ſucceſſorum communem utilitatem damus, donamus, concedimus, largimur, & in perpetuum habendo, uti per hanc decreti paginam confirmamus, & ſtabilimus, itaut ad communem utilitatem fratrum in eadem canonica conviventium ſemper maneat, & ſi aliquando data, & alienata ab utilitate fratrum fuerit, in noſtram, noſtrorumque ſucceſſorum poteſtatem continuo recurrat. Ut vero hoc, quod ſemel ſtatuimus, per Chriſti miſericordiam inviolabile permaneat ſemper, tam nobis, quam & noſtris ſucceſſoribus poteſtatem auferimus præfatam donationem ipſi canonicæ beatiſſimi Joannis Baptiſtæ tollere, & ſi nos, vel noſtri ſucceſſores, quod abſit, prædictam terram, vel quæ ſuper eam ſunt, vobis, ſive veſtris ſucceſſoribus abſtulerimus, tunc tibi prænominato præpoſito, tuiſq; ſucceſſorib. a parte præfatæ canon. beatiſſimi Joannis Baptiſtæ nomine pœnæ ſexaginta libras*
D *optimi argenti daturos nos obligamus. Quin etiam quicunque hujus noſtri privilegii paginam temerario auſu, & iniqua deliberatione, vel pravo ſtudio fregerit, ſuiſque ad quadrageſimum diem; ſi requiſitus fuerit, ſatis faciendo non emendaverit, vinculo excommunicationis, & anathematis alligetur, & cum Herodiade aſſocietur. Qui verò hujus noſtræ conceſſionis, ac donationis pius conſervator, & integer defenſor extiterit, omnipotentis Dei gratiam, & ſanctiſſimi Joannis Baptiſtæ adjutorium, defenſionem, & protectionem habere valeat: ut autem hæc pagina noſtra vera eſſe credatur, propriæ ſubſcriptione manus ipſam firmari curavimus.*

Ego Raynerius S. Florentinæ Eccleſiæ indignus epiſcopus, hoc noſtræ donationis decretum libens firmavi, propriaque manu ſubſcripſi.

Ego Godefridus S Florentinæ Eccleſiæ canonicus, & indignus Peruſinus epiſcopus, huic decreto propria manu ſubſcripſi.

Ego Razo archipresb. & pp. in hoc mihi facto decreto ſſ.

Ego Ravizo presbyter, & canonicus libenter ſubſcripſi.
Ego Gerardus presbyter, & canonicus conſentiens ſubſcripſi.
Ego Petrus presb. & canonicus conſentiens ſubſc.
Ego presb. Gratianus canonicus ſubſcripſi.
Ego Petrus presb. & cuſtos S. Ioannis ſubſcr.
Ego Sichelmus presb. ſubſcripſi.
Ego Theobaldus ejuſdem eccleſiæ canonicus, & cantor conſenſi, & libenter ſubſcripſi.
Ego Joannes diac. & canonicus ſubſcripſi.
Ego Petrus canonicus, & indignus diaconus voluntariè ſubſcripſi.
Ego Rolandus diaconus, & canonicus ſubſcripſi.
Ego Petrus diac. ſubſcripſi.
Ego Gerardus ſubd. & canonicus ſubſcripſi.
Ego Ioannes ſubd. & canonicus ſobſcripſi.
Ego ſubdiaconus S. Florentinæ Eccleſiæ ſubſcripſi.
Ego Petrus ſubd. feci, & ſubſcripſi.
Ego Petrus ſubd. & canonicus voluntarie ſſ.
Ego Gerardus ſobd. ſubſcripſi.
Ego Henricus ſubd. ſubſcripſi.
Ego Bonactus clericus, & canonicus voluntarie ſſ.
Ego Petrus lector, & canonicus ſubſcripſi.
Ego Guido vicedominus huic decreto conſentiens ſſ.
Ego Albizo Cauſidicus, & vicedominus libens, & laudans huic decreto ſubſcripſi.
Ego Petrus Vicedominus conſenſi huic decreto ſſ.
Ego Petrus S. Florentinæ Eccleſiæ qualiſcunque canonicus, & levita indignus juſſu Domini Raynerii Præſulis ſcriptor huic decreti paginæ dati, atque confirmati anno Dominicę Incarnationis milleſimo octuageſimo quinto, indict. 8. menſ. Aprilis libentiſſime ſſ.

Anno 1086. Auguſto menſe de conſenſu Raynerii Epiſcopi apud municipium Luci in Mucellano territorio Florentinæ diœceſis primum ordinis Camaldulenſis ſanctimonialium fœminarum monaſterium ſub D. Petri Apoſtolorum Principis tutela ædificatum eſt a Rodulpho Generali eremi Camaldulenſis Priore. Raynerius deinde cœnobii inſtitutionem diœceſano jure comprobavit, decimas remiſit, ac bona omnia libera cœnobio in perpetuum eſſe decrevit; inſtitutionem, progreſſum, ejuſdemque monaſterii ſanctimoniam hiſce verbis commemorat Auguſtinus lib. 1. c. 55. Hiſtoriarum Camaldulen.

Interea, inquit, *cum ſacra Camalduli eremus multa ſtabilia bona ex largitione Chriſti fidelium, & maxime ex teſtamento Gothedis Gothici comitis caſtellorum Luci, & Cantameruli, in Mucellano acquiſiviſſet, contigit Rodulphum Priorem eo contendiſſe poſſeſſionem illorum adipiſcendi gratia. Qui cum apud municipium Luci Fanum ſancti Petri Apoſtolorum Principis precum ad Deum fundendarum gratia fuiſſet ingreſſus, Spiritus ſancti oraculo admonetur, ut illic primum ordinis Camaldulen. ſanctimonialium fœminarum monaſterium inſtituat. Itaque Rodulphus divina peragens mandata, ven. Collegium fœminarum illic loci inſtituit ſecundum ſacra eremi, & ordinis Camaldulen. conſuetudinem menſe Aug.* 1086. *Quibus Beatricem prioriſſam primam præfecit: vivendi præcipuam formam præſcripſit: eaſque de ipſis bonis, ac fundis ſacræ eremi donavit, cum conditione, ut ſemper ſacræ eremo ſubjectæ ſint, & ejus Priori, nec locum, aut vitam mutare poſſint: ſecus ab omni ſuo jure cadant, & omnia ad ſacram eremum revertantur, ut conſtat ex pagina ejus inſtitutionis, ac donationis, quæ in ipſo cœnobio aſſervatur. Porro inter primas illic ordinatas moniales Cunda uxor ipſius Gothidis comitis graviſſima valde, ac religioſiſſima fœmina locum venerabilem maximopere illuſtravit. Quapropter Wido comes Widonis comitis filius, & ſimul cum Lamberto archipresbytero civitatis Lucæ, protectionem ſacri novi cœnobii illico ſuſcipere voluit, illudque pro remedio animarum omnium ſuorum ab omni ſeculari uſo abſolvit; cum edicto ne quis venerabili loco, & ejus perſonis, & bonis moleſtiam irrogaret ſub pœna librarum cendicariæ, ut ejus verbis utar, Lucenſis. Anno* 1101. *Raynerius Epiſcopus Florentinus profectus, ac ſanctimonia religioſarum mulierum fama impulſus, cœnobii inſtitutionem diœceſano jure comprobavit, eaſque pro ſe, ac reque illorum, qui monaſterii inſtituendi auctores fuerant, preces, ac ſuffragia jugiter Deo optimo maximo fundere rogavit. Remiſit item illis decimas, ac bona omnia libera cœnobio in perpetuum eſſe decrevit, quotquot religioſa utrioſque ſexus devotio fidelium ſacro loco offerre voluerit. Sub idem tempus Zabulina comitiſſa Landulphi comitis uxor cupiens ad Dei famulatum in cœnobium S. Petri venire, dilargita eſt venerabili loco libera donationis inter vivos titulo integram ſuam portionem caſtellorum, jurium, eccleſiarum, terrarũ, & univerſarum rerum, quæ ad ſe hæreditario paterno jure pertinerent: quotquot ſcilicet poſita eſſent infra Marchiã, ut ejus verbis utar, Tuſciæ tã in diœceſi Florẽtina, quam Feſulana. Præcipuè vero curtem, & caſtellum montis Raginaldi, curtem, & caſtellum Gragnani, curtem, & caſtellum Luci, curtem, & caſtellum Riofridi poſitum in agro ſancta Maria novella, ſancti Leonis Flacilliani, ſancti Joannis majoris, & ſancta Maria in Colſenaria, exceptis ſervis, & ancillis ſuis. Actum non longo a caſtello, quod vocatur Plano, Judicaria Florentina ſexto nonas Octobris manu Ghebidis notarii. Ea autem donatione cœnobium adeo locupletatum eſt, ut ſequenti anno Lucenſes ſanctimoniales per medium ſuorum procuratorum emerint a Bernardo, & Theoderico Gregii filiis Ugonis, & a Gemma Ubaldi comitis oxore reliquam integram portionem curtis, & caſtelli Luci, una cum eccleſia S. Laurentii, & S. Nicolai. Item reſiduam portionem curtis, & caſtelli Riofridi cum eccleſia ſancta Maria. Item reſiduam portionem curtis, & caſtelli Cantameruli, necnon caſtelli Riocornoclarii, & trium plebium. Actum in caſtello montis Corboli Judicaria Florentina manu Joannis notarii* 1102. *His acceſſit donatio alterius portionis, quam fecit Raynerius Ardinghi comes addens ob venerationem ſacri loci curtem Larciani, & quicquid ad eum pertinebat in partibus Mucelli Menſe Februario* 1104. *In ſequenti anno Mathilda ducatrix reſidens in villa Savis juris reddendi gratia, fama religionis cœnobii Luci inſtincta ejus patrocinium ſuſcepit, ac publici præconis voce imperavit, ne quis moleſtiam venerabili loco, aut ejus perſonis, & bonis inferre præſumeret: præcipuè occaſione donationis, quam fecerant comitiſſa Zabulina uxor Theoderici, Caſdia uxor Raynerii Ardingi, & Parenza Donati.*

Datum nonis Octobris manu Pandulphi notarii, cum ſubſcriptione eius manus, quæ ſic ſe habet: Eſt ſic Mathilda Dei gratia, ſi quid eſt.

Creſcente ſic in dies cœnobii Luci opinione, Paſchalis Secundus Papa eius ſanctimonia oderem compertum habens, rogatus ab ipſo Priore Rodulpho eiſdem Apoſtolicæ ſedis præſidium præſtare, ut in Dei ſervitio felicius ſtabilirentur, locum, perſonas, & bona ampliſſimo apoſtolico privilegio complexus eſt, ac eccleſiaſtica libertate donavit. Datum apud Biblenam, quinto nonas Octobris anno nono, per manum Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Card. anno iv. Henricus IV. Imperator eidem cœnobio privilegium conceſſit. Datum iuxta forum Pompilii, interventu Federici Colonienſis Archiepiſcopi, prohibens ne quis dux, vel marchio, aut comes ipſi cœnobio in aliquo audeat eſſe moleſtus. Anno 1127. *Gothifredus Epiſcopus Florentinus cœnobium Luci, bona, ac perſonas ab epiſcopali iuriſdictione abſolvit* 16. *Martii mano Ildoprandi notarii. Anno* 1146. *Eugenius III. Papa confirmationem privilegiorum conceſſit, addens ius ſepulturæ liberum. Datum apud S. Geneſium, ſeptimo Idus Februarii, cum ſubſcriptione octo Cardinalium, & duorum Epiſcoporum. Anno* 1185. *Urbanus III. Papa rurſus privilegia confirmat. Datum Veronæ iij. Idus Martii. anno* 1246. *Alexander IV. Papa itidem privilegia confirmat, anno II. Datum Venetiis in Rivoalto. Proximo Auguſti menſe Federicus, Imperator privilegia Imperatoria confirmavit, & longe amplificavit. Datum apud Podium Bonitium, & recognitum per manum Gotifredi Imperialis Aulæ Cancellarii vice reverendiſſimi Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italiæ Archicancellarii. Anno* 1223. *facta eſt conſecratio templi ipſius cœnobii a Simone Archiepiſcopo Raven. & Joanne Pontifice Floren. ſolemni valde ritu* 4. *Id. Se-*

ptem. & indulgentiæ templum in die celebritatis adeuntibus 80. dierum conceſſa. Anno 1473. Xiſtus IV. Papa confirmavit ancillis Chriſti Baſilicas S. Nicolai, & S. Georgii per literas Apoſtolicas, quarum executio facta eſt per Abbatem S. Felicis in platea in Palatio Archiepiſcopali Florentino die 2. Jun. per manum Alexandri Raynaldi Bratieſis Notarii. Inter Chriſti famulas, quæ monaſterium Luci magna ſanctimonia coluere, ſuit patrum memoria Ven. Magdalena Abbatiſſa, cuius vita, felixque valde tranſitus a Petro Delphino ſuis in Epiſtolis recenſetur.

Hactenus ille.

Anno 1098. in comparanda ſacra in Terram ſanctam expeditione non parum adiumenti attulit Raynerii Epiſcopi noſtri, qui eloquentiæ gloria florebat, induſtria, & in divino verbo diſſeminando zelus. Delibatum enim Hetruſcæ nobilitatis florem, ut crucem indueret, accendit, & ad Terram ſanctam è Sarracenorum manibus eripiendam cum Godifredo Bulliono in arma generoſe provolaret. Retulere Florentini eam gloriam, ut ex iis omnium generoſiſſimus in Hieroſolymæ mœnia primus aſſiliret, irrumperetque. Is fuit è Pazziorum nobiliſſima familia lectiſſimus miles à Godifredo murali corona ornatus, eamque cum ſacro igne in Patriam cum attuliſſet, in D. Blaſii templo, ut pulcherrimum monumentum ad ſuam æternitati conſervandam gloriam collocavit, ſolemnique pompa traduxit. Hactenus Pazziorum familia annis ſingulis ſabbato ſancto, concinentibus triumphum Chriſti ſacerdotibus, novum ignem attrito eo lapide Hieroſolymitano, qui vulgo ignis ſacer dicitur, religioſe accendit, eumque in metropolitanam ædem ſolemni ritu, tripudioque venuſtiſſimo traducit, ad commendandam ſtrenui, invictique eorum militis memoriam, qui morem illum in patriam induxit. Meminit facti Villanus noſter in Hiſtoriis; Verinus vero lib. 1. tam præclarum facinus meritis laudibus efferre aggreſſus lib. 1. de illuſtr. urbis Florentiæ, ſic avitam Florentinorum in ſacro bello virtutem enarrat:

Nec non magnanimo duce ſub Bulione profecta
Florentina phalanx geſſit felicia bella;
Alta Palæſtina tranſcendit mœnia Sion,
Primaque poſt Regem muris victricia ſigna
Impoſuit, meruitque aurata dona corona,
Cœleſtemque ignem noſtram tranſvexit in ædem.

Et lib. 3. Pazziam familiam, eandemque Pazzii militis virtutem, ritumque ſacrum hiſce carminibus laudat.

Pactia progenies Thuſcis in montibus orta,
Antiqua, atque potens, caſtellaque plurima rexit
Sub ditione ſua: cujus de ſanguine miles
Sub duce Gofredo conſcendit mœnia Sion
Primus: hinc cauſa eſt, treveo quod lampas in illo
Sacra accendatur, priſcum quæ ſervat honorem.

At quam pius, quamque liberalis hic Præſul, Florentinuſque populus erga Eccleſiam fuerit, vix explicari poteſt, ſiquidem per ea tempora ad promovendum divinum cultum videbantur effundere opes, non dilargiri. In quibus cum maxime enituerit comitiſſa Mathilda, ejus donationem hic attexendam curavimus, tempore Raynerii Epiſcopi, Rotlandique præpoſiti Florentini ab ipſa confirmatam.

Dum in Dei nomine in civitate Florentia, in Palatio Domus ſancti Joannis in judicio reſidente Domina Mathilda Dei gratia Dux, & marchioniſſa, reſidentibus cum ea Widone comite filio bonæ memoriæ Vardunis, & Arderico, & Ubaldo, & Theuzone, & Bonamme, & Bellincione, & Ildebrando, & Donato cauſidicis, & Sichelmo, & Lamberto Notariis, & ſtantibus cum eis Sichelmo filio Adeleicu, & Gerardo filio Lonczi, & Joanne filio bonæ memoriæ Ugonis filii Joannis, & Joanne filio bonæ memoriæ Donati, & Gerardo Caponcocale, & Boniſacino, & Joanne filio bonæ memoriæ Ronlandi, & Ronlando filio Gualberti, & Guittone, & Ildebrando nepotibus Jocli, & Gerardo Caſtaldio D. Mathildæ, & Joanne, & Petro

A *qq. filius bonæ memoriæ Briccoli, & aliorum plurium præſentia. Guido filius bonæ memoriæ Boniſacii per lignum quod ſua tenebat manu refutavit in manus prædicti Guidonis comitis omnes terras, & res, quas perpetuo detinebat ab eodem Widone comite in curte de Campiano, & tunc ipſe Wido comes exinde inveſtivit Azonem Presbyterum, & Ugonem, & Rodulphum Canonicos, & conſervatores Eccleſiæ ſanctæ Reparatæ, ſita in civitate Florentia, in qua D. Ronlandus reſidet Præpoſitus, & ſtatim ipſi clerici cœperunt quærere mercedem ab ipſa D. Mathilda Dei gratia Duce, & marchioniſſa, ut bonorum ſuorum ſemper ſuper præſcriptis terris, & rebus, &c. mitteret. Tunc ipſa D. Mathilda Dei gratia Dux, & marchioniſſa miſit banum ſuum, &c. ſuper præſcripto Azone Presbytero, & ſuper prædictis terris, & rebus, ut nulla perſona jam dictam Eccleſiam ſanctæ Reparatæ, ſuoſque rectores exinde divertere, aut moleſtare præſumat ſine Legali judicio, & qui hoc fecerit, quinquaginta libras bonorum denariorum Lucenſium compoſiturum agno-*
B *ſcat, medietatem parti publicæ, & reliquam medietatem Eccleſiæ ſanctæ Reparatæ, ſuiſque rectoribus. Et ego Petrus Notarius, & juſtiſſima D. Mathildæ Dei gratia Ducis, & marchioniſſæ, & judicum admonitione ſcripſi anno Dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo nono, ſexto nonas Martii, Indictione octava.*



Ego Ardericus index interfui, & ſubſcripſi.
Ego Tenzo judex quia me præſente factum eſt, ſubſcripſi.
C *Ego Ubaldus Advocatus interfui, & ſubſcripſi.*

Sub eodem Raynerio Florentiæ fato functus eſt Conradus Cæſar, filius Henrici Imperatoris 1101. tumulatuſque eſt in cathedrali. Extremis Raynerii diebus orta inter cleros Florentinæ Eccleſiæ eſt diſſenſio, ob laudabilem conſuetudinem in divinis celebrandis ab ipſis prætermiſſam. Paſchalis II. iiſdem ſequentem ſcripſit Epiſtolam, ut ad veterem conſuetudinem revocaret.

PASCHALIS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Florentinis clericis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Antiquum morem veſtræ matricis Eccleſiæ fuiſſe audivimus, quod clerici de canonicis, & de capellis tam in Dominicis diebus, quam in præcipuis feſtivitatibus in proceſſionibus, & in officio majoris miſſæ uſque ad perlectum Evangelium ſoliti erant convenire. Nunc vero neſcimus qua occaſione ab hac debita obedientia, & honeſta ejuſdem Eccleſiæ con-
D *ſuetudine vos ſubtraxiſtis, quod nobis ſchiſma, & Eccleſiæ diviſio eſſe videtur. Mandamus igitur vobis, atque præcipimus, ut ad primam Eccleſiæ conſuetudinem redeatis, ne canonicam Eccleſiæ ſententiam incurratis. Datum Laterani tertio idus Martii.*

Habemus Raynerii temporibus factam à Paſchali bonorum confirmationem Florentinæ Abbatiæ, non deſpiciendam ſane ob ſuam vetuſtatem, locorumque majorem diſtinctionem, quæ in donatione Ugoniana ſupra a nobis relata edita fuerat: hæc vero diplomatis ſententia eſt, cuius exemplar in hujus monaſterii tabulario continebatur.

PASCHALIS EPISCOPUS Servus ſerv. Dei.

Dilecto filio Joanni Abbati Florentini monaſterii, quod S. Maria dicitur, ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Pia poſtulatio voluntatis effectu &c. uſque noſcuntur. Videlicet caſtrum Vicium cum curte, & eccleſiis, & omnibus pertinentiis. Caſtrum de Signa, & tertiam partem caſtri de

Gru-

Gramulo, cum eccleſiis, & pertinentiis earum. Curtem de Grevo cum Eccleſia S. Martini, cæteriſque poſſeſſionibus ſuis: eccleſiam S. Bartholomæi cum curte, & terra Benzonis, & Aza uxoris ejus de Radda. Inſuper & terras ejuſdem de Petitio, ſeu in quibuſcumque locis cum omnibus pertinentiis ſuis. Caſtrum Radda cum curte, & eccleſiis, & omnibus pertin. Caſtri de Tignano tertiam partem cum eccleſiis, & pertinentiis: Eccleſia S. Nicolai in campo Clarentis, cum curte, proprietatibus, & adiacentiis: caſtrum de Collemontis cum curte, & omnibus pertinentiis: curtem Caverini cum omnibus ſuis poſſeſſionibus. Caſtrum Bibianum cum curte, & eccleſiis, & omnibus ad eam pertinentibus: Eccleſiam S. Martini in loco Confluenti cum pertinentiis ſuis: eccleſiam S. Martini, quæ eſt infra civitatem juxta prælibatum monaſterium cum caſis, terris, & omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Martini in Menſula cum omnibus pertinentiis ſuis. Curtem Montis Domini cum omnibus ad eam pertinentibus. Curtem de Mandria cum pertinentiis ſuis. Terram Joannis filii Thendi cum caſis, & reliquis poſſeſſionibus, ſicut Maria, & Donatus filius monaſterio contulerunt. Caſas, & terras Joannis filii Boga: Eccleſiam S. Proculi cum terris, & domibus circa ſe. Terram quoque in Podio Rivi frigidi, & quidquid Bonifacius Benedicti Abbatis frater eidem monaſterio contulerunt. Caſas, & terras Joannis filii Boge, qui eccleſia S. Proculi obtulit. Præterea quæcunque hodie Pontificum conceſſione, principum liberalitate, vel oblatione fidelium, vel aliis juſtis modis idem cœnobium poſſidet, ſive in futurum juſte ac canonice poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Laborum quoque veſtrorum decimas, præter quorumlibet contradictionem, tam vobis, quam ſucceſſoribus veſtris in monaſtica religione permanentibus, habendas concedimus. Conſecrationes Altarium, ſive Baſilicarum, ordinationes monachorum ſeu clericorum monaſterio pertinentium a Florentino accipietis Epiſcopo, ſiquidem gratiam Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ſi ea gratis, & ſine pravitate moleſtia voluerit exhibere. Alioqui liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire Antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, qui Apoſtolicæ ſedis fulens auctoritate, quæ poſtulatis, indulgeat. Porro Epiſcoporum, ſeu Epiſcopalium miniſtrorum actiones omnes ab eccleſiis, ſive clericis ejuſdem monaſterii removemus, ſepulturam quoque ejuſdem loci omnino liberam eſſe decernimus, ut eorum, qui illic ſepeliri deſideraverint, devotioni, & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Si qua ergo &c. cunctis autem &c. Amen.


Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Florentiæ per manum Ioannis S. R. E. Diac. Card. ac Biblioth. an. Dominicæ Incarnationis 1108. 8. Kal. Octob. indictione prima: Pontificatus vero D. Paſchalis 2. Papæ anno 9.

Vixit Raynerius in Florentina ſede ad 42. annos, effœtæque ætatis vitam finivit 1113. ſepultuſque eſt in templu S. Joanni Baptiſtæ ſacro in marmoreo ſepulchro, cum hoc Epitaphio, quod adhuc proſtat legentibus.

Vos, qui tranſitis clauſum, qui ſcire veniſtis,
Hos verſus legite, vos, qui tranſitis.
Florentinorum Paſtor, Doctorque bonorum
Raynerius Præſul Florentinorum.
Vir bonus, & juſtus, ſapiens, formaque venuſtus,
Ipſe fuit patiens, vir bonus, & juſtus.
Sedit in hac urbe pandens Cœleſtia turba,
Sexies Septenis ſedit in hac urbe.
Biſſenam Julius lucem nam ſparſerat orbi,
Tranſiit hac vita biſſenam Juliue
Anno milleno centeno, ter decimoque,
Hoc tegitur lapide.

XXIX 28. GODIFREDUS è nobiliſſima gente Contalbertorum Alberti comitis filius, Raynerii ſucceſſor fuit anno 1113. vir utique præſtantium virtutum, famæque ſingularis. Hic Eccleſiam ſuam magnis acceſſionibus auxit: nec tamen invidiæ livorem evitare potuit optimus Præſul: nam Archidiaconus,



aliique de clero Florentino tumultuarii viri, eum in populo ſimoniæ vitio laborantem declararunt. Sed cum ægre tuliſſet Gofredus ſerena teſte conſcientia, Archidiaconum, cæteroſque famæ ſuæ detractores coram Paſchale II. provocavit ad judicium, à quo diligenter criminationis cauſa diſcuſſa Gofredum tanquam catholicum Epiſcopum canonice electum, falſoque criminatum abſolvit: accuſatores juxta ſanctorum patrum, conciliorumque ſanctiones, ab officio removit, ut in ſequenti ad clerum, populumque Florentinum ſcripta Epiſtola idem innuit Paſchalis anno 1116.

PASCHALIS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Clero, & populo Florentino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Jamdudum apud nos confrater noſter G. Epiſcopus veſter querelam ſuam depoſuit adverſus Eccleſiæ veſtræ Archidiaconum, & ejus ſocios, videlicet Joannem Priorem Eccleſiæ S. Laurentii, & Petrum S. Petri de Scaradio, & Rambaldum S. Stephani Priorem, quod eum in populo criminaretur ſimoniacæ pravitatis. Miſſis itaque litteris utrique parti agendæ cauſæ terminum dedimus, cum in termino veniſſet Epiſcopus, illi ad præſentiam noſtram minime acceſſerunt, terrorem captionis in itinere prætendentes. Nos autem ut eis hujuſce occaſionis diverticula tolleremus, per eundem Epiſcopum, & per Epiſcopum Volterranum ducatum eis omnino tutum providere curavimus: Archidiaconus quidem, & Beati Laurentii Prior ad noſtram præſentiam convenerunt, cæteri alii nec venerunt, nec pro ſe nuntios tranſmiſerunt: tunc præſentibus eis adverſus eos Epiſcopus queſtus eſt, quod ſe ipſius obedientiæ, communionique ſubtraxerint, quod ipſum in populo ſimoniaci flagitii criminati ſint, quod ejus execrati ſint conſecrationes, quod adverſus eum conſpirationem in conventiculis fecerant. Porro illi, præmiſſo tractationis ſpatio, ſe accuſatores Epiſcopi, aut illius criminis probatores penitus negaverant. Collectiones clericorum ſeu laicorum in Eccleſiaſticis feciſſe aſſeruerant, ſed propter inquirendam rumoris illius, qui contra Epiſcopum increbuerat, veritatem, in quibus nimirum collectionibus conſpirationis conventicula intelleximus, in cæteris quoque ſe offendiſſe confeſſi ſunt. Prolata ſunt igitur his cauſis congruentia ſanctorum Patrum diverſa Capitula, Antiochena videlicet Synodi quintum, de his qui ſe a miniſterio Eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſum colligunt; item de conſpiratione ſeu conjuratione Chalcedonenſis Synodi octavum decimum, & Caleſti Papæ ad Epiſcopos per Galliam conſtitutos, cujus initium eſt: Conſpirationum crimina veſtris in partibus vigere audivimus. Item Alexandri Papæ de his, qui ſanctos perſequuntur, aut amovere, aut dilacerare nituntur. Item Stephani Papæ de his, qui adverſus Patres armantur, & qui fratres calumniantur. Nos ergo tantorum Patrum auctoritatibus inſtructi, præfatos viros tamquam propria confeſſione convictos, ob officiis, ſeu dignitatibus ſuis ſententia judiciali removemus, niſi eis in poſterum miſericordia ſubveniatur Eccleſiæ aliiſque etiam, qui vocati venire ad noſtram præſentiam neglexerunt, idem judicium irrogamus, quoniam eiſdem vi-

dentur capitulis irretiti, aquum eſt enim, ut delationem ſententia de abſentia non lucrentur, quia confitetur de omnibus quisque, ſi ſubterfugere judicium delationibus putat. Omnibus igitur vobis præſentium literarum auctoritate præcipimus, ut Epiſcopum veſtrum tamquam, per Dei gratiam Catholicum unanimi concordia diligatis, & vereamini. Si qui vero clericorum, aut laicorum temeraria deinceps præſumptione ſuper hujuſmodi Epiſcopum infeſtaverint, noverint ſe pertinacia ſua clerici quidem depoſitione mulctandos; laici vero excommunicationi ſubiiciendos. Data Laterani 5. non. Martii Ind. 9.

Contalbertorum autem nobilis, ac per antiqua proſapia, cujus hic Gofredus alomnus erat, quæque per Hetruriam olim late dominata eſt, adhuc Florentinæ viget a, tametſi ſpleodida fortuna, opeſ qoe abſceſſerint, horum ſubiunarium ex more, quæ dicto citius evaneſcunt, & cadunt. Fuiſſe autem Godefridum ex hac nobiliſſima gente, teſtatur quædam perantiqua ſcriptora, qua neſcio quid confirmaverat, 1142. quo ipſo tempore potuit obiiſſe. Hæc autem ſcriptura adhuc in Archivio reformationum Florentiæ aſſervatur, quam Carolus Strozza patritius Florentinus expiſcatus fuit, nobiſque exemplar ex origioali, ex fide expreſſum hic ſubiiciendom conceſſit, in quo liquido patet Gofredi parentem ex comite illo Lothario, qui Septimianam Abbatiam fundavit, ſuam duxiſſe originem.

a Nunc cecidit circa finem ſæculi proximè elapſi extincta.

In nomine ſancta, & individuæ Trinitatis. Gottifredus Dei gratia S. Florentina Eccleſia Epiſcopus, merito in Chriſto venerabili ſorori, ac Deo dicata B. Abbatiſſa Eccleſia B. Thomæ Apoſtoli Caprapria ſita, ſuiſque ſororibus, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Licet Paſtoralis officii auctoritate nobis commiſſis Eccleſiis ſolertem proviſionem inceſſanter debeamus, veſtra tamen Eccleſia, cui Deo propitio bono Chriſti odore præſidetis, ut perpetua religione, ſtabilique ſecuritate conſiſtat, flagranti deſiderio, vigili cura, piis ſtudiis ſollicitudinem impendere curamus, quandoquidem fideles fidei ardore, Chriſtique amore ſuccenſi, ob animarum ſuarum remedium, & cæleſtis Patria deſiderium ſuis propriis facultatibus ſanctam locupletem fecerunt Eccleſiam, quanto magis nos eaſdem res Eccleſia, cum ſint vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, augere, tueri, atque impoſterum contra pravorum inſidias, quaſi clypei munitionem opponere, cum tunc maxime Pontifices dici debeant, cum votis fidelium, & animarum tranſitibus pontem faciunt ad ſalutis viaticum. His itaque, aliiſque divinis auctoritatibus præmoniti, veſtriſque precibus, & petitionibus moniti quantum Deo donante ad noſtrum jus noſtrumque ſpectat officium, concedimus, firmamus, & ſtabilimus, & inconcuſſo fundamento vobis, ſancimus, omnem videlicet decimationem in integrum, quam comes Albertus pater meus, & frater ejus comes Ildebrandus pater veſter conceſſerunt, & chartulam offerſionis tradere, atque offerre vobis, veſtraque Eccleſia viſi ſunt in loco Fabiana, aut ubicumque, ſimiliter & prædia, & omnia veſtra, quocumque modo a vobis, vel per vos juſte detenta, & acquiſita, aut acquirenda. Quicumque ergo hujus noſtra conceſſionis pius conſervator, & integer defenſerit, omnipotentis Dei gratiam, omniumque ſanctorum ejus benedictionem, & noſtram habeat. Qui vero temerario auſu infringere conatus fuerit, ſive magna, parvaque perſona, niſi digna emendatione, quod deliquerit, correctum fuerit, auctoritate Patris, Filii, & Spiritus Sancti excommunicatum, & anathematizatum ſe noverit eſſe. Ut autem hoc immobiliter, & perpetuo vigeat, præſentem paginam noſtro ſigillo juſſimus inſigniri, noſtraque noſtrorumque ſubſcriptione muniri.

† *Ego Gottifredus Dei gratia Epiſcopus Florentinus a me facto ſubſcripſi.*
† *Ego Joannes S. F. Eccleſia Presbyter firmavi, & ſubſcripſi.*
† *Ego Ughiccio Canonicus, & Diaconus interfui, & ſubſcripſi.*
† *Ego Ulivarius Canonicus firmavi, & ſubſcripſi.*
† *Ego Joannes Ildebrandi Canonicus S. Joannis interfui, & ſubſcripſi.*
Ego Beniaminus Judex, quia coram me præſente hoc actum eſt, ideo ſubſcripſi.
Ego Sichelmus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Rainaldus judex firmavi, & ſubſcripſi.
Ego Ugo judex qui dicitur de Bella interfui, & ſubſcripſi.
Ego Henricus unus ex Florentina advocatione cauſidicus, jubente eodem, qui ſtatuit hac omnia ſupradicta, Domino Gottifredo epiſcopo Florentino.

Factum eſt hoc an. Dominica Incarnationis 1142. ſecundo Idus Novemb. Ind. 6. feliciter, &c.

Anno vero ſuperiori 1139. Gofredus in cathedrali Synodum celebraverat, lo qua multa ſalubrites ſanxit, confirmavitque, clero id poſtulante, ſcripta ad id, hac, quæ ſubjicitur Epiſtola, quæ io Archivio adhuc Abbatiæ Septimi aſſervatur.

In nomine ſancta, & individua Trinitatis.

Gotifredos Divina favente clementia Florentina Eccleſia Epiſcopus, chariſſimis, ac dilectiſſimis in Chriſto fratribus, & filiis Plebanis omnibus Florentini Epiſcopatus ſuis contemporaneis, & eorum ſucceſſoribus in perpetuum, & cum mundo manſuris privilegium, ſincerum, & ſanctum deſiderium, piaque poſtulatio voluntatis ex intimis viſceribus effectu debet proſequente impleri. Ac ideo ego Gotifredus Florentina Eccleſia Epiſcopus, vobis in Chriſto chariſſimis fratribus Plebanis omnibus noſtri Epiſcopatus, veſtriſque ſucceſſoribus per hujus charta privilegium id quod petiiſtis a nobis in Synodo cum toto noſtro clericatu reſidentibus, confirmamus, & ſtabilimus, & ut inviolabiliter in perpetuum maneat jure & rationabiliter ordinantes epiſcopali auctoritate præcipimus, ſecundum quod a P. donno noſtro Archidiacono, & octo Plebanis, ac noſtris vicedominis inventum, & conſtitutum, & confirmatum eſt, videlicet, ut nec nos nec noſtri ſucceſſores vos amplius aggravare valeant, vel in aliquo plus a vobis exigant, præterquam quod ab antiquis per unumquemque conſtitutum eſt. Non enim volumus, ſicut nec juſtum eſt ad conſequentiam, vel ad exemplum trahi id quod pro raro accidit, & id quod ex diſpenſatione inevitabili neceſſitate coarctandè aliquando, & ad momentum temporis ſolummodo factum eſt, maximè cum . . . mores conſenſu utentium, comprobati legis vigoris obtineant, & conſuetudinis, uſuſque longævi firmiſſima habeatur auctoritas. Secundum itaque, quod noſtri antiquiores juris ſtrenui, & præclari ad memoriam ex antiqua conſuetudine reducunt. Ita vobis jam ſupra nominatis plebanis, veſtriſque ſucceſſoribus confirmamus, & ſtabiliter ordinamus, & ſub anathematis vinculo conſtringimus, & coarctamus tam nos ipſos, ſi aliquando frangere auſi fuerimus, quam omnes noſtros ſucceſſores, ſi inviolabiliter non cuſtodierint, & non obſervaverint, nec erit fas, vel licentia in aliquo tempore hoc non obſervari. Cum abſit, & ab omni ſacerdote abeſſe debeat, ut ſtatuta ſuorum ſacerdotum in qualibet Eccleſia . . infringere, &c. audeat.

Ego Gotifredus, Dei gratia, Florentinus epiſcopus tibi pleb. T. S. Stephani in campo Pauli, tuiſque ſucceſſoribus hoc privilegium confirmo, ſalvo omni uſu, quem eccleſia S. Joannis tempore beatæ memoria R. epiſcopi habuit, & circa viginti . . tertio anno.
Ego Joannes ſacerdos, & canonicus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Ugiccio canonicus, & diaconus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Gualfridus canonicus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Ugo judex, qui dicitur Ebabella interfui, & ſubſcripſi.
Ego Vox Vicedominus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Rogerius judex interfui, & ideo ſubſcripſi.
Ego Julius canonicus, & diaconus interfuit, & ſubſcripſi.
Ego Raynaldus judex interfui, & ſubſcripſi.
Ego Petrus Vicedominus interfui, & ſubſcripſi.

Datum Florentia, per manus Petri ſancta Florentina Eccleſia Archidiaconi xvii. Kalendas Julii anno

mil-

milleſimo centeſimo trigeſimo nono , indictione ſecunda.

Cœnobio etiam S. Ambroſii eccleſiam S. Michaelis dono dedit Goſredus anno 1141. Quam quidem donatiooem cum cœteris Innocentius II. Pontifex diplomate confirmavit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei. Dilecta filia Cæcilia Abbatiſſa monaſterii S. Ambroſii de Petra plana, ejuſque ſororibus tam præſentibus, quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum manſuris.

Ad hoc univerſalis Eccleſia , &c. uſque fatigentur. Eapropter dilecta in Domino filia, veſtris rationabilibus poſtulationibus clementer annuimus , & præfatum beati Ambroſii monaſterium, quod in Florentino epiſcopatu ſitum eſt , ſub beati Petri , & noſtra protectione ſuſcipimus , & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumq; poſſeſſiones, quæcumq; bona idem monaſterium in præſentiarum juſte, & canonicè poſſidet , aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium , ſeu juſtis aliis modis , Deo propitio poterit adipiſci , firma vobis , veſtriſque ſuccedentibus illibata permaneant . In quibus & eccleſiam ſancti Michaelis in Palchito ſitam infra civitatem Florentinam , cum omnibus ſuis appendiciis a Godefrido Epiſcopo Florentino vobis canonicè conceſſam , & ſuo ſcripto firmatam proprio nomine duximus adnotandam , ſalva Eccleſia Florentina canonica reverentia . Recipiendi etiam oblationes tam pro vivis , quam pro defunctis abſque alicujus contradictione liberam vobis concedimus facultatem . Sepulturam quoque ipſius liberam eſſe ſancimus , ut quicumque ſe illic ſepeliri deliberaverint , niſi forte excommunicati ſint , nullus obſiſtat , ſalva tamen juſtitia matris Eccleſiæ. Decernimus ergo], ut nulli omnino hominum liceat præfatum veſtrum cœnobium temere perturbare;, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare , ſed omnia integra conſerventur veſtris , & aliorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura . Si qua igitur eccleſiaſtica, &c. cunctis autem , &c. Amen.

Ego Innocentius Catholica Eccleſia Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Gerardus presb. Card. tit. ſancta Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.
Ego Anſelmus presb. Card. tit. ſancti Laurentii in Lucina ſubſcripſi.
Ego Martinus presb. Card. tit. ſancti Stephani in Cælio monte ſubſcripſi.
Ego Boethius presb. Card. tit. ſancti Clementis ſubſcripſi.
Ego Goizo presbyter Card. tit. ſancta Cæciliæ ſubſcripſi.
Ego Thomas presbyter Cardinalis tit. Veſtina ſubſcripſi.
Ego Gregorius diaconus Cardinalis ſanctorum Sergii, & Bacchi ſubſcripſi.
Ego Otho diaconus Card. S. Gregorii ad velum aureum ſubſcripſi.
Ego Vaſſalus diaconus Cardinalis ſancti Euſtathii ſubſcripſi.
Ego Ubaldus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in via lata ſubſcripſi.
Ego Octavianus diaconus Cardinalis tit. ſancti Nicolai in carcere ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Almerici ſancta Romana Eccleſia diaconi Cardinalis , & Cancellarii , quarto nonas Maji, indict. quarta , Incarnationis Dominicæ anno MCXLI. pontificatus vero Domini Innocentii Papa Secundi anno xij. &c.

Cæterum Lotharins Imperator Godefrido, proindeque ejus ſucceſſoribus confirmavit hæc Caſtella , montis Jovis , ac montis Acuti . Hic ille Florentinus Epiſcopus eſt , de quo D. Bernardus Eugenio Papæ III. lib. 4. de conſideratione rem facetam narrat ut nimirum magnis honoribus Florentiæ excepto Martino presbytero Cardinale , qui e Danica legatione reverſus , ad Innocentium II. Piſis agentem ſe conferebat , & ob inſignem rerum humanarum contemptum, taota egeſtate laborabat, ut equo ad perficiendum iter careret : quare animadverſa Godefridus Epiſcopus poſt exhibita effuſi in eum amoris ſigna , equo donavit . Nec multo poſt Epiſcopus ad diſceptandam litem; aulam pontificiam adiit , cumque amicorum benevolentiam prolicere affectaret', majori ſpe , ac libertate Martinum ſalutavit , cum accepti beneficii memoriam gratæ menti altiſſimè hærere exiſtimaret, veriſſimaque ea ſententia ſit beneficia apud improbos io aqua , apud cæteros probos ſculpantur io ſilice . At Martinus Epiſcopus conſilium ſubodoratus , ne a juſtitiæ tramite deflecteret , ſuamque corrumperet integritatem , ocyus ſubjecit , equum ſuum , qui io ſtabulo erat , reciperet , latuiſſe ipſum , litem in curia exercere , quod ſi olfeciſſet , munus ounquam attigiſſet . Deceſſit Godefridus anno 1142.

29\. ACTIUS, ſive Athus , ejus ouminis ſecundus, Godefrido ſucceſſit circa annum 1143. ejuſdemque memoria extat. Hujus Epiſcopi temporibus Eugenius III. Pontifex , ſalvo directo jure Epiſcopi Florentini , ſub protectione S. Apoſtolicæ ſedis ſanctum Petrum majorem excepit. Cujus rei hæc extat gratioſa bulla , quam hic ſubjiciendum curavimus , indulta aono 1151. hoc eſt anoo Athoois epiſcopatus viij. XXX.

EUGENIUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei. Dilecta in Chriſto filia Magdalena Abbatiſſa monaſterii ſancti Petri majoris , quod in ſuburbio civitatis Florentia ſitum eſt , ejuſque ſororibus tam præſentibus , quam futuris regulariter inſtituendis in perpetuum . Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum , &c. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: eccleſiam S. Felicis , quæ juxta Ema poſita eſt, & univerſas poſſeſſiones , quas nobilis mulier Giſla monaſterio veſtro rationabili prudentia , & devotionis intuitu contulit . Decernimus ergo , ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare , aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare , ſed omnia integra conſerventur earum , pro quarum gubernatione , & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura , ſalva Florentini Epiſcopi canonica juſtitia , Si qua igitur in futurum , &c. cunctis autem , &c. Amen .

Ego Eugenius Catholica Eccleſia Epiſcopus.
Ego Tmarus Tuſculanenſis epiſcopus ſubſcr.
Ego Ugo Oſtienſis epiſc. ſubſ.
Ego GG. presb. Cardinalis S. Calixti ſubſcripſi.
Ego Ubaldus presbyter Cardinalis tit. . . ſubſc.
Ego Ariſbertus presb. Card. tit. S. Anaſtaſia ſſ.
Ego Julius presb. Cardinalis tit. S. Marcelli ſſ.
Ego Ubaldus presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.
Ego Bernardus presb. Card. ſancti Clementis ſſ.
Ego Octavianus presb. Card. tit. ſancta Cæciliæ ſſ.
Ego Rolandus presb. Card. tit. ſancti Marci ſſ.
Ego Gerardus presb. Card. tit. S. Stephani in Cælio monte ſubſcripſi.
Ego Joannes presb. Card. tit. SS. Ioannis, & Pauli ſſ.
Ego Henricus presb. Card. tit. SS. Nerei , & Achillei ſubſcripſi.
Ego Oddo diaconus Card. S. Georgii ad velum aureum ſubſcripſi.
Ego Rodulphus diaconus Cardin. ſancti Angeli ſſ.
Ego Gregorius diac. Card. S. Mariæ in porticu ſſ.
Ego Hyacinthus diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſcripſi.
Ego Joannes diaconus Card. SS. Sergii , & Bacchi ſſ.

Datum per manum Bolognini ſancta Romana Eccleſiæ ſcriptoris , ſeptimo Kal. Maji, indict. xiv. Incarnationis Dominica anno 1151. pontificatus vero Domini Eugenii Papa III. anno ſeptimo.

Ex monumento in Oprandi Abbatis S. Salvii gratiam ab Azone Epiſcopo anno 1154. confecto colli-

gitur hunc Epiſcopum graviſſimis negotiis implicitum fuiſſe, ob quæ ſæpius Romam petere coactus, ut obeundi muneris libertati reſtitueretur, cenſuræque, quam contraxerat, religione, ob quam ab exercenda dignitate ſubmotus erat, liberaretur; cumque Abbas, cæterique religioſi illius cœnobii ſuam illi operam liberaliſſime explicuiſſent, ne reddendæ gratiæ loco, monaſterium oneraret, vel iſtius gravandi occaſionem poſteris porrigeret, declarationem ſubjecto documento contentam edidit, eamque ſuo, aliorumque capitularium chirographo communivit.

Azo, Dei gratia, ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus. Dilecto in Chriſto fratri Oprando Abbati ſancti Salvii, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Rationis ordo expoſtulat, & ſacra legis ſanxit auctoritas, ut ea, quæ intuitu charitatis, & pietatis inſtinctu aliquando fiunt, ad uſum perverſitatis minime convertantur. Injuſtum eſt enim, ut ea, quæ ex gratia, & charitate aliquoties dantur, ad debitam poſtea perverti debeant coactionem. Eapropter dilecte in Chriſto frater Oprande Abbas ſancti Salvii, experti charitatem tuam in neceſſitate noſtra, qua gravabamur pro expenſis, quas pro eccleſiaſtico officio recuperando, Romam ſæpe eundo, & redeundo fecimus, tibi, tuiſque ſucceſſoribus providentes, pro beneficio nobis collato, nolumus aliquam conſuetudinem eccleſiæ ſancti Salvii inde ſuccreſcere, aut aliquod detrimentum a me, vel a meis ſucceſſoribus poſtmodum provenire.

Conſtituimus igitur, atque præſentis decreti pagina roboramus, aliquam pecuniariam exactionem præfato monaſterio a me, vel a meis ſucceſſoribus minime in poſterum fieri, aut aliquod gravamen imponi, ſed Eccleſiam illam immunem, & liberam ab omni jugo exactionis perpetuo eſſe decernimus, atque ſancimus.

Nolumus enim, ut aliquis ſucceſſorum noſtrorum, ab Eccleſia illa aliquid per exactionem repoſcat, aut quaſi per debitum a fratribus ibi Deo ſervientibus aliquid exigat. Promittimus itaque, atque pontificali auctoritate firmamus, neque nos, neque ſucceſſores noſtros, a ſe præfato monaſterio aliquid hac occaſione exigere, aut aliquam injuſtam conſuetudinem fratribus ibi commorantibus poſtmodum imponere. Qui verò hoc ſtudioſè infringere poſt hujus noſtræ promiſſionis, & confirmationis cognitionem tentaverit, reum ſe de perpetrata iniquitate, & a corpore, & ſanguine Domini alienum eſſe cognoſcat.

Ut autem hæc pagina verius credatur, propria manus ſubſcriptione volumus roborare, & ad omnium notitiam, ſigillo noſtræ Eccleſiæ confirmare, epiſcopali auctoritate complacuit.

Ego Azo Florentinus epiſcopus hoc privilegium feci propria ſubſcribendo manu, corroborando firmavi.

Ego Gerardus ſanctæ Florentinæ eccleſiæ, Dei gratia archipresb.

Ego Petrus presb. & canonicus ſanctæ Florentinæ eccleſiæ.

Ego Ildeprandus presb. & canonicus interfui, ideoque ſubſcr.

Datum per manum Alberti ſanctæ Florentinæ eccleſiæ archidiaconi, & præpoſiti anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto, pridie Kal. Aprilis, ind. 2.

Hoc ipſo anno 1154. vel proximo ineunte, ex hac vita Azo diſceſſit, cum anno 1156. Ambroſium ipſi agendis Florentinæ Eccleſiæ gubernaculis ſucceſſiſſe reperiamus: me certè latet, quo fulti ſint fundamento aliqui, qui in manuſcript. Præſulum catalogi ante hæc tempora perfunctum tradidere, cum exploratum ſit anno 1155. adhuc ſuperſtitem vita extitiſſe.

XXXI 30. AMBROSIUS Florentinus monachus *a*, decimuſque Abbas Vallisumbroſæ, Epiſcopus Florentinus electus eſt anno 1155. Contendunt alii perveniſſe ad ſedem anno 1157. in eaque perſeveraſſe uſque ad annum 1158. dieque 20. Maji obiiſſe, cum epiſcopatum ſimul, ac cœnobium ſanctiſſimè adminiſtraſſet. Ab Adriano IV. ampliſſimum obtinuit privilegium anno 1156. viciſſimque monialibus S. Petri majoris alterum induſit, quo ejus monaſterii omnia bona confirmabantur, ut in ſubjecto diplomate videre eſt.

a De eo Simius in Catal. Viror. illuſt. Congreg. Vallumb. p. 10. & Landuſ.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Ambroſius, Dei gratia, ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus. Dilecta in Chriſto filia Magdalena, ſancti Petri majoris Abbatiſſæ, ſibique in eodem monaſterio regulariter ſuccedentibus, &c.

Rationis ordo expoſtulat, & ſacra legis ſanxit auctoritas deſideretis juſta poſcentibus pia compaſſione ſuccurrere, & votis legitima deſiderantium, &c. charitatis congruum impertiri ſuffragium. Tunc enim devotionis noſtræ famulatus Deo gratus impenditur, cum ex charitatis radice procedens provectis poſtulantium inſtinctu extenditur. Eapropter dilecta in Chriſto filia Magdalena devotionem tuam, & tuarum ſororum erga nos, & Eccleſiam S. Joannis attendentes, ut in monaſterio, cui, Deo auctore, deſervis, religio copioſius augeatur, ejus juſtis petitionibus clementer annuimus, & eidem monaſterio, præſentis privilegii ſcripto communimus, ſtatuentes, ut quæcumque bona eadem eccleſia in præſentia juſte, & canonicè poſſidet, aut in futurum, Domino auxiliante, rationabiliter poterit adipiſci, firma ſibi, ac poſtmodum ſuccedentibus, & illibata permaneant eorum, pro quorum ſuſtentatione, atque gubernatione oblata ſunt uſibus profutura, inter quæ proprio quædam duximus notanda vocabulo, eccleſiam videlicet beati Felicis, quæ eſt juxta Emam poſita cum omni jure ſuo: ordinationem quoque ipſius eccleſiæ, ſecundum regulam B. Benedicti ſibi, & poſtmodum ſuccedentibus, noſtra auctoritate concedimus, ſalva tamen in omnibus Florentini Epiſcopi debita obedientia, & conſueta reverentia. Poſſeſſiones quoque omnes, quas quædam nobilis, & religioſa mulier nomine Giſla eidem eccleſiæ contulit. Quæ utique omnia decernimus, atque præſente privilegii pagina confirmamus, & tam ea, quæ a prænominata matrona collata ſunt, quam quæ a cæteris fidelibus in futuro, juſtè ſunt conferenda jam dictæ beati Petri eccleſiæ ſine alicujus hominis contradictione firmiter teneant, atque poſſideant. Ad præſentis autem privilegii, & conſtitutionis confirmationem decernimus, ut præfatum monaſterium per ſingulos annos in feſtivitate B. Joannis Baptiſtæ pro ſupradicta eccleſia B. Felicis, quatuor libras ceræ nobis, & ſucceſſoribus noſtris cenſualiter perſolvant. Si qua ergo eccleſiaſtica, ſæcularisſve perſona hujus noſtri decreti paginam ſciens auſu temerario contraire, aut infringere tentaverit, ſeu hæc, & omnia, quæ jam ſunt iuſte collata, quæque in futuro ſunt conferenda, aliquo malo ſtudio minuere, vel auferre præſumpſerit, Dei etiam indignationem incurrat, & corporis, ac ſanguinis Domini ſe reum eſſe cognoſcat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat: ſervantibus autem, quod a nobis ſtatutum eſt, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Ambroſius ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ epiſcopus a me facto ſubſcripſi.

Ego presb. Azo, & canonicus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ interfui, & ſubſcripſi.

Ego Petrus presb. & canonicus S. Flor. Eccl. interfui, & ſubſcripſi.

Ego presb. Guido, & canonicus S. Flor. Eccl. interfui, & ſubſcripſi.

Ego Rogerius presbyter, & canonicus S. Flor. Eccl. interfui, & ſubſcripſi.

Ego presb. Ildeprandus, & canonicus S. Flor. Eccl. interfui, & ſubſcripſi.

Ego Ugucio canonicus, & diaconus ſubſcripſi.

Ego Ugo canonicus, & diaconus ſubſcripſi.

Egu Ugo canonicus, & diaconus ſubſcripſi.

Ego Olivarius ſubdiaconus, & canonicus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ laudo, & ſubſcripſi.

Ego Petrus ſubdiaconus, & canonicus interfui, & ſubſcripſi.

Egu Vicedominus ejuſdem eccleſiæ ſubdiaconus interfui,

terfui, & ſubſcripſi.

Ego magiſter Julius ſubdiaconus, & canonicus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ interfui, & ſubſcripſi.

Data per manum Alberti Florentinæ archidiaconi, ann. Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto, indict. iv. &c.

Cæterum Ambroſius apud Adrianum Pontificem gratioſus fuit, ſubque Apoſtolicæ ſedis protectione Florentinum epiſcopatum excepit, revocavitque conceſſionem Epiſcopo Senenſi indultam de plebania Podii Bonitii anno 1156. xv. Kal. Maii.

Eodem anno 1156. quo Ambroſius tot privilegia monaſterii S. Petri corroboravit, & ſuam etiam donationi factæ a Godefrido anteceſſore Epiſcopo cœnobii S. Salvii, quod a ſuis anteceſſoribus ingentibus beneficiis ornatum fuerat, auctoritatem adjecit; Oprando Abbati, & fratribus D. Nicolai eccleſiam, cum iis omnibus, quæ ad eam ſpectarent, obnoxiam eſſe juſſit, eamque ſuæ, ſucceſſorumque auctoritati ſubduxit: cujus rei monumentum è ſuo exemplari in papyraceo lib. Valliſumbroſanæ congregationis contecto erutum eſt in hunc, ut ſequitur, modum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Ambroſius, Dei gratia ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus. Dilecto in Chriſto fratri Oprando Abbati monaſterii ſancti Salvii, ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Ad hoc nobis eccleſiaſticæ diſpenſationis cura a Deo commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas, & beneplacentem Deo religionem ſtudeamus modis omnibus propagare. Tunc enim injunctum officium ritè proſequimur, cum his qui contemptis mundi curis, divino ſunt obſequio mancipati, pietatis intuitu ſubvenimus. Eapropter dilecte in Chriſto frater Oprande, tuis ac fratrum tuorum juſtis poſtulationibus clementer annuentes, eccleſiam B. Nicolai ſitam Corſu arſa, cum his, quæ nunc poſſidet, & quæ in futuro, Deo propitio, poterit rationabiliter adipiſci, tibi & ſucceſſoribus tuis noſtra auctoritate confirmamus, & præſentis decreti pagina roboramus. Abſolvimus quoque eandem Eccleſiam, ab omni prorſus pecuniaria exactione, & ab omni debito, & ſervitio, quantum ad nos attinet, & ad plebem noſtram, liberamus, atque immunem, & liberam eſſe decernimus, quod bonæ memoriæ Godefridum prædeceſſorem noſtrum ſuo privilegio feciſſe cognovimus. Non liceat itaque nobis, vel ſucceſſoribus noſtris aliquid ſtipendiorum a præfata Eccleſia exigere, aut aliquod injuſtum gravamen fratribus imponere. Qui vero hoc infringere poſt hujus noſtræ conceſſionis, & abſolutionis, cognitionem tentaverit, reum ſe de perpetrata iniquitate, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti alienum cognoſcat. Ut autem hæc pagina verius credatur, propria manus ſubſcriptione voluimus roborare, & ad omnium notitiam, ſigillo noſtro confirmare, pontificali auctoritate complacuit.

Ego Ambroſius, Dei gratia, Florentinæ Eccleſiæ epiſcopus a me ſacto.

Ego Gerardus, Dei gratia, S. Flor. Eccl. ut officiarius, & archipresb.

Ego Ildeprandus ejuſdem eccleſiæ canonicus.

Ego Ugo canonicus & diaconus ſanctæ Florentinæ eccleſiæ.

Ego Ubaldus diaconus, & canonicus ejuſdem Florentinæ eccleſiæ.

Datum per manum Alberti S. Florentinæ eccl. Archidiaconi, & præpoſiti anno Dominicæ Incarnationis MCLVI. xi. Kalend. Novembris, Indictione V.

XXXII. 31 JULIUS ſucceſſit Ambroſio ann. 1158. De hoc Julio dubitat Borghinus, an idem ſit cum illo altero Julio, qui poſt hunc, qui ſequitur, Zenobium ſedit. Sed cum horum duorum dignitas inciderit in ſchiſma inter Alexandrum, & Victorem Pſeudopontificem, dicendum eſt, unum tantum fuiſſe Julium, qui prius favore Imperatoris intruſus fuerit, ac poſt reconciliationem factam, poſt Zenobium verum Epiſcopum, ab excommunicatione expiatus ſederit. Evenit id 1174. in quo ipſo anno Zenobius vita functus eſt, vixitque deinde Julius uſque ad annum 1181. niſi forte velimus hoc ipſum aſſerere de Zenobio. Cum enim Ludovicus Cavitellus in Annalibus Cremonæ ſchiſma illud connumeraſſet, narrat etiam, dinumeratque Epiſcopos ab Alexandro depoſitos, in quibus Epiſcopus Florentinus fuit, cujus non prodit nomen, ac proinde cauſam dedit de utroque dubitandi. Non alia ad poſteros de Julio Epiſcopo transfuſa eſt memoria, quam quod Alexandro Papa interceſſore, monaſterio S. Salvii eccleſiam, ac parochiam S. Jacobi, conſentiente capitulo, attribuit, pluribuſque oneribus exemerit, cujus rei gratia adiectum a nobis hiſtoriæ monumentum confectum eſt, quod Urbanus III. poſtea ratum, firmumque dato ad Gilbertum Abbatem diplomate eſſe ſanxit, Gilbertus verò ea forma, qua in publicas tabulas donatio relata conſpicitur, cum Julio compromiſit.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Julius, Dei gratia, ſanctæ Florentinæ eccleſiæ Epiſcopus. Dilecto in Chriſto filio Gilberto ſancti Salvii Abbati, ſuiſque in eodem monaſterio regulariter ſuccedentibus in perpetuum.

Rationis ordo expoſtulat, & ſacræ legis ſanxit auctoritas, deſideriis juſta poſcentium pia compaſſione ſuccurrere, & votis legitima deſiderantium intuitu charitatis, religionis, & honeſtatis, congruum impertiri ſuffragium. Tunc videlicet devotionis noſtræ famulatus Deo gratus impenditur, cum ex charitatis radice procedens provectibus poſtulantium, inſtinctu pietatis extenditur. Eapropter dilecte in Chriſto fili Gilberte S. Salvii Abbas venerande, devotionem tuam, & fratrum tuorum erga nos, & eccleſiam beati Joannis Baptiſtæ attendentes, ut in monaſterio, cui, Deo auctore, deſervis, religio copioſius augeatur, tuis, tuorumque fratrum juſtis poſtulationibus, & noſtrorum venerabilium fratrum archipresbyteri, & præpoſiti precibus intervenientibus, intuitu pietatis, religionis, & honeſtatis clementer annuimus, & eccleſiam in noſtræ civitatis ſuburbio multum utilem, & ſancti Salvii monaſterio admodum neceſſariam, domini quoque Papæ Alexandri interventu conceſſimus, & quod ſatis S. Salvii eccleſiæ utilius fuit, parochiam eidem eccleſiæ Dei reverentia, & prædictorum precibus aſſignavimus, quam parochiam, ſi certis limitibus indiſſolubiliter certificaretur, atque terminaretur, curamus ſcilicet totum campum, quem S. Salvii conſtat eſſe allodium, & omnes maſſaritias, quæ nunc ibi ſunt, vel in futuro erunt, infra ſita deſignata loca, hoc modo, de duabus ſiquidem partibus currit via, de tertio latere determinat Pelilaſio, de quarta eſt murus civitatis, & foſſa juxta iſta deſignata quidem loca, concedimus, firmamus, & ſtabilimus præfatum oratorium, eccleſiam, & parochiam prædictis limitibus, & certis terminis limitatam annuimus, & confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communivimus. Sepulturam quoque prædictæ parochiæ tibi, tuiſque ſucceſſoribus liberam eſſe concedimus, ſtatuentes, ut quæcumque bona prædicta eccleſia juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam, & monaſterium S. Salvii temere perturbare, aut ejus bona auferre, vel ablata retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur. Salva nimirum in omnibus, & per omnia diœceſani juriſdictione, & Florentini Epiſcopi auctoritate, & reverentia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructus

bona actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia aeterna pacis inveniant. Amen.

Ego Julius Florentinæ eccleſiæ epiſcopus, licet indignus hoc ſcriptum a me factum comprobavi, ideoque ſubſcripſi.

Ego Bernardus S. Florentinæ eccleſiæ præpoſitus, & prior S. Laurentii, licet indignus, huic privilegio aſſenſum præbui, ideoque ſubſcripſi.

Ego Rogerius ſanctæ Florentinæ eccleſiæ archipresbyter, huic privilegio aſſenſum præbui, ideoque ſubſcripſi.

Ego Nicolaus ejuſdem eccl. canonicus, & ſacerdos hic ſubſcripſi.

Ego Bonifacius eccleſiæ Florentinæ diaconus, & canonicus ſubſcripſi.

Ego magiſter Guido Florent. eccl. canonicus, & diaconus ſubſc.

Ego Paganus eccl. Flor. canonicus ſubſcripſi.

URBANUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Gilberto Abbati, & conventui ſancti Salvii Floren. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Juſtis petentium deſideriis facilem nos convenit præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, eccleſiam ſancti Jacobi, ſitam in civitate Florentiæ a bonæ recordationis Julio quondam ejuſdem civitatis Epiſcopo, de conſenſu capituli Florentini, eccleſiæ veſtræ conceſſam, cum ſepultura, & parochia ejus, cum limitibus certis, qui in chartula, quam idem Epiſcopus de illa vobis, & eccleſiæ S. Salvii donatione tradidit, leguntur expreſſe, ſicut ea juſtè, ac ſine controverſia poſſidetis, auctoritate vobis Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum ſit licitum hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum.

Datum Veronæ 4. Nonas Maii.

a Omittendus utpote intruſus.

32. ZENOBIUS a Epiſcopus Florentinus, reperitur anno 1161. de quo ſupra mentionem fecimus. Poſt cujus exceſſum, ſive poſt degradationem iterum Julius ad ſedem evectus eſt, quam obtinuit uſque ad annum 1181. ut ſupra docuimus. Cum vero nil aliud in funeſtis hiſce temporibus occurrat, quæ conglobatæ undique calamitates ſchiſmatis obruebant, quam ferè nudum Zenobii Epiſcopi noſtri nomen, abs re non abhorrere mihi viſum eſt è tenebris, ſilentioque hominum, duorum concivium Zenobii memoriam vindicare, ad novam dignitatem, ſplendoremque patriæ noſtræ affundendum. Primus erit B. David S. Bernardi Abbatis diſcipulus, in hac nobiliſſima civitate Florentiæ natus, qui cum ætatis longioris annos monaſticam excoluiſſet vitam, onuſtus meritis, clarusque miraculis in Hermentodenſi Germaniæ cœnobio corporis vinculis ſolutis in cœlum evolavit an. 1179. xj. Decembris. Illius vita ab ſynchrono auctore conſcripta nuper Nicolai Heeſii viri eruditiſſimi opera in manipulo rerum memorabilium ejuſdem monaſterii typis cuſa in lucem emanavit. Plures auctores illius mentionem fecerunt, inter cæteros Cæſarius Hieſterbachenſis nonnullos noverat, qui cum ſancto illo viro egerant, non ille tamen, aliive ejus patriam ſcriptis tradidere, eoque omnes perſuaſerat opinio, Gallum, aut Germanum extitiſſe. Unicus tantummodo doctiſſimus Aubertus Miræus, qui ſancti vitam manuſcript. perlegerat, in ſuo Ciſtercienſi chronico Florentinum natione fuiſſe, iis verbis memoriæ conſecrarat: *B. David natione Florentinus, primum Claravallis, poſtea Hermenrodenſis monachus, &c.* quæ verba pluribus patriam indicare obſcurius viſa, cum regnum, è quo oriundus eſſet, non diſtinxiſſet, nonnulli vero Germanum ex urbe Confluentia Treviris vicina oriundum fuiſſe divinarunt. Verum hujuſmodi ſcrupulum ipſius res geſtæ in lucem editæ exemerunt, ubi auctor ſynchronus recenſet, ut ſeculi obtrito faſtu religioſam vitam amplexus, recepto in Galliis S. Bernardi beneficio Ciſtercienſis familiæ habitu, in Clarævallenſi monaſterio monaſtica ſe diſciplina illi tradidit: natione Tranſalpinum è Florentina Longobardorum urbe oriundum fuiſſe narrat, cum perſpicuum ſit, in Galliis Italos omnes, ut ſæpius Longobardos nuncupari, ſic & collegium pro Florentinis, Italiſque alumnis Pariſiis ab Andrea Gino Malpilio Florentino Cardinali Epiſcopo Atrebatenſi in ſuo palatio excitatum Longobardorum nuncupatur; in fronte collegii iſta epigraphe:

Ginus Atrebatum Præſul, quem Florida lucem
Ora ſuo dederat, nobilis Arne, ſinu.
Has Italis ſacras Muſarum condidit ædes,
Quas Lombarda novo nomine turba tenet.

David ergo noſter Florentiæ Thuſcorum natus cum adoleſcentia floreret, anno circiter ſalutis 1130. in Gallias ſtudiorum cauſa profectus, S. Bernardi ſanctitatis opinione, quæ latè percurrebat, illectus, exuto priori conſilio, ad eum ſe contulit, ſummiſque contendit precibus, ut ſuorum numero monachorum adſcriberet. Qui vix ad ejus vota ob delicatioris corpuſculi habitum inflecti potuit: admiſſum, ac multis laboribus tentata ejus patientia, eximiaque virtute perſpecta ad Hermenrodenſem in Germaniam paulo poſt condendam abbatiam miſit, ubi brevi virtutum ſuarum exemplis ingentem ad populum exiſtimationem probatis, tum apud Fridericum I. Imperatorem, alioſque Germaniæ Principes ita collegit, ut poſt annos quadraginta in navanda divinæ gloriæ opera ductos, anno, ut dictum eſt 1179. in cœlum meritas palmas collecturus evolavit. Cumque in dies illius ſanctitatis gloria inclareſceret, ejus oſſa anno 1204. loculo plumbeo incluſa in honorificentiore ſepulchro marmoreo in eccleſia ejuſdem cœnobii repoſita fuere, ejuſque feſtus dies 11. Decembris eccleſiaſtico ritu inſtitutus celebratur. Hujus viri ſanctitatis agnitus ſplendor incredibili me gaudio perfudit, non modo, quod è mea nobiliſſima patria, quæ viros ſanctitate illuſtres omnibus ſeculis peperit, oriundus fuerit, verum etiam, quod in eodem Ciſtercienſi ordine, in quo verſor, regulari eadem obſervantia a S. Bernardo excultus multo ante tempore fuerit, quam ordo Ciſtercienſis ſuas propagines Florentiæ diffunderet, cum ille monaſticum habitum induerit anno 1130. Ciſtercienſes vero Gregorii IX. juſſu, anno 1236. Ardingi Epiſcopi Florentini temporibus, ut ſuo dicetur loco, primam coloniam ad Abbatiam Septimianam, tantum quinque milliaribus ab ea urbe diſſitam, propagarint. Davidis noſtri Cæſarius Hieſterbachenſis ſuis in dialogis præclaram mentionem edidit lib. 1. cap. 4. & lib. 2. cap. 55. De eo Petrus Cratepolius de Epiſcopis Germaniæ; Joannes Abbas in Catalog. Sanctorum Ordinis, Manriquez lib. 3. Laureæ Evangel. Joannes de Aſſigny Abbas Nivelenſis lib. de viris illuſt. ordin. Ciſtercienſis; Miræus in Chronico, Chryſoſtomus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, aliique præter Gaſparum Jogellinum noſtrum in notitia Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis, & Nicolaum Heeſii. Porro de clauſtro Hermenrodenſi nobili monaſterio in archidiœceſi Trevirenſi, ab Alberone Archiepiſcopo anno 1133. condito conſuli poteſt idem Heeſius apud eundem Jogellinum eruditiſſimum virum, nobiſque amiciſſimum.

Davidi conſpicuo ſanctitatis monacho Florentia oriundo, cœloque Zenobii Epiſcopi temporibus tranſfuſo, alterum doctrina, dignitateque Cardinalitia illuſtrem concivem conjungamus, cujus hactenus patria incognita fuit Panvinio, Ciaconio, aliiſque, qui de S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ſcripſere. Is extitit M. Laborans civis Florentinus in oppido, cui Pontormum nomen eſt, ſeptimo ab urbe milliario natus, qui primis adoleſcentiæ annis Gallias petiit, ut literis ingenium perpoliret; qui cum ſtudia libare cœpiſſet, muſarum ſuavitate deli-

butus, ſtrenuam adeo adipiſcendis ſcientiis nava vit operam, ut doctoratus lauream in Pariſienſi academia compaearet; cumque ejus doctrinæ fama late iocrebreſceret, ab Alexandro III. creatus eſt diaconus Cardinalis S. Maetæ in Porticu 1179. mox presbytee Cardinalis ad titulum S. Mariæ Tranſtyberim. Legati munere ſub eodem Alexandro, Uebanoque III. ſæpius in Longobardia perfunctus, ſedente tandem Clemente III. ultimo ipſins pontificatns anno, qui fuit ſalutis 1191. relicto ingenti ſui deſiderio, cum ſumma prudentiæ, doctrinæ, virtutumque omnium laude extioctus eſt. Traosfudit ille ad poſteros plura ingenii ſui monumenta, ac inter alia inſigne illud de *Juſtis, Juſtitiaque rationibus* opus quadripartitum; edidit aliud *de vera liberalitate* ad Hugonem Archiepiſcopum Panoemitaoum, necoon involumen congeſſit *decreta Pontificũ*, quod inſcripſit *Compilatio decretorum* ad Petrum Præſulem Pampilonenſem. Extat manuſcript. in tabulario Canonicorum baſilicæ Vaticanæ, ubi ipſe auctor, è qua patria eſſet oriundus, veebis ſequentibus enarrat pag. 139. *Ad Floridum Florentia patria mihi natale ſolum, & ad Vallem Arniſaaa Pontorma nativitatis mea nobile caſtrum, cui nomen indidit viciniſſimus ei pons, & fluvius Orma. De Francorum climate per Alemanniam regreſſum feliciter a ſcholis habeas, a quodam fauſta memor. pio viro, cui ſit in cœlo palatium, decenti gratitudine ſui receptus hoſpitio, &c.* Hic vero titulus libro præfigitue, *Compilatio decretorum Laborantis Cardinalis ad Petrum Præſulem Pampilonenſem*; ad calcem adjectus eſt annus, quo librum conſcripſerit, his veebis: *Edidit hoc opus Laborans anno 1182. ultimo die Aprilis.* In eo codice hujus Caedinalis effigies ſuis coloribus expreſſa, atque adumbrata cernitur, quam nos tum ad lectoris voluptatem, tum ad tanti, tamque celebris concivis illuſtrandam memoriam, qui patriam maximorum ſemper ingeniorum alteicem, ſuis natalibus, ac ſcriptis ornavit, incidi, typiſque commendari aliquaodo curabimus, in noſtro de Purpuratis viris Florentinis commentario.

XXXIII. 33 BERNARDUS *a* Epiſcopus Florentinns creatus eſt anno 1182. ac vixiſſe creditur uſque ad annum 1189. Huic a Lucio III. Pontifice maximo plebania Mortareoſis confirmata eſt anno 1182. 4. Kal. Januarii. Sequenti vero anno fuit inſceiptum ſequens diploma ejuſdem Lncii Papæ ad favorem monaſterii ſanctiſſimæ Trinitatis de Florentia Ordinis Valliſumbroſæ, opeca Beroardi Epiſcopi, cujus tenor eſt hujuſmodi.

a Huic ſcribit Urbanus III. e literas de conjugio leproſor. & Clemens III. c. Videtur qui matrimonia accip. poſ. Item Urbanus III. c. de illa. de divortiis. Fuit e vero Florentinus Cathedralis Præpoſitum, & Priorem inſignis collegiatæ S. Laurentii evidenter probat Cl. Abbas Salvinus in hiſtor. de Canonicis Florentinis.

LUCIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei

Dilectis filiis Hieronymo Abbati monaſterii S Trinitatis Florentiæ, ejuſque fratribus, tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Quoties a nobis petitur, &c. uſque impertimur. Eapropter dilecti &c uſque annuimus Et præfatum monaſterium S Trinitatis Florentiæ, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, &c. uſque communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem fratrum Valliſumbroſæ, in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur Præterea quoſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona ibidem monaſterium in præſentiarum juſtè, ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione, &c. uſque fidelium, vel aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum parochia ſua, certis terminis diffinita. Curtem de Ripule, & de Varliano, curtem de Lignaria, curtem de monte cum omnibus earum pertinentiis: agros de Mugnone, & de Turri cum ſuis pertinentiis; ſane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos e ſeculo fugientes liberos, & abſolutos ad converſionem recipere, & eos abſque contra

A *dictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem, fas ſit abſque Abbatis ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu, de eodem loco diſcedere, diſcendentem verò abſque communium literarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Inhibemus inſuper, ut nullus infra terminos Parochiæ veſtræ, ſine aſſenſu diœceſani Epiſcopi, & veſtro Eccleſiam, vel oratorium de novo conſtruere audeat ſalvis tamen privilegiis Romanæ Eccleſiæ. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi, qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars*
B *conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit præfatum monaſterium temere &c uſque profutura. Salva auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur &c cognoſcat, & a ſacratiſſ &c uſque ſubiaceat Cunctis autem eidem loco &c. uſque inveniant. Amen, Amen, Amen.*

Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Theodinus Portuen. & S Ruffinæ Epiſcopus ſſ.
Ego Henricus Albanen. Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Paulus Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Joannes Presbyter Card. tit. S. Marci ſſ.
Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. S. Suſonnæ ſſ.
Ego Laborans Presbyter Card S Mariæ Tranſtyberim t. Calliſti ſubſcripſi.
Ego Pandulphus Presbyter Card. tit. Baſilicæ XII Apoſtolorum ſubſcripſi.
Ego Jacobus Diac Card S Mariæ in Coſmedin ſſ.
Ego Gratianus Diac. Card. SS Coſmæ, & Damiani ſſ.
Ego Bobo Diaconus Cardinalis S Angeli ſſ
C *Ego Soffridus S. Mariæ in Vialato Diac. Cardinalis, & Cancellarius 13 Kal. Martii, Indict 11 Incarnationis Dominicæ anno 1183 Pontificatus vero D. Lucii Papæ III. anno tertio.*

Hujus Epiſcopi temporibus, Algiſius Archiepiſcopus Mediolanenſis aliquot donationes Eccleſiæ S. Ambroſii Florentiæ à ſuis prædeceſſoribus factas ratas habuit anno 1183.

Algiſius Dei gratia S. Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. Dilectæ in Chriſto filiæ Abelinæ Abbatiſſæ monaſterii S Ambroſii ſiti in ſuburbio Florentiaæ civitatis, ejuſque ſororibus tam præſentibus quam futuris &c.

Pervenit ad aures noſtras, quod monaſterium, in quo eſtis divinis obſequiis mancipatæ, antiquam prædeceſſorum noſtrum conceſſionem quarundam poſſeſſionum, quas Mediolanenſis Eccleſia, cui licet indigni præſidemus, in loco qui dicitur Cintoria, & aliis locis tam Florentini, quam Feſulanenſis Epiſcopus habebat emphyteutico iure ſub annuo cenſu, meruerit, nobiles quoſdam timorem Dei ante oculos non habentes ſuperius jamdictos poſſeſſiones occupare &
D *iram Dei omnipotentis, & Beatiſſimi confeſſoris Ambroſii Patroni noſtri non timentes incurrere. Quoniam igitur & antiquorum fratrum noſtrorum relatione manifeſtum accepimus, conceſſionem, ſeu donationem prædictarum poſſeſſionum à prædeceſſoribus noſtris veſtro factam eſſe monaſterio, & nos ea, quæ a prædeceſſoribus noſtris facta eſſe noſcuntur, noſtræ auctoritatis robore debemus confirmare, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, conceſſionem, ſeu donationem poſſeſſionem prædictarum, prout eſt a prædeceſſoribus noſtris iure emphyteutico, vel aliquo alio jure facta vobis & per vos monaſterio veſtro ſub antiquo, & ſolito cenſu confirmamus, & conferimus, & præſentis ſcripti communimus patrocinio, jus, & actiones agendi experiendique in rebus principalibus, & in retentis ſervitiis, ſub eodem cenſu vobis concedentes. Decernimus ergo, ut nulli clerico, vel laico liceat vos ſuper prædictarum poſſeſſionum conceſſione, vel donatione perturbare, vel huic noſtræ confirmationi contravenire. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſecularis ſvè perſona contra hujus noſtræ confirmationis pagi-*

uam, & conceſſionem prædeceſſorum noſtrorum venire tem piaverit, & vos ſuper iam dictis poſſeſſionibus auſu temerario perturbare, & commonitu a ſua non deſtiterit præſumptione, iram Dei omnipotentis, & beatiſſimi Ambroſii, ac noſtram ſe noverit incurſurum, & in extremo examine divinæ ſubjaceat ultioni, ſuique honoris, & dignitatis periculum incurrat. Quibuſcumque autem jura veſtra ſuper prænominata conceſſione, ſeu donatione, & hac noſtra confirmatione ſervantibus, pax multiplicetur, & gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Amen

Ego Algiſius Mediolanenſis Archiepiſcopus ſubſcr.
Ego Petrus presb. ſubſcripſi.
Ego Otho diac. & Vicedominus ſubſcripſi.
Ego Guiſcardus diac. ſubſcripſi.
Ego Ubertus ſubdiac. ſubſcripſi.
Ego Lauterius canonicus S Mariæ ſubſcripſi.
Ego Philippus presb. ſubſcripſi.
Ego Rolandus S. Mediolanenſis eccleſiæ cancellarii ſſ.
Ego Oddo diaconus ſubſcr.
Ego Guertus Iudex, & Reip. Mediolan. conſul. ſſ.
Ego Viſcardus presb. ſubſcr.
Ego Albericus presb. ſubſcripſi
Ego Heiſprandus judex, & conſul. Mediolan. ſſ.
Ego Ardericus dictus Bonatæ judex ſubſcripſi.
Ego Joannes judex ſubſcripſi.
Ego Magiſter Arduini ſubdiac. ſubſcripſi.
Ego Albertus ſubdiac. ſubſcripſi.
Ego Ubertus ſubdiac. ſubſcripſi.
Ego Joannes de mandato D. Ugonis presbyteri ſſ.

Datum per manum Magiſtri Rolandi Mediolanenſis eccleſiæ diaconi, & cancellarii anno Domini milleſimo centeſimooctuageſimo tertio menſe Februario Indict. prima, &c.

Hic Algiſius Pirovanus Archiepiſcopus Mediolanenſis eſt, cui Lambertus Cribellus ſucceſſit, qui poſtea Urbanus III. fuit: in catalogo Mediolanenſium Epiſcoporum dicitur electus anno 1181. ſed ex ſupraſcripta confirmatione colligitur vixiſſe illum 1183. nec potuit ei ſucceſſiſſe Lambertus, niſi eodem anno, hoc eſt 1183.

(„ *Anno 1187. interfuit Bernardus conſecrationi Eccleſiæ S. Donati de Turri ſub Ruper Gherardum Ravennatem Archiepiſcopum, Apoſtolicum Legatum in partibus Thuſciæ. Refert documentum Cerrucchinius in Chronol. Epiſcop. Florentin.*)

XX XIV. 34 PETRUS Florentinam Eccleſiam rexit 1189. uſque ad 1205. in quo ipſo anno deceſſit, nec præter aliquot conceſſiones aliquid reperitur de eo. Quo Epiſcopo vivente Cœleſtinus III. monaſterium S. Petri majoris protegendum ſuſcepit, in eum hoc edito diplomate.

COELESTINUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis in Chriſto filiolis Mariæ Abbatiſſæ, & ſororibus monaſterii S. Petri majoris, quod in ſuburbio civitatis Florentiæ ſitum eſt tam præſentibus, quam futuris in perpetuum.

Prudentibus virginibus, quæ ſub habitu Religionis accenſis lampadibus per opera ſanctitatis jugiter ſe præparant ire obviam ſponſo, ſedes Apoſt. debet præſidium impertiri, ut tanto firmius valeant in propoſito religioſo perſiſtere, quanto terrenorum fluctuum tempeſtate Apoſtolica conceſſione fuerint propenſius communitæ. Eapropter dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis petitionibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium S. Petri majoris, quod in ſuburbio Florentinæ civitatis cõſiſtit ad exemplar felicis recordationis Anaſtaſii P. P. prædeceſſoris noſtri, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ut quaſcumque poſſeſſiones, & quæcumque bona, quæ dictum monaſterium in præſenti juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & iis, quæ poſt vos conceſſerint, illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis Eccleſiam videlicet S. Felicis ſitam juxta Emam, quam bon. mem. Azo quondam Florentinus Epiſcopus canonicè vobis, juxta regulam B. Benedicti habendam in perpetuum, & regendam, diſponendamque conceſſit: univerſas poſſeſſiones, quas nobilis mulier Giſla monaſterio veſtro rationabiliter contulit, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & confirmata vobis, & iis, quæ poſt vos ſucceſſerint, & inconcuſſa perpetuis temporibus decernimus permanere, ſtatuentes, ut nec vobis, nec iis quæ poſt vos ſucceſſerint, eamdem Eccleſiam liceat quolibet titulo à veſtro monaſterio alienare. Decernimus ergo &c. ſi qua igitur &c. cunctis autem, &c. Amen.

Ego Cœleſtinus Epiſcopus Catholicæ Eccleſiæ ſſ.
Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Joannes Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Pandulphus Baſilicæ 12. Apoſtolorum presb. Card.
Ego Mel tit SS Joannis, & Pauli presb Card.
Ego Joannes tit. S Clementis Tuſcoren. Epiſcopus.
Ego Romanus tit. S. Anaſtaſiæ presb Card.
Ego Lotharius SS. Sergii, & Bacchi diaconus Card.
Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani diaconus Card.
Ego Gerardus S Adriani diac. Card
Ego Joannes S Theodori diac Card.
Ego Gregorius S. Giorgii ad Velum aureum diac. Card.
B *Ego Nicolaus S Mariæ in Coſmedin diac Card*

Datum Laterani per manum Merſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi . . . Kal. Aprilis Indict. x. Incarnationis Dominicæ an. 1192 pontificatus Domini Cœleſtini Papæ III anno primo.

Eodem anno Cœleſtinus Papa II. Lanfranco Abbati Boniſolatii, ſuiſque ſucceſſoribus ſequens indulſit privilegium è Tabulario ejuſdem monaſterii deſumptum. Hæc eſt illa Abbatia ab Hugone Hetruriæ marchione conſtructa, Podio Epiſcopo Florentino jubente, de qua ſupra narrationem inſtituimus. Diploma vero eſt hujus tenoris.

COELESTINUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filii Lanfranco Abbati S Mariæ de Boniſolatio ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Quoniam ſine veræ cultu Religionis, &c uſque permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Decimationes videlicet quas hactenus canonicè poſſidetis: quod habetis in monte Caroſo, & curte ejuſdem Caſtri. In petra Menſola, & curte in Aquarica, & quicquid habetis in valle de Carza. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia præponatur. Sed liceat vobis communi conſilio, vel parti ſanioris conſilii ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam abſque ullius contradictione Abbatem eligere. Clericos autem ſivè laicos liberos ſeculariter viventes ad cõverſionem ſuſcipiendi abſque alicujus contradictione facultatem & licentiam habeatis. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati qui cumque ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſſtat; ſalva tamen juſtitia matricis Eccleſiæ. Ad judicium autem hujus a ſede Apoſtolicæ perceptæ protectionis, 12. denarios Lucenſis monetæ, nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum, liceat idem monaſterium temere perturbare aut ejus poſſeſſiones, auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibus libet moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva Diœceſani epiſcopi canonica juſtitia, & Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qua igitur, &c. Cunctis autem, &c. Amen.

Ego Cœleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus.
Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Petrus presb. card. tit. S. Cæciliæ.
Ego Ubaldus presb card tit S Praxedis:
Ego Guido presb card. tit. S. Laurentii in Damaſo.
Ego Manfredus presb card. tit. S Sabinæ.
Ego Aribertus presb card tit S. Anaſtaſiæ.
Ego Guido diac card SS Coſmæ, & Damiani.
Ego Rodulphus diac card tit. S Luciæ in Septaſalis.
Ego Joannes diac card S. Mariæ Novæ.

Datum Laterani per manum Gerardi S Romanæ Eccleſiæ presbyteri cardinalis, ac Bibliothecarii 4 Kalendas Martii Indictione 10 Incarnationis Dominicæ ann 1192.

For-

Digitized by Google

Pontificatus vero D. Cæleſtini Papæ II. an. s.

Temporibus etiam hujus Epiſcopi brachium S. Philippi Apoſtoli Florentiam delatum eſt, cum pluribus aliis reliquiis, quæ in Cathedrali eccleſia honorifice aſſervantur. Meminit hujus Epiſcopi Innocentius III. c. 5. de ſtatu Monachorum, & c. 5. & 8. de Donationibus.

XXXV. a De eo Theulus in Theatro hiſt. Villitern. p. 192 Mandoſ.

35. JOANNES a, Velliternenſis, Canonicus regularis, cum Lucæ Prioris S. Fridiani munere fungeretur, ad hanc Eccleſiam aſſumptus eſt poſt Petri exceſſum an. 1205. ac annos 25. in ea dignitate ſuperſtes fuit; deceſſit autem 1230. In tuendis Epiſcopatus fortunis maxime valuit, ſiquidem multa recuperavit, quæ Florentino Epiſcopatui ex negligentia ſuorum prædeceſſorum deceſſerant, eaque de re multa condita ab eo inſtrumenta in Archivio Canonicorum adhuc viſuntur, quæ hic adſcribere non libuit. Hic primus fuit, qui Prætorem in ſuis terris, oppidiſque tuendo juri conſtituit, qui mos deinde Florentiam & in totam Italiam prudentum conſilio derivatus eſt. Implicitam, diuturnamque litem cum Senenſi Epiſcopo exercuit, de Podii Bonitii plebania; retulitque ea de re victoriam Innocentio III. ſummo Pontifice ſedente 12. an. ſui Pontificatus 13. Kal. Iulii: Eidemque Pontifex omnia privilegia Eccleſiæ Florentinæ indulta confirmavit anno 1208. 12. Kal. Julii. Denique Præſul fuit ſummæ exiſtimationis, inque explicandis negotiis ſingularis prudentiæ, qui inter cætera præclara facinora, illud etiam tandem effecit, ut clerus etiam ad antiquam, priſcamque formam vivendi traduceretur. Joanni Epiſcopo an. 1211. Innocentius III. (r) Piſanorum negotium Sardiniæ præſidentium commiſit, & contra S. Petri Patrimonii invaſores claſſem ſubmiſit teſte Bzovio Annal. Eccl. Sequenti vero anno Joannes ad ſe venientem S. Franciſcum lætus excepit, ſtuduitque, ut a nobili gente Ubaldina Nemoris cœnobium pervetuſtum olim ab eadem anno Chriſti ſexcenteſimo prope oppidum Scapariæ ad quartumdecimum a Florentia lapidem pro Baſilianis monachis exſtructum eidem ſancto, fratribuſque ſuis traderetur; quibus tandem anno 1221. intra urbem receptis, permiſit ſane cœnobii ædificationem apud ædem S. Crucis, quod nobilis Spinellorum Florentina familia ſubſtruxit auguſtiſſime; è quo inter alios illuſtres viros prodiit Joannes Parens nobilis Florentinus, qui primus poſt S. Franciſcum ordinis generalis miniſter fuit, cujus meminit eruditus noſter Lucas Waddingus tom. 1. Annal. Minor. de quo etiam ita Verinus cecinit lib. 3.

Illuc & priſci ſtirpem traxere Parentes,
Ex hac inſignis morum probitate Joannes
Juris interpres, Franciſci dogmata primus
Rexit, & extremos Præſul moderatus Iberos.

Nec prætereundum, quod eodem ipſo anno Seraphici patris admonitu, & pia Præſulis Joannis, aliorumque civium liberalitate Florentiæ ſub divi Pauli nomine nobile Xenodochium ædificatum eſt, primique accolæ infirmis ſervientes ab eodem ſancto Minorum Fratrum habitu ſunt induti, Tertiique fratres ſunt appellati; deinceps Tertiariorum ordo initium ſumpſit, ut in monumentis ejuſdem Xenodochii ſcriptum inveni.

Hoc eodem anno 1221. 6. Idus Novembris præſente Raynaldo Epiſcopo Cardinali Oſtienſi Apoſtolicæ ſedis in Hetruria legato Fratribus Ord. Prædicatorum Epiſcopus Joannes Eccleſiam S. Mariæ Novellæ dono dedit, Canonicis cathedralis, totoque cleri capitulo aſſenſum præbente, quam pro toto Fratrum collegio, divoque Dominico recepit Ubaldinus Prior. Sederant ii primum non longe ab urbe in Ripolana planitie apud oratorium a Deuſdedit Florentino cive exſtructum; ubi cum ad menſes paucos manſiſſent, intra urbem ab Epiſcopo, civibuſque evocati apud Eccleſiam S. Pancratii martyris, mox ad S. Pauli ædem, inde ad S. Mariæ Novellæ migrarunt; ubi ampliſſimum cœnobium, templumque venuſtiſſimum cœptum eſt ædificari a B. Joanne Salernitano S. Dominici diſcipulo, qui cum duodecim Fratribus primus in hanc urbem cum appuliſſet, Ordinem ſanctum ſummopere illuſtravit, ibidemque 1225. ad cœlum emigravit, jacetque ſumma religione in eadem Eccleſia, cujus iſta ſubſcriptio in marmoreo ſepulchro ſpectatur.

Beati Joannis Salernis hic ſunt oſſa locata, cujus caput cum multis Divorum reliquiis in ſacrario ſervatur. Hic autem a divo Dominico, Prædicatorum familiæ principe, atque auctore cum 12. ſociis in hanc urbem miſſus, auguſtum hoc templum, & cœnobium publice ædificatum primus coluit, atque inſtruxit, & gregem antiſtes rexit, & vita moribus, præceptis, veraque doctrina, & poſtremo miraculis fulſit, & Chriſtianam pietatem decoravit.

De hoc celeberrimo cœnobio S. M. Novellæ, ex quo tamquam ex equo Trojano illuſtres viri in omni genere prodiere, ſcripſit Jo. Caroli, Thomas Malvenda in Annal. Ord. Præd. Bzovius in Eccl. Annal. Michael Pius, aliique.

Sed ut erat Joannes valde pius in pauperes, ſic in ædificandis oratoriis, regularium ve monaſteriis qua vi, qua pecunia potuit, liberalis, munificuſque apparuit. Felix ſane Præſul, cujus tempore Florentinam Eccleſiam divi Cœnobiarchæ Franciſcus, & Dominicus Chriſtiani orbis fulgidiſsimæ ſtellæ ſua decorarunt præſentia, quorum aſſeclas amplexus, eis domicilium perpetuo ſtabilivit, ut urbis noſtræ eſſent ſalutare præſidium. Conſecraverat item olim una cum Raynerio Epiſcopo Feſulano Eccleſiam S. Jacobi in campo Corbolino, Hieroſolymitanæ militiæ equitum nobilem commendam anno 1206. in qua ſub majori Altari ſacra lipſana B. Petri de Imola equitis Hieroſolymitani ſumma cum veneratione aſſervantur; cujus meminit Lucas Ferrinus in catalogo Eccleſiarum, piorumque locorum Florentinæ urbis. Sub eodem Joanne Epiſcopo apud Caſtrum Florentinum anno 1222. ſpiritum Deo reddidit S. Verdiana virgo incluſa ordinis Valliſumbroſæ. Clemens VII. Pontifex vita, & miraculis illius examinatis, ut officio Eccleſiaſtico illam venerarentur, conceſſit. Ejus res geſtæ habentur apud Sylvanum Razzium de ſanctis Hetruriæ, in quibus narratur Ardinghum fuiſſe illum Florentinum Epiſcopum, qui ad S. virginem inviſendam cum adveniſſet, binoſque ſerpentes apud eam ad excitandam patientiam inventos expellere inſtituiſſet, ab ipſa exoratus intactos dimiſit. Hæc non Ardingho, ſed Joanni contigiſſe fatendum eſt. Ardinghus enim ad hanc eccleſiam regendam evectus eſt a Gregorio IX. defuncto Joanne an. 1230. ut videbimus: Verdiana vero ad cœlum devolavit anno 1222. Honorio III. Pontifice, ac Joanne præſule Florentino. Conſecrationi eccleſiæ SS. Vincentii, & Anaſtaſii extra muros Romanos interfuit ſub Honorio III. Pontifice, ut in prægrandi tabula marmorea ejuſdem eccleſiæ legitur. Anno verò 1221. eccleſiam S. Fridiani Abbati Septimi donavit, parochiamque eidem annexam eccleſiæ: in cujus rei gratiam hoc diploma procurandum curavit, quod in archivio ejuſdem monaſterii adhuc aſſervatur.

Joannes, divina providentia, Epiſcopus Florentinus, venerabilibus in Chriſto fratri, ſuiſq; ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, & fratribus in perpetuum.

Juſtis poſtulantium deſideriis, quæ a rationis tramite non diſcordant, ſed ad honeſtatem pertinent, & ſa-

(r) Ejuſdem Innocentii extant literæ in corp. Juris cap. 7. de in integrum reſtitutione ad *Hellenſem*, & *Florentinum* Epiſcopum in cauſa Vigorlenſis Epiſcopi & Abbatis de Eveſcam. Verum ex errore librarii *Hellenſem*, & *Roſenſem* dicendum eſſe certo patet, tum ex ipſis adnotationibus ad textum Juris, ubi notatur in pluribus MSſ. *Roſen.* haberi, tum ex cauſæ qualitate, quæ cum in Anglia ageretur definienda, debuit utique committi Epiſcopis ibi degentibus. Florentinum autem Epiſcopum hac tempeſtate ad eas regiones acceſſiſſe minime conſtat. Hellenſis porro & Roſenſis Epiſcopi, ſicut & Vigorlenſis ſuffraganei ſunt Archiepiſcopi Cantuarienſis, ut videre eſt in compendio geographiæ Eccleſiaſticæ noviſſimè Romanis typis edito ab Ab. Jo. Carolo a Stadel. pag. 225.

luтem recipiunt animarum, nos conveniт aurem præbere benignam, & ea favorabiliter effecta proſequente complere. Quapropter veſtris piis poſtulationibus, cum fratribus noſtris grato concurrentes aſſenſu, atque attendentes eccleſiam ſancti Fridiani Florent. in ſpiritualibus, & temporalibus reparatione, atque inſtauratione plurimum indigere, ipſam eccleſiam, cum omnibus parochianis ſuis, & parochia univerſa vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum ad officiandum per proprium ſacerdotem, præterquam per monachum, niſi de noſtra licentia ſpeciali ordinandum, & diſponendum, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus concedimus; ſalva debita juſtitia, & reverentia domini Florentini Epiſcopi, ſuique Capituli per omnia, qua nobis tenentur aliæ parochiales eccleſiæ per Florentinam diœceſim conſtitutæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel eidem in aliquo temerè contraire. Si quis autem contra conceſſionem iſtam temere venire tentaverit, aut eam infringere voluerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Joannis Baptiſtæ, atque Philippi Apoſtoli, Vincentii, atque Zenobii, & omnium ſanctorum incurrat. Cunctis autem eidem eccleſiæ ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen, amen.

Datum in palatio ſupradicti D. Epiſcopi Florentini MCCXXI. iij. id. Decemb. indict. decima, præſentibus Buondelmonte judice, filio Baterelli, & Benella Odoaldi, & Lotherio Cerstene, & Buondelmonte Fealli judice, & Reſtore Bacciabecchi, & aliis præſulibus.

Ego Joannes Florentinus Epiſcopus ſupradictæ conceſſioni ſubſcripſi.

Ego Olanus a *præpoſitus Florentinus ſubſcripſi.*

Ego Magiſter Buoninſegna Florentinus archidiaconus teſtis conſentiens ſubſcripſi.

Ego Barus Florentinus archipresb. ſubſcripſi.

Ego presb. Ruſticus Florentinus canonicus conſentiens ſubſcripſi.

Ego Gentilis Florentinæ Eccleſiæ canonicus, præfatæ conceſſioni conſenſum, &c. ideoque ſubſcripſi.

Ego presbyter Jacobus Florentinus canonicus ſſ.

Ego presbyter Ilex Florentinus canonicus ſubſcripſi.

Ego presbyter Jacobus Florentinus cantor ſubſcr.

Ego Mugnairus Florentinus canonicus ſubſcripſi.

Ego Buoninſegna Florentinus canonicus conſentiens ſubſcripſi.

Ego Raynerius judex, & notarius his omnibus dum agerentur interfui; & ex mandato, & præcepto ſupradicti D. Epiſcopi in publicam ſcripturam ſupradicta omnia redegi.

a Clauum.

Anno 1224. cum in creando S. Apollinaris Rectore, fœdiſſima ſeditio fuiſſet exorta, Ipſe ita effecit, ut ſtudiorum in diverſa abeuntium æſtu ſedato, idoneus Rector præficeretur. In cujus rei gratiam minax monitorium divulgavit in eos, qui auſi fuiſſent legitimam electionem impedire, Quod hic exſcribendum curavimus,

In Dei nomine. Amen.

Nos Joannes, divina providentia, Florentinus Epiſcopus Propter multa illicita, & inconvenientia varia, quæ fieri audivimus in eccleſia, & de eccleſia S. Apollinaris, excommunicamus, & maledicimus ex parte Dei omnipotentis, & noſtra, omnes illos clericos, vel laicos, qui fecerunt, aut facient aliquam electionem de aliquo clerico, aut monacho in dicta eccleſia S. Apollinaris, vel qui fecerit, aut facient aliqua . . . de aliqua electione facta, vel facienda de prælati ipſius eccleſiæ contra electionem factam a dilecto fratre noſtro B. archipresbytero Florentino, de Raynerio canonico S. Laurentii, quem elegit in Prælatum, & Rectorem eccleſiæ ſupradictæ, & omnem electionem, & tractatum factam, vel qui fieret de aliquo Prælato in ipſa eccleſia, ab aliqua perſona, præter electionem Raynerii ſupradicti, tanquam illegitimum. & prorſus illicitum Epiſcopali auctoritate annullamus ex toto, & ipſam electionem, & tractatum omnino revocamus, &c. confirmantes excommunicationem, quam fecit auctoritate noſtra archipresbyter ſupradictus apud eamdem eccleſiam proxima die menſis præſentis, ſcilicet proxima, præſertim xii. Kalendas martii excommunicando eos videlicet, qui aliquam injuriam, vel moleſtiam fecerint dicto Raynerio de electione a ſe facta de ipſo, vel qui aliter attentare contra dictam electionem factam de ipſo Raynerio ab eodem archipresbytero. Facta fuit hæc excommunicatio, atque confirmatio a dicto D. Epiſcopo Florentino in palatio epiſcopatus, præſentibus teſtibus domino Gentile canonico Florentino, domino Ildeprando Adimarium, & Gerardo Gei 1224. vi. Kal. Martii, ind. 12.

Ego Joannes Florentinus Epiſcopus ſupradictus ſubſcr.

Ego Jacobus ſupernus, cuſtos, judex, & notarius hanc excommunicationem, &c. & confirmationem me præſente a dicto D. Epiſcopo factam publicè ſcripſi de mandato dicti D. Epiſcopi, &c.

Joannes vero cum protuliſſet ætatem uſque ad annum 1230. plenus meritis deceſſit, attulitque decedens bonis omnibus luctum propemodum inconſolabilem; ſepultuſque eſt apud S. Ioannem Baptiſtam in marmoreo ſepulchro, ubi etiam hæc duo carmina leguntur.

Patria Velletram ſancti fuit illa Joannis,
Qui jacet hic Præſul, cui pax ſit omnibus annis.



36. M. ARDINGHUS ex Papienſi Canonico electus eſt Epiſcopus Florentinus a Gregorio IX. anno 1230. quod ipſum liquido oſtendit bulla ſcripta ad Curatores epiſcopatus Florentini, qui Vicedomini vocabantur. Quorum munus ex antiquo privilegio ad illos ſpectabat, qui ex Toſia, Portigianaque a familia erant, qui ſtatim poſt exceſſum Epiſcopi adminiſtrandum epiſcopatum ſuſcipiebant. Ad hos igitur hujus tenoris bulla directa fuit. XX XVI

a Cortigianaque.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei. Dilectis filiis Vicedominis Florentini Epiſcopatus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Noverit devotio veſtra, quod nos dilectum filium magiſtrum Ardinghum canonicum Papienſem Eccleſiæ Florentinæ providimus in Paſtorem. Quocirca devotioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus res, & negotia ipſius Eccleſiæ, & illa maximè, quæ ad Florentinum epiſcopatum pertinent, ſollicitè, ac fideliter ſicut hactenus procuretis; ita quod vobis eum favorabilem reddere, ac promereri benedictionem noſtram meritò valeatis.

Datum Laterani Non. Junii, pontificatus noſtri an. 4.

Borghinus, aliique aſſerunt Ardinghum natione Ticinenſem, ejuſdemque civitatis canonicum extitiſſe, cum ad hanc dignitatem evectus eſt. Verum cum in pervetuſto inſtrumentorum codice manuſcript. Ardinghi temporibus confectorum anno 1243. incidiſſem, in cujus tegmine gentilitia ejus inſignia, ſcilicet nonnullæ candidæ pilæ in nigra parma expreſſæ videbantur, quæ Foraboſchorum pervetuſtæ, ac nobilis familiæ Florentinæ ſtemmata olim fuere, in animum induxi Ardinghum non Ticinenſem, ſed Florentinum civem è Foraboſca familia ex canonico Ticinenſi ad patriæ ſedem moderandam aſſumptum fuiſſe. Noſtra autem opinio ex eo etiam confirmatur, quod in Gregorii ſupra relato diplomate, Ardinghus non civis, ſed tantum Ticinenſis canonicus nuncupetur; & in perantiquo Florentinorum Præſulum catalogo, ab incerto au-

ctore

ctore conſcripto, quod manuſcript. extat apud me, Ardinghum ex cive Florentino, & canonico Ticinenſi ad patriæ infulam aſcendiſſe narretur. Codex ubi Ardinghi ſtemmata depicta ſpectantur, in Archiepiſcopali ſanctiori tabulario aſſervatur, cujus auctoritate hæſit animo, ut tanti Epiſcopi vitæ integritate conſpicui gloriam lubentiſſimè patriæ reſtituerem.

Ardioghus itaque cum ſibi commiſſæ Eccleſiæ gubernacula ſuſcepiſſet, clerum, canonicoſque primum ad puriorem vivendi formam reduxit, univerſam ſuam inviſit eccleſiam, easque leges tulit, quas ſalubres arbitratus eſt gregi ſibi commiſſo, canonicas vero has, quæ ſequuntur præſcripſit.

In Dei omnipotentis nomine Amen.

Nos Ardinghus, benignitate divina, Florentinus Epiſcopus ad reformationem majoris Eccleſiæ Florentinæ libenter cum affectione ſpiritus incedentes, ut ulterius Chriſti gratia favente, ſtatu ejus laudabilius ordinato tam ipſa, quam illius canonici, tanquam fratres habitantes in unum in pace maneant, ac quiete, de conſilio ipſius capituli, & conſenſu, conſiderata conſuetudine loci, & præfatæ canonicæ ſcriptis, & approbatis, cum ſicuti omnibus intelligentibus ſtatuimus, & ordinamus in primis, atque ſententialiter diffinimus, quod Paganus Plebanus de Feghino hinc ad octo dies proximos reddat, & reſtituat, & ponat in theſauro dictæ canonicæ, quicquid olim habuit, & percepit de præbenda primi anni ſui canonicatus integrè, videlicet panem, & vinum, & fructus omnes, denarios, & res alias ſine diminutione aliqua, vel ſubtractione.

Item, quod Philippus canonicus Florentinus eodem modo reddat, & reſtituat, & ponat in theſauro ejuſdem eccleſiæ uſque ad terminum ſupradictum integrè fructus omnes, & quos habuit, & percepit de præbenda ſua in primo anno poſt obitum bonæ memoriæ B. quondam Archidiaconi Florentini, in cujus præbenda noverit ſucceſſiſſe de jure totum illius præbendæ reddere teneatur, quod illud conſtat ad canonicos perveniſſe.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes pariter canonici Florentini divina officia locis ſingulis conſtitutis ex devotione, qua convenit, ſtudeant amodo celebrare, & ſi quis matutinis, miſſis ſolemnibus ad populum, & veſperis neglexerit intereſſe, pro qualibet vice, quomodocumque defuerit eſſe ad officia in prædictis locis, vel eorum aliquo, pœnam, quam nobis Epiſcopo inferre placebit, incurrat.

Item ſtatuimus, & ordinamus, atque præcipimus, quod ſimul jaceant omnes canonici, ſi ſani erunt, in uno & eodem dormitorio.

Item, quod omnes comedant ſimul in uno & eodem refectorio, niſi aliquando, & raro aliquis eorum propè bonum hoſpitem diſcedat.

Item ſtatuimus, quod ordinentur omnes, & ad illos feſtinent ordines promoveri, in quibus eorum anteceſſores erant, quibus in jure canonicatus ſuccedant.

Item ſtatuimus, quod ſi quis canonicorum poſt Kal. Maii uſque ad feſtum ſanctorum omnium diſceſſerit, vel receſſerit, habeant præbendam integrè illius anni, ille, vel illi, quibus eam in ultima voluntate legaverit; ſi vero deceſſerit inteſtatus, dictæ canonicæ, videlicet ad theſaurum ejus remaneat expedire. Et unuſquiſque quicquam aliud habeat de bonis Eccleſiæ, vel ad ipſum pertinent, eccleſiæ ſimiliter remaneat canonica.

Item ſtatuimus, quod inter magiſtrum Joannem, & Hugulinum canonicos, qui cauſâ ſtudii ſunt abſentes, unum vicarium ſacerdotem, vel alium, qui magis, & capitulo videbitur expedire, curam faciant pro ſe in canonica ſupradicta, & D. Ruſticium vicarium eſſe in ordine ſacerdotii, & idem ſtatuimus in aliis, qui aliquando fuerint abſentes, ſalva conſtitutione D. Papæ.

Item ſtatuimus, quod in dormitorio canonicæ nullus alius jaceat præter canonicos, & vicarios abſentium, niſi tres, vel quatuor ſervitores pro communi conſtituti.

Item ſtatuimus, quod poſtquam aliquis fuerit aſſumptus in canonicum Flor. a capit. fructus præbendæ illius integre ad theſaurum Eccl. pervenire, & ipſe canonicus ſubſtituens, & aſſumptus eam ad theſaurum ipſam pecuniam libere patiatur, nec prævaleat cum ſecundum conſuetudinem antiquam ipſius eccleſiæ nihil debet de ipſa percipere anno primo, hoc intellecto habito, quod præbenda mortui poſt Kalend. Martii non intelligatur in iſta.

Item ſtatuimus, & præcipimus, quod quicumque habet, & tenet aliquam ſpecialem domum, vel cameram de canonica ſupradicta, eam ipſi canonicæ, & capitulo reſtituat, & dimittat liberè in commune, & nominatim Opizinum dimittat domum, quæ eſt juxta cameram Ruſticii, quam olim tenuit, & fecit M. Boninſegna Archidiaconus Florentiæ. Et dominus Bernardus dimittat, & reſtituat corticellam, & domunculam, quæ dicitur Brondiſio, quam olim tenebat Gentilis in clauſtro exteriori, & camera, quæ eſt in dormitorio, ubi morabatur Gentilis, & ſimiliter dimittat ſtabulum, quod olim fuit D. Ruſticcii, & dictus Opizinus adhuc etiam dimittat cameram, quam tenet intus in clauſtro ſub dormitorio communi.

Item ſtatuimus, quod omnes illi, qui debent reſtituere præbendas, communi reddant, & reſtituant eas hinc ad octo dies proximos.

Item ſtatuimus, quod illa domus, quam tenet modo Paganus in clauſtro exteriori, debeat eſſe ad commodum infirmorum, ita quod quicumque canonicus infirmaretur, jaceat ibi.

Item ſtatuimus, quod quilibet faciat ſeptimanam ſuam tam in choro, quam ad altare ſecundum ordinem ſuum.

Et hæc omnia præcipimus, ut dicta ſunt obſervari, ſalva in his omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate.

Tandem conſuetudines omnes approbamus, & conſuetas de proceſſionibus, litaniis, feſtivitatibus præcipuis majoris eccleſiæ ſingulis ordinatis diebus Paſchalibus, & ſolemnibus concilio primo die Quadrageſimæ, & die Jovis ſancti, & die ſabbati ſancti valere volumus, & ſervari tam circa canonicos majoris eccleſiæ, quam alios clericos civitatis. Et hæc omnia, & ſingula ſupradicta ordinamus, ſtatuimus, & præcipimus ſub pœna officii, & beneficii, & excommunicationis inviolabiliter obſervari, ita quod excommunicationis pœna ad normam intellectus Epiſcopi referatur, & intelligatur.

Acta ſunt hæc omnia, ut ſuperius continentur, a dicto D. Epiſcopo in dormitorio majoris canonicæ Florent. anno ab Incarnatione Domini 1231. *quartodecimo Kal. Decembris, Indictione quinta, præſentibus teſtibus M. Henrico Vicario dicti D. Epiſcopi, D. Petro de S. Fridiano curato, & presbytero, Raynerio Canonico S. Jacobi, dicti D. Epiſcopi Capellano. Et in præſentia D. Cæſarini Præpoſiti, magiſtri Boninſegnæ Archipresbyteri, D. Mugnai Archidiaconi, & D. Orlandi presbyteri Pacis, Bernardi Opizoni, Pagani, & Philippi Canonicorum Florent. Qui omnes Præpoſitus, Archipresbyter, Archidiaconus, & canonici omnes conſenſerunt, & ea omnia, ut dicta ſunt, approbaverunt, ſic & ſtatui, & ordinari volentes, ſed D. Paganus excepit, quod in nullo conſentiebat, vel approbabat, quod teneretur reddere præbendam a ſe perceptam, aut dimittere domum prædictam, & quod in nullo volebat contra appellationem a ſe factam venire: & D. Philippus excepit, quod volebat reddere præbendam: & et, quod deſuper præbenda ſpecialiter ſibi teneret injuſtam, non conſentiebat. Veruntamen alia quæcumque prædicta ſunt illi ſimul cum aliis approbabant. Et tunc dictus D. Epiſcopus iterum coram omnibus prædictis canonicis, & teſtibus rogavit, monuit, & præcepit, eorum reſtituerent præbendas, & domos, ſeu cameras dimitterent communi, ſicut per ipſum erat ſupra ſtatutum hinc ad octo dies proximos, alioquin quicunque hoc non faceret, & contumax eſſet, excommunicationis ſententiæ ſupponebat, & ſuppoſuit.*

Ego Ardinghus Florentinus Epiſcopus ſupradicta ordinavi, & ſtatui, & ſubſcripſi.

Ego Jacobus imperiali auctoritate judex ordinarius, & notarius publicus prædicta omnia a dicto Domino Epiſcopo me præſente acta, de mandato ſuo ſcripſi, & in publicam formam redegi, ideoque ſubſcripſi, &c.

Ardinghi leges, ad majorem Florentinæ Eccleſiæ glo-

gloriam, perpetuamque ſtabilitatem, Gregorius IX. hoc diplomate confirmavit, quod in regiſtro Vaticano ejuſdem Pontificis aſſervatur.

GREGORIUS EPISCOPUS Servus ſervorum Dei, &c. Capitulo Florentino, &c.

Cum a nobis petitur, &c. uſque effectum. Sanè petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod venerabilis frater noſter Epiſcopus Florentinus ad reformationem, ac ſtatum Eccleſiæ veſtræ diligenter intendens, deliberatione provida ſtatuit in eadem, ut omnes ſingulis horis canonicis devotione, qua convenit, divinis curetis officiis intereſſe, & ſimul ſi ſani fueritis, comedatis in refectorio, & in dormitorio dormiatis, & ut omnes canonici ad illos ordines ordinentur, in quibus erant anteceſſores eorum, quibus in jure canonicatus ſuccedunt, adiiciens, ut ſi quis canonicorum deceſſerit inteſtatus, fructus præbendæ illius, ac quicquid aliud habet de bonis Eccleſiæ, in communem canonicorum theſaurum integrè convertantur, & poſtquam aliquis fuerit in canonicum Florentinum aſſumptus, fructus præbendæ primi anni ſubſtituti canonici cedant ſine diminutione qualibet in theſaurum eccleſiæ antedictæ. Statuit etiam, ut canonici, quos ſtudiorum, vel alia cauſa probabili de voluntate capituli, vel majoris, vel ſanioris partis ipſius abiiſſe contigerit, vicarios dimittant idoneos loco ſui, qui & velint, & valeant eidem eccleſiæ deſervire, conſtitutionibus Apoſtolicis in omnibus ſemper ſalvis, & quod nullus, niſi canonicus in canonicorum dormitorio jaceat, præter vicarios prædictorum abſentium, & tres, aut quatuor ſervientes pro communi ſervitio conſtitutos; ſtatuentes nihilominus, ut quilibet juxta ordinem ſuum tam in choro, quam ad altare faciat ſeptimanam. Præcepit inſuper, ut quicumque canonicorum habet aliquam domum vel cameram eccleſiæ ſpecialem, eam pro communi utilitate capituli reſtituat liberè, ac dimittat, & ut domus, quam tenet Paganus canonicus in clauſtro exteriori, deputetur infirmis, ita videlicet, ut jaceant ibi canonici, quos de cætero contigerit infirmari: omnes conſuetudines approbatas de proceſſionibus, litaniis in feſtivitatibus præcipuis majoris eccleſiæ, ac duobus paſchalibus, & ſolemnibus ordinatis a ſynodo in principio quadrageſimæ celebrandæ præcipiens obſervari. Quare fuit ex parte veſtra nobis humiliter ſupplicatum, ut ſtatuta hujuſmodi apoſtolico dignaremur munimine roborare. Nos igitur veſtris poſtulationibus benignum impertientes aſſenſum, ſtatuta ipſa ſicut provide facta ſunt, & in inſtrumento confecto exinde perſpeximus contineri, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò, &c. hanc paginam noſtræ confirmationis, &c. ſi quis autem, &c.

Datum Reat. 5. Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno quinto.

Eodem anno 1231. Kalendis Januarii, Florentiæ ingens miraculum patratum eſt, & fortaſſe hactenus inauditum. Cum enim Ugnccio ſacerdos veteris probitatis ſacrum feciſſet, neque ſatis ob deſidem plerumque ſenectutem, calicem eluiſſet, ſanguinis reliquiæ, quæ in fundo deſederant, poſtridie inventæ ſunt concreviſſe in ſanguinem. Res admiranda non modo Monialibus, quæ illic divinum officium excolunt, innotuit, ſed populo etiam, atque adeo Ardingho ipſi Epiſcopo, qui poſt diligentem, accuratamque Inquiſitionem reliquias illas cryſtallino vaſculo, ad fidelium excitandam pietatem, includendas curavit. Cæterum ſub Ardingho magis, quam ſub Ioanne id eveniſſe contra Ammiratum Florentinarum hiſtoriarum libro 1. narravi: quoniam Ardinghus ad hujuſmodi epiſcopatum adlectus fuit anno 1230. non autem 1231. ut ex ſuperiori bulla Pontificis Gregorii liquido patet; quam anno ejuſdem pontificatus quarto dimanaſſe conſtat Nonis Martii, quod incidit in annum 1230. Auſpicantur enim Pontifices annum a die ſuæ creationis, cumque ille ad alterius principium verterit, inde ſecundi exordium ſumunt, ſicque progrediuntur deinceps. Cum igitur anno 1227. Gregorium ſuſtuliſſent ad ſedem die 20. menſis Martii, ejuſdem Pontificatus annus quartus in annum 1230. cadit. Anno vero 1233. Ordinis Servorum S. Mariæ ſeptem nobiles Florentini fundamenta jecere. Bonfilius ſcilicet Monaldus, Ioannes Manettus, Benedictus Antellenſis, Bartholomæus Amideus, Ricoverus de Uguccionibus, Gerardinus Soſtegnius, Alexiuſque Falconerius: quos non modo hoc ipſum conantes exemplo, verbiſque animavit Ardinghus, tanquam Deiparæ Virginis cultor præcipuus, ſed etiam effuſis opibus pios illuſtrium virorum conatus promovit. Primum enim parvum ſacellum, ubi modo templum divæ Annunciatæ ſacrum, ac illuſtre cœnobium ſpectatur, ſeveriorem vitam exordientibus liberaliter attribuit, partemque montis Senarii donavit mox eremiticam vitam inſtituturis. Mirifici inde extitere illius celebris ordinis ubique gentium, ac ſalutares progreſſus, itant non modo Ardingho laudi fuerit inchoato operi adjutrices porrexiſſe manus, ſed urbi etiam Florentinæ ſempiterno decori, adeo ſalutares progenuiſſe cives, qui ſplendore vitæ contempto, uni moderationi animi, unique pietati colendæ, ad aliorum exemplum tam enixè ſtuderent. Conſule Archangelum Gianium, qui prolixè, diſtrictèque in Annalibus Servorum hoc ipſum ex propoſito narrat.

Eodem anno ſtatuta nonnulla contra quoſdam hæreticos ab Ardingho ſalubriter ſtabilita Gregorius IX. confirmavit, eidemque Epiſcopo ſequentem ſcripſit epiſtolam.

GREGORIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei. Epiſcopo Florentino.

Dolentes audivimus, & referimus cum mœrore, quod inimicus humani generis ſalutis fidelium invidus, quoſdam hæreſiarchas perditionis filios in ſubverſionem fidei Catholicæ inter Florentinos dicitur ſtatuiſſe, qui ut ſoli recta ſapere, ac juſtè vivere videantur, magiſterium Eccleſiæ Romanæ refugiunt, doctrinam evangelicam, apoſtolicam, & propheticam deputantes, & novis adinventionibus auditorum corda ſeducunt trahendo poſt ſe ſimplices, & indoctos, ut cæci cæcis ducatum præbentes, tam duces, quam ducti immo ſeductores potius, & ſeducti in perditionis æternæ foveam dilabantur. Quia vero morbus iſte ſicut cancer ſerpere conſuevit, & ideo fortius eſt cavendum, ne inter dictos Florentinos latius divulgetur, cum etiam modicum fermentum totam maſſam corrumpat, fraternitatem tuam rogamus, hortamur, & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatuta per vos contra hæreticos promulgata ex parte noſtra exhibens poteſtati, & conſilio Florentino, eos prudenter moneas, & inducas, ut ſicut reputari volunt, & haberi fideles, ſtatuta ipſa recipiant humiliter, & devote, ac faciant eadem inter alia civitatis Florentinæ ſtatuta conſcribi, ita quod de capitularibus ſuis nunquam ulterius abradantur, & ſub certa pœna ab univerſis, & ſingulis firmiter obſervari, de quibus etiam inviolabiliter obſervandis dicta poteſtas, & ſucceſſores ſui præſtent ſine difficultate qualibet juramentum, et eis, qui contra præſumpſerint, puniendis, juxta ſui capituli conſtituta contra hæreticos, credentes, receptatores, & fautores eorum ad denunciationem tuam, prout eis per te denunciatum fuerit proceſſuri, damnum ſi quod eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis fuerit irrogatum, infra menſem poſt denunciationem ejus, cui illatum fuerit, emendari nihilominus faciendo. Pro quibus omnibus liberius exequendis, tam præfatum poteſtatem, quam ſucceſſores ſuos præſtare volumus ſimile juramentum. Quod ſi prædicti poteſtas, & conſilium monitis tuis acquieſcere forte contempſerint, tu eos ad præmiſſa per cenſuras eccleſiaſticas appellatione remota compellas.

Datum Laterani iv. Kal. Maji anno ſeptimo.

Quænam hoc tempore Florentiæ hæreſis invaleret, & qua vi, conſiliove ex ea urbe illam S. Petrus Veronenſis profligarit, qui tum illic pro fidei negociis commorabatur, hiſce verbis narratur in vita ejuſdem S. martyris apud Flammam. Erat Florentiæ non parvus numerus illorum, qui Deum non eſſe creatorem viſibilium aſſerebant. Hos D. Petrus Veronenſis magnus ſanctæ fidei propugnator modis, quibus poterat, perſequebatur, exagitabat, ac de-

lere

lere ſtudebat. In illos igitur auctoritate Gregor. Pont. Chriſti fideliom multitudinem concitavit, & nobili Rubeorum familiæ, cui præcipuè negotium hoc demandatum fuit, vexillum cruce inſignitum dedit: quod ad præclarum certamen ituri Chriſtiani ſequerentur. Collecta itaque ingenti multitudine armatorum itnm adverſus hæreticos eſt; & orto acri certamine citra Arnum, in loco, qui Puteus aquæ dicebatur, ultra fluvium illos profligarunt, & in platea S. Felicitatis proſtraverunt, reliquos autem ex urbe fugarunt. A recenti victoria D. Petrus collegium militiæ Jeſn Chriſti apud Florentinos inſtituit, & ſacroſanctnm illud vexillum ei pro magno munere reliquit, quod hactenus Florentiæ ſervatur, & in feſto ejuſdem ſancti oſtenditur. Ibidem Florentiæ cum in foro, quod Uetus appellant, D. Petrus in magna frequentia populi concionaretur, & Satanas forma equi nigerrimi, & ferociſſimi aſſumpta curſu concitatiſſimo in forum irrumpens terrore populis incuſſo concionem perturbare, & fructum animarum impedire voluiſſet: ille fraudem maligni agnovit, atque unico ſigno crucis oppoſito malignitatem effugavit. Extat in eodem foro pictura, quæ miraculum illud exhibet: alibi autem in columna marmorea eminet divi ſtatua, quæ victoriam de hæreticis atteſtatur.

Alia eodem anno ad eundem Epiſcopum legitur epiſtola in regeſto Vaticano, in qua antiqua conſuetudo Epiſcopi Florentini ſyndicos, & procuratores conſtituendi, abſque capituli conſenſu confirmatur. En epiſtola:

Significaſti nobis, quod licet de antiqua conſuetudine Eccleſiæ Florentinæ prædeceſſores tui procuratores, & ſyndicos conſtituerint in cauſis ſuis aſſenſu capituli minimè requiſito, præſertim cum bona epiſcopalia a bonis ejuſdem capituli penitus ſint diviſa, nonnulli tamen per malitiam aſſerentes te poteſtatem conſtituendi ſine aſſenſu dicti capituli, procuratores, vel ſyndicos non habere, procuratores tuos in cauſis Eccleſiæ Florentinæ recipere contradicunt, ſuper quo tibi poſtulaſti per ſedem Apoſtolicam provideri. Tuis igitur juſtis petitionibus inclinati, tibi præſentibus indulgemus, ut in cauſis tuis liberè conſtituere valeas procuratores, & ſyndicos, prout hactenus fieri conſuevit. Nulli ergo noſtræ conceſſionis, &c. ſi quis autem, &c.

Datum Anagni 6. Kalendas Novembris anno ſeptimo.

Cæterum Ardinghus, non modo locuples in egentes, calamitoſoſque opes prolixius ſpargebat, verum etiam, quæ alii aliquando fuiſſent dilargiti, favorabilibus diplomatibus confirmare ſolebat, ne litium turbinibus aliquando paterent. Itaque quod olim jam Rambaldus Florentinis Canonicis dono dederat, hoc ſubjecto diplomate voluit rata eſſe.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Nos Ardinghus, benignitate divina, Florentinus Epiſcopus. Attendentes devotionem veſtram dilecti fratres canonici, præpoſitus & capitulum Florentinum, & cupientes vobis, & eccleſiæ veſtræ, tanquam membris noſtris principalibus ſemper gratum, ſicut & convenit exhibere, ut per hoc vos ad noſtri devotionem fortius attendatis, conceſſionem eccleſiæ veſtræ factam in temporalibus, & etiam in decimationibus olim a bonæ memoriæ Rambaldo prædeceſſore noſtro quondam Epiſcopo Florentino de plebe, ac de plebeo de Signa vobis, & ejuſdem canonicæ veſtræ gratuito confirmamus, adjicientes vobis, & veſtris ſucceſſoribus in perpetuum de noſtra gratia ſpeciali, ut in eadem plebe, ſeu cura ſpiritualia de cætero ſolummodo habeatis in inſtitutionem, & deſtitutionem, tam in plebano, quam in canonicis præſentibus, & futuris confirmationem, reformationem, inquiſitionem, excommunicationem, & abſolutionem ſuper prædictis omnibus, & ſingulis confirmatis, & conceſſis ex prædicta occaſione. Cætera autem ſpiritualia omnia nobis reſervamus, & ut poſſimus ibidem corrigere, & reformare, ſi vos admonitione præmiſſa fueritis negligentes, ſalvis ſemper in omnibus Apoſtolicæ ſedis reverentia, & honore. Acta fuit hæc confirmatio, additio, & conceſſio a dicto domino Epiſcopo, ſecundum quod ſuperius continetur, præſentibus D. canonicæ præpoſito, & D. Opizonio Pagano, Bernardo plebano, & Ugolino canonico Florentino, qui prædicta omnia ſicut ſuperius ſunt confirmata, & conceſſa per dictum dominum Epiſcopum, & etiam reſervat, quæ reſervata eſſe voluerunt, & approbaverunt libenter, & eorum ſervare voluntatem. Anno ab Incarnatione Domini 1234. Id. Februarii, Indictione octava, in præſentia Rab. Caroli de ſancto Lazaro, & præd. Ildeprandi canonici S. Jacobi de ultra Arnum, & Laurentii canonici ſancti Joannis majoris teſtium ad prædicta omnia rogatorum, &c.

Item poſt, eodem anno 5. Nonas Martii, Indictione eadem, acta eodem loco præſentibus teſtibus presbytero Bonciveno de S. Stephano, presbytero Ventura de Campi, & Corteſio canonico S. Joannis majoris; dominus Mugnajus Archidiaconus, & dominus Orlandus Canonicus Florentinus hæc omnia, & ſingula voluerunt, & approbaverunt, ſicut alii canonici ſupradicti ſeu omnia quæ ſuperius ſcripta ſunt, & eis omnibus conſentientibus.

Ego Ardinghus Epiſcopus Florentinus huic conceſſioni interfui, & ſubſcripſi &c. eidem a me facta &c.

Ego Jacobus Imperiali auctoritate Judex, & notarius publicus prædictis omnibus dum agerentur rogatus interfui, & ea de mandato prædicti D. Epiſcopi, & præpoſiti, atque canonici Florentini publicè ſcripſi.

Tametſi autem Ardinghus novis fundandis ordinibus prolixius operam daret, in eo præcipue tamen laborabat, ut veteres religioſorum ordines, quorum inſigniter lapſi mores eſſent, ad priſtinam rigoris diſciplinam revocarentur. Cum igitur in Septimo perantiquo cœnobio Benedictini monachi declinaſſent à regula, quam ſemel profeſſi fuerant, inque dies laberentur in pejus, itaut Joannis Gualherti, ſanctiſſimi viri in illis paulo ante reformandis in irritum viderentur cecidiſſe conatus, Ardinghus cum Florentinæ Reipublicæ Patribus ita egit, ut illis ejectis, illuc florentis ſanctimoniæ monachi Ciſtercienſes introducerentur. Conatum juvit quam maxime Iacobus Pecoraria Cardinalis Prænestinus, olim è Ciſtercienſi monacho ad Purpuram evocatus, tunc in Hetruria Legatus, ut inter Florentinos, Senenſeſq; implacabilibus bellis æſtuantes pacem componeret, cujus denique favore res bellè ſucceſſit. Siquidem è S. Galgani celebri Cœnobio in Senenſi Agro, evocata Ciſtercienſium monachorum colonia, in Septimo deinceps mirum in modum refloruit divinum obſequium. Accidit id anno 1236. in cujus rei gratiam ſubjectum diploma ad Ardinghum a VIIII. Gregorio Pont. Max. dimanavit.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei.

Venerab. fratri Ardingho Epiſcopo Florentino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ſicut accepimus monaſterium S. Salvatoris de Septimo ordinis S. Benedicti tuæ diœceſis, cui auctoritate noſtra inquiſitionis officium impendiſti, non potuit in eodem ordine reformari, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in eodem ſicut tibi viva voce recolimus injunxiſſe, ſublato difficultatis, & appellationis obſtaculo, Ciſtercienſem ordinem, per quem ibi devotionis thura redoleant, & decor exuberet honeſtatis, plantare procures ejuſdem monaſterii monachos, qui voluerint habitum ordinis memorati ſuſcipere in aliis monaſteriis ſui ordinis collocando, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Viterbii XV. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri an. 9.

Meminit facti ex propoſito in ſua Septimiana hiſtoria noſter Baccetius lib. 1. Ardinghos autem non modo in Septimo Ciſtercienſes monachos introducendos curavit, ſed etiam quæ Septimiano cœnobio ſuperiores Pontifices dono dederant, ut Gregorius VIIII. rata haberet, obtinuit.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Abbati S. Salvatoris de Septimo, ejuſ-

A *que fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.*

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis enervet. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium S. Salvatoris de Septimo, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri protectione, & noſtra ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam, atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum à vobis poſt concilium generale ſuſceptam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte ac pacifice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, B *poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Salvatoris, ſitam in Gallano cum ſuis pertinentiis, Eccleſiam S. Salvatoris in Valle bona cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Stephani juxta Caſtrum Sommariæ cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Martini, quæ eſt in la Palma cum pertinentiis ſuis. In curte de Turri Eccleſias S. Laurentii, & S. Martini, & S. Michaelis. In curte de monte Baguoli Eccleſiam S. Laurentii, Eccleſiam S. Fridiani Florentiæ cum pertinentiis ſuis, & hoſpitale de Strada cum pertinentiis ſuis, quæ idem monaſterium habuit, antequam Ciſtercienſis ordinis ſuſciperet inſtituta, & omnia quæ habetis in Padula, & in Parochia S. Columbani, & in curte de Ficecchio, & ad Tillianum, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, &* C *immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de hortis, & virgultis & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos, & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ne nulli fratrum veſtrorum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere: diſcedentem vero non abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſi quis retinere forte præſumpſerit, licitum vobis ſit in ipſos monachos vel converſos regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dare, ſive alio modo alienare abſque conſenſu totius capituli, vel majoris, aut ſanioris partis illius. Si quæ vero donationes, aut alienationes aliter, quam dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus.* D *Ad hoc etiam prohibemus, ne aliquis monachus, ſive converſus ſub profeſſione veſtra domus aſtrictus ſine conſenſu, & licentia Abbatis, & majoris partis capituli veſtri pro aliquo fidejubat, vel ab aliquo pecunias mutuo accipiat ultra ſummam Capituli veſtri providentia conſtitutam, niſi propter manifeſtam domus veſtræ utilitatem. Quod ſi facere forte præſumpſerit, non teneatur pro iis conventus aliquatenus reſpondere. Licitum præterea ſit vobis in cauſis propriis, ſive civilia, ſive criminalia contineant quæſtionum, fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne pro defectu teſtium jus veſtrum in aliquo valeat deperire. Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus, ne ullus Epiſcopus vel quælibet alia perſona ad Synodos, vel conventus forenſes vos ire, vel judicio ſeculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat, nec ad domus veſtras cauſa ordines celebrandi, cauſa tractandi, vel conventus aliquos publicos convocandi venire præſumat,*

A *nec regularem electionem Abbatis veſtris impediat, aut de inſtituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtercienſis ordinis ſe aliquatenus intromittat. Si vero Epiſcopus, in cujus parochia domus veſtra fundata eſt, cum humilitate, ac devotione, qua convenit, requiſitus ſubſtitutum Abbatem benedicere, & alia, quæ ad officium Epiſcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum ſit eidem Abbati, ſi tamen ſacerdos fuerit, proprios novitios benedicere, & alia quæ ad officium ſuum pertinent, exercere, & vobis omnia ab alio Epiſcopo percipere, quæ a veſtro fuerint indebite denegata. Illud adjicientes, ut in recipiendis profeſſionibus, quæ a benedictis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea ſint Epiſcopi forma, & expreſſione contenti, quæ ab origine ordinis noſcitur inſtituta, ut ſcilicet Abbates ipſi Epiſcopo ſalvo ordinis ſui jure profiteri debeant, & contra ſtatuta ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Pro conſecrationibus vero altarium, vel eccleſiarum ſive pro oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento nullus a* B *vobis obtentu conſuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus diœceſanus debeat impendere. Alioquin liceat vobis quemcumque Catholicum malueritis adire Antiſtitem, gratiam, & communionem Apoſtolicæ ſedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate, vobis quod poſtulatis, impendat. Quod ſi ſedes diœceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis accipere libere, & abſq; contradictione poſſitis, ſic tamen, ut ex hoc in poſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum proprii Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus gratiam, & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum, & veſtium, conſecrationes altarium, ordinationem monachorum auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis. Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum rectores in monaſterium veſtrum vel perſonas inibi conſtitutas ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti* C *ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros pro eo, quod ſicut dictum eſt, decimas non perſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum, quæ Apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex charitate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem protulerit ſententiam, ipſam tanquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam decernimus irritandam, nec literæ illæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis ordinis, & contra indulta Apoſtolicorum privilegiorum conſtiterint impetrari. Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro monaſterio, excluſis excommunicatis, & interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.* D *Præterea omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non & libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a regibus, & principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum &c. ſi qua igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.*

Datum Viterbii per manum magiſtri Guilelmi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ vicecancellarii 2. Non. Octobris Indict. 11. Incarnationis Dominicæ an. MCCXXXVII. Pontificatus vero Domini Gregorii Papæ Noni anno undecimo.

Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Joannes tit. S. Praxedis presb. card.

Ego Sinibaldus tit. ſancti Laurentii in Lucina presb. card.

Ego Stephanus ſanctæ Mariæ Transtyberim tit. ſan-

cti

cti Calliſti preſb. card. A

Ego Jacobus Tuſculanus Epiſcopus.

Ego Romanus Portuenſis, & ſanctæ Ruſinæ Epiſcopus.

Ego Raynerius ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconus card.

Ego Ægidius SS. Coſmæ, & Damiani diac. card.

Ego Fr. Jacobus Praneſtinus Epiſcopus.

Anno 1238. idem Gregorius ad Federicum Imp. miſit Legatum Ardinghum noſtrum Epiſcopum, qui illum oraret, ne jura gentium violaret, utque Petrum Saracenum ſuum legatum captivum liberaret: tum deinde ut arma contra cives confœderatos deponeret, remque judicio Eccleſiæ permitteret: tertio ut ea in Sarracenos converteret, Terramque ſanctam ne amplius in manibus Sarracenorum relinqueret, neve pacis, aut induciarum fœdera ſecundo cum illis iniret. Quod ſi Apoſtolica mandata contemneret, non niſi graviſſimam Eccleſiæ manum expectaret. Hæc omnia ſurdo ingerebat Gregorius, inquit Bzovius ex epiſt. 129. Lateran. iij. Non. B Iunii.

Anno vero 1247. Ardinghus a Gregorio IX. Pontifice Maximo poteſtate ad id ſibi facta, Iacobo Septimiano Abbati, ejuſdemque monaſterii Monachis aliquot latifundia vendidiſſe narratur, ut diuturnioris, adverſæque valetudinis detrimenta detegeret. Cujus venditionis Cangellus Præpoſitus Pratenſis ſententiam tulit, condiditque proceſſum.

Anno Domini 1247. iij. Kal. Maji Indict. quinta, Ardinghus Epiſcopus Florentinus pro expenſis ſibi neceſſariis in ſua ægritudine, qua præſentialiter laborat, cum vicarius princeps ſecularis abſtuliſſet ei fructus ſuos, & proventus plurimos, ſicut expediebat ei habere denarios pro dicta ſua ægritudine præſentiali expendendos, vendidit poſſeſſionem quamdam monaſterii Septimi, & Jacobo Abbati pro eis recipienti F. Paulo converſo ali . . . habita licentia a ſummo Pontifice, ut patet ex literis ejuſdem Pontificis ante multos annos obtentis.

GREGORIUS EPISCOPUS C *ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Præpoſito . . Pratenſis diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Ex parte venerabilis fratris noſtri A. . . Florentini Epiſcopi fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut pro utilioribus permutandi, & vendendi poſſeſſionem quandam & redditus eccleſiæ ſuæ ſibi concedere licentiam dignemur. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi hoc eidem eccleſiæ videris expedire, præfato Epiſcopo auctoritate noſtra concedas licentiam poſtulatam.

Datum Romæ 10. Kalend. Martii, pontificatus noſtri anno quinto.

Anno 1232. 7. Kal. Novembris, Indict. 6. D. Cangellus Pratenſis Præpoſitus ſub hac forma dedit præfato D. Epiſcopo licentiam.

In Dei nomine. Amen.

Nos Cangellus, Dei gratia, Pratenſis Præpoſitus. Cum ex mandato ſummi Pontificis nobis injuncto vobis venerande Pater domine Ardinghe Epiſcope Florentine, pro utilioribus permutandi, & vendendi poſſeſſiones D *quaſdam, & redditus eccleſiæ veſtræ, ſi hoc eidem eccleſiæ nuſcamus expedire, concedere licentiam tenemur, ſicut ex parte veſtra ſibi extitit ſupplicatum. Quin pro certo novimus vos habere colonos, quaſdam poſſeſſiones, & redditus minus utiles, ex quibus nullos, vel parvos redditus percipitis annuatim. Immo cum res fugitiva ſit, labori ſubtrahant ſe libenter a ſervitiis dominorum ſervi, & poſſis carere illis, vendendi, ac permutandi eos, & eas pro melioribus, ac magis utilibus, auctoritate domini Papæ, qua fungimur, licentiam vobis concedimus poſtulatam, &c.*

Eodem ipſo anno, eademque die, cum fato urgente, Ardinghus pene eximeretur de vivis, bonorum ſuorum, ut vocant, mobilium, & illorum, quæ apud Septimianos Ciſtercienſes depoſuerat, per donationem inter vivos, prædictos monachos hæredes inſtituit, deque hujuſmodi donatione ſubjectum con-A didit inſtrumentum in monaſterio S. Miniatis.

In Dei nomine.

Anno ab Incarnatione Domini 1247. tertio Kal. Maji, Indictione quinta.

D. Ardinghus benignitate divina Florentinus Epiſcopus licet æger corpore, ſanus tamen mente, ſua memorans noviſſima, quia voluit, ſicut dixit, ne monaſterium S. Salvatoris de Septimo ordinis Ciſtercienſis aliquo tempore, vel ab aliqua perſona litem, vel brigam habeat, ſeu aliquod nocumentum de aliquibus rebus ſuis, quas olim apud ipſum per ſe, vel per alium deponi feciſſet, cum intentio ſua ſemper fuerit, ut dixit, quod prædictum monaſterium, & Abbas, atque conventus ipſius res, & bona illa deberent habere ſub pietatis intuitu, & pro animæ ſuæ ſalute, præſentialiter per hoc publicum inſtrumentum ſancivit, conceſſit, reliquit, pro reverentia Jeſu Chriſti, & pietatis intuitu, atque donavit irrevocabiliter inter vivos, F. Paulo Ciſtercienſis ordinis nunc Caſtaldo ſuo pro ipſius monaſterio, Abbate, atque conventu, recipiente in- B *tegre omnes res, & bona, ſive pecuniam, ſive quaſcumque res alias, quas hactenus depoſuiſſet, vel feciſſet deponi apud eos per quamcunque perſonam vel perſonas, quatenus habeant ea ſibi ulterius prædicto monaſterio benedicta, & conceſſa in nomine Jeſu Chriſti, eoſque Abbatem, conventum, vel monaſterium ab omni reſtitutione ipſarum rerum facienda ſibi, vel epiſcopatui Florentinæ abſolvit, & liberavit omnino. Et ad majorem evidentiam rei de hac donatione, & conceſſione juſſit confici præſens publicum inſtrumentum.*

Acta ſunt hæc apud monaſterium ſancti Miniatis ad montem præſentibus teſtibus domino Azone plebano plebis S. Joannis majoris, presbytero Ventura de ſancta Felicitate, Giannobene Conon plebis de Decimo, & Benvenuto notario filio Mainetti.

Ego Benvenutus ſacri palatii notarius, prædictis, dum agerentur, rogatus interfui, ideoque ſubſcripſi.

Ego Jacobus, Imperiali auctoritate judex, & notarius publicus, hæc omnia a dicto domino Epiſcopo me præſente acta, de mandato ſuo rogavi, & imbreviavi, eaque poſtmodum infraſcripto Bonagiunta notario ſcri- C *benda, & publicanda mandavi, & commiſi, ideoque his a me rogatis, & ab eo ſcriptis ſubſcripſi.*

Ego Bonagiunta Barnetti Imperiali auctoritate notarius publicus, hæc rogata, & imbreviata à Jacobo judice, & notario ſupraſcripto de mandato, & commiſſione ſua, hic ſcripſi, & publicavi, ideoque me ſubſcripſi.

Porro quam ſalutaris vir fuerit Ardinghus Septimiano cœnobio hæc ſubjecta verba, quæ in antiquiſſimis illius monaſterii membranis adhuc leguntur, abunde teſtantur.

Dominus Ardinghus Florentinus Epiſcopus ſpecialis amator, & benefactor hujus monaſterii, conventum in victu, & veſtitu a ſui principio ſuſtinuit, & inter multa alia bona, quæ fecit, quamdam poſſeſſionem emit apud S. Martinum pro monaſterio, & quaſdam de ſuis libris hic reliquit, qui fuerunt valoris . . . CC.

Paulo vero poſt Ardinghum deceſſiſſe credibile D eſt, hoc eſt anno 1249. ut ex ejus ſucceſſoris initiis perſpicue colligi poteſt; quo anno Servitis Fratribus templum D. Annunciatæ ædificare cœperat, primum lapidem benedixit, jecitque Ardingho præſente Petrus diaconus Cardinalis S. Georgii ad velum aureum Apoſtolicæ ſedis de latere legatus. Templum ſane toto orbe venerandum, omnique tempore civium, & exterorum concurſu celebre. En ægri ut ad medicum confluunt, certe ad quem melius? tot, tantiſque reſtituta ſanitas divinitus, & quicunque ſincere opem, ſubſidiumque malis ſuis implorarunt, acceperunt. Indicio ſunt myriades votivarum tabellarum, ſignorumque, quibus totum templum onuſtum eſt: ea ſunt monumenta, ſpem ut in rebus humanis fallacem, ita in Deo, divaque ejus Matre fixam, vanam nunquam fuiſſe. Facit religionem iſtam loci imago Angeli divæ Mariæ Ave dicentis, quam pinxiſſe D. Lucas perhibetur. Hæc vulgaris juxta, ac falſa fama eſt: verior illa, inquit

Boc-

Bocchius, nec miraculo minor. *Pictorem ferunt*, probum, ac pium hominem, cæteri quidem corporis imaginem ſua manu excellenter pinxiſſe; cum vero nperis præſtaotiſſimi reſtaret Ipſe D. Virginis vultus efformaodus, anxium animo, ac ſeu diffidentem arti, ſeu formam ſollicitè excogitantem, panliſper obdormiiſſe; a ſomno cum ad opus rediret, vidiſſe abſolntam faciem omnibus numeris admirabili elegantia, creditumqoe haud falsò, divinitus admótam fuiſſe manum, cum humana accedere potuerit nulla. Atque ut tanto cœlitus demiſſo nperi bumani omnes honores habereotur, in pretioſo altari collocatum eſt ad lævam templi. Claudunt altare quatuor alabaſtrinæ columnæ, illuminant triginta ex argento lampades, ut taceam bina argentea maximi ponderis candelabra, cæteraque infiniti valoris donaria ab Hetruſeis principibus ſumma religinne collata. Aram poſt aliqua ſecula ſacravit Guilielmus Cardioalis Rorhomagenſis monachus Ordinis S. Benedicti; ad parietes hæc legitur Inſcriptio.

GUILLELMUS CARDINALIS ROTHOMAGENSIS, CUM SUPERNI IN TERRIS NUNCII MUNERE FUNGERETUR INNUMERIS MIRACULIS, LOCIQUE RELIGIONE MOTUS HANC ANNUNCIATÆ ARAM SUMMA CUM CELEBRITATE, ET SOLEMNI POMPA SACRAVIT A. S. MCCCCLII.

Templi univerſi ornatus, ac ſplendor in ſacellis plurimum elucet, omnibuſque præſtat intimom, quod Joannes Bologna ſnmmi nominis ſculptor, ſibi, ſuæque artis ſtudioſis cooſtruxit è ſuſco lapide diſpoſitis jucundiſſima ratione columnis, & è pario marmore exſculptis ſtatuis, & ex ære ſuſis tabellis Chriſti perpeſſos cruciatus referentibus. Numerandum quoq; ioter elegaotias templi bujus ſepulchrom Baccii Bandineli, divi Jacobi equitis, præclariſſimi ſtatuarii, ſuum jnxta opus, ſtatuam ſcilicet Chriſti Servatoris cubantis. Monaſterium, quod templo adjacet pulcherſimum, jam inde pia Ardinghi liberalitate, ut diximus, Servitæ poſſident, illudque ſoo religinſn natali plures ſanctitate præclari, tot Inſulati, totque in omni ſcientiarum genere viri præſtantes illuſtrarunt. Nec prætereundnm pro coronide Ardioghi, quod eo Præſule Florentiæ obiit anno 1246. B. Humiliana ex illuſtri Cerchiorum familia Ordinis Minorum.



XX XVII 37 PHILIPPUS Fontana Ferrarienſis, ejuſdem civitatis Epiſcopus poſt deceſſum Ardinghi ad Florentinam Eccleſiam translatus anno 1250. inſecutoque annn 1251. Archiepiſcopatum Ravennatem aſſecutos eſt. Hnjus Epiſcopi Borghinus noo meminit, futurumqne erat, nt ejus omnino memoria interciderer, niſi Joannis Antonii Vignalis ſeduli archiviſtæ Florentini archiepiſcopatus diligentia illam juſſiſſet lucem aſpicere. Comperit enim quamdam hujus Epiſcopi conſtitutioaem, alteramque illios ſucceſſoris Joannis, cum ſcilicet Humiliati fratres a S. Donato a Turri in S. Luciæ ſacellum tranſlati ſoerunt, ubi mentio hujus Philippi extat, antea Florentini Epiſcopi, ac deinceps Archiepiſcopi Ravennatis, quæ ut diuturnius aſſervetur, hic exſcribendam curavimus è ſanctiori Florentinæ Eccleſiæ tabulario.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Philippus, miſeratione divina, Florentinus Epiſcopus electus viro religioſo Prapoſito S. Michaelis de Alexandria, & ejus conventui ordinis Humiliatorum ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Veſtris benignis petitionibus grato concurrentes animo, intuitu religionis, & ordinis veſtri, ac venerabilis Patris D. Octuviani S. Maria in via lata diaconi Cardinalis Apoſtolica ſedis legati precibus inducti, capellam S. Lucia poſitam extra muros civitatis Florentina juxta Arnum ad epiſcopatum noſtrum ſpectantem, cum omnibus poſſeſſionibus, juribus, actionibus, & omnibus aliis ad dictam capellam pertinentibus damus, & concedimus, & donamus vobis, & ordini veſtre, epiſcopalibus juribus nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſervatis, & annue cenſu, ſcilicet unius cerei de libra, quem epiſcopatui noſtro in feſto S. Joannis Baptiſta praſtari volumus, in ſignum univerſalis dominii, ita quod collegium, ſive fratres eccleſia S. Donati, in quo commorantur, poſſitis ad dictam capellam transferre, cum ibi habilius, & melius valeant commorari, quam in pradicta eccleſia S. Donati. Dantes inſuper vobis licentiam, ut in eodem fundo dicta eccleſia, ſi neceſſe fuerit, poſſitis alium eccleſiam de novo fundare. Item volumus, & ſtatuimus, atque ordinamus, quod nec vos, nec ſucceſſores veſtri poſſint bona immobilia dicta capella, ſeu alia jura alienare, vel donare alicui perſona, vel dictam eccleſiam alteri ſupponere, vel ſubjacere. Et ſi vel vos, vel ſucceſſores veſtri contra iſta aliquid feceritis in prajudicium noſtrum, aut dicta capella, ipſo jure liberè ad Epiſcopatum noſtrum redeant, & licitum ſit nobis, & ſucceſſoribus noſtris dictum eccleſiam cum omnibus juribus, & poſſeſſionibus ſuis ad Epiſcopatum noſtrum auctoritate propria revocare. Ad hac intuitu religionis veſtra, nolumus vos, vel ſucceſſores veſtros, aut Rectorem, vel fratres, qui pro tempore fuerint in dicta capella, ad manualem obedientiam teneri nobis, aut ſucceſſoribus noſtris: ad aliam tamen obedientiam nihilominus teneamini, & ad majorem firmitatem habendam, & ad perpetuam rei memoriam hanc praſentem conceſſionem, & donationem manu publ. ſcribi fecimus, & noſtri ſigilli munimine roborari.

Actum in domo monaſterii Epiſcopatus Ferrarienſis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo, indictione octava, die ſexto intrante Februario. praſentibus

D. Bono presbytero Cardinali, &

Flore Cantore ſancta Ravennatis Eccleſia.

Salomone canonico Faventino.

Ugolino canonico Pratenſi.

Viviano notario Florentino.

Fratre Pœnitentia.

Ugolino Madonna, &

Tignoſino de Caſtiglione teſtibus vocatis.


Ego Bartholomaus Bonaccurſii Guidonis Arpinelli Imperiali auctoritate notarius interfui, & ut ſupra legitur, de mandato pradicti domini Electi ſcripſi, & publicavi, & ad majorem firmitatem, ſigillum meum appoſui.

Philippo Præſule Florentiæ obiit B. Bonaginnta Maoettus primus Ordinis Servorum Generalis anno 1250. è qua gente Jannottus ſcientia, & virtute apud omnes clariſſimus, de quo hæc Verinus lib. 3.

Jampridem Benetina domus ſubmerſa profundo eſt:
Ex hac egregius multa virtute Manettus
Ortus longa ſua tribuit cognomina genti.
Ingenii per ſe celebrem Jannotius unus,
Longius illuſtrem Romana per oppida fecit.

Janootti vitam ſcripſit Veſpaſianus Florentinus; Extat manuſcript. de quo etiam Archangelus a Pocciancius de ſcript. Florent. a Michael

38 JO-



XXXVIII. 38 JOANNES de Mangiadoris a S. Miolato ad Tudeſcum, Archidiaconus antea Lucenſis, ab Innocentio IV. cum ſupra memoratus Philippus ad Ravennatem Eccleſiam transferretur, ad Florentinam ſedem ſubvectus eſt 1251. ex favore Octaviani Cardinalis Ubaldini, cujus erat familiaris, cujus opera factum eſt, ut ad illud munus è multis ſeligeretur. Extat hujus Epiſcopi electio in formulario Martini de Ebulo Innocentii IV. Cancellarii in Vatic. biblioth. cujus exemplar hic exſcribendum curavi.

Octaviano S. Mariæ in via lata diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato.

Si ad notos, & cognitos, quos tibi conjunctos præſertim ex familiare conjunctione nexus charitatis aſtringi, debes, & habes, ſicut habere te credimus integræ dilectionis affectum, inter præcipua profectuum tuorum emolumenta recenſes eos condignis ſub favore tui nominis provehi ſucceſſorum incrementis, & congruis honorum gradibus promovere. Hæc eſt enim potiſſima, & deſiderabilis divinitus data muneris gratia in iis, qui gloria, & honore alios antecellunt, quod ipſorum plenitudinis accepta de ſupernis irrigadum per communionis augmentum concreſcat in pluribus, quia quot eorum felicitas participata clarificat, tot celebritatum titulis fit præſignis. Tuis igitur debet votis accedere, quia procul dubio accreſcit honorem dilecti filii Joannis electi Florentini, quondam Archidiaconi Lucenſis, promotio chari tui, quia ut eum charum habeas, & a tuis non excipias bonis ejus indubitata fide, tam noſtro, quam publico creditorum imperio ſibi diutius eam adhuc in minoribus conſtituto, ad devota familiaritatis obſequio meruiſſe: unde eſt, quod credere firmiter debet, quod in aſſumptione ipſius ex pluribus ad regimen Eccleſiæ Florentinæ, ſuæ idoneitatis meritis, tuæ benevolentiæ gratia, quam obtinere dignoſcitur, fuiſſe reſpectum, ac penſatum in ejus fuiſſe perſonam, quod cum ſua erga te fuit firma ſinceritas, & devotio approbata, ejus promotio nec a tuis affectibus diſcreparet. Intereſt itaque gratitudinis tuæ diſpenſationem ſedis Apoſtolicæ de promotione ejuſmodi ad gratias inclinare, quæ in amico domeſtico id tuo prorogavit affectu, ad quod pro illa in quantum permiſiſſet honeſtas præſens forſitan . . Nihilominus præſentiam tuam rogandam duximus, & monendam per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus eumdem Electum pro noſtra, & ſedis Apoſtolicæ reverentia, & ejus, qui ad ea habet puritatis affectum in plenum favorem benevolentiæ congratulationis aſſumens, ipſum, & commiſſam ſibi Eccleſiam chariſſimis tuæ charitatis viſceribus habeas commendatas. Ita quod nos, quibus id acceptum erit, & gratum, ex hac circumſpectione dignis in Domino debeamus laudibus commendare, & alii tibi devoti de tua benevolentia ſpem concipiant certiorem, &c.

Ad hunc ipſum Joannem idem Innocentius literas dedit, cum illum in Galliam deſignaret legatum contra fautores Friderici II. præcipuè autem contra Piſtorienſes ejuſdem Imperatoris ſequaces, quos deinque favore Mangiadori Florentini ſuffulti juſtis collatis ſignis, vicerunt. Epiſtolam autem pontificiam, rei, quam dicimus, teſtem hic ſubiiciendam curavimus ex eodem formulario.

Epiſcopo Florentino. Si in proſequendis Eccleſiæ Romanæ negotiis, ad quæ ipſa tuum petiit obſequium confidenter, tardus, & negligens inveneris, notari quod volumus, potes minus gratis gratia, quæ eadem Eccleſiæ te prævenit, & res ſpei, quam de tua devotione gerimus, non reſpondet. Nuper quidem ad te, ut ad terram Grafagnanam accedens, etiam reciperes Eccleſiæ Romanæ nomine gubernandam, & dil. fil. Poteſtatem, & communem Lucanum ad dimittendam illam omnino, juxta quod per literas ab eis noſtras exegimus, coarctares, noſtrum emanavit ſub certa forma mandatum, quod ſicut admirantes recepimus, ſurdis, ut ita dicamus, auribus tranſiviſti, qui ad hæc aſſurgere jucunda promptitudine tenebaris. Quocirca fraternitati tuæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus in executione illius negotii abſque ulla proteſtatione procedas juxta directarum ad te prius continentiam literarum . . . quod ſecunda juſſio ſi te inobedientem invenerit, adverſus immeritam contemptus contumaciam, non immerito Apoſtolicæ indignationis aculeos excitabis.

Cæterum ex eodem formolario, alterius epiſtolæ Innocentii Papæ ad eumdem Joannem exemplar eruimus, ubi illum non tam Electum, quam abſolutè Epiſcopum Florentinum appellat, illique eorum, quæ præceperat, negligentiam exprobrat, adhortaturque, ut exequi vellet, quæ ſibi fuerant imperata. Inde collige, lector, quam hic Joannes in turbulentiſſimis illis temporibus Catholicæ Eccleſiæ uſui foret. Fidem aſtruat iis, quæ diximus, ſubjecta epiſtola.

Electo Florentino. Ferveris tui promptitudinem, quam clara operis tui probant teſtimonia, in Eccleſiæ negotiis promovendis, dignis in Domino laudibus commendamus. Nuntiat enim nobis frequens rumor, & celebris, quia egregia ſtudia ſilentio ſubeſſe non patimur, quod ſtrenuè agis in omnibus, quæ incumbunt. Unde meritis & gratia tibi theſaurizatur, & fama. Hortamur igitur tuam ſollicitudinem in idipſum per apoſtolica ſcripta tibi mandantes, quatenus quod ad promotionem libertatis Eccleſiæ, & revelationem ſtatus Italiæ neceſſarium, & utile fore proſpexeris, indefeſſa vigilantia proſequaris. Noveris autem nos, poteſtatem, conſilium, & communem Piſtorienſem litteratoriè admonere, ut recedentes a Tyrannide Friderici quondam Imperatoris, juſto Dei judicio reprobati, ad gremium Matris Eccleſiæ revertantur. Alioquin civitatem ipſorum Epiſcoporum deſtituemus honore, ad graviora nihilominus contra eos, niſi reſipuerint, proceſſuri. Cura ergo ut eædem literæ in ipſorum notitiam, vel præſentationem, ſi fieri poterit, vel per denunciationem publicam proferantur.

Datum, &c.

Eodem anno, hoc eſt 1251. Joannes Epiſcopus fratres Humiliatos de S. Donato a Turrim, ubi extra civitatem commorabantur, tranſtulit ad ſacellum SS. Luciæ, & Euſebii, iiſdem paulo ante a Philippo Fontana attributum, ubi poſtea templum omnibus ſanctis conſecratum erectum fuit, cum ſatis decenti cœnobio. Quoniam autem in hac ipſa ordinatione mentio habetur Philippi Fontanæ, quondam Florentini Epiſcopi, hic minus gravatè curavimus ſubiiciendam e Florentino tabulario.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Sicut fratrum Humiliatorum S. Michaelis de Alexandria laudabilis, & probata religio plantata nuper in diœceſi Florentina grande ſatis, & placitum Deo, & gentibus civitatis Florentiæ in ſpiritualibus, & temporalibus attulit incrementum, per quod & civitas ipſa floret, & uberius, & omnes religioſi, cæterique fideles in obſequiis Jeſu Chriſti fortius illorum attenduntur exempla, ſic decet nos Joannem, ſola gratia, & miſeratione divina Florentinum Epiſcopum ad eorum commoda gratanti animo flectere aures noſtras, & manum apponere cum effectu, ut in quantum cum Deo, & honeſtate permittitur, favorem a nobis ſemper inveniant, & gratiam ſpecialem. Nos itaque attendentes, quod ipſi fratres ad eccleſiam S. Donati a Turrim, quæ dudum per felicis memoriæ anteceſſorem noſtrum A.

quondam Epiſcopum Florentinum eorum fuerat uſibus deputata, exercere non poſſint commodo artem ſuam, videlicet laniſicium, texere pannos, & vendere, ac alia operari, ex quibus poſſent percipere alimenta, cum de labore manuum ſuarum vivant, non petentes eleemoſynas, ſed dantes eas indigentibus affluenter, pro eo quod locus ille diſtat a civitate non modicum, unde minorem habent frequentiam civium mercatorum: deliberavimus ad eorum ſupplicationum inſtantiam illos prope civitatem reducere, ubi gratioſius poterint ſervire Deo, & major exhibitor, & forma de actibus eorundem, & latius etiam poterunt artis ſuæ gerere mercantiam. Quare nos Epiſcopus, in nomine Jeſu Chriſti reſtituta nobis ab ipſis eccleſia S. Donati prædicta cum ſuis pertinentiis univerſis, damus, & concedimus in cambium, & permutationem ejus tibi viro venerabili domino Amico, Dei gratia, Præpoſito eccleſiæ S. Michaelis de Alexandria, ordinis Humiliatorum fratrum pro ipſa eccleſia, & ordine recipienti, & pro tuis ſucceſſoribus in perpetuum capellam S. Luciæ de S. Euſebio cum ſuis pertinentiis univerſis: quæ ſiquidem capella continuata eſt, & propinqua cum veſtro oratorio, & eccleſia, quam ædificare intenditis ad honorem ſanctorum omnium, ſicut dicitis, ipſamque capellam ordini veſtro, & religioni ſubjicimus, ut habeatis eam ulterius manualem vobis, & teneatis in ordine, & pro ordine ſupradicto, modo, & forma in cunctis videlicet, quod teneatis eam ſolummodo pro ipſo veſtro ordine, & nulli alteri religioni, vel ordini, ſeu perſonæ, vel loco eam poſſitis concedere, vel ſubdere, vel aliquo modo alienare; nec vendere poſſeſſiones ad ipſam eccleſiam pertinentes, abſque noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum licentia ſpeciali, & quod annuatim pro expenſis procurationum, quæ fient pro Epiſcopo, & Epiſcopatu Florentino, vel pro Eccleſia Romana, ſuiſque legatis, vel nunciis, quindecim ſolidos Piſanorum parvorum, & non amplius in feſto S. Joannis Baptiſtæ annis ſingulis nobis ſolvere teneamini; & inſuper unum cereum unius libræ ceræ, pro cenſu, in recognitionem juris epiſcopalis in eodem feſto nobis annuatim perſolvatis, ſed ab omnibus aliis exactionibus ſitis modis omnibus pro ipſa Eccleſia liberi, & exempti, ita quod nihil nobis pro Epiſcopatu, vel clero Florentino pro ipſa capella reddere teneamini. Promittimus quoque ſtipulatione ſolemni obligando nos pro nobis, noſtriſque ſucceſſoribus & omnia bona Epiſcopatus præſentia, & futura, tibi prædicto præpoſito recipienti, ut ſupra, dictam conceſſionem ſemper habere firmam, & ratam, & non imbrigare, nec moleſtare res conceſſas, nec amplius pro eis exigere, quam continetur ſuperius, ſed eas ab omni perſona, & loco de jure defendere, & expedire, & te præpoſitum, tuamque Eccleſiam, totumque conventum, & ordinem ſemper indemnes reddere, & conſervare promittimus, ſub pœna, & oblig. Romani Pontificis, vel alterius cujuſcumque perſonæ, ſub qua magis poſſumus conveniri, vel conſtringi per ipſam. Si vero adverſus ea, quæ dicta ſunt, quicquam datum, aut factum apparuerit, quod contra hæc ſit, vel ſi ita non defenderimus, vel non obſervaverimus nos, & ſucceſſores noſtri omnia, & ſingula, ut ſupradicta ſunt, promittimus tibi domino Amico Præpoſito recipienti, ut ſupra, dare, & ſolvere nomine pœnæ duplum ejus, unde lis, aut briga mota fuerit, quotieſcumque fallere contigerit, & inſuper centum marcas boni, & puri argenti, & omnia damna, & expenſas eadem cauſa reſarcire, & pœna ſoluta, vel commiſſa ſeu non, damniſque, & expenſis reſtitutis, ſeu non, prædicta omnia, & ſingula nihilominus firma, & rata tenere promittimus; pro qua vero datione, & pro præſenti contractu, & pro omnibus, & ſingulis ſupradictis confitemur nos in veritate recepiſſe præſentialiter, & habuiſſe a te domino Amico Præpoſito tuoque conventu reſtitutionem Eccleſiæ S. Donati de Turri, cum ſuis pertinentiis univerſis, quæ tibi, ut dictum eſt, per anteceſſorem noſtrum conceſſa olim exiſtunt, & ſubmiſſa, ſicut in inſtrumento noſtro inde ſcripto per manum Jacobi judicis, & notarii plenius, & latius continetur. Et renunciamus in iis exemptioni non datæ, & reſtitutæ rei, forique privilegio, & omni legum

A *Juris, & conſtituti auxilio canonico, & civili, & omni exceptioni generali, & ſpeciali nobis, vel noſtris ſucceſſoribus modo aliquo competentibus. Præterea conceſſionem, quam de prædicta capella cum ſuis pertinentiis a* Magiſtro Philippo anteceſſore noſtro, tunc Florentino electo, & nunc Archiepiſcopo Ravennate *dicitis habuiſſe, ratam habemus, & gratam, & inſuper ad majoris firmitatis augmentum nihilominus de novo concedimus eamdem tibi, tuiſque ſucceſſoribus, ut ſupra continetur.*

Acta ſunt hæc omnia ſupradicta in Palatio Epiſcopatus Florentini ſub anno Domini MCCLI. indictione XI. 3. id. Septembris, præſentibus teſtibus ad hæc rogatis dominis Caponſavio Archipresbytero Florentino, Orlando priore ſancti Stephani, Mainito priore ſanctorum Apoſtolorum, Raynerio Plebano ſancti Petri in Pixide, & T. Plebano de Padule, Gottulo de monte Murlo, & Alberto clerico, & familiaribus D. Epiſcopi ſupradicti. Coram quibus teſtibus in continenti Jacobus de Cerreto judex, & notarius infraſcriptus præd. D. Epiſco- B *po volenti, & confitenti prædicta, ſicut ei licebat, per guarentiſiam ex tenore capituli conſtitutionis Florentinæ civitatis diſtricto nomine juramenti præcepit, ei tamen reverentia ſalva, & ita obſervet, & faciat omnia ſupradicta, ut ſuperius continentur.*

Ego Joannes Florentinus Epiſcopus prædicta omnia feci, & conceſſi, ideoque ſubſcripſi, & propria manu firmavi.

Ego Benvenutus ſacri Palatii notarius prædictis omnibus dum agerentur rogatus interfui, ideoque ſubſcripſi.

Ego Jacobus imperiali auctoritate ordinarius judex, & publicus notarius hæc omnia me præſente acta rogavi, & imbreviavi rogatus, eaque poſtmodum infraſcripto Jacobo notario ſcribenda, & publicanda mandavi, & commiſi, ideoque iis a me rogatis, & ab eodem Jacobo de mea juſſione ſcriptis ſubſcripſi.

C *Ego Jacobus notarius publicus hæc omnia rogata, & imbreviata a Jacobo de Cerreto judice, & notario ſupradicto de mandato, & commiſſione ſua ſcripſi, & in publicam formam redegi, ideoque ſubſcripſi.*

Item poſtea eodem anno, & menſe 3. Id. Septemb. Indict. ead. Acta ſunt omnia infraſcripta apud S. Luciam prædictam, in præſentia dominorum T. Plebani de Padule, Gottuli de monte Murlo, Ardinghelli, & Bonſignoris de ordine Pœnitentium, & Fr. Albertini teſtium ad infraſcripta omnia rogatorum, prædictus dominus Joannes ſola gratia, & miſeratione divina Florentinus Epiſcopus perſonaliter accedens ad dictam Eccleſiam ſanctæ Luciæ induxit in corporalem poſſeſſionem eundem D. Amicum Præpoſitum illius Eccleſiæ S. Luciæ, tam pro ipſa Eccleſia, quam pro omnibus pertinentiis memoratæ Eccleſiæ, ponendo eum in ſedo, & dicenti ſibi: Accipe corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ hujus pro te, tuoque conventu, & omnium pertinentium ejuſdem, quam ſiquidem poſſeſſionem Eccleſiæ dictus Præpoſitus pro ſua Eccleſia corporaliter apprehendit.

D *Ego Jacobus Imper. auctoritate ordinarius judex, publicuſque notarius hæc me præſente acta rogavi rogatus, atque poſtmodum infraſcripto Jacobo notario ſcribenda, & publicanda mandavi, & commiſi, ideoque iis a me rogatis, & ab eo ſcriptis ſubſcripſi.*

Ego Jacobus publicus notarius hæc omnia rogata, & imbreviata a Jacobo de Cerreto judice, & notario ſupradicto mandato, & commiſſione ſua ſcripſi, & in publicam formam redegi: ideoque &c.

Anno 1252. Innocentius Pontifex non ſemel a noſtro Joanne Epiſcopo rogatus, pacem cupiens in Hetruria inter Guelphos, Ghibellinoſque perpetuo ſtabilire, ſequentem Florentinis civibus epiſtolam ſcripſit: cujus tenoris forma viſa eſt digna, quæ huc ex Vaticani regeſto transferatur, his verbis concepta.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Poteſtati, conſilio, & communi Florentino.

Inter omnia noſtræ ſollicitudinis ſtudia hoc novimus

eſſe

Digitized by Google

eſſe præcipuum, ut inter diſcordes, quos idem Chriſtiani nominis titulus, & ejuſdem fidei profeſſio conſortes efficit, pacis conſilia cogitemus; ſcimus enim, quod non in pace veneratione congrua non colitur pacis auctor per diſſenſiones, & ſchiſmata populorum, fidei religio deficit, morum pervertitur diſciplina, & ſalus non proficit animarum. Ideoque nos, qui tam remotos, quam proximos deſideramus invicem eſſe pacificos, inter illos præcipue reconciliationis ſpiritum ſuſcitare debemus, in quorum commotionibus Romana Eccleſia turbatur ex vicinitate tranquillitas, & ex compaſſione charitatis ejus viſcera quo maternius, eo amarius commoventur. Sane poſtquam ad partes iſtas redivimus de partibus Gallicanis circumſpicientes provinciam Tuſciæ lateris in ſe ipſa partibus fluctuare, ac in ipſa effrenem ferri debacchari licentiam, & mutuo populos ejus furore collidi, infremuimus quidem ſpiritu, & vehementer ſuper his dolore pulſare cor noſtrum ſenſimus, & ad excogitanda remedia, quibus mala incongruentia ſopirentur, nos, & fratres noſtri appoſuimus intentius mentes noſtras. Et ut nobis communiter mediantibus excluſa triſtium peſte bellorum deſiderabilis pacis jucunditas proveniret, ad præſentiam noſtram partes curavimus evocari diſcordes, ut per idoneas perſonas ſufficientes ad conſummationem negotii mandatum procuratorium afferentes coram nobis ſalubribus communis concordiæ tractatibus intereſſent, Eccleſia parituræ conſiliis, & mandatis in unum fœdus amoris ejuſdem provinciæ populos, quos inimicus homo per ſchiſmata, ſeditioneſque disjunxerat, maternis affectibus conjungere geſtientis. Verum ſecreto divinæ commotionis, ut credimus, permittente judicio, quia forſitan nondum condigna vexatio auditui reddiderat intellectum, nec ad puram faces exinaniverat peccatorum, clauſis auribus vocem noſtram audire vocati, & verbum pacis contumaci ſpiritu reſpuentes, aliquos qui ſalutaria oris noſtri verba reciperent, ad ſedem Apoſtolicam mittere contempſerunt. Cumque partes ipſæ dudum adverſus ſe in partibus Montaræ conſtarent hoſtiliter vires ſuas, & caſtris altrinſecus in conſpicuo poſitis ad diſcrimen certaminis iram cominus colligerent animorum, audivit, & horruit Mater Eccleſia; & ſatagens occurrere tot ſtragibus corporum, tot animarum exitiis, quæ poterant evenire, & confidens, quod ad pacis propoſitum, incuſſa forte utriſque malorum utrinque imminentium formidine, ipſius ſtudia juvarentur, inſtitit, & illuc proximus dilectis filiis R. ſancti Angeli, & I. S. Nicolai in carcere Tulliano diac. Card. celebribus quidem Eccleſiæ Dei membris de latere noſtro miſſis pacem diſcordibus nunciavit. Sed lege peccati obtemperare neſcia rationi, utramque partem nefanis conſiliis, ſalubribus monitis, & paternis intenderent juſſionibus, obfirmante, ſpreti ſunt hinc, & inde tanti pacis angeli, qui non invenientes ſuper quos requieſceret pax ipſorum, nullum ſui fructum laboris præter piæ intentionis meritum retulerunt. Quot autem mala paſſa fuit hac inſtantia noſtra repulſa, poſtquam fuerint ſubſecuta, quæ quidem noſtra diligentia remedia excluſiſſent, ſi contempta non eſſent, effuſus ſanguis, quem de terra clamare in cœlum credimus contra eos, qui ſuis conſiliis noſtra, & fratrum noſtrorum pacis ſtudia diſſiparunt, compeditorum gemitus æterni Tribunal Judicis in eos utique commovens, qui malignis bellorum ſuggeſtionibus diſſolvi captivitatis ſuæ vincula non permittunt, & ad ultimam regionis mœror crebris depopulationibus deformata labores inanes, & ſumptus ſteriles proteſtantur. Sed inconſultus calor iracundiæ furiis provocatos, & odiorum agitatus impulſibus etiam ab iis, qui patiuntur hæc, ſentiri non poſſunt, quia dum vincendi, vel ulciſcendi cupiditas per improviſa trahit præcipitia irritatos, non auditur pater ſalubriter revocans, nec mater agnoſcitur oſtendens pereuntibus ubera pietatis, ſed utroque calcato, quod bellicus furor ſuggerit, hoc proſequendi temeritas ſanum cenſet. Porro ſi alterutri decertantium ſucceſſus Martis interdum arrideat, non debet is in ſecuritatis jactantiam, donec finalis belli reſtat eventus, efferri, & pacis mediatorem excludere, ut irrevincibilis triumphator. Pendet enim adhuc volubilis fortuna certaminis, nec cum ſuis dedit

A *fidem muneribus, ut non debeant revocari, & in ejus retorqueri ſinum, qui de his amole invidebat. Ludit ſiquidem deſuper in rebus humanis inviſibilis ſpeculator, dum eo permittente, vel occulto diſponente judicio vincitur, & vincit ab altero revictus uterque, ac tandem præter ſpem qui vicerat, ſuperatur, pro eo quod juxta ſapientis eloquium: Non eſt fortium bellum, cum caſus, & tempus in omnibus inopinabilia operentur. Si vero alterutrum dimicantium caſus forſitan depreſſerit, ut adverſarius in aliquibus inferior videatur, is procul dubio interdum ſibi deterius conſulit, quando de caſu inſurgere ſatagit continuo in victorem, & vires ad reparationem ſtatus proprii opportunas in ultionem ſtantis adverſarii properus reluctator expendit, cum tempora fatigatum reſovendi vigorem præcedere oporteat tempora vindicandi, & ſæpe contingat, quod per propriam ignominiam nimis animoſe proſequitur, graviores ulciſcendi cauſas incurrit. Sane propter præmiſſas tam verborum noſtrorum, quam Cardinalium prædictorum repulſas forte fuerat a ſalubribus repellentium ſ\ae-*
B *dicationibus deſiſtendum: ſed improbi eſt circa filios, & irrevincibilis paternæ pietatis affectus, ab eorum redargutionibus, & obſecrationibus, & increpationibus importunis deſiſtere neſciens, donec ſe in conſilia referant meliora, & morbi ceſſet pernicies, quæ dormire in nobis vigilem ſollicitudinem non permittit, ſed ita nos urget aſſidue. Quod ſi aliarum rerum neceſſaria occupatio, & inevitabilis pateretur, non pigeret nos corporaliter in medias partes inſtantis exterminii, quod indubium concertantium periculum imminet, proſilire, ut adverſos provinciæ hujuſmodi parietes moto a in nobis, immo in Chriſto, reconciliationis fœdere jungeremus. Sed ſi re idem vel tantumdem providimus faciendum, eas videlicet ad hæc mittendo lateris noſtri partes, in quibus erga vos, & ſalutis veſtræ cauſam fervor noſtræ intentionis patenter eluceat, ac per operis, ſermoniſque potentiam, compenſatione non minima præſentia noſtræ in illis auctoritas ſentiatur. Ecce igitur venerabilem fratrem Albanenſem Epiſcopum, & dilectum filium Guillelmum ſancti Euſtachii diaco-*
C *num Cardinales noſtros, magna utique, ac inſignia Eccleſiæ Dei membra, licet eorum præſentia carere ad præſens ſine moleſtia non poſſimus, tamen noſtris veſtra commoda præferentes, ad partes veſtras in pacis pulchritudine reparandas, de fratrum noſtrorum conſilio deſtinamus, totis eiſdem affectibus, & plenis deſideriis ad commiſſum eis communis boni negotium conſequendum. Quocirca univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, ac in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, quatenus parcentes vobis ipſis, & patriæ miſerentes, veſtros velitis providis conſiliis temperare calores, & ſuper pacis negotio, & ſtatu provinciæ reformandis, eorum velitis filialiter ſuſcipere monita, exaudire conſilia, & mandatis, ac juſſionibus obedire, ita quod non videamini mortem potius quam ſalutem affectare communem, & veſtra Mater Eccleſia vos tamquam benevolos filios ob hoc ſpecialiter intimo charitatis brachiis amplexetur. Alioquin cœlum, & terram contra rebelles luminis in teſtimonium invocabimus, quod ſi ſponte pereundum eligitis,*
D *munda erunt a veſtro ſanguine manus noſtræ, & vos apud Deum, & homines non ſolum malorum veſtrorum, ſed & noſtrarum ſuper vos rei eritis lachrymarum. Nos quoque ſententias, quas iidem Epiſcopus, & Cardinales tulerint in rebelles, ratas habebimus, & faciemus uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari, alias contra pertinacium duritiam confringendam nihilominus proceſſuri.*

Datum Peruſii ſeptimo Kalendas Septembris anno decimo.

Hic tandem Joannes Epiſcopus pacis auctor fuiſſe creditur, quæ inter eoſdem Guelphos Ghibellinoſque poſt tot labores ſancita eſt a Gregorio X. Papa: ad cujus rei memoriam a nobili Mozziorum familia, Florentiæ in proprio ſolo Eccleſia S. Gregorii a fundamentis eſt excitata anno 1273. de qua re ſic loquitur vetus ibidem ad parietes appoſita Inſcriptio.

Gregorio Decimo Papa ſancti ſub honore

Gregoris primo pru Chriſti ſuador amore.
Hic Ghibellina cum Guelfis pace patrata,
Ceſſavere mina, ſub qua ſum luce creata,
Luce duodena Julii radiante ſerena.
Bis ſexcenteno Domini cum ſeptingenteno,
Anno ternoque, præſente volente utroque
Byzantinorum Domino ſimul, & Sæculorum
Mille ducenis tribus, & ſeptuagenis
Gregorio bella decimo fuit iſta Capella
Pacis fundata Mozziis ædificata.

Ibidem alia de conſecratione ejuſdem Eccleſiæ legitur inſcriptio.

Anno Domini MCCCXXVIII. die Dominica ultima Septembris V. C. D. Latinus Oſtienſis, & Velliternenſis Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus conſecravit Eccleſiam iſtam, & altare aſſiſtentibus venerabilibus patribus Archiepiſcopis Barenſi, & Piſano, Epiſcopo Lucano, & multitudine infinita cleri, & populi, & ſtatuit indulgentiam tali die anno VII. XL. dierum, & omni die VIII. XL. dierum, & dicti venerabiles patres quibet illorum XL. dierum annuatim conſecrationis die, & in feſto ſancti Gregorii.

Anno 1265. Eccleſiam S. Claræ, & cœnobium monialium Minoritarum a fundamentis exſtruxit prope Romanam portam Octavianus Card. Ubaldinus in Herruria Legatus; ubi primum Abbatiſſam inſtituit Ioannes Epiſcopus Claram Ubaldinam Cardinalis amitam ab alio ejuſdem inſtituti cœnobio, quod Monticelli vocant, unico ab urbe lapide ſito evocatam, ut cæteris monialibus ſanctimonia vitæ, aliarumque virtutum claritudine præeſſet, & prodeſſet; quippe quæ in priori cœnobio poſt beatam Agnetem divæ Claræ Aſſiſienſis ſororem Abbatiſſæ munere ſumma ſui nominis laude diu functa fuerat: quæ cum dies ſuos clauſiſſet in pace in novo hoc monaſterio condita, ejus cineres a fidelibus venerantur. Ioanne Præſule, eoque etiam defuncto in diutino illo Eccleſiæ Florentinæ interregno, inſignes viri Florentini ex hac vita migrarunt, inter quos ſex ex Servitanæ religionis præcipui fundatores recenſentur, beati ſcilicet Bonagiunta Manettus primus Generalis, Bonfilius Monaldus 1257. Amideus de Amideis 1266. Manettus de Anſella 1268. Suſtegnus de Suſtegnis, & Raynerius Uguccionus anno 1282. hi omnes apud Montem Senarium vita functi ibidem requieſcunt. Accurſius vero Florentinus primus univerſi Iuris gloſſator, & adhuc ultimus: licet anno ætatis 33. cœpiſſet ſtudio legum navare operam, tamen ſummus evaſit Iuriſconſultus an. natus 78. mortuus eſt Bonon. 1279. ubi jacet in eccleſia S. Franciſci, cum Franciſco filio, de quo ita cecinit Verinus lib. 2.

Juriſconſultus interpres Accurſius omnes
Excelluit, brevibuſque notis ænigmata legum
Expoſuit, nullusque error reperitur in illis.

Primum vero lapidem eccleſiæ Carmelitarum noſtrum Ioannem jeciſſe ſcribit Ferrinius in catalogo anno 1275. die 3. Ianuarii, ubi male ſcribi puto 1275. melius 1274. (1) nam ille triduo ante exceſſerat, ut vetus calendarium notat. Deceſſit autem Ioannes poſtrema die Decembris anno 1274. vir ſanè memorandus, ac ſanctis moribus: poſt cujus exceſſum Florentina ſedes per duodecim ipſos annos vacua manſit. Florentini enim per id tempus, Ghibellini ſcilicet, & Guelphi invicem rupere fœdus, quod Gregorius X. paulo ante ſanctiſſimè junxerat. Quamobrem Pôtifex ira exæſtuans Florentia exceſſit, percuſſamque ob rebellionem anathemate civitatem, viduavit paſtore. Tametſi autem capituli ſenatores multoties iviſſent ad urnam, nullum tamen ob diverſa adverſaque ſtudia partium evexerunt ad ſedem; altera enim pars Schiattam Ubaldinum ſelegerat, altera Lotharium della Toſa, ſed in utrumque paria effuſa ſuffragia effecerunt, ut nemini illorum fuerit dignitas adjudicata. Denique poſt diuturnam illam vacationem ad ſedem Florentinam ab Honorio IV. evectus eſt, qui proximè ſequitur.

XXXIX [illegible]

39. Fr. IACOBUS a Caſtelbonus Peruſinus, quem nonnulli Ranucii de Alexiis filium fuiſſe tradunt, Ordinis Prædicatorum, Prior S. Sabinæ de Urbe anno 1286. ſubrogatur ab Honorio, a quo ſcriptum eſt hoc diploma ex reg. Vatic. ep. 4. fol. 133. anno 2.

Dilecto filio fratri Jacobo de Peruſio electo Florentino.

Debitum officii noſtri continua nos pulſat inſtantia, &c. Sanè dudum Eccl. Florent. Paſtoris ſolatio deſtituta, capitulum ipſius Eccleſiæ duas electiones, unam videlicet de Schiatta de Ubaldinis Bononien. Leodien. reliquam vero de Lothario della Toſa dictæ Florentinæ Eccleſiarum canonicis in diſcordia celebrarunt. Negotio igitur electionem earundem per appellationes ad ſedem Apoſtolicam devoluto, poſt diverſos proceſſus apud ſedem eamdem habitos in eadem Schiatta, & Lotharius prædicti omne jus, quod eis ex electionibus hujuſmodi competebat, ſpontè, ac liberè in noſtris manibus reſignarunt. Nos autem reſignationibus ipſis receptis; attendentes, quod ſi prædicta Eccleſia Florentinæ proviſio differretur, multis ſubjiceretur periculis, & gravia in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta ſubiret, ac volentes propter hoc ei de paſtore idoneo celeriter providere, ad perſonam tuam noſtræ mentis oculos duximus dirigendos, & conſiderantes, quod cum ſis vir literarum ſcientia præditus, morum honeſtate præclarus, conſilio providus, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus, acceptuſque nobis, & fratribus noſtris tuæ merito probitatis, prædicta Eccleſia Florentina per te poterit divina cooperante gratia, ſalubriter gubernari, te tunc Priorem fratrum Prædicatorum ſanctæ Sabinæ de Urbe, prædictæ eccleſiæ in Epiſcopum, & paſtorem præficimus, de fratrum eorumdem conſilio, & apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, tibique curam, & adminiſtrationem dictæ Eccleſiæ Florentinæ in ſpiritualibus, & temporalibus duximus committendam, ſperantes, quod tua circumſpectione laudabili, & providentia circumſpecta eadem Eccleſia Florentina tam circa ſpiritualia, quam temporalia hujuſmodi gratis tribuente Domino proficiet incrementis. Volumus itaque, ac diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad eamdem Eccleſiam de prædicta ſedis, & noſtro favore confiſus cum divina gratia benedictionis accedas, & ſuper gregem dominicum in illa tibi commiſſum noſtris vigilias, diligens, ſollicituſque cuſtodias, ut liber invadendi aditus non pateat invaſori. Beatus ſiquidem eris, ſi Dominus in ſuſpicabili hora venturus, te invenerit ſic agentem, quia curſu conſummato, qui ſuo labori proponitur, & horum fide ſervata, quæ tuæ ſollicitudini committuntur, te immarceſcibili corona juſtitiæ decorabit.

Datum Romæ apud S. Sebaſtiani 5. Kal. Junii an. 2.

Iniit Jacobus ſui Epiſcopatus ſolemni ritu poſſeſſionem die octava menſis Julii ejuſdem anni, & majori populi Florentini lætitia, quo diuturnior vacationis moleſtia fuerat; ſed cum vix ad quadraginta dies præfuiſſet, ſpem omnem exultantis populi brevitas illa pontificatus abrupit, vacavitque ſedes ad menſes octo. Ipſe vero ſepultus eſt apud ſuos Prædicatores.



XL. a De quo [illegible]

40 ANDREAS Mozzius, a nobilis Florentinus

(1) Melius adhuc anno 1268. die ultimo Junii, ut colligitur ex mſ. Codice n. 177 qui in Bibl. Strozziana ſervatur, a Clariſs. Senatore Carolo Strozza conſcripto, pluresque Eccleſiarum fundationum ab authenticis ſcripturis depromptas exhibente notitias. *Salvinus.*

ſtoria Canonicorum Floren. e quibus Andreas fuit, & Papæ Capellanus.

nus, in Jacobi deinde locum, concordibus majorum canonicorum votis, rejecta poſtolatione alterius partis capituli de perſona Thomæ Epiſcopi Piſtorienſis, ſuffectus eſt anno 1287. Quam electionem ratam habuit idem Honorius IV. 4. Kalendas Ianuarii ex regeſto Vaticano epiſtola 203. fol. 185. Ab Andrea Theſaurariæ dignitas, quæ adnexam habebat præbendam canonicatus, in Eccleſia Florentina conſtituta dicitur, vel potius confirmata: eum enim anno 1293. novam hanc dignitatem, & ad eam noviter a capitulo adlectum Aldobrandinum Cavalcantem confirmaſſe lego in documento, quod extat in capitulario hujus tenoris.

In Dei nomine. Amen.

Nos Andreas, Dei, & Apoſtolica gratia, Epiſcopus Florentinus, viſa, & diligenter examinata forma ordinationis, & creationis dignitatis theſauraria in Eccleſia Florentina, & electionis, & proviſionis ipſius dignitatis facta nobili viro domino Aldobrandino de Cavalcantibus, & acceptatione, & conſenſu ejuſdem electi, ac receptione facta de eo per canonicos, & capitulum Florentinum, & omnibus, & ſingulis in prædictis, & circa prædicta factis, & geſtis, prout in inſtrumentis ſcriptis per ſer Joannem noſtrum notarium infraſcriptum, plenius continetur, & habita ſuper iis deliberatione ſolemni, conſiderantes prædicta omnia ad divini cultus augmentum, & honorificentiam Eccleſiæ Florentinæ ſpectare, & ſufficientiam, & idoneitatem perſonæ dicti Aldobrandini, ex familiaritate, & converſatione, quam diutius nobiſcum habuit, ſatis nota, quia nobis conſtat prædictam creationem ipſius dignitatis, electionem prædicti Aldobrandini, & receptionem, & omnia, & ſingula in prædictis, & circa prædicta geſta rite, & canonice, ac legitime concurriſſe, Chriſti nomine invocato ad honorem, & reverentiam omnipotentis Dei, beatæ Mariæ Virginis, beatorum Joannis, Zenobii, ſanctæ Reparatæ patronorum noſtrorum, & Eccleſiæ Florentinæ, & ad honorem & reverentiam Apoſtolicæ ſedis, ac Epiſcopatus, & Eccleſiæ Florentinæ, & honorificentiam, & pacificum ſtatum ipſius Eccleſiæ, ipſam creationem dignitatis theſaurariæ electionem, & electam perſonam ad ipſam dignitatem, & officium theſaurariæ admittimus, approbamus, & confirmamus, ac noſtra pontificali auctoritate perpetuo roboramus.

Actum Florentiæ in Epiſcopali palatio, præſentibus domino Angelo canonico Aretino officiali prædicti domini Epiſcopi, & domino Parigio plebano plebis de Vailſa capellano ejuſdem venerabilis patris, teſtibus ad hæc vocatis, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio, indictione ſexta, die ſecunda menſis ſeptembris.

Ego Joannes olim Præfecti de Podio Bonizi, auctoritate Imperiali judex, & notarius publicus, & dicti domini Epiſcopi ſcriba, prædicta omnia, quibus interfui, de ipſius domini Epiſcopi mandato ſcripſi, & publicavi.

Theſaurarius muneris nomen eſt, non dignitatis: curat ipſe ſacram ſupellectilem, a theſauro Eccleſiæ cuſtodiendo appellatur, & Cimeliarcha Græco nomine dicitur, id eſt rerum pretioſarum aſſervator, & cuſtos. De jure communi Theſaurarium non eſſe dignitatem, ſed officium eccleſiaſticum habere tradunt, *Rebuff. in praxi titul. ſecul. benefic.* de conſuetudine vero, & omnium ferè Eccleſiarum cathedralium ſtatutis inter dignitates referri cœpit, ut habet *Abb. in cap. de multa num. 23. verſ. ſecus de præben.* Hæc dignitas hodie non extat in Florentina Eccleſia, quam Pius II. nec inſtituit, nec reſtituit in nova aliarum quinque dignitatum erectione anno 1461 Quando vero in ea Eccleſia deſierit eſſe, monumenta noſtra altum tenuere ſilentium; pauci mihi Theſaurarii ab Andreæ inſtitutione, vel nulli obvii fuerunt. Obtinuit Andreas Epiſcopatum uſque ad annum 1295. Id. Septembris, ac deinceps ad Vicentinam Eccleſiam translatus eſt, ubi deceſſit, morienſque præcepit ſuum cadaver deferri Florentiam in eccleſia S. Gregorii a ſua Mozzia gente fundata ſepeliendum, ubi etiam nunc illius ſpectatur depoſitum cum ſequentibus verbis.

SEPULCRUM VENERABILIS PATRIS DOMINI ANDREÆ DE MOZZIS DEI GRATIA EPISCOPI FLORENTINI, ET VICENTINI.

Hujus Epiſcopi temporibus, ejuſdemque conſilio Fulco Portinarius nobilis Florentinus celeberrimi S. Mariæ novæ Xenodochii anno 1287. narratur fundamenta jeciſſe. In quod cum deinceps opus Florentina pietas propemodum effudiſſet opes, in Xenodochium nulli alteri conferendum evaſit, Portinariæ gentis decus perenne futurum. Fundationis ejuſdem meminit Honorius IV. in favorabili diplomate pro eodem ſcripto, quod extat in regeſto Vatic. epiſtola. 25. fol. 137. pontif. 2.

Priori ſecularis eccleſiæ S. Petri Scheradii Florentini.

Significavit nobis Fulco de Portinariis civis Florentinus, quod ipſe nuper quoddam hoſpitale ad opus pauperum, & infirmorum foris muros civitatis Florentinæ incepit ædificare opere ſumptuoſo. Verum cum intra ambitum ad ædificationem hujuſmodi opportunum fratres ordinis de pœnitentia Jeſu Chriſti Florentin quamdam petiam terræ non magni valoris, ſine qua hujuſmodi opus nequit commodè conſummari, obtinere noſcantur, quæ ipſis utpote domui, vel horto nequaquam conjuncta, multum utilis non exiſtit loco, cujus aliam eis magis utilem dictus civis, ut exhibere paratus, idem civis nobis humiliter ſupplicavit, ut ſubvenire in hac parte ſibi de opportuno remedio dignaremur. Licet itaque præfatus ordo ſit de illis ordinibus, quos generale concilium noviſſime celebratum Lugduni decrevit . . . certo modo, quorumcumque perſonis alienationem omnem domorum, & locorum, ac cæterorum bonorum abſque Apoſtolicæ ſedis ſpeciali licentia interdixit. Nos tamen dictis fratribus pio compatientes affectu, & ſic intendentes in hujuſmodi negotio providere, quod iidem fratres non graventur inviti: volumus, & per apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus ſi quod de conſtructione dicti hoſpitalis, & hujuſmodi permutatione præmittitur, verum eſſe compereris, dictis fratribus conſentiendi permutationi eidem auctoritate noſtra licentiam largiaris, & eis conſenſum in illa præſtantibus permutationem ipſam permittas, & facias conſummari.

Datum Romæ apud ſanctam Sabinam, x. Kal. Junii anno ſecundo.

Porro de Portinaria gente pervetuſta, deque Fulcone Xenodochii fundatore, ſic Verinus noſter lib. 3. de illuſt. urbis Florentiæ.

Quæque tenet Porta nomen deducit ab altis
Auctorum Feſulis, opibuſque, & ſanguine clara,
Atque hujus de ſtirpe nepos celeberrima Fulcus
Condidit ære ſuo Mariæ de nomine templa,
Donavitque agros, & prædia multa reliquit.
Illic ægroti, ſimul & curantur egeni
Gratis: intranti cuivis patet omnibus horis
Hoſpitium latum: civis, peregrinus in illo
Accipitur: miraque æger charitate fovetur.
Non eſt in toto delubrum ſanctius orbe,
Sed melius tacuiſſe fuit, quam pauca referre.
Suſtinet hæc urbem, propter peccata ruentem,
Anchora, turbati quoque placat numinis iram.

Andrea etiam Præſule anno 1294. fundatum eſt cœnobium S. Mariæ Angelorum Ordinis Camaldulenſis, in æde SS. Prothi, & Hyacinthi martyrum, reliquiæ pia fidelium credulitate venerantur, ibidem jacet Benedictus Varchius præteriti ſeculi vir illuſtris, qui hiſtoriam Florentinam concinnavit. De hoc cœnobio videndus Auguſtinus in hiſtoria Camaldulenſi.

41 FRANCISCUS Monaldeſcus, Balneoregienſis, Epiſcopus Urbevetanus, antea Melphien- XLI.
ſis Mozzio defuncto ſucceſſit 1295. Idus Septembris, ſic in Vaticano regeſto. Quam electionem in homine extero Florentinos promoviſſe credendum eſt, cum per id tempus ſeditionibus exæſtuarent, nollentque ex illo throno, unde ad pietatem mirifici progreſſus debebant ſperari, conſternationis ad arma faces prodire, quod facile poſſe evenire credibile erat



lęerat, ſi munus illud Florentinorum alicui, cujus in publica re ſplendida gens eſſet, contigiſſet deferri. Cui quidem conjecturæ addit momentum ſenatus Florentini decretum illud, quo cavebatur, ne quis Florentinus deinceps, aut is, qui in ejuſdem reipublicæ fide, ac poteſtate eſſet, Epiſcopale Patriæ munus ſubiret: alioquin, qui eo proceſſiſſet audaciæ, ut negligenter impetrata ſenatus, eam mulctam cum ſuis gentilibus incurreret, qua in republica, qui dicebantur Magni, omnique omnino dignitatum honoribus ſpoliabantur. Quam tamen mulctam Lotharius ſucceſſor viſus eſt deprecari, ut infra narrabimus. Interim, qui legis, ea de re conſule ſubjectum decretum. B

Quod nullus de civitate, comitatu, vel diſtrictu Florentiæ, vel alius de infraſcriptis poſſit eſſe Florentinus, vel Feſulanus Epiſcopus Pub. 40.

Nullus de comitibus Guidonibus, Albertis, vel Ubaldinis, vel alius de civitate, vel diſtricta Florentiæ eligatur, promoveatur, poſtuletur, vel poſſit eligi, promoveri, vel poſtulari in Epiſcopum Florentinum, vel Feſulanum, nec alicui ex prædictis poſſit aliquo modo provideri de aliquo ex prædictis Epiſcopatibus, nec electus, proviſus, vel poſtulatus, & quocumque modo procuratus ad aliquem ex dictis Epiſcopatibus acceptare poſſit, aut audeat, & ſi acceptaverit verbo, vel facto, ipſe acceptans, & ejus pater, avus paternus, frater, vel fratres, patruus, nepos ex fratre carnali, & ipſius eorum, & cuilibet eorum, & ipſius acceptantis deſcendentes ex quocumque etiam damnato coitu per lineam maſculinam in infinitum intelligantur eſſe ipſo jure Magnates, & ita tractentur, & reputentur ut Magnates in omnibus, & per omnia poſt dictam acceptationem, &c. C

Franciſco autem Balneoregienſi in Florentina ſede jus divinum dicente, Florentinus populus, ingenti auſu, ſumptuque viſendo S. Reparatæ templo fundamenta ſubſtruxit: quorum primum lapidem Cardinalis legatus, qui per id tempus commorabatur Florentiæ, ritu ſolemni iecit, ut ex tabula marmorea, in qua leguntur hæc ſubjecta carmina, ei parti, quæ reſpicit ſacram turrim, ſuffixa; perſpicuè eruitur.

Annis millenis, centum bis octo nogenis
Venit legatus Roma bonitate donatus,
Qui lapidem fixit fundo, ſimul ac benedixit; D
Præſule Franciſco geſtante pontificatum
Iſtud ab Arnulpho templum fuit ædificatum.
Hoc opus inſigne decorans Florentia digne
Reginæ Cœli conſtruxit mente fideli,
Quam tu Virgo pia ſemper defende MARIA.

Altera inſcriptio in interiori Eccleſiæ pariete ſpectatur, ac ſequens eſt.

Anno a Chriſto orto M.CCIIC. Florentini magnis divitiis partis, & rebus domi, foriſque commode conſtitutis, cum urbem mœnibus auxiſſent, pulcherrimis ædificiis publice decoraſſent, ac rem divinam quoque optime ordinarent, poſteris inſignis magnificentiæ, & religionis ſuæ exemplum proderent, hoc auguſtiſſimum templum in Dei honorem, ejuſque ſemper Virginis Mariæ instituerunt, & Pontificio legato Cardinale præſente primum lapidem ponente ſumma cum omnium A *lætitia, ac devotione inchoarunt, vi. Idus Septembris*

Deceſſit autem Præſul Franciſcus, cum ad breve tempus, ſed ſanctè Florentiam rexiſſet Eccleſiam, anno ſcilicet 1301. menſe Iulio, quo ex hac mortali vita exceſsit; ſepultus fuit in cathedrali, eaque ſedes vacavit ad menſes ſex. Cæterum Franciſcus coemptis a Mortui, ut vocat, pluribus latifundiis, cenſus Epiſcopales adauxit.



42 LOTHARIUS della Toſa filius Oldradi præpotentis, ac nobilis civis Florentinus, Archidiaconus primum fuit, mox Faventinus Epiſcopus, poſtea hoc eſt anno 1302 a. 13. Kal. Februarii, ad Florentinam Eccleſiam translatus fuit. Quam dignitatem ideo ipſe non reſpuit, quod ſui gentiles iam pridem de numero Magnatum erant, hoc eſt ab omni reipublicæ munere extorres, ob invidioſam opum potentiam. Eius ingreſſus ſolemnis fuit, proceſſitque ex more ſuorum prædeceſſorum ad monaſterium S. Petri maioris, ibique cum Viſdominis, ac gentilibus ſuis della Toſa, ac ſuis canonicis convivium celebravit, proteſtantibus canonicis, haud ſe monialibus præiudicium facturos, tametſi extra ſortem earum familiarum intereſſent convivio. Porro Abbatiſſa de more annuum ſibi donari ab Epiſcopo poſtulavit, ut rite perfectum eſt, perſpiciturque ex Actibus Archivii illius monaſterii. XI.

In nomine Domini Amen.

Anno milleſimo trecenteſimo primo [more Florentino *indictione quintadecima ſexto Kalendas Martii.*

Exiſtente venerabili Patre D. Lothario Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Florentino ad prandium in domibus monaſterii S. Petri majoris Florentiæ prima die, qua ipſe intravit civitatem Florentiæ, quando redit a Romana Curia, cauſa ſuæ promotionis, ut moris eſt, & ſecum ad prandium habente dominum Henricum militem de domo filiorum della Toſa, & dominum Gerardum de Vicedominis, & quosdam alios domicellos de domibus eorum, & quoſdam alios de canonicis majoris Eccleſiæ Florentinæ, de quibus ſecundum conſuetudinem hactenus approbatam à tanto tempore, cujus memoria hominum non exiſtit, nullum apud dictum monaſterium ad prandium niſi de ſuis familiaribus tantum tali die ſecum habere debet ipſe venerabilis pater, nec aliquis alius ſucceſſor ejuſdem; Chellus capellanus perpetuus dicti monaſterii ſyndicus, & procurator religioſæ dominæ Philippæ Abbatiſſæ dicti monaſterii, & monialium, & conventus ejuſdem monaſterii ſyndacario, & procuratorio nomine pro dicta Abbatiſſa, conventu, & monaſterio prædictis in præſentia prædicti venerabilis patris conſtitutus dixit, & proteſtatus fuit cum dicto venerabili patre, quod de prædictis filiis della Toſa, & filiis de Vicedominis, & canonicis Eccleſiæ Florentinæ ad præfatum prandium tali die ibidem nullum habere debet, ſecundum conſuetudinem ſupradictam. Et ideo dixit, & proteſtatus fuit ſyndacario, & procuratorio nomine quo ſupra, quod nullum præjudicium generetur Abbatiæ, & monaſterio, & conventui prædictis, & quod nullum jus acquiratur, vel acquiri poſſit ejuſdem, qui ad dictam prandium extiterunt, vel aliud de filiis della Toſa, & de Vicedominis, & [illegible] *Florentinis propter illos, qui aderant ibi.*

ibi. Qui venerabilis pater dominus Lotharius Epiſcopus Florentinus prædictam proteſtationem admiſit, & acceptavit, & ratam habuit, & approbavit omnia, quæ in prædicta proteſtatione continentur.

Actum Florentiæ apud monaſterium S. Petri prædicti, præſentibus teſtibus presbyteris Richardo, & Bruno capellanis dicti monaſterii, & D. Monte . . . . eccleſiæ S. Salvatoris de Florentia, & plurimis aliis ad hæc rogatis, & vocatis. Item eodem die &c. coram dictis teſtibus exiſtentes religioſa D. Philippa Abbatiſſa prædicta, & etiam DD. Benedicta, Jacoba, Petronilla, Joannina Guidotti, & alia Joanna, Margarita, Juſtina, & Lucia moniales dicti monaſterii coram venerabili patre domino Lothario, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopo Florentino, dixerunt, & proteſtatæ fuerunt coram eo, quod de antiqua, & approbata conſuetudine per tantum tempus, cujus memoria hominum non extat venerab. patris domini, domino olim Epiſcopi Florentini, qui pro tempore fuerunt ipſa die, qua primo intraverunt civitatem Florentiæ, & venerunt ad hoſpitandum ad dictum monaſterium, conſueverunt dare, & conferre Abbatiſſæ dicti monaſterii, quæ pro tempore fuit, & dederunt, & contulerunt quendam annulum aureum annulari digito dictæ Abbatiſſæ. Quare eidem venerabili patri domino Lothario Florentino Epiſcopo humiliter ſupplicaverunt, ut ſecundum prædictam conſuetudinem ipſi dominæ Philippæ tunc Abbatiſſæ dicti monaſterii, annulari digito dictum annulum dignaretur conferre: qui venerabilis pater prædictis annuens ſupplicationibus Abbatiſſæ, & monialium prædictarum, & volens dictam conſuetudinem, ſi ita eſt, obſervare, de prædictis omnibus à pluribus perſonis fide dignis diligenter inquiſivit, & veritate reperta, quemdam annulum aureum cum uno ſapphiro digito annulari contulit, & dedit Abbatiſſæ prælibatæ dict. conſuetudinem approbando.

Ego Petrus quondam Ambroſii de Macario, Imperiali auctoritate judex, atque notarius prædicta omnia rogavi.

Lotharius autem Epiſcopus fato functus eſt anno 1309. menſe Martio, ſepultuſque eſt ad S. Mariam novellam, ut vocant, in ſacello Ricaſoliorum ad parietem, arca a ſolo ſublata claudente cadaver, nulla inſcriptione ornata. Cæterum Lotharius, ut erat magni ſpiritus vir, vix ad ſedem pervenit, cum in reipublicæ novandis, invertendiſque rebus omnes conatus adhibuit. Siquidem cum Curſo Donato factioſiſſimo homine communicatis conſiliis eas inter cives proſeminavit diſcordias, quibus poſtea ſuccidendis vix falx illa ſedentis in pontificio throno videretur ſufficere. Deferbuit autem æſtus ille ex auctoritate Nicolai Pratenſis Cardinalis, qui per id tempus ejus rei cauſa legatione in Hetruria fungebatur, ita tamen ægré, ut meritò Florentini a Feſulano, Florentinoque Epiſcopatu cives ſuos viderentur arcere. Conſule ea de re Joannem Villanum, Ammiratumque in 4. lib. hiſtor. In gentem Toſam, ejuſdemque conſortes Florentini Epiſcopatus patronos, & advocatos, Verinus noſter lib. 3. agens de Florentinis familiis, ſic cecinit:

Quis Toſam ignorat Romano ex ſanguine cretam,
Et conſanguineos ſimul de ſtirpe Toſingos?
Viſdominuſque ferox priſca de gente Quiritum eſt.
Hi quoniam ſacram Syllani antiſtitis ædem
Defendere armis, meruerunt eſſe patroni.

Porro Florentinus Epiſcopatus olim pro inſigni geſſit, Toſæ, Toſingæ, Viſdominæ, Portiganæque a nobilium familiarum ſtemmata inminiata paſſim confuſa; hodie vero, quæ hic delineata cernuntur.

a Cortigianæque, non Cortigianæ, familia fuit e Viſdominorum conſortibus. Salvinus.



Lothario vero Præſule beatam Humilitatem Faventinam Abbatiſſam, Moniales Ordinis Vallisumbroſæ primum Florentiæ inſtituiſſe ferunt. Migravit hinc anno 1310. die 22. Maji. Ejus vita legitur apud Razzium lib. ſanctorum Hetruriæ.



XLIII 43. Magiſter ANTONIUS Urſus è populari familia Florentinus, ad Florentinam ſedem translatus eſt, cum antea Epiſcopus Feſulanus eſſet, anno 1309. vir ſané ſive ſacris, ſive civilibus rebus agendis dexteritate mirabili; promptitudine autem, animique fortitudine tanta, ut cum anno 1312. Henricus VII. Imperator valido ſuccinctus exercitu deſcendiſſet in Italiam, obſidioque cinxiſſet Florentiam, Antonius armatum clerum juſſit ſub ſignis eſſe, portamque Ambroſianam, eamque civitatis partem ſibi defendendam popoſcit. Quod adeo ſtrenuè, & accumulaté dicitur præſtitiſſe, ut ab exemplo imbellis clericalis turbæ, populus factus audacior, metuendum hoſtem a muris, a templis, a civium jugulis tandem depulerit, coegeritque fœdam fugam arripere. Adeo unius fortis hominis exemplum ad victoriam valet. De cujus obſidionis ſolutione, vel fuga ita cecinit Verinus lib. 1.

Inſuper externis Arrigi Cæſaris armis
Adjuta obſedit muros, & cuſpide portas
Pulſavit fruſtra, nam muro fortior omni
Intus erat pubes duro ſub Marte probata:
Inſtructaſque acies purum deducit in æquor,
Audet & ancipiti pugnam decernere ferro.
Virtuti numquam potuit vis ulla nocere,
Inſtent mille licet populi, ac diſcrimina mille,
Omnia civilis tuto concordia perfert;
Quæ ſine juſtitia, & ſine religione latronum
Factio nec durat, ſævis obnoxia pœnis.

Porro cum Henrico Imperatore in hujus urbis obſidione toti ferè Hetruſci Ghibellinæ factionis exules erant, quorum princeps Dantes poeta, cujus rei prope templum S. Crucis in marmorea tabula, hujuſmodi extat inciſa memoria.

Henricus IV. Roma rediens coronatus infeſtus Florentinis, quod coronationi ſuæ obſtitiſſent, rogatus ab exulibus, quorum Princeps erat Dantes Poeta, Urbem obſedit ab ea parte, quæ eſt ad Septentrionem, atque cum vidiſſet ædificiis patentem civitatem (præcipue teſtatur id Palatium Cocchiorum, quod noctu etiam ſtruebatur Fanalibus accenſis) poſt quadrageſimum diem ſoluta obſidione diſceſſit M. CCC. XIII. Kalend. Octobr.

At dum viveret Antonius Epiſcopus, favit quam qui maximè ex ordine Ciſtercienſi monachis Septimianis, illorumque cœnobium iis gratiis, ac privilegiis donavit, quæ poterat dilargiri, ſicut ex ſubjecto gratioſo diplomate videre eſt, eidem monaſterio indulto anno 1320.

Antonius, miſeratione divina, Epiſcopus Florentinus. Religioſis in Chriſto Abbati, & conventus monaſterii S. Salvatoris de Septimo Ciſtercienſis ordinis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum pridie ad monaſterium ipſum devotionis inſtinctu, quam ad ipſum, & dicti monaſterii fratres geſſimus, ve

niſſe-

aiſſemus, vidimus ibidem quas nobis reverendiſſimè demonſtraſtis venerandas reliquias cujuſdam aureæ Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & unum caput de ſacroſanctis reliquiis undecim millium virginum, quas quidem reliquias de civitate Coloniæ, largiente vobis venerabili patre domino Colonien. Archiepiſcopo, ſicut in literis dicti patris ejus ſigillo ſigillatis inſpeximus, pro dono magnifico recipiſti. Ad quarum reliquiarum & nos devotionem, & reverentiam excitari, & cupientes vos, & alios Chriſti fideles ad ſalubris devotionis obſequium, quaſi quibuſdam illecti præmiis, indulgentiis ſcilicet, & remiſſionibus invitare. Indulgentiam a dicto domino Colonienſi Archiepiſcopo gratioſè conceſſam omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad honorem Dei, & ſacratiſſimæ Crucis, & beatarum undecim millium virginum, in Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes, Inventionis, & Exaltationis S. Crucis, omnium Sanctorum feſtivitatibus, necnon B Mariæ Virginis feſtivitatibus omnibus, B Michaelis Archangeli, B. Joannis Baptiſtæ, B. Nicolai, & omnium Apoſtolorum ad viſitandum venerint monaſterium memoratum venerabiliter, & devote, ſicut in ipſius D. Archiepiſcopi prædictis litteris continetur, præſentis tenore paginæ confirmamus, & noſtrum ſuper hoc impertimur aſſenſum, & nos ſimiliter de omnipotentis Dei miſericordia, nec non & B Mariæ Virginis matris ejus, beatorum quoque Joannis Baptiſtæ, Zenobii, Reparatæ, ac Vincentii patronorum noſtrorum meritis confidentes, vobis, & aliis Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad venerandas ipſas reliquias in dictis feſtivitatibus, vel aliqua earumdem, devote convenerint, nec non vobis de monaſterio memorato, & aliis quando, & quoties altaria conſtructa apud monaſterium memoratum in honorem B. Iacobi Apoſtoli, B Petri Apoſtoli, B Mariæ Virginis, B. Benedicti, S. Quintii, S Bernardi, S. Nicolai, S Joannis, S Gregorii, S. Laurentii, & altare conventus S Salvatoris, nec non B Bernardi conſtructum in loco veſtro Florentiæ venerabiliter viſitaveritis, & devote, quadraginta dies de injuncta vobis pœnitentia, miſericorditer in Domino relaxamus. Datum apud monaſterium ipſum de Septimo die 25. Martii Annunciationis B. Mariæ Virginis Indictione 3. anno Domini 1320.

Eodem anno 1320. cum in Bonoſolatio peraotiquo cœnobio à comite Ugone ſundato, monachi Nigri per diuturnum lapſum deſciviſſent a regulis, perque idem tempus monachi Ciſtercienſes in Septimo præſtanti ſanctimoniæ laude florerent, M. Antonius Urſus, ut erat ad omnem pietatis laudem egregie animatus, e Bonoſolatio ejectis, vel emendatis veterno infectis Benedictinis, Ciſtercienſes illuc introducendos curavit, eiſdem per hujuſmodi ſubjectum inſtrumentum tradita illius monaſterii poſſeſſione.

In Chriſti nomine Amen.

Nos Antonius miſeratione divina Epiſcopus Florentinus &c. Dum ex officii debito Paſtoralis, quo tenemur intendere ad ſtatum, & commoda ſubditorum, circa ordinationem, & ſtatum monaſterii S. Bartholomæi de Bonoſolatio ordinis S Benedicti Florentinæ diœceſis attenta diligentia penſaremus, invenimus, & hoc eſt notorium, quod nulla poſt tergum Satanæ. . . , quod ipſum monaſterium propter minus providam adminiſtrationem, & regimen Abbatis, & monachorum ipſius grave recepit hactenus, & recipit tota die, & parant, niſi opportuno remedio ſuccurratur, recipere amplius in futurum irreparabile quaſi circa ſpiritualia, & temporalia detrimentum. Invenimus etiam quod in monaſterio ipſo regularis obſervantia non ſervatur. Reperimus quoque Abbatem, & monachos ipſius ab honeſtatis ſemita deviaſſe hactenus, & damnabiliter deviare, nec moniti a nobis pluries vitam ſuam, & actus in melius reformarunt. Quare ſuper iis intra nos, & cum nonnullis diſcretis, honeſtiſque perſonis Deum timentibus, & ſcientibus conditionem monaſterii memorati diligenter deliberatione habita contractata, tandem ut ſtatus dicti monaſterii jam collapſus, Deo auctore, utiliter reformetur, poſt multa deliberationis tempora, quæ in prædictis appoſuimus, accurate divina gratia inſpirante concepimus de monaſterio S Salvatoris de Septimo Ciſtercienſis ordinis Florentinæ diœceſis, quod Abbas, & monachi monaſterii memorati, ſunt viri catholici obſervantes regulam, honeſtè vivunt, & de ipſorum honeſtis actibus, & vita laudabili auditur ab omnibus nomen bonum, & quod per ipſorum providentiam circumſpectam, dictum monaſterium de Septimo creſcit in ſpiritualibus, & temporalibus augetur: unde firmiter credimus, & ſperamus, quod per ipſos Abbatem, & monachos de Septimo, tamquam per providos cultores agri Dominici dictum monaſterium de Bonoſolatio ad viam rectitudinis Deo auctore ſalubriter reducent; ſi dictum monaſterium de Bonoſolatio dictis Abbati, & monachis de Septimo totaliter conferatur in temporalibus, & ſpiritualibus, pleno jure, & ad uſum ipſius monaſterii de Septimo reducatur, ipſiſque uniatur, incorporetur, & annectetur omni vinculo unionis. Occurrit & in hoc nobis devotionis intuitu, quod & nos, & clerus noſter Florentinus habemus ad monaſterium ipſum de Septimo, quæ nos etiam ducit potiſſime ad unionem, & infraſcripta omnia facienda. Igitur ad honorem omnipotentis Dei, & ejus nomine invocato, prædictis omnibus, & aliis, qui nos noverint, cum multa deliberatione penſatis monaſterium prædictum de Bonoſolatio cum omnibus & ſingulis juribus, & pertinentiis ſuis in ſpiritualibus, & temporalibus, pleno jure irrevocabiliter donamus, ſupponimus, ſubmittimus, incorporamus, unimus, damus, concedimus, & annectimus eidem monaſterio de Septimo regendum, gubernandum, adminiſtrandum, viſitandum, corrigendum, ordinandum, & reformandum, tam in capite, quam in membris per ipſius monaſterii de Septimo Abbatem, vel alios monachos dicti monaſterii, quos ad hoc idem Abbas de Septimo, qui pro tempore fuerit, duxerit deputandos, prout, & ſicut, quando, & quomodo ſuæ diſcretionis arbitrio, & voluntatis viſum fuerit expedire, & convenire: & ordinandum, & reformandum per eumdem Abbatem, & monachos ſub inſtitutis regularibus dicti monaſterii de Septimo, tanquam in monaſterio in jus, & proprietatem ipſius monaſterii de Septimo pleno jure translato, reſervatis tamen nobis, & Epiſcopatui Florentino cenſu ſui affictu, quem annuatim dicto monaſterio de Bonoſolatio tenetur Epiſcopatui memorato, nec non cum clero Florentino procurationibus, & exactionibus pecuniarum hactenus tantummodo conſuetis. Quibus omnibus, & ſingulis D Ugo Abbas, & D. Simon Maurus. Ubertus, & Rogerius monachi, capitulum, & conventus ipſius monaſterii de Bonoſolatio, cum ibi plures non ſint monachi tamquam capitulum, & conventus ipſius monaſterii de Bonoſolatio conſenſerunt, & ita petierunt, gratanter receperunt, & omni via, modo, & jure, quibus melius potuerunt, acceptaverunt, & approbaverunt expreſſe in principio, medio, atque fine ea omnia, & ſingula dicto modo ſe ſervaturos inviolabiliter promiſerunt nomine ſupraſcripto, poſtquam præfatus venerab. pater & reverendi viri domini Lapi monaſterii S. Mariæ Florentiæ decretorum doctoris circumſpectoris induſtria, & ſollicitudinis ſtudio plene confidens, & volens prædicta effectualiter adimplere, commiſi ipſi domino Lapo. quod religioſum virum D Andream Abbatem dicti monaſterii de Septimo pro ſe ipſo, & dicto monaſterio, & conventu de Septimo in corporalem tenutam, & poſſeſſionem dicti monaſterii de Bonoſolatio, & ejus jurium, & pertinentiarum inducat, tueatur inductum, & ſibi faciat de ipſius monaſterii de Bonoſolatio tanquam translati in jus, dominium, & proprietatem dicti monaſterii de Septimo, & ad ipſum monaſterium de Septimo totaliter pertinentiis, juribus omnibus reſponderi, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo.

Actum Florentiæ in domibus hæredum Perotti Guadagni, quas inhabitat dictus dominus Epiſcopus Florentinus, præſentibus teſtibus, domino Barone de S Miniate, & D Pariſio Plebano Plebis de Valta vicario dicti domini Epiſcopi, domino Antonio priore Eccleſiæ S Martini de Veſpiagno Florentinæ diœceſis, & aliis multis die 10. Octobris 1320. Indict 4

Item die 11 dicti menſis, actum apud dictum monaſterium de Bonoſolatio, præſentibus teſtibus Nario Tuccii vocato Bapzo, Bartholomæo Pauli, Paulo Miglioris Foroſæ, Ciarde de Spugnole, & aliis. Prælatus dominus Lapus executor, mandatum ſibi injunctum volens exequi reverenter accedens ad ipſum monaſterium de Bonoſolatio una cum D Andrea Abbate monaſterii de Septimo ipſum

ſre-

præſentem, & recipientem, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, & dicto monaſterio, & conventui auctoritate dicti venerabilis patris induxit, & poſuit in corporalem tenutam, & poſſeſſionem dicti monaſterii de Bonoſolatio, & jurium, & pertinentiarum ejus ſpiritualium, & temporalium, ducendo ipſum in domos, & clauſtra, & Eccleſiam dicti monaſterii, & tradendo eidem pannos altari dicti monaſterii in manibus ſuis pro omnibus aliis bonis, lectis, & juribus ad ipſum monaſterium de Bonoſolatio ſpectantibus: ac dicenti eidem domino Andreæ Abbati: In omnibus, & ſingulis actibus ſupraſcriptis publicè, & palam auctoritate domini Epiſcopi Florentini trado tibi recipienti pro te, & tuo monaſterio corporalem poſſeſſionem hujus monaſterii de Bonoſolatio, & jurium, & pertinentiarum ejus temporalium, & ſpiritualium, & eſto poſſeſſor eorum legitimus, & verus tanquam monaſterii ad te, & tuum monaſterium in temporalibus, & ſpiritualibus pleno jure ſpectantur. Quicquid D. Andreas Abbas nomine ſupradicto aſſeruit, & conventum monaſterii prædictum de Septimo, poſſeſſionem dicti ſui monaſterii de Bonoſolatio apprehendiſſe, ipſumque monaſterium de Bonoſolatio & virtute ſua, corpore & animo poſſidere, ſemper in principio, medio, fine, proteſtando, quod prædictam tenutam, & poſſeſſionem recipit, & acceptam, ſi etiam in quantum placebit capitulo epiſcopali, quod quidem patebit per inſpectores miſſos cum literis ſigillatis ſigillo reverendi patris Abbatis Ciſtercii, necnon prout, & ſicut Ciſtercienſis ordo permittit, & in ejuſdem ordinis privilegiis continetur. Ibidem, & ad omnia præſentibus, & conſentientibus, & volentibus dictis domino Ugone Abbate, dominis Simone, & Rogerio monachis, & conventu dicti monaſterii de Bonoſolatio.

Item eodem anno, & indictione die 29. Novembris actum Florentiæ in dictis domibus hæredum Perotti Guadagni, præſentibus teſtibus dicto D. Lapo monacho monaſterii S. Mariæ Florentinæ, & D. Salvio de Fanfulgineo capellano dicti D. Epiſcopi, & aliis, dictus D. Abbas de Septimo pro ſe, & conventu dicti monaſterii de Septimo habita licentia, & beneplacito capituli generalis, de quo patet per literas ipſius D. Abbatis Ciſtercii ſigillo ſigillatas, unionem, incorporationem, donationem, & omnia ſupradicta pure, & libere acceptat ſecundum quod Ciſtercienſis ordo, & ipſius ſtatuta permittunt, in præſentia dicti D. Epiſcopi Florentini ad hoc ſpecialiter conſtituti.

In Chriſti nomine Amen. Anno, & indictione prædictis, die 19. Decembris. Actum in dicto loco, & præſentibus teſtibus dicto D. Lapo, & D. Cantino Plebano Plebis de Cerreto, D. Bartolo capellano dicti D. Epiſcopi, & aliis reverendis viris, D. Stephano Grandonate, Friderico, Simone, & Manno canonicis, & capitulo majoris Eccleſiæ Florentinæ, & ipſe D. Manno vices in hac parte gerente, ut dixerunt, D. Joannis Præpoſiti pro infraſcriptis, agendis ad capitulum, & tamquam capitulum ipſius Eccleſiæ ad præſens reſidentibus in eadem coram venerab. patre prædicto inſimul congregatis, & approbantibus, & ratificantibus ſupradicta lecta & expoſita coram eis, idem pater una cum prædictis canonicis, & capitulo præhabito ſuper hoc diligenti colloquio, tractatu, & deliberatione ſolemni de ipſorum canonicorũ capituli expreſſo conſenſu, & unanimi voluntate monaſterium S. Bartholomæi de Bonoſolatio prædictum cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis monaſterio S. Salvatoris de Septimo ſupradicto, & D. Andreæ ejuſdem monaſterii digniſſimo Abbati præſenti, conſentienti, & recipienti pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis pleno jure. Item univit, annexuit, & incorporavit unionis vinculo in omnibus, & per omnia, ut præfertur.

Exemplum Literæ venerab. Patris Abbatis Ciſtercii.

Venerabilibus, & in Chriſto chariſſimis Coabbatibus ſuis de monte Acuto, & de ſancto Galgano F. Guillelmus Abbas Ciſtercii ſalutem, & paterni favoris affectum.

Suſpice cœlum, & numera ſtellas ſi potes, ſic erit ſemen tuum dixit Dominus Patriarchæ. Quod chariſſimi in Chriſto filii de ordine noſtro congrue exponitur, qui Deo auctore, ex quo ſumpſit exordium, quotidie dilatatur. Reverend. itaque pater & dominus Epiſcopus de Florentia per venerab. Coabbatem noſtrum de Septimo nobis inſinuare curavit, quod ipſe inſtinctu Spiritus ſancti diſpoſuit ſe monaſterium unum de ordi-A ne noſtro, in epiſcopatu ſuo conſtructurum. Quocirca devotioni veſtræ committimus tenore præſentium, & mandamus, quatenus ad dictum locum una cum fratre Raynerio monacho Claravallis perſonaliter accedatis, ſi locus congruus fuerit, & facultates, & redditus ſuppetunt competenter, faciatis, quod honori ordinis, & promotioni videritis faciendum. Et quid inde feceritis, ſequenti capitulo referatis. Datum in Ciſtercio in vigilia beati Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ.

Anno Domini MCCCXX. die 14. Novembris Pateat omnibus evidenter, nos fratrem Galganum Abbatem S. Salvatoris de monte Acuto, & Fr. Talentum Abbatem S. Galgani a venerabili patre, & D. D. Guillelmo Abbate Ciſtercii recepiſſe literas tenoris ſequentis, videlicet: Venerabilibus, & in Chriſto chariſſimis Coabbatibus ſuis de monte Acuto, & de ſancto Galgano Fr. Guillelmus Abbas Ciſtercii ſalutem, & paterni favoris affectum. Datas in Ciſtercio in vigilia beati Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ.

Cum ergo venerabilis pater, & D. D. Antonius Dei B gratia Epiſcopus Florentinus prædictus D. Andreæ Abbati de Septimo ſupradictum monaſterium Nigrorum S. Bartholomæi de Bonoſolatio pleno jure tradiderit, ut patet per publicum inſtrumentum rogatum per dominum Benedictum notarium D. Epiſcopi ſupradicti, & D. Andreas Abbas de Septimo ſupradictus ſub hac conditione dictum monaſterium ſancti Bartholomæi de Bonoſolatio pleno jure recepit, videlicet ſi placebit capitulo generali & ut hoc pateat per inſpectores miſſos cum literis ſigillatis ſigillo venerab. patris domini Abbatis de Ciſtercio, nos de monte Acuto, & de S. Galgano Abbates prædicti una cum domino Raynerio monacho Claravallis prædicto, tanquam inſpectores miſſi, ut patet ſupradicto literarum tenore domini Abbatis Ciſtercii. Ideoque ego ſupradictus F. Talentus dictus Abbas S. Galgani una cum domino Raynerio monacho Claravallis ſupradicto in dicto monaſterio de Bonoſolatio ſingulariter fuimus, & diligenter loca ipſius monaſterii inſpeximus, & ea loca eſſe ad ſuſtentationem Abbatis, & conventus noſtri ordinis approbamus, C & ne animus reverendi patris, ac domini, domini Antonii Dei gratia Epiſcopi Florentini diutina expectatione fatigetur, de ſufficientia dicti loci ad ſuſtentandum Abbatem, & conventum noſtri ordinis. Ego F. Galganus dictus Abbas montis Acuti, multis, & arduis negotiis impeditus ad locum prædictum accedere non valens, & volens dicti D. Florentini Epiſcopi devotioni velociter cum gaudio, & exultatione occurrere, certam habens experientiam de bonitate, & fidelitate illorum duorum dominorum, qui perſonaliter ad prædictum monaſterium acceſſerunt, per dictum locum S. Bartholomæi de Bonoſolatio una cum ſupradictis commiſſariis duximus acceptandum, ita ut deinceps Abbati de Septimo liceat unum conventum, & Abbatem inſtituere ſecundum noſtri Ciſtercienſis ordinis inſtituta. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum, una cum ſigillo domini Raynerii memorati præſentibus duximus apponendum.

Univerſis præſentes literas inſpecturis pateat evidenter, quod cum venerabilis pater D. Antonius Dei gra-D tia Epiſcopus Florentinus promiſit nobis fratri Andreæ Abbati de Septimo Ciſtercienſis ordinis, & ejuſdem Florentinæ diœceſis ob ſpecialem devotionem, & amorem, quem ſemper erga noſtrum monaſterium, & fratres noſcitur habuiſſe, monaſterium Nigrorum S. Bartholomæi de Bonoſolatio prædictæ diœceſis cum omnibus ſuis juribus tam ſpiritualibus, quam temporalibus noſtro præfato monaſterio de Septimo, dare, tradere, concedere, incorporare, & unire, & nos ſuper hoc ſcripſimus capitulo generali, obtinuimuſque licentiam ab eodem ipſum monaſterium de Bonoſolatio prædicto modo acceptandi, & recipiendi, ut patet ex literis reverendi patris domini Guillelmi Abbatis Ciſtercii, ſigillo prudenti munitis. Factaque inſuper fuit inſpectio, & approbatio die 14. menſis Novembris, anno Domini 1320. per venerabiles in Chriſto patres dominum Galganum de monte Acuto, & Talentum de ſancto Galgano Abbates, & per religioſum virum dominum Raynerium monachum Claravallis in partibus Italiæ viſi-

tator ſecundum commiſſionem ipſius factam à dicto capitulo generali, prout in eiſdem D. Ciſtercienſis literis continebatur. Item D. Epiſcopus Florentinus de voluntate ſui capituli, & aſſenſu, nec non de voluntate, & aſſenſu domini Ugonis tunc Abbatis ipſius monaſterii & monachorum, videlicet dominorum Simonis, Uberti, Mauri, & Rogerii monaſterii præfati ſuam Abbatiam S. Bartholomæi de Bonoſolatio ſuæ Florentinæ diœceſis ad ipſum dominum Epiſcopum antedictum pleno jure ſpectantem cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, & bonis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, locis, & perſonis ad dictum monaſterium de jure pertinentibus, monaſterio, & Abbati prædicto ſancti Salvatoris de Septimo, dedit, tradidit, & conceſſit, incorporavit, & univit omni jure, modo, & forma, quibus melius potuit, ut patet per publicum inſtrumentum per manum Fr. Benedicti Martini notarii domini Epiſcopi antedicti. Item dictus dominus Ugo Abbas monaſterii ſancti Bartholomæi ſæpe dicti renuntiavit officio Abbatiatus, ut patet ex publico inſtrumento per manum F. Agnetti de campo de ipſa renunciatione confecto. Nos vero F. Andreas Abbas præfati monaſterii de Septimo, in cujus manibus prædicta traditio, ſive conceſſio, & unio, nec non præfati D. Ugonis renunciatio, & oblatio facta, eſt, cupientes ut decet auctoritate paterna, monaſterium ſancti Bartholomæi de Bonoſolatio deinceps filiam noſtram de Abbate, atque conventu reformare idoneis juxta noſtri Ciſtercienſis ordinis inſtituta, die ultima Decembris proxime ſubſequentis in noſtro monaſterio capitulo noſtro congregato conventu, & de ipſorum conſilio, de ipſis noſtris monachis in prædicto monaſterio Bonſolatii duodecim duximus eligendos, & pronunciandos tanquam capitulum & conventum monaſterii de Bonoſolatio ſæpe fati, videlicet dominos Franciſcum, Joannem primum, Bartholomæum, Guidonem, Nicolaum, Matthæum, Joannem ſecundum, Bernardinum, Laurentium, Gratiam, Paulum, & Remigium. Quibus duodecim monachis tamquam capitulo, & conventui ibidem, & coram omnibus injunximus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcepimus, ut privato commodo, odio, & amore poſtpoſito fideliter, & ſecundum conſcientiam ſibi deberent de Abbate idoneo providere. Ipſi vero mandato noſtro reverenter ſuſcepto eccleſiam ad orationem intrantes, ac ſacriſtiæ domum ad electionis negotium exercendum ſe contulerunt in partem Spiritus ſancti auxilio invocato, & ſcrutinio per nos cum ſuperiore a lectore noſtro diligenter peracto, unanimiter nullo penitus diſcordante D. Bernardum noſtri monaſterii tunc Priorem pariter elegerunt, atque in capitulo reducentes electam perſonam ſibi in Abbatē confirmaverunt, ut a nobis inſtantius petiverant. Nos autem electionem ipſam canonice, & dignè, ac de perſona ſufficienti, & idonea, atque inter nos diu probata, & cognita celebratā acceptavimus, & ratificavimus, & ad majorem cautelam nihilominus eundem elegimus per nos ipſos. Et præfatum dominum Bernardum diu renitentem, ſed tandem conſentientem, de noſtra licentia, & mandato, auctoritate paterna confirmavimus, & confirmamus in Abbatem Bonſolatii antedicti, hymno Te Deum laudamus cantato, atque eidem in ſtallo Abbatis in choro, ut moris eſt, a nobis poſito, tradidimus ſigilla monaſterii prælibati cum adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium juxta morem noſtri Ciſtercienſis ordinis conſuetum. Inſuper vero poſtea nos præfatus Abbas de Septimo die 4. menſis Januarii proxime ſequentis ad dictum monaſterium ſancti Bartholomæi perſonaliter accedentes, ipſum dominum Bernardum tanquam verum, & legitimum ipſius monaſterii Abbatem, & dominos Bartolum, & Guidonem monachos, & procuratores dicti monaſterii de Bonoſolatio ad hæc ſpecialiter deputatos, nomine, & vice totius conventus in corporalem miſimus poſſeſſionem, ſicut patet in inſtrumento facto manu F. Agnetti prædicti. Præterea nos F. Andreas Abbas de Septimo attendentes pecuniam, & tenuitatem redditiuum monaſterii S. Bartholomæi in Bonoſolatio ſupradictæ filiæ noſtræ, & multitudinem expenſarum ipſo initio fiendarum, necnon & laborem, & difficultatem initiandi in Chriſto monaſt., atque attendentes domum, & ædificia, quæ ruebant, & alia quamplurima neceſſaria, de voluntate totius noſtri conventus in capitulo congregati die ultima menſis Decembris antedicti anni, nullo penitus diſſentiente providere eiſdem promiſimus ſufficienter toti conventui in prædicto monaſterio de Bonoſolatio, ſicut noſtris tam in veſtimentis, & calceamentis, quam etiam in alimentis in domo noſtra Florentiæ, necnon & infirmatorio noſtro ad expenſas noſtri monaſterii de Septimo, uſquequo ipſi bene ſufficienter fecerint ſibi de ſuis redditibus provideri. Et ad hæc omnia obſervanda Abbatis, & conventus conſcientia remaneant obligata. Poſtea vero, ſub anno Domini 1321. die 17. menſis Junii ad perpetuam pacem, & tranquillitatem utriuſque conventus, & ut materia murmuris evitetur, deliberavimus dare prædicto Abbati de Bonoſolatio pro ſupradictis veſtimentis, & calceamentis pro perſona ſua, & duodecim monachorum ad rationem librarum quindecim pro quolibet monacho, & lib. 20. pro perſona ſua. In ſumma lib. 200. Florentinorum pro vobis, quolibet anno de menſe Maii, & hoc tanto tempore fiet eis, quouſque poſſint de ſuis propriis redditibus ſe veſtire, vel quouſque augere incipiat numerus duodecim monachorum, Præſtavimus etiam eis florenos aureos 100. pro termino quinque annorum ſub iſta conditione, quod ſi non poſſent eos reddere infra dictum tempus, teneantur ipſi ſolvere uſuras ab illo tempore ultra.

In quorum omnium teſtimonium ſigillum duximus apponendum, & in libro ſolemni conventus deſcribi mandamus ſub anno Domini 1320. 30. die menſis Decembris.

Poſt hæc autem, & alia egregia opera Antonius Urſus deceſſit anno 1321. menſe Julio, ſepultus in cathedrali in marmoreo tumulo, nulla inſcriptione exornato, quod Franciſcus de Barberino, vir eximius ejus conſanguineus ibidem parari juſſerit. Quo tempore Ravennæ obiit Dantes Aligerus poeta noſter: ibidem jacet ad ſanctum Franciſcum cum hoc epitaphio.

Jura Monarchiæ ſuperos, Phlegethonta, lacuſque
Luſtrando cecini, voluerunt fata quouſque.
Sed quia pars ceſſit melioribus hoſpita caſtris,
Auctoremque ſuum petiit felicior aſtris:
Hic claudor DANTES patriis extorris ab oris,
Quem genuit parvi Florentia mater Amoris.
Obiit anno ætatis lvi. M.CCC.XXI.

In Metropolitana Florentina ejuſdem poetæ vetuſta effigies in tabula depicta vaticinantis habitu ſpectatur, ſubſcripto hoc epigrammate.

Qui cœlum cecinit, mediumque, imumque tribunal:
Luſtravitque animo cuncta poeta ſuo:
Doctus adeſt DANTES, ſua quem Florentia ſæpè
Senſit conſiliis, & pietate patrem.
Non potuit tanto mors ſæva nocere poetæ,
Quem vivum virtus, carmen, imago facit.

Cæterum poſt Antonii obitum in Florentina ſede duorum omnino annorum extitit interregnum. Cujus diuturnioris vacationis cauſam mihi probè videor eruiſſe ex quodam diplomate Joannis xxii. Pontificis, quod adhuc in archivio Archiepiſcopali aſſervatur ſexto anno eiuſdem pontificatus procuſum, caditque prorſus in annum 1321. die 29. menſis Julii, quo Pontifex cavet, ne collegiatarum deinceps capitula ſibi crearent Epiſcopos, trahitque ius illud electionum ad Apoſtolicam ſedem, cuius arbitrium eccleſiæ illæ videbantur intueri. Quamobrem cum Pontifex ſemel illud ius ſuum decreto firmatum defenderet, capitulum autem Florentinum ad antiquam libertatem in eligendo reſpiceret, Vvillelmumque Freſcobaldum, tum & Fridericum de Bardis Præſules ſucceſſivè renunciaſſet, tametſi, abnuente Pontifice, irrito conatu, ex illa contentione factum crediderim, cur duo anni Pontifice vacui decurrerint. Subiiciemus autem diploma, ut unde hoc hauſimus, liquidius perſpiciatur.

JOANNES EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

In Apoſtolicæ ſollicitudinis ſpecula ſuper univerſas orbis eccleſias divina providentia, quamvis immeritis

con-

conſtitui, ad hoc deſideriis promptis intendimus, & ferventibus ſtudiis laboramus, ut eccleſia paſtorum regiminibus deſtituta non precum oppreſſorum incurſibus, nec in ovile dominicum per impreſſionem nefariam, & procacem potentiam minus canonicè habeatur ingreſſus. Statu igitur Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, aliarumque collegiatarum eccleſiarum, necnon Abbatiarum, monaſteriorum, & aliorum locorum regularium, ad quorum regimina per electionem Prælati conſueverunt aſſumi, tam in terris Italiæ Eccleſiæ Romanæ immediatè ſubjectis, quam in Patriarchatu Aquilejenſi, necnon in Mediolanenſi, Ravennatenſi, Januenſi, & Piſanæ provinciis, & in tota Tuſcia conſiſtentium, quas, & quæ frequenter, prout experientia docuit retroactis temporibus, & hucuſque continuata malitia temporis in earum proviſionibus variis cognoſcitur diſcriminibus ſubjeciſſe, noſtræ mentis obtutibus occurrente, ac propterea ſimilibus in poſterum obviare periculis, donec faciente Domino ſublata procella temporis impacati, ejuſdem Eccleſiis, & perſonis, ipſarumque plena in eligendo ſecuritas miniſtretur, ſollicitis affectibus cupientes, proviſiones omnium Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, & aliarum quarumlibet Eccleſiarum collegiatarum ſecularium, necnon Abbatiarum, monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum quorumlibet piorum locorum, conſiſtentium in terris, Patriarchatu, & provinciis ſupradictis, ad quas, vel quos, ſeu quæ Prælati conſueverunt, ſeu debent per electionem aſſumi, diſpoſitioni, & ordinationi noſtræ, & ſedis Apoſtolicæ de fratrum noſtrorum conſilio, uſque ad ejuſdem ſedis beneplacitum, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine reſervamus, auctoritate Apoſtolica univerſis Eccleſiarum, Abbatiarum, monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum prædictorum, capitulis, collegiis, conventibus, & perſonis diſtrictius inhibentes, ne in eiſdem ad aliquam electionem, nominationem, poſtulationem, ſeu proviſionem quamcumque, cum tempus vacationis ingruerit, vel ſi forte immineat de præſenti procedere quocumque modo præſumant, abſque ſedis ejuſdem auctoritate, & licentia ſpeciali. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quicquam contra reſervationem, & inhibitionem noſtras hujuſmodi a prædictis capitulis, collegiis, conventibus, & aliis quibuſcumque perſonis, quavis auctoritate ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ reſervationis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere, &c.

Datum Avenione 3. Kal. Auguſti, pontificatus noſtri anno 6.

Inſecuto item anno 1322. Florentina Eccleſia adhuc paſtore vacante, idem Joannes Pontifex, ad publicæ Florentinæ rei poſtulata, eccleſiaſticos coegit, ut pro rata portione, reficiendis civitatis muris concurrerent, in cuius rei executionem, has ſubiectas bullas ad Epiſcopos Vulaterranenſem, ac Piſtorienſem direxit.

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Venerabilibus fratribus Piſtorienſi, & Volaterranenſi Epiſcopis, ac dilecto filio Priori fratrum Prædicatorum Florentiæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

D

Ex parte dilectorum filiorum communis Florentiæ nuper fuit expoſitum coram nobis, quod cum civitas Florentiæ murorum careat ambitu in aliqua ſui parte, propter quod ſuor... patebat periculosè nimium aggreſſibus æmulorum, ipſam dictæ civitatis, quam diſtrictas ejuſdem incolis volentes ſuper hoc ſalubrius providere, partem ipſam murorum præſidio communire decreverint. Sanè quia conſideratis honoribus variis, quibus tam pro defenſione civitatis ejuſdem, quam pro ſubſidiis Eccleſiæ, ac fidelibus illarum partium impenſis, ac etiam impendendis adeo commune prægravatur prædictum, quod ad ea non ſufficiant vires ejus, nobis fecerint humiliter ſupplicare, ut partes eccleſiaſticas, totumque clerum civitatis, & diœceſis Florentinæ, tam exempti, quam non exempti ad præſtandum moderatum ſubſidium in conſtructione dictorum murorum convertendi compelli mandemus. Nos itaque quantum eccleſiam, clerumque deceat civitatis, & diœceſis Flo-

A

rentinæ ſalus ejuſdem civitatis contingat, conſiderantes attentè, illamque non indignè intenſis deſideriis affectantes, dilectis filiis Eccleſiæ Florentinæ ad præſens paſtore carentis damus aliis noſtris certi tenoris literis in mandatis, ut præmiſſa cogitantes ſollicitudine tam ipſi juxta menſæ epiſcopalis ejus Eccleſiæ facultates de moderato ſubſidio in conſtructione hujuſmodi ſubvenire, quam partes eccleſiaſticas exemptas, & non exemptas deceat civitatem, & diœceſim faciendum, ac eos inducere, & ſi opus fuerit compellere non omittant. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolicam ſcripturam committimus, & mandamus, quatenus vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios, tam prædictos vicarios, quam perſonas alias eccleſiaſticas exemptas, & non exemptas civitatis, & diœceſis prædictarum, ſi, & quando præfatus vicarius circa præmiſſa ſe redderet tepidum, & remiſſum, ad ea compellere per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita ſtudeatis, non obſtantibus, &c. Si eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diviſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint

B

per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, eorumque ordinis, & perſonis, & nominibus propriis mentionem.

Datum Avenione 7. Idus Martis, pontificatus noſtri an. 7.

Sed pene mente exciderat, quod Antonius Epiſcopus, in quo capituli electio ceſſavit, cum eſſet eximia in omnes liberalitate clarus, morte præventus pauper apparuit, vel nihil, vel parum apud ipſum inventum eſt; res enim ſuas non modo, dum viveret, Franciſco de Barberino conſanguineo ſuo, aliiſque dono dederat, verum & pecunias, quas in ſubſidium Terræ ſanctæ collegerat, dum Nuncii, & ſpoliorum collectoris per Hetruriam, munere fungeretur, effuſa liberalitate diſperſit in pauperes. Id cum in grave Apoſtolicæ ſedis damnum actum intellexiſſet Joannes XXII. Florentiæ Petrum de Banis Archidiaconum de Comballa, ac Petrum Raymundi Ordinis Prædicatorum Procuratorem, ſuos ſpeciales direxit Nuncios, ut in ejuſdem Epiſcopi bonorum detentores, abſque judicii figura procedentes, pecunias Apoſtolico ærario debitas recuperarent. Horum acta aſſervantur in archivio Feſulani epiſcopatus, in quibus Joannis Pontificis bullæ

C

ab originali hiſce verbis conceptæ reperiuntur.

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Petro de Banis Archidiacono Combrallæ in Eccleſia Lemovicenſi, & Petro Raymundi ordinis Prædicatorum, ejuſdem ordinis procuratori, Apoſtolicæ ſedis Nunciis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Accepimus nuper inſinuatione fideli, quod licet bonæ memoriæ Antonius Epiſcopus Florentinus decimam reddituum, & proventuum Eccleſiaſticorum impoſitam dudum per ſex annos in concilio Vienn. pro ſubſidio Terræ ſanctæ auctoritate apoſtolica in hac parte ſibi commiſſa per ſe, & ſubcollectorem, ſeu ſubcollectores deputatos ab eo in civitate, & diœceſi Florentina duxerit colligendam, demum tamen eodem Epiſcopo de præſenti vita ſublato, ipſius pecunia decimæ, propter negligentiam per eumdem Epiſcopum in ipſius pecuniæ commiſſa cuſtodia reperiri non poteſt in ipſius Terræ ſanctæ grave diſpendium, & præjudicium manifeſtum. Cum igitur quædam immobilia bona per dictum Epiſcopum ſuo proprio, & privato nomine, & non nomine Florentinæ, vel alicuius alterius Eccleſiæ per ſe, vel per alium, ſeu alios empta, vel aliter acquiſita, dum viveret, quæ ad quoſdam ipſius Epiſcopi conſanguineos poſt ejus obitum pervenerunt, necnon etiam diverſa bona mobilia, quæ fuerunt Epiſcopi memorati, quæ omnia obligata Romanæ Eccleſiæ pro dicta decima remanſerunt, pro certa parte ad quoſdam de conſanguineis ſupradictis, & quædam ad familiares quoſdam ipſius, & pro reliqua parte ad executores teſtamenti ejuſdem Epiſcopi, & quoſdam alios perveniſſe dicantur, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios ſuper iis ſimpliciter, & de plano, ſummariè ſine ſtrepitu, & figura judicii, vos plenius informatos, prædicta tam immobilia, quam mobilia bona, ſive in pecunia, vaſis argenteis, jocalibus, libris, utenſilibus,

ac quibuſdam aliis rebus conſiſtent, vobis nomine noſtro, & ejuſdem Eccleſiæ Romanæ faciatis pro ſatisfactione dictæ decimæ integraliter aſſignari; eos ad id ſi neceſſe fuerit per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellendo. Quod ſi forte prædicta immobilia, & mobilia bona non ſufficerent ad ſatisfactionem integram decimæ ſupradictæ, vos reſiduum, quod ſuper hoc deeſſe contigerit, facientes vobis per capitulum dictæ Eccleſiæ de bonis menſæ epiſcopalis ejuſdem Eccleſiæ cum integritate ſuppleri, & ſine diminutione perſolvi, ad id prædictum capitulum cenſura ſimili compellendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, facientes eos, qui excommunic. ſententiam propter hoc per vos proferendam incurrerint, in majori Eccleſia Florentina, & aliis Eccleſiis, & locis Florentinæ civitatis, & diœceſis, de quibus expedire videritis nominandis, excommunicatos publicè nunciari. Non obſtante, ſi eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diviſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, B *quod de iis, quæ pro dicta decima receperitis a detentoribus, & executoribus antedictis, eos quitetis, & etiam abſolvatis.*

Datum Avenion. xii. Kal. Auguſti, pontificatus noſtri anno ſexto.

JOANNES EPISCOPUS,
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Petro de Banis Archidiacono Combralla in Eccleſia Lemovicenſi, & Petro Raymundi ordinis fratrum Prædicatorum, ejuſdem ordinis procuratori, Apoſtolicæ ſedis Nunciis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Accepimus nuper inſinuatione fideli, quod licet bonæ memoriæ Antonius Epiſcopus Florentinus decimam reddituum, & proventuum eccleſiaſticorum impoſitam dudum per ſex annos in concilio Viennenſi pro ſubſidio Terræ ſanctæ, auctoritate apoſtolica in hac ſibi parte commiſſa per ſe, vel ſubcollectorem, aut ſubcollectores deputatos ab eo in civitate, & diœceſi Florentina duxit colligendam. Demum tamen eodem Epiſcopo de C *præſenti vita ſublato, ipſius decimæ pecuniam per eos, apud quos depoſita fuerat per eundem, in ipſius Terræ ſanctæ diſpendium, & manifeſtum præjudicium occultatur. Nos igitur ad recuperationem ipſius pecuniæ diligentiæ diſcretionis veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alterum per vos, vel alium, ſeu alios, generaliter in majori, & aliis eccleſiis Florentinis, univerſos, & ſingulos ipſius pecuniæ detentores, ac ſcientes detentores eoſdem, tam clericos, quam laicos, cujuſcumque conditionis exiſtant, ex parte noſtra monere curetis, ut in terminum peremptorium competentem, quem eis ad hoc duxeritis præfigendum, iidem detentores prædictam pecuniam nomine noſtro, & Eccleſiæ Romanæ integre vobis reſtituant, & conſignent, ipſique ſcientes vobis detentores prædictos ſtudeant revelare, alioquin elapſo termino in detentores, & ſcientes prædictos generalem excommunicationis ſententiam proferatis, facientes illam in prædictis, & aliis Eccleſiis, & locis Florentinæ diœceſis, de quibus vobis videbitur, quotiens, & quando credideritis expedire, ſolemniter publicari, non ob-* D *ſtante, ſi eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diviſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem quod eos, per quos fiet reſtitutio pecuniæ decimæ ſupradictæ, de ſumma illa quam vobis reſtitui contigerit, quietis, & etiam abſolvatis.*

Datum Avenione Kalen. Auguſti Pontificatus noſtri anno ſexto.

Quomodo vero Franciſcus de Barberino ab Apoſtolicis Nunciis moleſtiis ſe exemerit, ita docent acta prædicta. *Conſtitutus coram dominis collectoribus D. Franciſcus de Barberino ſe excuſando a dicta inquiſitione dixit, quod ad eum de bonis, de quibus inquiritur, nihil pervenit, nec de ipſis quicquam habet; tamen dicit quod credebat, ut qua repetitionis quam fecerunt, & faciunt dicti domini collectores de dictis bonis, quantum ad immobilia ſi quid habuiſſent, quod negat, licite potuiſſe habere virtute cujuſdam donationis ei factæ a bonæ memoriæ D. Antonio olim Epiſcopo Florentino, & etiam vigore & occaſione cujuſdam ſummæ pecuniæ, quam dictus dominus Franciſcus dederat certis pauperibus, qui adhuc vivunt, ad preces dicti domini Epiſcopi, promittens ei reſtituere, & quam ipſe dominus Epiſcopus tenebatur ſibi reddere, ſecundum quod ſcriptum fuit in teſtamento d. D. Epiſcopi, & etiam occaſione magnæ pecuniæ quantitatis, quam ipſe Franciſcus de ſua propria pecunia impendit, & pro exequiis & ſepultura, & ſeptima pro anima, & funere, & circa funus d. D. Epiſcopi, & in debitis, quæ habebat tempore mortis d. D. Epiſcopi, & in quodam ſepulchro fabricato pro corpore d. D. Epiſcopi contum tunicis pauperum, & pro proviſione facta, & ſolutione ſalariorum familiarium ejus, & in ſatisfactione facta medicis, & pro medicinis, & victu familiæ tempore infirmitatis d. D. Epiſcopi, & multis aliis, de quibus ad mandatum dictorum dominorum legatorum poſſunt inſtrumenta publica oſtendi.*



44 FRANCISCUS de Silveſtris è Cingulo, antiqua Marchiæ civitate, nobili genere ortus, Baldi ex Petra Varana filius, J. U. inſignis doctor, ſacrarum literarum ſtudiis eruditus, morum ſuavitate ſingularis, eloquentia, pietate, conſtantia, ac in rebus agendis, iis difficillimis temporibus, eximia prudentia commendandus, qui licet maxima cum laude Senogallienſi primum Eccleſiæ, poſtea Ariminenſi præeſſet, ac prodeſſet, à Joanne tamen XXII. in gratiam Reip. Florentinæ ad hanc eccleſiam translatus eſt anno 1323. ut perſpicue ex diplomatibus ad ipſum, aliiſque directis eruitur in Vaticano Regeſto. XLIV

Venerabili fratri Franciſco Epiſcopo Florentino Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad providentiam Apoſtolicæ Sedis, &c. Olim ſiquidem bonæ memoriæ Antonio Epiſcopo Florentino Eccleſiæ Florentinæ ad eandem Romanam Eccleſiam nullo mediante pertinenti regimini præſidente, nos cupientes ipſi Eccleſiæ Florentinæ, cum eam per ipſius Epiſcopi obitum, vel alio quovis modo vacare contingeret, per ejuſdem ſedis providentiam, perſonam devotione probatam, & aliàs idoneam per ſidem, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ Florentinæ, cum ſic vacaret, diſpoſitioni noſtræ, ac ipſius ſedis duximus reſervandam, decernendo ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hoc per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Poſtmodum vero dicto Epiſcopo in illis partibus viam univerſæ carnis ingreſſo, nos attendentes, quod nullus præter nos de ordinatione ipſius Eccleſiæ Florentinæ ſe hac vice intromittere poteſt, reſervatione hujuſmodi obſiſtente, de præficiendo eidem Eccleſiæ Florentinæ, ne prolixioris vacationis exponeretur incommodis, utilem, approbatamque perſonam cogitare cœpimus diligenter, & poſt deliberationem, quam cum fratribus noſtris ſuper hoc obtentam, hujuſmodi donum tuarum recenſentes virtutum merita nobis, & eiſdem fratribus non ignota, quæ te nobis, & ipſis acceptabilem repræſentant, ad perſonam tuam oculos convertimus noſtræ mentis, quibus omnibus debita medita-

tione

tione diſcuſſis, te a vinculo, quo Eccleſiæ Riminenſi, cui tunc præeras, tenebaris, de fratrum prædictorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, te ad Eccleſiam Florentinam transferimus antedictam, teque ipſi Eccleſiæ Florentinæ præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Florentinæ tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, liberam tibi dantes licentiam ad ipſam Eccleſiam Florentinam tranſeundi, &c.

Datum Avenione id. Martii anno domini 1323. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Anno 1325. cura, & beneficio Franciſci Epiſcopi celebre Ciſtercienſis Ordinis cœnobium S. Mariæ Magdalenæ de Ciſtello in hac urbe ad Pintianam portam initium ſumpſit, primoſque ad illud inhabitandum monachos miſit Andreas Abbas Septimianus ex proprio ſuo cœnobio: de qua re noſter eruditus Baccetius lib. 3. Sept. Hiſt.

Anno 1327. In Cathedrali ſaluberrimam Franciſcus ſynodum celebravit, in qua ut optimis decretis cleri prolapſos mores opportuniſſime caſtigavit, ſic deterrimum illum jugulavit abuſum, quo ab eccleſiarum rectoribus prædabundus populus in die Nativitatis, ac Reſurrectionis Domini nomine ſtrenæ, ita violenter extorquebat, ut rapientium plerumque manus non tam præda repleret, quam vim vi repellentium fœdiſſime cruore maderent. Franciſcus igitur contra raptores minaciſſime edixit, compeſcuitque furorem. Res quia abunde docet, quam ſemel contempti abuſus in ſcelus degenerent, mihi ſane digna viſa eſt, quæ ex cataſto Septimiani Archivii pag. 203. ex fide deſcripta, hic ad perennitatem facti ſubiiceretur.

Franciſcus miſeratione divina Epiſcopus Florentinus, ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum.

Cum paſtoralis officii facit nos de ſubditorum noſtrorum gubernatione ſollicitos, ut de illorum ſalute, ſtatuque ſalubri, meditatione anxia cogitantes, illis quæ ſalubria fuerint &c. De immunitate Eccleſiarum &c. Quia in pleriſque locis nobis ſubjectis, nonnulli tam mares quam mulieres noſtræ juriſdictioni ſuppoſiti rectoribus Eccleſiarum in feſtivitatibus Natalis, & Reſurrectionis Domini, & certis aliis diebus, prætextu quarundam abuſionum, quæ verius dicuntur corruptelæ, artocreas, ſeu tortas, agnellos benedictos, panem, & vinum, & nonnulla alia, & caſeatas ſecundum temporis qualitatem, non ex devotione, ſed quadam indevotione, vel potius per ingluviem exigunt, & extorquent, ac in dictis feſtivitatibus & diebus officiales in parochiis conſtituunt, qui panem, & vinum à rectoribus eccleſiarum recipiunt, exigunt, & extorquent, rapiunt, & conſumunt non ſolum inter volentes recipere diſtribuendo, ſed & panem canibus projiciendo, & vinum quod bibere non poſſunt, per terram fundendo, & etiam vaſa ipſorum frangendo, quibus deinde ebrietas inſurgit, & fiunt rixæ inter eos, de quibus multoties homicidia, & mutilationes membrorum ſequuntur, & iis non contenti, aliis diebus ex debito petunt ſibi dari, & fieri convivia, velint nolint, per rectores prædictos: & cumulantes mala malis, & pejora peſſimis in non modicam Dei offenſam, & Sanctorum ipſius contra canonica inſtituta pro libito voluntatis, & multoties contra voluntatem rectorum, nec non in eorum animarum periculum, & ipſorum rectorum, & eccleſiarum non modicum detrimentum, in eccleſiis aliquibus, & piis locis tam civitatis, quam diœceſis operarios conſtituunt, ſeu guardianos, œconomos, ſeu decimatores, ſeu quocumque alio nomine officiales conſtituunt; qui bona, oblationes, redditus, proventus dictorum locorum, & eccleſiarum recipiunt, quæ recepta expendi in utilitatem eorundem deberent, & ſervitores, qui ſerviunt in divinis miniſteriis rapiunt, dividunt, & conſtituunt, ex quibus ſibi judicium plus laudatur, qui plures inebriat potatores, & calices fecundiores exhaurit, & in eiſdem monſtruoſa faciunt, quæ propter horrorem recitatione digna non exiſtunt, expendunt, diſtrahunt, & conſumunt, & ſuper loca conſacrata, & altaria, ubi etiam appropinquare non debent, irreverenter in contemptum Dei, & ſanctorum accumbunt, miniſtris divinorum excluſis, qui debent divinum officium exercere, ex quibus divinus cultus diminuitur, laudes ſubtrahuntur Creatori, errores pullulant, & infidelitas augmentatur. Unde volentes tantæ peſti, & abuſibus, in quantum de jure poſſumus, obviare, conſiderantes quod tanto ſunt graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent obligatam, præſentis conſtitutione &c. monemus omnes & ſingulos tam mares, quam fœminas, clericos, & laicos, cujuſcunque ordinis, & ſtatus exiſtant, noſtræ juriſdictioni ſubjecti, quacumque de cauſa pro primo, ſecundo, & tertio termino peremptorio edicto, eiſdem, & eorum cuilibet ſub excommunicationis pœna nihilominus inhibentes, ne de cætero poſtea dictarum abſolutionum, ſeu alio quocumque quæſito colore prædicta, vel aliqua prædictorum facere, ſeu exercere directe, vel indirecte, vel a rectoribus eccleſiarum extorquere præſumant. Et ſi aliquis, vel aliqui de jure, vel conſuetudine prædicta, vel aliquid prædictorum forte ſibi competere dicerent in menſem, nobis, vel noſtro vicario de iis faciant plenam fidem à die publicationis præſentis conſtitutionis. Alioqui qui contrarium fecerint, dictam excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto, quam ex nunc, prout ex tunc in eos, & quemlibet ipſorum damus, & ferimus in his ſcriptis, a qua nolumus ipſos, vel ipſorum aliquem poſſe abſolvi, niſi prius ipſis Eccleſiis, locis, & rectoribus ſuper prædictis integre ſatisfaciant de injuria, & damnis in quolibet intereſſe, & operi B. Reparatæ pro quolibet ſolverint 10. libras . . . . .
Mandantes inſuper omnibus eccleſiarum rectoribus, ſub pœna excommunicationis, & etiam 50 librarum dictæ monetæ, ne prædicta, ſeu aliqua prædictorum prædictis, vel alicui ipſorum de cætero talia committant, vel conſentiant, ſeu exhibere præſumant. Caſſantes, & annullantes, ſicut de jure nulla ſunt, omnes contractus, pacta, & conventiones contra præmiſſa, vel aliqua præmiſſorum facta, vel habita quoquomodo, decernentes ab obſervatione præmiſſorum, vel alicujus ipſorum paciſcentes, contrahentes, & convenientes aliquatenus non teneri, etiamſi fuerint juramento vallati, a quo illicito juramento eos abſolvimus, & inſuper notificamus dictis rectoribus, & eorum ſingulis, qui ſuper iis annis ſingulis diligenter inquiſitionem fieri facimus, & quos ſuper prædictis, vel aliquo prædictorum culpabiles invenerimus, exigi cum effectu. Ita ut quos Dei timor a malo non revocat, ſuper prædictis temporalis ſaltem pœna coerceat in hac parte. Publicatæ fuerunt dictæ conſtitutiones anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſeptimo, die ſeptima menſis Auguſti, D. Epiſcopi ſupradicti.

Ego Guillelmus de Caſtro Florentinus Fr. Joannis notarii filius Imperiali auctoritate judex, atque notarius prædictus, ex conſtitutionibus d. D. Legati, & Epiſcopi exiſtentibus penes procuratores cleri Florentini pro ipſo clero retinentibus, ſumpſi, & fideliter exemplavi, & in publicam formam redegi, ideoque me cum ſolito ſigno ſubſcripſi.

Hujus Epiſcopi temporibus corpus S. Zenobii in veteri catacumba repertum eſt, inque novam ſolemni pompa translatum, ut ſincere narrat Villanus, atque ejus caput argentea theca honorifice ab ipſo conditum ad hæc uſque tempora magna veneratione colitur. Liberalitatis, ac pietatis ipſius non modica adhuc extant veſtigia, crux videlicet, & candelabra argentea, non exigui ponderis, auro, & lapidibus intertexta, nec non avito ſtemmate inſignita. Deceſſit autem Franciſcus anno Domini 1341. die 21. menſis Octobris, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Flore. Ejus gentilitia ſtemmata nigrum continent Scorpionem in aureo campo, ut in antiquo libello M. S. conſtitutionum ejuſdem in principio obſervavimus depictum. Aſſervatur codex in Archiepiſcopali Archivio. Gentiles vero ejus nobiles de Silveſtris in Templo Cingulano S. Mariæ in Valle viridi è conſpectu paternarum ædium poſito de jure patronatus eorumdem, olim a majoribus excitato, & a Franciſco Epiſcopo reſtituto, ne tanti viri memoria de familia, deque Romana Eccleſia benemeriti injuria temporum deperiret, hoc ei Cœnotaphium honorarium poſuere, in quo ejuſdem pro patria, proque Eccleſiaſtica Republica pia, illuſtriaque facinora recenſentur.

Cum ante Ludovicum Bavarum nulla, aut pauciſſima in Italia extent monumenta,
ne Franciſci de Silveſtris de Cingulo pro-

Gregoris primo pro Chriſti fundor amore.
Hic Ghibellina cum Guelfis pace patrata,
Coſſavere mina, ſub qua ſum luce creata,
Luce duodena Julis radiante ſerena.
Bis ſexcenteno Domini cum ſeptingentenu,
Anno ternoque, præſonte volente utroqun
Byzantinorum Dominu ſimul, & Siculurum
Mille ducenis tribus, & ſeptuagenis
Gregorio bella decimo ſuis iſta Capella
Pacis fundata Muzzis ædificata.

Ibidem alia de conſecratinne ejuſdem Eccleſiæ legitur inſcriptio.

Anno Domini MCCCXXVIII. die Dominica ultima Septembris V. C. D. Latinus Oſtienſis, & Velliternenſis Epiſcupus Apoſtolica Sedis Legatus conſecravit Eccleſiam iſtam, & altare aſſiſtentibus venerabilibus patribus Archiepiſcopis Barenſi, & Piſanu, Epiſcopo Lucano, & multitudine infinita cleri, & populi, & ſtatuit indulgentiam tali die annu VII. XL. dierum, & umni die VIII. XL. dierum, & dicti venerabiles patres quibet alternm XL. dierum annuatim conſecrationis die, & in feſto ſancti Gregorii.

Anno 1265. Eccleſiam S. Claræ, & cœnnbium monialium Minoritarum a fundamentis exſtruxit prope Romanam portam Octavianus Card. Ubaldinus in Hetruria Legatus; ubi primam Abbatiſſam inſtituit Ioannes Epiſcopus Claram Ubaldinam Cardinalis amitam ab alio ejuſdem inſtituti cœnobin, quod Mnnticelli vocant, unico ab urbe lapide ſito evocatam, nt cæteris mnnialibus ſanctimonia vitæ, aliarumque virtutum claritudine præeſſet, & prodeſſet; quippe quæ in priori cœnobin poſt beatam Agnetem divæ Claræ Aſſiſienſis ſororem Abbatiſſæ munere ſumma ſui nominis laude diu functa ſuerat: quæ cum dies ſuos clauſiſſet in pace in novo hoc monaſterio condita, ejus cineres a fidelibus venerantur. Ioanne Præſule, eoque etiam defunctn In diutinn ilio Eccleſiæ Florentinæ interregno, inſignes viri Florentini ex hac vita migrarunt, inter quos ſex ex Servitanæ religinnis præcipui fundatores recenſentut, beati ſcilicet Bnnagiunta Manettus primus Generalis, Bnnfilius Monaldus 1257. Amideus de Amideis 1266. Manettus de Anſelia 1268. Suſtegnus de Suſtegnis, & Raynerius Uguccionus anno 1282. hi omnes apud Montem Senarium vita functi ibidem requieſcunt. Accurſius veto Florentinus primus univerſi Iuris gloſſator, & adhuc ultimus: licet anno ætatis 33. cœpiſſet ſtudio legum navare operam, tamen ſummus evaſit Iuriſconſultus an. natus 78. mortuus eſt Bonon. 1279. ubi jacet in eccleſia S. Franciſci, cum Franciſco filio, de quo ita cecinit Verinus lib. 2.

Juris conſultus interpres Accurſius omnes
Excellut, brevibuſque notis ænigmata legum
Expoſuit, nulluſque error reperitur in illis.

Primum vero lapidem eccleſiæ Carmelitarum noſtrum Ioannem jeciſſe ſcribit Ferrinius in catalogo annn 1275. die 3. Ianuarii, ubi male ſcribi puto 1275. melius 1274. (1) nam ille tridno ante exceſſerat, ut vetus calendarium notat. Deceſſit autem Ioannes poſtrema die Decembris anno 1274. vir ſanè memorandus, ac ſanctis moribus: poſt cujus exceſſum Florentina ſedes per duodecim ipſos annos vacua manſit. Florentini enim per id tempus, Gbibellini ſcilicet, & Guelphi invicem rupere ſœdus, quod Gregorius X. paulo ante ſanctiſſimè junxerat. Quamnbrem Pōtiſex ira exæſtuans Florentia exceſſit, percuſſamque ob rebellionem anathemate civitatem, viduavit paſtore. Tametſi autem capituli ſenatores multoties iviſſent ad urnam, nullum tamen nb diverſa adverſaque ſtudia partium evexerunt ad ſedem; altera enim pars Scbiattam Ubaldinum ſelegerat, altera Lotharium della Toſa, ſed in utrumque paria effuſa ſuffragia effecerunt, ut nemini illorum fuerit dignitas adjudicata. Denique poſt diuturnam illam vacationem ad ſedem Flnrentinam ab Honorio IV. evectus eſt, qui proximè ſequitur.

39. Fr. IACOBUS *a* Caſtelbonus Peruſinus, quem nonnulli Ranncii de Alexiis filium ſuiſſe tradunt, Ordinis Prædicatorum, Prior S. Sabinæ de Urbe anno 1286. ſubrogatur ab Honorio, a quo ſcriptum eſt hoc diploma ex reg. Vatic. ep. 4. fol. 133. anno 2. XXXIX

a Laudatur ab Cl. doino in Athen. Aug. p. 159 Jacobil. in Bibl. Umb. p. 146. Fontana de Rom. Prov. p. 126. & 163. Altamura in Bibl. Dom. p. 60. Mandoſ.

Dilecte filiu fratri Jacobu de Peruſiu electu Florentinu.

Debitum officii noſtri continua nos pulſat inſtantia, &c. Sanè dudum Eccl. Florent. Paſtoris ſolatiu deſtituta, capitulum ipſius Eccleſia duas electiunes, unam videlicet de Schiatta de Ubaldinis Bononien. Leudien. reliquam veru de Lothariu della Toſa dicta Florentina Eccleſiarum canonicis in diſcordia celebrarunt. Negotio igitur electiunem earundem per appellationes ad ſedem Apoſtolicam devoluto, poſt diverſos proceſſus apud ſedem eamdem habitos in eadem Schiatta, & Lotharius prædicti omne jus, quod eis ex electionibus hujuſmodi competebat, ſpuntè, ac liberè in nuſtris manibus reſignarunt. Nos autem reſignationibus ipſis receptis, attendentes, quod ſi prædicta Eccleſia Florentina proviſio differretur, multis ſubjiceretur periculis, & gravia in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta ſubiret, ac vulentes propter hoc ei du paſtore idoneo celeriter providere, ad perſonam tuam noſtra mentis oculos duximus dirigendos, & conſiderantes, quod cum ſis vir literarum ſcientia præditus, morum honeſtate præclarus, conſilio providus, ac in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus, acceptuſque nobis, & fratribus nuſtris tua merito probitatis, prædicta Eccleſia Florentina per te poterit divina cooperante gratia, ſalubriter gubernari, tutunc Priorem fratrum Prædicaturum ſancta Sabina de Urbe, prædicta eccleſia in Epiſcopum, & paſtorem præficimus, de fratrum eorumdem conſilio, & apoſtulica plenitudine poteſtatis, tibique curam, & adminiſtrationem dicta Eccleſia Florentina in ſpiritualibus, & temporalibus duximus cummittendam, ſperantes, quod tua circumſpectione laudabili, & providentia circumſpecta eadem Eccleſia Florentina tam circa ſpiritualia, quam temperalia hujuſmodi gratis tribuente Domino pruficiet incrementis. Volumus itaque, ac diſcretioni tuo per apoſtulica ſcripta mandamus, quatenus ad eamdem Eccleſiam de prædicta ſedis, & nuſtro favore confiſus cum divina gratia benedictionis accedas, & ſuper gregem dominicum in illa tibi commiſſum noſtris vigilias, diligens, ſolliciuſque cuſtudias, ut liber invadendi aditus non pateat invaſori. Beatus ſiquidem eris, ſi Dominus in ſuſpicabili hora venturus, te inveneris ſic agentem, quia curſu conſummatu, qui ſuis laberi proponitur, & horum fide ſervata, qua tua ſullicitudini cummittuntur, te immarceſcibili corona juſtitia decorabit.

Datum Roma apud S. Sebaſtiani 5. Kal. Junii an. 2.

Iniit Jacobus ſui Epiſcnpatus ſnlemni ritu poſſeſſionem die octava menſis Julii ejuſdem anni, & majori populi Florentini lætitia, quo diuturnior vacationis moleſtia fuerat; ſed cum vix ad quadragiuta dies præfuiſſet, ſpem omnem exultantis populi brevitas illa pontificatus abrupit, vacavitque ſedes ad menſes octo. Ipſe vero ſepultus eſt apud ſuos Prædicatnres.



40 ANDREAS Mozzius, *a* nobilis Florentinus XL.

a De quo late Salvinus 10 ...

(1) Melius adhuc anno 1268. die ultimo Junii, ut colligitur ex mſ. Codice n. 177 qui in Bibl. Strozziana ſervatur, a Clariſs. Senatore Carolo Strozza conſcripto, pluteique Eccleſiarum fundationum ab authenticis ſcripturis depromptas exhibente notitias. *Salvinus.*

ſtoria Canonicorum Floren. e quibus Andreas fuit, & Papæ Capellanus.

nus, in Jacobi deinde locum, concordibus majorum canonicorum votis, rejecta poſtulatione alterius partis capituli de perſona Thomæ Epiſcopi Piſtorienſis, ſuffectus eſt anno 1287. Quam electionem ratam habuit idem Honorius IV. 4 Kalendas Ianuarii ex regeſto Vaticano epiſtola 203. fol. 185. Ab Andrea Theſaurariæ dignitas, quæ adnexum habebat præbendam canonicatus, in Eccleſia Florentina conſtituta dicitur, vel potius confirmata: eum enim anno 1293. novam hanc dignitatem, & ad eam noviter a capitulo adlectum Aldobrandinum Cavalcantem confirmaſſe lego in documento, quod extat in capitulario hujus tenoris.

In Dei nomine. Amen.

Nos Andreas, Dei, & Apoſtolica gratia, Epiſcopus Florentinus, viſa, & diligenter examinata forma ordinationis, & creationis dignitatis theſauraria in Eccleſia Florentina, & electionis, & proviſionis ipſius dignitatis facta nobili viro domino Aldobrandino de Cavalcantibus, & acceptatione, & conſenſu ejuſdem electi, ac receptione facta de eo per canonicos, & capitulum Florentinum, & omnibus, & ſingulis in prædictis, & circa prædicta factis, & geſtis, prout in inſtrumentis ſcriptis per ſer Joannem noſtrum notarium infraſcriptum, plenius continetur, & habita ſuper iis deliberatione ſolemni, conſiderantes prædicta omnia ad divini cultus augmentum, & honorificentiam Eccleſiæ Florentinæ ſpectare, & ſufficientiam, & idoneitatem perſonæ dicti Aldobrandini, ex familiaritate, & converſatione, quam diutius nobiſcum habuit, ſatis nota, quia nobis conſtat prædictam creationem ipſius dignitatis, electionem prædicti Aldobrandini, & receptionem, & omnia, & ſingula in prædictis, & circa prædicta geſta rite, & canonice, ac legitime concurriſſe, Chriſti nomine invocato ad honorem, & reverentiam omnipotentis Dei, beatæ Mariæ Virginis, beatorum Joannis, Zenobii, ſanctæ Reparatæ patronorum noſtrorum, & Eccleſiæ Florentinæ, & ad honorem & reverentiam Apoſtolicæ ſedis, ac Epiſcopatus, & Eccleſiæ Florentinæ, & honorificentiam, & pacificum ſtatum ipſius Eccleſiæ, ipſam creationem dignitatis theſaurariæ electionem, & electam perſonam ad ipſam dignitatem, & officium theſaurariæ admittimus, approbamus, & confirmamus, ac noſtra pontificali auctoritate perpetuo roboramus.

Actum Florentiæ in Epiſcopali palatio, præſentibus domino Angelo canonico Aretino officiali prædicti domini Epiſcopi, & domino Parigio plebano plebis de Vailia capellano ejuſdem venerabilis patris, teſtibus ad hæc vocatis, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio, indictione ſexta, die ſecunda menſis ſeptembris.

Ego Joannes olim Præfectus de Podio Bonizi, auctoritate Imperiali judex, & notarius publicus, & dicti domini Epiſcopi ſcriba, prædicta omnia, quibus interfui, de ipſius domini Epiſcopi mandato ſcripſi, & publicavi.

Theſaurarius muneris nomen eſt, non dignitatis: curat ipſe ſacram ſupellectilem, a theſauro Eccleſiæ cuſtodiendo appellatur, & Cimeliarcha Græco nomine dicitur, ideſt rerum pretioſarum aſſervator, & cuſtos. De jure communi Theſaurarium non eſſe dignitatem, ſed officium eccleſiaſticum habere tradunt, *Rebuff. in praxi titul. ſecul. benefic.* de conſuetudine vero, & omnium ferè Eccleſiarum cathedralium ſtatutis inter dignitates referri cœpit, ut habet *Abb. in cap. de multa num.* 23. *verſ. ſecus de præben.* Hæc dignitas hodie non extat in Florentina Eccleſia, quam Pius II. nec inſtituit, nec reſtituit in nova aliarum quinque dignitatum erectione anno 1461 Quando vero in ea Eccleſia deſierit eſſe, monumenta noſtra altum tenuere ſilentium; pauci mihi Theſaurarii ab Andreæ inſtitutione, vel nulli obvii fuerunt. Obtinuit Andreas Epiſcopatum uſque ad annum 1295. Id. Septembris, ac deinceps ad Vicentinam Eccleſiam translatus eſt, ubi deceſſit, morienſque præcepit ſuum cadaver deferri Florentiam in eccleſia S. Gregorii a ſua Mozzia gente fundata ſepeliendum, ubi etiam nunc illius ſpectatur depoſitum cum ſequentibus verbis.

SEPULCRUM VENERABILIS PATRIS DOMINI ANDREÆ DE MOZZIS DEI GRATIA EPISCOPI FLORENTINI, ET VICENTINI.

Hujus Epiſcopi temporibus, ejuſdemque conſilio Fulco Portinarius nobilis Florentinus celeberrimi S. Mariæ novæ Xenodochii anno 1287. narratur fundamenta jeciſſe. In quod cum deinceps opus Florentina pietas propemodum effudiſſet opes, in Xenodochium nulli alteri conferendum evaſit, Portinariæ gentis decus perenne futurum. Fundationis ejuſdem meminit Honorius IV. in favorabili diplomate pro eodem ſcripto, quod extat in regeſto Vatic. epiſtola. 25. fol. 137. pontif. 2.

Priori ſecularis eccleſiæ S. Petri Scheradii Florentini.

Significavit nobis Fulco de Portinariis civis Florentinus, quod ipſe nuper quoddam hoſpitale ad opus pauperum, & infirmorum foris muros civitatis Florentinæ incepit ædificare opere ſumptuoſo. Verum cum intra ambitum ad ædificationem hujuſmodi opportunum fratres ordinis de pœnitentia Jeſu Chriſti Florentin quamdam petiam terræ non magni valoris, ſine qua hujuſmodi opus nequit commodè conſummari, obtinere noſcantur, quæ ipſis utpote domui, vel horto nequaquam conjuncta, multum utilis non exiſtit loco, cujus aliam eis magis utilem dictus civis, ut exhibere paratus, idem civis nobis humiliter ſupplicavit, ut ſubvenire in hac parte ſibi de opportuno remedio dignaremur. Licet itaque præfatus ordo ſit de illis ordinibus, quos generale concilium noviſſime celebratum Lugduni decrevit . . . certo modo, quorumcumque perſonis alienationem omnem domorum, & locorum, ac cæterorum bonorum abſque Apoſtolicæ ſedis ſpeciali licentia interdixit Nos tamen dictis fratribus pio compatientes affectu, & ſic intendentes in hujuſmodi negotio providere, quod iidem fratres non graventur inviti: volumus, & per apoſtolica tibi ſcripta mandamus, quatenus ſi quod de conſtructione dicti hoſpitalis, & hujuſmodi permutatione præmittitur, verum eſſe compereris, dictis fratribus conſentientibus permutationi eidem auctoritate noſtra licentiam largiaris, & eis conſenſum in illa præſtantibus permutationem ipſam permittas, & facias conſummari

Datum Romæ apud ſanctam Sabinam, x. Kal. Junii anno ſecundo.

Porro de Portinaria gente pervetuſta, deque Fulcone Xenodochii fundatore, ſic Verinus noſter lib. 3. de illuſt. urbis Florentiæ.

Quaque tenet Porta nomen deducit ab altis
Auctorem Feſulis, opibuſque, & ſanguine clara,
Atque hujus de ſtirpe nepos celeberrima Fulcus
Condidit ære ſuo Mariæ de nomine templa,
Donavitque agros, & prædia multa reliquit.
Illic ægroti, ſimul & curantur egeni
Gratis: intranti cuivis patet omnibus horis
Hoſpitium latum: civis, peregrinus in illo
Accipitur: miraque æger charitate fovetur.
Non eſt in toto delubrum ſanctius orbe,
Sed melius tacuiſſe ſuit, quam pauca referre.
Suſtinet hæc urbem, propter peccata ruentem,
Anchora, turbati quoque placat numinis iram.

Andrea etiam Præſule anno 1294. fundatum eſt cœnobium S. Mariæ Angelorum Ordinis Camaldulenſis, in æde SS. Prothi, & Hyacinthi martyrum, reliquiæ pia fidelium credulitate venerantur, ibidem jacet Benedictus Varchius præteriti ſeculi vir illuſtris, qui hiſtoriam Florentinam concinnavit. De hoc cœnobio videndus Auguſtinus in hiſtoria Camaldulenſi.

41 FRANCISCUS Monaldeſcus, Balneoregienſis, Epiſcopus Urbevetanus, antea Melphienſis Mozzio defuncto ſucceſſit 1295. Idus Septembris, ſic in Vaticano regeſto. Quam electionem in homine extero Florentinos promoviſſe credendum eſt, cum per id tempus ſeditionibus exæſtuarent, nolientque ex illo throno, unde ad pietatem mirifici progreſſus debebant ſperari, conſternationis ad arma faces prodire, quod facile poſſe evenire credibi- XLI.



leerat, ſi munus illud Floreotiuorum alicui, cujus io publica re ſplendida gens eſſet, contigiſſet deferei. Cui quidem conjecturæ addit momeutum ſcoatus Floreutini decretum illud, quo cavebatur, ne quis Florentinus deinceps, aoris, qui in ejuſdem reipublicæ fide, ac poteſtate eſſet, Epiſcopale Patriæ muous ſubiret: alioquio, qol eo proceſſiſſet audaciæ, ut negligenter impeɾata ſenatus, eam mulctam cum ſuis gentilibus incurreret, qua iu reipublica, qoi dicebantur Magni, omniquc omnino dignitatum honoribus ſpoliabantur. Quam tamen mulctam Lotharius ſucceſſor viſus eſt deprecari, ut infra narrabimus. Interim, qui legis, ea de re conſule ſubjectum decretum. B

Quod nullus de civitate, comitatu, vel diſtrictu Florentiæ, vel alius de infraſcriptis poſſit eſſe Florentinus, vel Feſulanus Epiſcopus Pub. 40.

Nullus de comitibus Guidonibus, Albertis, vel Ubaldinis, vel alius de civitate, vel diſtrictu Florentiæ eligatur, promoveatur, poſtuletur, vel poſſit eligi, promoveri, vel poſtulari in Epiſcopum Florentinum, vel Feſulanum, nec alicui ex prædictis poſſit aliquo modo provideri de aliquo ex prædictis Epiſcopatibus, nec electus, proviſus, vel poſtulatus, & quocumque modo procuratus ad aliquem ex dictis Epiſcopatibus acceptare poſſit, aut audeat, & ſi acceptaverit verbo, vel facto, ipſo acceptans, & ejus pater, avus paternus, frater, vel fratres, patruus, nepos ex fratre carnali, & ipſius eorum, & cuilibet eorum, & ipſius acceptantis deſcendentes ex quocumque etiam damnato coitu per lineam maſculinam in infinitum intelligantur eſſe ipſo jure Magnates, & ita tractentur, & reputentur ut Magnates in omnibus, & per omnia poſt dictam acceptationem, &c. C

Fraociſco autem Baloeoregienſi io Flotentina ſede jus divioum diccnte, Florentinus populus, iogenti auſu, ſumptuque viſendo S. Reparatæ tempio fundamenta ſubſtruxit: quorum primum lapidem Cardinalis legatus, qui pee id tempus commorabatur Florentiæ, ritu ſolemni iecit, ut ex tabula marmorea, in qua leguntor hæc ſubjecta carmina, ei parti, quæ reſpicit ſacram turrim, ſoffixa; perſpicuè eruitur.

Annis millenis, centum bis octo nogenis
Venit legatus Roma bonitate donatus,
Qui lapidem fixit fundo, ſimul ac benedixit; D
Præſule Franciſco geſtante pontificatum
Iſtud ab Arnulpho templum fuit ædificatum.
Hoc opus inſigne decorans Florentia digno
Regina Cœli conſtruxit mente fideli,
Quam tu Virgo pia ſemper defende MARIA.

Altera inſcriptio in interiori Eccleſiæ pariete ſpectatur, ac ſequens eſt.

Anno a Chriſti ortu M. CCIIC. Florentinis magnis divitiis partis, & rebus domi, foriſque commodè conſtitutis, cum urbem mœnibus auxiſſent, pulcherrimis ædificiis publice decoraſſent, ut rem divinam quoque optime ordinarent, poſteris inſignis magnificentiæ, & religionis ſuæ exemplum proderent, hoc auguſtiſſimum templum in Dei honorem, ejuſque ſemper Virginis Mariæ inſtituerunt, & Pontificio legato Cardinale præſente primum lapidem ponente ſumma cum omnium A *lætitia, ac devotione inchoarunt, vi. Idus Septembris*

Deceſſit autem Præſul Franciſcus, cum ad breve tempus, ſed ſanctè Florentiam rexiſſet Eccleſiam, anno ſcilicet 1301. menſe Iulio, qun ex hac mortali vita exceſſit; ſepultus fuit in cathedrali, eaque ſedes vacavit ad menſes ſex. Cæterum Franciſcus coemptis a Mortui, ut vocat, pluribus latifundiis, cenſus Epiſcopales adauxit.



42 LOTHARIUS della Toſa filius Oldradi præpotcotis, ac nobilis civis Floreotinus, Archidiaconus primum fuit, mox Faventinus Epiſcopus, poſtea hoc eſt anno 1302 *a.* 13. Kal. Februarii, ad Floreutinam Eccleſiam tranſlatus fuit. Quam dignitatem ideo ipſe non reſpuit, quod ſui gentiles iam pridem de numero Magnarum erant, hoc eſt ab omni reipublicæ munere extorres, ob invidioſam opum potentiam. Eius ingreſſus ſolemnis fuit, proceſſitque ex more ſuorum prædeceſſorum ad monaſterium S. Petri maioris, ibique cum Viſdominis, ac gentilibus ſuis della Toſa, ac ſuis canonicis convivium celebravit, proteſtantibus canonicis, haud ſe monialibus præiudicium facturos, tametſi extra ſortem earum familiarum intereſſent convivio. Porro Abbatiſſa de more aonulum ſibi donari ab Epiſcopo poſtulavit, ot rite perfectum eſt, perſpiciturque ex Actibus Archivii illius monaſterii. XLII.

In nomine Domini Amen.

Anno milleſimo trecenteſimo primo [more Fiorentino *indictione quintadecima ſexto Kalendas Martii.*

Exiſtente venerabili Patre D. Lothario Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Florentino ad prandium in domibus monaſterii S. Petri majoris Florentiæ prima die, qua ipſe intravit civitatem Florentiæ, quando rediit a Romana Curia, cauſa ſuæ promotionis, ut moris eſt, & ſecum ad prandium habente dominum Henricum militem de domo filiorum della Toſa, & dominum Gerardum de Vicedominis, & quoſdam alios domicellos de domibus eorum, & quoſdam alios de canonicis majoris Eccleſiæ Florentinæ, de quibus ſecundum conſuetudinem hactenus approbatam à tanto tempore, cujus memoria hominum non exiſtit, nullum apud dictum monaſterium ad prandium niſi de ſuis familiaribus tantum tali die ſecum habere debet ipſe venerabilis pater, nec aliquis alius ſucceſſor ejuſdem; Cbellus capellanus perpetuus dicti monaſterii ſyndacus, & procurator religioſæ dominæ Philippæ Abbatiſſæ dicti monaſterii, & monialium, & conventus ejuſdem monaſterii ſyndacario, & procuratorio nomine pro dicta Abbatiſſa, conventu, & monaſterio prædictis in præſentia prædicti venerabilis patris conſtitutus dixit, & proteſtatus fuit eum dicto venerabili patre, quod de prædictis filiis della Toſa, & filiis de Vicedominis, & canonicis Eccleſiæ Florentinæ ad præfatum prandium tali die ibidem nullum habere debet, ſecundum conſuetudinem ſupradictam. Et ideo dixit, & proteſtatus fuit ſyndacario, & procuratorio nomine quo ſupra, quod nullum præjudicium generetur Abbatiæ, & monaſterio, & conventui prædictis, & quod nullum jus acquiratur, vel acquiri poſſit ejuſdem, qui ad dictum prandium extiterunt, vel aliud de filiis della Toſa, & de Vicedominis, & de canonicis Florentinis propter illos, qui aderant

ibi.

A *ibi. Qui venerabilis pater dominus Lotharius Epiſcopus Florentinus prædictam proteſtationem admiſit, & acceptavit, & ratam habuit, & approbavit omnia, quæ in prædicta proteſtatione continentur.*

Actum Florentiæ apud monaſterium S. Petri prædicti, præſentibus teſtibus presbyteris Richardo, & Bruno capellanis dicti monaſterii, & D. Monte . . . . eccleſiæ S. Salvatoris de Florentia, & plurimis aliis ad hæc rogatis, & vocatis. Item eodem die &c. coram dictis teſtibus exiſtentes religioſa D. Philippa Abbatiſſa prædicta, & etiam DD. Benedicta, Jacoba, Petronilla, Joannina Guidotti, & alia Joanna, Margarita, Juſtina, & Lucia moniales dicti monaſterii coram venerabili patre domino Lothario, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopo Florentino, dixerunt, & proteſtatæ fuerunt coram eo, quod de antiqua, & approbata conſuetudine per tantum tempus, cujus memoria hominum non extat venerab. patris domini, domino olim Epiſcopi Florentini, qui pro tempore fuerunt ipſa die, qua primo intraverunt civitatem Florentiæ, & venerunt ad hoſpitandum ad dictum monaſterium, conſueverunt dare, & conferre Abbatiſſæ dicti B *monaſterii, quæ pro tempore fuit, & dederunt, & contulerunt quendam annulum aureum annulari digito dictæ Abbatiſſæ. Quare eidem venerabili patri domino Lothario Florentino Epiſcopo humiliter ſupplicaverunt, ut ſecundum prædictam conſuetudinem ipſi dominæ Philippæ tunc Abbatiſſæ dicti monaſterii, annulari digito dictum annulum dignaretur conferre: qui venerabilis pater prædictis annuens ſupplicationibus Abbatiſſæ, & monialium prædictarum, & volens dictam conſuetudinem, ſi ita eſt, obſervare, de prædictis omnibus à pluribus perſonis fide dignis diligenter inquiſitis, & veritate reperta, quemdam annulum aureum cum uno ſapphiro digito annulari contulit, & dedit Abbatiſſæ prælibatæ dict. conſuetudinem approbando.*

Ego Petrus quondam Ambroſii de Macario, Imperiali auctoritate judex, atque notarius prædicta omnia rogavi.

Lotharius autem Epiſcopus fato functus eſt anno 1309. menſe Martio, ſepultuſque eſt ad S. Mariam novellam, ut vocant, in ſacello Ricaſoliorum ad parietem, arca a ſolo ſublata claudente cadaver, nulla inſcriptione ornata. Cæterum Lotharius, ut C erat magni ſpiritus vir, vix ad ſedem pervenit, cum in reipublicæ novandis, invertendiſque rebus omnes conatus adhibuit. Siquidem cum Curſo Donato factioſiſſimo homine communicatis conſiliis eas inter cives proſeminavit diſcordias, quibus poſtea ſuccidendis vix falx illa ſedentis in pontificio throno videretur ſufficere. Deferbuit autem æſtus ille ex auctoritate Nicolai Pratenſis Cardinalis, qui per id tempus ejus rei cauſa legatione in Hetruria fungebatur, ita tamen ægrè, ut meritò Florentini a Feſulano, Florentinoque Epiſcopatu cives ſuos viderentur arcere. Conſule ea de re Joannem Villanum, Ammiratumque in 4. lib. hiſtor. In gentem Toſam, ejuſdemque conſortes Florentini Epiſcopatus patronos, & advocatos, Verinus noſter lib. 3. agens de Florentinis familiis, ſic cecinit:

Quis Toſam ignorat Romano ex ſanguine cretam,
Et conſanguineos ſimili de ſtirpe Toſingos?
Viſdominuſque ferox priſca de gente Quiritum eſt.
D *Hi quoniam ſacram Syllani antiſtitis ædem*
Defendere armis, meruerunt eſſe patroni.

Porro Florentinus Epiſcopatus olim pro inſigni geſſit, Toſæ, Toſingæ, Viſdominæ, Portiganæque a nobilium familiarum ſtemmata in miniata parma confuſa; hodie vero, quæ hic delineata cernuntur.

a Cortigianæque, nam Cortigianorū familia fuit e Viſdominorum conſortalium. Salulus.



Lothario vero Præſule beatam Humilitatem Faventinam Abbatiſſam, Moniales Ordinis Valliſumbroſæ primum Florentiæ inſtituiſſe ferunt. Migravit hinc anno 1310. die 22. Maji. Ejus vita legitur apud Razzium lib. ſanctorum Hetruriæ.



43. Magiſter ANTONIUS Urſus è populari familia Florentinus, ad Florentinam ſedem tranſlatus eſt, cum antea Epiſcopus Feſulanus eſſet, anno 1309. vir ſanè ſive ſacris, ſive civilibus rebus agendis dexteritate mirabili; promptitudine autem, animique fortitudine tanta, ut cum anno 1312. Henricus VII. Imperator valido ſuccinctus exercitu deſcendiſſet in Italiam, obſidioque cinxiſſet Florentiam, Antonius armatum clerum juſſit ſub ſignis eſſe, portamque Ambroſianam, eamque civitatis partem ſibi defendendam popoſcit. Quod adeo ſtrenuè, & accumulatè dicitur præſtitiſſe, ut ab exemplo imbellis clericalis turbæ, populus factus audacior, metuendum hoſtem a muris, a templis, a civium jugulis tandem depulerit, coegeritque fœdam fugam arripere. Adeo unius fortis hominis exemplum ad victoriam valet. De cujus obſidionis ſolutione, vel fuga ita cecinit Verinus lib. 1. XLIII

Inſuper externis Arrigi Cæſaris armis
Adjuta obſedit muros, & cuſpide portas
Pulſavit fruſtra, nam muro fortior omni
Intus erat pubes duro ſub Marte probata:
Inſtructaſque acies puram deduxit in æquor,
Audet & ancipiti pugnam decernere ferro.
Virtuti numquam potuit vis ulla nocere,
Inſtent mille licet populi, ac diſcrimina mille,
Omnia civilis tuto concordia perfert;
Quæ ſine juſtitia, & ſine religione latronum
Factio nec durat, ſævis obnoxia pœnis.

Porro cum Henrico Imperatore in hujus urbis obſidione toti ferè Hetruſci Ghibellinæ factionis exules erant, quorum princeps Dantes poeta, cujus rei prope templum S. Crucis in marmorea tabula, hujuſmodi extat incisa memoria.

Henricus IV. Romæ rediens coronatus, infeſtus Florentinis, quod coronationi ſuæ obſtitiſſent, rogatus ab exulibus, quorum Princeps erat Dantes Poeta, Urbem obſedit ab ea parte, quæ eſt ad Septentrionem, atque cum vidiſſet ædificiis intentam civitatem (præcipue teſtatur id Palatium Cocchiorum, quod noctu etiam ſtruebatur Fanalibus accenſis) poſt quadrageſimum diem ſoluta obſidione diſceſſit M. CCC. XIII. Kalend. Octobr.

At dum viveret Antonius Epiſcopus, favit quam qui maximè ex ordine Ciſterciensi monachis Septimianis, illorumque cœnobium iis gratiis, ac privilegiis donavit, quæ poterat dilargiri, ſicut ex ſubjecto gratioſo diplomate videre eſt, eidem monaſterio indulto anno 1320.

Antonius, miſeratione divina, Epiſcopus Florentinus. Religioſis in Chriſto Abbati, & conventui monaſterii S. Salvatoris de Septimo Ciſtercienſis ordinis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum pridie ad monaſterium ipſum devotionis inſtinctu, quam ad ipſum, & dicti monaſterii fratres geſſimus, ve-

niſſe-

uiſſemus, vidimus ibidem quas nobis reverendiſſimè demonſtraſtis venerandas reliquias cujuſdam aureæ Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & unum caput de ſacroſanctis reliquiis undecim millium virginum, quas quidem reliquias de civitate Coloniæ, largiente vobis venerabili patre domino Colonien. Archiepiſcopo, ſicut in literis dicti patris ejus ſigillo ſigillatis inſpeximus, pro dono magnifico recipiſti. Ad quarum reliquiarum & nos devotionem, & reverentiam excitati, & cupientes vos, & alios Chriſti fideles ad ſalubris devotionis obſequium, quaſi quibuſdam illecti præmiis, indulgentiis ſcilicet, & remiſſionibus invitare. Indulgentiam a dicto domino Colonienſi Archiepiſcopo gratioſè conceſſam omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad honorem Dei, & ſacratiſſimæ Crucis, & beatarum undecim millium virginum, in Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes, Inventionis, & Exaltationis S. Crucis, omnium Sanctorum feſtivitatibus, necnon B. Mariæ Virginis feſtivitatibus omnibus, B Michaelis Archangeli, B. Joannis Baptiſtæ, B. Nicolai, & omnium Apoſtolorum ad viſitandum venerint monaſterium memoratum venerabiliter, & devote, ſicut in ipſius D. Archiepiſcopi prædictis litteris continetur, præſentis tenore paginæ confirmamus, & noſtrum ſuper hoc impertimur aſſenſum, & nos ſimiliter de omnipotentis Dei miſericordia, nec non & B Mariæ Virginis matris ejus, beatorum quoque Joannis Baptiſtæ, Zenobii, Reparatæ, ac Vincentii patronorum noſtrorum meritis confidentes, vobis, & aliis Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad venerandas ipſas reliquias in dictis feſtivitatibus, vel aliqua earumdem, devote convenerint, nec non vobis de monaſterio memorato, & aliis quando, & quoties altaria conſtructa apud monaſterium memoratum in honorem B. Iacobi Apoſtoli, B Petri Apoſtoli, B Mariæ Virginis, B. Benedicti, S. Quinti, S Bernardi, S. Nicolai, S Joannis, S Gregorii, S. Laurentii, & altare conventus S Salvatoris, nec non B Bernardi conſtructum in loco veſtro Florentiæ venerabiliter viſitaveritis, & devote, quadraginta dies de injuncta vobis pœnitentia, miſericorditer in Domino relaxamus. Datum apud monaſterium ipſum de Septimo die 25. Martii Annunciationis B. Mariæ Virginis Indictione 3. anno Domini 1320.

Eodem anno 1320. cum in Bonoſolatio perantiquo cœnobio à comite Ugone fundato, monachi Nigri per diuturnum lapſum deſciviſſent a regula, perque idem tempus monachi Ciſtercienſes in Septimo præſtanti ſanctimoniæ laude florerent, M. Antonius Urſus, ut erat ad omnem pietatis laudem egregie animatus, e Bonoſolatio ejectis, vel emendatis veterno infectis Benedictinis, Ciſtercienſes illuc introducendos curavit, eiſdem per hujuſmodi ſubjectum inſtrumentum tradita illius monaſterii poſſeſſione.

In Chriſti nomine Amen.

Nos Antonius miſeratione divina Epiſcopus Florentinus &c. Dum ex officii debito Paſtoralis, quo tenemur intendere ad ſtatum, & commoda ſubditorum, circa ordinationem, & ſtatum monaſterii S. Bartholomæi de Bonoſolatio ordinis S Benedicti Florentinæ diœceſis attenta diligentia penſaremus, invenimus, & hoc eſt notorium, quod nulla poſt tergum Satanæ. . . . , quod ipſum monaſterium propter minus providam adminiſtrationem, & regimen Abbatis, & monachorum ipſius grave recepit hactenus, & recipit tota die, & parant, niſi opportuno remedio ſuccurratur, recipere amplius in futurum irreparabile quaſi circa ſpiritualia, & temporalia detrimentum. Invenimus etiam quod in monaſterio ipſo regularis obſervantia non ſervatur. Reperimus quoque Abbatem, & monachos ipſius ab honeſtatis ſemita deviaſſe hactenus, & damnabiliter deviare, nec moniti a nobis pluries vitam ſuam, & actus in melius reformarunt. Quare ſuper iis intra nos, & cum nonnullis diſcretis, honeſtiſque perſonis Deum timentibus, & ſcientibus conditionem monaſterii memorati diligenter deliberatione habita contractata, tandem ut ſtatus dicti monaſterii jam collapſus, Deo auctore, utiliter reformetur, poſt multa deliberationis tempora, quæ in prædictis appoſuimus, accurate divina gratia inſpirante concepimus de monaſterio S Salvatoris de Septimo Ciſtercienſis ordinis Florentinæ diœceſis, quod Abbas, & monachi mo-

A *naſterii memorati, ſunt viri catholici obſervantes regulam, honeſtè vivunt, & de ipſorum honeſtis actibus, & vita laudabili auditur ab omnibus nomen bonum, & quod per ipſorum providentiam circumſpectam, dictum monaſterium de Septimo creſcit in ſpiritualibus, & temporalibus augetur: unde firmiter credimus, & ſperamus, quod per ipſos Abbatem, & monachos de Septimo, tanquam per providos cultores agri Dominici dictum monaſterium de Bonoſolatio ad viam rectitudinis Deo auctore ſalubriter reducent; ſi dictum monaſterium de Bonoſolatio dictis Abbati, & monachis de Septimo totaliter conferatur in temporalibus, & ſpiritualibus, pleno jure, & ad uſum ipſius monaſterii de Septimo reducatur, ipſiſque uniatur, incorporetur, & annectatur omni vinculo unionis. Occurit & in hoc nobis devotionis intuitu, quod & nos, & clerus noſter Florentinus habemus ad monaſterium ipſum de Septimo, quæ nos etiam ducit potiſſime ad unionem, & infraſcripta omnia facienda. Igitur ad honorem omnipotentis Dei, & ejus nomine invocato, prædictis omnibus, & aliis, qui nos noverint, cum multa deliberatione penſatis monaſte-* B *rium prædictum de Bonoſolatio cum omnibus & ſingulis juribus, & pertinentiis ſuis in ſpiritualibus, & temporalibus, pleno jure irrevocabiliter donamus, ſupponimus, ſubmittimus, incorporamus, unimus, damus, concedimus, & annectimus eidem monaſterio de Septimo regendum, gubernandum, adminiſtrandum, viſitandum, corrigendum, ordinandum, & reformandum, tam in capite, quam in membris per ipſius monaſterii de Septimo Abbatem, vel alios monachos dicti monaſterii, quos ad hoc idem Abbas de Septimo, qui pro tempore fuerit, duxerit deputandos, prout, & ſicut, quando, & quomodo ſuæ diſcretionis arbitrio, & voluntatis viſum fuerit expedire, & convenire: & ordinandum, & reformandum per eundem Abbatem, & monachos ſub inſtitutis regularibus dicti monaſterii de Septimo, tanquam in monaſterium in jus, & proprietatem ipſius monaſterii de Septimo pleno jure tranſlato, reſervatis tamen nobis, & Epiſcopatui Florentino cenſus ſui affectu, quem annuatim dicto monaſterio de Bonoſolatio tenetur Epiſcopatui memorato, nec non cum clero Florentino procurationibus, & exactionibus pecunia-* C *rum hactenus tantummodo conſuetis. Quibus omnibus, & ſingulis D Ugo Abbas, & D. Simon Maurus. Ubertus, & Rogerius monachi, capitulum, & conventus ipſius monaſterii de Bonoſolatio, cum ibi plures non ſint monachi tanquam capitulum, & conventus ipſius monaſterii de Bonoſolatio conſenſerunt, & ita petierant, gratanter receperunt, & omni via, modo, & jure, quibus melius potuerunt, acceptaverunt, & approbaverant expreſſe in principio, medio, atque fine ea omnia, & ſingula dicto modo ſe ſervaturos inviolabiliter promiſerunt nomine ſupraſcripto, poſtquam præfatus venerab. pater & reverendi viri domini Lapi monaſterii S. Mariæ Florentiæ decretorum doctoris circumſpectioris induſtria, & ſollicitudinis ſtudio plene confidens, & volens prædicta effectualiter adimplere, commiſi ipſi domino Lapo, quod religioſum virum D Andream Abbatem dicti monaſterii de Septimo pro ſe ipſo, & dicto monaſterio, & conventu de Septimo in corporalem tenutam, & poſſeſſionem dicti monaſterii de Bonoſolatio, & eius jurium, & pertinentiarum inducat, tueatur inductum, & ſibi faciat de ipſius monaſterii de Bo-* D *noſolatio tanquam tranſlati in jus, dominium, & proprietatem dicti monaſterii de Septimo, & ad ipſum monaſterium de Septimo totaliter pertinentis, juribus omnibus reſponderi, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo.*

Actum Florentiæ in domibus hæredum Perotti Guadagni, quas inhabitat dictus dominus Epiſcopus Florentinus, præſentibus teſtibus, domino Aarone de S Miniate, & D Pariſio Plebano Plebis de Valia vicario dicti domini Epiſcopi, domino Antonio priore Eccleſiæ S Martini de Veſpiagno Florentinæ diœceſis, & aliis multis die 10. Octobris 1320. Indict 4.

Item die 11 dicti menſis, actum apud dictum monaſterium de Bonoſolatio, præſentibus teſtibus Nario Tuccii vocato Bapzo, Bartholomæo Pauli, Paulo Migliori Foroſæ, Ciarde de Spugnole, & aliis. Prælatus dominus Lapus executor, mandatum ſibi injunctum volens exequi reverenter accedens ad ipſum monaſterium de Bonoſolatio una cum D Andrea Abbate monaſterii de Septimo ipſum

præſentem, & recipientem, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, & dicto monaſterio, & conventu auctoritate dicti venerabilis patris induxit, & poſuit in corporalem tenutam, & poſſeſſionem dicti monaſterii de Bonoſolatio, & jurium, & pertinentiarum ejus ſpiritualium, & temporalium, ducendo ipſum in domos, & clauſtra, & Eccleſiam dicti monaſterii, & tradendo eidem pannos altari dicti monaſterii in manibus ſuis pro omnibus aliis bonis, locis, & juribus ad ipſum monaſterium de Bonoſolatio ſpectantibus: et dicenti eidem domino Andreæ Abbati: In omnibus, & ſingulis actibus ſuprascriptis publicè, & palam auctoritate domini Epiſcopi Florentini trado tibi recipienti pro te, & tuo monaſterio corporalem poſſeſſionem hujus monaſterii de Bonoſolatio, & jurium, & pertinentiarum ejus temporalium, & ſpiritualium, & eſto poſſeſſor eorum legitimus, & verus tanquam monaſterii ad te, & tuum monaſterium in temporalibus, & ſpiritualibus pleno jure ſpectantur. Quicquid D. Andreas Abbas nomine ſupradicto aſſeruit, & conventum monaſterii prædictum de Septimo, poſſeſſionem dicti ſui monaſterii de Bonoſolatio apprehendiſſe, ipſumque monaſterium de Bonoſolatio & virtute ſua, corpore & animo poſſidere, ſemper in principio, medio, fine, proteſtando, quod prædictam tenutam, & poſſeſſionem recipit, & acceptam, ſi etiam in quantum placebit capitulo epiſcopali, quod quidem patebit per inſpectores miſſos cum literis ſigillatis ſigillo reverendi patris Abbatis Ciſtercii, nec non prout, & ſicut Ciſtercienſis ordo permittit, & in ejuſdem ordinis privilegiis continetur. Ibidem, & ad omnia præſentibus, & conſentientibus, & volentibus dictis domino Ugone Abbate, dominis Simone, & Rogerio monachis, & conventu dicti monaſterii de Bonoſolatio.

Item eodem anno, & indictione die 29. Novembris actum Florentiæ in dictis domibus hæredum Perotti Guadagni, præſentibus teſtibus dicto D. Lapo monacho monaſterii S. Mariæ Florentinæ, & D. Salvio de Fanfulgineo capellano dicti D Epiſcopi, & aliis, dictus D. Abbas de Septimo pro ſe, & conventu dicti monaſterii de Septimo habita licentia, & beneplacito capituli generalis, de quo patet per literas ipſius D Abbatis Ciſtercii ſigillo ſigillatas, unionem, incorporationem, donationem, & omnia ſupradicta pure, & libere acceptat ſecundum quod Ciſtercienſis ordo, & ipſius ſtatuta permittunt, in præſentia dicti D. Epiſcopi Florentini ad hoc ſpecialiter conſtituti.

In Chriſti nomine Amen. Anno, & indictione prædictis, die 19. Decembris. Actum in dicto loco, & præſentibus teſtibus dicto D. Lapo, & D. Cantino Plebano Plebis de Cerreto, D. Bartolo capellano dicti D Epiſcopi, & aliis reverendis viris, D. Stephano Grandonato, Friderico, Simone, & Manno canonicis, & capitulo majoris Eccleſiæ Florentinæ, & ipſo D. Manno vices in hac parte gerente, ut dixerant, D Joannis Præpoſiti pro infraſcriptis, agendis ad capitulum, & tamquam capitulum ipſius Eccleſiæ ad præſens reſidentibus in eadem coram venerab. patre prædicto inſimul congregatis, & approbantibus, & ratificantibus ſupradicta lecta & expoſita coram eis, idem pater una cum prædictis canonicis, & cu, itulo præhabito ſuper hoc diligenti colloquio, tractatu, & deliberatione ſolemni de ipſorum canonicorũ capituli expreſſo conſenſu, & unanimi voluntate monaſterium S Bartholomæi de Bonoſolatio prædictum cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis monaſterio S Salvatoris de Septimo ſupradicto, & D. Andreæ ejuſdem monaſterii digniſſimo Abbati præſenti, conſentienti, & recipienti pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis pleno jure. Item univit, annexuit, & incorporavit unionis vinculo in omnibus, & per omnia, ut præfertur.

Exemplum Literæ venerab. Patris Abbatis Ciſtercii.

Venerabilibus, & in Chriſto chariſſimis Coabbatibus ſuis de monte Acuto, & de ſancto Galgano F. Guillelmus Abbas Ciſtercii ſalutem, & paterni favoris affectum.

Suſpice cœlum, & numera ſtellas ſi tu potes, ſic erit ſemen tuum dicit Dominus Patriarchæ. Quod chariſſimi in Chriſto filii de ordine noſtro congrue exponitur, qui Deo auctore, ex quo ſumpſit exordium, quotidie dilatatur. Reverend. itaque pater & dominus Epiſcopus de Florentia per venerab. Coabbatem noſtrum de Septimo nobis inſinuari curavit, quod ipſe inſtinctu Spiritus ſancti diſpoſuit ſe monaſterium unum de ordi-

A *ne noſtro, in epiſcopatu ſuo conſtructurum. Quocirca devotioni veſtræ committimus tenore præſentium, & mandamus, quatenus ad dictum locum una cum fratre Raynerio monacho Claravallis perſonaliter accedatis, ſi locus congruus fuerit, & facultates, & redditus ſuppetunt competenter, faciatis, quod honori ordinis, & promotioni videritis faciendum. Et quid inde feceritis, ſequenti capitulo reſeratis. Datum in Ciſtercio in vigilia beati Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ.*

Anno Domini MCCCXX. die 14. Novembris Pateat omnibus evidenter, nos fratrem Galganum Abbatem S. Salvatoris de monte Acuto, & Fr. Talentum Abbatem S. Galgani a venerabili patre, & D. D. Guillelmo Abbate Ciſtercii recepiſſe literas tenoris ſequentis, videlicet: Venerabilibus, & in Chriſto chariſſimis Coabbatibus ſuis de monte Acuto, & de ſancto Galgano Fr. Guillelmus Abbas Ciſtercii ſalutem, & paterni favoris affectum. Datas in Ciſtercio in vigilia beati Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ.

Cum ergo venerabilis pater, & D D. Antonius Dei
B *gratia Epiſcopus Florentinus prædictus D. Andreæ Abbati de Septimo ſupradictum monaſterium Nigrorum S. Bartholomæi de Bonoſolatio pleno jure tradiderit, ut patet per publicum inſtrumentum rogatum per dominum Benedictum notarium D. Epiſcopi ſupradicti, & D. Andreas Abbas de Septimo ſupradictus ſub hac conditione dictum monaſterium ſancti Bartholomæi de Bonoſolatio pleno jure recepit, videlicet ſi placebit capitulo generali & ut hoc pateat per inſpectores miſſos cum literis ſigillatis ſigillo venerab. patris domini Abbatis de Ciſtercio, nos de monte Acuto, & de S. Galgano Abbates prædicti una cum domino Raynerio monacho Claravallis prædicto, tanquam inſpectores miſſi, ut patet ſupradicto literarum tenore domini Abbatis Ciſtercii. Ideoque ego ſupradictus F. Talentus dictus Abbas S. Galgani una cum domino Raynerio monacho Claravallis ſupradicto in dicto monaſterio de Bonoſolatio ſingulariter fuimus, & diligenter loca ipſius monaſterii inſpeximus, & ea loca eſſe ad ſuſtentationem Abbatis, & conventus noſtri ordinis approbamus,*
C *& ne animus reverendi patris, ac domini, domini Antonii Dei gratia Epiſcopi Florentini diutina expectatione fatigetur, de ſufficientia dicti loci ad ſuſtentandum Abbatem, & conventum noſtri ordinis. Ego F. Galganus dictus Abbas montis Acuti, multis, & arduis negotiis impeditus ad locum prædictum accedere non valens, & volens dicti D. Florentini Epiſcopi devotioni velociter cum gaudio, & exultatione occurrere, certam habens experientiam de bonitate, & fidelitate illorum duorum dominorum, qui perſonaliter ad prædictum monaſterium acceſſerunt, per dictum locum S. Bartholomæi de Bonoſolatio una cum ſupradictis commiſſariis duximus acceptandum, ita ut deinceps Abbati de Septimo liceat unum conventum, & Abbatem inſtituere ſecundum noſtri Ciſtercienſis ordinis inſtituta. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum, una cum ſigillo domini Raynerii memorati præſentes duximus apponendum.*

Univerſis præſentes literas inſpecturis pateat evidenter, quod cum venerabilis pater D. Antonius Dei gra-
D *tia Epiſcopus Florentinus promiſit nobis fratri Andreæ Abbati de Septimo Ciſtercienſis ordinis, & ejuſdem Florentinæ diœceſis ob ſpecialem devotionem, & amorem, quem ſemper erga noſtrum monaſterium, & fratres noſcitur habuiſſe, monaſterium Nigrorum S. Bartholomæi de Bonoſolatio præfatæ diœceſis cum omnibus ſuis juribus tam ſpiritualibus, quam temporalibus noſtro præfato monaſterio de Septimo, dare, tradere, concedere, incorporare, & unire, & nos ſuper hoc ſcripſimus capitulo generali, obtinuimuſque licentiam ab eodem ipſum monaſterium de Bonoſolatio prædicto modo acceptandi, & recipiendi, ut patet ex literis reverendi patris domini Guillelmi Abbatis Ciſtercii, ſigillo prudenti munitis. Factaque inſuper fuit inſpectio, & approbatio die 14. menſis Novembris, anno Domini 1320. per venerabiles in Chriſto patres dominum Galganum de monte Acuto, & Talentum de ſancto Galgano Abbates, & per religioſum virum dominum Raynerium monachum Claravallis in partibus Italiæ viſi-*

tator ſecundum commiſſionem ipſius factam a dicto capitulo generali, prout in eiſdem D. Ciſtercienſis literis continebatur. Item D. Epiſcopus Florentinus de voluntate ſui capituli, & aſſenſu, nec non de voluntate, & aſſenſu domini Ugonis tunc Abbatis ipſius monaſterii & monachorum, videlicet dominorum Simonis, Uberti, Mauri, & Rogeris monaſterii præfati ſuam Abbatiam S. Bartholomæi de Bonoſolatio ſuæ Florentinæ diœceſis ad ipſum dominum Epiſcopum antedictum pleno jure ſpectantem cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, & bonis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, locis, & perſonis ad dictum monaſterium de jure pertinentibus, monaſterio, & Abbati prædicto ſancti Salvatoris de Septimo, dedit, tradidit, & conceſſit, incorporavit, & univit omni jure, modo, & forma, quibus melius potuit, ut patet per publicum inſtrumentum per manum Fr. Benedicti Martini notarii domini Epiſcopi antedicti. Item dictus dominus Ugo Abbas monaſterii ſancti Bartholomæi ſæpe dicti renunciavit officio Abbatiatus, ut patet ex publico inſtrumento per manum F. Aginetti de campo de ipſa renunciatione confecto. Nos vero F. Andreas Abbas præfati monaſterii de Septimo, in cujus manibus prædicta traditio, ſive conceſſio, & unio, nec non præfati D. Ugonis renunciatio, & oblatio facta eſt, cupientes ut decet auctoritate paterna, monaſterium ſancti Bartholomæi de Bonoſolatio deinceps filiam noſtram de Abbate, atque conventu reformare idoneis juxta noſtri Ciſtercienſis ordinis inſtituta, die ultima Decembris proxime ſubſequentis in noſtro monaſterio capitulo noſtro congregato conventu, & de ipſorum conſilio, de ipſis noſtris monachis in prædicto monaſterio Boniſolatii duodecim duximus eligendos, & pronunciandos tanquam capitulum & conventum monaſterii de Bonoſolatio ſæpe fato, videlicet dominos Franciſcum, Joannem primum, Bartholomæum, Guidonem, Nicolaum, Matthæum, Joannem ſecundum, Bernardinum, Laurentium, Gratiam, Paulum, & Remigium. Quibus duodecim monachis tamquam capitulo, & conventui ibidem, & coram omnibus injunximus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcepimus, ut privato commodo, odio, & amore poſtpoſito fideliter, & ſecundum conſcientiam ſibi deberent de Abbate idoneo providere. Ipſi vero mandato noſtro reverenter ſuſcepto eccleſiam ad orationem intrantes, ac ſacriſtiæ domum ad electionis negotium exercendum ſe contulerunt in partem Spiritus ſancti auxilio invocato, & ſcrutinio per nos cum ſuperiore a lectore noſtro diligenter peracto, unanimiter nullo penitus diſcordante D. Bernardum noſtri monaſterii tunc Priorem pariter elegerunt, atque in capitulo reducentes electam perſonam ſibi in Abbatē confirmaverunt, ut a nobis inſtantius petiverant. Nos autem electionem ipſam canonice, & digne, ac de perſona ſufficienti, & idonea, atque inter nos diu probata, & cognita celebratā acceptavimus, & ratificavimus, & ad majorem cautelam nihilominus eundem elegimus per nos ipſos. Et præfatum dominum Bernardum diu renitentem, ſed tandem conſentientem, de noſtra licentia, & mandato, auctoritate paterna confirmavimus, & confirmamus in Abbatem Boniſolatii antedicti, hymno Te Deum laudamus cantato, atque eidem in ſtallo Abbatis in choro, ut moris eſt, a nobis poſito, tradidimus ſigilla monaſterii prælibati cum adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium juxta morem noſtri Ciſtercienſis ordinis conſuetum. Inſuper vero poſtea nos præfatus Abbas de Septimo die 4. menſis Januarii proxime ſequentis ad dictum monaſterium ſancti Bartholomæi perſonaliter accedentes, ipſum dominum Bernardum tanquam verum, & legitimum ipſius monaſterii Abbatem, & dominos Bartolum, & Guidonem monachos, & procuratores dicti monaſterii de Bonoſolatio ad hoc ſpecialiter deputatos, nomine, & vice totius conventus in corporalem miſimus poſſeſſionem, ſicut patet in inſtrumento facto manu F. Aginetti prædicti. Præterea nos F. Andreas Abbas de Septimo attendentes paucitatem, & tenuitatem redditunm monaſterii S. Bartholomæi in Bonoſolatio ſupradictæ filiæ noſtræ, & multitudinem expenſarum ipſo initio fiendarum, necnon & laborem, & difficultatem initiandi in Chriſto monaſt., atque attendentes domum, & ædificia, quæ ruebant, & alia quamplurima neceſſaria, de voluntate totius noſtri conventus in capitulo congregati die ultima menſis Decembris antedicti anni, nullo penitus diſſentiente providere eiſdem promiſimus ſufficienter toti conventui in prædicto monaſterio de Bonoſolatio, ſicut noſtris tam in veſtimentis, & calceamentis, quam etiam in alimentis in domo noſtra Florentiæ, necnon & infirmatorio noſtro ad expenſas noſtri monaſterii de Septimo, uſquequo ipſi bene ſufficienter fecerint ſibi de ſuis redditibus provideri. Et ad hæc omnia obſervanda Abbatis, & conventus conſcientia remaneant obligata. Poſtea vero ſub anno Domini 1321. die 17. menſis Junii ad perpetuam pacem, & tranquillitatem utriuſque conventus, & ut materia murmuris evitetur, deliberavimus dare prædicto Abbati de Bonoſolatio pro ſupradictis veſtimentis, & calceamentis pro perſona ſua, & duodecim monachorum ad rationem librarum quindecim pro quolibet monacho, & lib. 20. pro perſona ſua. In ſumma lib. 200. Florentinorum pro vobis, quolibet anno de menſe Maii, & hoc tanto tempore fiat eis, quouſque poſſint de ſuis propriis redditibus ſe veſtire, vel quouſque augere incipiat numerus duodecim monachorum. Præſtavimus etiam eis florenos aureos 100. pro termino quinque annorum ſub iſta conditione, quod ſi non poſſent eos reddere infra dictum tempus, teneantur ipſi ſolvere uſuras ab illo tempore ultra.

In quorum omnium teſtimonium ſigillum duximus apponendum, & in libro ſolemni conventus deſcribi mandamus ſub anno Domini 1320. 30. die menſis Decembris.

Poſt hæc autem, & alia egregia opera Antonius Urſus deceſſit anno 1321. menſe Julio, ſepultus in cathedrali in marmoreo tumulo, nulla inſcriptione exornato, quod Franciſcus de Barberino, vir eximius ejus conſanguineus ibidem parari juſſerit. Quo tempore Ravennæ obiit Dantes Aligerus poeta noſter: ibidem jacet ad ſanctum Franciſcum cum hoc epitaphio.

Jura Monarchiæ ſuperos, Phlegethonta, lacuſque
Luſtrando cecini, voluerunt fata quouſque.
Sed quia pars ceſſit melioribus hoſpita caſtris,
Auctoremque ſuum petiit felicior aſtris:
Hic claudor DANTES patriis extorris ab oris,
Quem genuit parvi Florentia mater Amoris.
Obiit anno ætatis lvi. M.CCC.XXI.

In Metropolitana Florentina ejuſdem poetæ vetuſta effigies in tabula depicta vaticinantis habitu ſpectatur, ſubſcripto hoc epigrammate.

Qui cœlum cecinit, mediumque, imumque tribunal:
Luſtravitque animo cuncta poeta ſuo:
Doctus adeſt DANTES, ſua quem Florentia ſæpè
Senſit conſiliis, & pietate patrem.
Non potuit tanto mors ſæva nocere poeta,
Quem vivum virtus, carmen, imago facit.

Cæterum poſt Antonii obitum in Florentina ſede duorum omnino annorum extitit interregnum. Cujus diuturnioris vacationis cauſam mihi probè videor eruiſſe ex quodam diplomate Joannis xxii. Pontificis, quod adhuc in archivio Archiepiſcopali aſſervatur ſexto anno eiuſdem pontificatus procuſum, caditque prorſus in annum 1321. die 29. menſis Julii, quo Pontifex cavet, ne collegiatarum deinceps capitula ſibi crearent Epiſcopos, trahitque ius illud electionum ad Apoſtolicam ſedem, cuius arbitrium eccleſiæ illæ videbantur intueri. Quamobrem cum Pontifex ſemel illud ius ſuum decreto firmatum defenderet, capitulum autem Florentinum ad antiquam libertatem in eligendo reſpiceret, Vvilielmumque Freſcobaldum, tum & Fridericum de Bardis Præſules ſucceſſivè renunciaſſet, tametſi, abnuente Pontifice, irrito conatu, ex illa contentione factum crediderim, cur duo anni Pontifice vacui decurrerint. Subiiciemus autem diploma, ut unde hoc hauſimus, liquidius perſpiciatur.

JOANNES EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

In Apoſtolicæ ſollicitudinis ſpecula ſuper univerſas orbis eccleſias divina providentia, quamvis immeritis

con-

conſtituti, ad hoc deſideriis promptis intendimus, & ferventibus ſtudiis laboramus, ut eccleſiæ paſtorum regiminibus deſtituta non precum oppreſſorum incurſibus, nec in ovile dominicum per impreſſionem nefariam, & precacem potentiam minus canonicè habeatur ingreſſus. Statu igitur Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, aliarumque collegiatarum eccleſiarum, necnon Abbatiarum, monaſteriorum, & aliorum locorum regularium, ad quorum regimina per electionem Prælati conſueverunt aſſumi, tam in terris Italiæ Eccleſiæ Romanæ immediatè ſubjectis, quam in Patriarchatu Aquilejenſi, necnon in Mediolanenſi, Ravennatenſi, Januenſi, & Piſano provinciis, & in tota Tuſcia conſiſtentium, quas, & quæ frequenter, prout experientia docuit retroactis temporibus, & hucuſque continuata malitia temporis in earum proviſionibus variis cognoſcitur diſcriminibus ſubjeciſſe, noſtræ mentis obtutibus occurrente, ac propterea ſimilibus in poſterum obviare periculis, donec faciente Domino ſublata procella temporis impacati, ejuſdem Eccleſiis, & perſonis, ipſarumque plena in eligendo ſecuritas miniſtretur, ſollicitis affectibus cupientes, proviſiones omnium Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, & aliarum quarumlibet Eccleſiarum collegiatarum ſecularium, necnon Abbatiarum, monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum quorumlibet piorum locorum, conſiſtentium in terris, Patriarchatu, & provinciis ſupradictis, ad quas, vel quos, ſeu quæ Prælati conſueverunt, ſeu debent per electionem aſſumi, diſpoſitioni, & ordinationi noſtræ, & ſedis Apoſtolicæ de fratrum noſtrorum conſilio, uſque ad ejuſdem ſedis beneplacitum, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine reſervamus, auctoritate Apoſtolica univerſis Eccleſiarum, Abbatiarum, monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum prædictorum, capitulis, collegiis, conventibus, & perſonis diſtrictius inhibentes, ne in eiſdem ad aliquam electionem, nominationem, poſtulationem, ſeu proviſionem quamcumque, cum tempus vacationis ingruerit, vel ſi fortè imminent de præſenti procedere quoquomque modo præſumant, abſque ſedis ejuſdem auctoritate, & licentia ſpeciali. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quicquam contra reſervationem, & inhibitionem noſtras hujuſmodi a prædictis capitulis, collegiis, conventibus, & aliis quibuſcumque perſonis, quavis auctoritate ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ reſervationis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere, &c.

Datum Avenione 3. Kal. Auguſti, pontificatus noſtri anno 6.

Inſecuto item anno 1322. Florentina Eccleſia adhuc paſtore vacante, idem Joannes Pontifex, ad publicæ Florentinæ rei poſtulata, eccleſiaſticos coegit, ut pro rata portione, reficiendis civitatis muris concurrerent, in cujus rei executionem, has ſubjectas bullas ad Epiſcopos Volaterranenſem, ac Piſtorienſem direxit.

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Venerabilibus fratribus Piſtorienſi, & Volaterranenſi Epiſcopis, ac dilecto filio Priori fratrum Prædicatorum Florentiæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex parte dilectorum filiorum communis Florentiæ nuper fuit expoſitum coram nobis, quod cum civitas Florentiæ murorum careat ambitu in aliqua ſui parte, propter quod ſuorum patebat periculosè nimium aggreſſibus æmulorum, ipſi tam dictæ civitatis, quam diſtrictus ejuſdem incolis volentes ſuper hoc ſalubrius providere, partem ipſam murorum præſidio communire decreverint. Sanè quia conſideratis honoribus variis, quibus tam pro defenſione civitatis ejuſdem, quam pro ſubſidiis Eccleſiæ, ac fidelibus illarum partium impenſis, ac etiam impendendis adeo commune prægravatur prædictum, quod ad ea non ſufficiant vires ejus, nobis fecerint humiliter ſupplicare, ut partes eccleſiaſticas, totumque clerum civitatis, & diœceſis Florentinæ, tam exempti, quam non exempti ad præſtandum moderatum ſubſidium in conſtructione dictorum murorum convertendi compelli mandemus. Nos itaque quantum eccleſiam, clerumque deceat civitatis, & diœceſis Flo-
A *rentinæ ſalus ejuſdem civitatis contingat, conſiderantes attentè, illamque non indignè intenſis deſideriis affectantes, dilectis filiis Eccleſiæ Florentinæ ad præſens paſtore carentis damus aliis noſtris certi tenoris literis in mandatis, ut præmiſſa cogitantes ſollicitudine tam ipſi juxta menſæ epiſcopalis ejus Eccleſiæ facultates de moderato ſubſidio in conſtructione hujuſmodi ſubvenire, quam partes eccleſiaſticas exemptas, & non exemptas deceat civitatem, & diœceſim faciendum, ac eos inducere, & ſi opus fuerit compellere non omittant. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolicam ſcripturam committimus, & mandamus, quatenus vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios, tam prædictos vicarios, quam perſonas alias eccleſiaſticas exemptas, & non exemptas civitatis, & diœceſis prædictarum, ſi, & quando præfatus vicarius circa præmiſſa ſe redderet tepidum, & remiſſum, ad ea compellere per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita ſtudeatis, non obſtantibus, &c. Si eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diviſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint*
B *per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, eorumque ordinis, & perſonis, & nominibus propriis mentionem.*

Datum Avenione 7. Idus Martii, pontificatus noſtri an. 7.

Sed pene mente exciderat, quod Antonius Epiſcopus, in quo capituli electio ceſſavit, cum eſſet eximia in omnes liberalitate clarus, morte præventus pauper apparuit, vel nihil, vel parum apud ipſum inventum eſt; res enim ſuas non modo, dum viveret, Franciſco de Barbetino conſanguineo ſuo, aliiſque dono dederat, verum & pecunias, quas in ſubſidium Terræ ſanctæ collegerat, dum Nuncii, & ſpoliorum collectoris per Hetruriam, munere fungeretur, effuſa liberalitate diſperſit in pauperes. Id cum in grave Apoſtolicæ ſedis damnum actum intellexiſſet Joannes XXII. Florentiæ Petrum de Banis Archidiaconum de Combralla, ac Petrum Raymundi Ordinis Prædicatorum Procuratorem, ſuos ſpeciales direxit Nuncios, ut in ejuſdem Epiſcopi bonorum detentores, abſque judicii figura proce-
C dentes, pecunias Apoſtolico ærario debitas recuperarent. Horum acta aſſervantur in archivio Feſulani epiſcopatus, in quibus Joannis Pontificis bullæ ab originali hiſce verbis conceptæ reperiuntur.

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Petro de Banis Archidiacono Combrallæ in Eccleſia Lemovicenſi, & Petro Raymundi ordinis Prædicatorum, ejuſdem ordinis procuratori, Apoſtolicæ ſedis Nunciis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Accepimus nuper inſinuatione fideli, quod licet bonæ memoriæ Antonius Epiſcopus Florentinus decimam redditaum, & proventuum Eccleſiaſticorum impoſitam dudum per ſex annos in concilio Vienn pro ſubſidio Terræ ſanctæ auctoritate apoſtolica in hac parte ſibi commiſſa per ſe, & ſubcollectorem, ſeu ſubcollectores deputatos ab eo in civitate, & diœceſi Florentina duxerit colligendam, demum tamen eodem Epiſcopo de præſenti vita ſublato, ipſius pecunia decimæ, propter negligentiam per eumdem Epiſcopum in ipſius pecuniæ commiſſa cuſtodia reperiri
D *non poteſt in ipſius Terræ ſanctæ grave diſpendium, & præjudicium manifeſtum. Cum igitur quædam immobilia bona per dictum Epiſcopum ſuo proprio, & privato nomine, & non nomine Florentinæ, vel alicujus alterius Eccleſiæ per ſe, vel per alium, ſeu alios empta, vel aliter acquiſita, dum viveret, quæ ad quoſdam ipſius Epiſcopi conſanguineos poſt ejus obitum pervenerunt, ac non etiam diverſa bona mobilia, quæ fuerunt Epiſcopi memorati, quæ omnia obligata Romanæ Eccleſiæ prædicta decimæ remanſerunt, pro certa parte ad quoſdam de conſanguineis ſupradictis, & quædam ad familiares quoſdam ipſius, & pro reliqua parte ad executores teſtamenti ejuſdem Epiſcopi, & quoſdam alios perveniſſe dicantur, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios ſuper iis ſimpliciter, & de plano, ſummariè ſine ſtrepitu, & figura judicii, vos plenius informatos, prædicta tam immobilia, quam mobilia bona, ſive in pecunia, vaſis argenteis, jocalibus, libris, utenſilibus,*

ac quibuſdam aliis rebus conſiſtent, vobis nomine noſtro, & ejuſdem Eccleſiæ Romanæ faciatis pro ſatisfactione dictæ decimæ integraliter aſſignari; eos ad id ſi neceſſe fuerit per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellendo. Quod ſi forte prædicta immobilia, & mobilia bona non ſufficerent ad ſatisfactionem integram decimæ ſupradictæ, vos reſiduum, quod ſuper hoc deeſſe contigerit, facientes vobis per capitulum dictæ Eccleſiæ de bonis menſæ epiſcopalis ejuſdem Eccleſiæ cum integritate suppleri, & ſine diminutione perſolvi, ad id prædictum capitulum cenſura ſimili compellendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, facientes eos, qui excommunic. ſententiam propter hoc per vos proferendam incurrerint, in majori Eccleſia Florentina, & aliis Eccleſiis, & locis Florentinæ civitatis, & diœceſis, de quibus expedire videritis nominandis, excommunicatos publicè nunciari. Non obſtante, ſi eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diviſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod de iis, quæ pro dicta decima receperitis a detentoribus, & executoribus antedictis, eos quitetis, & etiam abſolvatis.

Datum Avenion. xii. Kal. Auguſti, pontificatus noſtri anno ſexto.

JOANNES EPISCOPUS,
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Petro de Banis Archidiacono Combralla in Eccleſia Lemovicenſi, & Petro Raymundi ordinis fratrum Prædicatorum, ejuſdem ordinis procuratori, Apoſtolicæ ſedis Nunciis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Accepimus nuper inſinuatione fideli, quod licet bonæ memoriæ Antonius Epiſcopus Florentinus decimam redditnum, & proventuum eccleſiaſticorum impoſitam dudum per ſex annos in concilio Vienenſi pro ſubſidio Terræ ſanctæ, auctoritate apoſtolica in hac ſibi parte commiſſa per ſe, vel ſubcollectorem, aut ſubcollectores deputatos ab eo in civitate, & diœceſi Florentina duxit colligendam. Demum tamen eodem Epiſcopo de præſenti vita ſublato, ipſius decima pecuniam per eos, apud quos depoſita fuerat per eundem, in ipſius Terræ ſanctæ diſpendium, & manifeſtum præjudicium occultatur. Nos igitur ad recuperationem ipſius pecuniæ diligentia diſcretionis veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alterum per vos, vel alium, ſeu alios, generaliter in majori, & aliis eccleſiis Florentinis, univerſos, & ſingulos ipſius pecuniæ detentores, ac ſcientes detentores eoſdem, tam clericos, quam laicos, cujuſcumque conditionis exiſtant, ex parte noſtra monere curetis, ut in terminum peremptorium competentem, quem eis ad hoc duxeritis præfigendum, iidem detentores prædictam pecuniam nomine noſtro, & Eccleſiæ Romanæ integrè vobis reſtituant, & conſignent, ipſique ſcientes vobis detentores prædictos ſtudeant revelare, alioquin elapſo termino in detentores, & ſcientes prædictos generalem excommunicationis ſententiam proferatis, facientes illam in prædictis, & aliis Eccleſiis, & locis Florentinæ diœceſis, de quibus vobis videbitur, quoties, & quando credideritis expedire, ſolemniter publicari, non obſtante, ſi eis, vel eorum aliquibus communiter, vel diviſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem quod eos, per quos fiet reſtitutio pecuniæ decimæ ſupradictæ, de ſumma illa quam vobis reſtitui contigerit, quietis, & etiam abſolvatis.

Datum Avenione Kalen. Auguſti Pontificatus noſtri anno ſexto.

Quomodo vero Franciſcus de Barberino ab Apoſtolicis Nunciis moleſtiis ſe exemerit, ita docent acta prædicta. *Conſtitutus coram dominis collectoribus D. Franciſcus de Barberino ſe excuſando a dicta inquiſitione dixit, quod ad eum de bonis, de quibus inquiritur, nihil pervenit, nec de ipſis quicquam habet; tamen dicit quod credebat, ut quæ repetitionis quam fecerunt, & faciunt dicti domini collectores de dictis bonis, quamvis ad eum mobilia ſi quid habuiſſent, quod negat, licite potuiſſe habere virtute cujuſdam donationis ei factæ a bona memoria D. Antonio olim Epiſcopo Florentino, & etiam vigore & occaſione cujuſdam ſummæ pecuniæ, quam dictus dominus Franciſcus dederat certis pauperibus, qui adhuc vivunt, ad preces dicti domini Epiſcopi promittens ei reſtituere, & quam ipſe dominus Epiſcopus tenebatur ſibi reddere, ſecundum quod ſcriptum fuit in teſtamento d. D. Epiſcopi, & etiam occaſione magnæ pecuniæ quantitatis, quam ipſe Franciſcus de ſua propria pecunia impendit, & pro exequiis & ſepultura, & ſeptima pro anima, & funere, & circa funus d. D. Epiſcopi, & in debitis, quæ habebat tempore mortis d. D. Epiſcopi, & in quodam ſepulchro fabricato pro corpore d. D. Epiſcopi coram tunicis pauperum, & pro proviſione facta, & ſolutione ſalariorum familiarium ejus, & in ſatisfactione facta medicis, & pro medicinis, & victu familiæ tempore infirmitatis d. D. Epiſcopi, & multis aliis, de quibus ad mandatum dictorum dominorum legatorum poſſunt inſtrumenta publica oſtendi.*



44 FRANCISCUS de Silveſtris è Cingulo, antiqua Marchiæ civitate, nobili genere ortus, Baldi ex Petra Varana filius, J. U. inſignis doctor, ſacrarum literarum ſtudiis eruditus, morum ſuavitate ſingularis, eloquentia, pietate, conſtantia, ac in rebus agendis, iis difficillimis temporibus, eximia prudentia commendandus, qui licet maxima cum laude Senogallienſi primum Eccleſiæ, poſtea Ariminenſi præeſſet, ac prodeſſet, à Joanne tamen XXII. in gratiam Reip. Florentinæ ad hanc eccleſiam translatus eſt anno 1323. ut perſpicue ex diplomatibus ad ipſum, aliiſque directis eruitur in Vaticano Regeſto. XLIV

Venerabili fratri Franciſco Epiſcopo Florentino Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad providentiam Apoſtolicæ Sedis, &c. Olim ſiquidem bonæ memoriæ Antonio Epiſcopo Florentino Eccleſiæ Florentinæ ad eandem Romanam Eccleſiam nullo mediante pertinentis regimini præſidente, nos cupientes ipſi Eccleſiæ Florentinæ, cum eam per ipſius Epiſcopi obitum, vel alio quovis modo vacare contingeret, per ejuſdem ſedis providentiam, perſonam devotione probatam, & alias idoneam per fidem, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ Florentinæ, cum ſic vacaret, diſpoſitioni noſtræ, ac ipſius ſedis duximus reſervandam, decernendo ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hoc per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Poſtmodum vero dicto Epiſcopo in illis partibus viam univerſæ carnis ingreſſo, nos attendentes, quod nullus præter nos de ordinatione ipſius Eccleſiæ Florentinæ ſe hac vice intromittere poteſt, reſervatione hujuſmodi obſiſtente, de præficiendo eidem Eccleſiæ Florentinæ, ne prolixioris vacationis exponeretur incommodis, utilem, approbatamque perſonam cogitare cœpimus diligenter, & poſt deliberationem, quam cum fratribus noſtris ſuper hoc obtentam, hujuſmodi demum tuarum recenſentes virtutum merita nobis, & eiſdem fratribus non ignota, quæ te nobis, & ipſis acceptabilem repræſentant, ad perſonam tuam oculos convertimus noſtræ mentis, quibus omnibus debita medita-

tione

Digitized by Google

tione diſcuſſis, te a vinculo, quo Eccleſiæ Riminenſi, cui tunc præeras, tenebaris, de fratrum prædictorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, te ad Eccleſiam Florentinam transferimus antedictam, teque ipſi Eccleſiæ Florentinæ præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Florentinæ tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, liberam tibi dantes licentiam ad ipſam Eccleſiam Florentinam tranſeundi, &c.

Datum Avenione id. Martii anno domini 1323. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Anno 1325. cura, & beneficio Franciſci Epiſcopi celebre Ciſtercienſis Ordinis cœnobium S. Mariæ Magdalenæ de Ciſtello in hac urbe ad Pintianam portam initium ſumpſit, primoſque ad illud inhabitandum monachos miſit Andreas Abbas Septimianus ex proprio ſuo cœnobio: de qua re noſter eruditus Baccetius lib. 3. Sept. Hiſt.

Anno 1327. In Cathedrali ſaluberrimam Franciſcus ſynodum celebravit, in qua ut optimis decretis cleri prolapſos mores opportuniſſime caſtigavit, ſic deterrimum illum jugulavit abuſum, quo ab eccleſiarum rectoribus prædabundus populus in die Nativitatis, ac Reſurrectionis Domini nomine ſtrenæ, ita violenter extorquebat, ut rapientium plerumque manus non tam præda repleret, quam vim vi repellentium fœdiſſime cruore maderent. Franciſcus igitur contra raptores minaciſſime edixit, compeſcuitque furorem. Res quia abunde docet, quam ſemel contempti abuſus in ſcelus degenerent, mihi ſane digna viſa eſt, quæ ex cataſto Septimiani Archivii pag. 203. ex fide deſcripta, hic ad perennitatem facti ſubiiceretur.

Franciſcus miſeratione divina Epiſcopus Florentinus, ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum.

Cum paſtoralis officii facit nos de ſubditorum noſtrorum gubernatione ſollicitos, ut de illorum ſalute, ſtatuque ſalubri, meditatione anxia cogitantes, illis quæ ſalubria fuerint &c. De immunitate Eccleſiarum &c. Quia in plerisque locis nobis ſubjectis, nonnulli tam mares quam mulieres noſtræ juriſdictioni ſuppoſiti rectoribus Eccleſiarum in feſtivitatibus Natalis, & Reſurrectionis Domini, & certis aliis diebus, prætextu quarundam abuſionum, quæ verius dicuntur corruptelæ, artocreas, ſeu tortas, agnellos benedictos, panem, & vinum, & nonnulla alia, & caſeatas ſecundum temporis qualitatem, non ex devotione, ſed quadam indevotione, vel potius per ingluviem exigunt, & extorquent, ac in dictis feſtivitatibus & diebus officiales in parochiis conſtituunt, qui panem, & vinum à rectoribus eccleſiarum recipiunt, exigunt, & extorquent, rapiunt, & conſumunt non ſolum inter volentes recipere diſtribuendo, ſed & panem canibus projiciendo, & vinum quod bibere non poſſunt, per terram fundendo, & etiam vaſa ipſorum frangendo, quibus deinde ebrietas inſurgit, & fiunt rixæ inter eos, de quibus multoties homicidia, & mutilationes membrorum ſequuntur, & iis non contenti, aliis diebus ex debito petunt ſibi dari, & fieri convivia, velint nolint, per rectores prædictos: & cumulantes mala malis, & pejora peſſimis in non modicam Dei offenſam, & Sanctorum ipſius contra canonica inſtituta pro libito voluntatis, & multoties contra voluntatem rectorum, nec non in eorum animarum periculum, & ipſorum rectorum, & eccleſiarum non modicum detrimentum, in eccleſiis aliquibus, & piis locis tam civitatis, quam diœceſis operarios conſtituunt, ſeu guardianos, œconomos, ſeu decimatores, ſeu quocumque alio nomine officiales conſtituunt; qui bona, oblationes, redditus, proventus dictorum locorum, & eccleſiarum recipiunt, quæ recepta expendi in utilitatem eorundem deberent, & ſervitores, qui ſerviunt in divinis miniſteriis rapiunt, dividunt, & conſtituunt, in quibus ſibi judicium plus laudatur, qui plures inebriat potatores, & calices fœcundiores exhaurit, & in eiſdem monſtruoſa faciunt, quæ propter horrorem recitatione digna non exiſtunt, expendunt, diſtrahunt, & conſumunt, & ſuper loca conſacrata, & altaria, ubi etiam appropinquare non debent, irreverenter in contemptum Dei, & ſanctorum accumbunt, miniſtris divinorum excluſis, qui debent divinum officium exercere, ex quibus divinus cultus diminuitur, laudes ſubtrahuntur Creatori, errores pullulant, & infidelitas augmentatur. Unde volentes tantæ peſti, & abuſibus, in quantum de jure poſſumus, obviare, conſiderantes quod tanto ſunt graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent obligatam, præſentis conſtitutionis &c. monemus omnes & ſingulos tam mares, quam fœminas, clericos, & laicos, cujuſcunque ordinis, & ſtatus exiſtant, noſtræ juriſdictioni ſubjecti, quacumque de cauſa pro primo, ſecundo, & tertio termino peremptorio edicto, eiſdem, & eorum cuilibet ſub excommunicationis pœna nihilominus inhibentes, ne de cætero poſtea dictarum abſolutionum, ſeu alio quocumque quæſito colore prædicta, vel aliqua prædictorum facere, ſeu exercere directe, vel indirecte, vel a rectoribus eccleſiarum extorquere præſumant. Et ſi aliquis, vel aliqui de jure, vel conſuetudine prædicta, vel aliquid prædictorum forte ſibi competere dicerent in menſem, nobis, vel noſtro vicario de iis faciant plenam fidem à die publicationis præſentis conſtitutionis. Alioqui qui contrarium fecerint, dictam excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto, quam ex nunc, prout ex tunc in eos, & quemlibet ipſorum damus, & ferimus in his ſcriptis, a qua nolumus ipſos, vel ipſorum aliquem poſſe abſolvi, niſi prius ipſis Eccleſiis, locis, & rectoribus ſuper prædictis integre ſatisfaciant de injuria, & damnis in quolibet intereſſe, & operi B. Reparatæ pro quolibet ſolverint 20 libras . . . . .

Mandantes inſuper omnibus eccleſiarum rectoribus, ſub pœna excommunicationis, & etiam 50 librarum dictæ monetæ, ut prædicta, ſeu aliqua prædictorum prædictis, vel alicui ipſorum de cætero talia committenti, vel conſentiant, ſeu exhibere præſumant. Caſſantes, & annullantes, ſicut de jure nulla ſunt, omnes contractus, pacta, & conventiones contra præmiſſa, vel aliqua præmiſſorum facta, vel habita quoquomodo, decernentes ab obſervatione præmiſſorum, vel alicujus ipſorum paciſcentes, contrahentes, & convenientes aliquatenus non teneri, etiamſi fuerint juramento vallati, a quo illicito juramento eos abſolvimus, & in ſuper notificamus dictis rectoribus, & eorum ſingulis, qui ſuper iis annis ſingulis diligenter inquiſitionem fieri faciemus, & quos ſuper prædictis, vel aliquo prædictorum culpabiles invenerimus, exigi cum effectu. Ita ut quos Dei timor a malo non revocat, ſuper prædictis temporalis ſaltem pœna coerceat in hac parte. Publicatæ fuerunt dictæ conſtitutiones anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſeptimo, die ſeptima menſis Auguſti, D. Epiſcopi ſupradicti.

Ego Guillielmus de Caſtro Florentinus Fr. Joannis notarii filius Imperiali auctoritate judex, atque notarius prædictus, ex conſtitutionibus d. D. Legati, & Epiſcopi exiſtentibus penes procuratores cleri Florentini pro ipſo clero retinentibus, ſumpſi, & fideliter exemplavi, & in publicam formam redegi, ideoque me cum ſolito ſigno ſubſcripſi.

Hujus Epiſcopi temporibus corpus S. Zenobii in veteri catacumba repertum eſt, inque novam ſolemni pompa translatum, ut ſincere narrat Villanus, atque ejus caput argentea theca honorifice ab ipſo conditum ad hæc uſque tempora magna veneratione colitur. Liberalitatis, ac pietatis ipſius non modica adhuc extant veſtigia, crux videlicet, & candelabra argentea, non exigui ponderis, auro, & lapidibus intertexta, nec non avito ſtemmate inſignita. Deceſſit autem Franciſcus anno Domini 1341. die 21. menſis Octobris, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Flore. Ejus gentilitia ſtemmata nigrum continent Scorpionem in aureo campo, ut in antiquo libello M. S. conſtitutionum ejuſdem in principio obſervavimus depictum. Aſſervatur codex in Archiepiſcopali Archivio. Gentiles vero ejus nobiles de Silveſtris in Templo Cingulano S. Mariæ in Valle viridi è conſpectu paternarum ædium poſito de jure patronatus eorumdem, olim a majoribus excitato, & a Franciſco Epiſcopo reſtituto, ne tanti viri memoria de familia, deque Romana Eccleſia benemeriti injuria temporum deperiret, hoc ei Cœnotaphium honorarium poſuere, in quo ejuſdem pro patria, proque Eccleſiaſtica Republica pia, illuſtriaque facinora recenſentur.

Cum ante Ludovicum Bavarum nulla, aut pauciſſima in Italia extent monumenta,
ac Franciſci de Silveſtris de Cingulo pri-

A

mus Epiſcopi Senogallienſis, tum Ariminenſis, deinde Florentinus, prout ad levandas temporum ærumnas ſummi Pontifices ille utebantur, præclariſſimis meritis iniuria, aut fraus ublivione inferatur, pauca hæc ad patriæ decus, contra quam, eo vindice, nemo eſt auſus, & penes quam, quead vixit, ſemeſtrem ſibi eligendi gubernatorem jus fuit, gentiles ipſius in appoſitis utrinque tabulis recenſenda curarunt. Sedem Apoſtolicam tunc Avenione commorantem a ſubjectorum fide deſtitutam ope, & conſilio ſæpius adjuvit, multas urbes, quæ ab illa defecerant, aut in ejus ditionem ſui nominis auctoritate redegit, aut armis debellavit: Senis inter primates maximas inimicitias a Joanne XXII. delegatus compoſuit: Faventes tumultus ſedavit: patriam a tyrannis frequenter occupatam, iis ſublatis ſummi Pontificis obedientiæ reſtituit: ejuſque ſummam ſibi, ſuiſque ob rerum viciſſitudines a Pontifice, & ab Imperatore crebro delatam recuſavit; plura in Picene oppida, quæ accipere imperium renuebant, ſubegit; Senogalliam, Piſaurum, Ariminum, & finitima loca ab oppreſſoribus turbiſque liberavit. Ipſum Ludovicum Bavarum ſchiſmaticum Imperatorem Italiam devaſtantem, & Florentiam obſidione prementem, dum cives deditionem agitant, ſubtractis eidem octuaginta gravis armaturæ equitibus fugatum ſummovit. Legibus, & muneribus egregiis Epiſcopatum, & ſubjectos populos ornavit. Caput ſancti Zenobii argentea theca condidit. Suos conſanguineos ad evitandam falſi Imperatoris iram tota palantes Italia Florentiam reduxit: eoſdem exemplo ad probitatem, humanitatem, liberalitatem excitatos docuit ſubjectis parcere, miſeris non indignari, oppreſſos erigere, ferre adverſa, & ardua, quando opus fuerit, aggredi.

B

C

Ioſcriptio ſoper portam Templi.

Templum de immemorabili jure patronatus familia de Silveſtris, quod Franciſcus ejuſdem familia Epiſcopus Florentiæ anno ſalut. M. CCC. XXIV. bellorum vi pene dirutum reſtituit. Inde novis temporum procellis poſſeſſionibus ſpoliatum Baldonus pronepos, anno MCCCLXXX. domo, agris, ſupellectile auxit. Tertio Raymundus longiſſima ætatis injuria labefactum inſtauravit. Sebaſtianus Raymundi F. ornatum, cenſuque inſtructum in hanc formam redegit An. M. D. C X.

Poſt obitum autem Franciſci clericalis ſenatus Philippum Antellenſem clegit io Præſulem, idem ille ipſe, qui poſtea Florentioam ſedem obtinuit, licet tonc Benedictus XII. illius electionem non probaverit, tamquam ſe invito illam produxiſſent ex orna.

D

Franeiſci tempore Jottus Floreotinus picturæ inſtaurator, & qui turrim exſtruxit, quæ proxime templum maximum centum, & quadragiota quatuor ulnarum exurgit, anno 1336. è vita deceſſit, ſepultus io eodem templo, prope monumentum Philippi Brunelieſchi cupulæ exſtructoris; in quo hi verſus a Politiano ſcripti leguntur.

Ille ego ſum, per quem pictura extincta revixit,
Cui quam recta manus, tam fuit & facilis.
Naturæ deerat, noſtra quod defuit arti,
Plus licuit nulli pingere, nec melius.
Miraris turrem egregiam ſacro ære ſonantem,
Hæc quoque de modulo crevit ad aſtra meo.
Denique ſum Jottus, quid opus fuit illa referre?
Hoc nomen longi carminis inſtar erat.

A

Obiit anno 1336. Cives PP. B. M. an. 1490.

Eodem etiam anno, quo Franciſcus in vivis eſſe deſiit, ad cœlum evocata eſt B. Juliana Falconeria, B. Alexii Falconerii diſcipula, qui anno ætatis decimotertio ſupra ceoteſimum, Chriſti vero 1310. apud montem Seoariom obdormivit in Domino, ubi eom aliis ſex Servitanæ religionis fundatoribus quieſcit. Ex hac nobili familia hodie ſupereſt Lælius S. R. E. Presb. Card. Bononiæ legatus.



B

45 ANGELUM tandem Acciajolum *a*, nobilem Florentioum, Ordiois Prædicatorum, filium Montis Mannini, opportune ſubſtituit Pontifex. Hic io Cœnobio S. Mariæ Novellæ vota ouncupaſſe narratur, homo doctus, & ſapiens, quique prius Aquilaois divinum jus dixerat, quam ad patriæ ſedem fauſta bonorum omnium acclamatione deveheretur, a Clemente VI *b*. anoo 1342. 6. Kal. Julii Pontif. primo, ex Reg. Vatic. Epiſt. 16. Hic ille Angelus Acciaiolus eſt, qui oon modo ignobili in clauſtro non emarcuit otio, ſed etiam inde tantum roboris viſus eſt attuliſſe, ut Gualterium Athenarum ducem Floreotinorum Tyraonum a cervicibus civium ſuo conſilio, prudentiaque depulerit, iοterque tredecim cives, laxatam reordinaturus Rempublicam, ſederit. Nec minous ſapieoter ſibi concreditam Eccleſiam rexit, uſque ad annum 1345 *c*. in quo qoidem anoo, ultro, libenſque abivit munere, translatuſque deinde eſt ad Eccleſiam montis Caſini, ejuſque conſiliis adeo Neapolitanus Rex uſus eſt, ut exorbitare in civili admioiſtratione ſibi videretur, ſi inconſulto Angelo expediret negotia. Rogerio Fulgioate canonico, in utroque jure conſultiſſimo viro, vicario uſus eſt. Ipſe mooaſterium S. Mioiatis ad puriores mores reformavit, ſanctique Michaelis de Garza veteri perantiquum ſacellum Cœnobii Boniſolatii voluit juriſdictionis eſſe. XLV

C

Neapoli tandem Angelum vita functom anno 1357. Ludovicus Rex nobili pompa extulit ad ſepulchrum. Ejus vitam ſcripſit lucalenter Joaones Carolus Floreotinus, quæ extat M. S. in Cœnobio S. Mariæ Novellæ: Leander Albertus lib. de viris Illuſt. Ord. Præd. Michael Pius, aliique recentiores, ejuſdemque meminit Jo: Villanus, Leonardus Aretinus, Volaterranus, Bzovius, & catalogus Præſulum montis Caſini. De familia vero Acciajola legeodi ſunt Ferrantes de Mara dux Guardiæ de familiis Neapolitaois, & Vincentius Acciajolus; cujus generis arborem habet Scipio Ammiratus io libro de familiis Florentinis, & eruditus Jacobus Gaddus in Elogiis Nerii, & Antonii fratrum Athenarum ducum, ſic & noſter Verinus de ea cecinit.

D

Azarola domus grandi referenda Camœna
Brixienſes attingit avos, fortiſque metalli
Nomen habet, chalybem patrio ſic ore vocamus.
Omnibus hæc laudis titulis clariſſima fulget,
Cadmeas rexit Mavertia mœnia Thebas,
Cecropiaſque arces tenuit, bimaremque Corinthum.
Huic quoque Parthenopes tribuit Ludovicus habenas;
Carthuſia hujus opus moles pulcherrima templi,

a De Fontana de Rom. Prov. p. 320. Rovetta de viris Illuſt. Ord. Præd. p. 52. Mand.
b Breve Clementis VI. Capitulo Florent. ſcriptum de Angeli Electione legitur inſertum in Protocollo Bonaccurſii Gerini p. 63. exiſtente in Archivo generali Florent. Salvinus.
c 1355. hoc enim anno Angelus translatus eſt à Florentina Eccleſia ad montem Caſinenſem, ut clarius, & melius in lib. oblig. Innocentii obſervavimus. Ughellius in Append. t. 3.

Egre-

Egregiis ornata viris, domus hoſpita Muſis.


Donatus nempe vir doctus memoratur apud Trithemium, & Jovium in Elogiis, & Zenobius interpres S. Juſtini martyris, cujus vitas ſcripſit Veſpaſianus Florentinus. Ejuſdem gentis Joannes Patracenſis, & Vannus Thebanus Archiepiſcopi, Joannes Cæſenæ, Petrus Corinthi, Antonius Cephaludenſis Epiſcopi, & Angelus alter Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, antea Florentinus Epiſcopus, Albertus Bononienſis, Laurentius Aretinus, de quibus alibi. Parma Acciajolæ gentis argentea, cum Leone cæruleo, ungulis, lingua rubea.



XLVI * Ex App. tom. 7. 46. * FRANCISCUS de Aptis nobilis Tudertinus, Andreæ filius, Epiſcopus olim Corſienſis, mox Cluſinus, tunc montis Caſini, ad Florentinam Eccleſiam translatus eſt anno 1355. ut ex lib. obligat. Innocentii percepimus. Quam quidem Eccleſiam poſt quam ſancte adminiſtraſſet annum unum ob taram doctrinam, probitatemque ab Innocentio VI. Purpuratus Senator tit. S. Marci, ac Major Pœnitentiarius S. R. E. adlegitur anno 1356. menſe Decembri. Qui deinde Avenione contagioſo morbo ſublatus eſt anno 1361. die 4. Septemb. ut ex epitaphio colligebatur, quod extabat ad ejus tumulum in Eccleſia Cœleſtinorum ad pontem Sergiæ.

Hic jacet R. in Chriſto Pater, & dominus Franciſcus de Tuderto tituli ſancti Marci Presb. Card. Florentinus vulgariter nuncupatus, fundator hujus monaſterii, qui feliciter obiit inter manus fratrum anno domini M. CCC. LXI. die IV. menſis Septembris. Cujus anima requieſcat in pace.

A quo delenda videntur illa verba *fundator hujus Monaſterii*, poſterioribus ſæculis addita, cum illius cœnobii fundator extiterit Franciſcus Diac. Card. Urſini defunctus ann. 1312. eodem in loco ſepultus. Extat autem Franciſci Card. de Aptis marmoreum ſepulchrum cum ſimulacro ejus, & ſtemmatibus Aptæ gentis, quæ palmam continent inter duos erectos anhelanteſque leones, ut retulimus. Hoc Epitaphium recenſuit Ciaconius ex Nomenclatore, ſed corrupte, & pene deformatum ad calcem elogii Franciſci Urſini Neapolionis filii, Diac. Card. ſanctæ Luciæ in Silice, & pro *Tudertino*, addidit de *filiis Urſi*, quæ verba mihi, aliiſque in notis ad eundem Ciaconium errandi cauſam præbuerant; revera enim unum, non duos Franciſcos Urſinos Cardinales hoc ſeculo fuiſſe Pontificiæ bullæ, ſacrave Vaticana referunt monumenta, ſcilicet Franciſcum Neapolionis Urſini filium à Boniſacio VIII. Diac. Card. S. Luciæ in Silice creatum an. 1295. defunctum anno 1315. Cui in ea Diaconia ſucceſſiſſe narrant Galiardum de Mota an. 1316. Porro Franciſcus noſter de Actis Tudertinus, ab Epiſcopatu Florentino, quem diu ante purpuram geſſerat, Cardinalis Florentinus nuncupatus eſt: cujus nobiliſſima ſtemmata continent palmam inter duos erectos, anhelanteſque leones, argenteoſque in rubeo campo. Hujus Epiſcopi frater, aut certe propior affinis fuit olim Andreas Tudertinus Epiſcopus, ex eademque familia noſtris temporibus vixit Ludovicus Epiſcopus Signinus, de quo ſupra in p. tom. egimus.




47 PHILIPPUS Antellenſis, Nerii filius, nobilis Florentinus, olim Canonicus, ac Præpoſitus Florentinæ cathedralis, poſtea etiam Epiſcopus Ferrarienſis, ad Eccleſiam demum Florentinam translatus eſt anno 1356. Philippi gentilis fuit B. Manettus unus ex ſeptem Ordinis Servorum fundatoribus, ejuſdemque quartus Magiſter generalis, Florentiæ defunctus anno 1268. die 27. Auguſti, cujus ſacra Lipſana una cum aliis ſociorum in monte Senario requieſcunt. Et apud Verinum lib. 2. clara memoria extat Lamberti Antellenſis, qui primus aureum nummum in urbe percuſſit. XLVII.

Antella clarum genus eſt de rure propinquo.
Lambertus civis de ſtirpe numiſmata primus
Aurea percuſſit.

Ejuſdem gentis Alexander Juriſutrinſque famoſus Doctor, in cujus obitum Leſſum cecinit Franchus Sacchettus: ſic & Barthnlomæus Bonifacii VIII. in paucis charus, domeſticuſque Prælatus, oratorque ad principes; & noſtro ævo duo clariſſima prudentiæ luminaria protulit Antella domus, Donatus, & Nicolaus graviſſimi Senatores, Ferdinandi II. & Coſmæ II. filii magnorum ducum Hetruriæ ſtatus, intimique Conſiliarii. Donatum in publica Academia funebri oratione perbellè laudavit Camillus Rinuccinus; in ea nonnullas Philippi Epiſcopi virtutes recenſuit. Pacifice is ſuam rexit Eccleſiam ann. quinque, vir ætate, & prudentia mirabilis. Deceſſit autem 1361. ſepultuſque in ſumma æde cum hac inſcriptione.

Philippi Antellenſis Epiſcopi Florentini ſepulchrum. Obiit Anno Dom. M. CCC. LXI.
Gentiles poſt Annos C. LXXVII. inſtaurarunt.



48 PETRUS è nobiliſſima Corſinis familia, filius Thomæ, Doctoris, ac ſacri Palatii Auditoris, ante Volaterranenſis Epiſcopus, ad Florentinam Eccleſiam translatus eſt anno 1361. 3. Id. Decemb. Qui anno ab Urbano V. in Germaniam ad XLVIII.

Carolum IV. Imperatorem, Ludovicum Pannoniæ Regem, Rodulphum Auſtriæ Ducem, Joannemque Bohemiæ, ac Moraviæ Marchionem legatus eſt, ut illos fœdere jungeret. Quod cum feliciter aſſecutus fuiſſet, victor rediens, ab Urbano inter purpuratos adlectus eſt ſub titulo S. Laurentii in Damaſo anno 1369. (1) vii Idus Iunii, cum prius illum Carolus IV. ob egregiam dexteritatem agendi, ſacri Imperii procerem, & principem creaſſet, illumque dignitatem ad ſucceſſores ejus voluiſſet tranſire, ut ex ſubjecto imperiali diplomate poterit lector planius, pleniuſque videre. A

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter Amen. Carolus Quartus, divina favente clementia, Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Venerab. Petro Epiſcopo Florentino ſuo, & Imperii ſacri Principi, & devoto dilecto gratiam ſuam, & omne bonum.

Tunc Romanum exaltatur Imperium, tunc noſtra gloria ſublimatur. cum bonorum gratia a Deo nobis tributa feliciter in benemeritis per radios propagamus, & eos potiſſimè dignos honoribus, & donis Imperialibus arbitramur, quos grandia virtutum ſuarum merita claros reddant. Hac B *itaque conſideratione imperiali largitate benignius inclinati, te per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem, & dominum noſtrum dominum Urbanum ſummum Pontificem in Eccleſiæ Romanæ legationibus nuper ad noſtri culminis miſſum præſentiam, quam nobis fidei, atque devotionis conſtantiam, & alia virtuoſa inſignia gratum reddunt, volentes illis gratiis inſignire, quibus valeas aliis te reddere gratioſum, Tibi, & ſucceſſoribus tuis, quos noſtros & ſacri Romani Imperii Principes fore declaramus, & de novo conſtituimus, & facimus, & honoribus, & dignitatibus omnibus imperialium principum communibus. & gaudere decernimus, ut omnia libere, & exercere, & uti poſſitis, quæ requirit ſupradicta dignitas Principatus, auctoritate noſtra Imperiali committimus, & concedimus per præſentes, quod in tota Tuſcia cauſas omnes criminales, & civiles, quæ inter quoſcumque verientur, necnon cauſas appellationis quarumlibet, quæ ad noſtram curiam deferendæ eſſent, re-* C *cipere, audire, & examinare poſſis, & fine debito terminare, eaſque & earum quamlibet uni, & pluribus, ſicut vobis placuerit, delegare poteſtatem. Etiam tibi, tuiſque ſucceſſoribus concedimus auctoritate imperiali, quod poſſitis per totum Romanum Imperium, judices, tabelliones, & notarios publicos conſtituere, ordinare, facere, & creare, a quibus recipere debeatis noſtro nomine, ac ſacri Imperii fidelitatis, & de dicto officio exercendo fideliter conſuetum, & debitum ſacramentum; tutores, curatores, mandualdos dare in caſibus opportunis, naturales filios, ſpurios, nothos, inceſtuoſos, & manzores, ſive adulterinos, & etiam ex quocumque damnato coitu natos, legitimos conſtituere, ac legitimare, & ad omnia legitima reſtituere, & prædictam genituræ maculam abolere, & tanquam legitime, & de legitimo matrimonio nati, in bonis paternis, & maternis propriis, & feudalibus acquiſitis, & acquirendis ex teſtamento, ac ab inteſtato ſuccedant, ut, & tanquam de legitimo matrimonio editi, & concepti, agnatis, & cognatis parentum ſuorum, in quovis gradu conſtitutis agnati, & cognati efficiantur, & recipere ipſe ſibi, & ad omnes actus publicos, & civiles, officia, & hono-* D *res ſi ſe cauſis ingeſſerint, admittantur, & in omnibus aliis ſuam exequi valeant actionem objectione prolis illicitæ quieſcente, & non obſtante aliqua lege, & illa potiſſimè, quæ legitimari ſpurios, & naturales, nothos, & inceſtuoſos, & manzores, ſive adulterinos, niſi ex certa ſcientia non permittit, ac aliis quibuſcumque legibus, juribus, & conſtitutionibus adverſantibus ſupradictis, vel alicui præmiſſorum: & ſpecialiter non obſtante lege prima C. de naturalibus liberis, & § ultimo coll. 7. in corpore autenticorum, quibus modis naturales efficiantur ſui per totum Quibus & omnibus juribus, ac legibus contrariis, ex nunc ex certa ſcientia ſpecialiter derogamus, & eas haberi volumus pro expreſſis. Libertatem quoque concedere, & donare, & eodemmodo poſſis, & valeas, & ſucceſſores tui tam dicti, quoſcumque nobiles, & plebejos homines, milites facere, & ad militare decus honorabiliter promovere de noſtra imperiali plenitudine poteſtatis. Item quod familiares tui, & ſucceſſorum tuorum impune deferre poſſint quæcumque arma offendibilia, & defendibilia per totum Romanum Imperium, & gaudeant illis privilegiis, & gratiis, & immunitatibus, quibus gaudent cæteri familiares noſtræ Imperatoriæ Majeſtatis. De quibus omnibus, & ſingulis, te memoratum Epiſcopum Florentinum, nomine Eccleſiæ tuæ Florentinæ prædicta auctoritate noſtra Imperiali de novo principaliter inveſtimus, ita ut in omnibus, & ſingulis prædictis gratiis, honoribus, & dignitatibus tu, & ſucceſſores tui exercere, uti, & exequi valeatis per totum Romanum Imperium auctoritate noſtra, & Imperii liberè, atque ſine contradictione alicujus, auguſtali noſtra providentia, & edicto perpetuo decernentes, ut nullus princeps, marchio, dux, vel comes, baro, vel miles, poteſtas, ſive judex, vel alius quicumque ſubditus Imperii ſacri, etiamſi collegium, aut univerſitas cujuſcumque etiam ſtatus, gradus, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, vel fuerint, audeant, vel præſumant te, aut ſucceſſores tuos in conceſſione hujuſmodi imperialis gratiæ moleſtare, aut aliqualiter perturbare. Si quis autem contra tenorem præſentis indulti quicquam attentare præſumpſerit, indignationem noſtram imperialem, & pœnam centum marcharum auri optimi componendarum ſe noverit incurſurum, quarum medietas fiſco noſtro imperiali, reliqua medietas tibi, & tuæ Eccleſiæ, ſive tuis ſucceſſoribus veniat applicanda, quæ etiam tibi liceat a tranſgreſſoribus exigere, & eam, quæ nos, & fiſcum noſtrum contigerit, medietatem nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris fideliter conſignare, decernentes nihilominus ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus a quoquam contra prædicta, vel aliquid prædictorum quicquam fuerit attentatum.*

Signum Sereniſſ. D Caroli Quarti Romanorum Imperatoris Invictiſſimi, & gloriosiſſ. Bohemiæ Regis.



Teſtes hujus rei ſunt. Illuſtres Voldimar Rex Daciæ, Rodulphus dux Saxoniæ ſacri Romani Imperii Archimareſcallus, & Princeps Elector, Joannes Marchio Moraviæ, Venerabilis Arneſtus Archiepiſcopus Pragenſis, Joannes Luthonius aulæ Imperialis cancellarius, Joannes Olomucenſis, Marquardus Auguſtenſis, Petrus Curienſis Epiſcopi, & illuſtres Bollio Stadragenſis, Baruyn ſenior Siretienſis, D. Balthaſar Branus Vviken Priczislaus Teſchinenſis, Henricus Luravenſis duces ſpectabiles, Joannes de Reez Magiſter curiæ imperialis, & Bertoldus de Hevvembergh comites, necnon Nobiles Thimo de Roldiez de Asco Deiberatiez magiſtri cameræ noſtræ, Henricus Cibelbeym magiſter Coquinæ noſtræ, & Rodulphus de Voartha, & alii quamplures Principes, nobiles, & fideles, præſentes ſub imperiali Majeſtatis noſtræ ſigillo teſtimonio literarum.

Datum Pragæ anno Domini MCCCLXIV. indictione ſecunda, quarto nonas januarii regnorum noſtrorum anno decimo octavo. imperii vero nono.

Cæterum Petrus Corſinius jam Cardinalis, & Epiſcopus Portuenſis, cum ex exceſſu Gregorii XI. in creando novo Pontifice Cardinales abiiſſent in partes, ex illis unus fuit, qui Urbano VI. Pontifice relicto, VII. Clementem Antipapam crearunt, cujus fortunam uſque Avenionem, quoad vixit, ſecutus, ab Urbano VI. excommunicatus, etiam honore pilei expoliatus eſt. Qui tamen ita noxioſiſſimis partibus hærere viſus eſt, ut haud omnino teterrimum ſchiſma probaret. Quin de præſenti rerum eccleſiaſticarum ſtatu ſollicitus de ſchiſmate jugulando inſigne ad Principes Chriſtianos opuſculum edidit,

(1) In Archivo generali Florentino in regiſtis Landi Fortini habetur, quod an. 1370. die 18. Maii Pontificatus Urbani V. anno octavo D. Petrus Florentinus Epiſcopus Faventia Montem Flaſconum adiens, ubi aderat Pontifex, & die Veneris quatuor Temporum, qui incidit in 7. Junii, ejuſdem anni 1370. ibidem creatus fuerit S. R. E. Cardinalis. Notandum item, quod Ughellus falso aſſerat ſupra Thomam Petri hujus Patrem fuiſſe ſacri Palatii Auditorem; cum revera non Thomas, ſed Petrus ejus filius fuerit hac inſignitus dignitate. Salvino.

dit, ejuſdemque ea de re ad publicam Senenſem Rempublicam epiſtola extat apud me, quam hic ſubjiciendam curavimus.

Magnificis viris Gubernatoribus civitatis Senarum amicis meis colendiſſimis P. Portuenſis Epiſcopus Cardinalis Florentinus.

Magnifici amici chariſſimi ſcribimus quidem nobili Baroni domino Philippo germano noſtro chariſſimo, nolentes vos longis actionibus fatigare, ſed rogamus magnificentiam veſtram, quod ipſum benigne, & grate velitis audire, & favorabiliter admittere, quæ petuntur, & velitis eſſe memores, quantum favoris, & ſtatus accreverit civitati Senenſi integer, & felix ſtatus Eccleſiæ: experti ſunt enim antiqui patres noſtri, quod ſacerdotium regiminis temporalis tuitione protegitur, & tēporalis poteſtas ſacerdotalis officii ſanctitate fulcitur. Rogamus igitur Magnificentiam veſtram, & in tam pia cauſa, in qua agitur de ſalute totius populi Chriſtiani, velitis cooperari, ut pernicioſi ſchiſmatis ſpinæ evellantur, in quibus univerſus mundus de præſenti vexatur, in quo recipiet laudem a toto populo Chriſtiano, & præmium a Deo eadem Magnificentia veſtra, quam felicem conſervet Altiſſimus per tempora longiora.

Datum Avenione, &c. die 4. Maji, &c.

Præter hæc opuſcula, ac literas, ſcripſit etiam Petrus aliquot Cardinalium vitam, ſermonumque volumen. Deceſſit Avenione anno 1405. die 16. menſis Auguſti, cum prius teſtamentum condidiſſet, proque medietate Philippum fratrem hæredem inſtituiſſet, alterius vero partis moniales S. Caji de Florentia, cujus olim cœnobii pater ſuus fundator extiterat. Apud Auguſtinianos demortui cadaver ſepoſitum eſt, donec ad voluntatem teſtatoris alio transferretur, cum hoc epitaphio:

HIC JACET REVERENDISS. IN CHRISTO PATER
DOMINUS PETRUS DE CORSINIS
DE FLORENTIA
DECRETORUM DOCTOR, PORTVEN.
EPISCOPUS CARDINALIS,
QVI OBIIT DIE XVI. M. AUGUSTI
ANNO DOMINI MCCCCV.
AC ANNO SUI CARDINALATUS XXXVI.
CVJVS ANIMA REQUIESCAT
IN PACE.

Ejuſdem deinde corpus translatum eſt, ex ejuſdem teſtamento Florentiam, inque cathedrali ſepultum, ubi ejus adhuc depoſitum cum ſua effigie depictum ſpectatur, cum hac marmorea ad pavimentum inſcr.

PETRO CORSINIO FLORENTIÆ EPISCOPO, ET CARDINALI AMPLISSIMO, OB FAMILIÆ
NOBILITATEM, ET EXIMIAS
ANIMI SUI DOTES, HÆC URBS
OPTIME DE SE MERITO SEPULCHRUM HOC POSUIT.

Dum autem Florentinam Eccleſiam Corſinius adminiſtraret, Carolus IV. Imperator Florentino ſtudio ampliſſimum privilegium indulſit, eodem deprecatore, quod hic ſubjiciendum curavimus.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter. Amen. Carolus Quartus, divina favente clementia, Romanus Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

In eminentia dignitatis Cæſareæ diſponente Domino conſtituti Romanum feliciter gubernare ſperamus Imperium, & grata nobis proſperitatis compendia provenire, dum aliquid, vel novum concedimus, vel conceſſum ad devotorum noſtrorum inſtantiam renovamus, per quod diverſarum facultatum, & præſertim juris humani, & divini notitia habeatur. Sane venerabilis Petrus Florentinus Epiſcopus Princeps, & devotus noſter dilectus, per ſanctiſſimum in Chriſto Patrem, & dominum noſtrum, dominum Urbanum Papam Quintum ſummum Pontificem in Eccleſia Romana legationibus nuper ad noſtri culminis præſentiam deſtinatus. Poſtquam omnia per ipſum dominum noſtrum Papam ſibi injuncta majeſtati noſtræ propoſuiſſet tam legaliter, quam prudenter, civitatis Florentiæ, & Ec-

A *cleſiæ Florentinæ non immemor, devotione congrua Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicavit, quatenus tam ad honorem Eccleſiæ ſuæ præfatæ, quam civitatis Florentiæ, quam Deus multarum virtutum prærogativa dotavit, ſtudium, quod inibi viget etiam ad ſacri ſplendorem Imperii, auctoritate ſacri Imperii erigere dignaremur. Hinc eſt quod precibus prædicti Florentini Epiſcopi favorabiliter annuentes, præfatæ Eccleſiæ ſuæ, & civitati Florentinæ, ac ejus communi, generale, perpetuum, atque generoſum ſtudii generalis privilegium auctoritate Imperiali damus, & concedimus liberalitate munifica, tenore præſentium ex certa ſcientia, ac donamus, decernentes, ac edicto imperiali præſenti valituro perpetuo, de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine ſtatuentes, ut in ipſa civitate Florentina ſtudium perpetuum ſit, & habeatur in ſacra Pagina, in Jure civili, & Canonico, ac Medicina, Philoſophia, Logica, & Grammatica, ac quavis alia licita facultate, poſſintque omnes, & ſinguli doctores, & magiſtri pro communi Florent. ordinandi, ac deputandi in civitate*
B *prædicta Florentina, utpote in ſtudio generali ſolemniter, & publice in memoratis facultatibus legere, & docere. Verum ſi qui fuerint, qui proceſſu temporis adeo profecerint, quod in aliqua ſcientiarum, ſeu facultatem præmiſſarum ad magiſterii, ſeu doctoratus dignitatem, & titulum deſideraverint promoveri, hac noſtra Imperiali auctoritate committimus Epiſcopo Florentino, qui eſt, & qui erit pro tempore, quem ſuperiorem ſtudii ordinamus, quatenus per ſe, vel alium vocatis magiſtris, vel doctoribus ſcientiæ, ſeu facultatis, in qua fuerit ad doctoratus, ſeu magiſterii promovendus honorem, de quibus ſibi videbitur receptis ab eis, qui dignos approbabunt, ac ſecuros tenebunt, ſolemniter illos diligenter examinet more generalium ſtudiorum, ac taliter examinatis det licentiam publice in eadem ſcientia, & facultate legendi, docendi, ac regendi Florentiæ, & ubique locorum, cathedrarum, ac alia magiſterii, & doctoratus inſignia ipſis more ſolito concedendo. Quæ omnia ſede Epiſcopali vacante, committimus capitulo Eccleſiæ Florentinæ, quod per ſe, vel*
C *per alium promiſſa ſimiliter exequatur. Cæterum et ſcholares, & ſtudentes in dicta civitate Florentinæ tanto valeant ſtudio vacare liberius, quanto a quarumlibet moleſtiarum impetu liberati, & uberiori fuerint libertate de Imperatoria liberalitate fulciti, de innata nobis clementia, rectores, doctores, ſcholares, ſeu ſtudentes ſtudii Florentini prædicti, eorumque univerſos, & ſingulos familiares, & miniſtros, necnon domos, & ſcholas in noſtram, & ſacri Romani Imperii protectionem, tutelam, & defenſionem recipimus ſpecialiter, eoſque omnibus, & ſingulis privilegiis, & libertatibus, gratiis, immunitatibus, & indultis, quibus aliorum ſtudiorum generalium rectores, doctores, ſcholares, ſeu ſtudentes, eorumque miniſtri, domus, & ſcholæ divorum Imperatorum, & Regum Romanorum prædeceſſorum noſtrorum largitione conceſſione, ſeu laudabilium conſuetudinum inductione frui, & gaudere ſunt ſoliti, de plenitudine poteſtatis noſtræ Imperatoriæ, ex certa ſcientia uti, & perfrui decernimus perpetuis temporibus, & gaudere. Nulli ergo omnino hominum liceat*
D *hanc noſtræ conceſſionis, & donationis paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire. Si quis contra tenorem præſentis indulti quicquam attentare præſumpſerit, indignationem noſtram Imperialem, & pœnam centum marcharum auri optimi componendarum ſe noverit incurſurum, quarum medietas fiſco noſtro Imperiali, reliqua medietas Epiſcopo Florentino, ſeu civitati Florentinæ, ac injuriam paſſorum uſibus veniat applicanda. Decernentes nihilominus ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus a quoquam contra prædicta, vel aliquid prædictorum quicquam fuerit attentatum.*

Signum Sereniſſ. D. Caroli Quarti Imperatoris Invictiſſimi, & glorioſiſſ. Bohemiæ Regis.



Principis, & D. Romanorū Imperatoris Invictiſſimi, & glorioſiſſ. Bohemiæ Regis.

A Teſtes hujus rei ſunt infraſcripti, videlicet.

Sereniſſimus Princeps dominus Woldimar Rex Daciæ.
Rodulphus Dux Saxoniæ ſacri Romani Imperii Archimareſcallus, & Princeps Elector.
Venerabilis Arneſtus Pragen. Archiep.
Joannes Luthomus ſacræ Imperialis aulæ Cancellarius, Joannes Olomutenſis, Marquardus Auguſtan. Petrus Curien. Epiſc.
Illuſtres Joannes Marchio Moraviæ, Bolco SWrdinen. Baccium ſenior Sseſertinenſis, Balthaſar Brunſvvicenſis, Sprizsemslaus Toſchinenſis, Henningncon. Duces ſpectabiles.
Joannes Burgramus Magdemburgenſis magiſter curiæ noſtræ, & Bertoldus de Hemcinbg. comes, necnon Nobiles, Timo de Boldrez, & Haſto de Sverecum magiſtri cameræ, Henricus Cigelhim magiſter Coquinæ noſtræ, & Rodulphus de Varcha, & alii quamplures Principes, Nobiles, & fideles præſentium ſub Imperialis Majeſtatis noſtræ ſigillo teſtimonio harum.

B *Datum Pragæ anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quarto, indictione ſecunda, 4. non Januarii, Regnorum noſtrorum anno decimo octavo, Imperii vero nono.*

Ex hac autem Corſina perantiqua nobiliſſimaque familia, viri illuſtres, ac fortes in omni memoria prodierunt, In quibus Andreas Corſinius Epiſcopus Feſulanus præfulſit, quem tandem ob ſingularia vitæ merita, Urbanus VIII. in ſanctorum numerum retulit: Nerius Andreæ frater, & ſucceſſor, primuſque Florentiæ Archiepiſcopus, Aymericus Corſinius, de quo infra narrabimus, Octavius Clericus Cameræ Apoſtolicæ, Archiepiſcopus Tarſenſis, olim pro Pontifice Gregorio XV. Galliarum Nuncius, ac Flaminiæ Provinciæ incorruptæ adminiſtrationis Præſes ampliſſimus, anno 1640. Romæ defunctus, ubi jacet in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ nationis Florentinæ ad nobilem marmoreum tumulum hoc legentibus proſtat elogium.

D. O. M.

C *Octavio Corſinio Archiepiſcopo Tarſenſi, inter plures, & vetuſtas maiorum imagines prudentiæ, & integritatis gloria conſpicuo, a tribus Pontificibus Maximis præclaras dignitates conſecuto, a Paulo V. inter Apoſtolicæ Cameræ Clericos cooptato, Gregorii XV. nomine ad Ludovicum XIII. Galliarum Regem legatione egregie functo, ab Urbano VIII. provincia Romandiola, & Exarchatus Ravennæ Præfectura inſignito, coercendis Padi eluvionibus præpoſito, & finium inter Ferrarienſes, ac Venetos regundorum arbitrio dato, animi vigore ingentibus negotiis pari clariſſima quoque merito Andreas, & Bartholomæus Corſinii marchiones Sicmani, & Ajatici patruo deſideratiſſimo poſuere. Vixit ann. LII. mortalitatem exploſit prid. Kalend. Auguſti M. DC. XLII. Hoſpes tecum reputa honores conſequi ſæpe fortunæ opus, mereri ſemper virtutis.*



XLIX. 49 ANGELUS *a* Fiebindacius de Ricafolis,

a De eo Ughellius in

A Bindacii filius, nobilis Florentinus, Epiſcopus Averſanus, antea Soranus, poſt aſſumptionem Corſinii ad Cardinalatum, ad Florentinam ſedem ſubvectus eſt anno 1370. xiii. Kal. Iunii, ſtatimque obtentæ dignitatis publicam rem Florentinam, & Epiſcopatus defenſores hac ſubiecta epiſtola certiores fecit, reſponſoque Senatorio viciſſim dignus habitus eſt. Pompis*e*-peni. qui Senenſem putat. Marchef.

Nobilibus viris, . . & Gubernatoribus, & defenſoribus Epiſcopatus Florentini, fratribus ſuis, &c.

Chariſſimi fratres, ſicut audiſtis, placuit domino noſtro ſummo Pontifici ad honorem totius communis Florentiæ, conſtituere me Epiſcopum Florentinum, quod vobis ad gaudium ſignifico, & quia non ſum adhuc a domino Papa conſecratus, tardabo aliquibus diebus adventum meum: quare rogo, quod interim res venerabil. Epiſcopatus ita diligenter cuſtodiantur, & gubernentur, quod Deo, & mundo pro tempore laudem, & honorem mereamini, & Epiſcopatus noſter gubernetur, ſervetur illæſus, ſi qua vobis grata, & omni per me fieri poſſunt, faciam libenter. Valete in Domino, B *qui vos conſolavit. Datum Viterbii die 13. Junii, Indictione 8.*

Angelus de Ricaſolis Epiſcopus Florentinus.

Et dicti domini Vicedomini, & Guardiani fecerunt ad dictas literas reſponſionem hujus tenoris, videlicet.

Literis reverendæ paternitatis veſtræ ſuper veſtra promotione ad Epiſcopatum Florentinum lætanter receptis, de earum tranſmiſſione, & contentis in eis ad gratias omnipotenti Deo, & domino noſtro ſummo Pontifici devote conſurgimus, vobiſque regratiamur exinde merito tamquam patri. Vobiſcumque de veſtra promotione lætantes, paternitati inde ad ejus honores, & grata, atque fidelia obſequia offerimus liberaliter nos, ac noſtra, noſtrorumque quantum poſſumus hac reſponſali ad prædictas literas veſtras . . ad Eccleſiam veſtram ſollicitatis adventum. Et ſuper gubernationem, & fidam cuſtodiam veſtri Epiſcopatus Florentini, bonorumque ejus, prout ad noſtram ſollicitudinem pertinet, dedimus, & in proceſſu, Deo propitio, C *dare conabimur operam opportunam, taliter gubernari curavimus, & curamus, quod ad divinam laudem, & Epiſcopatus augmentum, veſtraque paternitatis honorem omnia ſalubriter inveneritis fore directa. Conſervet igitur, & dirigat nos patrem, & dominum noſtrum Altiſſimus feliciter in honorem, & ſalutem demum conſtituat in Excelſis.*

Datum Florentiæ die prima menſis Julii 1370. Indictione 8.

Porro pro abſente Angelo Ricaſolio, Epiſcopatus poſſeſſionem iniit Paganus Portigianus *b*, unus ex conſervatoribus Epiſcopatus, prima die ineuntis Julii ejuſdem anni 1370. Ipſe vero auguſtiori pompa civitatem ingreſſus eſt die quarta menſis Auguſti ejuſdem anni. Hujus Epiſcopi temporibus, Gregor. XI. in nobile S. Miniatis cœnobium Benedictini ordinis, montis Oliveti monachos, tunc cum præcipua ſanctimoniæ laude monaſticam vitam exordientes, per Lucium Epiſcopum Cæſenatem, & Abbatem Septimi introducendos curavit, anno 1373. die D 12. menſis Novembris. Ricaſolius autem cum Florentinam adminiſtraſſet Eccleſiam uſque ad annum 1383. Romæque ab æmulis in judicium vocatus fuiſſet, parum abfuit, niſi Florentina reſpublica per legatum ſuum Georgium Divi Guccii dedecus avertiſſet, quin dignitate Epiſcopatus ſpoliaretur. Volens igitur eo dignitatis munere ſe exſolvit, translatuſque eſt ad Faventinam Eccleſiam, deinde etiam ad Aretinam, ubi demum deceſſit, exemplo ſanè haud vulgari variantis fortunæ poſteritati relicto. De quo vide, quæ de ipſo diximus in Aretinis Præſulibus. Quo etiam ſedente Florentiæ, obiit Joannes Boccaccius anno 1372. (1) cujus ſepulchrum eſt in æde S. Mariæ Novellæ, & epitaphium geminum; prius.

b Cortiglanus.

Egregius notus Latiis Boccaccius oris

Fig-

(1) Jo. Boccaccius non obiit ante annum 1375. Ejuſque cadaver terræ mandatum eſt non Florentiæ in æde S. Mariæ Novellæ, ut falsò aſſerit Ughellius, ſed Certaldi in Eccleſia S. Jacobi, ubi adhuc ejus ſepulchrum viſitur. Primum, quod affert Auctor, Epitaphium diſſonat in mortis anno, nec ullibi legitur: alterum Certaldi proſtat. *Salvinus.*

A *Figmentes patrio raptus in orbe jacet.*
Obiit M.CCC.LXII. vix. ann. lxij.

Poſterius.

Hac ſub mole jacent cineres, atque oſſa Joannis;
Mens ſedet ante Deum meritis ornata laborum
Mortalis vitæ genitor Boccaccius illi,
Patria Certaldum, ſtudium fuit alma poeſis.

Boccaccins certè celebris poeta, illuſtriſque vir fuit, ſed tamen ex ordine eorum, quorum ſcripta, ut innuit Baronius, reipublicæ Chriſtianæ obſuere crebro, profuere nunquam; ſecus vero de Franciſci Petrarchæ monumentis, qui paulo poſt Boccaccii exceſſum, apud Patavinos vita fungens, & functus anno 1374. ibidem in pago Arquata ſepultus in marmoreo ſepulchro hoc habet epitaphium.


Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarchæ:
Suſcipe Virgo parens animam, ſate Virgine, parce,
Feſſaque jam terris, cœli requieſcat in arce.
Moritur anno M.CCC.LXXIV. xix. Julii.

Ibidem alia legitur Inſcriptio, quam Ioannes Bſec-B
clus Eccleſiæ rector poſt aliquot ſecula Petrarchæ, Danti, & Boccaccio poſuit ad æternitatem.

Danti Aldigerio, Franciſco Petrarchæ, & Joanni Boccaccio, viris ingenio, eloquentiaque clariſſimis, Italicæ linguæ parentibus, ut quorum corpora mors, & fortuna ſejunxerat, nomina ſaltem ſimul collecta permanerent, Joannes Bſeccius Canunicus Ceſenenſis, hujus Baſilicæ rector, in ſui erga eos amoris, obſervantiæque teſtimonium poſuit M.D.XXIV.

Adjunge carmina Verini lib. 2. in iis claris noſtris poeris.

Æquarunt veteres patrio ſermone poetas:
Quas Florentinus longe ſupereminet omnes
Gloria Muſarum Dantes, nec cedit Homero;
Par quoque Virgilio: doctrina vincit utrunque.
Nemo ſatis poterit verſum laudare Petrarcham,
Hetruſcæ decus eloquii, nulliſque priorum
Inferior fuit Auſoniis, Graiiſque poetis.
C *Non indignetur ſibi Pindarus, & ſibi Flaccus*
Illum conferri, paribuſque incedere donis.
Multa quoque & proſa, & magna Carthaginis arma
Romano cecinit Tyrrhenus carmine vates.
Nec minor eſt ſalibus Plauti, ſimiliſque Menandro
Boccaccius, teneros dolce qui luſit amores:
Quæcumque Aſcræus veterum miracula vatum
Scripſerat, explicuit montes, fluvieſque, lacuſque,
Nympharumque domos, fontes expreſſit opaces.



L. 50. ANGELUS II. Acciajolus nobilis Florent. filius Bartholomææ de Ricaſolis, & Jacobi, Epiſcopus antea Rapollanus in Regno, tranſlatus eſt ad Florentinam Eccleſiam anno 1383. Hic enim cum apud Neapolitanum Regem maxime gratioſus eſſet, ejuſdemque majores in eo Regno in principibus proceribusve haberentur, vigeretque adhuc apud omnes Nicolæ magni Regi Mareſchalli Juriſconſulti a memoria glorioſa, facile patriæ Epiſcopatum adeptus eſt, ac deinde Senatoriam purpuram ſub Urbano VI. ad titulum S. Laurentii in Damaſo, deinde etiam Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis effectus eſt, poſtremo ſacro ſenatui decanus præſedit, munereque ſacræ Cancellariæ incorruptè eſt functus. Florentinam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1387. cui deinde, eccleſiaſticis negociis propemodum oppreſſus, remiſit nuncium. Denique Angelus eo apud omnes ordines hominum exiſtimationis provectus eſt, ut cum Urbanus VI. è vivis fuiſſet exemptus, paribus votis, ſuffragiiſque cum Poncello Cardinali Urſino de Pontificatu certaverit. In qua quidem contentione, cum alter alteri haud videretur ceſſurus, Boniſacius Pontifex renunciatus eſt, antequam ſchiſma contendentes fœde diſtraheret. Cæterum electus, ut Neapolitano Regno ſub infantia Ladislai Regis perituro conſuleret, Angelum Acciajolum ejuſdem Regni legatum, tutoremque pueri Regis opportunè deſtinat; qui Ladislaum Cajetæ conſecravit in Regem anno 1390. Kal. Junii, cumque eodem ad recuperationem Pannonici Regni profectus eſt, reque feliciter perfecta, novum Regem recuperati Regni diademate inſignivit. Romam B deinde reverſus, cum Pontifex, Urſinaque gens fœde conſternata eſſet ad arma, inter utramque partem manſuram pacem ſancivit. Erat Angelus, præter prudentiam, cæteraſque animi nobiliores dotes, probè etiam verſatus in literis; facundiæ autem tantæ, ut cum ſuis temporibus Clementis VII. Antipapæ ſuperbiſſimè ſchiſma regnaret, Angelus arrepto ſtylo opuſculum inſigni pietate, doctrinaque refertum edidit ad Cardinales Antipapæ ſequaces. Piſis deceſſit, ubi per idem tempus, Concilio exordiendo commorabatur, pridie Idus Junii 1409. ejus corpus ad nobilem Florentinam Carthuſiam, fundatam, dotatamque a magno Siniſchalco Acciajolio delatum eſt, ſepultumque ad medium ejus nobiliſſimæ gentis ſubterranei ſacelli, cujus in candida marmorea tabula ejus effigies cum hac inſcriptione ſpectatur.

Monumentum hoc Angelo Acciajolio Card. & Epiſcopo Oſtienſi S. R. E. Cancellario, ejuſque germano fratri Donato Equiti clariſſimo, ſibique Donati inſtaurarunt anno ſalu- C
tis M.D.L.

Quo præſule anno 1348. in hac urbe Florentina peſtis ſex, & nonaginta hominum millia (Melchiore Stephano teſte) è medio ſuſtulit, inter quos famoſus ille Juriſconſultus, celebriſque poeta Franciſcus de Barberino numeratur a Boccaccio in ſua genealogia ut poeta illuſtris, civiſque prudentiſſimus veneratus, qui inter cætera ſui ingenii monumenta poſteris reliquit aureum ſanè volumen *Documentorum Amoris*, ad optimam vitæ inſtitutionem, libellumque alterum vulgarem, ut narrat Philippus Vilianius in Florentina hiſtoria, quam latinè concinnavit, perjucundiſſimum, multis refertum exemplis, in quo mulierum mores per earum ordines, gradus, & ætates conſtituit ad doctrinam, qui duæ ætati, civilique earum, vel dignitati ſecundum verecundiæ modeſtiam convenirent, oſtendit, eique nomen indidit: *De regimine mulierum*; & ut feſtinè me a multis abſolvam ſimul, mirè deſcripſit quic-
D quid ad morigeratæ vitæ regulas pertineret per proſas, & rythmos perſuaves, ut facile, ac memoriter, quæ inſtituit, haberentur. Amoris Documenta nuper publici juris fecit comes Federicus Ubaldinus, Urbano VIII. Barberino Pontif. Opt. Max. Franciſci gentili Chriſtianum orbem moderante. In æde S. Crucis Franciſci cineres conduntur ad lævam templi prope ſacrarium in marmoreo tumulo a Ioanne Boccaccio amico iis carminibus exornato.

Inclyta plange tuos lacrymis Florentia cives,
Et patribus tantis fundas orbata dolorem,
Dum redeunt domini Franciſci funera mente
De Barberino, & nati, nam judicis omne
Geſſerat officium ſua corda cavendo reatu;
Sed ſatis excedit natum, quia doctus utroque
Jure fuit genitor, ſed ſolo filius uno,
Scilicet in cauſis, quæ ſunt civilibus orta,
Hoc ſunt ſub lapide poſiti, quibus ultima claudit
Perfida mors oculos paucis dilata diebus,

Stra-

a Equitis certe, quod autem fuerit Juriſ. Doctor ignoratur. Salviatus.

Digitized by Google


A

Strage ſub æquali, quæ totum terruit orbem
In biſſenarte quater actæ mille trecentis.

Vixit Franciſcus ann. 84. natus enim erat an. 1264. patre Nerio Ranucii filio viro clariſſimo, primuſque fuiſſe fertur, qui auctoritate Clementis V. Florentiæ ſolemni ritu lauream Doctoratus tulerit ab Antonio Urſo Epiſcopo Florentino conſanguineo ſuo die 8. Auguſti 1313.

Franciſci demum Epiſcopi temporibus, ejuſdemque permiſſu fratres Eremitani S. Auguſtini è veteri S. Matthæi monaſterio, ad novum tranſmigrarunt inchoandum in loco trans Arnanæ regionis, ubi nunc nobile templum S. Spiritus viſitur, Petro Aldobrandino Priore procurante, quod deinceps flammis pene conſumptum, in ſplendidiorem, ampliorem que faciem, ex Philippi Brunelleſchi artificio propriis ſumptibus reſtituerunt clariſſimi cives Laurentius Rodulphus, Bartholomæus Corbinelius, Nerius Capponius, & Gregorius Datus. Templum vaſtæ columnæ ex petra ſerena ſuſtentant, noſtroque ævo altare majus cum oppoſitis ornamentis pia Jo. Baptiſta Michelozzii Senatoris, civiſque opulentiſſimi munificentia exſtructum eſt. Non marmora ibi mirantur ſolita paſſim in Italia, & uſu vulgata, ſed gemmæ, lapideſque peregrini æſtimantur pretii inæſtimabiles.

B



C

LI. 51 Fr. BARTHOLOMÆUS Ulatius *a* Patavinus, Ordinis Minorum Generalis, Anconitanus antea Epiſcopus, ad Florentinam Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1387. ac poſt duos annos a Bonifacio IX. ſummo Pontifice adlectus eſt presbyter Card. S. Pudentianæ. Quamobrem Florentinorum Præſul breviſſimus fuit, cum poſt adeptam purpuram, ſedem illam liquiſſet. Vir ſanè ſingularis probitatis, atque doctrinæ, per cujus decora, conatuſque ad ſupremam illam poſt Pontificatum dignitatem aſcendit. Deceſſit autem Ulatius Cajetæ Neapolitani Regni legatus, ſepulturamque marmoream, literatamque apud ſuos Minores accepit.

a De eo Portinarius in hiſt. Patav. l. 9. c. 7. & 9. Mandoſ. Non fuiſſe vero Ord. Min. Generalem teſtantur eorum Catalogi.

Unica Cardinei fueras qui gloria cœtus,
Hæc te petra tegit, Patavinis mœnibus ortum.
Almas inter nunc animas lætaris olympo,
Miſſus eras partes demum legatus ad iſtas,
Quem tibi vivaces mors invida ſuſtulit annos,
Unanimis quicquid conditam manere fama
Scire datur ſtudiis, ſublimi mente locaſti.
Longa tuum meritis clarum per ſæcula nomen
Non adimet ſuprema dies, tua vivida virtus,
Nunquam morte cadens omni memorabitur ævo.

Hic jacet Reverendiſſ. in Chriſto
D. Bartholomæus de Ularies de Padua,
Dei gratia tit. S. Pudentianæ

Presb. Card. Paduanus,
Regni Siciliæ Apoſtolicæ ſedis legatus.
Qui obiit die xvi. Aprilis anno M.CCC.XCVI.
Indict. iv.

(„ *In Archivo Extractionum Urbis Florentiæ, & in libro ſeptimo Epiſtolarum Colucci Salutati celebris Florentinæ Reipublicæ Cancellariæ legitur Epiſtola, qua Reſpublica Florentina Reipublicæ Venetæ commendat germanum fratrem noſtri Bartholomæi. Cujus Præſulis cum dignum contineat elogium, haud pigeat illam hic referre. Hujus autem eſt tenoris.*

„ Magnifici, & excelſi Domini Fratres, & Amici Chariſſimi. Reverendus in Chriſto Pater D. Bartholomæus Epiſcopus noſter, virtutibus, & ſanctitate ſua tantum apud nos claruit, atque claret, quod univerſus noſter Populus ipſum non ſolum reveretur ut Præſulem, ſed tanquam ſuum diligit genitorem, & in tali, tantaque redundantia charitatis, quod non contenti ſumus ipſum in ſua ſolum perſona diligere, ſed ex immenſitate fervoris etiam ad ſibi conjunctos oportet nos hujuſmodi dilectionis incendium ampliare. Quapropter ſentientes germanum ejus Venerab. Patrem Dominum Bondi Abbatem Moſacenſem malis, ut putamus, informationibus apud R. P. D. . . . Patriarcham Aquilejenſem fuiſſe detentum fraternitatem veſtram affectuoſiſſime deprecamur, quatenus contemplatione noſtri Communis placeat pro liberatione ſua, quantum fuerit expediens, tam viva voce, quam literis efficaciter, & favorabiliter interponere partes veſtras. Nos autem ob dicti D. Epiſcopi reverentiam quidquid in ejus favorem duxeritis operandum, ad ſingularis gratiæ donum memoriter adſcribemus. Cæterum circa dictam materiam dumtaxat Joanni Salvini Civi, & Oratori noſtro credere placeat tamquam nobis. Datum Florentiæ die 25. Decembris XII. Indict. 1378. *Salvinus.*]



D

52 Fr. HONUPHRIUS *b* Steccutus, (1) ſive de Viſdominis Florentinus, ex Ordine Eremitano Magiſter Theologus, ac paulo ante Volaterranus Epiſcopus, ad Florentinam ſedem translatus eſt anno 1390. pridie Kal. Februarii; illamque Eccleſiam ad annos decem adminiſtravit, deinde ann. 1400. tranſlatus eſt ad ignobiliorem Comacli ſedem, ſive quia Bonifacio IX. non placebat, quod civibus Florentinis impensè faveret, civilibuſque negociis magis quam pro Epiſcopo videretur, vacaret, ſive quod aliquid aliud ſuberat, quod Pontificis iram meritò commoveret. Florentinum populum conſtat pro ſuo Epiſcopo apud Pontificem per Thomam Raynerii LII.

b De quo Maraccius in 2. p. Bibl. Mar. p. 191. Poccianti de Script. Florent. p. 32. Gandulfus in diſſert. hiſt. de 200 ſcript. Auguſt. p. 273 Mandoſ.

(1) Onuphrium de Steccutis fuiſſe, non autem de Viſdominis clare deducitur ex Jo: ejus conſanguinei Teſtamento, quod in Archivo generali Florentino in Protocollo Jo: Andreæ pag. 51. ad an. 1388 habetur hujus tenoris: quod ſcilicet *Joannes Vet. Jo Steccuti q. Bartoli Boni Setaiuolus populi S. Laurentii de Florentia legavit inter cætera Magiſtro Fratri Honofrio ejus conſanguineo Fratrum S. Spiritus de Florentia, Dominico ejus nepoti filio q. Stephani Bartoli, Gualberto Laurentii Boni ejus conſanguineo, Joanni Matthæi Boni vil-gildari ejus conſanguineo &c. Nicolaum ejus fratrem facit heredem.* Præterea in Archivo Extractionum Urbis Florentiæ in Epiſtolarum exſcriptarum a Capitaneis partis Guelphæ libro pag. 66. legitur Epiſtola in favorem dicti Onuphrii ab iiſdem Capitaneis die 20. Decembris 1401. ad Summum Pontificem miſſa, Onuphrium à Florentina ſede deturbare meditantem: in qua inter alia de eo hæc dicuntur: *Qui parum licet honeſto loco genitus, non affines habet, nec agnatos, qui poſſint in hoc vel minimum operari.* Ex quibus probe colligitur Onuphrium non fuiſſe è Viſdominorum gente, quæ tunc Florentiæ opibus, potentiaque florebat, ſed potius è Steccutorum familia, quæ è mercatura tunc incipiebat ad nobilitatem emergere: & adhuc anno 1401. menſe Decembri Florentinam Cathedram tenuiſſe.

nerii Populani, nomine totius reipublicæ depugnaſſe, tum per epiſtolas eidem Pontifici, Cardinaliumque collegio ſcriptas, tametſi in irritum recidiſſent publica vota, preceſque. Epiſtolarum vero tenor, prout eas exſcripſit Coloccius Salutatus reipub. Cancellarius., eſt hujoſmodi ex lib. originali literarum ejuſdem, qui extat in archivio, quod dicunt delle Tratte fol. 171. & 172.

Papa.

Sanctiſſime, atque beatiſſime in Chriſto Pater, & domine, certiſſimeque ſucceſſor Petri, necnon & vere Vicarie Filii numinis ſempiterni.

Senſimus, & admirati ſumus, imo perterriti ambientium importunitate tentari, quia veſtra ſublimitas rever. in Chriſto patrem D. fratrem Honuphrium Epiſcopum, & paſtorem noſtrum ad aliam Eccleſiam transferat, & novum noſtræ devotionis regimini Præſulem anteponat. In qua quidem re populus noſter infremuit, cum ſine dubitatione ſperaret hunc patrem nunquam ſibi tolli, ſed, donec viveret, ſanctiſſimis excellentis ſcientiæ ſuæ prædicationibus admoneri. Nos autem cum videamus ipſum Eccleſiam noſtram commendabiliter regere, monere quotidianis allocutionibus populum, & exempla vitæ dirigere clerum, quod hinc amoveri debeat, vel quæratur, cum miremur, totis affectibus condolemus. Tum videntes innocuum iſtum paſtorem, quique talia recipere non ſit meritus, opprimi: tum Eccleſiam noſtram tam ſancto regimine, & tam utili, tamque dilecto paſtore privari. Quamobrem benignitati veſtræ ſanctitatis devotione, & inſtantia, quantum poſſumus, ſupplicamus, quatenus contemplatione noſtra dignemini prælibatum dominum Epiſcopum & ſuis meritis, & noſtris interceſſionibus, non ſolum recommiſſum cum favore ſuſcipere, ſed in ſuis ſtatus, & gradus dignitate, ſi noſtræ devotionis humilitati complacendum unquam eſſe decernitis, conſervare.

Datum Florentiæ, die ultima Novembris iv. Indict. 1395.

Collegio Cardinalium.

Reverendiſs. in Chriſto Patres. Scripſimus ſanctiſs. ſummo Pontifici in hac forma, videlicet:

Sanctiſſime Pater, &c. *Ex quibus poteſt dignatio veſtra comprehendere, quam inique, quamque inutiliter his moventur. Accedit ad hæc, quod maximè, ſingulariterque nos, populumque turbavit, quod cum ipſum viderimus pro ſtatu S. Matris Eccleſiæ, juſtitiaque ſanctiſſimi domini noſtri Papæ vigilantiſſime laborare, injuſtum, & inhoneſtiſſimum in oculis omnium eſſe videtur, quod tales fructus laboris, & fidei debeat reportare. Dignetur igitur veſtri culminis candidatus ipſum coram præfato domino noſtro Papa opportuno cum favore defendere, & ambitioſis, ac æmulis iſta quærentibus patrocinii veſtri catus obicem objectare, quod quidem nos, & totus noſter populus nobis ſeparabimus ad immenſæ gratiæ munus, & cumulum beneplaciti ſingularis.*

Datum Florentia *die 1. Decembris IV. Indict. 1395.*

Papa.

Senſimus, &c. Et hæc quidem hucuſque per alias ſcripſimus. Nunc autem audivimus per hos æmulos, quamvis mendacioſe confingi, quod in honoribus ſanctæ Matris Eccleſiæ promovendis, & in juſtitia veſtræ ſanctitatis, ſicut expedit, defendenda ſit pluſquam expediat negligens, & remiſſus, quam quidem calumniam ſatis non poſſumus admirari. Nam quamvis de fide populi Florens. non oporteat dubitare, nihilominus tamen quoties opus fuit, quoties fuimus ſuper his deliciis, vel viva voce tentati, ſcimus ipſum nunquam aliquid de contingentibus omiſiſſe. Semper etenim monitis, ac ſollicitudine nobis juſtitiam confirmans credulos, collapſos erigens, dubioſque declarans. Et utinam omnes alii tam clerici, quam Prælati pari diligentia per omnem Chriſtianitatis ambitum ſe geſſiſſent, & ſcirent, & vellent in his omnibus operari. Indignamur autem, quod aliqui tententur ore ſacrilego tam falſa continere, vel ſi de veritate ſunt conſcii, quæ bene geſta ſunt, tam turpiter depravare. Spes autem nobis eſt, quod veſtræ celſitudinis beatitudo fidem veris noſtris atteſtationibus adhibens, illos in falſis inventionibus ſuis confundet, nec nos conſolatione tam dilecti Patris, nec cauſam veſtram tanti defenſoris præſidio ſpoliabit.

Datum Florentiæ die 2. Decembris IV. Ind. 1395.

Ex libro tamen proviſionum ipſius Bonifacii perſpicuè erui poſſe videtur Florentia numquam exceſſiſſe Honuphrium, quippe qui impetravit a Pontifice, potius ſine Eccleſia vitam privatam traducere, quam ignobiliorem ſedem conſcendere. Igitur apud ſuos Eremitanos Florentiæ diem clauſit extremum, ſepultuſque eſt in clauſtri capitulo cœnobii S. Spiritus, ubi marmorea ejus effigies leviter ſculpta, cum hac propemodum ob ingredientium greſſus penè deleta inſcriptione.

Hic jacet Reverendiſſimus D. Magiſter
Fr. Honufrius magnus Theologus
Epiſcopus Florentinus.
Anno Domini M. CCCC. III.
die . . .

(„ *Neque hic prætermittenda videtur alia Epiſtola, quam idem Coluccius Salutatus nomine Florentinæ Reipublicæ in Honuphrii jam Volaterranenſis Epiſcopi commendationem, dum Florentina ſedes vacaret, ſummo Pontifici dedit. Ea eſt hujuſmodi ex Florentinarum Extractionum archivo.*

„ *Sanctiſſime, atque Beatiſſime in Chriſto Pater, & Benigniſſime Domine. Hactenus Veſtræ ſcripſimus Sanctitati pro pluribus Civibus noſtris, qui nondum ad Epiſcopalis dignitatis ordinem aſcenderunt. Inter illos tamen Florentinos Cives, quos Apoſtolica Celſitudo variis hinc inde præfecit Eccleſiis, taliter ſcientia charitate, miraque verbi Dei depromendi facundia, & totius vitæ integritate refulget Reverendus Pater Dominus Frater Honofrius Epiſcopus Vulterranus, quod nullo modo decens eſt eundem ſilentio præteriri. Cum enim talis ſit, qui facile poſſit tam dicendi copia, quam profunditate ſcientiæ, Verbum Dei cunctis, dum prædicat, in cujus ore actu mirabiliter floruit, inſtillare, quique de illa Theologiæ facultatis excellentia poſſit abunde rudes inſtruere, firmare dubios, erigere lapſos, ac exorbitantes a via rectitudinis & veritatis ſine dubitatione dirigere, quis omnino fateri non debeat, ipſum prorſus unicum eſſe, quem in Paſtorem debeat certatim quilibet Clerus, & Populus exoptare? Rarum quidem eſt, quod in uno ſimul eloquentia ſapientia cumuletur. Sed in iſto taliter hæc ipſa convenium, taliter in hoc homine datur utrumque, niſi fallimur, reperiri, quod omnino ſit incertum, an excellentius ſapiat, vel loquatur. Hic etiam non ſolum alios dirigere monitis, ſed etiam invitare cognovit exemplis. Laudabilis etenim evidentia vitæ, quam in Regula Fratrum Heremitarum B. Auguſtini, quorum ab infantia conſortio fuit addictus, cunctis oſtendit, ſe non eſſe ex illorum numero, de quibus evangelizans Veritas inquit: omnia quæcumque dixerint vobis, ſervate, & facite, ſecundum autem opera eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Sed manifeſte probavit ſe quæcumque didicit percipere, per effectum operis adimplere. Ex quibus & ſtudendi laboribus, & intellectus excellentia, in ſacra Theologiæ facultate Cathedram meruit Magiſtralem, & Provinciam ſuam pluribus annorum curriculis gubernare. Demumque aſſumptus ad Eccleſiam Vulterranam, taliter gregem ſibi commiſſum rexit, quod ſe mereri longe magis ardua demonſtravit. Hunc igitur Patrem dignitate reverendum, admirandum ſcientia, & imitandum vita, in reformatione Eccleſiæ Florentinæ Sanctitati Veſtræ totius noſtræ devotionis affectibus ſumma cum reverentia commendamus. Habetis enim virum in Patria gratum, dignumque non ſolum Epiſcopatui præfici, ſed compluribus Pontificalis Ordinis anteferri. Datum Florentiæ die xxviii. Januarii XIII. Indictione MCCCLXXXIX.*



LIII. 53 ALEMANNUS Adimarus, nobilis Florentinus, Plebanus S. Stephani Modilianæ, Epiſcopus Florentinus adlectus eſt anno 1400. Idus Decembris, ex lib. proviſ. Prælat. fol. 251. (1) Cui Eccleſiæ præfuit uſque ad annum 1401. Deinde 22. die Decembris translatus eſt ad Archiepiſcopatum Tarentinum, mox & ad Piſanum; unde poſtea ſub Joanne XXIII. ſacra Senatoria purpura ei obvenit, ut in Epiſcopis Piſanis poſtea narrabimus. Cæterum Alemanni Adimari electio Borghinum, alioſque ſcriptores latuit, ſive quia breviſſima mora Florentinam Eccleſiam adminiſtraverit, ſive quia mole negotiorum diſtentus, haud ipſe per ſe ejus Eccleſiæ poſſeſſionem injerit: forſan autem & nos hactenus latuiſſet, niſi Prov. liber, & Bonifacius IX. ad Balthaſſarem Coxam poſtea Joannem XXIII. de præpoſitura S. Geminiani per aſſumptionem Adimari vacante, ipſique collata literas dediſſet, in quibus perſpicuè Alemanni Adimari electionis fit mentio, ut ex ſubjectis literis planius, pleniuſque patebit. Extat diploma in archivio Florentino.

BONIFACIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Balthaſſari Coſſa Archidiacono Bononienſi, Decretorum Doctori ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Grata eaa familiaritatis, & devotionis obſequia, quæ nobis, & Apoſtolicæ ſedi hactenus impendiſti, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, necnon nobilitas generis, literarum ſcientia, vita, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus perſonam tuam tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum teſtimoniis variis percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum ſiquidem dilecto filio Alemanno Philippi plebano plebis ſancti Stephani de Modigliano Faventinæ diœceſis, de præpoſitura eccleſiæ ſancti Geminiani Volaterranenſis diœceſis, tunc certo modo vacante, per noſtras literas gratioſè mandavimus provideri, prout in ipſis literis plenius continetur, & deinde de perſona dicti Alemanni poſſeſſionem dictæ præpoſituræ, per eum non habita, Eccleſia Florentina tunc vacante, auctoritate apoſtolica duximus providendum, præficiendo ipſum eidem Eccleſiæ in Epiſcopum, & paſtorem. Cum itaque propterea præpoſitura prædicta, ac omne jus præfato electo tempore promotionis hujuſmodi in dicta præpoſitura, ſeu ad eam quomodolibet competens per hujuſmodi promotionem, & munus conſecrationis impendendum eidem, vacare ſperetur in brevi. Nos volentes, quod cubicularius noſter, & de nobili genere procreatus exiſtis, præmiſſorum obſequiorum, & meritorum tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem, præpoſituram prædictam, quæ dignitas principalis in dicta Eccleſia ſancti Geminiani exiſtit, ut ad eam conſuevit quis per electionem aſſumi; cujuſque fructus, redditus, & proventus trecentorum & quinquaginta florenorum auri, ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, cum illa, ut præfertur, vel per lapſum temporis de conſecrandis Epiſcopis a canonibus diffiniti, vel alias quovis modo, præterquam per dicti Electi obitum vacari contigerit, conferendum tibi cum omnibus fructibus, & pertinentiis ſuis, motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate donationi apoſtolicæ reſervamus, diſtrictius inhibentes venerab. fratri noſtro Epiſcopo Volaterranenſi, & dilectis filiis capitulo dictæ eccleſiæ ſancti Geminiani, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos dictæ præpoſituræ collatio, proviſio, præſentatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio communiter, vel diviſim pertinere de hujuſmodi præpoſitura contra reſervationem hujuſmodi diſponere quoquomodo præſumant, ac decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius eccleſiæ ſancti Geminiani contrariis juramento, confirmatione apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de dignitatibus, perſonatibus, vel officiis in dicta eccleſia ſancti Geminiani ſpecialos, aut aliis beneficiis eccleſiaſticis, in illis partibus generales dictæ ſedis, vel legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus te in aſſecutionem dictæ præpoſituræ volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem dignitatum, perſonatuum, vel officiorum, aut beneficiorum aliorum præjudicium generari, ſeu ſi eiſdem Epiſcopo, & capitulo, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a prædicta ſit ſede indultum quoad receptionem, vel proviſionem alicujus minimè teneantur, & ad id compelli non poſſint. Quodque de dignitatibus, perſonatibus, vel officiis ipſius eccleſiæ ſancti Geminiani, aut aliis beneficiis eccleſiaſticis, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter, vel ſeparatim ſpectantibus, nulli audeant provideri per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtant, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, ejuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Aut ſi præſens non fuerit ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius Eccleſiæ ſolitum juramentum, dummodo in abſentia tua per procuratorem idoneum, & cum ad Eccl. ipſam acceſſeris, corporaliter illud præſtes. Nos enim tecum ut præpoſituram prædictam, ſi illam tibi præſentium vigore conferri contigerit, recipere, & una cum aliis dignitatibus, perſonatibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, Eccleſiis, & aliis beneficiis eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, cum cura, & ſine cura, quæ obtines, & expectas etiam, in quibus, & ad quos tibi quomodolibet competit, quæcumque, quotcumque, & qualicumque fuerint, retinere liberè, & licitè valeas, generalis concilii, & quibuſcumque aliis conſtitutionibus apoſtolicis, necnon prædictis ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate prædicta motu ſimili de uberioris dono gratiæ diſpenſamus, proviſo, quod dignitates, perſonatus, officia, canonicatus, præbendæ, Eccleſiæ, & alia beneficia ſupradicta debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis, in quibus cura imminet, nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam reſervationis, inhibitionis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Id. Decemb. pontif. noſtri anno xij.

JACO.

(1) Alemannum Adimarum hujus Epiſcopatus poſſeſſionem haud iniiſſe, à Florentina Republica prohibitum, teſtantur Morelli Chronica hoc anno typis Florentiæ mandata, ubi hæc leguntur pag. 309. *Nondimeno ſi partì Mr. Alemanno, e andoſſene à Roma, e impetrò il Veſcovado di Firenze, e non fu mai conſentita la tenuta da Fiorentini: il perchè il Papa dopo lungo indugio il permutò &c.* De Alemanno fuſius agit Creſcimbenius in hiſtoria Eccleſiæ S. Jo. ante Portam Latinam, & eruditiſſimus Abbas Salvinus Salvinius in Canonicorum Florentinorum hiſtoria.



LIV. 54. JACOBUS Palladinus è Terramo, Tarentinus antea Archiepiſcopus, ad Florentinam ſedem translatus eſt, unde Alemannus Adimarus exceſſerat, ad Tarentinum & ipſe thronum translatus anno 1401. die 24. menſis Novembris. Intereſt Concilio Piſano anno 1409. in quo Alexander V. evectus eſt ad Petri ſedem. Præſuit autem Florentinæ Eccleſiæ uſque ad annum 1410. ac deinde Spoletanam eſt aſſecutus Eccleſiam. Breviori mora illum Florentiæ fuiſſe oportet. Pro vicario Marco è Terramo uſus eſt Bertinorii Epiſcopo, ac fratre Vincentio Ordinis Humiliatorum Bononienſi Præpoſito, canonumque ſolemni doctore.



LV. 55. FRANCISCUS Zabarella a, doctorum virorum ſui ſeculi facile princeps, ac per omnes Italiæ Academias, in quibus nobiliores diſciplinas publicè profeſſus fuerat, clariſſimæ memoriæ Philoſophus a Joanne XXIII. Pontifice Florentinus Præſul adlectus eſt anno 1410. die 15. menſis Auguſti. Anno vero 1411. idem Pontifex Joannes Zabarellam ingenti gratulatione bonorum vocavit ad purpuram ad titulum SS. Coſmæ, & Damiani, vulgoque Cardinalis Florentiæ vocatus eſt, tametſi poſtquam purpuram adeptus eſt, eo Epiſcopatu ſe abdicaſſet. Multos exantlavit labores, pluraque adivit pericula, ut aliquando tandem cogeretur concilium. Eam ob cauſam ad Sigiſmundum Imperatorem legatus eſt, cujus conſilio, cum habendo concilio civitatem Conſtantiam deſtinaſſent, illuc Zabarella iter intendit. Ibi ergo cum tres Pontifices munere pontificio abiiſſent, ex cenſura Patrum, bonorumque omnium propenſa voluntas in ſummum Pontificem cooptaret, importuna mors omnium vota deluſit anno 1417. ſexto Kalend. Novembris. Cujus deinde corpus a ſuis gentilibus Patavium translatum eſt, inque cathedrali in marmoreo pulcherrimo ſepulchro, quod ſculptæ ſtatuæ, ſignaque decorant, cum ejuſmodi epitaphio ſepultum.

a De eo Thomaſinus in Elogiis illuſt. vir. p. pag. 1. Manuſ.

Franciſco Zabarellæ, Florentiæ Archiepiſcopo b, viro optimo, Urbi, atque orbi gratiſſimo, divini, humanique juris interpreti præſtantiſſimo, in Cardinalium Collegium ob ſummam ſapientiam cooptato, ac eorundem animis, Pontifice Papa Maximo Joanne XXIII. ejus Senatu abdicato, ante Martinum V. ob ſingularem probitatem in Conſtantienſi concilio deſtinato Joannes Jacobi viri clariſſimi filius id monumentum ponendum curavit. Vixit annos lxxviij. Obiit Conſtantiæ anno M. CD. XVII.

b Epiſcopo.

Cæterum, qui ejuſmodi epitaphium compoſuit, perperam Florentiæ illum Archiepiſcopum appellavit, cum Martinus V. ea dignitate Florentiam tunc primum decoraverit, anno 1420. hoc eſt poſt tres omnino annos a Zabarellæ exceſſu. Inde autem error incogitantiæ auctoris epitaphii potuit irrepſiſſe, quod minus bene tempora conciliaverit, exceſſus ſcilicet Zabarellæ, atque a Martino V. Florentiæ ſedi Archiepiſcopalis delatæ dignitatis. Plura reliquit Franciſcus ingenii monumenta, ſuper Decretalia, ac Clementinas: ſcripſit de horis canonicis, de concilio, repetitiones varias, de ſchiſmate, aliaque quamplura. In philoſophicis diſciplinis adeo conſpicuus fuit, ut ſuo ævo, qui cum ipſo concurreret, vix invenerit. Artem oratoriam elegantiſſimè calluit, ut mirum in eo fuerit cum ſeverioribus diſciplinis, publiciſque curis amœniores muſas tam raro nexu convenire potuiſſe. Demum eo ingenii acumine erat, ea dexteritate agendi, ut omnium ordinum hominum, ac principum virorum præcipuè promereretur amorem. Sigiſmundus Imperator in primis adeo ſuperſtitem adhuc Zabarellam dicitur dilexiſſe, ut mortuo etiam cum ſuis, regnique proceribus uſque ad poſtremam conclamationem, aula Romana ſpectante, Conſtantiæ juſta perſolverit: dum Poggius Florentinarum rerum ſcriptor, ac per id tempus inſignis eloquentiæ laude conſpicuus elati retexeret meritas laudes. Zabarellæ meminit Panvinius, Trithemius de ſcriptoribus eccleſiaſticis, Angelus Politianus, Scardeonus, Ciaconius, Antonius Riccobonus de Gymnaſio Patavino, aliique non pauci.

ARCHIEPISCOPI
FLORENTINI.



LVI. 1 AMERICUS Corſinius Florentinus, ex Archidiacono Bajocenſi c, Epiſcopus Florentinus electus eſt anno 1411. 17. Kalend. Auguſti. Poſtremus fuit Epiſcopus, primuſque ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopus.

c Et Præpoſito jam Podii Bonitii.

Abſoluto enim, completoque Conſtantienſi Concilio, in quo ſuppreſſis tribus Pontificibus vitio electis, Martinus V. Columna ad Petri ſedem fuerat ſubvectus, idem Pontifex Conſtantia rediens, ex itinere divertit Florentiam, cumque a libera tunc civitate munificentiſſime fuiſſet exceptus, tamquam relaturus haud impares gratias, Archiepiſcopatus dignitate illam ornavit, anno 1420. die 2. menſis

Maji. Ratus, ut ait Card. Aegid. in hiſt. 20. ſecul. civitatem, quæ aliis pietate ac religione præcelleret, nullis aliis dignitate inferiorem eſſe oportere. Hæc primum inſtituta dignitas cecidit in AMERICUM Corſinium nobilem Florentinum Archidiaconum Bajocenſem, qui Epiſcopatum illum obtinuerat anno 1411. 17. Kal. Auguſti (1).

Martinus vero Mantua Florentiam venit die 26. Feb. anno 1418. Summo honore a repub. Florent. exceptus, divertit ad baſilicam S. Mariæ Novellæ Ord. Præd. ubi tamdiu manſit, quamdiu Florentiæ fuit; juxta quam Florentini ædes ædificarunt, ubi Pontifex ſpatioſius moraretur, ubi hæc inſcriptio in tabula marmorea legitur.

Pontifici ſummo MARTINO nomine QVINTO
Conſtantienſi ſynodo ſacra veniente
Hic populus proprias has gratis condidit ædes,
Ac ſibi magnificos multos impendit honores;
Dum venit primo, dum manſit, dumque receſſit.
Manſit ſex menſes, feliciter, atque per annum
Poſtea ſacrato templo ſolemniter iſto,
Acceſſit Romam, ſedem, patriamque vetuſtam.
Venit die xxvi. Februarii. MCDXVIII.

Cæterum cum Martinus V. apud S. Mariam Novellam Florentiæ commoraretur, Joannes Coxa quondam Papa XXIII. carcere elapſus, ad ejus oſcula pedum beatorum ſupplex procubuit non ſine lachrymis, purpuratorum ſpectante ſenatu. Quæ demiſſio adeo cum Cardinalibus movit Pontificem, ut ſtatim ſupplici reſtituerit honorem Pilei, creavitque illum Epiſcopum Tuſculanum, ac ſacri ſenatus Decanum. Brevis autem ea lætitia fuit, ſiquidem paulo poſt Florentiæ è vita diſceſſit. Coſmi Medicei viri clariſſimi, ac liberaliſſimi ſtudio ac cura honorificentiſſime ſepultus fuit apud S. Joannem Baptiſtam in pulcherrimo marmoreo ſepulchro, cujus propemodum ſpirantem effigiem Donatellus egregius ſtatuarius ad miraculum ſculpſit. Ad viginti millia Florenorum aureorum condidit teſtamentum, Bartholomæo Valorio, Nicolao de Uzzano, Joanne Mediceo, Verloque Guadagnio poſtremam hanc ejus voluntatem exequentibus. Inde videre eſt quam vane vulgus, vecordeſque vel ex ſupina inſcitia, vel ex perfidioſa malitia, jactaverint Joannis Pontificis opes demigraſſe in Mediceam domum, indeque gentem illam fuiſſe opulentiorem, cum jam olim ante clariſſima illa gens iis opibus abundaret, quæ viderentur regias propemodum potuiſſe adæquare. Martinus autem Pontifex antequam Florentia diſcederet, templum S. Mariæ Novellæ, majuſque altare, ac S. Petri martyris, in gratiam Fratrum Prædicatorum, apud quos humanitate maxima cultus fuerat, per duos annos diverſatus, conſecravit. Cæterum in Præſulatu Americi Corſini, Florentiæ fato ceſſit vir plane inſignis Nicolaus *a* Datus Fratrum Prædicatorum generalis magiſter anno 1426. ſepultuſque fuit apud majus altare, ubi adhuc cum ejus ænea effigie in pavimento ſubſtructum ſpectatur ſepulchrum, ejuſdemque Inſcriptione. Cujus viri nunc eo libentius memini, quod Romæ poſitus, cum meas ad Ciaconium conderem notas, inveteratam quandam ſecutus memoriam, ab ejus gentis ſcriptore adjutam, auctoritate autem Pauli Mini de nobilitate Florentina, ac cujuſdam M. S. codicis, quem apud ſe aliquando habebat Horatius Morandus Abbas Valliſumbroſanus, firmatam, eundem aſſerui a Martino V. Pontifice in ſecunda creatione purpura fuiſſe decoratum ſub vitæ finem, hoc eſt, ante duos omnino dies, quam è vita diſcederet. Sed cum poſtea diligentius rem omnem inveſtigaſſem, acta conſiſtorialia, regeſtumque Vaticanum Martini V. conſuluiſſem, ſimplicemque inſcriptionem ſepulchri fuiſſem intuitus, priorem ſententiam meam ejuravi, fateorque me ex aliena credulitate tum fuiſſe lapſum, rumoremque illum ex vulgi ſermonibus vires acquiſiviſſe, qui penſatis virtutibus viri, aliquando fore prædixerat, ut a V. Martino inter purpuratos, ac ſacros ſenatores cooptaretur.

a Leonardus Datus.

Sed jam ad Americum noſtrum redeamus. Hic igitur cum ad decem (2) annos Florentinæ præfuiſſet Eccleſiæ, primus Archiepiſcopus, & Florentiæ vixit, & ibidem primo illius dignitatis decore cumulatus deceſſit, anno 1434. eo ſcilicet tempore, cum Eugenius IV. Pontifex urbanas ebullientes declinans ſeditiones, ſe contuliſſet Florentiam, ubi per aliquot annos commoratus, poſt Americi exceſſum, eandem Florentinam ſedem ita ipſe per ſe adminiſtravit, & rexit, ut inter illius Eccleſiæ Præſulea videatur poſſe numerari. Clerum autem ita adamavit, ut multa in illum contulerit beneficia, præcipue autem minoribus clericis ita conſuluit, ut fundatis redditibus, habere voluerit, unde ad ſacerdotalem dignitatem poſſent aſcendere.

Americo Præſule Florentiæ ex hac mortali vita diſceſſerunt duo eximiæ famæ Præſules, Hiſpanus unus Kaurienſis Epiſcopus ſepultus in Eccleſia S. Mariæ Novellæ, ubi adhuc ex marmore ejus effigies, & gentilitia ſtemmata ſpectantur, duo conchilia in quidripartita parma, & epitaphium hiſce verbis expreſſum.

Hic jacet R.P.D. Mattheus Epiſcopus Kaurienſis Compoſtellæ nat. Regum Caſtellæ, & Aragon: conſiliar. qui obiit die xii. Spt. A. D. M. CCCCXXXII.

Anglus alter fuit Regis Angliæ Orator apud Martinum V. cujus ſepulchrum viſitur in Templo S. Crucis, ubi ejus ſtemmata proſtant, pardi tres argentei in nigro ſcuto vagantes, cum hoc Epitaphio.

Hic jacet dominus Joannes Catrk Epiſcopus quondam Oxonienſis Ambaſciator ſereniſſimi Regis Angliæ, qui obiit XXVIII. Decembris A. D. M.CCCCXIX. cujus animæ propitiet Deus.



2 JO: Vitelleſchus *b* Cornetanus, antea Recanatenſis Epiſcopus, ab Eugenio IV. Pontifice ſecundus Archiepiſcopus Florentinus adlectus eſt anno 1435. 4. Id. Octob. Qui cum etiam eſſet Patriarcha Alexandrinus, a nobiliori facta denominatione, LVI.

b De eo Ammiratus in hiſt. Florent. par. 2. p. 21. 91. Mand.

(1) Altamura in Bibliotheca Dominicana ad an. 1417. meminit cujuſdam Angeli, viri celebris, eruditi, acuti, atque in diſputando, ut ait, mirabilis, Epiſcopi Florentini, paulo ante quam hæc ſedes in Archiepiſcopatum erigeretur. Verum nulla reperitur mentio hujus Angeli penes hiſtoricos Florentinos, neque de eo ullum verbum in Fontana Theatro Dominicano.

(2) Scribendum omnino *ad decem, & quatuor annos*. Obiit enim Americus Corſinius an. 1434. die 18. Martii, ut aſſerit infra Ughellus, & aperte teſtantur Joannis Cambii, quæ MSS. circumferuntur, Chronica, in hunc modum: *Al tempo di Filippo di Cristofano del Bugliaffa Gonfaloniere di Santo Spirito Confaloniere di Giustizia morì Mr. Amerigo di Mr. Filippo Corsini Arcivescovo di Firenze a dì 18. di Marzo 1434. e fu soppellito in S. Maria del Fiore* (hæc eſt Metropolitana Florentina) *e il Papa mandò à pigliare la tenuta di detto Vescovato*. Id etiam confirmatur ex libro, quem citat Cerracchinius, cui titulus: *Ricordanze dell'arte della Lana*: in quo hæc leguntur: *Nell'anno 1418* (legendum proculdubio 1434. ſiquidem in Vigilia B. Joannis Baptiſtæ, idest IX. Kal. Julii hujus anni Florentiam ingreſſus eſt Eugenius IV. Pontifex, ut ipſe teſtatur in Epiſtola ad Joannam II. Siciliæ Reginam miſſa, quam refert Raynaldus in Annal. ad dictum annum) *essendo venuto à Firenze Eugenio IV. sommo Pontifice, ed avendo trovata Vacante la nostra sede Archiepiscopale per la morte già seguita del Corsini* (idest non multo pridem, die ſcilicet 18. Martii) *per se la ritenne quasi due anni* Videlicet ad 4. Idus Octobris anni ſequentis quo Joannem Vitelleſchum ſublegit. Si vero, qui aſſerunt Corſinium deceſſiſſe anno 1430. ſedem quadriennio, donec eam per ſe ſuſcepit adminiſtrandam Eugenius Pontifex, præter morem vacaſſe aſſumunt, oportet.

ne, vulgo per antonomaſiam Patriarcha dictus eſt, ornatuſque paulo poſt ab eodem Eugenio Senatoria purpura ad titulum S. Laurentii in Lucina anno 1437. Cæterum ut Eugenius ad ſupremum Cardinalatus gradum illum extulerat, ſic poſtea eundem tamquam regni, Pontificatuſque appetentem ad ima devolvit. Natus Joannes fuit Corneti in Hetruria è nobiliſſima Vitelleſchorum familia, vir utique magni ingenii, mirabilique dexteritate in expediendis, pertractandiſque negotiis. Propius militiæ, quam Eccleſiaſtico cultui videbatur accedere. Tartaliam Tuſcaneliæ Tyrannum cum eidem a conſiliis eſſet, ſuis conſiliis ſulcit, ejuſdemque armis ſuccinctus, plurimas bellicas factiones promovit: ſed cum deinde Tartalia ſub Martino V. Columna plexione capitis pœnas luiſſet, Joannes Romam conceſſit, atque a Martino V. Prothonotarius Apoſtolicus renunciatus eſt. Deſuncto vero Martino, ita Eugenio Pontifici adhæſit, placuitque, ut illum Præfectum contra Tyrannos S. R. Eccleſiæ, cum auctoritate legati creaverit. Quos deinde omnes ad unum vel expulit, vel perdomuit. Inde illi uſque ad Cardinalatum varii honores collati, ita ut non modo legati munere contra Tyrannos cum ampliſſima poteſtate fungeretur, ſed etiam Eccleſiaſticorum armorum Præfectus Romanæ Eccleſiæ latè formidabilem reddiderit ditionem. Pro Renato Andegavenſi contra Alphonſum Neapolitanum Regem militavit, cumque fœdiſragus Tarentinorum Principem fregiſſet, ſudiſſetque, captumque deinde dimiſiſſet, æmulorum maledicentia apud Pontificem Eugenium invidia maxima deflagravit, eidemque ob maximam adeptam potentiam affectati regni ſuſpectus, juſſus eſt Romam redire, ut in res bellicas primo quoque tempore expediret conſilia, ſed revera ut cogitatæ perfidiæ pœnas daret. Nempe Antonio Rido opprimendi hominem negotium demandatum erat. Hic erat pro Pontifice Adrianæ molis Præfectus; ita ut cum Vitelleſchus rediret, honoriſque cauſa deduceretur a Rido, inter utrinque de rebus bellicis jactata verba, equo inſidens in limine ipſo Adrianæ molis captus eſt, vimque parans a circumſtantibus militibus oppreſſus, multiſque vulneribus confoſſus, in eadem Arce brevi deceſſit anno 1438 a. die 2. menſis Aprilis, cum die 29. menſis Martii Antonio Rido circumveniente captus fuiſſet. Ejus deinde cadaver Cornetum delatum tumulatum eſt in Cathedrali cum hoc Epitaphio.

a 1440. ut ex infraſc. inſcriptione. Cerrach.

REVERENDISSIMO DOMINO JOANNI DE VITELLESCHIS DE CORNETO PATRIARCHÆ ALEXANDRINO CARD. FLORENTINO BARTHOLOMÆUS EPISCOPUS CORNETANUS NEPOS IN POSTERITATIS MEMORIAM.

Quando ego pro patria, pro majeſtate repreſſi
Pontificis furias bellorum, hoſteſque ſubegi
Eccleſiæ, noſtris qua floruit aucta ſub armis,
Reſtitui res effluxas, urbeſque, decuſque,
Invidit ſors atra mihi, magis æmula virtus
Immeritam ſtatuens non æquo munere mortem.

b *Obiit xi. Aprilis MCDXL.*

b Hæc deerant in editione Ughelliana. Supplevimus ex Cerrachinio.

Et hunc quidem infauſtum finem Vitelleſchi militares exaggeratæ virtutes accepere. Quaſi viris Eccleſiaſticis fatale ſit, infauſto exitu mori ſub armis, ſi audacius, intemperantiuſque contra eam, quam ſemel profeſſi ſunt vitæ ſanctimoniam, arma tractent. Quoniam vero Joannes circumlatis victricibus armis, oppreſſiſque Tyrannis immortalia commoda, libertatemque pene amiſſam populo Romano pepererat, equeſtris illi ſtatua a populo Romanoque Senatu, cum hac honorificentiſſima inſcriptione decreta eſt.

JOANNI VITELLESCHO
PATRIARCHÆ ALEXANDRINO
TERTIO A ROMULO ROMANÆ URBIS
PARENTI.

Plures ſcriptores hujus Cardinalis meminerunt, Jovius ſcilicet in elogiis militaribus, Platina, ac Garimbertus, nos etiam in noſtris notis ad Ciaconium. Poſtremo non me fugit tempore hujus Cardinalis Metropolitanam Florentinam Eccleſiam fuiſſe conſecratam ab Eugenio IV. ſummo Pontifice anno 1436. ut ex hac ſubjecta inſcriptione perſpicitur.

Ob inſignem magnificentiam civitatis
& templi Eugenius Papa IV. omni ſolemnitate
adhibita dedicavit
die vigeſima quinta Martii MCCCCXXXVI.
Cujus dedicationis gratia ligneus
Pons inſigni magnificentia, & ornatu
factus eſt
ab Eccleſia ſancta Maria Novella,
ubi papa inhabitabat, uſq; ad hanc Eccleſiam,
per quem veniens Pontifex cum Cardinalibus
& Epiſcopis, cæteriſque proceribus
Pontificali habitu
ad dedicationem acceſſit; tanta
enim multitudo
ad ſpectandum convenerat, ut præ nimia
turba vias obſidente niſi
per pontem commode tranſire Pontifex
non potuiſſet.



3. Vitelleſcho ſucceſſit LUDOVICUS Scarampius, ſeu Mediarota Patavinus, ejuſdem æmulus, anno 1438 a. 7. Kal. Septembris ex Epiſcopo Tragurienſi. Hic quamquam obſcuris ortus parentibus, Pontificiorum tamen negotiorum moli, rebuſque bellicis, quarum legatus erat, parem animum attulit. Siquidem Eccleſiaſtico ſuccinctus exercitu, ſociatiſque armis cum Florentinis, cum in Hetruria fungeretur legatione, Piccininum Mediolanenſis ducis egregium ducem, multiſque victoriis clarum vicit, ſuperavitque. Qua ipſa victoria apud Eugenium tantum collegit gratiæ, ut Cardinalatus illum purpura condecoraverit 1440. Purpuraque cumulatus Archiepiſcopatu Florentino ſe abdicavit in favorem Bartholomæi Zabarellæ, cum prius Florentino Concilio adhuc ejus civitatis Archiepiſcopus ſubſcripſiſſet, in quo Græca cum Latina tandem conſenſit Eccleſia. Quod fœdus adeo bonis omnibus, Catholiciſque lætabile fuit, ut publicus conſenſus in marmorea tabula ejuſdem voluerit extare memoriam. LVII.

a Anno 1437. per dimiſſionem Vitelleſchi ad Purpuram vocati electus an. 1438. die 25. Decemb. poſſeſſionem iniit. Ita ex authentico libro artis Lanificii. Cerrachinius.

Generali Concilio Florentia celebrato poſt longas diſputationes unio Græcorum facta eſt in hac ipſa Eccleſia die VI. Julii M.CCCC.XXXIX. Præſidente eidem concilio Eugenio Papa IV cum Latinis Epiſcopis & Prælatis, & Imperatore Conſtantinopolitano cum Epiſcopis, & Prælatis, & Proceribus Græcorum copioſo numero, ſublatiſque erroribus in unam eandemque rectam fidem, quam Romana tenet Eccleſia, conſenſerunt.

Commutavit autem Florentinum Archiepiſcopatum cum Patriarchatu Aquilejenſi, ſubque Calliſto III. in Pannoniam contra Turcas Legatus profectus eſt, collatiſque ſignis ad Belgradum inſignem reportavit victoriam, oſtenditque novos homines, & infimæ ſortis poſſe aliquando cum inſigni nobili-

tate viris de virtute certare, exque medica facultate, quam ille callebat egregie prodire duces, qui & mederi vulneribus, & ubi opus eſſet, infligere non ignorarent. Cæterum Ludovicus tanta apud Eugenium gratia valebat, ut ad eum Eccleſiaſticorum negotiorum molem, prætermiſſo Petro Barbo nepote, ſoleret deferre. Inde inter utrumque immortales ſimultates viſæ ſunt extitiſſe, donec pertinaciſſimæ fortunæ luſu graviſſimum ſui æmulum Petrum Barbum ad Petri Thronum ſublimatum contigit illi videre. Sub quo tandem anno 1465. 6. Kal. Aprilis Epiſcopus Cardinalis Albanenſis deceſſit, ſepultuſque fuit apud S. Laurentium in Damaſo, utpote qui S. Romanæ Eccleſiæ Cancellarius eſſet, ubi poſtea ab Henrico Archiepiſcopo Tarentino pergrandis marmorea tabula cum prolixa inſcriptione erecta fuit, quam in Epiſcopis Albanenſibus ſupra retulimus. Is ex bonis Eccleſiaſticis primus ſui ordinis, canes, & equos alere cœpit, teſte Genebrardo in Chronol. ex Volaterrano in Anthropolog. quo tempore Turca Mahumetes res gerebat in Græcia. Hinc ab aulicis Cardinalis Lucullus appellatus, ut inquit Garimbertus, de quo Bernardinus Scardeonius, & Angelus Portinarius, qui illum Media rotæ cognomentum elegiſſe ex matris familia ſcribit, cum ille ex Arena gente prodiiſſet.



LVIII

a Hujus meminit Portenarius in hiſ. Patav. l. 9. c. 6. *Mandoſ.*

b An. 1439. ab Incarnatione, & die 30. Jan. poſſeſſionem per procuratorem iniit, ut ex rogitu Jacobi de Romena in Arch. Floren. *Salvinus*.

* Ex Arch. tom. 7.

4. BARTHOLOMÆUS Zabarella *a* Patavinus, filius Andreæ, frater Franciſci Cardinalis, Patrui cum æmulatus virtutes fuiſſet, ad ſummam juris prudentiam pervenit, cumque ob id Martino V. magno uſui fuiſſet, ab eodem Pontifice Spalatrenſis Archiepiſcopus creatus eſt, indeque ab Eugenio IV. ad Florentinum translatus anno 1439 *b*. 15. Kal. Januarii. Ad quinque annos ſibi creditam rexit Eccleſiam, *deceſſit die 12. Aug. in Cappanis ad pedes Radicophani oppidi; corpus in Abbatia S. Salvatoris de monte Amiato terræ mandatum eſt, fortaſſis in patriam inde relatum, ut ex publico documento Jacobi de Romena Notarii Florentini, quod aſſervatur in Archivio Florentino, de electione, ſeu poſtulatione ſucceſſoris juxta antiquum morem celebrata in Capitulo Florentino, quod cum in partes iiſſet, tandem major pars in Joannem Neronem ilium eumdem, qui poſtea legitima Pontificis Maximi electione ad hanc eandem ſedem vocatus eſt anno 1462. Interim Eugenius Antoninum in locum Bartholomæi ad Archiepiſcopalem ſedem Florentinam aſſumpſit, qui in album deinde ſanctorum relatus eſt à Leone X. cum illuc vocatus ab Eugenio, renunciatuſque Referendarius Apoſtolicus, Romam iturus, pertranſiret. Ejus cadaver Patavium tranſlatum eſt, ac prope patruum ſepultum, * hoc in pariete ad lævam addito epitaphio,

* Ex Append. t. 5.

Bartholomæo Zabarella Andreæ F.
Archiepiſc. Florent. IV.
ſub Eugenio IV. maximis in Rcip. muneribus
ſingulari cum laude perfuncto,
juris prudentia, religione,
rerum geſtarum gloria clariſſimo;
poſt Hiſpaniarum legationem
bonorum omnium ſuffragiis,
propenſaque ipſius ſummi Pontificis voluntate
patrum Card. purpuram jam illi
deferentibus importune interempto.
Andreas Zab. Joannis F. Eques
ad excitandam in poſteris tantæ
virtutis æmulationem P.C.
Obiit Sutrii an. ſal. M.CCCC.XLV.

Porro Bartholomæo ſedente obierunt in hac urbe memorabiles viri Leonardus Aretinus an. 1440. ætatis 74. ſepultus in æde S. Crucis hiſtoriarum ſui temporis ſcriptor, omniumque ſcientiarum genere doctiſſimus, & Philippus de Bruneleſco, celebris Architectonicæ artis homo anno 1444. 15. Kal. Maji: cujus corpus in Cathedrali ſuppoſitum, grata patria ſepeliri juſſit.



LIX

c Ejus Acta in Actis Sanct. menſis Maji tom. 1 pag. 313. & ſeqq. De ejus operibus vide Altamuram in Bibl. Domin. p. 183. & 484. *Mandoſ.*

d Vide 2. Maii.

5. S. ANTONINUS *c*, ob egregiam morum ſanctimoniam, præclaramque doctrinam ab Eugenio Pontifice Florentinus Archiepiſcopus adlectus eſt 1446. (1) 4. Id. Februarii. Humili loco natus eſt, Dominicanamque Religionem profeſſus famoſum illum Joannem Dominicum Cardinalem habuit præceptorem, quem etiam in numero beatorum adſcriptum etiam nunc venerantur mortales. Hujus itaque cum Antoninus tum pietatis, tum doctrinæ lac abunde ſuxiſſet, eoſdeinde in omni doctrinarum genere protulit fructus, quos vix ingentia ab eo ſcripta volumina continere poſſe videntur: ejuſque exiſtimationis fuit apud mortales, ut per Archiepiſcopum apud ſcriptores unus ſanctus Antoninus intelligatur. Eundem in ſanctorum numerum retulit Adrianus VI. anno 1523 cum deceſſiſſet anno 1459. die 10 *d*. menſis Maji. Principibus Chriſtianis maxime charus fuit, itaut adhuc Prædicator fraterculus pro republica Florentina trepidas legationes obiret. Ad Archiepiſcopatum autem ſubvectus egregia pietatis opera ſuis diœceſanis præſtitit. Siquidem aliquot templa ſubſtruxit, ſecularium pias confraternitates inſtituit. Bonos homines S. Martini, ut vocant, ut egenorum verecundiæ conſulerent, adlegit, ac ſub certis legibus in unum Senatum collegit. Ejus vitam Clementis VII. juſſu Vincentius Maynardus prolixe ſcripſit, Franciſcus Caſtellus lib. 3. de viris illuſtribus S. Dominici, & alii. Pius II. Florentiæ erat, cum S. Antoninus è vivis eximeretur. Quamobrem lib. 2. Commentariorum pulcherrimum

(1) Die 13. Martii anni 1445. Florentiam ſolemniter ingreſſum eſſe S. Antoninum novum Archiepiſcopum docet Boninſegnius in hiſt. patris pag. 18 quod quidem intelligi debet de anno, ſumpto ejus exordio ab Incarnatione: alias à Nativitate tunc currebat annus 1446. Obiiſſe vero non die 10. Maii, ut ait Ughellus, ſed ſecundo teſtatur Bartholomæus Fontius in ſui temporis Annalibus, quorum Originale extat Florentiæ in Marchionis Franciſci Riccardi Bibliotheca. In iis hæc leguntur ad an. 1459. *Antoninus Perozzius Archiepiſc. Florentinus, vir ſcientia, & vita ſanctitate clarus ſeptuageſimo, Archiepiſcopatus vero anno 14. moritur 6. Non. Maii, octavoque die poſt obitum in S. Marci æde ſepultus eſt, univerſa urbe funus celebrante.*

rimum de eo elogium conſcriptum reliqnit, quod ſane poteſt eſſe inſtar multorum.

Per idem tempus, inqnit, *migravit in Domino Antoninus Eccleſiæ Florentinæ Archiepiſcopus, ordinis Prædicatorum profeſſor, vir memoria dignus, domuit avaritiam, conculcavit ſuperbiam, libidinem prorſus ignoravit, potu ciboque parciſſime uſus eſt; non ira, non invidia, non alteri paſſioni ſuccubuit: doctrina Theologica emicuit: ſcripſit plura volumina, quæ docti laudant: prædicator acceptus in populo, quamvis ſcelerum inſectator vehemens: correxit cleri, & populi mores: lites diligenter compoſuit: inimicitias quoad potuit ex urbe pepulit: proventus Eccleſiæ inter Chriſti pauperes diſtribuit; in cognatos & affines ſuos niſi admodũ inopes eſſent, nihil contulit: vitreis ac fictilibus tantum vaſis eſt uſus: familiam, quæ parva illi fuit, contentari modico voluit, & ad philoſophiæ leges vivere. Mortuo nobile funus ex publico ductum: in domo nihil repertum eſt præter mulum, quo incedere ſolitus erat, & vilem ſupellectilem: cætera manus pauperum aſportavere. Civitas (nec vana putanda opinio eſt) ad vitam illum migraſſe beatam putavit. Magiſtratum urbis ubi ſe tanto privatum patre, & orphanorum tutore, viduarumque judice defeciſſe animadvertit, accedens Pium Pontificem, non iſtum, aut illum, ſed aliquem ex civibus ſuis in ejus locum ſubrogari petiit. Laudavit Pontifex Florentinos, qui obſtinate unum aliquem non petiviſſent, auditurumque ſe ſe ait honeſtas preces.*

De quo ſic etiam Verinus noſter lib. 2. agens de iis Florentinis, qui ſanctitatis claritudine patriam illuſtrarunt.

Temporibus noſtris Antonius alter Aquinas
Moribus, exemplo, ſcripto, Thomaſus habetur:
Infectos cleri mores correxit & urbis:
Commiſſumque vigil paſtor defendit ovile,
Ne Lupus inſidiis caperet, vel ne improbus hoſtis
Incuſtoditas pecudes laceraret; & omni
Arte gregem morbo incolumem ſervavit ab omni.
Antoni venerande pater, quo carmine laudes
Percurram? meritas tibi quas Florentia grates
Exolvat? tu ſiderei nunc incola cœli
Adſit, & patria tolle impia ſemina belli:
Tolle famem, & peſtem, & quicquid mortalis egeſtas
Suſtinet, ut vigeat mens recta in corpore ſano.

Ejus vero ſacrum corpus apud S. Marcum ſui ordinis cœnobium honorificè conditum fuit cum inſcriptione.

Hic eſt ille tuus paſtor Florentia, pro quo
Non ceſſas mœſto ſpargere rore genas.
Patribus haud priſcis pietate Antonius impar,
Qui ſcripſit quicquid litera ſacra docet.

Translatum deinde eſt ejuſdem corpus in novum S. Marci ſacellum ab Averardo, Philippoque Salviatis nobiliſſimis, ac opulentiſſimis Florentinis civibus, in honorem Sancti, munificentia plane regia erectum, cujus facti perſpicua memoria extat in tabula marmorea in hæc verba.

S. Antonini Archiep. Floren. quem Adrianus VI. Pont. Max. in ſanctorum numerum retulit, demortui corpus ex priore Sepulchro, quo CXXX. annos ante conditum fuerat, hoc in ſacellum, quod Averardus, & Antonius Philippi FF. Averardi NN. Salviati magnis ſumptibus ædificarunt, ut anguſtiorem locum tanto Divo exornarent, quem ipſi pie, ſancteque in primis colerent, Alexander Medices Archiep. Florent. & S. R. E. Card. Xiſti V. Pont. Max. juſſu & Salviatorum fratrum rogatu, & pietate ſua privatim impulſus, ſumma cura, & diligentia, cum multis penitus recognitum, ac per urbem inſigni, ac pia pompa circumlatum, vii. Id. Maii M.D.LXXXIX. incorruptum, integrumque repertum fuerat, inferendum, ac ſub ipſa ara condendum curavit.

Audi modo facetum proloquium Pii Pontificis Florentiæ habitum, cum Bernardo Gherardino viro lepido tunc reipubl. Florentinæ juſtitiæ vexillifero, dum Senatus nomine Pium deprecaretur, ut

A concivem in defuncti Antonini locum, Archiepiſcopum devoto populo tribuere dignaretur. Ipſiſſima verba vernacula lingua ſuis in ſcheldis ſcripta reliquit quidam Bernardi ſocius, quæ nobis communicavit bon. mem. Joannes del Garbo amicus noſter, patriæ antiquitatum periti ſſimus, ab erudito Jacobo Gaddo laudatus in poetica; ſic enim ſe habet.

Beatiſſimo, e ſantiſſimo Padre.

Queſti honorandi Padri, Signori del popolo Fiorentino, e fedeliſſimi figliuoli di ſanta Chieſa, m'hanno impoſto, ch'io parli, & ezponga alla Voſtra Santità quello, che per loro, e per il loro devotiſſimo popolo all'Apoſtolica Chieſa, & alla V. Santità humilmente s'adomanda, e ſupplica: e bench' io conoſca, che per qualunque di loro meglio ſi ſarebbe fatto tant'eſercizio, perche con piu ornate parole, & maggior'eloquenza qual merita la Voſtra Santità, ſi ſarebbe ſatisfatto; nientedimeno per non parere al tutto pertinace, & per ſeguitare la loro volontà, e mandato, ſi com'huomo ſottopoſto a lo-
B ro obedienza; dico quello ch'io ſtimo ſia di loro commiſſione, & il deſiderio di tutto il noſtro a voi devotiſſimo popolo, confidandomi nondimeno, dopoi che ſono inſieme meco a' piedi di Voſtra Santità, che dove io mancaſſi per la mia ignoranza, eſſi con la loro uſitata prudenza ſuppliranno. Io prima a queſto devotiſſimo popolo, Beatiſſimo, e Santiſſimo Padre, ſi com' affettionatiſſimo ſempre alla ſanta Madre Chieſa, & in ſpezialità alla Voſtra Santità, di che noi ſtimiamo, anzi ſiamo certiſſimi, che per li noſtri anteceſſori nella loro viſitazione vi fuſſi fatto pieniſſima fede, & per parte di quello offerto, & largito ogni facultà. Pur nondimeno eſſendo noi aſſunti al nuovo Magiſtrato, pare, che di nuovo appartenga offerire qualunque commodità, che per noi a V. S. & alla voſtra corte fare ſi poteſſi, & così per ſodisfare a quant'è deſiderio del noſtro popolo, nuovamente ſupplicando alla V. S. che li piaccia accettare le noſtre offerte, ſi come da popolo, che con liberaliſſimo, e preſtantiſſimo animo ve le hà largi-
C te: appreſſo, egl'è ſtato di piacer d'Iddio, Beatiſſimo Padre, aver chiamato a ſe la devotiſſima anima del noſtro religioſiſſimo Arciveſcovo padre, e paſtore di tutti noi, del cui governo, & ſantimonia, non ſolamente queſto popolo, ma etiamdio tutt'Italia ne può rendere buoniſſima teſtimonianza, del qual governo eſſendo noi privati, certamente non ſenza lacrime pare a queſto popolo poter tal parte ragionare, per la qual coſa ſupplichiamo alla V. S. ch'avendo noi perduto tanto ſantiſſimo uomo, & ottimo governo, a quella piaccia di doverci conſolare, & queſto è reſtituirci in queſto luogo un paſtore, cha di governo, e ſantità ſia piu ſimile al paſſato, che ſi poſſa: & oltr'a queſto ſia della noſtra terra, acciò che affezionato a quella, con noi il ſuo ſeggio, ſi come è debito, voglia collocare per meglio poter'attendere, & amminiſtrare alla cura delle noſtre anime, ſi come chriſtianiſsimi, e fedeliſſimi devoti di S. Chieſa. Appreſſo vi raccomandiamo il benefizio, & il ſignore dell'Altopaſcio, uomo di famiglia no-
D bile, e di grandiſſima bontà, & governo, il quale con le ſue buon'opere il benefizio, ch'era degno, hà fatto degniſſimo. Nel terzo luogo vi raccomandiamo un giovane, il quale la noſtra terra per le ſue ammirande virtù grandemente deſidera; giovane di buona, e degna ſtirpe, figliuolo che fu di m. Giannozzo Pandolfini, e fratello d'uno di queſti miei maggiori Collegi; facendo fede alla V. S. che quando per quella ſi promoveſſi a dignità alcuna, non potrebbe la Voſtra Beatitudine per ſimil'opera far più grata coſa a tutti gl'uomini di queſto popolo; ſtimando, ſi come voi ſiate Padre, e paſtore di tutte l'anime Chriſtiane, ſi come ancora e per fama ſi potrebbe per l'opera manifeſtamente provare la V. S. eſſer' amatore, & exaltatore delle virtù. Io ſtimo, Beatiſſimo, e Santiſſimo Padre, queſt'eſſere in effetto quanto da queſti miei onorandi padri con molta reverenzia, e più diffuſa cerimonia, la quale per me ſi doveſſi oſſervare a' piè della V. S. mi fù impoſto.

A Sò ch'io non hò ſodisfatto con quelle parole degne, coo le quali tanta commiſſione mi fo mandata, per la qual coſa adunque eſſendo eglino alla preſenzia prego che mi correggh:no.

Finite le parole del noſtro Gonſalonlere, cominciò il ſommo Pontefice uo'elogio poſto con grandiſſima dignitade.

Pe' voſtri anteceſſori, Magnifici Signorl, ci fù eſpoſto la grandiſſima affezione di queſto popolo appreſſo di noi, della quale poi, per l'eſperienza fummo certiſſimi, & quella come grandiſsima coſa da loro accettammo, & ora da voi per le nuove offerte accettiamo: perche, come voi dite, conoſciamo quell'eſſere fatte da ſedeliſſimo popolo, e s'accadrà avervi di biſogno, quelle uſeremo; imperoche intendiamo quanto ſia da ſtimare la devozione voſtra verſo di ooi. Senza dubbio, Magnifici Signori, grandemente avete da condolervi della perdita del voſtro Arciveſcovo, che non ſolamente a voi, ma etiamdio a tutti noi hà dato aſſai di moleſtia, perche B non facilmente è da eſſere titrovaro un'altro di sì bonisſimo governo, e ſantiſsima vita.

Mentre che il ſommo Pontefice queſte parole riſpondeva, fù per Bernardo aggiunto la quarta domandita, dicendo; Padre ſaoto, ſend'io antico, e molto diffettuoſo di gotte ſia a me conceſſo, ch'io mi lievl sù: à cul il ſanto Padre benignamente riſpoſe, ch'aſſedeſſe, dicendo con lieta ciera, a queſta parte voi ſiate noſtro compagno. Bernardo levatoſi io piedi con la ſiniſtra mano s'appoggiò alla ſua ſedia, e'l ſanto Padre perſeverò nel diſcorſo.

Ma noi ci sſorzaremo di provedervi d'uno, che, come voi dite, più che ſi poſſa alle virtù del paſſato ſia ſimile, & a queſta, per noſtra parte, ſperiamo avervi già conceduto. Alla ſeconda, che lui ſia Fiorentino, non poſſiamo dir coſi; imperoche hà di biſogno di più lungo eſamine, come a' voſtri mandati riſponderemo,

Mentre che lol cotali parole riſpoodeva, ſi vedevano gli occhl di Bernardo fiſſo riſguardare negl'occhi C del ſommo Pontefice, dipoi voltarli, e ſcorlare il capo, com'apparecchiato aveſſi prontiſſima riſpoſta,

Ma il ſanto Padre procedendo nel parlare riſpoſe, a quella parte di Monſignor dell'Altopaſcio, come il di dinanzi era ſtato da loro piedi; &, ſperiamo, diſſe, che da noi ſi partiſſe ben conteoto. Alla parte di quel virtuoſo giovane ſratello d'uno de' voſtri, tiſpondiamo, che c'è molto gratiſſimo ſeotire, che ſia virtuoſo, & a' tempi ſate che ſia ricordato, e provederemolo lo qualche parte di premio delle ſue virtù.

Volle Bernardo ripigliare le parole, quand'il ſanto Padre diſſe: queſto ſia alla riſpoſta delle voſtre dimandite; adunque ora attendete alle noſtre.

Noi andiamo per la dritta a Mantova: vorremmo, che la V. Signoria creaſſi ambaſciadori, che con noi ſuſſimo a Mantova, a i quali con l voſtri conſigli deſſi pieno mandato, che ſi poteſſimo obligare a tutte quelle coſe, che per egual parte vi toccaſ- D ſino per la difenſione de' Chriſtiani.

Appreſſo e' ſono ritenuti oelle voſtre ſtanze dna fanciulli di que' Tommaſi, che vi ſono per certi debiti di loro padre, e queſto pare che ſia a petizlone d'un voſtro cittadino, & perche i figliuoll non ſono obligati pe' padri, dutaote la vita del padre, nè ancora dipoi rifiutato l'eredità paterna: pare adunque, che sj fuora d'ogni culto d'umanità tenere due fanciulli di sì tenera età in prigione; imperciò che l'uno hà ſett'anni, e l'altro nove; ſenza che per neſſuna comune legge non vi poſſono eſſere ritenuti; ſiche per la pietà, & per la ragione ſate ſiano liberati, acciò che a' loro padri li poſſiamo reſtituire. Abbiamo, oltr'a queſto, il noſtro capitano Gio. Malavolta, il qual'è ſtato ſempre voſtr'amico, e così ancora voi di lui, e del padre, che veramente pare, ch'abbia avere certa quantità di danari di ſuo ſervizio; il perche eſſendo coſa ragionevole, che chi hà avere li ſia ſodisfatto, piacciavi d'adoprare ch'a lui ſia fatto quant'all'obiigo voſtro far dovete, ſadisfacendole a quanto ſiate tenuti, & a noi farete ſingulare appiacere.

Finite l'adimandite del ſanto Padre, lo cominciò il noſtro Gonſaloniere.

Conſiderato, Beatiſſimo, & ſantiſſimo Padre, quanto ſia di maraviglioſo exemplo, & ancora di ſalute a tutt'il popolo Criſtiano il voſtro movimento, e conſiderata l'utilità, che al Criſtianeſimo, & il luogo della dieta, alla quale per la S. V. ſiamo richieſti con le noſtre ambaſciarie, riſpondiamo, che tal coſa conſerita con le noſtre oſſervanze ſperiamo ſadisfate alla V. S. Et alla parte, che per V. Beatitudine ci è eſpoſto de' ſanciulli, che ſono ritenuti in prigione a petitione d'un noſtro cittadino: perche tal coſa è a noi incognita, non vi riſpondiamo alcuno particolare: ma bene ſacciamo queſta, che ſenz'alcun mezzo intenderemo di ſua natura, e daremo opera, che di tal coſa la V.S. ſia bene ſadisfatta; & ſimilmente intorno alla cauſa di Gio. Malavolta, ſi come per la V.S. ſi parla, ch'ei ſempre ſu noſtro cariſſimo, aggiuntovi ancora la benivolenza paterna e'ingegnaremo, che ogni miglior via ſi pigli per intenderla, & ſperiamo di tutto ſarlo rimaner contento. Ma ritornando alla parte circ'alla promozione del noſtro ſuturo Arciveſcovo, queſta, Beatiſſimo Padre, non ſtà punto io dubbio, anzi e certiſſima, che per la V.S. ci ſarà dato un buoniſtimo paſtore veduta la voſtra ſomma diligenza: ma quello che per noi ſi ſupplica alla V.S. è ſolo che lui ſia Fiorentino. Et perche a queſta parte la S.V. riſpoſe non ci poter ſar ferma riſpoſta, ſtimiamo, che ſia per non potere coſi, e al tutto judicare chi de' noſtri ſia il più utile, e degno; veduta la bonta del paſſato a tal governo paſtore eletto. Per la qual coſa riſpondiamo, che eſaminato il preterito, il quale nel principio della ſua aſſunzione non fu di quella tant'eſtimazione, nella quale dipoi per ſue tant'opere divenne, che quale ſia quello de' noſtri, che dalla V. S. ſia a queſta dignita promoſſo, veduta la buona operazione del paſſato non dovere quattro meſi dal dì della ſua aſſunzione paſſare, che ſenza dubbio egli ſarà degno d'eſſere adorato: peroche e' noſtri per le dignità diventono excellenti: riducendovi a memoria, Beatiſſimo Padre, che noi abbiamo in queſta noſtra terra infinitiſſimi chlerici, de' quali el minore ſarebbe ſufficiente a governare il ſito della terra; e perche tutto quello a noi non è naſcoſo, non diciamo, che ſia più uno che un'altro, ma ſolo ſupplichiamo, che ſia Fiorentino, e queſto non chieggiamo ſolamente in nome noſtro, ma per parte di tutt'i cittadini grandi, e piccoli, e finalmente di tutto queſto popolo, che ſapete, Beatiſſimo Padre, quanto ſia pericoloſo nelle giuſte petizioni opporſi a' popoli: piacciavi adunque di queſto doverci conſolare, e non volere eleggere perſona, che ſolamente non ſtia a Fiorenza, ma che ancora non habbia a dubitare di venire per la tenuta; che veramente io non vorrei eſſere d'altra patria per eſſere contro a' deſiderii di queſto popolo Arciveſcovo di Fiorenza, perche ad altri luoghi ſtimarei dover'eſſere mio domicilio: e ſi vede maniſeſtamente, che non ci e ſi piccolo caſtelluccio, nè ſi picciola villa, che non abbia e chi il Piovano, & il Prete del luogo. Or che ſarebb'egli adunque, Beatiſſimo Padre, da ſtimare della noſtra affezione ſegnitando altrimenti, che non è il noſtro voto, eſſendo il ſommo Pontefice non ch'Italiano, ma Toſcano, & vicino della noſtra Patrla, & per generoſa ſtirpe nato in quella terra, la qual'è contigua con la noſtra juriſdizione per ben cento miglia di ſpazio, con la quale per conſervazione delli ſtati ci ſiamo rincarnati, & abbracciati; in modo che non altra riputazione facciamo della Voſtra dignità, che ſe propriamente ſuſſe Fiorentino, ſarebbe veramente non di buono exemplo. E per certo, Beatiſſimo Padre, voi dovete ſtimare di quant'ignominia quelin ſeguiterebbe, avendo, ſi può dire, il ſommo Pontefice per le ragioni ſopradette, che compatriotta. Et oltr'a queſto, ſendo noi ſempre ſedeliſ-

ſimi figliuoli di ſanta Chieſa, per la cui exaltazione abbiamo gia fatto maraviglioſi exerciti, e diguiſſimi fatti, ſi come per l'iſtorie apertiſſimameote ſi può intendere.

Queſte così con grandiſsimo ordine d'eleganza, e cou gravità erano per, lo noſtro Gonſaloniere ſtate porte, quando il ſanto Padre riſguardatoci in volto, ricominciò queſte parole.

Tutti e' Prelati, Illuſtri Fiorentini, non poſſono eſſere della loro Patria: vedete ſant'Ambroſio eſſere ſtato Veſcovo di Milano, e non ſu Milaneſe, e ſan Pieto di Roma, e oou eſſere ſtato Romano, e così molt'altri ad altre diverſe patrie eſſere ſtati chiamati.

Alle quali parole ſubitamente Bernardo riſpoſe.

San Zanobi, Beatiſsimo Padre, fu Fiorentino, e Veſcovo di Fiorenza, e ſan Piero Veſcovo di Roma, per non eſſere Romano, ſu da loto crociſiſſo; cosi ad altri molti aitri caſi eſſere adivenoti.

Fù quaſi moſſo a riſo il ſanto Padre à ndir le pronte riſpoſte di Bernardo, dipoi diſſe.

Voi dovete ſtimare, Illuſtri Fioreutini, che di queſte coſe ce n'è biſogno ancora il parere di queſti fratelli Cardinali, e non ſi può a taoto ſatto così in un punto darue expedizione, ma noi faremo ſopra queſto diligente eſamiue, & in qoalche parte ci sforzeremo almeno di conſolarvi.

Già s'era volto Bernardo con lieta ſaccia a tutt'I Cardinali, quando diſſe così.

Deh, Beatiſsimo Padre, noi ſtimiamo, che ſe queſto caſo ſi metteſsi a partito infra queſti Reverendiſsimi Cardinali, iu coi abbiamo grandiſſima ſperauza per gl'infuiti loro benefizii ioverſo di noi: a perch'egl'è degl'auimi preſtanti, e grandi ſempre perſeverare ne' benefizii, & oltre a ioro con queſti voſtri nipoti, che ſono qoi alla preſeuza, i quali ſtimiamo a noi eſſere in luogo d'ottimi figliuoli per li loro ſinguiari coſtumi, e grand'eſpettazione, crediamo, che per adempire ia ooſtra giuſta petizione, non ci ſarebbe voce ſcordante.

Veddeſi manifeſtamente il ſanto Padre per alcon geſto rallegrarſi uel couſpetto, ſentendo nominare e' ſua cari uipoti, e con piacevol geſto voltoſsi all'illuſtre Conte Galeazzo, il qual'era alla preſenzia, e diſſe quaſi ridendo.

E forſe ancora il Conte Galeazzo a queſta materia vi darebbe favore?

Nou che il Conte Galeazzo ci voleſſi dare un'Arciveſcovo Fiorentino, ma lui vorrebbe veramente fare uu Fiorentino Imperadore.

Et accoſtatoſi poi con buona, e grata ſamiliarità a gl'orecchi ai ſauto Padre diſſe: Papa ſum ego.

Quaſi voleſſi dire, tu ſoio puoi ogni coſa, & poi con molto dolce, e piacevoi motto diſſe.

Beatiſſimo Padre, non credete voi, ch'il popolo di Siena pigli grandiſſimo conforto, e ſperanza, e che ſia molto giocondo per avere ono de'loro ſommo Pontefice?

A cui il ſanto Padre riſpoſe: Si.

Similmeute ancora noi, diſſe Bernardo, il crediamo: imperoche nou ſolamente loro, ma ancora noi ne pigliamo grandiſſimo conſorto, & così ne piglIarebbe il popolo noſtro, quando aveſſi un Papa Fiorentino, che cosi fuſſe Papa doppo voi, che dapoi ſono voſtro compagno alle gotti, io fuſſi compagno al Papatico: ma che hà a fare? e'nou ſu mai niuno gottoſo, che non ſuſſe valent'vomo, e di maraviglioſo governo.

Moſſeſi a riſo il ſauto Padre, & I Cardinali, ch'erono circunſtanti per le ſacete, e piacevoli parole di Bernardo, ie quaii pronunziate a un tempo, il quale non poſſo ſcrivere, totti ridevano, e vedevaſi pe'l volto loro, che tutti erano ſatti noſtri partigiani, e non che un'Arciveſcovo, ma veramente il Papato ci arebbono acconſentito, & infra loro dicevano, aimeno coſtui non è di piccol'animo, quando nel conſpetto del ſanto Padre eſpone, che vorrebbe eſſer Papa: poi uno di loro con grato ſermone diſſe. Oh chi hà donna, non può eſſer Papa.

A cui il ſommo Pontefice riſpoſe.

Che qualunque ſuſſi eletto al Pontificato, potrebbe eſſere.

Alquanti Cardinali dipoi, ch'erano di ſopra a me, mi domandorno chi egli ſuſſi, e com'era chiamato, dicendo, che lui veramente era piacentiſſimo vomo, a i quali le mie paroie ſurono in queſta forma.

Egl'hà nome Bernardo Gherardi, e non vi maravigliate, Reverendiſſimi Illuſtri Cardinali, delle ſue pronte riſpoſte, & ſantiſſime parole.; imperoche coſtui è vomo di maraviglioſiſſimo animo, e di lunghiſſima ſperieuzia, e molr'exercitato nelle dignita del noſtro popolo, perche lui s'è ritrovato già è quarantacinque anni a tutti e'ſegreti della noſtra città partecipe a tutti e'ſatti Italici, e ſoora d'Italia, e per le ſue mani, e d'altri ſimili rivoltata Italia quaſi che ſottoſopra per riſormarla nella ſua priſtina dignità. Appreſſo, è vomo, che l'iſtorie autiche, e moderne hà alla memoria, come ſe da lui proprio ſuſſino ſtate compoſte; e per maggior maraviglia voglio, che inrendiate, che d'ogni coſa hà notizia in lunga pratica, che è queila coſa, Reverendiſſimi Illuſtri Cardinali, che hà ſatto morir diſperati molti ſtudioſi vomiui, i quali auno conſumato tutta la loro vita per li ſtudii, per imparare lettere Latine, e Greche, e per intendere quello, che per quel mezo ſi conſeguita; e coſtui per ſuo proprio uaturale ingegno n'ebbe quella notizia, che con loro grandiſſima fatica, e longhiſſimo tempo anno acquiſtato. Dette ch'io ebbi queſte patole, e molt'altre, le quali, acciò non paja ch'io ſcriva ſtoria, ho pretermeſſe.

Tutti queili Cardinali volti gl'occhi verſo di Bernardo quello con grandiſſima ammiraaione riſguardavano, affermando lui ſempre eſſere vomo di maraviglioſiſſimo animo, e diviuiſsimo ingegno, & con parole amiehevoli, e geſti ſavoreggiavano la noſtra petizione; il perche il ſanto Padre con lieto aſpetto rivoltoſi inverſo di noi diſſe, che ci conſolerebbe, & porſeci il piè, e dipoi la mano, quella tutti baciammo, e preſo licenzia, con la ſua benedizione ci partimmo. Hactenus monumentum.


Adoleſcens ilie Jannozzii Pandulphini filius, quem Bernardus Pio Pontifici commendavit, Nicolaus ſuit Pandulphinus, qui poſt deinde annum qoinquageſimum, ſeptimum a Leone X. Pontifice Maximo ex Epiſcopo Piſtorienſi S. R. Eccleſiæ presbyter Card. creatus ſuit, de quo infra. Sed nec prætereundum, quod Antonino Archipræſule viri clariſſimi Florentini ex hac luce migrarunt, inter quos ſuit B. Thomas lanione patre natus, Ordiuis Minorum diſtrictioris obſervantiæ, ſanctitate, & miraculorum gloria clarus, qui apud Reatem pridie Kalendas Novembris anno 1447. obdormivit iu Domino, cujus vitam & aliorum uuper concinnavit noſter eruditus Lucas Waddingus in 4. tom. Annal. Minor.



6 ORLANDUS Bonarlius Florentinus ſacri Palatii Anditor, ſub Pio II. S. Antonino ſucceſſit LX.

 anno

anno 1459. die 11, menſis Maii, qui cum Bononiæ in primo ejuſdem Pontificis conſiſtorio ad eam dignitatem præter ſpem fuiſſet adlectus, futuram quoque purpuram adeo præcipiti, præproperaque ſpe voravit, ut eum poſt duos annos Pontifex aliquot præſtantes viros cooptaſſet in Cardinales, ipſumque Bonarlium præteriiſſet, ex mœrore repulſæ, uſque ad mortem contabuit, expertus in ſe viros & doctos, & graves vehementius ambitionem præceptam aliquando perimere. Lugubrem hanc ſic tetigit hiſtoriam Pius ipſe II. in ſuis commentariis. *Manſit Bononiæ Pius ſex diebus, & in primo conſiſtorio, quod illic habuit, Orlandum Florentinorum cauſarum ſacri palatii Auditorem, patriæ ſuæ præſulem deſignavit, qui rei accepto nuncio prægaudio collachrymatus eſt: fuerat enim in omni pauper, verum doctus, & juſtitiæ tenax, & quamvis de Pio bene ſperaret, nec tamen Epiſcopatum urbis alicujus ambivit, ſatis ſe felicem arbitrabatur, ſi aureos quotannis trecentos ex minoribus dignitatibus conſequi poſſet. At cum certior factus eſt, Florentinam ſibi Eccleſiam eſſe creditam, more hominum inſanire cœpit, qui nunquam adeo ſublimem gradum aſcenderunt, quin altiora quærant: & tum miſerrimi ſunt, cum ſibi felices eſſe videantur. Exiſtimavit Orlandus non tam facile, atque inſperato pontificatum ſibi obveniſſe, Cardinalatum longe facilius obventurum, tantum ſibi de Pontificis benevolentia blandiebatur, ad quam rem ſi non ſatis ſua ſponte inſaniebat, neceſſariorum, & amicorum verbis inſtigabatur, nihil de Pio deſperandum eſſe dicentium, qui ſibi abſenti, & prorſus ignoranti Archiepiſcopalem mandaſſet honorem. Ille infelix adeo ſpem hanc arripuit, ut nunquam ad ſe nuncium ex curia venientem viderit, quin ſibi allatum pileum exiſtimaret, atque idcirco creatis poſtea Cardinalibus, cum ſui nullam mentionem factam intellexit, mœrore confectus in morbum incidit, ex quo mortuus eſt. Pius amicum occidit, dum honeſtare contendit. Adeo parum eſt, quod mortalibus ex ſententia cadit.*



LXI. 7 JOANNES Nerónius, Neronis filius, Volaterranenſis antea Epiſcopus, ac pro Pio II. Romæ Vicarius, ab eodem Pontifice ad Florentinam Eccleſiam translatus eſt 1462 a. vii Kal. Aprilis. Ejus Pontificatus initiis Florentiæ obiit 1464. Coſmus Medices, Pater Patriæ decreto publico appellatus, qui cives ſuos feliciſsime rexit, magnus doctorum hominum Mecœnas, cui fortuna tam impensè indulſit, ut ætatis ſuæ ſapientiſſimus, ditiſsimus, & fortunatiſsimus fuerit judicatus. Sepultus jacet in æde S. Laurentii ab ſe regio animo exædificata, hac brevi inſcriptione ad tumulum inſculpta.

a Anno 1462. ut ex Epiſt. a Pio II ad Rempublicam Florent. circa hanc electionē miſſis conſtat. Cartarbinius. De eo Salvinus in hiſt. Canon. Florent.

COSMUS MEDICES
HIC SITUS EST,
DECRETO PUBLICO PATER PATRIÆ.
VIXIT ANN. LXXV. M. III. D. XX.

Joannes vero cum in publica Florentina re cum fratribus, factionibus, affinitatibuſque nobilioribus ſatis valeret, ſtuderetque Mediceorum factioni, a qua clariſſima gente cum ſuis fuerat aliquando impenſe ornatus, demum per ſummam levitatem, immemoremque animum, converſis ſtudiis contra Petrum Medicem Coſmi filium importunè conſpirat. Sed cum Mediceorum felicitas diſcuſſiſſet, aperuiſſetque conſilium, Neronii omnes ad unum in pœnam excogitati parricidii ſunt mulctati exilio, Archiepiſcopo Joanne Romam profugiente, ubi, & miſerè exul deceſſit ann. 1473. Ajunt ſepultum fuiſſe ad Minervam, eo in loco, ubi antea Dietiſalvus nepos ſpectatæ fortitudinis adoleſcens, germanuſque frater deinde Dietiſalvus antiquæ probitatis ſenex eadem procelloſa fortuna propulſi humati fuere; quorum deinceps marmoreum tumulum, quod adhuc viſitur, Detiſalvi filii, Joannis Archiepiſcopi nepotes, tali exornarunt elogio.

Detiſalvio Neronis F. Equi. Florent. Integerr. qui domi, foriſque multa pro Rep. Optim. geſſit Patriæ libertatem vehementer amavit. Demum inter fortunæ procellas ſumma cum laude vixit annos LXXXI men. VI. dies XII. filii unanimes Patri Pientiſs. ac B. M. Poſt. obiit Anno Chriſti M.CCCC. LXXXII. IV. Kal. Aug.

Ibidem in baſe ſepulchri hæc carmina inciſa leguntur.

Indolis egregiæ jacet hic Detiſalvius alter,
Intempeſtiva morte ſecutus Avum.

Ibidem.

ΟΙΛΟΝ-ΕΔΟΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ.
ΑΛΛΑ ΤΗ ΠΑΣΑ ΦΩΣ.



8 FR. PETRUS Riarius Savonenſis, ex Ordine Minorum, Sixti IV. Pontificis nepos, presbyter Card. S. Sixti, Patriarcha Conſtantinopolitanus, adlectus fuit Archiepiſcopus Florentinus 1473. Senogallienſi etiam Epiſcopatu condecoratus eſt, ac Mimatenſi, deinde etiam Hiſpalenſi (1) ac legatione de latere per totam Italiam. Hic ut ad omnem dignitatem, ſic ad munificentiam planè regiam videbatur fuiſſe prognatus, habile ad omnia gerens ingenium. Cæterum dum ei in flore juventæ proſperior fortuna aſpirat, importuna mors felicitatum filum abrupit; deceſſitque Romæ anno 1474. iij. Nonas Januarii, ſepultuſque eſt in Templo apud Ss. Apoſtolos in pulcherrimo marmoreo ſepulchro. Sixtus autem, ut inconſolabile extincti leniret deſiderium, ejuſmodi epitaphium ſepulchro inſculpendum curavit. LXII.

D. O. M.
Petro Savonenſi è gente Riaria nobili, ac vetuſta,
ex ord. Minorum Card. S. Sixti
Patriarchæ Conſtantinopolitano,
Archiepiſcopo Florentino,
Peruſii, Umbriæque legato,
Sixtus Quartus Pontifex Maximus nepoti
Benemerenti poſuit.

Vixit

(1) Alvarez in ſuo Mart. tom. 1 hunc Riarium omnino expungit à ſerie Epiſcoporum Hiſpalenſium, nulla alia ductus ratione, quam quod in ejus Epitaphio nulla tam ſublimioris dignitatis mentio habeatur. Sed quam frivola ſit hæc ratio, judicet æquus Lector. Bernardino ſiquidem Carvajali Epiſcopo Oſtienſi tot ſunt inſulæ attributæ, quarum nulla extat mentio in ejus elogio ſepulchrali.

Vixit ann. xxviij. menſ. VIII. dies vi.
Gratia, liberalitate, ac animi magnitudine
inſignis,
Totius Italiæ legatione functus,
Moritur magno de ſe in tam florenti ætate
deſiderio relicto.
Quippe, qui majora mente conceperat,
& pollicebatur,
ut ædes apud Apoſtolos
miro ſumptu inchoata oſtendunt.
Anno M. CCCC. LXXIV.



LXIII 9 RAYNALDUS Urſinus, Romanus, Archiepiſcopus Florentinus, a Sixto IV. ſublectus eſt anno 1474. Quam ſibi creditam Eccleſiam uſque ad ann. 1508. adminiſtravit, ac deinde ad Cæſareenſem Archiepiſcopatum in partibus Infidelium translatus eſt, reſervata ſibi nongentorum ſcutatorum penſione ex redditibus Florentinæ Eccleſiæ quotannis ſolvenda. Hic Præſul multa ſub Alexandro VI. perpeſſus eſt in Adriana mole, carcere mulctatus, ſed inde tandem dimiſſus. A Sixto IV. obtinuit jus viſitandi omnes eccleſias, monaſteriaque, quæ quoquo modo ad diœceſim videbatur ſpectare. Idemque obtinuit ab Innocentio VIII. ejus ſucceſſore. Pauca præterea de hoc Præſule a ſcriptoribus narrantur, ſive ejus temporis ingratæ literæ fuerunt, quæ ſonerarunt ſilentio, quæ forte geſſit, ſive ex ſplendore opulentiſſimæ gentis ſuæ ita elanguit, ut annos argumento vacuos ſiverit abire, quoad Florentinam rexit Eccleſiam. C

Raynaldi temporibus anno 1497. America Orbis quarta pars detegitur ab Americo Veſpuccio Florentino, & Florentiæ obiit Joannes Picus Mirandulæ Princeps, an. 1494. ætatis 33. ſepultus in æde S. Marci, ubi hoc habet epitaphium.

Joannes jacet hic Mirandula, cætera norunt
Et Tagus, & Ganges, forſan & Antipodes.

Item Angelus Politianus an. 1498 a. ibidem ſepultus, cujus memoriæ hoc ſcriptum. D

Politianus in hoc tumulo jacet Angelus, unum
Qui caput, & linguas, res nova, tres habuit.
Obiit an. M.CCCC.XCIIX. Septembris xxiv. ætatis XLIV.

Et Marſilius Ficinus b Platonicorum facile Princeps an. 1499. defunctus, decreto publico in maximo templo humatus ad dexteram lateralem portam cum hac inſcriptione.

En hoſpes, hic eſt Marſilius Sophiæ pater,
Platonicum qui dogma culpa temporum
Situ obrutum illuſtrans, & atticum decus
Servans Latio dedit, fores primus ſacras
Divinæ aperiens mentis actus numine,
Vixit beatus ante Coſmi munere,
Laurique Medicis, nunc revixit publico:
S.P.Q.F. anno M. D.XXII.

a Politianus obiit anno 1494 die 28. Septemb. ut evidenter probat Salvinus in hiſt. Canonicorum Florent.
b De hoc idem Salvinus in citata hiſtoria.

A



B

10. COSMUS Pazzius c. ex Epiſcopo Aretino, Florentinus Archiepiſcopus adlectus eſt anno 1508. die 5. menſis Julii. Solemni ritu Urbem ingreſſus 27. Septembris ejuſdem anni, frænum, & equi ſellam, qua equitaverat, nobilibus de Strozziis ad ejus familiæ antiquum jus, dignitatemque ſervandam, liberè conceſſit, ut ſequenti publico documento, quod extat in archivio Florentino, eadem die in publica D. Petri majoris platea confecto, licet videre: quod ad venerandæ antiquitatis memoriam conſervandam, hic exſcribendum curavimus ab originali. LXIV

In Dei nomine. Amen.

Anno Domini noſtri ab ejus ſalutifera Incarnatione 1508. indictione 1. & die 27. menſis Septembris. Actum Florentiæ in populo ſancti Petri majoris, & ſuper platea dictæ eccleſiæ, & præſentibus teſtibus, videlicet Joanne Baptiſta, olim Galeotti, Franciſco de Ceis, & Philippo Senenſi, Jacobo de Ridolphis, & Philippo Aparidi de Loctinis civibus Florentinis, & aliis quampluribus. C

Conſtituti coram Reverendiſs. in Chriſto Patre Domino Coſma filio Guilielmi de Pazzis, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Archiepiſcopo Florentino ſpectabiles viri Alphonſus, & Laurentius fratres, & filii q. Philippi Matthæi de Strozzis, & Matthæus q. Laurentii cives Florentini, & nonnulli alii homines cives Florentini de domo, & familia de Strozzis in eo ſuper plateam ſancti Petri majoris de Florentia, cauſa, & occaſione conſequendi infraſcriptum jus, privilegium, dignitatem, honorem, & præeminentiam, ea qua decuit, reverentia dixerunt, & expoſuerunt præfato Reverendiſſimo domino Coſmæ Archiepiſcopo prædicto audienti, & intelligenti. Quod ipſi fuerunt, & ſunt de domo, & ſtirpe dictorum de Strozzis repræſentantes, alios de eorum Conſortoria, ad quos pertinet ſella, & frænum equi ipſius domini Archiepiſcopi Florentini, ſuper quo equitavit per civitatem Florentiæ ſui novi introitus in viſitando Abbatiſſam, & moniales, capitulum, & conventum monaſterii ſancti Petri majoris de Florentia, & propterea cum omni debita reverentia ex antiqua, & laudabili conſuetudine, & ſemper uſitata petierunt dictam ſellam, & frænum. Qui Reverendiſſ. D. Archiepiſcopus præmanutenendo, & conſervando dignitates, conceſſiones, & privilegia dictis de Strozzis conceſſa ut ſupra conceſſit dictam ſellam, & frænum eis libere concedi, & dari pro talibus dignitatibus ſervandis, &c. Et deſcendendo de equo præfati de Strozzis acceperunt hujuſmodi ſellam, & frænum, & ad eorum domos maxima curte civium, & eos concomitantium multitudine portari fecerunt, ſervatis in prædictis omnibus, & ſingulis ceremoniis, & conſuetudinibus ſolitis, & uſitatis, de & ſuper quibus omnibus ad dd. de Strozzis inſtantiam. D

Ego Joannes Civis, &c. notarius publicus Florentinus infraſcriptus rog.


Aeque Theologica facultate, philoſophia, ac eruditione percelebris fuit, itaut è Græco Latinum

c De eo Jovius in elogiis, Mandoſ. Sed fuſius Salvinus in hiſtoria Canon. Florent.

red-

Digitized by Google

reddidacit Maximum Tyrium Platonicum philoſophum; dexteritate autem agendi nulli ſecundus fuit, quippe qui ad publici ſalutem non ſemel peroraverit difficillimas cauſas ante potentiſſimos, ac maximos Reges, retuleritque victoriam. Florentini illum deſtinaverant ad Pontificem Leonem X. cujus erat affinis, ſed paratum, ac propemodum ſuccinctum ad iter, mors importuna ſubripuit an. 1515. die nona menſis Aprilis, hora vigeſima ejus diei. Ex ejus abſceſſu infimi, medii, ſummi, cum Pontifice ipſo Leone ingentem hauſere dolorem, qui jam illi promeritam deſtinaverat purpuram. De quo vide ſupra in Epiſcopis Aretinis tomo 1.



LXV. 11 JULIUS Medices, filius Juliani, Leonis X. fratuelis, Archiepiſcopatum Florentinum obtinuit anno 1513. Eodemque anno creatus fuit diaconus Cardinalis S. Mariæ in Domnica. Abſens plerumque ſibi creditam gubernavit Eccleſiam, inque ea ſolemne provinciale concilium celebravit. Suis decretis totius cleri mores correxit, edidítque quamplura decreta, atque ordinationes, quibus ad puriores mores reformatio diuturnior foret. Eidemque præfuit Eccleſiæ uſque ad anu. 1523. cum deinceps 16. menſis Novembris ſub nomine Clementis VII. ad ſupremam Petri cathedram aſcendiſſet. Hic cum adhuc Archiepiſcopus eſſet, a Leone X. obtinuit, ut Caroli IV. Imperatoris erga Epiſcopum Floreurinum favorabile diploma ratum haberet. Cujus originale adhuc in archivio Archiepiſcopali diligentiſſime aſſervatur, noſque haud ab re fore putavimus, ſi ad pleniorem cognitionem hic adſcriberetur.

LEO EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memor.

Regiminis univerſalis Eccleſiæ, cui diſponente Domino præſidemus, cura nos admonet, & inducit, ut ad ea, per quæ ſingulis cathedralibus Eccleſiis, præſertim Metropolitanis inſignibus, & earum Prælatis venuſtas, & decor accreſcat, & perſonarum ad illas pro tempore recurrentium commoditatibus conſuli poſſit, favorabiliter intendamus, & iis, quæ propterea ex Imperiali dicuntur indulgentia, proceſſione, & Apoſtolico ſubnixa ſubſidio perpetua firmitate ſubſiſtant, noſtræ confirmationis robur libenter adjicimus, aliaſque deſuper providemus, prout locorum, & perſonarum qualitatibus pene penſatis in Domino arbitramur ſalubriter expedire. Accepimus ſiquidem, quod inclytæ recordationis Carolus IV. Romanorum Imperator bonæ memoriæ Petrum Epiſcopum Florentinum, tunc apud eum legationis officio pro ſede Apoſtolica fungentem, ac ipſius Petri Epiſcopi ſucceſſores Epiſcopos Florentinos pro tempore exiſtentes Romani Imperii principes eſſe declaravit, & de novo conſtituit, & fecit, ac dignitatibus, & honoribus omnibus Imperialium principum communivit: & decrevit, ut omnia libere exercere, & illis uti poſſent, quæ dicti Caroli principatus dignitas requirebat, ac eiſdem Petro, & ejuſdem ſucceſſoribus conceſſit, quod in tota Tuſcia omnes criminales, & civiles, quæ inter quoſcumque verterentur, necnon appellationum quarumlibet, quæ ad dicti Caroli curiam de-

A *ferendæ eſſent, cauſas recipere, audire, & examinare poſſent, ac fine debito terminare, eaſque, & earum quaslibet uni, & pluribus, ſicut Petro Epiſcopo, & ſucceſſoribus prædictis placuerit, delegare, & per totum Romanum Imperium judices, cabelliones, & notarios publicos conſtituere, ordinare, facere, & curare, tutores, & curatores, & mundualdos dare in caſibus opportunis, naturales filios, ſpurios, nothos, inceſtuoſos, manſores, ſive adulterinos, & ex quocumque damnato coitu natos, legitimos conſtituere, & omnia legitima reintegrare, & prædicta genitura maculam abolere, ita ut tanquam legitimi, & de legitimo matrimonio procreati, in bonis paternis, & maternis, propriis, & feudalibus, acquiſitis, & acquirendis ex teſtamento, & ab inteſtatione ſuccederent agnatis, & cognatis parentum ſuorum, in quovis gradu conſtitutis, agnati, & cognati efficerentur, & recipere ipſi ad omnes actus publicos, & civiles, officia, & honores, ſi ſe caſus ingereret, admitterentur, & in omnibus aliis ſuam valeant exequi actionem, objectione prolis illicitæ quieſcente, libertatemque etiam concedere, &*
B *donare eodem modo poſſent, & valeant, ac quoſcumque nobiles, & plebejos humiles milites facere, & ad militare decus honorabiliter promovere, ac Petri Epiſcopi, & illius ſucceſſorum prædictorum familiares impune deferre poſſent quæcunque arma offenſibilia, & defenſibilia per dictum Imperium, & gauderent illis privilegiis, gratiis, & immunitatibus, quibus gaudebant cæteri familiares dicti Caroli Imperatoris, de quibus omnibus, & ſingulis dictum Petrum Epiſcopum nomine Eccleſiæ Florentinæ de novo inveſtivit, ita ut omnibus, & ſingulis prædictis gratiis, honoribus, & dignitatibus, Petrus Epiſcopus, & ſucceſſores ſui præfati uti, & exercere, ac exequi valeant per dictum Imperium libere, & ſine contradictione, & moleſtia perpetuo decrevit per quaſdam, & alias ſuas literas dicti Petri Epiſcopi ſupplicationibus inclinatus Eccleſiæ, & dilectis filiis communi Florentino, & illorum decus generale perpetuum ſtudii generalis privilegium auctoritate Imperiali largitus eſt, decernens, & de Imperatoriæ pote-*
C *ſtatis plenitudine ſtatuens, ut ex tunc de cætero in perpetuum ſtudium generale in civitate Florentina haberetur, & foret in ſacra Pagina in I. C. & civili, Medicina, Philoſophia, Logica, Grammatica, & quavis alia licita facultate, poſſentque omnes, & ſinguli doctores, & magiſtri per dictum commune, ordinandi, & deputandi in civitate prædicta, ut pote in ſtudio generali ſolemniter, & publice in dictis facultatibus legere, & docere, & ſi qui forent, qui proceſſu temporis adeo proficerent, quod in aliqua facultatum earundem ad magiſteris, ſeu doctoratus, & titulum deſiderarent promoveri, eadem auctoritate conceſſit Petro, & pro tempore Epiſcopo exiſtenti Florentino præfato, quem ſuperiorem ſtudii hujuſmodi ordinavit, ut ipſe per ſe, vel alium vocatis magiſtris, vel doctoribus facultatis, in qua quis foret ad doctoratus promovendus honorem, de quibus ſibi viderentur, receptoque ab eis, quod dignos approbarent, & ſecretum tenerent, ſolemniter juramento illos diligenter examinaret more generalium ſtudiorum, ac talibus examinatis daret licentiam pu-*
D *blicam in eadem facultate legendi, docendi, & regendi Florentiæ, & ubique locorum cathedram, & alia magiſteris, ac rectoratus inſignia ipſis more ſolito conferret. Quæ omnia ſede Epiſcopali vacante commiſit dilectis filiis capitulo dictæ Eccleſiæ, qui per ſe, vel alium præmiſſa ſimiliter exequantur. Rectores vero, doctores, ſcholares, ſeu ſtudentes ſtudii Florentini prædicti, eorumque univerſos, & ſingulos familiares, & miniſtros, necnon domos, & ſcholas in ſui, & ſacri Imperii protectionem, tutelam, & defenſionem ſpecialem recipit, eoſque omnibus, & ſingulis privilegiis, libertatibus, gratiis, immunitatibus, & indultis, quibus aliorum ſtudiorum generalium rectores, doctores, & ſcholares, ſeu ſtudentes, eorumque miniſtri, domus, & ſcholæ Imperatorum, & Regum Romanorum prædeceſſorum ſuorum largiflua conceſſione, ſeu laudabilium conſuetudinum introductione frui, & gaudere erant ſoliti, & perfrui decrevit perpetuis temporibus, & gaudere, prout in ſingulis literis prædictis dicitur plenius conti-*

neri.

neri. Cum autem, ſicut etiam accepimus, licet dilectus filius noſter ſanctæ Mariæ in Domnica diaconus Cardinalis, qui Eccleſiæ Florentinæ ex diſpenſatione Apoſtolica præeſt, & prædeceſſores ſui Archiepiſcopi Florentini, qui pro tempore fuerunt literarum imperialium, vel etiam aliorum privilegiorum etiam Apoſtolicorum vigore, aut alias a tanto tempore citra, de cujus initiis hominum memoria non exiſtit, ad doctoratus in utroque jure, & magiſterii Theologiæ, & artibus gradus promovere, & etiam ut a nonnullis in poetica eruditione laurea inſignire, & poetarum numero aggregare, tabelliones Imperiali auctoritate creare, nothos, ſpurios, manſeres, inceſtuoſos, & alios natalium defectum quomodolibet patientes etiam quoad hæreditarias, fideicommiſſarias, & alias bonorum ſucceſſiones, quæ legitimis, & naturalibus dumtaxat deferuntur, etiam non citatis iis, ad quos hujuſmodi ſucceſſiones alias pertinent, legitimare, ipſoſque ad jura naturæ, & natales legitimos, ac ſi de legitimo eſſent matrimonio geniti reſtituere, & ab eis omnes illegitimæ genituræ maculam abolere conſueverunt, fuerint qui in conſuetudinis hujuſmodi poſſeſſione, vel quaſi dictum tempus pacificè, & quietè, prout hodie ſunt, tamen quia de privilegiis, quorum auctoritate forſan dicta conſuetudo non inducta, vel quia illa ſunt vetuſtate omnino conſumpta, vel incuria amiſſa, vel alias dilectus Julius Cardinalis, & Archiepiſcopus docere non poteſt, & ſi quæ eorundem privilegiorum extant, illa tineis, & cario ſunt prope exuſta, & facile peritura, dubitat idem Cardinalis, & Archiepiſcopus, ne ſuper hujuſmodi antiquæ conſuetudinis uſu, & exercitio moleſtari poſſet tẽpore præcedente. Nos igitur, qui ad ea, quæ in Eccleſiæ, & civitatis decus, & communitatis prædictorum honorem, & utilitatem pertinent, eo cæteris libentius intendimus, quo in eadem civitate primus nobis effulſit dies, & in Eccleſia prædicta vix infantiam egreſſi, ſacris initiati fuimus, motu proprio, non ad dicti Julii Cardinalis, vel alterius præ eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, ſingulas Caroli Imperatoris litteras prædictas, non tamen quoad facultatem legitimandi ad ſucceſſiones bonorum, niſi ſine præjudicio venientium ab inteſtato, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, præſentis ſcripti patrocinio communimus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectos, ſi qui intervenerint in eiſdem, ac etiam facultates promiſſas, juxta privilegia, litteras, & indulta imperialia, etiam quoad facultatem laureandi poetas, & legitimatos habilitandi, ut præfertur, de novo concedimus, & potiori pro cautela dicto Julio Cardinali, & Archiepiſcopo, quod ipſe, ſucceſſoreſque ſui, qui pro tempore fuerint, & nunc de cætero in perpetuum doctoratus, & magiſterii gradus, & illorum inſignia in Theologia Jure canonico, & C. ac artibus perſonis idoneis ad id per collegium doctorum univerſitatis ſtudii Florentini in facultate, in qua gradus conferendus pro tempore fuerit, vel etiam per ſex, aut octo ex eiſdem doctoribus, qui tamen gradum in aliqua univerſitate ſtudii generalis cum rigore examinis ſint adepti, approbatis conferre, & in poetica eruditione peritos laurea inſignire, & poetarum laureatorum numero aggregare, itaut ſic pro tempore ad doctoratus gradus promoti, & laurea hujuſmodi inſigniti, omnibus & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, honoribus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus alii in Bononienſi, Patavienſi, & Piſana ſtudiorum univerſitatibus ad tales gradus reſpectivè promoti, & dicta laurea inſigniti utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere potuerunt quomodolibet in futurum utantur, potiantur, & gaudeant in omnibus, & per omnia, ac ſi aliqua ex dictis univerſitatibus gradus, & inſignia, ac lauream hujuſmodi accepiſſent, & cum quibuſvis defectum natalium, etiam ex monialibus, & de inceſtuoſo etiam in primo conſanguinitatis, affinitatis, vel cognationis ſpiritualis gradu, & alio quovis illicito & damnato coitu patientibus, ut in eorum parentum, agnatorum, cognatorum, & aliorum bonis etiam in quibus juxta ſtatuta municipalia non niſi de legitimo matrimonio procreatis ſuccedere liceat, tam ex teſtamento etiam per viam fidei commiſſi, quam ab inſtituto, ſine tamen præjudicio ab inteſtato ſuccedere debentium eorundem ſuccedere liberè, & licitè poſſint, & valeant, ac alias eos ad omnes actus legitimos, & primæva naturæ jura, perinde ac ſi vere, & omni fictione ceſſante, de legitimo eſſent matrimonio procreati reſtituere, & reintegrare, abolereque ab eis omnem inclytæ genituræ maculam. Tabelliones quoque, & judices ordinarios creare, ac eos per pennam, & calamare, recepto ab eis de tabellionatus officio fideliter exercendo ſolito juramento, liberè, & licitè valeant, licentiam, & facultatem concedimus, & quoniam nobis de eorundem Julii Cardinalis, & Archiepiſcopi, ac prædeceſſorum poſſeſſione, vel quaſi conſuetudinis ſuperius enarratæ publica fere omnino in hac civitate voce, & fama ſatis conſtat Julium Cardinalem, & Archiepiſcopum, ac ejus ſucceſſores prædictos, & quoſvis alios, quorum pro tempore interfuerit, ſeu eorum aliquem ad probandum, de cætero conſuetudinem hujuſmodi nequaquam teneri decernimus, ſed ad præmiſſorum fidem, & plenam probationem ſatis ſit præſentis conceſſionis indulti, & privilegii tenorem inſpicere, non obſtantibus conſtitutionibus, conſuetudinibus, ordinationibus apoſtolicis, ac Eccleſiæ, & civitatis prædictorum juramenta, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non omnibus illis, quæ dictus Carolus Imperator in ſingulis ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, conceſſionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Florentiæ, anno Incarn. Dom. 1515. pridie Kal. Februarii, pontificatus noſtri anno 3.

Julio ſedente Leo X. Pontifex Max. Bononiam petens patriam ingreſſus eſt anno 1515. ad cujus rei memoriam S. P. Q. F. in ea muri parte, qua orbem intraret, in marmore ſequentem inſcriptionem incidi fecerunt.

Leo decimus primus in Florentina gente ex Nobiliſs. Mediceorum Familia Pont. Max. Bononiam proficiſcens Florentinam Patriam ſuam primum in eo honore intravit diruta hujus muri parte, magnificentiſſimoque rerum omnium apparatu, & lætiſſimo totius civitatis plauſu exceptus die XXX. Novembris M. D. XV. Pontificatus ſui anno III.

Quo etiam tempore, ejuſdemque Leonis Pontificis juſſu ſolemni ritu templum, majuſve altare Deiparæ Virginis Annunciatæ conſecravit Antonius Card. de Monte, Julii Card. Medicei tunc Archiepiſcopi Florentini avunculus, ibi ad parietem hæc habetur inſcriptio.

Quod ſciant omnes.

Cum Florentiæ ageret Leo X. Pont. Max. Antonius de Monte Tituli S. Praxedis Cardinalis, Eccleſiam hanc, & majorem ejus aram indicta quotannis plenaria accedentibus indulgentia de mandatis ſanctiſſ. D. Papæ vivæ vocis oraculo ſibi facto ſolemniter & rite conſecravit die xix. Januarii: Chriſti ſalutis anno M. D. XVI.

12 NICOLAUS Cardinalis Rodulphus Florentinus, Julio Mediceo ſucceſſit an. 1524. die 8. men. LXVI
Januarii, eidemque Eccleſiæ præfuit uſque ad ann. 1532. Carolum V. Imp. debito honore in ſua Metropolitana ſuſcepit idibus Maji 1536. dum ab Alexandro Mediceo primo Florentinorum Duce illuſtri hoſpitio ad ædes Mediceas duceretur. Ad morum civitatis Romanæ portæ in marmore hæc legentibus proſtat inſcriptio ad poſterorum memoriam.

Carolus V. Cæſ. Aug. cum inſigni omnium Chriſtianorum beneficio immanem Archipiratam Regno Tunetano pepuliſſet, fugaſſet-

que

Digitized by Google

A *que Siculo, Neapolitanoque ſuis Regnis conſtitutis Roma profectus Florentiam hac Porta cum magna pompa ingreſſus populo cuncto prælætitia geſtiente ab Alexandro Medice Civitatis Duce, cui Margaritam filiam deſponderat illuſtri apparatu, regalique hoſpitio Mediceas in ædes acceptus eſt anno M. D. XXXVI. idibus Maji. Titulum P. Coſmus Medices Magnus Dux Hetruriæ an. M.DLXIX.*




B

Deinceps eo munere ſe abdicavit Nicol. in gratiam Andreæ Bondelmontii, cum regreſſu tamen, ut tunc in moribus erat, ſecutaque Bondelmontii morte, iterum Florentinam Eccleſiam adminiſtravit anno 1543. ad quinque omnino annos: anno vero 1548. iterata abdicatione Florentinam Eccleſiam in Antoninm Altovitam reſudit, ac paulo poſt Romæ deceſſit, dum Pauli III. Farneſii interregnum agitaretur, anno 1550. die autem 20. menſis Januarii, ſepultuſque eſt apud S. Auguſtinum. Fuit Nicolaus X. Leonis ex ſorore nepos, nobiliſſimæ proſapiæ, quæ in omni virtutum genere viros protulit admirandos. Pronepotes habuit Octavium Cardinalem Rodulphum Agrigentinum Epiſcopum in Sicilia, & fratrem Nicolaum, quem ad Generalem totius ordinis Prædicarorum Magiſtrum haud vulgares extulere virtutes. Vix annos pubertatis egreſſus

C fuerat Rodulphus, cum pervenit ad purpuram, adeo verò nobilis indolis, ſive doctrinam ſpectes, ſive eruditionem, ut illius ſeculi ſplendor a Stephano Joanninello honorificè appellaretur. Multos Epiſcopatus adminiſtravit, unde invidioſas opes contraxit. Siquidem Salernitanorum Archiepiſcopus fuit, Viterbienſi, Vicentino, Imolenſi, ac Forolivienſi Epiſcopatibus præfuit. Munere legationis Romæ perſunctus eſt, dum Paulus III. abſens eſſet. Tum etiam patrimonii S. Petri legatus fuit. Illum Sadoletus in quadam epiſtola, humaniſſimum, doctiſſimumque, ac liberalem jure appellat, quippe qui Reipublicæ Chriſtianæ commodis ubique, & ſemper ſtuderet. Ob quas exaggeratas animi dotes ſacro, purpuratoque Senatui ita in pretio fuit, ut ipſa die, qua eximeretur è vivis, a concordi Senatu in ſummum Pontificem ſeligeretur. Sed importuna mors interceſſit communibus votis. Ex eadem gen-

D te Rodulpha Philippus fuit Epiſcopus Albienſis in Gallia, defunctus an. 1574. die 30. menſis Junii.



LXVII 13 ANDREAS Bondelmontius *a*, Manentis filius, Canonicus antea Florentinus, ex ceſſione Cardinalis Rodulphi ſubiectus eſt Archiepiſcopus Florentinus an. 1532. die 11. menſis Octobris, iſtamque Eccleſiam ad decem annos adminiſtravit. Deceſſit autem anno 1543. Hic ex egregiis in favorem Florentinæ Eccleſiæ operibus maximè inclaruit, ut ex ſubjecta inſcriptione perſpici poteſt, quæ in Epiſcopio in marmore legitur.

a De quo Salvinus in hiſt. Canon. Florentin.

Hanc ſedem graviſſimis penſionibus oppreſſam Andreas Bondelmontes Archiepiſcopus Florentinus ſua pietate atque pecunia liberavit tum domum iſtam horribili incendio collapſam in cinerem item ſumptibus ſuis a ſolo ex Religione inſtauravit anno Domini M. D.XXXIII. præſulatus ſui anno primo.



LX VIII. 14. ANTONIUS Altovita *b* nobilis Florentinus è Bindo, Flammettaque Soderina progenitus, ex Cardinalis Rodulphi ceſſione electus eſt Archiepiſcopus Florentinus ann. 1548. die 16 menſis Maji. Vir ſanè tum ob vitæ meritum, tum ſapientiæ doctrinam longè clariſſimus; cæterum ex iniquitate temporum inſortunatus: ſiquidē cum in ſuſpicioſum principem, politicæque impenſius ſtudentem incidiſſet, aulicis ſuſpicionibus oppreſſus Romam exul exceſſit, ibique diuturniori mora procul a grege vitam protraxit: enavigavit autem tandem ad litus, ubi beneficio temporum ejuſdem probitas ſe prodidiſſet. Conſtans autem traditio eſt Florentiam reverſum illum, tanta populorum frequentia, celebritatequa primum ſacrum feciſſe, ac ſi paſtorem ſuum de cœlo demum delapſum adveniſſent adoraturi. Exinde reordinando Epiſcopatui totum ſe dedit, celebratoque provinciali Concilio, ipſe per ſe univerſam diœceſim Florentinam perinſtravit, reſtitutiſque ad priſtinum candorem moribus, Florentiæ deceſſit, ſepultuſque eſt apud S. Apoſtolum cum hoc epitaphio.

b De eo Ghilinus in theat. vol. 2 p. 14 Ammiratus in hiſ. Florent. p. 2. l. 35. nec non Gamurrinus de familiis vol. 1. p. 461. Oratio in ejus funere memoratur à Cinellò ibl. vol. 1. ſcanz 2. p. 97. Antonii quoq. meminit in notitiis vir. illuſt. Acad. Florent. par. 5. pag. 3. Mandoſ.

D. O. M.


Antonio Altovita Archiepiſcopo Florentino,
vitæ integritate, literarum ſcientia, ac morum
ſuavitate incomparabili,
Ioannes Baptiſta frater P. Obiit anno ſalutis
M. D. LXXXIII. v. Kal. Januarii.
Vixit ann. LII. menſes v.
diebus xx.

Vir doctiſſimus fuit, philoſophus, inſigniſque Theologus; ſcripſit nobilem tractatum de propoſitione, de ſyllogiſmo, atque demonſtratione, ac Porphyrii prædicabilibus, tum de elementis, de eſſentia animæ, de natura ventorum, aliiſque philoſophicis, ac ſubtiliſſimis rebus: in quarum diſſertationibus adeo ſe conſtantem, præſervidumque præbebat, ut non tam ſtudere artibus, quam illas illuſtrare velle videretur. Eo Præſule Patres ſocietatis Jeſu conſecuti ſunt Florentiæ ampliſſimum collegium anno 1551. auſpicii Eleonoræ de Toleto Coſmi Ducis uxoris: ſequenti an. 1552. 3. Idus Decembris Florentiæ obiit Paulus Jovius Epiſcopus Nucerinus, hiſtoriarum ſui temporis celeberrimus ſcriptor. Iacet apud S. Laurentium de quo alibi: ſic

& Mi-

Digitized by Google

A & Michael Angelus Bonarota ſculptor, pictor, & architectus, fama omnibus notiſſimus, Romæ defunctus, Florentiam delatus in templo S. Crucis in majorum ſepulchro conditus fuit ann. 1570. in cujus funere xl. epitaphia, & Inſcriptio ſoluta oratione extant a Pagano Liclanenſi conſcripta ad Leonardum Bonarotam Michaelis Angeli nepotem.



LXIX. 15 ALEXANDER Medices, Octaviani, ac Franciſcæ Salviatæ filius, Coſmi I. Magni Hetruriæ Ducis ſobrinus, natus Florentiæ anno 1536. Nonis Julii. Ingenuis, piiſque moribus imbutus, & doctrina excultus S. Stephani militiam, deinde eccleſiaſticam diſciplinam amplexus, excelſi animi, acriſque ingenii vir, & ad delitias orbis natus, cum Piſtorienſis antea eſſet Epiſcopus, ſublectus eſt Archiepiſcopus Florentinus anno 1574. die 15. menſis Januarii. Dum Romæ pro Franciſco Magno Hetruriæ Duce legationis munere fungeretur, Romæ templum ſanctæ Mariæ in Vallicella conſecravit. Sub Gregorio XIII. Senatoriam purpuram aſſecutus eſt anno 1583. ſub Clemente vero VIII. Galliam legatus profectus eſt, totique Chriſtianitati tamdiu exoptatam, expectatamque pacem inter Henricum IV. & Philippum II. Hiſpaniarum Reges ſancivit, ſtabilivitque; tantamque ex ea legatione prudentiæ
C famam collegit, ut in demortui Clementis VIII. locum ſacer Senatus concordibus votis ſub nomine Leonis XI. ſuffecerit anno 1605. die I. exordientis Aprilis. Cæterum illam propemodum exultantis ſeculi lætitiam mors importuna corrupit, quæ illum, antequam ad numerabiles dies regnare potuiſſet, compulit ad rogum, adeo humanis affectibus exutum, ut cum a principibus viris propius jam cum morte luctans rogaretur, ut nepoti fratris filio roſeo relicto pileo in gente ſua vellet initi a ſe Pontificatus aliquod vel leve ſignum extare, in magnanimam illam vocem eruperit: *Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?* Conſule Baronium de hac re in XI. tomo ſuorum Annalium. Obiit 27. Aprilis; tumulatus autem eſt in Vaticano apud S. Petrum in lateritio, tumultuarioque ſepulchro, magno, atque inconſolabili ſui relicto deſiderio, ſed Florentinæ Eccleſiæ præcipue, quæ augurabatur futurum, ut non abſimilis Alexandro, ita cenſente Pontifice, ſibi paſtor imponeretur, qui quæ ipſe
D plantaſſet, deinceps excoleret ad diuturnitatem.

Laudatus eſt Leo a Franciſco Venturio Canonico Florentino funebri oratione in Metropolitana Florentina Eccleſia, dum ſolemni pompa juſta Pontifici parenti optimo perſolverentur. Leoni vero ſymbolum, emblemave in juventute, quod erat vernantium roſarum manipulus, lemmate adſcripto: *Sic florui*; hos flores vere naſcentes, *una dies aperit, conficit una dies*. Vere Leo creatus eſt Pontifex, ſtatim ex oculis hominum ablatus eſt, *exaruit vix nata roſa*; de quo ſic cecinit Hermelarius.

Mentem hominum abnimium cæcam, ignaramq; futuri,
Quæ ſibi manſuras credula ſpondet opes.
Quid ſibi Pontificis vellent Florentia ſerta,
Quid roſa purpureo ſuaviter ore micans?
Quid meſſis Paphia, quid Ver, quid florida Paſcha,
Quid nam præteritam hoc, ſic modo floruimus?
Conſtitit heu, ſero, quia mens nos læva tenebat,
Spes bona, & incautis luſerat illecebris.
Frons decerpta manu meſſem monſtrabat in herba,
Quam Lacheſis lætam ſpe modo mox raperet:
Et Roſa, Roma, breves tibi deſignabat amores,
Ver Florem tenerum, gaudia vana Venus.
Paſcha novum ſolta hæc, quæ (ut flos confoſſus aratro)
Mane vigent, ſero veſpere fluxa natant.
Sic quoque decurſi te temporis omen agebat,
Res nequeunt enim eſt, nec erit, quomodo ſumma fuit.
Nam puncti inſtar habent, quæ ſecula cumque fuerunt,
Ictaoculi, quo mens tranſiluiſſe ſolet.
Flos ergo hic, modo qui toti ſpectabilis Urbi,
Auguſto roſeas ſparſerat ore comas:
Ambroſias, famaque aureas diffuderat orbi;
Pallidus elapſis marcuit, heu, foliis.
Huc ades, inflexa qui ſpem refigis inanem,
Hic magno exemplo diſce, quod expediat.
Qui reſerare polum potuit, dare juraque terris,
Floruit, & numero marcuit in cinere.
Omnia debentur morti infera, non moritura
B *Quiſquis amas, cœlo quærite, nulla ſolo.*

S. Philippum Nerium, quem unice amavit Leo, Romanam illius infulam, breviſſimumque ſacri Imperii tempus, olim prædixiſſe narrat Baccius in vita ejuſdem Sancti: ſic & beatam Mariam Magdalenam de Pazzis vaticinaſſe ſcribit Puccinus. Ei dicat Vincentius Borghinus librum de Eccleſia, & Præſulibus Florentiæ anno 1585. Quo etiam ſedente 1584. iv. Decembris, obiit Petrus Victorinus ætatis 87. quem nominaſſe ſufficiat, cum quis fuerit, nemo ex ejus ſcriptis ignoret, de quo erudititiſſimus Jacobus Gaddus in elogiis.



16 ALEXANDER Martius a Medices, nobilis Florentinus, Vincentii filius, Mediceo Alexandro ſucceſſit, cum ex Epiſcopatu Feſulano ad Florentinam ſedem fuiſſet aſſumptus ann. 1605. die 27. menſis Julii. Benedixit nuptias Coſmi II. Hetruriæ Magni Ducis, & Mariæ Magdalenæ Auſtriacæ, Ferdinandi II. Imp. ſororis, quam in Metropolitana primum ingredientem lætanter excepit 18. Octobris 1608 quo anno Februario menſe in baſilica S. Laurentii, nobili & ſua ipſius ſtructura, & Mediceorum Principum monumentis, ſupremos perſolvit honores Ferdinando I. Hetruſcorum III. Maximo Duci; quos deinde anno 1621. Coſmi II. pio, clementi, juſtoque Ferdinandi filio celebravit. Eo quoque Præſule Carmelitæ, & Auguſtiniani diſcalceati in Urbe inſtituuntur: Fulienſes, quos S. Bernardi vocant, Ord. Ciſtercienſis extra mœnia in eccleſia S. Mariæ de Pace excipiuntur, curante Chriſtina Lotharinga Magna Hetruriæ Duciſſa, Ferdinandi I. uxore, Coſmi II. matre, Heroina ſanctiſſima, Hetruriæ parente optima, quæ cœnobium ædificavit, ac dotavit pro Gallis monachis. Quo item Præſule Florentiæ ad ſuperos evolavit venerab. Hippolytus Galantinus magnæ ſanctitatis vir, Archiconfraternitatis S. Franciſci fundator. Hetruſcorum Principum gratia floruit, & ab LXX

a Laudatur in notitiis Vir. Illuſ. Acad Florent. p. 163 Manduſ.

A

iis impensè dilectus. Vigintiquinque omnino annis ſibi creditam rexit Eccleſiam, multiſque ſynodis cum laude coactis clericales mores reddidit deſæcatiores: eruditione, doctrinaque maximè clatuit, ubique & ſemper omnibus charus ob præcipuum pietatis cultum, ſtudiumque divinarum rerum. Deceſſit autem anno 1630. idibus Auguſti. Eoque tempore, quo contagioſa lues Florentiæ cœperat debacchari, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Flore in ſacello S. Antonii, cum hoc epitaphio.

Alexandro Martio Medici Archiepiſcopo Florentino, quem præclara virtus ex hujus Metropol. canonico, & Apoſtolici Nuncii Auditore, ad Feſulana primum annos decem. deinde ad Florentina ann. xxv. Eccleſiæ gubernationem merito evexit: Cœlo demum intulit ætatis lxxiii. id. Auguſti, Chriſtiani Orbis M. DC. XXX.



B

LXXI 17 COSMUS Bardus a, ex Comitibus Vernii, nobiliſſimus Florentinus, filius Joannis, atque Lucretiæ Salviatæ per multos dignitatis, ac munerum gradus, ad ſuæ patriæ Archiepiſcopatum aſcendit 1630. die 9 menſis Septembris. Siquidem ſub Bonifacio Cajetano Cardinali legato Ravennam adminiſtravit, deinde Imolæ gubernator fuit, ac totius Æmiliæ pecuniarum generalis Commiſſarius, deinceps Interamnenſibus jus dixit, mox & rector totius Avenionenſis comitatus, Epiſcopus Carpentoratenſis, proque Urbano VIII. munere legationis extra ordinem perſunctus eſt, donec Archiepiſcopus Florentinus difficillimis temporibus renunciatus, hoc eſt, cum teterrima peſtilentiæ lues Florentiæ graſſaretur, omnia tum ſpiritualia, tum temporalia remedia gregi pertimido adhibenda curavit, ſive ut jam præſentem morbum eluctaretur, ſive ut venturum devitaret. Deceſſit autem die 18. menſis Aprilis ann. 1631. tanto omnium ordinum mœrore, quod in eo munere per adeo exiguum tempus, hoc eſt ſeptem tantum menſium expleſſet, ut propemodum inconſolabilis videretur. Sepultus eſt in Metropolitana. Vir ſanè magnarum virtutum, & ſi ex cætera ejuſdem adminiſtratione haud inſulſa conjectura ducatur, cujus deinceps Archiepiſcopatus Florentini gubernatio optima ſperanda foret. Fratrem habuit Philippum Epiſcopum Cortonenſem, cujus etiam gentis Bartholomæus fuit Epiſcopus Spoletanus, Alexander Epiſcopus S. Pauli in Gallia defunctus 1591. ſic & Robertus de Bardis Theologus inſignis ſub Benedicto XII. Eccleſiæ Pariſienſis Cancellarius.

a De hoc Fantonus in hiſt. Avenion. t. 2. l. 3. p. 358. De familia Barda videndus Gamurinus vol. 2. p. 180. Mandoſ.


C

LXXII. 18 PETRUS Nicolinius, Laurentii Senatoris filius, ex Archidiacono, ac Florentino vicario generali Archiepiſcopus ſuæ patriæ adlectus eſt anno 1632. die 7. menſis Junii, ſumma omnium ordinum exultatione, qui jam olim, dum vicariam operam demortuo Archiepiſcopo præſtaret, oſtenderat ſe planè virum, qui publicæ Chriſtianæ rei, publiciſque commodis natus eſſet, & altus. Etenim præter gentis ſuæ eximiam nobilitatem, iis probitatis dotibus ornatus eſt, quæ omninm videantur poſſe pro-



mereri amorem. Florentinæ autem Eccleſiæ Præſul pronunciatus, diœceſim omnem ſuam ipſe per ſe diligentiſſimè perluſtravit, latiſque ſaluberrimis legibus, celebratoque provinciali Concilio, ad puriores mores reformavit. Vivit adhuc, quem Deus Optimus Maximus, longum conſervet incolumem, qua diuturnitate vitæ diuturnius populi ſibi commiſſi ſalutem valeat promovere.* Obiit Petrus Niccolinus an. 1651. Jacet in Metropolitana.

* Ex App. tom. 5.



19 FRANCISCUS Nerlius Florentinus, præcipua nobilitate clarus, virtute tamen longe clariſſimus, ex Epiſcopo Piſtorienſi, ac Innocentii X. Pontiſ. Max. à Brevium Principum ſecretis, Archiepiſcopatu Florentino exornatus eſt hoc anno 1652. menſe Novembri. Dignus ut diutiſſime vivat, digniſſimum quondam decus, & ornamentum Eccleſiæ ſuæ futurum. LXXIII.

A D D I T I O

(„ *Franciſcus Nerlius b Federici Senatoris, & „ Conſtantia de Nobilibus filius, Auditor prius Cardinalis Roberti Ubaldini, inde Caroli de Medicis „ Cardinalis, mox Utriuſque Signaturæ Referendarius, & Brevium Secretarius, demum ad Piſtorienſem Epiſcopatum evectus eſt ann. 1650. e quo ad „ Florentinum tranſiit die 16. Decembris ann. 1652. „ Quatuor habitis Synodalibus comitiis Clerum, atque Eccleſiaſticam diſciplinam reformavit. Hinc „ anno 1669. die 29. Novemb. à Clemente IX. ſacra „ Purpura exornatus eſt; qua tamen non diu potitus, „ cum fato ceſſerit Romæ inſequenti an., ſcilicet 1670. „ die 6. Novemb. tumulatus in Eccleſia S. Jo. Florentinorum in ſacello gentilitio Ss. Coſmi, & Damiani. „ In Eccleſia S. Matthæi in Merulana Romæ Cardinalis Franciſcus Nerlius nepos hanc ei epigraphem „ erigendam curavit.*

b De eo Gamurrinus de famil. vol. 5. p. 19. Mand.

D

D. O. M.

„ Franciſco S. R. E. Tit. S. Bartholomæi
„ in inſula Presbyt. Card. Nerlio, Archie-
„ piſcopo Florentino, qui per plures, & in-
„ gentes munerum, ac dignitatum, atq; per
„ omnes pietatis, ac doctrinæ gradus ad
„ gloriæ, promeritorumque apicem aſcen-
„ dit, Franciſcus S. R. E. hujus tit. S. Mat-
„ thæi in Merulana Presb. Card. Nerlius

Ar-

A „ Archiep. Florent. Patruo, ac deceſſori memorabili poſuit anno Domini MDCLXXXII. Obiit Romæ VI. Novemb. MDCLXX. ætatis LXXV. ſepultus in ſacello Gentilitio apud Eccleſiam Florentinorum.

LXXIV. „ FRANCISCUS *Nerlius* a, *Petri Senatoris, & Conſtantiæ Magalottæ filius, ſuperioris Franciſci nepos, Canonicus Metropolitanæ Florentinæ, mox Baſilicæ Vaticanæ, Bononiæ Vicelegatus, Prothonotarius Apoſtolicus, cum eſſet Adrianopolitanus Archiepiſcopus, patruo ſucceſſor datus eſt die 20. Decemb. an. 1670. A' Clemente X. in Poloniam pro S. Sede Apoſtolicus Legatus miſſus eſt, inde ad Imperatorem Leopoldum, denique ad Ludovicum XIV. Gallorum Regem: quibus egregie perfunctus muneribus roſeo pileo donatus eſt ab eodem X. Clemente die 12. Junii 1673. Qua verò ſollicitudine, & vigilantia gregem ſibi commiſſum cuſtodiret Franciſcus, ex tribus Synodis, quas habuit, atque edidit, argui facillimè poteſt. Verum die 11.* B *Januarii an. 1683. huic Eccleſiæ nuncium remiſit.*

a De eo fuſè Gamurrinus de famil. vol. 5 p. 1. Ciampinus in Exnar. Synop. Abbrev. p. 44. Ego quoque in meâ Bibl. Equeſtri. Fuit enim Card. Nerlius Ord. S. Stephani Eques. *Mandoſ.*



LXXV. „ JACOBUS *Antonius Morigia* b, *Jo. Baptiſtæ filius, Mediolanenſis, Clericus Regularis S. Pau-* C *li, ob inſignem ejus doctrinam Ferdinando filio à Coſimo III. preceptor conſtitutus, ſuuſque Theologus declaratus, ex Epiſcopo S. Miniati ejuſdem Coſimi favore Archiepiſcopus Florentinus renunciatus eſt ab Innocentio XI. die 11. Januarii an. 1683. quo eodem anno è veteri ſepulchro in ſacellum magnificè a Corſina familia extructum ſolemniter tranſtulit ſanctum D. Andreæ Corſini cadaver. Anno vero 1685. tum S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis ſacrum corpus in Capellam majorem S. Mariæ Angelorum collocavit: tum venerandas S. Zenobii Florentini Epiſcopi reliquias è crypta, ubi latebant, fidelium adorationi expoſuit, auguſtiorique habita ſupplicatione ſub altare Ss. Sacramenti repoſuit. Bis ſynodum convocavit: & cum ab Innocentio XII. die 19. Decembris an. 1698. Presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ fuiſſet declaratus, inſequenti anno Archiepiſcopali infula ſeſe ſpoliavit.*

b De eo Cotta in Muſæo Novar. p. 316. Picinel. in Athen. Litter. Mediolan. p. 317. *Mandoſ.*

D



LXXVI. „ LEO *Strozza, Petri filius, Nobilis Florentinus, Monachus Vallumbroſanus, S. Theologiæ Doctor, ex Epiſcopo Piſtorienſi, atque Pratenſi ad inſtantiam Sereniſſimi Etruriæ Ducis Coſimi III. ab Innocentio XII. Florentinus Epiſcopus dictus eſt anno 1699. atque inſequenti die 7. menſis Julii per Procuratorem iniit poſſeſſionem, Brevis Pontifex fuit: ſiquidem anno 1703. die 4. Octobris fato ceſſit, depoſitus in Cathedrali, donec ejus cadaver Piſtorium transferatur, ubi in Cathedrali ſibi tumulum antea paraverat cum hac brevi Epigraphe.*

De morte cogitans, dùm in humanis eſſet, Vitam, quæ nunquam moritur, expectaturus Leo Epiſcopus ad ornatum Eccleſiæ ſibi monumentum poſuit A. D. MDCVC.



LXXVII. „ THOMAS *Bonaventura ex Comitibus de Gherardeſca, nobilis Florentinus, Patriæ Metropolitanæ Canonicus, Nunciaturæ Apoſtolicæ Auditor, Decanus, & Vicarius Generalis Florentinus, cum eſſet Feſulanus Epiſcopus, ad Patriam ſedem translatus eſt à SS. D. N. Clemente XI. die 11. Novemb. an. 1703. Templum Monialium S. Spiritus in ampliorem, ornatioremque formam redactum anno 1705. & anno 1708 Eccleſiam S. Jacobi à Presbyteris Congregationis Miſſionis reſtitutam; Baſilicam denique Ambroſianam anno 1712. ſolemni ritu dicavit, conſecravitque. Synodum celebravit, atque edidit, Archivum Archiepiſcopalis Florentinæ Curiæ funditus reædificavit, Clericorum ſeminarium excitavit: Congregationem Secularium Sacerdotum, quibus cura eſſet carceri ob æs alienum à creditoribus Eccleſiaſticis mancipatos vinculis levare, inſtituit: pergitque optimus Præſul gregi ſibi commiſſo ſumma vigilantia, atque pietate conſulere.)*

BURGENSES,

Sive Burgi S. Sepulchri.

EPISCOPI.



TAMETSI civitas Burgenſis, hodie inter Hetruriæ civitates numeretur, tanquam quæ magni Ducis imperio pareat, ſe tamen vera in Umbria collocanda eſt ſub Apenninis montibus, a Tyberi non plus diſtans, quam mille paſſus. Apud antiquos ſcriptores nulla ejus civitatis memoria extat, quod nulla ſpectabili antiquitate nobilitetur, licet nonnulli contendant hanc ipſam eſſe Bitnrgiam, in mediterraneæ Hetruriæ civitatibus a Ptolomęo collocatam. Alii verò affirmant ibi ſitam eſſe, ubi olim Plinii junioris villa narratur fuiſſe. Cæterum Leo X. qui primus civitatem Burgenſem Epiſcopali dignitate condecoravit, in bulla erectionis Epiſcopatus illius ejuſmodi civitatis exordium narrat: fuiſſe ſcilicet, ubi modo Burgenſis civitas ſita eſt, ingentem ſylvam ob frequentes nives perpetuo propemodum gelu rigentem, indeque Niviæ illam traxiſſe cognomen. Quo cum duo nobiles Peregrini ex fortuito itinere appuliſſent, Arcanus ſcilicet, & Ægidius, qui nuper a ſancto Chriſti ſepulchro redierant, propeque perſpicuam aquam lapſi eſſent in ſomnum, divinitus admoniti, divinam voluntatem eſſe intellexerunt, ut ibi templum in divini Numinis honorem erigeretur. Ad quod cum deinde pietatis ergo ingens frequentia populorum eſſet, adjeciſſentque domos ad incolendum, ſenſim excrevit in oppidum, quod unde Peregrini redierant, priſci S. Sepulchri dixere. Locum munitionibus auxit Guido Petramala Epiſcopus Aretinus, qui noxiosiſſimæ per ea tempora Gibellinæ factionis princeps erat, ſubque Florentinorum deinceps publica re non parvum incrementum accepit, itaut hoc tempore parva quidem civitas ſit, ſed opulenta, & egregiæ indolis civibus gravis. Exurgebat ibidem nobilis Abbatia ex ordine Camaldulenſi, quam Leo X. in cathedralem erexit, cum prius S. Sepulchri, loci Abbatem Epiſcopum renunciaſſet. Seriem Epiſcoporum, qui illic jus divinum dixerunt, mox explicabimus, ſi prius ad pleniorem rerum cognitionem bullam erectionis Burgenſis Eccleſiæ adjecerimus.

LEO EPISCOPUS

ſervus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Præexcellenti præeminentia ſedis Apoſtolicæ, in qua poſt B. Petrum Apoſtolorum Principem, quamquam imparibus meritis, pari tamen auctoritate conſtituti ſumus, in agro irriguo militantis Eccleſiæ novas Epiſcopales ſedes eccleſiaſticas plantare Romani Pontificis dignum eſſe videtur, ut per novas plantationes populorum augeatur devotio, divinus cultus efflorеat, locaque inſignia dignioribus titulis attollantur, & majoribus honoribus decorentur, ſubſequaturque animarum ſalus. Idque nos eo libentius agimus in iis locis, in quibus benedicente Domino, incolæ, & alii Chriſti fideles multiplicaſſe noſcuntur, ut propagatione novæ ſedis, & aſſiſtentia honorabilis Præſulis, cum deceat miniſtrorum numero fideles Chriſti in devotione perſiſtentes, ac etiam devotionis hujuſmodi augmentum ſuſci-

A *pientes æternæ felicitatis præmium, Deo eorum pium propoſitum adjuvante, facilius conſequi mereantur. Sanè attendentes, quod oppidum Burgi S. Sepulchri civitatis Caſtelli diœceſis temporalis dominii excelſæ reipublicæ Florentinæ, in cujus loco ante illius conſtitutionem ingens erat ſylva Nivea, ob nivium frequentiam dicta, & cum per eam iter facerent duo ſancti Peregrini, Arcanus videlicet, & Ægidius a ſancto Sepulchro Dominico tunc abſcedentes, cum apud limpidiſſimum fontem, qui inibi tunc erat, aliquantulum requieſcerent, divina viſione, ut dicitur, admoniti, quoddam ſacellum ibidem conſtruxerunt, & ex tunc nonnulli Chriſtifideles juxta ſacellum ipſum aliquas domos ædificare, & burgum domorum facere, & tandem multiplicatis domibus, & mœnibus erectis in oppidum S. Sepulchri appellatum fertur inter alia ipſius dominii oppida, admodum celebre, & antiquum, ac magna nobilium, & literatarum perſonarum, ac incolarum generoſitate, benedicente Domino, refertum, ac in illo unum notabile, & inſigne monaſterium Camaldulenſis ordinis, ſub invocatione S. Joannis Evangeliſtæ dicatum, in quo adhuc fons, & ſacellum per dictos ſanctos peregrinos fabricatum hujuſmodi conſiſtunt, & ad cujus fontis lavacrum aquas haurientes febricitantes, divina operante clementia, interceſſione ipſorum ſanctorum liberantur, in loco celebri dicti oppidi ſitum, & ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectum, ac quamplures aliæ ſæculares, & regulares Eccleſiæ dicti monaſterii conſimiles, in quibus divina celebrantur officia, exiſtunt, adeo ut merito oppidum ipſum titulo civitatis decorari, & eccleſia ipſius monaſterii, cujus Abbas pro tempore exiſtens, baculo paſtorali, & aliis Pontificalibus inſigniis ex indulto Apoſtolico uti conſuevit, in cathedralem eccleſiam erigi poſſent. Unde nos ex præmiſſis, & cæteris aliis rationabilibus cauſis moti volentes dictum oppidum, & illius incolas, eorum devotione, & meritis id exigentibus, favoribus attollere potioribus, & honorabili... habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris deliberatione matura, de ipſorum fratrum conſilio, & aſſenſu, ac Apo-*
C *ſtolicæ poteſtatis plenitudine, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium in dicto monaſterio nomen, & titulum, necnon Abbatialem, & omnes alias dignitates, officia, ac beneficia quæcumque regularia, monachales portiones, ac dependentias, necnon omnia, & ſingula membra, ſeu grangiæ dicti monaſterii, prioratus, & alia ad dictum monaſterium illiuſque Abbatem, & conventum, ſeu eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim, vel diviſim pertinentia, & ſpectantia beneficia quæcumque ſæcularia, vel dicti ordinis regularia dilecti filii Galeotti de Gratianis Abbatis ipſius monaſterii ad hoc expreſſo accedente conſenſu ſupprimimus, & extinguimus, ac ad omnipotentis Dei laudem, totiuſque triumphantis Eccleſiæ gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem, ac dominii decus, & amplitudinem, divinique cultus augmentum, ac animarum ſalutem præfatum oppidum in civitatem, & Eccleſiam monaſterii hujuſmodi in cathedralem eccleſiam ſæcularem, cum Epiſcopali dignitate, juriſdi-*
D *ctione, & ſuperioritate, ac Epiſcopali, & capitulari menſis, necnon fonte baptiſmali, ac aliis cathedralibus inſigniis, necnon pertinentiis, honoribus, & privilegiis, quibus aliæ cathedrales Eccleſiæ de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ac in eadem præpoſituram majorem pro uno præpoſito, & unum archidiaconatum pro uno archidiacono, & unum archipresbyteratum pro uno archipresbytero, majores poſt pontificalem inibi dignitates, qui onus, & curam animarum ejuſdem Eccleſiæ, & capituli pro tempore incumbentia exercere, & ſupportare habeat: necnon novem canonicatus, & totidem præbendas pro novem canonicis, qui ſimul cum dictis præpoſito, archidiacono, & archipresbytero capitulum ipſius Eccleſiæ inibi faciant, & conſtituant, & almucias griſeas, ſeu de pellibus griſeis, & honorabilibus ad inſtar canonicorum aliarum cathedralium Eccleſiarum, tam in prædicta Eccleſia, quam extra eam in proceſſionibus,*

& aliis

& aliis actibus deferant, noſtri Achillis Tituli S. Mariæ in Transtyberim Presbyteri Cardinalis, cui regreſſus ad Eccleſiam civitatis Caſtelli in certos tunc expreſſos eventus, dicta auctoritate conceſſus exiſtit, & Balthaſſaris electi civitatis Caſtelli dilectorum filiorum expreſſo etiam ad hoc accedente conſenſu, perpetuo erigimus, creamus, & inſtituimus, ac oppidum civitatis, ac Eccleſiam hujuſmodi cathedralis titulo, & honore decoramus, & inſignimus, ipſamque civitatem, & illius diſtrictum, & territorium, necnon Telenæ, Corliani, S. Stephani, S. Caſſiani, Prateghi, S. Mariæ de Sovara, & S. Antimi cum ſuis membris in prædicto dominio Florentino conſiſtentibus dumtaxat, reliquis vero in diſtrictu civitatis Caſtelli, & oppidi Ciſternæ dictæ civitatis Caſtelli diœceſis ſub eadem diœceſi civitatis Caſtelli remanentibus, ac dicti ſancti Antimi ejuſdem civitatis Caſtelli diœceſis, necnon quæ in locis dicto oppido Burgi S. Sepulchri contiguis montis Acuti Aretinæ diœceſis parochiales eccleſias plebanias, ſeu plebanatus nuncupatas, ſeu eorum parochias, & loca quæcumque, cum illorum clero, & populo, perſonis eccleſiaſticis, monaſteriis, & piis locis, ac beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularibus, & ordinum quorumcumque regularibus, necnon quicquid juris Epiſcopalis, ac juriſdictionis in illis civitatibus, Caſtelli, & Aretinæ Eccleſiarum capitulum tam conjunctim, quam diviſim habebant, & percipiebant, & habere, & percipere conſueverunt, a diœceſi, & ſedibus Epiſcopalibus, ac menſis, & capitularibus civitatis Caſtelli, & Aretinen. penitus, & omnino perpetuo diſmembramus, & ſeparamus, illaque ab omni juriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, dominio, & poteſtate nunc, & pro tempore exiſtentium, civitateſque Caſtelli, & Aretin. Epiſcoporum, & capitulo prædicto, eorumque viſitatorum, & officiorum, necnon ſolutione quorumcunque jurium eis per illorum populos, & perſonas præfatas ratione juriſdictionis, & ſuperioritatis hujuſmodi reſpectivè debitis penitus eximimus, & totaliter liberamus, & diſtrictum, & territorium civitatis erectæ, necnon caſtrum ſanctæ Mariæ in Balneo nullius diœceſis, & ſingulas parochiales eccleſias prædictas, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem erectæ Eccleſiæ ſancti Sepulchri, & illius menſæ Epiſcopali pro illius diſtrictu, & diœceſi, necnon omnes, & ſingulos clericos, ſeculares, & ordinum quarumvis religioſos pro clero, incolaſque, & habitatores dictarum civitatis, & diœceſis erectarum: & quoad montis Acuti eccleſias hujuſmodi, dummodo venerab. fratris noſtri moderni Epiſcopi Aretin. ad hoc expreſſus accedat aſſenſus, & omnes, & ſingulos ipſius ſupradicti monaſterii, & illius annexorum, membrorum, grangiarum, & prioratuum, ſingulorumque aliorum beneficiorum prædictorum ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Abbatis, & conventus ſpectantium, ut ſupra fertur, ſuppreſſorum, & extinctorum pradd. & ejuſdem monaſterii Abbatialis, & conventualis menſarum, fructus, redditus, & proventus, ac bona quæcumque, quorum omnium veros annuos valores præſentes haberi volumus pro expreſſis, Abbatialibus videlicet Epiſcopali conventualis menſarum, necnon omnia, & ſingula alia bona mobilia, & immobilia, ſeu ſtabilia per dilectam filiam communitatem erectæ civitatis donanda, concedenda, & aſſignanda capitulari menſis Eccleſiæ erectæ hujuſmodi pro earum uberiori dote reſpectivè perpetuo applicamus, appropriamus, aggregamus, concedimus, & aſſignamus, ita quod liceat venerabili fratri noſtro Epiſcopo Burgi S. Sepulchri pro tempore exiſtenti, juris Epiſcopalis, ac juriſdictionis illius, & canonicis, & capitulo Eccleſiæ erectæ hujuſmodi fructuum, redditruum, & proventuum, ac bonorum monaſterii, membrorum, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictarum corporalem poſſeſſionem per ſe, vel per alium, ſive alios propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus in ſuos, & menſarum ſuarum uſus, & utilitatem convertere, alicujus ſuper hoc licentia minimè requiſita, & nihilominus quoad ſingula præmiſſa quibuſvis exemptionibus, & privilegiis ejuſdem plebanis, & eorum plebanatibus, & ſubditis per ſedem prædictam quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis derogamus, illaque omnia penitus, & omnino revocamus, & annullamus, ac revocata, & annullata eſſe decernimus, necnon clerum, & populum civitatis, diœceſis, ac Eccleſiæ erectarum pradd. curæ, & juriſdictioni Epiſcopi Burgi S. Sepulchri pro tempore exiſtentis, quoad legem diœceſanam, & gubernationem perpetuò ſubjicimus, necnon Eccleſiam, civitatem, & diœceſim erectas præfatas, ac illarum Præſulem, ſeu Epiſcopum pro tempore exiſtentes, necnon clerum, & populum civitatis, & diœceſis erectarum hujuſmodi Eccleſiæ, ac Archiepiſcopo Florentino Metropolitano jure ſubeſſe, & quoad omnia Metropolitica, & Archiepiſcopalia ſuperioritatem, juriſdictionem, jura Archiepiſcopo Florentino pro tempore exiſtenti ſubjectas eſſe, & de Archiepiſcopalis juribus ei reſpondere volumus. Et inſuper Epiſcopo pro tempore exiſtenti capitulo, clero civitatis, & diœceſis Burgi S. Sepulchri hujuſmodi, illorumque incolis, & habitatoribus prædictis, & illorum ſingulis pro omnibus, & ſingulis privilegiis, & exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus alii Epiſcopi, & aliarum cathedralium Eccleſiarum capitula, civitates, & diœceſes, & eorum clerici, incolæ, & habitatores de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere, necnon Epiſcopo pro temporè exiſtenti, & capitulo præfatis capitulariter congregatis pro felici ſtatu, & ſalubri directione dictæ Eccleſiæ, illiuſque perſonarum, ac divinorum officiorum in illa celebratione, & quæcumque ſtatuta, & ordinationes, rationabilia, & honeſta, ac ſacris canonibus non contraria facere, & edere, illaque quoties eis pro utilitate dictæ Eccleſiæ viſum fuerit immutare, quæ poſtquam edita, & immutata, ac de novo conceſſa fuerint, ex ipſo Apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata conſenſum indulgemus: ac plenam, & liberam licentiam concedimus, & etiam facultatem, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac monaſterii, & ordinis pradd. &c. confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, erectionis, creationis, inſtitutionis, decorationis, inſignitionis, diſmembrationis, ſeparationis, exemptionis, liberationis, applicationis, appropriationis, aggregationis, conceſſionis, aſſignationis, derogationis, revocationis, annullationis decreti, ſubjectionis, voluntatis & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1515. x. Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno iij.

ADDITIO.

(„ S. Sepulchri Cathedralis Eccleſia, D. Joanni Evangeliſtæ dicata, duodecim alit Canonicos, quos inter tres dignitate præeminent, Præpoſitus ſcilicet, Archidiaconus, & Archipresbyter. Huic Animarum cura incumbit. In urbe vero, & prope mœnia civitatis tredecim Monaſteria viſuntur. Menſæ Epiſcopalis fructus taxantur in libris Cameræ ad Flor. . . . Eorum valor eſt 700. ſcutorum illius monetæ.



I. 1 GALEOTTUS de Gratianis Burgenſis Abbas, perpetuuſque Commendatarius monaſterii S. Joannis Baptiſtæ, ſuæ patriæ primus Epiſcopus fuit a Leone X ad ejus dignitatis faſtigium evectus anno 1520. die 18. menſis Septembris. Deceſſit an. 1522. die 16. menſis Aprilis; ſepultuſque eſt in Cathedrali.



II. 2 LEONARDUS Tornabonus, nobilis Florentinus, Cubicularius, Leoniſque X. intimus Conſiliarius, ex deceſſu, ſive ceſſione Galeotti, in Burgenſem Epiſcopatum ſucceſſit anno 1522. pridie Kalend. Septembris. Ejus Epiſcopatus poſſeſſionem iniit die 14. menſis Januarii an. 1524. Vir plane erat æque doctus, ac prudens, cujuſque conſiliis diu uſi ſunt Leo, Clemenſque Medicei: translatus deinde eſt a Paulo III. ſummo Pontifice ad Epiſcopatum Adiacenſem in Corſica 1539. die 24. menſis Martii, cum Burgenſem prius Eccleſiam ad 17. annos ſumma cum pietatis laude rexiſſet.



III. 3 PHILIPPUS Archintus, nobilis Mediolanenſis, ex Prothonotario Apoſtolico, tertius Epiſcopus Burgenſis adlectus eſt a Paulo III. Farneſio an. 1539. die 24. menſis Martii. Diuturniori vicariatus opera pro Pontificibus functus eſt Romæ, ideoque breviori mora Burgenſi Eccleſiæ præſedit. Anno vero 1546. ab eodem Paulo III. ad Salutii Epiſcopatum fuit translatus Pedemontanæ ditionis, ac paulò poſt Archiepiſcopus Mediolanenſis renunciatus. De quo ibi poſtea plura.

A

4 ALPHONSUS Tornabonus Florentinus, *a* cum Salutii Epiſcopus eſſet, cum Archinto Epiſcopatum commutavit 1546. die 29. menſis Octobris, Burgenſis autem Epiſcopatus poſſeſſionem iniit die 20. menſis Novembris ejuſdem anni. Quam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad an. 1557. deinde cum ſenio laboraret, eo munere ſe exſolvit. IV.


a De eo Salvinus in hiſt. Canon. Florent.

5 PHILIPPUS Tornabonus Florentinus, Donati filius, nepoſque Alphonſi anteceſſoris, ex Canonico Metropolitanæ Florentinæ, ad Burgenſem Epiſcopatum translatus eſt anno 1557. prima die exordientis Octobris. In qua quidem dignitate vixit ad duos annos: deceſſitque die 2. menſis Novembris 1559. V.

6. NICOLAUS Tornabonus *b* Florentinus, anteceſſoris Philippi conjunctiſſimus frater, ex plebano Eccleſiæ S. Petri Anglarenſis, Piſtorienſis diœceſis, renunciatus Burgenſis Epiſcopus eſt an. 1560. die 9. menſis Maji. Hic non modo doctrina, ſed ſingulari eruditione præclarus fuit. Quamobrem ita Principibus Hetruſcis in pretio fuit, ut Coſmo ejus nominis I. mandante, apud Regem Gallorum legatione ſit perfunctus egregie. Res controverſas inter Catholicos, atque Ugonottos, dum moraretur in Galliis, Hetruſca lingua præclare conſcripſit, ſuiſque ingenii alia plura monumenta reliquit. Nobilem bibliothecam ad alendum ſtudium ſumptuoſè collegit: quam poſtea ejus affines minus addicti litteris fœdiſſimè deſtruxerunt, cujus haud ignobilis codicum pars ad noſtram Ciſtellianam bibliothecam, me coemente, pertinuit. In quibus ad marginem adeo doctas poſtillas appinxit, ut inde facile colligat lector, valde ſe illum quam qui maximè in omnigena literatura. Effœtæ ætatis deceſſit anno 1598. die 13. menſis Aprilis; ſepultuſque eſt in Cathedrali. VI. B

b De eo Poccianti d Script. Floren. p. 138. Mandat. e Die 13. Maii ex Actis.

C



7 ALEXANDER Burghius *d* è Modiliana Florentinæ ditionis, ſeptimus Epiſcopus Burgenſis adlectus eſt a Clemente VIII. an. 1598. die 22. menſis Junii. Principibus Hetruſcis ob ſingularem doctrinam unicè charus fuit, ac quatuor ſummis Pontificibus ſumma cum prudentiæ laude maximo uſui fuit. Burgenſem Eccleſiam ad ſeptem annos adminiſtravit, deinde a Paulo V. factus Lateranenſis vicarius, eo munere ſe exſolvit ann. 1605. Deceſſit autem anno 1613. Romæ ſepultus eſt in eadem Eccleſia S. Joannis in Laterano, ubi ab affinibus nobile depoſitum cum hac ſequenti Inſcriptione illi erectum fuit. VII. D

d De quo Nicius in Pinacotheca 1. imag. 6. Mand.

D. O. M.

Quiſquis ſepulchrum vides Alexandri Burgi Mutilianenſis Burgenſium Epiſcopi, hujus baſilicæ vicarii, tum Mauſoleum quocumque ære perennius videres, ſi monumentum poſuiſſent literæ, quas ſicut vivens coluit, candiduſque arbiter æſtimavit, ita mortuum certatim eundem eadem lamentatæ ſunt, ſi quatuor ſummi Pontifices, aliique

Prin.

Principes viri, quibus operam, fidemque probavit ſuam, ſi amicorum dolor, & vota, de quibus benemerendo diem nunquam perdidit. Interim omnium nomine Philippus, & Claudius fratris filii majori pietate, quam pompa mærentes, merenti poſuerunt. Obiit anno Dom. M. DC. XIII. ætatis ſuæ LXIV. Ad Dei miſericordiam impetrandam, idem Lateranenſi capitulo pro anniverſario funere cenſum perpetuum attribuit, cæteroſque, ut ſibi opem divinam implorent, mortuus moritaros rogat.



VIII. 8 HIERONYMUS Incontrus Volaterranus, doctor, ac Canonicus cathedralis, poſtea prior Eccleſiæ S. Petri in Silice, ut vocant, a Paulo V. Burgenſem Epiſcopatum obtinuit in gratiam Magni Ducis Coſmi II. an. 1605. die 19. menſis Decembris. Deceſſit an. 1615. in patria, ubi jacet in eadem Eccleſia S. Petri.

IX. (a 2. Decembr. ex Actis.) 9 JOANNES de Gualteriis, Aretinus, I.V.D. Hieronymo ſuffectus eſt anno 1615. die 4a. menſis Decembris. Romæ deceſſit an. 1619. die 20. menſis Maji. Ibidemque ſepulturam accepit.



X. 10 PHILIPPUS Salviatus, Florentinus, filius Antonii, frater autem marchionis Vincentii, ex Pratenſi Præpoſito, electus eſt Burgenſis Epiſcopus anno 1619. die 20*b*. menſis Auguſti, inauguratuſque eſt a Cardinali Bandino. Deceſſit autem, dum ſuam præſens gubernaret Eccleſiam an. 1634. Vir ſanè, qui claritatem generis multis virtutibus exornaverat. (*b* 12. Aug. ex Actis.)



XI. 11 Fr. ZANOBIUS Medices *c* Florentinus, (*c* De eo)

A Ordinis Prædicatorum, olim S. Mariæ majoris Romæ Pœnitentiarius, Burgenſem Eccleſiam adeptus eſt anno 1634. menſe Julio è vivis exemptus eſt an. 1637. die 17. menſis Octobris Florentiæ die 19. ejuſdem menſ. ſepultuſque eſt apud D. Marcum ſui ordinis nobile monaſterium, ubi a puero induerat monachum. (Fontana de Rom. Prov. p. 314 Manolſ. d. 20. Novemb. ex Actis.)

12. Fr. DIONYSIUS Buſſottus, Florentinus, Generalis Ord. Servorum, ab Urbano VIII. Epiſcopus Burgenſis electus anno 1638 *e*. Ei Alexander Adimarius inſcripſit librum *Melpomene*, ſeu *cinquanta Sonetti funebri, con altritanti Elogii*. Ejuſdem quoque gentis Buſſottæ Bartholomæus fuit Pii V. Pontificis Maximi generalis Theſaurarius, Alexandri Mazzæ Epiſcopi Forofempronienſis avunculus. Hujus præclariſſimi Præſulis virtutes quam libenter hic celebrarem, niſi viri modeſtia, veteriſque amicitiæ memoria, ne hoc ipſum præſtarem, inhiberent. * Obiit Dionyſius Florentiæ ann. 1654. ſepultuſque eſt in Eccleſia D. Annunciatæ. XII. (*e* 19. April) (* Ex App. tom. 7.)

B 13. Fr. CHERUBINUS ex Marchionibus Maleſpinis *f* Ord. Prædic. Florentini cœnobii S. Mariæ Novellæ nobilis, doctuſque alumnus Burgenſem Epiſcopatum accepit die 30. Auguſti 1655. ab Alexandro VII. Pont. Max. quem pie hactenus adminiſtrat, & ob morum candorem, ſpectabilemq; prudentiam omnibus percharus. XIII. (*f* De eo Fontana de Rom. Prov.)

A D D I T I O.

„ *De Cherubino ita diſſerit Bodius in Elogiis Vir. Illoſt. Univerſ. Theolog. Florent. Cherubinus ex Marchionibus Malaſpinis, Ord. Prædicat. jam Magiſter inauguratus, collegio fuit addictus 17. Kal. Febr. 1636. ejuſdemque decanus 1654. Literatura, ſpectataque prudentia clarus, ſtudiis præfulſit diu, ac regiminibus præfulſit in ordine principalioribus, regendo ut Prior S. Mariæ Novellæ Cœnobium, Romanamque Provinciam, aliis omiſſis, quibus eſt ſemper peregregie perfunctus, uſque ad Præſulatum Burgenſis Eccleſiæ ab Alexandro VII. cui maxime erat notus virtus, evocatus 30. Auguſti 1655. quo omnibus,* C *etiam ſuis ovibus pius Paſtor, ac bonus, percharus evaſit uſque ad undecimum ſui Præſulatus annum, poſt quem mærentibus bonis, pie in Domino obdormivit 14. Martii 1667. tredecim ſuæ laudabilis, & inculpatæ vitæ luſtris peractis, tumulatus in ſua Eccleſia, funebrique nobili pompa poſtea anno 1669. die 16. Januar. cohoneſtatus Florentiæ in S. Maria Novella templo à PP. Magiſtris, oratore eloquentiſſimo, & pro tanti viri dignis meritis Rodulpho Foraſaxio Vallumbroſ. meritiſſimo Abbati, qui pro eo ſepulchrale ſolatium pluſquam ingenioſe elaboravit.*

„ JO: CAROLUS *Baldovinettus, Florentinus, Ordinis Fratrum Prædicatorum, S. Theologiæ Lector, & Concionator Generalis, pluribus Ordinis ſui perfunctus præfecturis, tandem cum annum ætatis ſuæ circiter 50. ageret, dictus eſt Epiſcopus Burgi S. Sepulchri die 12. Decembris 1667. Nec diu poſt obiit in Reſidentia menſe Septembri 1671.* XIV.

LUDOVICUS *Malaſpina ex Marchionibus del* D „ *Ponte in diœceſi Lunenſi Sarſanenſi natus, B. Mariæ de Monte Carmelo inſtitutum ſuſcepit: ubi ſacræ Theologiæ Magiſter effectus, nonnulliſque Ordinis ſui præfectus cœnobiis, Hetruriæ Provincialis, Aſſiſtens Generalis Italiæ, & Congregationis Indicis Conſultor tandem ad S. Sepulchri cathedram evectus eſt die 8. Februarii 1672. Quam Eccleſiam cum prudenter rexiſſet ad annum 1695. circa Septembrem obdormivit in Domino.* XV.

„ GREGORIUS *Compagni, Romanus, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Philoſophiæ, & ſacræ Theologiæ Lector, & Magiſter, egregiuſque divini verbi præco, poſt obitos aliquot Cœnobiorum ordinis Prioratus, tandem ex Pœnitentiario Baſilicæ Liberianæ de Urbe creatus eſt Epiſcopus S. Sepulchri die 2. Januarii 1696. die 25. Junii 1703. ad Larinenſem Eccleſiam tranſlatus.* XVI.

„ JO: LAURENTIUS *de Tillis, Presbyter Florentinæ Diœceſis J. U. D. & examinator Syno-* XVII.

„ *dalis Archiepiſcopi Florentini, olim Canonicus*
„ *Collegiatæ Eccleſiæ Caſtri Florentini, deinde Vi-*
„ *carius Generalis trium Epiſcoporum S. Miniatis,*
„ *& bis Vicarius Capitularis ejuſdem Epiſcopatus,*
„ *tandem ornatus eſt infula Burgi S. Sepulchri die 21.*
„ *Julii 1704.*

COLLENSES
EPISCOPI.



COLLES, Vallis Elſæ in Hetruria, ſi nuper adeptam Epiſcopalem dignitatem ſpectemus, nupera civitas cenſeri debet, & ſi fundationis exordium, poſt conditam Chriſtianam ſalutem, haud a multis ſeculis cœpit eſſe nobilis pagus. Tametſi autem illius nullus antiquus ſcriptor meminerit, opinione tamen mortalium antiquior eſt, cum S. Cerbonius Populoniæ olim Epiſcopus illac pertranſiens, apud Collenſes nobilia patrarit miracula; illiuſque conditores Gratiani populi extitiſſe narrentur, qui prænobile oppidum Gratianum, ſeu Gracchianum potius, novem tantum milliaribus Senis diſſitum incolebant. Hi vero ne Senenſium excurſionibus, dum bellum ipſos inter ac Florentinos, quibus erant obnoxii, inſectarentur, ſalubrioris aeris colligendi, ſituſque captandi amœnioris ſpecie in collis cacumine, deſtructa antiqua patria, ſedem fixere, ubi nunc hæc civitas ſpectatur. Colles dicta eſt, quod eminenti inſideat colli, utque ab aliis ejus nominis diſcriminaretur, a fluvio Elſæ, cujus undis ipſius radices alluuntur, Collis Vallis Elſæ appellatur. Florentiæ, Senarumque media eſt in fertili, amœnoque ſolo, cultiſſimis fruitur civibus. Sæpius mihi in mentem venit, num ea Gratiani, ſive Gracchiani colonia Collis fundatrix, priſcis illis temporibus Romanæ Reipublicæ ab aliquo Gracchianæ gentis, en deducta fuerit; nec multum a veritate deflexiſſe arbitror, cum Gracchianum oppidum Neronis Imp. temporibus celeberrimum foret, continuaque temporum ſerie, fama a majoribus tradita apud eos populos viguerit. Ibi maximum illud prodigium patratum, cum D. Martialis unus ex ſeptuaginta Chriſti diſcipulis, S. Petri Apoſtoli baculi opera Auſtriclianum ſocium quadrageſimo ab ipſius morte die ad vitam revocavit. Hunc Petrus Lemovicenſium in Galliis Epiſcopum deſignarat, & ad divini verbi ſemen ſpargendum, Alpinianum, Auſtriclianum, Amatorem, ac Veronicam ipſius uxorem ſocios aggregarat. Subſtiterat in itinere, diebus aliquot Senis commoratus, promulgato Evangelio, ab idolorum cultu, pluribus patratis miraculis, gentiles multos ad Chriſtum traduxit, inde Florentiam petiturus ad Gracchianum divertit. Cumque in Evangelii lucem plures vi divini verbi educeret, Auſtriclianus morbo implicitus naturæ conceſſit: quem cum ſepulchro Martialis extuliſſet, Romam cum Alpiniano regreſſus, Amatore, ac Veronica ibi relictis, ad divum Petrum confugit, factumque mortis ſocii certiorem exoravit, precibus a Deo, apud quem tantum gratia poterat, ut vitæ reſtitueretur, obtineret. Suum illi Apoſtolus baculum porrexit, juſſitque Gracchianum pergere, ac ſepulchro aperto cadaver baculo contingere, ita ad vitam excitatum iri polli-

A citus eſt, quem etiam ipſe, ſi plus in Deum fidei eſſet, vitæ reddere potuiſſet. Advolavit mox Gracchianum Martialis, tumuloque reſerato jam tabe diffluens cadaver ſacri illius baculi contactu priſtino membrorum niu prædìtum, defixis ſtupore ſpectantibus, ſe extulit ſepulchro, viſoque prodigio Gentiles, deſerto idolorum cultu Chriſtianis ſacris initiati ſunt, & in fide confirmati. Stipatus hiſce ſociis Martialis in Gallias profectus, fidem Chriſti apud Lemovicenſes, Toloſanos, Burdegalenſes, Aquitanos, eoſque, qui a Rhodano in Oceanum vergunt, finitimos populos diſſeminavit: præfecit Epiſcopos; Eccleſias plures inſtituit; colluſtratiſque iis regionibus illati ab ipſo Evangelii lumine, onuſtus meritis ad Chriſtum demigravit anno Chriſti 74. Lini Pont. Max. 6. Imperatoris Veſpaſiani 5. cujus feſtum diem 30. Jun. Eccleſia colit. Illius miraculi Gracchiani editi meminit S. Aurelianus in Epiſcopatu Lemovicenſi Martialis ſucceſſor, & hiſtoriæ Martialis ſcriptor in fragmento hiſtoriæ A-
B quitanicæ, itemque Baronius in Annalibus ad calcem anni 74. qui quidem Gracchianis feliciſſimus affulſit, quo diſceſſæ ſunt fœdiſſimæ illæ tenebræ, quibus erant involuti, & baptiſmo abluti ad cœleſtem vitam renaſci meruerunt. Excitavere in eodem loco, in quo patratum eſt miraculum, Eccleſiam, & D. Martialis tutelaris ſui memoriæ conſecrarunt, ubi etiam hactenus Auſtricliani ſepulchrum ſpectatur. Celebratur magno populorum concurſu Martialis feſtus dies. Id ſingulare eſt, ut Lombardellus in vitæ illius ſancti ſcriptis commendavit, non reperiri aliam in Italia huic divo dicatam Eccleſiam, quam quæ a Gracchianis erecta fuit, quæ a Collenſibus Gracchianorum ſucceſſoribus maxima religione colitur. Cæterum Collenatium civitas, ſi illorum majores repetamus, adeo antiqua eſt, ut a Romanis, dum illorum floreret reſpublica, nomen, ac ſplendorem acciperet, originemque traheret, ſi veræ antiquitatis majeſtatem, ac venerationem ſpectemus. Nulli Hetruriæ civitati dignitate cedit,
C cum Evangelii fax ipſis a D. Martiale uno è ſeptuaginta Chriſti diſcipulis illata fuerit, & Auſtricliani è mortuis excitati ſtupẽdo prodigio in fide corroborati fuerint. Ex his principiis Collinates ita primævæ dignitati ſe aſſeruere, ut a Clemente VIII. Pontifice Maximo, accedentibus Ferdinandi I. Magni Hetruriæ Ducis precibus, digni habiti fuerint, ut eorum oppidum Epiſcopali ſede decoratum, civitatis nomen adipiſceretur, ipſorumve collegiatam Eccleſiam Divis Joanni, & Jovitæ ſacram in cathedralem excitaret: utque beneficium beneficio cumularet, primumque illius Epiſcopum ipſius civem è familia Uſimbarda inſtituit, & Archiepiſcopo Florentino ſubiecit, qui ſumma prudentia non capitulum modo, ſed diœceſim etiam univerſam ex Florentino, Senenſi, Feſulano, & Volaterrano Epiſcopatibus divulſam pulcherrimè compoſuit. Ornata eſt tribus dignitatibus, Archipresbyteratu, Decanatu, & Archidiaconatu cathedralis Eccleſia, ac duodecim canonicis inſignita. Præter plures ſacras
D reliquias D. Alberti ipſius Archipresbyteri corpus religioſiſſime aſſervat, qui anno 1202. meritis decorus in cœlum evolavit 17. Auguſti. Sacrum ipſius corpus anno 1621. inventum, ſolemnique pompa a Coſmo Gherardeſco ſecundo Epiſcopo, honorificentiore loco collatum eſt. Hic B. Albertus in Clativenſi oppido Aretini Epiſcopatus anno 1139. natus ob eximias virtutes, quarum ſplendorem vibrabat, iſtius collegialis Eccleſiæ, quæ ad id tempus ſedi Apoſtolicæ tantum obnoxia erat, creatus Archipresbyter, populis virtutum egregium exemplum explicuit, ac poſt mortem multis miraculis effulſit, cujus vitam Sylvanus Razzius ex antiquo auctore deprompſit, & in lucem emiſit. In hac civitate præter cathedralem plures aliæ Eccleſiæ, atque monaſteria virginum, virorumque, qui divino cultui ſe conſecrarunt, excitata ſunt, inter quæ illud effloreſcit, quod Petrus Uſimbardus Epiſcopus Aretinus, Uſimbardi Primi hujus civitatis Epiſcopi

fra-

frater condidit. Epiſcopalem dignitatem, ut diximus, inſtituit Clemens VIII. anno 1592. ut ex ſequenti bulla perſpici poteſt.

CLEMENS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum ſuper univerſas orbis Eccleſias eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, conſtituti levamus in circuitu agri Dominici oculos noſtræ mentis, pervigilis paſtoris more inſpecturi, quid provinciarum, & locorum ſtatui, & decori, quidve illorum incolarum animarum ſaluti congruat, & deſuper iſtis præſertim temporibus, quibus humani generis hoſtis omni conatu ad ipſarum animarum perniciem, & fidei Catholicæ everſionem incumbit, diſponi debeat; unde divino fulciti præſidio, dignum, quin potius debitum arbitramur in irriguo militantis Eccleſiæ agro novas ædes Epiſcopales, Eccleſiaſque plantare, ut per hujuſmodi novas plantationes popularis augeatur devotio, divinus cultus effloreat, perque eum animarum ſalus ſubſequatur, ac loca inſignia dignioribus titulis, cum dignis favoribus illuſtrentur, ut propagatione novæ ſedis, honoratique populi aſſiſtentia, ac regimine cum Apoſtolicæ poteſtatis amplitudine, ac orthodoxæ fidei profectu, ac exaltatione populi ipſi propoſitum eis æternæ felicitatis præmium facilius valeant adipiſci. Dudum ſiquidem proviſiones omnium monaſteriorum apud ſedem Apoſtolicam tunc vacantium, & in antea vacaturarum, ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cum itaque poſtmodum S. Salvatoris in Spungia, ante hoſpitale Innocentium Florentini; Apoſtolica auctoritate unitum, ex eo, quod nos hodie unionem ipſam de conſenſu dilectorum filiorum rectoris, & adminiſtratorum ipſius hoſpitalis perpetuo diſſolvimus apud ſedem prædictam, &c. & ſicut accepimus, quod quidam Lælius Tolomæus clericus Piſtorien. diœceſis in commendam ad ſui vitam ex conceſſione Apoſtolica, quoad viveret, obtinebat beatæ Mariæ de Conco ordinis Vallisumbroſæ Volaterrarum diœceſis monaſterii, commenda hujuſmodi per obitum dicti Lælii extra Romanam curiam defuncti, ceſſante adhuc eo quod ante commendam ipſam vacabat, modo vacare noſcatur, nulluſque de dicto monaſterio S. Salvatoris hac vice diſponere potuerit, ſive poſſit, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis, & terra Collis Vallis Elſæ nullius diœceſis temporalis dominii dilecti filii nobilis viri Ferdinandi Hetruriæ ſibi ſubjectæ Magni Ducis, inter cæteras prædictæ Hetruriæ terras, & illius collegiata Eccleſia ſub invocatione SS. Joannis, Fauſtini, & Jovitæ inſignis exiſtant. Nos ex certis rationabilibus cauſis maturè perpenſis, ac verum, & ultimum dicti monaſterii vacationis modum præſentibus pro expreſſo habentes, ſupplicationibus dicti Ferdinandi Magni Ducis hac in parte inclinati habito ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum conſilio, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem, terram Collis in civitatem Collenſem nuncupandam, & Eccleſiam hujuſmodi in cathedralem ſub eadem invocatione, pro uno Epiſcopo Collenſi, cum Epiſcopali dignitate, juriſdictione, & ſuperioritate, ac Epiſcopali, & capitulari menſis, & aliis cathedralibus inſignibus, necnon præeminentiis, honoribus, & privilegiis, quibus aliæ cathedrales Eccleſiæ de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo erigimus, & conſtituimus, ac terram civitatis, & collegiatam Eccleſiam hujuſmodi cathedrali titulo, & honore decoramus, & inſignimus, necnon a Florentino Poggibontii, a Senenſi Plebis Marmoræ, a Feſulano Caſtellinæ, & a Volaterrana diœceſi, & ſedibus Epiſcopalibus, ac Archiepiſcopalibus reſpectivè unitæ plebis Aſſulæ, Staggiæ, & Abbatiæ Inſulæ nuncupatæ, caſtra cum illorum territoriis, clero, populo, perſonis eccleſiaſticis, monaſteriis, & piis locis, ac beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & cujuſvis ordinis regularibus, necnon quicquid juris Archiepiſcopalis, & Epiſcopalis juriſdictionis in illis Florentinus, & Senenſis Archiepiſcopi, & Feſulani, & Volaterrani Epiſcopi pro tempore exiſtentes habent, & percipiunt, & percipere, & habere conſueverunt, de dilecti filii noſtri Alexandri S. Petri ad vincula Cardinalis de Florentia nuncupati, quoad Florentinos, quoad vero ad Senenſis, & Feſulanenſis, & Volaterrarum Epiſcoporum de venerabilium fratrum noſtrorum modernorum Archiepiſcopi Senenſis, & Feſulanenſis, ac Volaterrarum Epiſcoporum conſenſu penitus, & omnino, & perpetuo auctoritate, & tenore præmiſſis, diſmembramus, & ſeparamus, & ab omni juriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, dominio Apoſtolico nunc, & pro tempore exiſtentium, Florentini, & Senenſis Archiepiſcoporum, & Feſulanen. & Volaterranen Epiſcoporum prædictorum, eorumque vicariorum, & officialium, ac ſolutione quorumcumque jurium eis per clerum, populum, & perſonas prædictas ratione juriſdictionis, & ſuperioritatis hujuſmodi reſpectivè debitorum ſimiliter perpetuo penitus eximimus, & totaliter liberamus, ac terram in civitatem erectam, necnon caſtra ſic diſmembrata una cum eorum territoriis, ſingulaſque Eccleſias, & monaſteria, necnon beneficia eccleſiaſtica in eis conſiſtentia prædicta cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, eidem erectæ Eccleſiæ, & illius menſæ Epiſcopali per illius diſtrictum, & diœceſim, etiam perpetuo applicamus, appropriamus, aggregamus, concedimus, & aſſignamus, illaque curæ, & juriſdictioni Epiſcopi Collenſis pro tempore exiſtentis, quoad legem diœceſanam, & ſubjectionem ſimiliter perpetuo ſubjicimus, necnon Eccleſiam, civitatem, & diœceſim prædictas, ac Epiſcopum Collenſem pro tempore exiſtentem prædictum, clerumque, & populum civitatis, & diœceſim erectarum Eccleſiæ, & Archiepiſcopo Florentino Metropolitano jure ſubeſſe, & quoad Metropolitanam, & Archiepiſcopalem juriſdictionem, & jura eidem Archiepiſcopo Florentino, eique de Archiepiſcopalibus juribus reſpondere debere volumus, ac determinamus; necnon ab Archipresbyteratu dictæ erectæ Eccleſiæ, qui ibi dignitas principalis exiſtit, cujuſque fructus, redditus, & proventus ad trecentorum ſcutorum aureorum valorem aſcendunt, ut accepimus, quemque dilectus filius Nicolaus Sabolinus ipſius Eccleſiæ Archipresbyter obtinet, ex nunc de ejuſdem Nicolai conſenſu centum ſcuta ſimilia annuatim, una cum domo ejuſdem Archipresbyteratus, pro habitatione dicti futuri Epiſcopi Collenſis, & poſt dicti Nicolai obitum tot bona, quæ ad valorem annuum centum, & quinquaginta ſcutorum ſimilium aſcendant, reliquis centum & quinquaginta ſcutis hujuſmodi pro Archipresbytero ipſius Eccleſiæ pro tempore exiſtenti annuatim remanentibus auctoritate, & renovatione prætermiſſis pariter perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, illaque ſic ſeparata, & diſmembrata, necnon S. Salvatoris, & B. Mariæ monaſteria hujuſmodi, quæ curam, & conventum habent, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo vacent, & tanto tempore vacaverint, quod eorum proviſio juxta Lateranenſis ſtatuta concilii, aut alias canonicas ſanctiones, ad ſedem prædictam devoluta exiſtat, & illa ex quavis cauſa ad ſedem eamdem ſpecialiter, vel generaliter pertineat, ac ſuper eorum regimine, & adminiſtratione inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, cum illis forſan annexis fructibus, juribus, ac pertinentiis ſuis eidem menſæ Epiſcopali pro illius dote, & futuri Epiſcopi hujuſmodi ſuſtentatione itidem perpetuo eiſdem auctoritate, & tenore unimus, annectimus, incorporamus, applicamus, & appropriamus, ita quod liceat futuro Epiſcopo Collenſi prædicto corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationis dictorum monaſteriorum, ac bonorum, & aliorum prædictorum per ſe, vel per alium, ſive alios propria auctoritate, abſque vitio ſpolii apprehendere, ac perpetuo retinere, illaque in ſuos, ac menſæ Epiſcopalis uſus, & utilitatem convertere, diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minimè requiſita. Necnon Archipresbyteratum inibi principalem, ut præfertur, majorem poſt Pontificalem, ac Decanatum, & Archidiaconatum dignitates, necnon duodecim canonicatus, & præbendas in prædicta Eccleſia exiſtentes, illoſque pro tempore obtinentes una cum eorum menſa capitulari de cætero cathedralis Eccleſiæ, hujuſmodi Archipresbyterum, decanum, & archidiaconum, ac canonicos fore, & eſſe, illoſque reſpectivè, ut prius cum omnibus eorum juribus retinere per ſe, ac irritum, & inane decernimus, & declaramus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel igno-

ranter

Digitized by Google

vanter contigerit attentari: & inſuper Epiſcopo pro tempore exiſtenti, ac capitulo, & clero civitatis, & diœceſis Collenſis, illorumque incolis, & habitatoribus, & eorum ſingulis, ut omnibus privilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus alii Epiſcopi, & aliarum cathedralium Eccleſiarum capitula, atque civitates, & diœceſis, ac eorum clerici, incolæ, & habitatores de jure, conſuetudine, aut alias utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, necnon Epiſcopo, & capitulo prædictis capitulariter congregatis pro felici ſtatu, & ſalubri directione dictæ erectæ Eccleſiæ, & illius perſonarum, ac divinorum officiorum in illa celebratione quæcumque ſtatuta, & ordinationes, rationabilia, & honeſta, ac canonibus, & decretis ſacri concilii Tridentini non contraria facere, & edere, illaque immutare liberè, & licitè valeant, quoties ipſi pro utilitate ipſius erectæ Eccleſiæ viſum fuerit, quæ poſtquam condita immutatave, ac de novo facta fuerint, dicta auctoritate approbata, & confirmata eſſe cenſeantur, de ſpeciali gratia indulgemus, ac plenam, & liberam facultatem concedimus, non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII prædeceſſoris noſtri, ac Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, diſmembrationes, ſeparationes, ac ſectiones bonorum diœceſis ab Eccleſiis cathedralibus, unionesque perpetuas, niſi in caſibus de jure permiſſis fieri prohibentes, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque proviſis, quod propria monaſteria prædicta in ſpiritualibus non lædantur, & in temporalibus detrimenta non ſuſtineant, ſed eorum congrua ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, decorationis, inſignitionis, diſmembrationis, ſeparationis, exemptionis, liberationis, applicationis, appropriationis, aggregationis, conceſſionis, aſſignationis, ſubjectionis, voluntatis, decreti, unionis, annexionis, incorporationis, declarationis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contradicere. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom 1592. Nonis Junii, Pontificatus noſtri anno 1.

Poſt Epiſcopatum erectum Clemens Pontifex ex paterna cura, tria diplomata ſcripſit, ad populum ſcilicet, capitulum, clerumque Collenſem, quæ, quia fere eadem continere videntur, ſat erit illud hic adſcripſiſſe, quo tum erectionis, tum electi Præſulis populus admonetur.

CLEMENS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis populo civitatis, & diœceſis Collenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Hodie Eccleſia Collenſi, quam nos etiam hodie ex collegiata Eccleſia ſub invocatione SS. Joannis, Fauſtini, & Jovitæ tunc terra Collis Vallis Elſa nullius diœceſis in cathedralem Eccleſiam ex certis rationabilibus cauſis mature perpenſis, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio per quaſdam ereximus, a primæva erectione hujuſmodi vacanti de perſona dilecti filii Uſimbardi electi Collenſis nobis ex fratribus ipſis ob ſuorum exigentiam meritorum accepto, de fratrum eorundem conſilio per alias noſtras literas providimus, ipſumque illi in Epiſcopum præfecimus, & paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Collenſis ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè commiſimus, prout plenariè continetur in ſingulis literis præfatis. Quocirca univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attentè, vobis per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eumdem Uſimbardum electum, tanquam patrem, & paſtorem animarum veſtrarum devotè ſuſcipientes, & debita honorificentia proſequentes, ejus ſalubribus monitis, ac mandatis humiliter intendatis. Ita quod ipſe Uſimbardus electus in vobis devotionis filios, & vos in eo patrem benevolum inveniſſe gaudeatis.

Datum Romæ in monte Quirinali anno Incarnationis 1592. Nonis Jun. Pontificatus noſtri anno primo.

Eadem Ferdinando perſcripſit, gratulaturque illi, quod Colli ſuæ dirionis civitati Epiſcopalem dignitatem contulerit, eidemque primum Epiſcopum Uſimbardum attribuerit.

Spettabili noſtri cariſſimi.

Finalmente ſuperate tutte le difficoltà incontrate nella prattica, che per voſtra inſtanza ſà già più tempo incaminata dell'erettione di coteſta terra in Città, e di coteſta Collegiata in cathedrale, reſtò ſervita ſua Santità à concederne il tutto conforme al deſiderio voſtro, e noſtro nel Conciſtoro delli cinque di Giugno preſente, provedendo la detta cathedrale in perſona di Monſignore Uſimbardi creato voſtro propoſto da noi a ſua Santità, con preſuppoſto, che habbia da eſſer grato a voi, e per noſtra cagione, e per l'honore, che ci pare, che vi ſe ne aggiunga, havendo il primo Veſcovo nativo della patria voſtra; il che tutto come è ſucceſſo con molto mio piacere, e per publiche, e private cagioni, così habbiamo voluto ſignificarvelo, allegrandocene con voi per queſta noſtra, eſortandovi di ringratiare Dio di queſto tanto dono, e ricevere a ſuo tempo il Veſcovo con quella reverenza che conviene, moſtrando a noi quel che poſſiamo di più per beneficio voſtro. E Dio vi contenti,

Dall' Ambragiana 9. di Giugno 1592.

Voſtro. Il Gran Duca di Toſcana.

(„ *Hujus Epiſcopatus cenſus ad 700. Scuta aſcendit. Fructus vero taxantur ad Floren. 200.*)



1.

1 USIMBARDUS Uſimbardius *a* oriundus è Colle, vir apud Magnum Ferdinandum Hetruriæ Ducem gratioſiſſimus, Florentinæ Metropolitanæ Canonicus, ob probitatis raras qualitates primus Collenſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1592. die 5. menſis Junii. Qui inauguratus obtenti Epiſcopatus ſolemni ritu poſſeſſionem iniit, populi Collenſis incredibili planè lætitia, qui ſibi gratulabantur ſuum repertum fuiſſe civem, in quem ea dignitas tuto poſſet conferri. Nec ipſe populi fefellit fidem, quippe qui omnem conatum adhibuit, ut omnia ad unum pietatis cultum dirigerentur. Ipſe in primis Eccleſiam cathedralem omnem refecit, dotatamque omni pretioſa ſupellectili poſteritati reliquit. Epiſcopale fundavit palatium, auxitque clerum, itaque in divino jure dicendo ſe geſſit, ut poſt viginti annorum adminiſtrationem decedens bonis omnibus juſtum mœrorem attulerit, ſepultus ante aram maximam in cathedrali anno 1612. Fratrem habuit Petrum Epiſcopum Aretinum, Laurentiumque Senatorem, intimumque Conſiliarium Magni Ducis Hetruriæ: tum & Alexandrum patrem Franciſci Apoſtolicæ Cameræ clerici, unicum germen Uſimbardiæ gentis, qui cum in ſpem ſucceſſuræ prolis clericalem vitam liquiſſet; Corſiniamque nobilem feminam duxiſſet uxorem, antequam liberos ex ea ſuſtuliſſet, deceſſit, Claudio patruo viro grandævo relicto hærede. I. *a* De quo Abbas Salvinus in hiſt. Canon. Florent.

2 COSMUS *b* ex Gherardeſchæ gentis Comitibus, Leonis XI. pronepos, Canonicus, & Archipresbyter Metropolitanæ Florentinæ, Ruberto Cardinali Ubaldino propior affinis, ſecundus Epiſcopus Collenſis electus eſt anno 1613. 1. die exordientis Februarii. Hic in Eccleſiam ſibi concreditam multa contulit ornamenta, optimiſque diſciplinis cle- II. *b* De eo in Notitiis vir. illuſt. Acad. Florent. par. 1 p. 254. *Mandoſ.*

rum



rum habuit inſtitutum, quippe qui probitate vitæ, ac morum ſanctimonia nulli ſecundus eſſet. Vixit in eo munere uſque ad annum 1634. a deceſſitque menſe Junio, cum ſub Urbano VIII. ad Eccleſiam Feſulanam deſignatus eſſet. Ejus cadaver Florentiam delatum eſt, ſepultumque in templo D. Mariæ Annunciatæ, ubi ab anno 1625. ſibi ſepulchrum cum hac inſcriptione præparaverat.

Sub tuum præſidium ſancta Dei Genitrix
Coſmus ex Comitibus Gerardeſcha
Epiſcopus Collen.
qui ſibi vivens poſuit Anno Jubilei
M. DC. XXV.

a 1637. die 14. Auguſti.



III. 3 THOMAS Salviatus Florentinus, tertius Epiſcopus Collenſis adlectus eſt anno 1634. die 21. menſis Auguſti. Vir ſane, qui dum vixerit dubium, ancepſque relinquet, an nitidius in eo fulſerit ſanguinis claritudo, an ornamenta virtutum valuerint. Translatus eſt ad Aretinam Eccleſiam anno 1638. menſe Januario.



IV. 4 ROBERTUS Strozzius *b* Florentinus, Alexandri Strozzii Archiepiſcopi Firmani frater, ex Canonico Eccleſiæ Florentinæ, & Abbate ſeculari Epiſcopus Collenſis creatus eſt anno 1638. menſe Aprili *c*; translatus deinde eſt ad Feſulanam Eccleſiam anno 1645. die 12. Junii.

b De eo ejuſque familia Gamurrinus de famil. vol. 4. pag. 70. & 194.
Mandat. *c* 21. Junii ex Actis.

A



5 JOANNES BAPTISTA Bonaccurſius Florentinus, ex intimo Innocentii X. Cubiculario Epiſcopus electus eſt die 18. Septembris 1645. V.

A D D I T I O

B (" *Diutiſſime Collenſem gregem pavit Bonaccurſius, donec ætate, & meritis gravis ad Superos evolavit menſe Januario anni* 1681.

PETRUS *Petra, ſeu de Petris, Congregationis Camaldulenſium ex monte S. Savini Aretina Diœceſis, aliquot ordinis ſui cœnobiis Abbas præpoſitus, S. Officii Conſultor, & totius Religionis generalis Viſitator, tandem ex Procuratore generali totius Congregationis factus eſt Epiſcopus Collenſis die* 28. *Julii* 1681. *Præfuit laudabiliter ad annum* 1703. *quo menſe Novembri in ſponſa ſua amplexa deceſſit ſepultus in Cathedrali.* VI.

DOMINICUS *Ballatus Nerlius, Nobilis Mantuanus, Presbyter Congregationis Olivetanæ Ordinis S. Benedicti, S. Theologiæ, ac Juris Canonici Doctor, Vicarius jam monaſterii S. Jacobi oppidi S. Geminiani Volaterranenſis Diœceſis, & deinde ejuſdem Monaſterii Abbas, annorum circiter* 47. *Collenſi infula redimitur die* 15. *Septembris an.* C 1704.) VII.

FESULANI
EPISCOPI.



D FESULANAM civitatem antiquiſſimam eſſe, atque in duodecim illis numeratam, qui Hetruſcam provinciam tanquam publicam rem adminiſtrabant, apud omnes fere antiquos ſcriptores liquido conſtat; tametſi de ejuſdem fundationis exordio, atque auctore haud omnes idem videantur ſentire. Siquidem alii illius principium in Papium referunt Dardani fratrem ab orbe condito 3840. contendunt alii ab Atlante fuiſſe ædificatam, Feſulamque vocatam ex unius Hyadum nomine filiarum Atlantis, ac Bacchi nutrice. Quæ opinio Politiano arriſit; eamdemque retulit in epiſtola 22. ad Petrum Medicem. Annius de more ſomnia fingit, aſſerens ab Ægyptio Hercule fuiſſe ædificatam, appellatamque Feſulam, a Feſulai, quod tranſitus interpretatur, quod per undequaque ſtagnantes aquas ad novam civitatem tranſitus eſſet. Ejuſmodi opiniones non tam ſinceram veritatem prodere videntur, quam ejus civitatis vix inveſtigabilem antiqui-

ta-

Digitized by Google

tatem. Potens olim fuit ex ſitu, induſtria civium, agrorumque fertilitate, quæ omnia ſalubritas cœli commendat ad miraculum. Illic antiquitus Auguſes ſomniorum, ac prodigiorum interpretes fixere ſedem, unde cecinit Silius oct. lib.

-- *Et sacris Interpres Fulminis alis* -- *Feſula.*

De ea antiquior mentio eſt apud Diodorum Siculum lib. 20. ſub Conſulatu Q. Fabii Maximi Rulliani, & Caji, M. Rutilii Cenſorini anno ab ædificata Urbe 444. ejuſdem meminit Polybius in lib. 2. Livius pluribus in locis. Cic. in Cat. oratione 3. Sal. de Bello Catil. Romani Feſulas adſcripſere coloniam, Luc. Sylla, ut idem Cic. affirmat. *P. Furius eſt ex his colonis, quos Feſulas Luc. Sylla deduxit.* Eamdem Plinius memorat, cujus temporibus municipium erat, narratque ſub duodecimo Auguſti Cæſaris Cōſulatu 3. Idus Aprilis Cajum Criſpinum Hilarium ex ingenua plebe Feſulana cum octo filiis, vigintiſeptem nepotibus, pronepotibus vigintinovem, novemque neptibus fœminis in Capitolio litaſſe magnificè. Nec Feſulas præteriere ſilentio Agathius in lib. 1. Floruſque item in 1. Excidium paſſa eſt, cum Catilina cum conjuratis ſequacibus ad ipſam perfugium habuiſſet. Cæterum reſtaurata, ſubgliſcente publica Florentina re ex toto exciſa eſt, die Sancto Romulo ſacro anno 1010. cum Florentini dolo malo eam cepiſſent, Feſulanumque populum tranſtuliſſent Florentiam, ut ex utroque populo potentior Principatus coiret; vix ex tantæ urbis ruinis bellica pertinacia reliquum fecit, ſi unam ſummam ædem divino Numini dicatam excipias. Collis, in quo jam olim ſuperbe faſtigium extulerat, in varias, amœniſſimaſque villas diſſectus Florentinis civibus ruris delitias præbet. Chriſtiana ſacra hauſit a Romulo ſancto Epiſcopo, ex miſſu Petri Principis Apoſtolorum, qui poſt exantlatos plures prædicationis labores ibidem cum aliquot diſcipulis nobili coronatus eſt corona martyrii. Nec abſurdum debet videri, ſi Brixia, Bergomumque nobiles Italiæ civitates eundem Romulum pro ſuo primo Præſule revereantur. Potuit enim illis in locis, ſicut & Florentiæ, Feſuliſque ex Apoſtolico, ideoque Epiſcopali munere verbum divinum diſſeminaſſe. Diuturniori mora unum Apoſtolicum arbitrium experta eſt, hoc eſt, ſanctæ Romanæ ſedi immediatè ſubjecta erat, donec Martinus V. Columna Florentini Archiepiſcopi ſuffraganeam declaravit. Ampliſſima diœceſi gaudet, itaut etiam Florentiæ templum domoſque eccleſiaſtico juri dicundo poſſideat. Cathedralis D. martyri Romulo conſecrata eſt, aliturque ſatis decentem clerum, qui cum ſuo Præpoſito duodecim canonicorum, præter alios minorum gentium ſacerdotes, & clericos, numerum expiet. Feſulanum montem ab imo ad ſummum ſpectabilia templa, monaſteriaque exornant, ac cingunt. Primum etenim inſignis Abbatia S. Bartholomæi, quam olim Medicea munificentia fundavit, & auxit, & ubi regulares Canonici divinum penſum exſolvunt, occurrit; nec procul abeſt nobile D. Dominici monaſterium, ubi a teneris annis S. Antonius Florentinus Archiepiſcopus, ad omnem pietatem, atque doctrinam altius eductus eſt; & unde viri tum doctrina, tum ſanctimoniæ laude inſignes prodiere. Montiſque verticem occupavit Franciſcanum cœnobium, purioris illius ordinis obſervantiæ domicilium. Tum ad medium ſpectatur etiam parvum illud quidem S. Hieronymi monaſterium, ſed Feſulani illius ordinis fundamentum, & origo: nec deſunt alia templa, quæ longum eſſet ſigillatim ea commemorare, ſatis ſit dixiſſe ſaxa etiam, quæ è Feſulano monte prominent, religionem, piumque quendam horrorem videntur incutere contuentibus. Cæterum Feſulani Epiſcopi comitatus Thurrichii titulo gaudent, ac prope ſummam ædem in ſatis amplo palatio amœniſſimo cœlo fruuntur ad ſalubritatem. Feſulani Epiſcopatus defenſores Arriguccii erant, olim Florentiæ gens opulenta, ac potens. Quæ modo in uno Aloyſio tenuiſſimo homine, quaſi languens, ſupremum funus expectat. A Romulo igitur ſeriem Feſulanorum Epiſcoporum exordiemur, poſt cujus exceſſum præterierunt ſane ſecula, in quibus non eſt repertus, qui ſedem illam obtinuerit. Cæteros, qui in Feſulanam ſede jus dixere divinum, ope junioris Scipionis Ammirati proferemus in lucem, qui de illis diligentiſſime ſcripſit, tum ex aliis monumentis, ſcripturiſque Feſulani Epiſcopatus, quas accuratè revolvimus.

(„ *Fructus hujus Eccleſiæ taxantur ad Florenos* „ *600. Eorum verus valor eſt Scutorum 5000.*)

I. 1 S. ROMULUS, ex nobilibus ortus parentibus Petri Principis Apoſtolorum alumnus fuit, ab eoque in Annonariam Hetruriam directus eſt, ut ibi Chriſti evangelium diſſeminaret, Mattiano, Chariſſimoque adjunctis ſibi ſociis, qui antequam inauguratus Epiſcopus Feſulas veniſſet, Volaterras divertit, & Creſcentium, Dulciſſimumque diſcipulos, illuc a ſe legatos inviſeret, invitaretque ut ſecum ad illius civitatis converſionem, ſicut poſtea evenit, feliciter conſpirarent: iiſdem coadjutoribus, tum Florentiæ, tum Feſulis uberrimos fidei fructus tuliſſe narratur. Exinde in Inſubriam iter intendit, Bergomateſque, ac Brixianos convertit ad Chriſtum, ut jam mirum videri non debeat, ſi nobiles illi populi Romulum pro ſuo primo paſtore revereantur, ac colant: ex divino deinde inſtinctu Feſulas rediit, ubi cum ingenti fidei ardore divini verbi enunciationem ipſe per ſe, ibique fidiſſimos alumnos urgeret, ab Reportiano Urbis præfecto tentus, ac tortus, demum capitali ſententia punitur, cum aliis quatuor ſociis, quos ad id operis ſibi collegas adjunxerat. Adhuc ad montis radices non procul a Munione fluvio ſpectatur, recoliturque locus, unde retulit palmam martyrii. Ejus ſacrum corpus in Feſulana cathedrali quieſcit, ſub confeſſione in marmorea caſa. Romuli ſcripſit vitam Franciſcus Cataneus a Diacceto quondam Epiſcopus Feſulanus; ejuſdemque meminit Antoninus, Volaterranus, Ferrarius, ac Martyrologium Romanum ad hanc diem. Poſt S. Romulum Feſulanam Eccleſiam vacuam fuiſſe per 400. annos produnt ſcriptores. Quod ipſum aliis Eccleſiis eveniſſe quandoque non miraberis, lector, ſi rationes, conjecturaſque, quas alibi conſulto adduximus, diligenter conſulueris.

II. 2 RUSTICUS Epiſcopus *a* Feſulanus an. 555. ut Baronii fert ſententia ſub Agapito Pontifice Maximo ad Conſtantinopolitanum Concilium, quod contra Anaſtaſium Conſtantinopolitanum Patriarcham, duas naturas impiè negantem in Chriſto, agitabatur, munere legationis perfunctus eſt.

a De eo Oldoinus ad Ciacc. tom. 1. p. 381.

III. 3 S. LÆTUS Feſulanus Epiſcopus, S. Alexandri prædeceſſor, floruit circa an. 570.

IV. 4 S. ALEXANDER *b* civis, ac Feſulanus Epiſcopus Læto ſucceſſit, eccleſiaſticæ libertatis defenſor acerrimus, pro qua capitis adire periculum haud recuſavit. Siquidem cum plures potentes in ſeculo eccleſiaſticas fortunas diripuiſſent, ad Autharim Longobardorum Regem Papiam confugit, quem Rex cum Theodolinda uxore piiſſima fœmina, ob egregiæ ſanctimoniæ laudem, famamque honorifice excepit, ad ejuſque preces favorabilia plura diplomata Eccleſiæ Feſulanæ indulſit, imperavitque conſceleratos homines in Alexandrum refundere quæcumque violentiſſime detraxiſſent. Redibat ille honoratus a Rege, victorque piiſſimæ cauſæ, cum ſubdorati prædones ſibi eſſe ex imperio Regis reſtituenda Eccleſiæ, quæ rapuiſſent, ex inſidiis in agro Bononienſi prope Renum rapidum flumen collocatis, prætereuntem undis præfocandum compellunt in flumen. Extinguitur Alexander in vorticibus, vitæ mortalis naufragium paſſus, ut ad portum beatæ vitæ ſecurius deveheretur, anno 585. 8. Idus Junii. Socii ejuſdem ſacrum corpus denique expiſcatum Feſulas deportarunt in cathedrali ſepeliendum, tametſi poſtea ex divino inſtinctu in templo S. Petri ad Hieruſalem, ut vocant, decentiſſimè collocaverint, quam poſtea Eccleſiam de

b De quo Papebrochius in Actis SS. Junii t. 2. p. 751. ubi ad Lotharii tempora referendum cenſet, atque inter Giuſulphum, & Donatum locandum.

A nnmine Martyris, qui iilic diuturninri mora jacuerat S. Aiexandri, ſuperioris ſeculi homines uſque ad hæc nnſtra tempora appellarunt. Franciſcus deinceps Cataneus Feſulanus Epiſcnpus, quiqne S. Alexandri vitam perſcripſit, ejuſdem ſacras reliquias tranſtulit in cathedraiem, (1) inque marmorea capſula cum hac inſcriptinne incIudenda curavit.

DIVI ALEXANDRI
EPISCOPI FESULANI
MARTYRISQUE
OSSA HACTENUS IN LIGNEA
PORTATILIQ. CAPSULA
HIC ASSERVATA
FRANCISCUS CATANEUS DIACETIUS
EJUSDEM SEDIS ANTISTES
HOC MARMORE
INCLUDENDA CURAVIT
ANNO SALUTIS
M. D. LXXX.

Hujus etiam ſancti meminit Ferrarius in ſuo Catalogn Itaiicorum ſanctorum, & alii.

B

V. 5 S. ROMANUS Aiexandrn ſucceſſit an. 582. qui muitis miracuiis coruſcavit, atque è vivis exemptns eſt anno 590. ut publicæ ejus Eccleſiæ tabuiæ produnt.

VII. 6 S. DONATUS a nobiiis Scotus, Epiſcopus Feſulanus. Hic reiicta patria, Romam venit cum Andtea ſocio, nt loca ſacra inviſeret: cumque deſiderio ſno feciſſet ſatis, cætera Itaiiæ loca ſpectabilia pervaſit, nt ſacras ſanctnrum reiiquias veneraretur, contigitqne ilium venire Feſulas, ſummamque ingredi ædem, ubi clerus, ac popuius, novo creando Epiſcopo coactus erat; ad cujus ingreſſum cum, nemine impellente, divinitus perſtrepuiſſent campanæ, voxque delapſa de cœlo, hunc peregtinum eſſe in Epiſcopum deligendum prnnunciaſſet, nmnes admiratione defixi, ilium ipſum Feſulana collocarunt in ſede, tametſi ad obiatum dignitatis gradum impenſius reiuctantem. Cæterum cum placito cœieſti non potuiſſet obſiſtere, ſnmma animi moderatinne onus ſubivit, ordinatuſque eſt

a Hujus meminit Fucinellus in Vita B. Andreæ Scoti.

C

Feſuianus Epiſcopus anno 816 (2). Quamquam arbltrentur aiii anno 802. Archidiaconum autem declaravit Andream; quem itinerum, ac laborum adſciverat ſocium, cujns ope, auxilioque annos 47. piè ſanctèque Feſuianam adminiſtravit Eccleſiam. Charus in Paucis Lotharin, Ludovicoque Imperatoribus, tum ob doctrinam, tum ob egregiam ſanctimnniæ iaudem, iiioſque conſiliarius juvit, & a cnnfeſſinnibus fuit. Igitur pnſt piura patrata miracuia, oſtenſaſqne virtutes, evolavit ad ſupernos 20. die Octnbris, ſepuituſque eſt in Cathedrali, in ſepulchro marmoreo, cui hæc a ſe cnndita carmina inſcnlpſerunt.

Hic ego Donatus Scotorum ſangaine cretus
Solus in hoc tamulo pulvere, verme voror.
Regibus Italicis ſervivi pluribus annis,
Lothario Magno, Ludovicoqae boao.
Octenis luſtris, ſeptenis inſuper annis
Poſt Feſulana Præſul in urbe fas.

D

Gratuita diſcipulis dictabam ſcripta libellis
Schemate metrorum dicta beata ſenum.
Parce viator adis, quiſquis pro munere Chriſti
Te modo non pigeat cernere buſta mea;
Atque precare Deum, reſidet qui culmina cœli,
Ut mihi concedat Regna beata ſua.

Donati meminit Bibliothecarius in vita Sergii II. Pontificis, cum inaugurationi Ludnvici fiiii Lotharii adfnit annn 844. Barnnius item ad hunc annnm. Thomas Dempſterus in Ilb. de ſcriptoribus eccleſiaſticis Scotiæ. Philippus autem Vilianus

A etiam ejuſdem Dnnati vitam perſcripſit. Cæterum Andreas Archidiaconus non procul ab exceſſu Donati fato conceſſit, ſepultuſque eſt prope magiſtrum, & Præſulem, magna ſui apud poſteros relicta ſanctitatis opinione.

7 GRUSOLPHUS Epiſcopus Feſulanus, a interſuit Conciiio Romann ſub Eugenio II. an. 826. ex Baron. tnm. 9. VI.

a Ante 4. Donatum.

8 ZENOBIUS Epiſcopus Feſulanus an. 890 (3). VIII.
Hic a Vidone Hetruſco Rege induitum obtinuit, adhibitn deprecatore Aibertn Hetruriæ marchinne ejuſdem nepote, in quo muita bona in gratiam Feſulanæ Eccleſiæ confirmantur, ac ſtabiliuntur. Originale diplnmatis habes in archivin ejuſdem Eccleſiæ, unà cum reliquis ſequentibus monumentis.

In nomine ſancta, & individuæ Trinitatis.

Vvido, gratia Dei, Rex. Omnium fidelium noſtrorum præſentium, & futurorum comperiat ſolertia, quia nos Albertus dilectus nepos noſter, & Marchio deprecatus eſt celſitudinem noſtram, ut Zenobio S. Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopo, dilectoque fideli noſtro curtem, quæ vocatur Sala ſub caſtro Feſula, & conſtat in comitatu Feſulano, & Florentino, cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis ſuis, cum corticella ibi ſubjecta, qua vocatur Bavina, ſimulque cum terris, & ſilvis, quæ vocantur Monte Regis, in prænominata curte pertinentes jure hæreditario, pietate noſtra concederemus illi, ſanctæque ſuæ Feſulanæ Eccleſiæ;


B

ſtatimque nos poſtulationibus illius aſſenſum præbentes, decrevimus ita fieri. Conceſſimus igitur eidem supranominato venerabili Epiſcopo Zenobio, & Eccleſiæ ſuæ Feſulanæ, res ſupra nominatas jure proprietario cum omnibus adjacentiis earumdem, ideſt ſervis, & ancillis atriaſque ſexus famulis, tam terris, quam vineis, pratis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus, & immobilibus, cultis, vel quicquid ad ſupradictam curtem pertinere dignoſcitur. Et juſſimus hoc noſtræ auctoritatis præceptum inde conſcribi. Per quod decernimus, atque jubemus, ut deinceps de ſupranominatis rebus ipſe, & poſteri ſui Rectores ejuſdem Eccleſiæ prædictæ habeant poteſtatem tenendi, fruendi, & legitime commutandi ex noſtra Regali largitate pleniſſima.

C

Quicumque autem contra hoc noſtri mansiminis præceptum quandoque ire, vel irrumpere tentaverit, aut aliquam moleſtiam inferre præſumpſerit, centum libras auri optimi culpabilis habeatur in perſolvendo medietatem palatio noſtro, & medietatem ſæpedicto Epiſcopo, vel ejuſdem Eccleſiæ Feſulanæ rectoribus. Et ut certius hoc credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria ſubterfirmavimus, & anulo noſtro ſigillari juſſimus.

Sigaam Domini Widonis glorioſi Regis.



D

Helbancus Cancellarius, jubente D. Widone Rege recognovi.

Data vij. Kalendas Junii anno Incarnationis Domin. DCCCXC. Indictione octava, anno Domino Widone Rege in Italia regnante primo. Actum in Taurinenſi Comitatu in Dei nomine feeliter. Amen.

Ædificavit Zenobius oratorium S. Michaelis Archangeli, ut hac oblatione, animæ parentum, ac fratrum, filiorum, fiiiarumque, ſunrum affinium expiarentur a peccatis. Cujus donationis inſtrumentum originarium Ammiratus ſe vidiſſe affirmat, nar-

(1) Si conſequens eſſe Ughellus credidit, ut qui in hoc marmor ſacra oſſa tranſtulit, eadem tranſtulerit etiam in ſuam Cathedralem, vehementer erravit, aut quiſquis ei id perſuaſit. De iſta enim urna quærenti mihi reſcribit Mag. Raphael Badius Dominicanus Feſulis ſibi reſponderi, ipſam adhuc in Eccleſia S. Alexandri honorari, è regione majoris Altaris, muro Eccleſiæ inſertam opere cæmentitio: Caput vero haberi ibidem in peculiari capſula, atque ad venerationem monſtrari. *Papebrochius in Actis SS. Junii t. 1. 752.*

(2) Quomodo potuit ordinari S. Donatus Feſulanus Epiſcopus an. 816. ſi anno 826. hac infula ornabatur Gruſolphus? Poſt hunc ergo debet locari Donatus, neque Feſulanum thronum conſcendiſſe dicendus eſt niſi poſt dictum annum 826 & diu ſediſſe, cum anno 861. Interfuerit Concilio Lateranenſi habito à Nicolao I. contra Jo: Archiepiſcopum Ravennatem, quod ſupra in Ravennen. ſerie retulimus.

(3) Jamdiu antea ſedebat Feſulana in Cathedra Zenobius, ſiquidem anno 877. ſubſcripſit Epiſtolæ Concilii Ravennenſis, qua præſente Joanne VIII. poſſeſſio Flaviniaci Monaſterii, & Tiliniaci villæ Adalgario Æduenſi Epiſcopo, & ejus Eccleſiæ confirmatur. Vide Harduinum in novis Concil. editione

narratque conditum anno 2. Regni Vidonis, hoc eſt anno 891.

IX. 9 ERNANDUS, ſive Bernardus è Feſulana ſede jus dixit anno 904. reperitur in quodam judicio Romæ habito pro Petro Epiſcopo Lucenſi, coram Ludovico Imp. & Benedicto IV. Papa ſubſcriptus.

X. 10 ZENOBIUS hujus nominis II. Othonis I. Imperatoris temporibus floruit, hoc eſt anno 966.a Qui cum videret paucos jam relictos eſſe, qui in Feſulana Eccleſia divinum obſequium pro dignitate urgerent, haud ſanè temnendis fortunis Feſulanum clerum inſperſit, eidemque medietatem Eccleſiæ S. Mariæ in Primerana, quæ adhuc in principe civitatis platea ſpectatur, munificenter attribuit, ut ſub uno Præpoſito degentes commodius, enixiuſque divinum penſum perſolverent. Narranti fidem faciet ejuſdem donationis hic ex fide deſcriptum inſtrumentum.

a An. 967. Interfuit Concil. Raven. apud Harduinum.

In nomine S. & individuæ Trinitatis, ac æternæ Deitatis.

Domino adjuvante apertum eſt omni humano generi de æterna beatitudine ſemper cogitare, & de remuneratione pii Redemptoris noſtri, quod eſt magna vel parva conſiderare, qualiter hic, & in futuro judicio, quandoque diſtrictus judex cum mitis ad judicandum ſeculum venerit, apud omnipotentem, Redemptoremque omnium locum refrigerii, & quietam ſortem cum ſanctis intra mœnia paradiſi invenire mereantur. Ideoque Domino auxiliante, & ipſius miſericordia annuente, cum eſſem ego Zenobius infelix, & ultimus S. Feſulanæ ſedis, minimuſque omnium ſervorum Chriſti Præſul cernens, veniens in Eccleſiam S. Romuli confeſſoris, ubi ſanctiſſimum ejus corpus quieſcit humatum, tam ibi, quamque in Eccleſia B. Alexandri, ubi juſtiſſimum corpus ejus ſimiliter humatum jacet, vidi parvum numerum clericorum, qui Deo miniſtrare deberent, & jam præfatis Eccleſiis dignè, & laudabiliter cuſtodire potuiſſent, interrogavi eos, pro qua cauſa tam parvi eſſent in numero; illi reſpondentes dixerunt: Propter deſtructionem, & diſſipationem Eccleſiæ noſtræ, & propter tam gravem intentionem, & malignam, injuſtamque ordinationem, quam ille peſſimus Vuinizones egit contra te, & contra noſtram Matrem Eccleſiam, quæ in præſenti eſt modo deſolata, & in ruinis poſita. Unde neque nos, neque alii ullum ſubſidium habere poſſumus, ut hic miniſtremus. Ego autem ut audivi talia, inſpirante Spiritus ſancti gratia, cogitavi quemadmodum Sacerdotes, & Levitas in prænominatis Eccleſiis conſtituerem canonicos, qui Domino ſerviant ſedulas orationes, cum ſtudioſis officiis diebus, ac noctibus amodo, & deinceps. De qua re ſcriptum eſt: Qui evangelium annunciant, de evangelio vivant, & qui in altari participant, de altari participentur. Quapropter dedi illis de rebus ipſius Eccleſiæ curtem domnicatam in loco Monteſanna cum duodecim curtis, maſſaritiis, & cum pertinentiis earum, & adjacentiis, & cum medietate de Eccleſia, quæ eſt conſtructa in honorem B. Mariæ intemeratæ Virginis, ſita in caſtro Feſulæ cum integra manſione juxta ipſam Eccleſiam omnia in integrum, ſicut bonæ memoriæ Guiffo filio Graſolfi, in ipſum ſanctum, & venerabilem locum nobis in cambio, & commutatione dedit, & tradidit. Interea concedi eis res ipſas, quæ eſt ſita in Granava, quem tenet Joannes illorum miniſteriale cum præfata perſona, & filiis ejus, & unum paſtorem nomine Joannis cum caſella, & vinea, ubi ille modo reſidere videtur. Idcirco dedi eis ſimiliter territorium, quod vocatur Campo Martii, juxta fluvium Munione, cum campo ipſo, quod dicitur ad Putes, prope Eccleſiam S. Romuli. Et hoc volo, & libenti animo conſtituo, ut iſti canonici, qui modo ſunt, & in antea futuri erunt, atque ad finem ſeculi ad refectionem unuſquiſque veniant illam Eccleſiam S. Mariæ, quæ eſt ſita in medio civitatis Feſulæ, & in ipſa manſione deſcendant, & cum dilectione Dei cibum ſumere valeant, & cum refecti fuerint, laudes Deo referant, ego qualiter indignus peccator, & cuncti noſtri poſteri, & ſucceſſores ante tribunal Chriſti centeſimum fructum recipiamus, inſuper & vitam æternam. Hoc ſtatuimus a divina pii noſtri Redemptoris miſericordia, & in mercedem animarum dominorum noſtrorum Othonis invictiſſimi Imperatoris, ſimulque de filio ſuo præclaro, & glorioſo ſimul Othone Imperatore, & omnibus Imperatoribus, vel Regibus, religioſiſque qui futuri erunt uſque ad conſummationem ſeculi. Volumus namque, ut ipſi canonici, qui ibi miniſtrant, & alii, qui in antea miniſtraverint, ſimulque cum omnibus, quæ ad eos tribuimus, ſint ſub poteſtate, & defenſione prædictorum Imperatorum, vel Regum, ne ab aliquo exterminatore hæc cautione ſuprascripta manſerit in aliquo corrupta, tam omnia ſupra inſerta, quam ea, quæ a piiſſimis Imperatoribus, vel Regibus, ſeu a bonis Chriſtianis in prædicta Eccleſia abhinc in antea oblata fuerint, vel offerta ad ipſos canonicos ſint conſtituta. Attamen non eſt mihi congruum aliquem ligare, ſed ligatum quantum meæ parvitatis eſt, cum divina miſericordia abſolvere: conſtitutum quippe eſt a ſanctis patribus de omni reddito Eccleſiæ, quatuor exinde fiant portiones: una ad Epiſcopum, alia pauperibus, tertia clericis pro ſtudio officiorum ſuorum, quarta fabricæ Eccleſiæ noverit eſſe reſervandas, de quibus Domino reddituri rationem erimus in judicio. Ideo non convenit hæc ratio alicujus gravari, ſed inclinato corde, & humiliato corpore ſupplico omnes ſucceſſores meos, qui futuri ſunt in præfata Eccleſia Feſulana obtinendo ſanctorum corpora, quæ ibi humata quieſcunt, vos conjuro, & conteſtor per viventem in æternum, & per omnes ordines cæleſtium virtutum, & cuncta agmina ſanctorum, in quorum providentia canonicè auctoritates conſtituunt, ut pro amore Dei, & remuneratione, ac mercede animarum veſtrarum noſtro deſiderio de hac canonica non permittatis fieri inviolatum, atque corruptum, & ne ab aliquo male loquens aut ſubdolum, vel ſuſurrus ſit minuatum, ſed ampliatum, neque per vim, neque per aliquam fraudem invidiæ, nec in parvo, nec in magno aliquid de ipſis rebus, aut de perſonis ipſius canonici apud Præſulem ipſius ſedis damnari poſſint; Scriptum eſt enim: Voluntas, & ordinatio defuncti in omnibus adimpleatur. Dignum quippe eſt omne bonum ampliare, quam cum exterminatoribus ſociari, & opus Dei deſtruere, omnis gloria hujus fragilis ſeculi evaneſcit, ſicut umbra; laus, & verbum Domini permanet nunc, & in æterna ſecula. Canonicos vero, quos nunc de præſenti in prædictis Eccleſiis ſtabilimus, nomina eorum hæc ſunt, Petrus archipresbyter, Adaraldus archidiaconus, Rambaldus diaconus, & primicerius, Joannes diaconus, & vicedominus, Martinus presbyter, & cuſtos, Azo presbyter, Joannes presbyter, Petrus presbyter, Rolandus presbyter, Joannes presbyter, Alphuſo, Joannes, & Martinus diaconi, Bertus, & Raynerius clerici. Obſervatores autem hujuſmodi decreti, & illis remuneratio a pio Redemptore, gratia, & benedictio, & miſericordiam a domino Deo noſtro percipiant, ut cum dies remunerationis venerit, mereantur cum benedictis audire: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis eraditum eſt ab origine mundi, quod nos omnipotens Dominus ad omnes parare concedat. Si quis autem de noſtris ſucceſſoribus, vel poſteris, aut ſubdolus, aut inſidiator, vel aliquis malignus conſiliator hoc meum decretum, aut frangere tentaverit, quod avertat Deus a cordibus fidelium ſuorum, qui hoc ſæva cupiditate auſi facere fuerint, deleat illos Deus de libro vitæ, & cum illis pereant, qui perierunt ab exterminatore, & vivos deglutiat eos terra, ſicut deglutivit Dathan, & Abiron, & talis repentina mors deſcendat ſuper illos, qualis venit Ananiæ, & Zafiræ, qui fraudaverunt pecuniam Apoſtolorum. Inſuper hæ omnes maledictiones ſuper illos veniant, quas conſtituit Pſalmographus, de cætero enim maledictio anathema non ſit elongata ab illis, ſed ſit indumentum eorum, & unctorium renum ipſorum, pro eo quod non ſunt recordati facere miſericordiam in ſanctis, & cupiunt diſſipare electos in operibus ſuis. Deprecor univerſos populos, ut dicant, fiat, fiat. Unde duæ chartulæ decreti propter cautelam, & ſecuritatem hujus temporis fieri præcepimus, unam dandam in canonica S. Joannis Baptiſtæ ad ſubſidium præſtandum, aliam a præfatis canonicis retinendam, & ſi neceſſitas coegerit ad tuitionem, & defenſionem Imperatorum oſtendendam, & defendendam.

Temporibus domini noſtri Joannis ſummi Pontificis anno primo, imperante D. Othone Imperatore cum glorioſo filio ſuo Othone ſimiliter Imperatore anno 4. ab Incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti 966 Ind. 9 feliciter.

Ego Zenobius Epiſc. hoc meum decretum, ſicut ſupra ſcriptum eſt, ita a me ſit firmum, ſtabile, atque roboratum, & libenti animo fieri rogavi, & propria manu ſubſcripſi.

Ego Petrus archipresb. conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Adaraldus archidiaconus conſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Joannes diaconus, & vicedominus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ragembaldus immeritus Chriſti levita, & primicerius, per juſſionem Zenobii almi Præſulis hoc decretum feci, ſcripſi, poſt traditam roborationem complevi, & dedi, &c.

Notet lector Eccleſiam S. Mariæ Primeranæ a priſcis Feſulanis ita fuiſſe appellatam, quod apud illam gentem vetuſtiſſima traditio eſſet, S. Romulo illam ab Apoſtolis fuiſſe tranſmiſſam, primamque
XI. ad augendam populi pietatem diſcooperiri cœpiſſe.

11. PETRUS Epiſcopus Feſulanus dum floreret, Otho II. Imperator, quæcumque Zenobius olim Epiſcopus Feſulanæ Eccleſiæ indulſiſſet, favorabili procuſo diplomate rata habuit anno 984.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho divina miſerante clementia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Condecet culmen noſtri Imperii juxta morem noſtrorum deceſſorum divorum Imperatorum omnibus noſtram aulam quærentibus ex ipſa præſidium ſaluberrimum exhibere, & noſtræ munificentiæ beneficio ſublevare. Idcirco notum ſit omnibus divinæ religionis ſacrorum virorum, & aliorum ſcilicet noſtrorum præſentium, futurorumque ſub noſtrorum nobis a Deo conceſſo Imperio exiſtentium, quia nos pro remedio animæ noſtræ, noſtrique Imperii ſtatu cunctos canonicos ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ, cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus eorum canonice ſub noſtra, ſucceſſorumque noſtrorum defenſione amodo, & deinceps ſalvantes recepimus, interventu Geberti S. Terdonenſis Eccleſiæ Epiſcopi, confirmantes videlicet eis omne conquiſitum eorum, quod undecumque jam dictæ Feſulanæ canonicæ advenerit, tam in terris, & vineis, quam & in diverſis ſpeciminibus, domibus, & poſſeſſionibus in ſingula loca, & territoria unde illis per quemcumque modum, vel titulum adveniſſe noſcuntur, vel in antea acquiſiverint a Deum timentibus hominibus, atque confirmamus per hanc noſtræ auctoritatis, & confirmationis paginam quicquid Zenobius Epiſcopus eiſdem conceſſit, integraliter pro animæ noſtræ, & ſuæ, ſuorumque ſucceſſorum remedio, vel eorum, qui priſco fuerunt tempore Pontificum, tam intra civitatem Feſulanam, quam extra videlicet curtem, quæ eſt ſita in loco Monteſanna, cum duodecim curtibus maſſariciis, & adjacentiis earum, ut etiam medietatem de Eccleſia, quæ eſt conſtructa in honorem ſanctæ Mariæ intemeratæ Virginis ſita in caſtro Feſulæ, cum integra manſione juxta ipſam Eccleſiam, omnia in integrum, ſimulque duas manſas in nomine ſancti Gaudentii, & eas ipſas, quas tenet Ugo presbyter, ſita in Granaria, & manſam unam in Tranſpiano, atque manſam unam poſitam in villa, quæ dicitur Terentianum, quæ in prænominata canonica offertum eſt pro anima Raynerii. Hæc omnia ſupradicta cum omnibus rebus, poſſeſſionibus, ac famulis prædictæ canonicæ pertinentibus, quæ etiam ſibi firma, & inviolabilia confirmamus, atque ſtatuimus. Ita denique, ut nemo noſtrorum fidelium tam religioſorum, quam & aliorum diverſis honoribus præditorum, atque privatorum contra eoſdem canonicos, neque contra omnia illa, quæ diximus, manus mittere, ſive invadere, atque temerario auſu præoccupare præſumat, atque de his omnibus, quæ nunc poſſident, vel quæ præ manibus tenent, vel in antea tenuerint, ſive poſſederint, pro quibus hoc noſtrum illis imperiale præceptum, noſtræque confirmationis fieri placuit. Quod ſi non credimus, quiſpiam ex fidelibus noſtris, præſentibus nempe & futuris cujuſcumque ordinis, tam ex eccleſiaſtico, quam ex aliis honoribus ſive privatis contra hoc noſtrum imperiale præceptum confirmationis ire præſumpſerit, & ſi ex parte, vel ex toto corrumpere attentaverit, & devotè ut decet, & omnibus convenit, non obſervaverit, ſciat ſe prius in noſtræ indignationis animadverſionem pleniter incurſurum, & poſt auri optimi centum libras compoſiturum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfatis canonicis, eorumque ſucceſſoribus. Et ut hæc noſtra imperialis ſucceſſoribus confirmationis auctoritas firmior habeatur, & ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione inferius juſſimus inſigniri.

Signum Domini Imp. & invictiſſimi



Othonis Secundi Auguſti.

Joannes Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi, & Ar . . . Cancellarii recognovi, & ſcripſi.

Data 6. Kalendas Auguſti anno Dominicæ Incarnationis 984 Indictione XII Regni vero D. Othonis II 25. Imperii autem ejus 15. Actum in Calabria juxta civitatem, quæ dicitur Caſſianum. In Dei nomine, Amen.

Eodem anno poſt ſex dies idem Otho Imperator in Roxano Calabriæ civitate, Abbatiam S. Salvatoris in Lina, hodie Lagnam vocant, in Piſtorienſi territorio conſtructam, Feſulanæ olim Eccleſiæ attributam, iterato favorabili diplomate, dum Petrus Feſulanum ſederet ad clavum, eidem Eccleſiæ in perpetua poſſeſſione manſuram adjudicavit.

In Dei nomine, & individuæ Trinitatis.

Otho, divina diſponente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Ad hoc culmen Imperii noſtri ſublimatum fore credimus, ut ſanctarum Dei Eccleſiarum miſeriis, & calamitatibus, noſtra Imperiali clementia ſubvenire ſtudeamus, eaſque noſtra munificentia ditaremus. Quapropter omnium Dei, noſtrorumque fidelium, præſentium videlicet, & futurorum noverit univerſitas Petrum venerabilem Epiſcopum S. Feſulanæ Eccleſiæ interventu, vel petitione Gerberti Terdonenſis Epiſcopi, noſtrique dilectiſſimi conſiliarii noſtram humiliter adiiſſe clementiam, poſtulantem, ut pro reverentia, & timore ſummi Conditoris, dignitatiſque ſtatu noſtri Imperatoris, vel animæ noſtræ remedio ſuæ ſanctæ jam dictæ Eccleſiæ Feſulanæ per noſtri præcepti paginam dignaremur firmam corroborationem jubere conſcribi, de quodam monaſterio ſtatuto in loco, qui vocatur Alina in comitatu Piſtorienſi, vocabulo ſanctiſſimi Salvatoris, quod olim noſtri prædeceſſores eidem Epiſcopo per præceptalem contulerunt auctoritatem, cujus juſtis, ſanctiſque petitionibus aſſenſum libentiſſimè præbentes litteræ prænominato Petro religioſo Epiſcopo per hujus noſtri imperialis præcepti paginam corroboraremus, & ſibi, & ſuis ſucceſſoribus in perpetuum prælibatum monaſterium vocabulo ſanctiſſimi Salvatoris, conſtitutum in loco, qui dicitur Alina in comitatu Piſtorienſi, & confirmamus, & largimur, concedimus, cum omnibus pertinentiis, curtibus, titulis, caſtellis, villis, terris, vineis, pratis, paſcuis, ſalectis, ſacconalibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, montibus, vallib. planitiebus, ſervis, ancillis, & omnibus, quæ dici, aut nominari quoquo modo poſſunt pro redditibus monaſterio præfato pertinentibus, ea videlicet ratione, ut præfatus Petrus Epiſcopus, ſuique ſucceſſores prætaxatum monaſterium cum omnibus ſupradictis habeant in perpetuum, teneant, firmiterque poſſideant omnium hominum contradictione remota. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus dux, marchio, comes, Epiſcopus, vicecomes, nulluſque noſter diſcurrens miſſus nullaque noſtro ſublimi Imperio magna, parvaque degens perſona, jam ſæpe nominatum Petrum Feſulanum Epiſcopum, ſuoſque ſucceſſores de prædicto monaſterio fundato in loco Alina, vocabulo ſanctiſſimi Salvatoris in comitatu Piſtorienſi diveſtire, aut inquietare, aut moleſtare ſine legali præſumat judicio; ſi quis autem temerario auſu hujus noſtræ præceptalis auctoritatis violator extiterit, proculdubio ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras mille, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prælibato Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Et ut verius appareat, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione inferius inſigniri juſſimus.

Signum Domini  *Othonis sereniſ-*
ſimi, & invictiſ- *ſimi Auguſti.*

Joannes Cancellarius ad vicem Petri Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi, & ſcripſi.

Datu pridie Kalen. Auguſti anno Dominicæ Incarnationis 984. Indictione XII. Regni vero D. Othonis II. 25. Imperii autem ejus 15.

Actum in Calabria in dicta civitate, quæ dicitur Roſſanum. In Dei nomine, Amen.

XII. 12. RAYMUNDUS Epiſcopus Feſulanus vixit anno 1000. cujus Jacobus ſucceſſor Regembaldi, in quodam monumeoto anni 1028. meminit cum laude, memorans donaſſe illum oratorium S.Detali prope fluvium Sevæ.

B XIII. 13. REGEMBALDUS Epiſcopus Feſulanus, filios Regembaldi filii Rozæ, reperitur anno 1017. Eccleſiam D.Martini Flotentiæ conſtructam Abbatiæ Florentinæ *a* liberalitet indulſiſſe, quam non ita pridem Joannes ejuſdem patruus, ac Archidiaconus fundaverat. Cujusquidem Epiſcopi ex injuria temporum nomen intercidiſſet, niſi tum ex ſuperiori, tum ex alteta donatione ſuis canonicis indulta nobis illud eruere licuiſſet.

a Non Abbatiæ, ſed Tegrimo nepoti, qui poſtea Abbatiæ donavit. Gamurrinus t.4.p.354.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Regembaldus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ humilis Antiſtes, præſentibus, & futuris Eccleſiarum Dei fidelibus.

Æternam in Chriſto . . . . conſtet, atque ſtatutum ſit perpetua lege, quatenus nihil genitum permaneat, neceſſe eſt, ut conſideret quiſquis ſi carnem habere cognoſcit, & morituram non ambigere, qualiter immortalis anima, & ſine fine victura, non ad interitum, ſed ad gloriam feliciter vivat: liquido enim omnibus patet, quia qui in præſenti ſeculo bene vixerit, non lædetur in morte C *ſecunda. Paulus quoque nos hortatur, & admonet dicens: Sicut patimur etiam regnabimus, quamvis generaliter hæc ſententia omnibus congruat, illis tamen permaxime, qui in ſublimitate conſtituti, Epiſcopalem cathedram adipiſci meruerunt. Hanc ſententiam præ oculis indignus ego, & miſerrimus ſedulo habens, gregi mihi commiſſo, non ſolum præſenti, verum etiam futuro ſubvenire curavi, ejuſque neceſſitatibus, prout digne ratus Epiſcopatu, & de re eccleſiaſtica pro redemptione animulæ meæ, & meorum ſucceſſorum, eidem largiri operæpretium duxi, orans, & deprecans, atque pro nomine omnipotentis Dei tutores noſtræ Eccleſiæ Epiſcopos conteſtans, & adjurans, ut quod pro communi ſalute donare videor, nullus eorum auferre præſumat: donum, quod canonicis in noſtra matrice Eccleſia famulantibus, & quotidie deſervientibus, & præſenti die concedo, & a meo dominio, & jure in illorum jus, & dominium transfundo, manifeſtare curabo. Decem ſcilicet manſos, unum in eo, qui dicitur Juncarelli, qui rectus eſt per Maſſarium territorii mei dominicati, unum in valle Dominica, in loco qui dicitur Rivus, unum, qui rectus fuit* D *per Petrum maſſarium, unum qui eſt in Bramaiole, qui rectus eſt per Ioannem Rainfredi, unum in loco, qui rectus fuit per Iidum, unum in Fizano, qui rectus eſt per Leonem, unum ia monte, qui rectus fuit per Andrianum, unum quem tenuit Guaippa, qui rectus fuit per Urſonem de territorio mei domaicati, unum in Theudolphi, unum medium in Feſtilliano, qui rectus fuit per Petrum Prandi, in Pruneta tria Scafiliora in complendo hunc medium, & unum manſum de meo prædio in loco qui dicitur Tatti; & decimas mearum omnium terrarum, ubicumque laborantur in meo dominicato, & poteſtatem judicii penitentiæ, & quicquid ex mortuorum parte clericis accidit, & beneficium, quod ex conſecrationis Eccleſiæ parte illius evenit, in illorum transfundo judicium: ſi quis autem temerarius violator, hanc noſtræ conſtitutionis, firmitatiſque paginam nefario auſu infringere, aut violare præſumpſerit, cum Iuda fure, & Domini ſui traditore æternis incendiis cremandus trudatur, omneſque maledictiones, quæ in libro Deuteronomii ſcriptæ ſunt, veniant ſuper eum, ſitque ana-*

A *thema Maranatha. Servator autem æternum promereatur benedictionem: quiſquis vero perfecte deſiderat ſcire, unde occaſio accipiendæ pecuniæ pro ſepulturis nacta ſit, legat ſententiam libri Geneſis eo loco, ubi Scriptura narrat, quod Abraham ab Ephron Ethæo emit ſpeluncam duplicem argentis ſiclis quadringentis. Quod vero ex hac re B Papa Gregorius ſtatuat, quod Ephron prius noluit recipere pecuniam ab Abraham ſcientes, & ejuſdem dicta legentes Epiſcopi videant.*

Datu anno Dominicæ Incarnationis 1018 indictione 2. Pontificatus D. Regembaldi humilis Epiſcopi Domini largiente 2. menſe Februar. Actum in civitate Florentia, &c.

Ego Ildebrandus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus ibi fui, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Regembaldus Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus, in hac meæ donationis pagina manu propria ſubſcripſi.

Ego Theuzus Grammaticus Feſulanæ Eccleſiæ primicerius ſubſcripſi.

Ego Raynerius Archidiaconus ſubſcripſi.

Ego Ravizzo Vicedominus Feſulanæ Eccleſiæ ibi fui, & B *confirmavi, & ſubſcripſi.*

Ego Alexander presbyter, & canonicus ſubſcripſi.

Ego Romulus presbyter, & canonicus ibi fui, & ſſ.

Ego Atto clericus fui præſens ad iſta, quare me ſſ.

Ego Petrus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ Diaconus ad ſupradicta fui præſens, & libenter me ſubſcripſi.

Ego Gerardus S. Feſulanæ Eccleſiæ Levita lætanter, & me præſente propria manu volens ſſ.

Ego Ioannes presbyter, & canonicus ſæpe ſupra nominatæ Eccleſiæ Feſulanæ ad hoc me præſente propria manu ſubſcripſi.

Ego Regembaldus presbyter ſubſcripſi.

Hujus Epiſcopi temporibus Feſulæ funditus exciſæ ſunt, una cathedrali excepta anno 1010. Illuſtravere Regembaldi optimi Præſulis Pontificatum data in ipſius diœceſi ordini Valliſumbroſano a Joanne Gualberto nobiliſſimo Floreotino cive, ac religioſæ S.Miniati domus Benedictinæ familiæ monachorum initia *b*. Traxit is Ordo nomen ſuum a loco, in quo primum monaſterium nimirum in ſubje- C cta valle denſiore umbra obſita, projectaque ab inſorgentibus hinc inde aſpertimis montibus excitatum eſt in eo loco, cui Aqua bella nomeo eſt, quem ipſi nobiliſſima Itta Hilarianæ domus in Feſulana diœceſi Abbatiſſa, ex Goidonom comitum familia procreata, liberaliter tradidit. Diſtat tantummodo duodecim a Florentia milliaribus nobiliſſimum hoc monaſterium, quod poſtea cum viri ſanctiſſimi virtus late ſpargeret ſe, ac circumfertet, ejuſque probitate ſucceſſores non deſciſcerent, maximis opibus, ut in eo divini cultus gloria effloreſcerer, amplificatum eſt, atque caput extitit nobiliſſimæ congregationis Valliſumbroſanæ, quæ brevi non modo tota Hetruria, verum eriam tota Italia ſe diffudit, maximoſque Eccleſiæ fructus attulit, novum D.Benedicti inſtitutis monaſticis ſpleodorem pepetit, Hetruriæque maximum decus affudit. Extulere enim ſeſe ex ea familia innumeri viri ſanctitate, ac ſcientia conſpicui, quos præclaræ virtutes ad ſummas eccleſiaſticas dignitates evexere: tument præ- D claris illorum geſtis hiſtoricorum monumenta, quæ hic recenſere ſupervacaneum eſt. Servavit hactenus is Ordo ſuum ſplendorem: Sereniſſimi Principis Caroli Medicei Epiſcopi Cardinalis Tuſculani clientelæ hodie commendatus eſt, & ab Aſcanio Tambutino Abbati Generali maxima laude adminiſtratur, quem virum inſignis doctrina, cum aliis naturæ dotibus, & otnamentis ſuavitate morum, ac prudentia ſingulari coojuncta non minus quam libri eruditiſſimi de Abbatum, Abbatiſſarumque jure ab ipſo typis cuſi commendant. Exemere a Diœceſani juriſdictione hanc religioſam familiam a ptimis ejus incunabulis Romanorum Pontificum amor, ac ſtudium, qui poſtea celeberrima in eam privilegia contulere, e quibus unum Alexandri III. ex ſuo exemplari, quod in ejus monaſterii tabulario conditum eſt, deſctiptum, aliud ab Henrico VI. Imperatore conceſſum afferenda cenſui; ex iis enim monaſterii hujus ptiocipiis ordinis dignitas, & amplitudo per-

b Jam Monachis Benedictinis in Monaſterio S. Miniati in Vallumbroſam & contulat S. Jo. ad incipiendum novi ordinis primordia.

ſpi-

ſpicitur, in quo ſundato æternum decus Eeeleſiæ Feſulana collegit, non enim aliter fieri potuit, quin Regimbaldus Epiſcopus, qui iis temporibus viguit, ſua induſtria, conſilio, opibus ſanctiſſimum fundatorem, qui inter plura loca eam ſolitudinem aſperrimam longe a frequentia hominum ſubmotam elegeat, juvaret. Sed hæc nobis ſuffeceeint, ſi Alexandri, ac Feideeici privilegia adducamus.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Jacobo Valliſumbroſano Abbati, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Deſiderium, quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere dignoſcitur, auctore Domino, ſine aliqua eſt dilatione complendum. Quia igitur propoſitum veſtrum, divina præeunte ac ſubſequente clementia, religionis veſtræ ſimplicitas, bona opinionis odorem, & prope, & longe poſitis aſpiravit, nos veſtro provectui, annuente Domino, provectus adjungere cupientes, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Paſchalis, & Adriani Romanorum Pontificum, cœnobium veſtrum pro beatæ Mariæ ſemper Virginis reverentia, cui dicatum eſt, in Romanæ Eccleſiæ proprietatem, & tutelam, atque protectionem Apoſtolicæ ſedis, ſuſcipimus, & Apoſtolicæ illud auctoritatis privilegio munientes ab omnium perſonarum jugo liberum permanere decernimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus, qui ibidem ſecundum Deum, & beati Benedicti regulam noſcitur inſtitutus, perpetuis temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona jam dictum cœnobium in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante rationabiliter Domino poterit adipiſci, quieta vobis, & integra conſerventur; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; monaſterium S. Salvii, monaſterium ſanctiſſimæ Trinitatis de Florentia, monaſterium Strumenæ, monaſterium de Oſolla, & S. Jacobi de Caſtello monaſterium, monaſterium Paſſiniani, & S. Michaelis de Senis, & de Alpiano, monaſterium de Cultubono, de Monte Piſis, monaſterium de Monte Scalario, & de Nerano, monaſterium de Fivilu, monaſterium de Cappiano, monaſterium S. Pauli Piſani, & S. Michaelis de Plajano, & S. Michaelis Salvenero in Sardinia, monaſterium S. Angeli de Piſterio, monaſterium de Paviano, monaſterium S. Mariæ de Prato, monaſterium de Vajano, monaſterium de Opleto, monaſterium de Monte Planu, monaſterium de fonte Thaonis, monaſterium de Muſceto, monaſterium de Monte armatu, monaſterium S. Cæciliæ, S. Reparatæ, monaſterium de Troconso, monaſterium de Criſpino, monaſterium de Razolo, monaſterium de Buſo Cæſaris, monaſterium de Conee, monaſterium de Turri, monaſterium de Capralia, monaſterium S. Marci de Placentia, monaſterium S. Benedicti de Herba amata, monaſterium S. Proſperi de Regio, monaſterium de Cavanna, monaſterium S. Mercurialis Forolivienſis, monaſterium de Novaria, monaſterium de Vercellis, monaſterium de Janua, monaſterium S. Pauli de Terdone, monaſterium Brixienſe, monaſterium Veronenſe, monaſterium S. Carpophori, monaſterium Aſtenſe, monaſterium S. Angeli Gnniperici. Chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, & ordinationes clericorum, liceat vobis a quocunque malueritis Epiſcopo Catholico, & Romanæ Eccleſiæ gratiam, atque communionem obtinente, recipere, qui noſtra fultus auctoritate, quæ poſtulantur, indulgeat. Sancimus inſuper, ut nulli Epiſcoporum fas ſit in vos excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgare, ut qui in ſpeciales eſtis filios Apoſtolicæ ſedis aſſumpti, nullius alterius judicium temere ſubeatis. Nulli quoque liceat aliquod veſtræ religionis monaſterium a loci ſui ſtabilitate revellere, ac removere ſine Abbatis, & congregationis communi conſenſu. Conſtituimus autem, ut omnium prædictorum monaſteriorum caput, quod in Valleumbroſa ſitum eſt monaſterium habeatur: ſanè cum te-minus vitæ Paſtori veſtro, divina diſpoſitione, contigerit, qui ejus loco ſubſtituendus fuerit, quia & vobis, & aliis omnibus præeſſe debebit, omnium, qui cæteris præſunt monaſteriis, conſenſu, & judicio eligatur. Quod ſi forte ex ipſis Abbatibus quilibet, Domino diſponente, ad hoc generale regimen electus fuerit, ad veſtrum principale cœnobium principaliter tranſeat, & ejus mox judicio, ſicut in diebus venerandæ memoriæ Joannis primi Abbatis veſtri factum conſtat, cætera omnia unita vobis monaſteria diſponantur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum cœnobium temere perturbare, aut ejus bona, vel poſſeſſiones auferre, minuere, ſeu temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia, &c. uſque pro futura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur tentaverit, ſecundo, tertiove, &c. uſque dignitate careat, reamque, &c. uſque cognoſcat. & a ſanctiſſimo, &c. aliena fiat, atque in extremo, &c. uſque ſubjaceat. Cunctis autem, &c. uſque inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Ubaldus Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Bernardus Portuenſis S. Rufinæ Epiſcopus ſſ.
Ego Joannes presb. Card. Ss. Joannis, & Pauli, tit. Pammachii ſubſcripſi.
Ego Albertus presb. Card. tit. ſancti Laurentii in Lucina ſubſcr.
Ego Guillelmus presb. Card. S. Petri ad Vincula ſſ.
Ego Bezo presb. Card. S. Pudentianæ, tit. Paſtoris ſubſcripſi.
Ego Joannes presbyter Card. tit. S. Marci ſſ.
Ego Theodinus presb. Card. S. Vitalis, tit. Veſtinæ ſubſcripſi.
Ego Manfredus presb. Card. tit. S. Cæciliæ ſſ.
Ego Petrus presbyter Card. tit. S. Suſannæ ſſ.
Ego Jacobus diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin ſſ.
Ego Cynthius diaconus Cardinalis S. Adriani ſſ.
Ego Ugo diaconus Card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ ſubſcripſi.
Ego Laborans diaconus Card. S. Mariæ in Porticu ſubſcripſi.
Ego Raynerius diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum ſubſcripſi.

Dat. Anagniæ per manum Gratiani S.R.E. ſubdiac. & notarii 12. Kal. Maji, Ind. 9. Incarnat. Domin. anno M.CLXXVI. Pontif. vero D. Alexander PP. anno decimoſeptimo.

Henricus Sextus, Dei gratia, Romanorum Rex Auguſtus.

Cum in exercendo commiſſi nobis divinitus regiminis officio, nihil Deo gratius eſſe ſciamus, quam Eccleſiarum, ſeu monaſteriorum tuitioni, & profectui jugem, & ſollicitam operam adhibere, id nobis ſuo loco, & tempore cenſuimus ſummo affectu, & ſtudio faciendum. Noverint itaque univerſi Imperii noſtri fideles, præſentem paginam intuentes, quod nos divinæ remunerationis intuitu, monaſterium Valliſumbroſæ, & cuncta monaſteria ſuæ congregationis, cum omnibus bonis, & pertinentiis, quæ vel nunc habent, vel in poſterum juſta acquiſitionis titulo habituri ſunt, & nominatim caſtrum Magnalis, in tuitionem noſtræ Majeſtatis, ac defenſionem recipimus. Regia etiam auctoritate noſtra, congregationi memorati monaſterii incluſimus, ut ſolles eorum, & omnia molendina ipſorum, in fluminibus ædificata, vel ædificanda, ab omni nunciorum noſtrorum exactione libera, & ab omni generaliter functione ſint immunia. Inſuper conceſſimus eis, ut in fluminibus, & ripis, non obſtante nunciorum noſtrorum repugnantia, ædificent. Ad cujus rei evidentiam, præſentem chartam conſcribi juſſimus, & Majeſtatis noſtræ ſigillo communiri, ſtatuentes, & ſub obtentu gratiæ noſtræ præcipientes, ut nulius Imperii noſtri fidelium ſæpe dictum monaſterium in bonis ſuis habitis, aut habendis moleſtare præſumat, vel contra hanc noſtram conceſſionem aliquod præſtare impedimentum, ſalvo tamen omnium privatorum jure, quod qui fecerit, indignationem noſtram ſe noverit incurſurum, & regalis banni ſententiæ ſubjacebit.

A *Datom Prati anno Incarnationis Dominica MCXCI indict.9.xii.Kal.Martii.*

XIV. 14. JACOBUS Bavarus, Epiſcopus Feſulanus. Huic Imperator Corradus, ad petitionem Joanois Papæ, uxoriſque Giſlæ, mooaſterium de Lagna iterata liberalitate donavit, confirmavitque.

In nomine ſancta, & individua Trinitatis. Conrados, Deigratia, Romanorum Imperator Augoſtus.

Si Eccleſias Dei debito honore ſublimare ſtuduerimos, Deum nobis magis propitiam, caromque rectores fideliores fore in noſtro ſervitio nullo modo dubitamos. Quapropter omnium fidelium ſancta Dei Eccleſia, noſtrorumque praſentium ſcilicet, & futurorum comperiat induſtria, qualiter interventu ad petitionem domini Joannis ſummi Pontificis, & univerſalis Papa, atque Giſla Imperatricis Auguſta, noſtraque dilecta conjugis, necnon Arbonis Maguntienſis Archiepiſcopi, Archicancellarii, & Thedamari Salzburgenſis Archiepiſcopi, & Vicernaris Strazborgenſis Epiſcopi, atque Ugonis Cancellarii noſtri, aliorumque multorum, quorum nomina longom eſſet exarari per ſingula. Jacobus S. Feſolana Eccleſia venerabilis Epiſcopos noſtram clementiam adiit, devotè poſtulans, qood ſua Feſulana Eccleſia ſancta per noſtri pracepti paginam dignaremur firmam, & in perpetuam corroborationem jubere conſcribi donationem factam de quodam monaſterio ſituto in loco, qui vocator Alina in comitatu Piſtorienſi, vocabulo ſanctiſſimi Salvatoris, qood olim noſtri pradeceſſores eidem Epiſcopio praceptali auctoritate contulerunt, nec non eidem ſacroſancta Eccleſia Feſulana imperiali ſanctione donamos, quicqoid conquaſtus Regembaldus felicis memoria ejuſdem Jacobi Epiſcopi pradeceſſor, poſt Epiſcopii conſecrationem conqoiſtavit in comitato Florentino, & Feſulano, & qood infeliciter infelix ſui ſi poſſet fieri poſt obitum deſtinavit, qoemadmodum Heuricus ſancta memoria Imperator noſter pradeceſſor eidem ſancta Feſulana Eccleſia, & certali contulit auctoritate; cujos juſtis, digniſque petitionibus aſſenſum prabentes, jam dicto Jacobo venerabili Epiſcopo per hujus noſtri pracepti paginam corroboramos, & ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus praſatum monaſterium, necnon & omne illud, quod Regembaldus Epiſcopus poſt conſecrationem ſui conqoiſtavit, ſicot ſupra pradictom eſt, proprietatis jure in perpetuum donamus, largimur, concedimos, cum omnibus ſuis pertinentibus, curtis videlicet, titulis, caſtellis, villis, terris, cultis, & incultis, ſaceonalibus, aquis, aquarumve decorſibus, molendinis, piſcationibus, ſervis, ancillis, & omnibus, qua ad pramemoratum monaſterium, ſeu ad pradicti Epiſcopi conquiſitum pertinere videntur, ea videlicet ratione, ut pranominatos Epiſcopus Jacobus, ſuique ſocceſſores prataxatum monaſterium, necnon & praſcripti Epiſcopi conqoiſitum cum omnibus ſopradictis jore poſſideant perpetuo, & firmiter teneant, omni hominum infeſtatione abolita, & remota. Pracipientes itaque jubemus, atque firmiter edicimos, ut nullus dox, marchio, Epiſcopos, comis, atque vicecomes, magna, parvaque perſona freqoenter jam nominatom Feſolanum Epiſcopom, ſuoſque ſocceſſores, de pradicto monaſterio, & de jam dicti Epiſcopi conqoiſito diſveſtire, aut moleſtare ſine legali praſumat judicio; ſi qois autem temerarius praſumptor hujos noſtra preceptalis auctoritatis violare praſumpſerit firmamentom, mille libras auri ex noſtro edicto compoſiturum ſe ſciat, medietatem Camera noſtra, reliquam vero jam dicto Epiſcopo, aut ſuis ſocceſſoribus. Ut autem hoc verius credatur, firmiterque ab omnibus obſervetur, ſigilli noſtri impreſſione pracepimas inſigniri.

Signam D. Con- victiſſ. Imperat.



radi ſereniſſ. in- Auguſti.

A *Hugo Cancellarius in vice Aribonis Archicancellarii cognovit.*

Datum II. Nonas Aprilis anno ab Incarn. Domini 1027. Ind. 10. Regni D. Couradi 24. Regis 3. ſecondi anni Imperatoris Auguſti feliciter. Amen. Actum Roma.

Teſtatur autem io alia qoadam ſcriptura Idem Epiſcopus, poſitum cathedralem ad radices montis io civitatem transtuliſſe, eodemque loco S. Romuli corpus, ac ſociorum cum S. Alexandri corpore deportaſſe, idque ex divino inſtinctu. Quamobrem veterem cathedralem erexiſſe in Abbatiam, cui tertiam partem Epiſcopalium cenſuum ideo voluit attributam, ut ibidem moonchi divino culrui commodius vacarent. Monumeotum pulcherrimum eſt, dignumque, quod hic exſcribatur ex fide.

In nomine domini Dei aterni.

Anno ab Incarnatione ejus vigeſimo octavo poſt mille, Imperiiqoe Couradi Romanorum Imperatoris Auguſti primo, 4.Kal. Martias, Indict. XI.

B *Opportunum valde eſt homani generis univerſitatem de aterna felicitatis beatitudine ſemper cogitare, ac juſtis operibos inſiſtendo, aterni Regis gloriam volentibos animis deſiderare. Idcirco ego Jacobos S. Feſulana Eccleſia Epiſcopos, ex genere videlicet Bajonariorum; manifeſtus ſum, ſicut multis patet hominibus, quod poſtquam felicis memoria D. Henricos Imperator hanc pradictam ſedem mea parvitati ad regendam commiſerit, & ſucceſſorem Regembaldi ejuſdem ſedis Epiſcopi me eſſe voluit, tota intentione, & ſtodioſo opere ad reparandum mea Eccleſia, quaſi jam perdita, & deſperata honorem animarom intendi, ſiquidem ut vera manifeſtum eſt ratione foris a pravis conculcata hominibus, intus vero negligente ſquallore fœdatur, clericorum ordine inculta manebat. Erat enim Epiſcopatus longè a pradicto oppido, atque difficultate itineris per devexi montis latus, raro a clericis freqoentabatur. In hac ſiqoidem Eccleſia corpus B. Romoli martyris, cum ploribus aliis martyribos confeſſoribus qoieſcebat. Decrevi igitur mecum, atque ſapientum*

C *conſilio habito prius, juvante Domino, ſatus meam Eccleſiam ordinavi, atque de loco, in quo ſanctom corpos pradicti martyris foerat, ſedem Epiſcopatus auferens, volentibus clericis, & laicis, ſimul com pradicti martyris ſacro corpore intra urbem Feſulanam Epiſcopatus cathedram locavi, & quoniam pradictos locus multorum ſanctorom romanſerat honore decoratus, multorumqoe Epiſcoporum tomolis inſignitus, non paſſus ſum tantom decus oblivioni tradere, atque perpetua abolitione delere. A prudentibus ergo viris conſilium accepi, atque multis vicibus per revelationem admonitus ſum, ut in eodem loco monaſterium facerem, ubi Epiſcopatos honorem, ſimulque cathedram abſtuleram. Feci igitur inibi monaſterium per conſiliom, & juſſionem D. Joannis ſummi Pontificis, & univerſalis Papa, ſimolque D. Coeradi piiſſimi Imperatoris, ejuſdemque conjugis Giſla ſereniſſima Imperatricis, atque conſilio religioſorum Epiſcoporum, ſapientumque laicoromque, conſecravi deniqoe pradictam Eccleſiam, quam ipſe deſtrueram, atque voca-*

D *bulo ſanctorum ſecundum hooc ordinem mutavi, majus vero altare, quod ad honorem S. Petri conſecratum foerat, S. Bartholomai Apoſtoli nomine dedicavi. Alterom vero, quod ad honorem S. Romuli foerat, ex nomine S. Stephani vocavi, & juxta noſtra qualitatem poſſibilitatis reverenter recondimos, & quomodolibet ibidem Deo ſervientes vivere potuiſſent, ordinavimos. Ego ſiquidem Jacobus ipſius S. Feſulana Eccleſia Praſol indignus pro Dei amore, meaque remedio anima, ſpeque remunerationis futura, & pro animabos anteceſſorom meorum, & ſocceſſorom Epiſcoporum iſtius S. Feſulana Eccleſia, & civitatis, necnon pro anima bona memoria Henrici Imperatoris, ſeu pro anima D. Couradi Imperatoris, ſuaque praclara conjugis Giſla, & filiorom ejus, atque pro animabus Imperatorom, ſive Regum iſtios Italici regni, ſeu pro animabos omnium illorum, qui de ſuis rebus ad pralibatum monaſteriom dederunt, vel daturi ſont, & pro omni popolo Chriſtiano ſapedictam S. Apoſtoli Eccle-*

ſiam,

Digitized by Google

ſiam, S. Petri, & S. Romuli propriam, quæ ſita eſt infra territorium de plebe ſancti Alexandri ſita in civitate Feſula ad monaſticum ordinem confirmo, atque una cum conſenſu, & auctoritate ſacerdotum, clericorum, atque omnium canonicorum, totiuſque cleri, necnon & cum benevolentia laicorum iſtius Feſulanæ civitatis de prædiis noſtræ Eccleſiæ ad recreandam neceſſitatem fratrum ibidem ſub regula, vel Abbate Deo ſervientium perpetualiter concedo, locum videlicet in quo poſitum eſt ipſum monaſterium cum terris, & vineis circa ipſum monaſterium, & cœmeterium ipſius Eccleſiæ totum ab uno tenentes, item decernimus terris, & vineis, & rebus illis, in quo loco prædicta Eccleſia, & monaſterium S. Bartholomæi Apoſtoli ſita eſt, & ad perticas de duodecim pedes, qui dicitur Luitprandi. Res juſte menſurata, quæ de uno latere decurrit ejus fluvio Munione, habentes exinde perticas 57. & pedes uni: ex alio latere terra ſanctorum Petri, & Romuli inter medio Caſale, & Muricia, & via decernit, & ex latere angulato habentes exinde perticas centum ſeptem, ex tertio latere ipſius S. Petri, & S. Romuli inter medio Muricia, & Signaida decerni, habentes deinde perticas quatuordecim, & pedes tres, ex quarto lateru terra, & vinea domnicata ipſius S. Petri, & S. Rumuli inter mediu Caſale, & Signaida decerni, & ex alia parte decurrit eis via habentes exinde perticas nonaginta, & ſex; ſimul ibidem concede unam petiam terra, quod eſt Prato ibique propinquum, & ab ipſa petia legitima menſurata, ex uno latere fini præfata terra, quod in ipſo monaſterio conceſſi, habentes exinde perticas tredecim, ex alio latere S. Petri, & S. Rumuli inter medio Signaida decernit, habentes exinde perticas triginta, ex tertio latere via decurrit habentes exinde perticas ſex, ex quinto latere terra ipſius S. Petri, & S. Rumuli, inter mediu Signaida decurrit decernitur, ſimul exinde ſunt perticas triginta, necnon terra, & ſylva, ubi nominatur Carege, qui ex duobus lateribus S. Joannis de civitate Flurentiu, & terra S. Petri, & S. Romuli, quam detinuit Davizio vicedomino, & Petrus germano ſuo, & alia duu parti via decurrit, & quatuor manſas, una quæ vocatur Cannito, quam detinet Martino, alia in locu Cava, quam detinet Petru, tertia in lucu Carege, quam detinet Martino Acto, quarta vero in loco Vallaja, quam detinet Gherardo presbyter cum terris, & vineis, & caſtaneto, ibique quæ ſunt domnicata, & quinta ſorte in luco Vallaja, quam detinet Joannes filio Boniti. Do & concedo in eodem monaſteriu, ſimul conſtituo, atque ſimul concedo cœnobium S. Salvatoris ſitum in loco Alina infra comitatu Piſtorienſi, quem egu præfatus Jacobus Epiſcopus, ad bonam memoriam D. Henrici Imperatoris per ſui præſcripti paginulam cum rebus ibidem pertinentibus, pru prælibato Epiſcopatu noſtro S. Petri, & S. Romuli acquiſivi, & in eadem Eccleſia, & monaſterio do medietatem de curte, & domnicato in prædictu loco Alina, cum medietate de ſorte, & rebus ad eamdem curtem pertinentibus, necnun & curte, & Eccleſia S. Salvatoris integra, quæ eſt poſita juxta fluvium Biſentium, una cum integris caſis, ſortibus, & domnicatis ad eamdem curtem, & Eccleſiam pertinentibus, atque Eccleſia, & oratorio S. Potiti in loco, & vocabulo Montepuli cum terris, & omnibus rebus ibidem pertinentibus in eadem Eccleſia, & monaſterio do, & concedo ſe, . . . , & Eccleſiam, quæ in honorem S. Hilarii cum ſua pertinentia in loco, & vocabulo in eodem monaſteriu confirmo. Curte integra quoque, quæ vocatur ſancto Domnino prope fluvium Arnum, cum ſortibus, domnicatis, terris, & rebus illis ad eandem curtem pertinentibus in præfatu monaſterio concedo, & confirmo. Et manſas uno in loco Petriulo, ubi & ripa vucatur, quas jam detinuerunt Sichelmu, & Vuillelmo germani filii . . . viventi, & alio manſu in locu Bivilianu, quibus jam detinuerunt Raynerii filii olim Gherardi, & Ghettio filiu ſuu, & medietate de Eccleſia, ibique, quod eſt in honorem S. Mariæ, & una cum domnicato, & rebus ibidem pertinentibus, & integra Eccleſia cum terris, & rebus ibidem pertinentibus, cujus eſt vocabulo S. Andreæ in loco, qui dicitur Ripalta a prædicto munaſteriu S. Bartholumæi, concedo, atque cunfirmu, & Eccleſia S. Donati in Frunzuno cum territorio, & decimationibus ſuis concedo, & confirmo. Idcirco prænominatis curtibus, Eccleſ. domnicatis, & manſis, terris, & vineis, ut ſupra leguntur cum omnibus ſuis pertinentiis, caſis, curtibus, ſortibus, & domnicatis, cum omnibus ſuis ædificiis, vel omnia ſupra ſe, & infra ſe habentibus, ubicumque exinde pertinentibus eſſe inveniantur una cum ſex ſervis, hæc ſunt nomina eorum: Rodulfus filius Bonitrude, Petrus filius Urſi bonu memoria, Teuzo filius buna memoria Petrini, & inſimul do & concedo in ipſo monaſteriu integram ſortem, & res in locu fontanula, quem detinet filius Petrini jam dictu monaſterio do, & concedu, atque confirmu. Hæc omnia, quæ præſcripta habemus S. Bartholomæi Apoſtoli, ſuoque monaſterio, & quæque illuc unquam dedi, vel donaturus ſum, per hujus chartulæ ſcripturam perpetualiter confirmo, & pro Dei amore, feliciſque retributionis, ut inſ turu exinde remunerari merear, de meis uſibus pruſentialiter ſubtrahu, & in poteſtatem, uſumque prædicti monaſterii S. Bartholumæi Apoſtoli, & Abbatis, qui ibidem pro tempore urdinatus fuerit; necnon & ſpiritualium fratrum, quos ſibi Deus in eodem lucu congregare dignatus fuerit, in integrum poſſidenda concedo, necnon & firmiter conſtituo, ut nulla perſona hominum de prædictu munaſteriu, ſuu de prufatis rebus poteſtatem, aut aliquod dominium ullu mudo tenere poſſit, excepto Abbate, quem ego cum meis ſucceſſoribus ad ius, atque ſub defenſione S. Petri, & S. Romuli ibidem ordinamus. Ego quoque Jacobus Epiſcupus, cum communi conſilio, atque electione noſtrurum clericorum, ac fidelium laicorum, Abbatem in eodem monaſteriu per paſtoralem baculum inveſtiens conſtitui Leonem monachum, atque presbyterum, ut ab hac hora, quouſque vixerit ſit Abbas ipſius monaſterii S. Bartholomæi Apoſtoli, habeatque poteſtatem per meum conſenſum, ſeu ſucceſſorum meorum de prædictis rebus, vel monaſterium ſecundum Deum recto muderamine, quicquid voluerit facere. Abbates vero, qui ſibi in præſcripto loco viciſſim ſuccedunt, vel per ſocium intrant, ſtabili lege cunfirmu. Idem quod cum donum S. Spiritus, quod cum gratia ſpirituali debent acquirere per unicam non teneant pecuniam emere, regulaque præſcripta in omnibus ſtudeant obſervare, & ſubditos eadem doceant facere, quod ſi quis unquam hoc Dei donum præſumpſerit vendere, aut emere, omnium canonum excommunicationibus ſubiaceat, & cum Simone Mago perpetuas pœnas tormenti ſentiat. Quod ſi forſitan quis meorum ſucceſſorum, hanc meam ſibi maledictionem non nocere cuntendit, evangelica reſcripta animo revolvat, canonumque, atque antiqua decreta memoriæ tradat, & ſe ſine mea maledictione maledictum eſſe cognoſcat. Quia veru certiſſime ſciu, quod naturaliter Angelos non habent ſucceſſures, ſed homines, ut ego ſum, mortales, deprecor humiliter eos, qui ſibi viciſſim in noſtra ſede ſuccedent, ut hoc opus, quod pru mea, ipſurumque ſalute inchoavi, & perficiendo ſecundum meum poſſe curavi pro Dei omnipotentis amure, & pro eadem, quæ ego profecto futura remunerationis ſpe in melius ſemper creſcere faciant, fratrumque neceſſitatibus ſedulo miniſtrent: ſi quis vero cuiuſcumque ordinis hanc ſupraſcriptam chartulam negligere, aut contemnere præſumpſerit, & quæ in ea roborata ſunt deſtruere voluerit, componat auri libras 200. ad prædictum monaſterium S. Bartholomæi Apuſtoli. Hanc ego chartulam egu Ugo notarius ſcribendo, atque laudando confirmavi.

Acta Feſulæ.

Ego Jacobus Epiſcupus S. Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus, quæ ſupra leguntur confirmando ſubſcr.
Egu Regembalaus primicerius conſenſi, & ſſ.
Egu Petrus presb. & canunicus ſubſcripſi.
Ego Petrus iudex D. Imperatoris interfui, & ſſ.
Ego Raynerius Archid. cunfirmando cunſenſi, & ſubſcripſi.
Ego Petrus presbyter, & cantor ſubſcripſi.
Ego Andreas presb. canonicus ſubſcripſi.

A *Ego Abalbertus index in hac chartula manu mea hic ſubſcripſi.*
Ego Teuzo presbyter, & canonicus conſenſi, & ſſ.
Signum manus Joannis, qui & Gorbulo vocatur rogatus ſſ.
Signum manus Vvidi filii olim Berardi rogatus ſſ.
Signum manus Bellini filii olim Gherardi rogatus ſſ.
Ego Ugo notarius ſcriptor poſt tradita complevi.

Conſtat hunc Jacobum Henrici Imperatoris fuiſſe familiarem, quippe qui tum in hac ſcriptura, tum in ea, quæ ſequitur, fatentur, ejus principis favore Feſulanum ſe obtinuiſſe Epiſcoparum. Cæterum poſtremam hanc exſcribendam hic ex fide curavimus, quod in ea non modo id, quod dicimus, liquido perſpicitur, ſed diploma etiam continetur, quo quæcumque aliquando monaſterio, Eccleſiæq; S. Gaudentii in Alpibus Feſulanæ diœceſis, donata fuiſſent, confirmat, ratumque habet.

In Dei nomine. Amen.

B *Anno ab Incarnatione 28. poſt mille, & anno Imperii D. Conradi Imperatoris Auguſti u quinto Kalendas Martii, indict. 11.*

Dum fragilitas humani generis pertimeſcit ultimo vitæ ſpiritu ſubitanea . . . . . diſpoſitione venturum. Oportet enim ut non inveniat unumquemque imparatum, nec ſine aliquo boni operis reſpectu migret de hoc ſeculo, niſi dum in ſua vitæ poteſtate conſiſtit præparare ſibi viam ſalutis, per quam ad æternam beatitudinem valeat pervenire. Ideoque Dei omnipotentis nomine, ego quidem Jacobus S. Feſulanæ Eccleſiæ quamvis indignus Epiſcopus meditans de Domini miſericordia, & quotidie confidens inſpirante Deo ſummo deſiderio volo, ſtatuo, atque confirmo, ut Eccleſia, atque oratorio beatiſſimi Gaudentii ubi corpus ejus requieſcit, cum reliquiis aliis ſanctorum, quæ ibidem commiſſæ ſunt, & eſt poſita ipſa Eccleſia prope pedes de alpibus, & prope fluvium Decomanum, quæ plebs fuit uſque nunc, & pro omnipotentis Dei amore, meæque remedio animæ, ſpeque remunerationis futuræ, & pro animabus anteceſſorum meorum, ſeu ſucceſſorum Epiſcoporum iſtius Feſulanæ civitatis, necnon & pro anima bonæ memoriæ C *Henrici Imperatoris, qui mihi hunc tribuit Epiſcopatum ad regendum, ſeu & pro anima domini Conradi Imperatoris, ſuæque præclaræ conjugis, Giſlæ, filiarumque ejus, ſeu pro animabus omnium Chriſtianorum Imperatorum, ſive Regum terræ iſtius Italiæ, ſeu pro animabus omnium illorum, qui de ſuis rebus ad præfatam Eccleſiam, & oratorium dederunt, & daturi ſunt, maximè pro amore mundi Redemptoris, ac noſtri Salvatoris D. noſtri Jeſu Chriſti, & B. Mariæ ſemper Virginis ejuſdem genitricis, & beati Petri Apoſtoli, & S. Romuli, ad quorum ditionem, & proprietatem pertinet ipſa Eccleſia, & oratorio ſancti Gaudentii, videlicet ſive locum, in quo monaſterium fieri confirmamus, quatenus qui monaſtica cenſentur profeſſione, per viam propoſiti ſui inoffenſo greſſu incedant, & in Chriſti militia devoti unanimes, atque concordes exiſtant Quia qui de ſuis rebus Deo, & S. Eccleſiæ condonaverint, inextinguibilem lucernam ante oculos Salvatoris perpetuales habere videntur. Sæpe jam dicta Eccleſia S. Gaudentii, SS Petri, & Romuli propria ad monaſticum ordinem confirmo, atque una cum conſenſu, atque auctoritate ſacerdo*D*tum, & levitarum, omnium canonicorum, totiuſque clericorum, necnon & cum benevolentia laicorum iſtius Feſulanæ civitatis de prædiis noſtræ Eccleſiæ recreandam neceſſitatem fratrum ibidem ſub regula, vel Abbate Deo ſervientium perpetualiter concedo: locum videlicet, in quo eſt poſitum ipſum oratorium cum terris, & cœmeterio, & cum caſa domnicata, ibique propinqua ibidem do, concedo, cum integra vinea, & domnicata, quæ eſt poſita in monte S. Gaudentii, ſicut Teutius Archipresbyter habuit, & ad ſuam tenuit manum, atque ibidem committo terram, vineam petiæ unam, quam detinuit Veſus piſtor, cum . . . ſorte illa, quæ eſt in loco Affrico, quam detinet Leo cum ſuis conſortibus, & in prælibata Eccleſia, & monaſterio dono, atque concedo integram Eccleſiam, & oratorium, cui vocabulum eſt S. Ditali, quod eſt poſitum prope fluvium Seve, cum integra terra, & vinea, & rebus, quæ anteceſſor meus bonæ memoriæ Raymundus Epiſcopus ibidem dedit, & conceſſit. Petia vero una de terra, quæ eſt ſtar. 18 quæ eſt prope ipſam Eccleſiam S Ditali, ipſius Eccleſiæ*

A *S. Gaudentii concedo. Alia petia terræ, quæ vocatur Spugnale, & quarta pars de Caſtello ibi propinquo S. Gaudentio poſito ipſius Eccleſiæ, dono, & concedo, & terra, & vinea, cum ſorte, quæ eſt poſita ibidem prope dictam Eccleſiam, cui vocabulum Podio Floræ ibidem confirmo, & ſorte una in Caſo Viano, quam detinet Martiaus Sartor a prædicto monaſterio, & unam capellam in loco dicto S. Maria de Eremo cum decimatione omnium famulorum habitantium in ipſa curte, ſeu Eccleſia, & oratorio quod eſt in honorem ſancti Alexandri in loco Alpe, cum omni ſua pertinentia infra hos confines, videlicet primo Collina de Lavacullo, ſicut trahit dicta Collina, a ſummitate Lanforzoli uſque ad ſupradictam Eccleſiam S Alexandri. Secundo Radius, qui incipit a S Alexandro uſque ad flumen, quod exit de Piatiglione: a tertio flumen, ſive rivus, quod exit ad pedem Lanforzoli, & vadit, ſive deſcendit in pedes Fraſſineli, & mittit in dicto flumine de Piatillione, a quarto latere appuntato a dicto flumine Fraſſineli, & radius, qui deſcendit de dicto Fraſſinello, & aliam Eccleſiam cum cremitorio, quod fuit in loco, qui dicitur Metatum Gialli,* B *cum vocabulo S. Mariæ cum omnibus ſuis confinibus, cui a prima collina, quæ dicitur Vallis Guidacci, & vadit ſupra Saltum, ſecundo Podius montis Gialli, tertio foſſatus, qui vadit ad pedes montis Gialli, qui exit de dicta collina vallis Guidactii, a quarto vero appuntatus de dicto flumine, & Podio Bavino, & omnem decimationem de jugo Alpis, eumdem locum præmominato monaſterio concedo, atque confirmo 48. decimales 40. ex ipſis, quibus ibique a prædicta Eccleſia ſancti Gaudentii conſueti ſunt decimam dare; 11. ſunt in villa, quæ dicitur Caſale; 12. ſunt in monte ſancti Gaudentii, & unum in loco dicto Vallicula, & 6 ſunt in villa, quæ dicitur Vada, & 8. ſunt infra plebem, quæ dicitur ſancti Ditali. Has dictas denique Eccleſias ſancti Ditali, & ſanctæ Mariæ de Eremo, & ſancti Alexandri de Fraſſinello, ſanctæ Mariæ montis Gialli cum ſuis confinibus, & quarta parte de jam dicto caſtello, & ſortibus, & terris, & rebus illis, cum caſis, & ædificiis, vel omnia ſupra ſe, vel infra ſe habentibus in integrum in ipſa Eccleſia, & monaſterio ſancti Gaudentii concedo, atque confirmo una cum quatuor ſervis noſtræ Eccleſiæ, quorum hæc ſunt nomina. Gaudentius filius Martini, & filius* C *Berni Joannis, & Carolus filius Caroli, & Griffolas filius Paconi cum filiis ſuis, & omnem, & integram offertam, & mortuorum, quæ Domino annualiter in ipſa Eccleſia, & monaſterio ſancti Gaudentii dederit in ipſo monaſterio concedo, ſive ſtatuo, atque confirmo. Hæc omnia, quæ præſcripta habemus ſancto Gaudentio, ſuoque monaſterio devotus offero, & omnia, & quæcumque, quæ ei dedi, vel daturus ſum, per hujus chartulæ inſcriptionem perpetualiter confirmo, & pro Dei amore, feliciquc retributione in futuro exinde remun. . . . . me credent uſibus præſentiarum ſubtraho, & in poteſtatem, uſumque prædicti monaſterii ſancti Gaudentii, & Abbatis, qui ibidem pro tempore ordinatus fuerit, & ſpiritualium fratrum, quos ſibi Deus in eundem locum congregare dignatus eſt, in integrum poſſidenda concedo, necnon firmiter conſtituo, ita ut nulla perſona hominum de prædicto monaſterio, ſeu de præfatis rebus poteſtatem, aut dominium aliquod nullo modo habere poſſit, excepto Abbate, quem ego, aut mei ſucceſſores ad jus, atque defenſionem ſancti Petri, & ſancti Romuli ibidem ordinatus fuerit. Ego quoque Jacobus E*D*piſcopus cum communi conſilio, atque electione noſtrorum clericorum, atque fidelium laicorum, Abbatem in eodem monaſterio per paſtoralem baculum inveſtivi, & conſtitui Joannem monachum, atque presbyterum, ut ſub hac hora . . . vixerit, ſit Abbas ipſius monaſterii S Gaudentii, habeatque poteſtatem per meum conſenſum, ſeu meorum ſucceſſorum de prædictis rebus, vel monaſterio ſecundum Deum recto medicamine quicquid voluerit . . . . ſibi in præſcripto loco viciſſim ſuccedee, at per hoſp. intrcat ſtabili lege confirmo, id eſt, ut donum ſancti Spiritus, qui ea cum gratia ſpirituali debeant . . . S Benedicti in omnibus ſtudeant obſervare, & ſubditos eidem ſtudeant, & . . . . facere. Quod ſi quis unquam ex ipſis hoc Dei donum præſumpſerit vendere . . . . cum Simone Mago perpetuas pœnas tormenti ſentiat. Quod ſi forte aliquis meorum ſucceſſorum hanc meam ſententiam, ſive maledictionem non nocere contendat, Evangelium, ac canonum reſcripta, antiquaque decreta animo revolvat, & ſe ſine no ra maledictione maledictum eſſe cognoſcat: quia*

vero

verocertiſſime ſcio , quid naturaliter Angeloi non habemus ſucceſſores , ſed homines carnales , ut ego ſum , deprecor eos , qui in mea ſede ſucceſſuri ſunt , ut hoc opus , quod pro men , ipſorumque ſalute inchoavi , & perficiendo ſecundum meum poſſe curavi pro Dei omnipotentis amore , & pro eadem proqua ego hoc futuræ remunerationis ſpe in melius ſemper creſcere faciant , fratrumque neceſſitatibus ſedule ſuccurrant . Si quis vero cujuſcumque ordinis ſit hanc ſupraſcriptam chartulam negligere , aut contemnere præſumpſerit , & quæ n me roborata ſunt , deſtruere attentaverit , &c. componat auri libras centum n prædicto monaſterio ſancti Gaudentii . Hanc vero chartulam ego Ugo notarius ſcribendo , atque laudando confirmavi .

Actum apud monaſterium , & Eccleſiam S. Bartholomæi Apoſtoli Judiciaria Florentina .

Ego Jacobus Epiſcopus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ , quæ ſupra leguntur confirmando ſubſcripſi .

Ego Tranſmuadus ſanctæ Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus , & omnia , quæ ſuperius ſcripta adeſſe videntur concedo , & confirmo .

Ego Regembaldus presbyter , & primicerius ſſ.

Ego Bonizzus presbyter , & canonicus ſubſcripſi .

Ego Teuzus presbyter , & canonicus ſubſcripſi .

Ego Grimaldus clericus ſubſcripſi .

Ego Petrus presbyter , & cantor ſubſcripſi .

Ego Raynaldus diaconus ſubſcripſi .

Ego Petrus Judex D. Imperatoris .

Ego Florentinus notarius rogatus teſtis .

Signum manus Gherardi filii Gherardi rogatis teſtis ſubſcripſi .

Ego Petrus presbyter , quæ ſuperius leguntur , fideliter . . . ſcripſi .

Ego Ugolinus ſcriptor poſt tradita complevi .

Ego Jonathas S. Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus , quæ n ſucceſſoribus meis juſtè , & canonicè relata ſunt in monaſterio S. Gaudentii concedo , & confirmo .

Ego Joannes Epiſcopus S. Feſulanæ Eccleſiæ ſubſcripſi .

Ego Lanfrancus Epiſcopus S. Feſulanæ Eccleſiæ ſubſcripſi .

Ego Rodulfus ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ , Dei gratia Epiſcopus ſubſcripſi .

Ego Raynerius , divina gratia ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus , licet immeritus ſubſcripſi , &c.

Multa alia concreditæ ſibi Eccleſiæ dilargitus eſt , ut ſub uno præfecto canonici communem vitam traducerent .

In nomine ſanctæ , & individuæ Trinitatis .

Cum conſtet omnes brevis exilii peregrinatione viventes perpetuo ſubſiſtere non poſſe , & poſt ſolutionem carnis vitalem portionem animabus hominum permanere , ſive juſtis ad gloriam , ſive impiis ad pœnam , neceſſarium eſt a temporalibus bonis animum removere , atque eam ia beatitudinis præmia per juſtitiæ opera aſſequi ſtudere , quatenus in illa cœleſti gloria bonorum operum mercedem quiſque obtineat , & Angelorum cœtibus adjunctus , etiam felicitatis perfruatur gaudiis , qui hic mente ſedula retractare ſtudui Salomonis ſententiam monentis , quodcumque poteſt manus tua facere , inſtanter operare , quia nec opus , nec ratio , nec ſcientia valet apud inferos , quo tu properas . Et in Evangelio : Currite dum lumen vitæ habetis , ne tenebræ vos comprehendant mortis . Et alibi : Videte , ne fuga veſtra fiat hyeme , vel ſabbato . Quod ego Jacobus S. Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus , ex gente videlicet Baſonariorum , mente pertractans , meique honoris pondera gravia eſſe cognoſcens , licet curis ſecularibus gravatus ultra placitum , ſtudio tamen ſermonum , & operum ad reparandos Eccleſiæ mihi commiſſæ honores , jam per multa annorum curricula , ganſi ſepultos , Deus ſcit quia non mentior , nec vanis favoribus delectans iſta narrare contendo , ſed præteritorum mala non ſum paſſus ſilentio tegere pramen parvitatis modulo animi intentionem direxi . Quatenus in illo tremendo examine pro talento mihi credito a Domino merear audire : Euge ſerve bone , & fidelis , quia ſuper pauca fuiſti fidelis , &c. Inter diverſas igitur , ac varias curas poſitus , dum ad meliorem ſtatum reparare omnia ſtuderem , ordinata regere , inordinata ordinare ad canonicorum ordinem uſque decrevi , quem ita corruptum reperi , atque in opere , ut vix paucorum animo , nullus ibi eſſet , qui temporalibus commodis fultus Domino libere militare valeret : quod ego videns , valde dolui , atque ad honorem S. Petri Apoſtolorum Principis dolere in laboris ſtudium commutato , & ſancti Romuli martyris , cujus corpus ſanctiſſimum in noſtra requieſcit Eccleſia , & multorum ſociorum ejus ibidem quieſcentium , in quorum honorem Eccleſia major . . . . Epiſcopatus caput conſecrata eſt , quam a fundamentis ipſe , licet indignus , Domino opitulante perfeci , canonicam ſincere , atque fratres in ea ordinare decrevi , qui regulariter viventes ſtudio ſanctæ converſationis pollerent , & Domino omnipotenti laudes . . . . ſolverent . Hanc itaque ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti cœptam , divino amore perficere ſtudui , ut quaſi lucerna omnibus noſtri Epiſcopatus corporis membris fratres in ea ordinati radios veri luminis infundant , non ſolum pro ſalute vivorum , verumetiam debito mortis ſolutis , Domino omnipotenti hoſtias placationis offerre digniter prævaleant , necnon pro remedio animæ meæ , ſpeque remunerationis futuræ , & pro animabus anteceſſorum meorum Præſulum , ſeu etiam pro ſalute Imperatorum , omniumque , qui fidem ſanctiſſimæ Trinitatis tenuerunt , præcipue Henrici Imperatoris fel. mem. qui præcepti ſerie noſtræ Eccleſiæ paupertati compatiens , multa contulit , quædam longo tempore privata reſtituit , nonnulla vera renovando confirmavit . Necnon pro ſalute Conradi ſereniſſimi Imperatoris fel. mem. ſuæque conjugis Giſlæ Auguſtæ , & filii ejus N. necnon Bonifacii ſereniſſimi Ducis , & Marchionis Tuſciæ . Similiter & pro animabus illorum omnium , qui prælibatæ canonicæ aliquod beneficium factori ſunt . Dei adjutus clementia , quemadmodum decrevi ſummo conamine perficere ſtudui , & quoniam vanum eſſet ordinatis fratribus vitæ deeſſe ſubſidia , inquantum valui , quædam ex Eccleſiæ prædiis , quædam vero ex noſtra acquiſitione propriis ad communem fratrum utilitatem conferre curavi , quæ omnia quomodo ſint , ordine diſcreto narrabo , ut ſucceſſores mei in poſteritatis ævo nullo modo cauſari valeant de domnicatis aliquid abſtuliſſe . Concedo igitur in eo loco , ubi canonica conſtructa eſt , eidem canonicæ curtem cum Baio . . & pomerio , & oliveto , & omnia , quæ juxta Eccleſiam eſſe videntur . Necnon concedo ſylvam de Molinæ cum terra , & vinea , quæ de ea culta eſt , & medietatem ſylvæ , ubi dicitur Vallis , quæ omnia antiquæ Eccleſiæ prædicta fuerunt . Similiter concedo de prædiis Eccleſiæ . . . . campus Martis , vel Petra fixa terra modiorum 15. & in fonticanola inter terram , & vineam modii 4. Necnon concedo curtem de Cavignata , cum domnicato modiorum quatuor , & ſextariorum duodecim , manſi vero ejuſdem curtis ſunt quindecim . Quam curtem . . . cum ſuis pertinentiis ab Henrico Imperatore Domino adjuvante per præcepti ſeriem acquiſivi . Similiter concedo medietatem Eccleſiæ S. Donati , quæ eſt poſita in loco , qui dicitur Calabrica , cum omni territorio ſuo , & ſylva : necnon concedo manſum unum in campo Colonis , &c. Concedo Eccleſiam S. Gaudentii in loco , qui dicitur Turriale , cum uno optimo manſo a me acquiſito . Similiter concedo plebem S. Gervaſii ſitam in loco , qui dicitur Moriana , cum prædiis , & decimationibus ejuſdem plebis , quam partem ante dedi per libellum filiis Petri : necnon concedo Eccleſiam S. Juvenalis , ſitam in loco , qui dicitur Caſcia , cum tribus manſis a me acquiſitis . Inſuper concedo territorium valde bonum , in loco qui dicitur Pilliazano in plebe S. Mariæ in Tinula , quod territorium per præcepti paginam ab Henrico Imperatore fel. mem. ipſe conquiſtavi . Similiter concedo integram decimationem de omnibus noſtris domnicatis , ubicumque in noſtro Epiſcopatu eſſe inveniantur , necnon concedo quartam portionem de omni introitu noſtræ Eccleſiæ , ſive de litaniis fuerit , ſive de aliis beneficiis , quæcumque Deus noſtræ Eccleſiæ dederit ; necnon concedo Eccleſiam ſancti Eufroſiani cum corticella ſibi ſubjecta . Hæc igitur omnia , quæ prædixi , ad communem fratrum utilitatem idcirco conferri curavi , ut ſimul manducandi , & bibendi , & etiam dormiendi ſecundum canonicam

au-

auctoritatem, voluntatem habeant, neque diviſi per cellulas, aut hoſpitiola propriam voluntatem ſectentur. Sed ſub prepoſiti Diomtimentis cuſtodia, quicquid Deus dederit, ſive in victo, ſive in veſtitu ſecundum ſanctæ regulæ conſtitutionem, vel diſtributionem cum gratiarum actione communiter capiant. Ipſe vero Præpoſitus, qui pro tempore fuerit ſacra regula moderationem cuſtodiens, non ſinat aliquem de fratribus a clauſtris recedere, niſi aut quem infirmitas cogit, aut obedientia opportunitas ad opera ſingula expoſcit. Hanc vero ordinationis paginam confirmo, atque in perpetuum vigere excepto, cum conſenſo omnium, quos propria manus deſcriptio ſubter declarabit, eo videlicet ordine, ut ſi forſitan, quod abſit, aut ego, aut aliquis ex meis ſucceſſoribus, ſeu quacumque perſona aliqua occaſione tollere, aut minuere, ſeu ad proprium uſum tranſmotare voluerit aliquid ex iis, quæ prædicta canonica per hanc firmationis, & donationis chartam dare modo videor, vel daturus ſum, partem habeat cum Juda traditore, & ſit damnatus anathemate Maranata. Unde obſecro, multumque deprecor omnes meos ſucceſſores, ut huic ordinationi manum miſericordiæ præbeant, ibique ſecundum temporis opportunitatem ſubſidia neceſſaria conferant, quatenus remunerationis præmium a Deo obtineant. Si quis autem hujus noſtræ ordinationis temerarius violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum Imperatoriæ Cameræ, & noſtræ, etiam in incendiis flammæ tradendum.

Actum eſt autem hoc anno Dominicæ Incarnationis 1032. *Imperii D. Conradi Auguſti anno* 5. *indict.* 15. *feliciter.*

Ego Jacobus S. Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus, hanc ordinationis chartam a me factam propria manu roboravi.

Ego Raynerius Archidiaconus conſenſi, & ſ.

Ego Regembaldus diaconus ſupradictæ canonicæ præpoſitus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Teuzo presbyter conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Federicus ſubdiaconus conſenſi, & ſubſcripſi.

E vivis exceſſit Jacobus anno 1039. cujus fati memoria ad poſteros pervenit in nobili donationis monumento, quod Itta D. Hilarii Abbatiſſa fecit Joanni Gualberto Valliſumbroſanæ familiæ conditori, de loco Aquæ bellæ, vulgo Valliſumbroſæ, Feſulanæ diœceſis: in eo enim expreſſa fit mentio, ut Jacobo Feſulano Epiſcopo vita functo, cum Conradus Imperator, qui tunc Florentiæ agebat, novum oratorium divino cultui ibidem a Joanne Gualberto extructum conſecrari cuperet, loco diœceſani defuncti Rodulphum Padeburoenſem Epiſcopum eo miſit, qui ineunte anno 1039. illud beatiſſimæ Virginis Mariæ, Divis Michaeli Archangelo, Bartholomæo, ac Thomæ Apoſtolis, Stephano Papæ & martyri, Benedicto Abbati, ac Nicolao Epiſcopo dicavit. Ittæ Abbatiſſæ donatio hiſce verbis concepta eſt, quam ex Valliſumbroſano tabulario exſcripſimus.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Quamvis ſacer divinitatis cultus exigat, ut omnibus Chriſti fidelibus ſibi dignam exhibere debeamus reverentiam, præcipue tamen erga illorum obſequia nos eſſe oportet ſollicitos, qui relictis pro Chriſto, & poſtpoſitis rebus ſecularibus, ſpretiſque vitiorum contagiis expediti, & alacres confugerunt ad ejus miſericordiam, & ſub eo legitimè militantes, contra antiqui hoſtis aſtutias, non ſolum die, noctuque certare non deſinunt, verum etiam pro delictis populorum apud omnipotentis Dei miſericordiam intercedere non deſiſtunt inſtantia ſumma: dignum quippe eſt omnimodis, & valde laudabile in conſpectu ſummi Dei, ut qui pro communi utilitate omnium militant, communi omnium labore, & obſequio expeditius ſuam debeant continere militiam, quatenus abſque ſeculari ſollicitudine, melius valeant Deo ſervire, cui adhæſerunt, profecto abſque noſtra juſtitia fructu, ut bene credere poſſimus facere non valemus, ſi nos qui antea actis temporibus, ſancte non viximus, illos juvare, qui pie, & ſancte ſicut decet, in Dei ſervitio vivere volunt, ulmum imitantes plantatam in vinea, quæ licet in ſemetipſa ſit infructuoſa, tam fructuoſam tamen vitem cum botro ſuſtentat. De quorum itaque collegio, quoſdam viros de S. Miniatis monaſterio, quos vobis benevoloſos eſſe credimus in eremo, quæ Valliſumbroſa vocatur, ſicut vos ſcitis, ſuſcepimus, in loco, qui dicitur Aquabella, proprietatem ſcilicet noſtri monaſterii quidem in honore ſancti Hilarii ſite Alphiano, qui meliorandæ vitæ gratia cœnobium, quod multa populoſitate frequentabatur relinquentes, in loco ſolitario vitam ſanctam agitare maluerunt. Quam intentionem Deus ex alto proſpiciens, illorum juſtam voluntatem manum ſui auxilii ſupponendo, ſanctam perduxit in operationem: ſed quia civitas latere non potuit ſupra montem poſita, illorum bona opinionis celeberrima fama circumquaque perluſtrans, noſmet, & omnes noſtræ patriæ homines pariter ſuo complevit bono odore, benè quippe congruebat, ut qui Deo juxta Pauli Apoſtoli vocem, bonus odor in omni loco exiſterent, pro illorum factis, magna Deo ubique ab omnibus attolleremus præconia, morati ſunt ſiquidem in prædicta eremo abſque Eccleſia, ſed tamen cum vita ſancta, per dies aliquot. Interea exigentibus cauſis quam maximis, voluntate Dei contigit, ut Divus Corradus Imperator Auguſtus, cum ſua uxore domina Giſla Auguſta, & filio ſuo domino Henrico Rege glorioſiſſimo, & conjuge ſua Florentiam devenire: unde factum eſt, ut fama, quæ jam populos repleverat, uſque ad ipſas aures perveniret Imperatorias, qui cum omnis illorum converſationis ordinem dignatus eſſet diligenter inquirere, inter cætera nunciatum eſt, illos Eccleſiam non habere. Quod audiens intellexit ſibi a Deo reſervatum fore, in quo fratrum neceſſitati non minimè ad divinum honorem ſubvenire debuiſſet, ad quos dirigens Rodulphum Padiburnenſem, dignum Dei Præſulem, quia Feſularum Jacobo extincto, nondum habebant conſecratum Præſulem in honorem S. Mariæ, & Michaelis Archangeli, & Bartholomæi, & Thomæ Apoſtolorum, & ſancti Stephani Pontificis, & Benedicti Abbatis, & Nicolai venerab. confeſſoris, conſecrari ibi oratorium fecit. Quod cernens ego Itta ſancti Hilarii Abbatiſſa indigna Dei gratia, duxi dignum eundem venerab. locum, pro bono exemplo prius aliquo donare munuſculo, & ita ordinare, & componere, ut fratres illic modo morantes, & qui deinceps debent convenire, meo auxilio, meaque operatione in ſervitio Dei ſecure poſſint conſiſtere. Concedo itaque, atque confirmo prædicto venerab. loco per circuitum ejuſdem pro cœmeterio, & officinis, hortis, & vineis, & campis fratrum, pratis, & paſcuis, omnem terram, quæ eſt ad unum tenentem cum cerrito arboreſo, quam quæ & ſine arboribus, quæ iſtis terminis concluditur, ex uno quidem latere habet terminum foſſam de Franco, & terram, quæ dicitur Paſcianiſe, ex alia parte habet terminum, Maſſam Reſtoudaram, & terram Paſcianiſe, uſque ad jugum Alpis, de tertia habet terminum terram Adimarii, ac quarta parte habet terminum terram ejuſdem Adimarii, & aliam terram noſtri monaſterii, videlicet S. Hilarii, & damus aliam terram, & caſtanetum, & fraſcaritum, quod dicitur Caſa annuale, quod eſt domnicatum. De una parte eſt ei finis terra de Manſis, de alia eſt finis via, de tertia eſt finis Fontelleriſa, de quarta eſt finis Cerrito domnicato, infra iſtos fines tantum concedo, quantum tenuit ad meum domnicatum. Et inſuper concedo in Pitiano manſum unum, quod detinet Garrardus, & Martinus, & vineam unam de mea domnicata, cum terra, & horto, totum in unum tenentem, ſicut deſignata eſſe videtur. In Barbazzono domno terram Scaphiliorum trium de domnicato. In Melito, ſortem unam, quam detinet Corbolus, & Winitio. Aliam ſortem in Remulo, quam detinet Iſnardus, & aliam in Agniano, quam detinet Bonatto. Aliam in Fiſciano, quam detinet Urſo, & nepotes ejus. Aliam ſortem ad ſanctum Maurum, quam detinet Benitio Urſi, una cum terra duorum modiorum de domnicato, unum in palude, qui dicitur Prunito, & alium ubi dicitur beneficium. In Montiniana concedo de domnicato, terram Scaphilii unius, & unum manſum, quem detinet Joannes, & Rainerio germani filii Mainitii. Ideo prædicta Eccleſia, & terras præ-

numi-

nominatas, & res, & ſortes, & domnicata, una cum omnibus ædificiis, quæ habent ſuper ſe, & infra ſe ubicumque aliquid ad ipſam pertinens eſſe invenitur, in integrum, in ipſa Eccleſia, & oratorio S. Mariæ pro anima mea remedio, & parentum meorum tam vivorum, quam defunctorum concedo, & confirmo in tali tenore, ut prænominata Eccleſia cum omnibus rebus, quas modo ibi concedo, & confirmo, & quas Deo annuente deinceps ibidem pertinere debebunt, ſemper ſint ſub poteſtate, & defenſione prænominati monaſterii S. Hilarii, in cujus proprietate ipſa Eccleſia ſita eſt, & ſub mea poteſtate, & meorum ſucceſſorum ad regendum, & defenſandum, ſive ordinandum, & ita volo, ut præpoſitus, ſive Abbas, qui pro tempore ibi è ſanctorum auctoritate, & noſtra donatione ordinatus fuerit, pro prædicta Eccleſia S. Mariæ, & pro omnibus pertinentiis ejus, omni anno in feſtivitate S. Hilarii in ipſa Eccleſia, & monaſterio ſito Alphiano, ante altare ejus, ſive per ſe, ſive per miſſum ſuum, per ſignum penſionis ponat de cera libram unam, & de oleo libram alteram ad luminaria faciendum, & per omnia interdico, ut præpoſitus, ſive Abbas ejuſdem locelli licentiam non habeat, nec poteſtatem prænominatam Eccleſiam S. Mariæ, ſive terras ibidem pertinentes, in alia qualibet poteſtate, vendere, aut commutare, aut quolibet titulo alienare, nec fiduciare, aut commendationem facere ad damnitatem præfati monaſterii, & meam, vel ſucceſſorum meorum. Et illos hoc adimplentibus, ſi forſitan ego, vel mea aliqua poſtera prædictam Eccleſiam S. Mariæ, aut res ibi pertinentes, de poteſtate fratrum ibidem Deo ſervientium retollere, contendere, aut contradicere, vel minuere, vel intentionare, aut prædictum locum ſanctum deſtruere, vel diſſipare, aut per aliquam ſuprapoſitionem Dei ſervos ibidem conſiſtentes, moleſtare præſumpſerimus per nos, aut per ſubmiſſam perſonam, aut per quodlibet ingenium, componere, & dare debeamus ad partem ipſius oratorii, & Rectorum ejuſdem loci pœnam libras centum auri optimi. Et inſuper ſoluta pœna, omnes maledictiones veniant ſuper illos, tam maſculos, quam ſupra fœminas, qui hanc ſacram ordinationem, vel donationem tentaverunt violare, quales olim venerunt ſuper Anania, & Saphira, & Simone Mago, & Abiron, & Dathan, & cum Juda traditore in infernum perpetuam ſuſtineant paſſionem, & hæc donatio, & ordinatio, quam nunc facio, & quæ poſtea Deo volente facturа ſum, firma, & ſtabilis permaneat nunc, & ſemper & per omnia ſecula; & hoc ſtatuo, atque cum firmaratione corroboro, ut ſi aliquo tempore in eadem Eccleſia ſanctæ Mariæ talis præpoſitus, ſive Abbas fuerit inventus per aliquem modum ſimoniacæ hæreſis ſit ordinatus, aut non regulariter vivat, licentiam habeamus ipſum omnimodis abiicere, & meliorem, & regularem ibi reſtituere. Hæc omnia, quæ ſuperius leguntur, mea decrevit, & pro Chriſti amore confirmavit voluntas, per communem conſenſum, & conſilium fratrum Deo ſervientium, & noſtrarum ſororum, & per benevolentiam, & laudationem noſtræ Eccleſiæ, militum, & judicum noſtri comitatus conſcientiam, idcirco, ut in eo ordine, ut noſtra ordinatio, & donatio, quam pro remedio animæ noſtræ feci, firmior, & ſtabilior permaneat ſemper cum ſtipulatione ſubnixa.

Unde duas chartulas uno tenore ſcribere rogavi, quarum unam habeant prædicti locelli fratres, & altera ſit in cuſtodia ſancti monaſterii noſtri oſtendenda futuris temporibus.

Data anno Dominicæ Incarnationis trigeſimo nono poſt mille, & Imperii Domini Conradi Imperatoris Auguſti 13. v. non. Jul. Ind. 7. Act. Florentiæ, &c.

Ego Itta Abbatiſſa †
Ego Rolandus PP. ſubſcripſi.
Ego Guido dictus Archipresbyter. ſubſc.
Ego Petrus Abbas ſubſcripſi.
Ego Rodulphus judex ſubſcripſi.
Ego Rodulphus judex domini Imperatoris ſſ.
Ego Adalbertus judex ſubſcripſi.
Ego Winigildus judex ſubſcripſi.
Ego Petrus judex ſacri palatii ſubſcripſi.
Ego Hugo judex D. Imp. ſubſcripſi.
Ego Bilditius judex ſubſc.
Ego Florentius rogatus teſtis ſubſc.
Ego Guido judex domini Imp. ſubſcr.
Ego Donatus Gualtaldus D. Bonifacii marchionis rogatus teſtis ſubſc.
Ego Petrus rogatus teſtis ſubſc.
Ego Florentius rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Ciriacus rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Petrus rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Joannes rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Raynerius rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Petrus rogatus teſtis ſubſcripſi.
Signum manus Gherardi filii bon. mem. Petri, qui & Betio fuit vocatus, & Grimi filius Thegrimalai rogati teſtis.
Signum manus Azzi filii Ildiprandi rogati teſtis.
Signum manus Roizii filii bon. mem. Gherardi rogati teſtis.
Signum manus Petri filii Theuperti rogati teſtis.
Signum manus Rayneris filii bon. mem. Grimaldi rogati teſtis.
Ego Davizo vicedomino rogatus teſtis ſſ.
Ego Theuzo rogatus teſtis ſubſcripſi.
Ego Grimaldus rogatus teſtis ſubſcripſi.
Et ego Florentius notarius ſcriptor, poſt tradita complevi.

Itta hæc nobiliſſima Abbatiſſa, ex illuſtri Guidonum comitum ſtirpe proſeminata fuit, quæ hodie familia in Comitibus Bagni efflorеſcit, è qua Joannes Franciſcus Cardinalis natus, cujus memoriam nulla unquam apud mortales delebit oblivio, nec minus ejus nominis, quam Ittæ Abbatiſſæ gloria apud ſecuturas ætates vigebit. Illa enim tot, atque ampliſſimis bonis Valliſumbrnſanum cœnobium auxit, ut jure illud decus ipſi adſcribendum ſit, atque adeo illa ſuffragiorum partem fundatricis titulo in eligendo Abbate ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus reſervarat: eam poſtea auctoritatem creandi Abbatis reſcidit, ademitque Abbatiſſæ Victor II. Pontifex, quam in monachos transfudit. Porro monaſterium D. Hilarii, cui regendo præerat Itta in Feſulanæ hujus diœceſis oppido S. Hilarii, vulgo Hellеri prope antiquum Arignanum ſitum erat in appendice montis, qui ab Arno flumine alluitur. Hæc religioſa domus ſacra erat Divo Hilario Abbati, qui ante S. Benedicti tempora, dum Theodoricus tyrannidem in Italia exerceret, in Tuſcia vitæ probitate effulſerat; in eo monaſterio quædam Deo devotæ virgines vitam monaſticam excoluere, quæ poſtea D. Benedicti diſciplinam amplexæ vitæ ſanctimonia pulcherrima toti Hetruriæ exempla virtutum affuderunt, brevique Hetruſcorum pietate, Imperatorumque magnificentia ad ſummas opes id monaſterium aſſurrexit, ampliſſimaque ab iis jura, ac privilegia obtinuit, quibus poſtea Romani Pontifices Apoſtolica auctoritate robur addiderunt: ſed cum humana omnia ſenſim in interitum, atque exitum ruant, religioſa diſciplina ibidem collapſa decurſu temporum, extinctaque eſt. Alexander vero IV. anno 1255. Moniales in plura alia cœnobia ſpargi juſſit, eorumque cœnobium cum omnibus bonis, juribuſque ad eum ſpectantibus, Valliſumbroſæ Abbatiæ conjunxit, quæ cum ex hujus Hilariani monaſterii, ut ita dicam, viſceribus ac fondo, Abbatiſſæ Ittæ pia liberalitate, duxiſſet originem, ipſum jam ſeneſcentem tamquam devota filia ſuſcepit.

15 ATINULPHUS proximè Jacobo ſucceſſit anno 1039. De hoc Atinulpho narrat Ammiratus ſe vidiſſe ſcripturam, quam ipſe legere non potuit, è qua colligitur illum conatum fuiſſe, quæcumque Abbatiæ S. Bartholomæi olim Jacobus Epiſcopus indulſiſſet, revocare; monachos autem ad Leonem IX. qui Feſulani montis per id tempus ann. 1040. reliquias inviſebat, provocaſſe, Pontificemque inter diſcordantes adeo ſapienter compoſuiſſe litem, ut Atinulphus monachis æquior factus anno 1051. & de ſuo addiderit, & ea, quæ jam olim monachis XV.

tres fuiſſe Joannes, ſed illum potius diuturniori mora vixiſſe, ſcriptoremque exerraſſe, dum pro anno 1101. in quo potuit Gebizius deceſſiſſe, annum 1102 oſcitanter appoſuit: error utique familiaris ſcriptoribus, qui poteſtatem antiquarum literarum minimè callent.

XIX 19 JOANNES Epiſcopus Feſulanus, cui Paſchalis II. Pontifex non modo omnia bona Feſulani Epiſcopatus confirmat, ſed illum etiam, ſuoſque futuros ſucceſſores, fortunaſque, ac cenſus ſub Apoſtolicæ ſedis recipit protectione, ſequenti edita bulla.

PASCHALIS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilecto fratri Joanni Feſulano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè promovendis in perpetuum.

Juſtis votis aſſenſum præbere, juſtiſque petitionibus aures accommodare nos convenit, qui licet indigni juſtitiæ cuſtodes, atque præcones in Eccleſia Apoſtolorum Principum Petri, & Pauli ſpecula poſiti Domino diſponente conſpicimus. Tuis igitur frater in Chriſto chariſſime Joannes, juſtis petitionibus annuentes, ſanctam Feſulanam Eccleſiam, cui auctore Deo præſides, Apoſtolicæ ſedis auctoritate munimus. Tibi enim, tuiſque legitimis ſucceſſoribus confirmamus Epiſcopali, ac Dominicali jure poſſidendam arcem, & civitatem Feſulanam, cum Eccleſiis, & curtis, & terris adjacentibus. Similiter caſtrum montis Lauri, & mons Regis, Bojanam, & curtem Sala, & Feſtilianum, & Peatum regis, Eccleſia S. Mariæ in Urbana cum curte, & Libiano, & Bivilsano, & caſtrum quod ædificatum eſt in ſupradicto epiſcopio juxta fluvium Faltonæ cum curte Rruiſeraioli, & Pulcanti, caſtrum Ciſilo, & curtem in monte Acuto, & in Ampiniana Montana ſancti Gaudentii cum Alpibus, & pertinentiis eorum, ſicut ex Regis conceſſione Eccleſiæ tuæ collata ſunt, caſtrum Agac, curtem Turricbæ, & Caſtillione, & partem montis Bontilli, & partem caſtri Ruſiani, monaſterium ſancti Salvatoris ſitum in Epiſcopatu Piſtorienſi cum Eccleſiis, & curtibus ſibi pertinentibus, monaſterium ſancti Bartholomæi, monaſterium ſancti Martini, monaſterium ſancti Gaudentii, cum pertinentiis eorum, & patrimonium filiorum Bennonis, & caſtrum, quod vocatur Flumen, & quod jure ſupradictæ Eccleſiæ in territorio Mucelli detineat filii Ugonis, filii Rumberti, & Azzo filius Albizi, & filii Azonis de Caſtaaicula, & Longobardi de Molezzano, & filii Ugonis de Caſola, & Longobardi de Ferliano, & Longobardi de ſancto Joanne maiore, vel quicquid in prædicto Territorio juris veſtræ Eccleſiæ aliquis hominum detinere videtur, & quicquid Ugo filius Rayneri dedit præfatæ Eccleſiæ in Ampiniana, & in monte Acuto, & in Ren Mangana, Politiano, & medietatem Eccleſiæ, & curtis in loco Quaraclæ, & curtem Marinæ. Præterea plebem S. Celſi ſitam Albino, plebem S. Gervaſii, cum curte ſitam Alpiniano, Eccleſiam S. Miniatis cum curte, plebem S. Joannis ſitam in monte Lauro, plebem S. Babilii, & S. Ditali, plebem S. Leonini, plebem S. Mariæ, plebem S. Stephani, plebem S. Jeruſalem ſitam in Pomino, plebem S. Jeruſalem ſitam in Glaceto, plebem S. Gervaſii ſitam in Soriano cum curte, plebem S. Petri ſitam Caſua, cum curte, & porte caſtelli, quod vocatur Novum, plebem S. Mariæ ſitam in Scò cum curte, plebem S. Joannis ſitam in Ca . . . plia, plebem S. Pancratii, plebem S. Romuli cum curte, Eccleſiam S. Miniatis cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Mariæ ſitam in Carpinione, cum curticella, plebem S. Viti, plebem Leonini ſitam in Retiano, plebem S. Laurentii cum caſtello, & curte, plebem S. Miniatis ſitam in Rubiano, plebem Petri cum curte ſitam in Ciatoria, Eccleſiam S. Juſti ſitam in monte Rantuli, plebem S. Petri ſitam in Sillano, plebem S. Creſcii ſitam in Novole, plebem S. Leonini ſitam in Panzano cum curte, Eccleſiam S. Euphroſyni cum curte, Eccleſiam S. Pauli cum curte, quæ eſt poſita juxta caſtrum Corbuli, plebem S. Mariæ, & S. Petri ſitam in Avanano, plebem S. Juſti cum curte, plebem S. Pauli cum curte, plebem S. Leonini in Collina, plebem S. Mariæ in monte Miliario, plebem S. Martini in Tertinulo cum curte, Eccleſiam S. Mammilliani cum curte, plebem S. Petri Ormenæ cum curte, plebem S. Marci in Stilliana. Quicquid præterea vel in Feſulana Eccleſia parochia, vel in aliarum Eccleſiarum parochiis prædicti anteceſſores tui hactenus poſſediſſe videntur, tibi, tuiſque legitimis ſucceſſoribus illibata manere ſancimus. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat eamdem Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas tenere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnino integra conſervare, tam veſtris, quam clericorum uſibus profutura. Si qua ſane eccleſiaſtica, ſæculariſque perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens temere contra eam venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſve ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, ac domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Sceiptum pee manum Petri notarii Regionarii, & Scrinii ſacri palatii.

Ego Paſchalis catholicæ Eccleſiæ PP ſubſcripſi.
Ego Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Creſcentius Salunenſis Epiſc ſubſcripſi.
Ego Richardus Albanenſis Epiſc ſubſcripſi.
Ego Anaſtaſius Card. S. Clementis ſubſcripſi.

Dat Laterani per manum Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi 5. Idus Martii Indict. 12 Incarn. Dominicæ anno 1103. Pontificatus autem D. Paſchalis ij. Papæ tertio. &c.

Hic Joannes anno 1101. omnem decimationem, quam olim Atinulphus, ac Traſimundus Feſulani Epiſcopi, Eccleſiæ, ac monaſterio S. Fidelis de Strumi liberaliter indulſerunt, livello obſtrinxit in ſavorem Angeli, ejuſdem monaſterii Abbatis, ea conditione tamen, ut in die S. Romulo ſacro neſcio quid tributi nomine penderet. Hoc quoque Præſule, Mathilda comitiſſa ad ſavorem monachorum cœnobii Valliſumbroſæ, duo præclara ſuæ pietatis documenta in lucem emiſit, quæ non abs re viſum fuit hic annotari, cum in iis multorum illuſtrium virorum nomina recenſeantur, hactenus incognita.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Anno ab Incarnatione Domini M C.

Ego Mathilda, Dei gratia, ſi quid ſum, una cum Guidone comite, & ejus filio Guidone Guerra vocato compatiens laborioſis ſanctarum Eccleſiarum negotiis aliquos a jugo ſecularium poteſtatum propter inibi converſantium ſanctorum virorum venerabiles congregationes, liberare ſummopere ſtudui. Dignum quippe eſt circa univerſas Dei Eccleſias ſummæ venerationis ſtudium ab omnibus exhiberi; ſed tanto ſingularius eas neceſſarium eſt venerari, in quibus religioſas virorum perſonas cognoſcimus converſari, quanto credimus eorum orationum patrocinia poſſe nobis ſingularius ſuffragari. Unde noſtræ poteſtatis provincias, ad Dei honorem, quantum poſſumus, & ejus Eccleſiarum circumeundo comperimus venerabiles congregationes monaſterii Valliſumbroſæ, a quorumdam noſtrorum fidelium præſumptione, nimium acriter conculcari, ac deſpici, eorumque habitationum ſanctiſſima loca, nimiis iniquorum aſſiduitatibus convelei, quorum vitam, quia noſtro tempore, præ cæteris excellentius fulgere cognovimus, eorumque laudabilem ſanctitatis famam ubique redolere, non ſurda aure perſenſimus, aliquod eis, ut decuit noſtræ benevolentiæ ſignum, noſtræque devotionis memoriale perpetuum ad animæ noſtræ provectum impendere dignum, & neceſſarium duximus.

Quapropter prædicti ſæpius memorabiles viri in Tuſciæ partibus, noſtræ dignitatis clementiam pro ſuperius relato negotio precibus adeuntes poſtulare a nobis ſuper hac re inſtitutionis ſcriptum fieri noſtra auctoritate ſuffultum, multorumque teſtimonio comprobatum. Quare eorum dignis petitionibus, una cum conſenſu, & voto prædictorum comitum annuentes, dum in Florentino Palatio præſidentes, cum noſtris militiarum, & aliorum fidelibus de diverſis, & hujuſmodi negotiis tractaremus, quod juſtè poſtulabant, incunctanter fieri juſſimus. Rogamus igitur, atque præcipiendo mandamus, ut nullus deinceps dux, vel marchio, comes, vicecomes, guſtaldio, aut cujuſcumque dignitatis major, vel minor perſona prædicta monaſteria, vel eorum

loca, quæ modo de eorum congregatione ſunt, aut in futuro eſſe poterunt, tam eorum poſſeſſiones, quam in eorum poſſeſſionibus commorantes, præſumant ſolita injuria moleſtare, videlicet neque per ſe, neque per ſuæ militiæ homines albergare, aut aliquod foderum, ſive ſeculare judicium violenter compellere. Si quis autem, quod abſit, hujus inſtitutionis noſtræ paginam temerare, aut infringere tentaverit, centum librarum argenti, medietatem Cameræ noſtræ, aliam medietatem prædictis monaſteriis, pœnam ſe compoſiturum noverit. Scriptum tamen, quod fieri juſſimus, in ſuo ſemper robore permaneat; quod ut verius credatur, & futuris temporibus inconcuſſum, & inviolabile a poſteris habeatur, noſtri etiam ſigilli impreſſione, & propriæ manus ſubſcriptione firmavimus, & præſcriptos comites ſubſcribere fecimus.

Actum eſt hoc apud Florentiam per manum Rogerii capellani, Præſidente D. Mathilda in palatio ſuo feliciter.



Ego Petrus Piſtorienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Guido Comes libens ſubſcripſi.
Ego Guido ſupraſcripti Guidonis filius ſubſcripſi.
Ego Paganus, Dei gratia, Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ſubſcripſi.
Ego Ardericus judex interfui, & ſubſcripſi.
Ego Ubaldus advocatus interfui, & ſubſcripſi.

Ego autem Rogerius indigne dictus ſacerdos, quondam Regini Præſulis egregii Capellanus, hujus verò inſtitutionis dictator, & ſcriptor humillimus, tanto fiducialius omnium ſanctorum congregationibus, quas ſuperius commendare indignè ſtudui, & eorum ſanctiſſimis orationibus committere concupiſco, quanto laborioſius ad Dei, & illorum venerationem hoc ſcriptum, noctu etiam perficere, me nullatenus piguit.

In nomine Domini Dei æterni.

Anno ab Incarnatione ejus 103. poſt mille xiij. Kal. Decembris Indictione 12. auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

C *Nos quidem Mathilda venerabilis Marchioniſſa, & Guido comes dictus Guerra filius domini Guidonis comitis. & ego Mathilda jam dicta Marchioniſſa, vivento lege Saliga per meam bonam voluntatem ſine alicujus hominis virtute, communiter nos pro Dei timore, & remedio animarum noſtrarum, & patrum, atque matrum noſtrarum, & omnium parentum noſtrorum, tam vivorum, quam defunctorum, per hanc chartulam damus, tradimus, offerimus, atque confirmamus Deo omnipotenti, & beatæ Mariæ Virgini genitrici ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, videlicet villas, caſas, & terras, & vineas, quas nos habere, tenere, & poſſidere viſi ſumus, vel alii per nos proprietario*
D *nomine, cum toto fluvio, qui vocatur Vicano, cum utraque ripa ſua, a Meloſa uſque ad Frattam, jugum Alpis, a jugo Alpis per Crucielo, uſque ad Piſcinam nigram, & uſque ad foſſam de Franco, & uſque ad terram ſancti Hilarii, ſicut vadit uſque ad Podium, juxta prædictum Vicanum omnia in integrum, infra circuitum iſtum, ſicut fuit recta per curtem de Magnale: de alia quoque, qua remanet ultra jam dictum Vicanum, integram medietatem de caſtello, quod dicitur de Magnale, cum curte de Pagiano, quemadmodum nos proprietario nomine habere, & tenere videmur, ubicumque per loca, & vocabula de jam dicta curte pertinere, & eſſe inveniuntur, omnia in integrum, ſicut ſupra legitur, una cum omnibus ſupra ſe, & infra ſe habentibus, ea Deo omnipotenti, & beatæ Mariæ Virgini genitrici ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, damus, & tradimus, offerimus, atque confirmamus ad ſuſtentationem fratrum, qui ſunt in Vallumbroſana congregatione, & præcipue eorum, qui in ſancto loco il-*

A *lo, a quo eadem congregatio nomen accepit, habitare videntur, aut in antea, Deo propitiante, ad ſerviendum Deo, ibidem devenient, ad retinendam monaſticam religionem, & bonam conſuetudinem ſanctæ memoriæ D. Joannis Abbatis majoris, qui univerſæ ſanctæ congregationis ipſius bonus inceptor, & ordinator fuit, ut ſecundum diſpenſationem, & ordinationem D. Bernardi Abbatis, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, qui univerſæ ſanctæ congregationi modo præeſſe videtur, & Theoderici præpoſiti, qui ab eodem Bernardo Abbate, & ab univerſa Vallumbroſana congregatione in regimine totius congregationis ordinatus eſt, vel eorum ſucceſſorum, qui regulariter ordinati, & a fratribus electi fuerint, ut habeant, & teneant, & proprietario nomine poſſideant, & quicquid eis melius pro utilitate, & fratrum quiete viſum fuerit, faciant, cum conſilio tamen religioſorum, Abbatum, & præpoſitorum, qui in congregatione Vallumbroſana pro tempore fuerint, & quicquid ab eis, ſecundum quod dictum eſt, factum, & ordinatum fuerit, firmum, & ſtabile per-*
B *maneat ſemper, abſque noſtra ſupradictorum Mathildæ marchioniſſæ, & Guidi comitis, noſtrorum hæredum, ac prohæredum, contradictione, vel repetitione. Et ſi forſitan nos præſcripti Mathilda marchioniſſa, & Guido comes, vel noſtri hæredes, ac prohæredes, aut per noſtram ſubmittentem perſonam, vel per factum, quod nos factum habeamus, aut in antea faciamus contra jam dictam congregationem, & ordinationem, ſicut ſuperius dictum eſt, præſcriptis rebus, ſicut dictum eſt, agere, cauſare, tollere, contradicere, intentionare, vel minuere, aut aliquam quæſtionem per Regalem, aut Imperialem Majeſtatem, neque exinde agamus, vel requiramus, aut ſubtrahere poſſimus per ullum ingenium, vel occaſionem, & ſi eas non eis ab omni homine, & fœmina, defendere non potuerimus, & non defenſaverimus, vel ſi chartulam iſtam dicere, quod falſa ſit, aut non valere præſumpſerimus, tunc compoſituri, & daturi eſſe debeamus, nos præſcripti Mathilda marchioniſſa, & Guido comes, vel noſtri hæredes, ac prohæredes præſcriptæ congregationi, & ordinationi, ſi-*
C *cut dictum eſt, præſcriptis rebus in duplum, ſicut pro tempore fuerint meliorata, aut valuerint, ſub æſtimatione in conſimilibus locis, de noſtris propriis rebus proprietario nomine. Et inſuper ſupraſcripta Mathilda marchioniſſa nomine pœnæ auri puriſſimi uncias centum, & argenti optimi libras ducentas, & poſt pœnam datam, hæc chartula in ſuo robore permaneat, & cum pergamena, penna, & calamario fiſtugum nodatum, cultellum, & guantonem, ſeu & guaſionem terræ, atque ramum arboris, quæ de terra levavi, & Lamberto notario ad ſcribendum dedi, & ſcribere rogavi, & teſtes, qui hic ſubter leguntur, per meam rogationem roboravere.*

Actum in loco, qui dicitur Monaſterio ſancti Salvatoris comitatu Aretino.

Signum manus prædicti Guidonis comitis, qui hanc chartulam, ſicuti ſuperius legitur, fieri rogavit, quia ſcribere neſciebat.
Ego Rogante, vice ejus ſubſcripſi.
Ego Ardericus judex interfui, & ſubſcripſi.
D *Ego Everardus interfui, & ſubſcripſi.*
Ego Anſelmus Cauſidicus interfui, & ſubſcripſi.
Signa manuum Alberti comitis de Piam, & Alberti comitis filii.. Boſonis, comitis, & Eraldi de Melugnano, & Teuzo Orevello, & Renerii de Saſſo, & Thibaldini de ſancto Miniato, & Bernardi filii Ughi, & Dominici filii Baronis rogatorum teſtium.
Ego Lambertus notarius huic chartulæ completionem poſt traditionem impoſui.

Ego Guido comes Caſtri, quod dicitur Magnale, ſive Paſanum in meo Domnicato tenebo, a die qua erit perſolutum debitum, excepto quantum dare voluero congregationi Vallisumbroſæ, itaut nec per chartam, nec per inveſtitionem, per feudum, aut per pignus, ſive per ullam dationem, quæ valeat penſari alicui unquam dabo, & ſi abſque filio moriar, ſit præfatæ congregationis, proprietario jure, præter quantum donari Mathilda comitiſſa mihi juſſerit.

XX. 20 JOANNES Joanni ſucceſſit circa annum 1114. Arbitror autem hunc illum eſſe Joannem, ad quem Innocentius II. ſubjectam hanc bullam confirmationis direxit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Joanni Feſolano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

In eminenti Apoſtolicæ ſedis ſpecula, diſponente Domino, conſtituti fratres noſtros diligere Epiſcopos, & Eccleſiis ſibi a Deo commiſſis ſuam debemus juſtitiam conſervare. Proinde chariſſime frater in Chriſto Joannes Epiſcope, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & ſanctam Feſulanam Eccleſiam, cui auctore Domino præeſſe dignoſceris, Apoſtolicæ ſedis privilegio communimus. Statuimus enim, ut quaſcumque poſſeſſiones, ſeu bona eadem Eccleſia in præſenti anno juſtè, & legitimè poſſidet, aut in futurum rationabiliter poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus annotanda ſubjunximus: curtem, & civitatem Feſulanam cum Eccleſiis, curtis, & terris adjacentibus, ſimiliter caſtrum montis Lauri, & mons Regis, Bajanam, & curtem Salam, Feſtilianum, & Pratum Regis, Eccleſiam S. Mariæ in Urbana, cum curte, & Libiano, & Bivilіano, caſtrum quod ædificatum eſſe tuis laboribus conſtat juxta fluvium Fontana cum curte rivi Ferioli, & Palianti, caſtrum Ciſolo, curtem in monte Acuto, & in Ampinana montana ſancti Gaudentii, cum alpibus, & pertinentiis eorum, ſicut ex Regis conceſſione Eccleſiæ tuæ collata ſunt, caſtrum Agna, curtem Turricola, & Caſtilionem, caſtrum montis Bonelli, caſtrum Roſiani, monaſterium ſancti Salvatoris ſitum in Epiſcopatu Piſtorienſi, cum Eccleſiis Sancti Petri, S. Martini conſtructis in Fugnano in campo Novoli Eccl. S. Martini. In Capraccia medietatem Eccleſiæ S. Chriſtinæ, in Ripolo Eccleſiam S. Salvatoris, S. Michaelis de Marino, curtem de Calonzano, curtem S. Donnini, curtem de Bagnaſca, & quicquid Feſolana Eccleſia poſſidet in plebe S. Stephani in Campo, & in plebe S. Joannis in Septimo. In Mengnano Eccleſiam S. Petri cum curte, & omnibus decimationibus earum, monaſterium S. Bartholomæi ſitum Feſulis cum Eccleſiis, & decimationibus ſibi pertinentibus, monaſterium S. Martini, monaſterium S. Gaudentii cum pertinentiis earum. Patrimonium filiorum Hemonis, caſtrum, quod vocatur Flumen, & quicquid de jure præfata Eccleſia in territorio Macelli detinent filii Hugonis, filii Raimberti, & Azo filius Albichi, & filii Hugonis de Caſtaniola, & Lombardi de Moltzzano, & filii Hugonis de Caſola, & Longobardi de Terliano, & Longobardi de ſancto Joanne majore, & Longobardi de Arena, vel quacumque in prædicto loco juris veſtræ Eccleſiæ aliquis homo detinere videtur. Quicquid etiam Ugo filius Rayneris donavit præfatæ Eccleſiæ in Ampinana, in monte Acuto, & in Leco, Magnalo, Politiano, & medietatem Eccleſiæ, & curtes in loco Quaracla. Præterea plebem S. Criſci ſitam Albine, plebem S. Gervaſii cum curte ſitam in Alpiniano, Eccleſiam S. Miniatis cum curte in monte Lauro, plebem S. Joannis, plebem S. Babilis, & S. Ditali, plebem S. Leonini, plebem S. Mariæ, plebem S. Stephani, in Pomino plebem S. Hieroſalem, in Glaceto plebem S. Hieruſalem, in Jermano plebem S. Gervaſii cum curte, in Pitiana plebem S. Petri, in Caſcia Plebem S. Petri cum curte, & caſtro, quod vocatur Novum, in Scò plebem S. Mariæ cum curte, in Capiclia plebem S. Joannis, plebem S. Pancratii, plebem S. Romuli cum curte, Eccleſiam S. Miniatis cum pertinentiis ſuis, in Campiniono Eccleſiam S. Mariæ cum curte, plebem S. Viti, in Regiuno plebem S. Petri, plebem S. Laurentii cum caſtello, & curte, in Robiana plebem S. Miniatis, in Cintoria plebem S. Petri cum corte, Eccleſiam S. Juſti in monte Rantoli, in Sillano plebem S. Petri, Novalo plebem S. Criſci, in Panzano plebem S. Leonini cum curte, Eccleſiam S. Eufroſini cum corte juxta caſtrum Corbuli, Eccleſiam S. Romuli cum curte Novella, plebem S. Mariæ cum curte, Eccleſiam S. Caſſiani cum curte, in Avarano Eccleſiam S. Mariæ, & S. Petri, plebem S. Juſti cum curte, plebem S. Pauli cum curte, in Collina plebem S. Leonini, in monte Millsario plebem S. Mariæ, in Teſtinola plebem s. Martini cum curte, in Stagia plebem s. Mariæ. Quicquid eſſe infra Feſolana Eccleſiæ parochiam, vel in aliarum Eccleſiarum parochiis, prædeceſſores tui hactenus poſſediſſe noſcuntur, firma vobis, & inconvulſa manere ſancimus. Nulli ergo hominum liceat prænominatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur veſtris, & clericorum, & pauperum uſibus profutura. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, ac domini Redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis accipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Guillelmus Prænestinus Epiſcopus ſubſ.
Ego Gerardus presb. Card. tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.
Ego Lucifredus presb. Card. tit. ſancti Vitalis ſſ.
Ego Guido indignus ſacerdos ſubſcripſi.
Ego Romanus diaconus Card. ſanctæ Mariæ in Porticu ſubſcripſi.
Ego Gregorius diac. Card. Ss. Sergii, & Bacchi ſſ.
Ego Guido Card. ſancti Adriani ſubſcripſi.
Dat. Piſis per manum Alberigi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis Cancellarii, ſextodecimo Kalend. Decembris, Indict. 12. Incarnationis Dominicæ anno 1134. Pontificatus D. Innocentii Papæ II. anno 5. &c.

21 JONATHAS Epiſcopus Feſulanus anno 1143. in favorem ſibi creditæ Eccleſiæ a Cœleſtino II. Pontifice ſequentem hanc bullam obtinuit. XXI.

COELESTINUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Jonathæ Feſolano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Ex commiſſo nobis a Deo Apoſtolatus officio, fratribus noſtris tam vicinis, quam longe poſitis, paterna nos convenit proviſione conſulere, & Eccleſiis, quæ Domino militare noſcuntur, ſuam juſtitiam conſervare, ut quemadmodum diſponente Domino Patres vocamur in nomine, ita nihilo minus comprobemur in opere. Hujus rei gratia dilecte in Domino frater preces tuas rationabiles clementer admittimus, & Feſolanam Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona in præſentiarum juſte, & canonice poſſides, aut in futurum rationabilibus modis, Deo propitio poteris adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos Feſolanæ Eccleſiæ, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Monaſterium ſancti Bartholomæi, quod Feſulis ſitum eſt, monaſterium s. Martini in Majano, monaſterium S. Gaudentii in pede Alpis, plebem s. Petri de Romena, plebem B. Petri de Caſcina, plebem s. Joannis de Caprilia, plebem s. Leonini in Collina. Cæteras vero tam plebes, quam Eccleſias, quæ Feſolanæ Eccleſiæ juris eſſe noſcuntur, caſtella quoque, villas, ac alias poſſeſſiones, ſicut in privilegio prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ Innocentii Papæ nominatim vobis confirmata ſunt, ordinationes etiam prædictorum monaſteriorum, & baptiſmalium Eccleſiarum, quæ Feſulanæ Eccleſiæ ſubditæ ſunt, nullus abſque veſtro aſſenſu ſibi uſurpare præſumat. In capellis autem veſtrarum plebium liberam

ordinationem, & debitam obedientiam abſque alicujus contradictione plebani habeant, ſicut per privilegium felicis memoriæ Paſchalis Papæ eis conceſſum eſt, ſalva propriis Epiſcopi debita reverentia. Partem vero decimarum, oblationum, teſtamentorum, & cæterorum redditum eccleſiaſticorum per veſtrum Epiſcopatum ſecundum ſtatuta canonum vobis confirmamus, & ut nulla Eccleſia in eodem Epiſcopatu conſtruatur, & conſtructa abſque veſtra licentia cuilibet ſubiiciatur, interdicimus: ſalva tamen in omnibus Romanæ ſedis juſtitia, & auctoritate. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſerventur tibi, & fratribus tuis, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.

Ego Cæleſtinus Catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſſ.
Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Albericus Oſtienſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Stephanus Prænestinus epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Hymarus Tuſculanus epiſcopus, ſubſcripſi.
Ego Petrus Albanenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Raynerius presb. Card. tit. ſanctæ Priſcæ ſſ.
Ego Gozzo presb. Card. tit. ſanctæ Cæciliæ ſubſc.
Ego Thomas presbyt. Card. tit. Veſtinæ ſubſc.
Ego Nicolaus presbyt. Card. tit. s. Cyriaci ſubſc.
Ego Manfredus presb. Card. tit. s. Sabinæ ſubſcr.
Ego Guido diaconus Ss. Coſmæ, & Damiani ſſ.
Ego Gerardus diac. Card. s. Mariæ in Domnica ſſ.
Ego Joannes diac. Card. S. Mariæ Novæ ſubſc.

Datum Laterani per manum Gerardi S. Romanæ Eccleſiæ presbyteri Cardinalis, ac bibliothecarii ſecundo Nonas Martii. Indict. 6. Incarnationis Dominicæ anno 1143. Pontif. vero D. Cæleſtini Papæ II. anno I. &c.

Innocentius II. Pontifex Maximus ampliſſimum privilegium indulſit Abbatiæ Feſulanæ anno 1141. quod cum plenum decoris, pietatiſque ſit erga monaſticum inſtitutum, hic exſcribendum curavimus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Gregorio Abbati ſancti Bartholomæi, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regulariter conſtitutis in perpetuum.

Deſiderium, quod ad religionis propoſitum, & animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & beati Bartholomæi Apoſtoli monaſterium, quod juxta montem Feſulanæ civitatis ſitum eſt, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitate Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu juſtis aliis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Monaſterium s. Salvatoris de Alena cum Eccleſia s. Potiti, Eccleſiam s. Martini in Fugnano, in Campo Novoli, Eccleſiam s. Martini cum decimis, & omnibus ſuis pertinentiis, & adjacentiis, & quicquid in Bononienſi Epiſcopatu præfatum monaſterium habere cognoſcitur, in Capraja medietatem Eccleſiæ s. Chriſtinæ, in Ripula Eccleſiam s. Salvatoris, Eccleſiam s. Michaelis de Marene, in Ripalta Eccleſiam s. Andreæ, Eccleſiam s. Donati de Fronzano, in Biviliano medietatem Eccleſiæ s. Mariæ, curtem de ſancto Domnino cum omnibus decimationibus ſuis, curtem de Papiana cum pertinentiis ſuis, & quicquid in plebe ſancti Donati de Calenzanu poſſidere dignoſcitur cum decimis, & ſuis pertinentiis, ſive in plebe s. Stephani de Campi, ſeu in plebe s. Martini ſito Brozzi, vel etiam in plebe s. Juliani in Septimo, aut infra plebem s. Joannis de Signa, cum decimis, & omnibus earum pertinentiis. Villas quoque & alias poſſeſſiones, ſicut in privilegio, & donatione bonæ memoriæ Jacobi Epiſcopi Feſulani nominatim vobis conceſſa ſunt. Prohibemus etiam, & Apoſtolica auctoritate interdicimus, ne alicui omnino liceat idem monaſterium in alium ordinem tranſmutare, vel Epiſcopalem ſedem ibi transferre abſque Rom. Pontificis auctoritate. Obeunte vero nunc ejuſdem loci Abbate, nullus ibi qualibet ſubjectionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem fratres ipſius loci communi aſſenſu, vel pars ſanioris conſilii, ſub Dei timorem, & beati Benedicti regulam canonice providerint eligendum. Qui Feſulano Epiſcopo ſi canonicus fuerit, & gratiam, atque communionem ſedis Apoſtolicæ habuerit, eamque gratis, & abſque aliqua pravitate exhibere voluerit, benedictionem ſuſcipiat. Alioquin liceat ei quemcumque maluerit adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quæ poſtulantur, indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelire deliberaverint, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia Matris Eccleſiæ. Monaſterium quoque S. Salvatoris de Alena, quod ſub ejuſdem S. Bartholomæi monaſt. eſſe cognoſcitur, liberam ſepulturam concedimus, ſicut etiam hactenus habuiſſe dignoſcitur; laborum namque manuum veſtrarum decimas tam vobis, quam veſtro monaſterio ſancti Salvatoris in uſus pauperum habendas largimur. Prohibemus inſuper, ut nulli omnino hominum fas ſit eidem monaſterio, ſive S. Salvatoris monaſterio divinum officium interdicere, præter Romanum Pontificem, aut legatum ipſius, vel indebitas exactiones imponere, ſeu aliquibus injuſtis vexationibus auſu temerario fatigare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, &c. ſi qua igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.

† Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Albericus Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Stephanus Prænestinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Gerardus presbyter card. tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.
Ego Martinus presbyter, card. S. Stephani in Cælio monte ſubſcripſi.
Ego Manfredus presb. card. tit. S. Sabinæ ſſ.
Ego Buetius presb. card. tit. S. Clementis ſſ.
Ego Guido presb. S. Laurentii tit. Damaſi ſſ.
Ego Gregorius diac. card. SS. Sergii, & Bacchi ſſ.
Ego Octavianus diac. car. ti. S. Nicolai in Carcere ſſ.
Ego Guido diac. card. S. Apollinaris ſſ.

Datum Laterani per manum Baronis capellani, & ſcriptoris 10. Kal. Octob. Ind. 5. Incarn. Dominicæ ann. 1141. Pontif. vero D. Innocentii II. an. 12.

22 RODULPHUS etiam, qui Feſulanam ſedem obtinuit, etiam ipſe ab Anaſtaſio IV. Pontifice XXII
ſummo in ſavorem ſuæ Eccleſiæ hanc ſubjectam ampliſſimam bullam impetravit an. 1153.

ANASTASIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Venerabili Rodulpho Feſulano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Officii noſtri nos hortatur auctoritas, fratres noſtros Epiſcopos debita charitate diligere, & Eccleſiis regiminis eorum a Deo commiſſis ſuam juſtitiam conſervare. Quocirca dilecte in Chriſto frater, & Coepiſcope Rodulphe rationabilibus tuis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſoris noſtri ſan. mem. Papæ Eugenii veſtigiis inhærentes, Feſulanam Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſenti anno juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: monaſterium S. Bartholomæi, quod Feſulis poſitum eſt, monaſterium S. Martini in Majano, monaſterium S.

Gaudentii in pede Alpes, monaſterium S. Mariæ de Roſano, plebem S. Petri de Romena cum decimis, & poſſeſſionibus ad jus Feſulani Epiſcopatus pertinentibus, plebem S. Petri de Caſſia, plebem S. Joannis de Capolia, plebem S. Leonini in Collina, plebem S. Martini de Vado, plebem S. Mariæ de Sco, plebem S. Mariæ de Spaltinna; cæteras vero tam plebes, quam Eccleſ. quæ Feſulanæ Eccleſiæ juris eſſe noſcuntur, civitatē, & arcem Feſulanā, caſtellū montis Lauri cū curte ſua, caſtellum de Ciſalo cū curte ſua, caſtellū montis Bonelli cū curte ſua, caſt. Gregnanellum cū curte ſua, quicquid etiam habetis in curte de Acone, & in curte de Lanciſa, & infra plebem de Panzano, & S. Mariæ Novolo, & S. Juſti in Salice, curtem de Agna, Eccleſiam s. Alexandri cum curte ſua juxta caſtrum montis Carboli. Alia quoque caſtella, villas, & alias poſſeſſiones, ſicut in privilegio prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ Papæ Innocentii nominatim vobis confirmata ſunt. Ordinationes etiam prædictorum monaſteriorum, & baptiſmalium Eccleſiarum, quæ Feſulanæ Eccleſiæ ſubdita ſunt, nullus abſque veſtro aſſenſu ſibi uſurpare præſumat; in capellis autem veſtrarum plebium liberam ordinationem, & debitam obedientiam abſque alicujus contradictione plebani habeant, ſicut per privilegium fel. mem. Paſchalis Papæ eis conceſſum eſt, ſalva proprii Epiſcopi debita reverentia. Partem vero decimarum, oblationum, teſtamentorum, & cæterorum redditnum Eccleſiaſticorum per veſtrum Epiſcopatum ſecundum ſtatuta canonum vobis confirmamus, & ut nulla Eccleſia in eodem Epiſcopatu conſtruatur, & conſtructa abſque veſtra licentia cuilibet ſubiiciatur, interdicimus ſalva nimirum in omnibus Apoſtolicæ ſedis juſtitia, & auctoritate. Decernimus ergo, ut nulli omnino, &c. ſi qua igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.

† *Ego Anaſtaſius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.*
Ego Ugo Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego GG. presb. Card. S. Calixti ſubſcripſi.
Ego Guido presbyter cardin. s. Chriſogoni ſſ.
Ego Manfredus presbiter card. s. Savinæ ſſ.
Ego Aribertus presbyter card. s. Anaſtaſiæ ſſ.
Ego Julius presbyter cardinalis s. Marcelli ſſ.
Ego Ubaldus presb. car. tit. s. Crucis in Hieruſalem ſſ.
Ego Aſtaldus presb. card. tit. s. Priſcæ ſſ.
Ego Joannes presb. card. tit. Ss. Joannis, & Pauli tit. Pammachii ſubſcripſi.
Ego Joannes presb. card. tit. Ss. Silveſtri, & Martini ſubſcripſi.
Ego Otho diac. card. s. Georgii ad velum aureum ſſ.
Ego Martinus diac. card. s. Mariæ in Coſmedin ſſ.
Ego Joannes diaconus card. Ss. Sergii, & Bacchi ſſ.
Datum Laterani per manum Rolandi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presb. card. & cancellarii 2. Kal. Ian. indict. 2. Incarnationis Dominicæ an. 1153. Pont. D. Anaſtaſii Papæ IV. an. 1.

Hic etiam xenodochio Ruffinæ bona aliquando indulta confirmat anno 1159. inſecutoque anno Feſulanæ Abbatiæ quamplura attribuit, atque apud Abbatem montis Scalaris non pauca livellaria fecit anno 1160. Hic ille Epiſcopus Rodulphus eſt, qui omnem conatum adhibuit, ut Feſulanam ſedem in Figlinianum agrum transferret, ſed irrito incepto. Quippe cum Florentini valentius reclamaſſent, Feſulana ſedes non demigravit de loco. Ipſe tamen Eccleſiam, quam cathedralem fundaverat, vertit in baptiſmalem. Cæterum cum a me citatus catalogus duos Rodulphos, duoſque promat Lanfrancos, crediderim, vel ex ebulliente ſchiſmate inter Alexandrum III. Victoremque pſeudopontificem id erroris fuiſſe ſubortum, vel ex incuria ſcriptorum dimanaſſe inertiam. Quippe Rodulphus II. an 1172 perperam vixiſſe narratur, cum 1172. reperiatur Lanfrancus, quicquid antea Rodulphus plebaniæ Figlinenſi donaſſet, diplomate favorabili rata habuiſſe. Quod idem cōſtat feciſſe an. 1175. ut videre eſt ex ſequenti ſcriptura, ex originario ex fide extracta.

Rodulphus Eccleſiæ Feſulanæ, Dei gratia, Epiſcopus, cuncto clero, & univerſo Figinenſi populo, &c.

Cum conſtet anteceſſores noſtros ad religionis cultum, & fraternam congregationem, per diverſa loca pietatis officio cleri, plebiſque merito Eccleſias devote ædificaſſe, tanto ſtudioſius eorum veſtigia imitari debemus, quanto eorum facta laudabilia per miniſterium congregationis, & populorum, magiſque in fide creſcere, & ſuæ ſalutis ſacramenta deſiderare mentis oculo cernimus. Hinc eſt utique, quod populum Figinenſem fide, ac numero quotidie creſcere conſpicientes, & eorum laborem quo permebant ſacramentum regenerationis ſuſcipiendo auferre deſiderantes, Apoſtolica auctoritate, necnon fratrum noſtrorum communicato conſilio ois baptiſmalem Eccleſiam canonice conſtruximus, altare ibi ſolemniter conſecrantes. Clericos quoque ibi ſtatuimus, quibus canonice viventibus, & baptiſmalia jura rite celebrantibus, necnon pauperum receptioni non modice intendentibus, quædam ad vitæ præſentis ſuſtentamentum libere conſtituimus, videlicet Eccleſiam de Pavilli cum capellis, & omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Mariæ de Figline cum capellis, & omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Mariæ de Fartilleſe cum omnibus pertinentiis ſuis. Omnes etiam alias Eccleſias, quæ ſunt in Figline, & Figlinenſi diſtrictu, demum Eccleſiam S. Bartholomæi de Scampato, & Eccleſiam S. Petri de caſtello Guinildi, & Eccleſiam S. Segnori, & Eccleſiam S. Andreæ de Ripalta, & S. Margaritæ, & S. Andreæ de Campilia, & S. Mariæ de Carpignone, & S. Donati de Spicciano, & S. Martini Interigi; ſimiliter Eccleſiam S. Miniatis de Celle cum ſua capella, quæ eſt in caſtello præfatæ plebis concedimus, eaſque per illius loci plebanum canonice inſtituendas, ac ſibi in omnibus debitis reverentiis reſponſuras, velut matrici Eccleſiæ ſacerdotaliter ſupponimus. Ex pertinentiis vero prædictæ Eccleſiæ B. Mariæ nobis reſervamus quicquid hucuſque ipſa habuit apud ſanctum Leonem, & in Albereto, & medietatem molendini olim facti juxta ipſam Eccleſiam exinde communiter deductis expenſis. De Podio autem presbyteri Benedicti, in quo eſt ipſa plebes conſtituta, excepto quicquid exinde opus fuerit ad conſtructionem baptiſmalis Eccleſiæ, ac omnium ædificiorum utilium clericis, & laicis ibidem manentibus, & cœmeterii, platearum, quod totum plebi libere dedimus, & excepto quicquid nobis fuerit pro curia facienda, & ejus officinis, quod totum ad Epiſcopalis ſubſidii uſum retinemus, in integrum nobis reſervantes medietatem, decimas quoque Novalium, ac ſepulturam eorum, qui apud eamdem elegerint ſepeliri, niſi excommunicati fuerint, vel interdicti, liberam eſſe jam dicto loco canonice concedimus, ſalva juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Præterea illam partem, quam circumpoſitæ plebes habent in judiciis defunctorum, & primitiis, & decimationibus ſui plebanatus. Immo quicquid canonice de ipſis, vel de generali conſuetudine, vel de ipſo jure illi competit, indumenta quoque Maſſariarum defunctorum totius plebanatus pariter eidem aſſignamus. Salva tamen in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate, ac Feſulanæ ſanctæ Eccleſiæ canonica juſtitia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, aut ei aliquatenus contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum.

Ego Rodulphus Eccleſiæ Feſulanæ, Dei gratia, Epiſcopus a me facta ſubſcripſi.
Ego Raynerius presb. & præpoſitus ſubſcripſi.
Ego presb. Angelus canonicus ſubſcripſi.
Ego Manfredus presb. ſubſcripſi.
Ego Raynaldus presb. ſubſcripſi.
Ego presb. Guido ſubſcripſi.
Ego Magiſter Lanfrancus ſubſcripſi.
Ego Rolandus ſubdiaconus, & canonicus ſubſcripſi.
Ego Magiſter Bernotus ſubſcripſi.
Ego Raynerius domini Papæ ſubdiaconus, & canonicus ſubſcripſi.
Ego Joannes ſubdiaconus ſubſcripſi.
Ego Bonaccurſius ſubdiaconus ſubſcripſi.
Scriptum Feſulæ, & datum per manum . . . Infendi . . . diaconi, & canonici, anno Dominicæ Incarnationis MCLXXV. Kal. Aprilis indict. 8.

XXIII

a Al. Lamfrancus.

23 LANFRANCUS a hujus nominis unicus, Feſulanus Epiſcopus an. 1179. in favorem Ambroſii Figlinenſis plebani reperitur confirmaſſe omia quæcumque eidem plebaniæ ſui induliſſent anteceſſores, quorum liberalitatem ipſe generosè æmulatus, plura eidem Eccleſiæ diiargitus eſt.

Lanfrancus Eccleſiæ Feſulana, Dei gratia Epiſcopus.

Ambroſio Figlinenſi plebano, & cuncto clero, & cuncto populo ejuſdem in perpetuum.

Cum conſtet anteceſſores noſtros ad religionis cultum, ac fraternam congregationem per diverſa loca pietatis officio, cleri, plebiſque merito Eccleſias devote ædificaſſe, tanto ſtudioſius eorum veſtigia imitare debemus, quanto eorum facta laudabilia per miniſterium congregationis, & populum magis, magiſque creſcere in fide, & ſua ſalutis ſacramenta deſiderare, mentis oculo cernimus. Hinc eſt, quod populum Figinenſem fide, & numero quotidie creſcere conſpicientes, & eorum laborem, quo premebantur difficultate itineris, ſacramentum regenerationis ſuſcipiendo auferre deſiderantes plebem apud Figiaenſem a prædeceſſore noſtro bona memoria Rodulpho Epiſcopo canonicè conſtructam auctoritate Apoſtolica, necnon ſumma deliberatione, & multa providentia, habito fratrum conſilio, & ſancti Romuli plebani, cujus erat territorium, ubi nunc conſtructa eſt Eccleſia libero aſſenſu, & voluntate, & ab eodem recepta diffinitione ejuſdem territorii, & illarum Eccleſiarum, quas inferius aſſignabimus, ex parte Dei omnipotentis, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ac beati Romuli martyris devote confirmamus. Suſtentationi quoque clericorum, & laicorum ibidem Deo militantium, & ordinem canonicum rite tenentium, necnon pauperum receptioni non modicè intendentium; poſſeſſionem quamdam s. Mariæ cum pertinentiis ſuis, & Eccleſiam s. Michaelis in caſtello Acti, & Eccleſiam s. Mariæ ſupra portam cum pertinentiis ſuis, & molendinum de Podiale cum toto aquæductu ſuo, & quicquid plebanus ejuſdem plebis per libellum acquiſivit ab Uberto priore de Pavellis, & quicquid juſte poſſidet, aut in futurum conceſſione Regum, largitate Pontificum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, auctoritate pontificali confirmamus; aſſignamus quoque, & ſupponimus quaſdam Eccleſias eidem plebi, videlicet Eccleſiam S. Mariæ de Pavelli, & canonicam de Pavelli, Eccleſiam S. Mariæ de Tartigleſe, & Eccleſiam s. Petri in caſtello Guinildi, & canonicam de s. Segrore, & Eccleſiam s. Michaelis in caſtello Acti, & Eccleſiam s. Mariæ ſupra Portam, & Eccleſiam s. Thomæ in Caſtello veteri, & Eccleſiam s. Margaritæ, & Eccleſiam s. Andreæ de Campilia, & Eccleſiam s. Mariæ in Carpignone, & Eccleſiam s. Donati de Spiciano, & Eccleſiam s. Martini Interrigii, & Eccleſiam s. Blaſii de Cagnanella, de quibus duabus ultimis plebanus s. Viti eidem plebi liberam fecit diffinitionem, ex pertinentiis prædictis s. Mariæ nobis reſervamus, quicquid habebat apud ſanctum Leonem, & in Alberito, & medietatem molendini, olim facti juxta ipſam Eccleſiam, exinde communiter deductis expenſis. De Podio autem presbyteri Benedicti, excepto quicquid exinde opus fuerit ad conſtructionem baptiſmalis Eccleſiæ, & omnium ædificiorum utilium clericis, & laicis ibidem manentibus, & cœmeteriis, & platearum, quod totum plebi libere dedimus, & excepto quicquid opus fuerit nobis per curiam, & ejus officinas, quod totum ad Epiſcopales ſubſidii uſum retinemus in integrum, medietatem nobis reſervamus, ſepulturam quoque eorum liberam prædictæ plebi concedimus, qui apud eamdem elegerint ſepeliri, niſi excommunicati ſint, vel interdicti, ſalva juſtitia illarum Eccleſiarum in parte teſtamenti, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Præterea illam partem, quam aliis plebibus ex more ſtatuimus in judiciis defunctorum, indumentis Maſſariorum, & Maſſariarum primitiis, & decimationibus ſui plebanatus, & maxime illam decimationem, quam Abbas de Paſſignano definivit præſcripta plebis plebano, & clericis, qui pro tempore fuerint, de ſuo plebatu habenda canonice concedimus, ſalva in omnibus Feſulana Eccleſia auctoritate, & Feſulana canonica juſtitia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, & s. Romuli martyris ſe noverit incurſurum.

Ego *Lanfrancus Feſulana eccleſ. Dei gratia epiſcopus ſubſcripſi.*

Ego *Raynerius Rom. eccl. ſubdiac. & canonica Feſulanæ præpoſitus ſubſcr.*

Ego *Manfredus archipresb. ſubſcripſi.*

Ego *presb. Raynaldus ſubſcripſi.*

Ego *presb. Guido ſubſcripſi.*

Ego *presb. Angelus ſubſcripſi.*

Ego *Benintendens diaconus ſubſcripſi.*

Scripta, & tradita per manum domini Lanfranci Epiſcopi anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti 1180. vi. idus Aprilis.

Hujus etiam Epiſcopi memoria extat an. 1184. cum ſcilicer Lucius Papa III. honorarius arbiter, litiſque diremptor conſtituitur inter Benedictum Abbatem Montis Scholaris, atque Ildeprandum S. Miniatis plebanum; („ *Anno 1187. die 2. Febr. interfuit cum Bernardo Epiſcopo Florentino, & Henrico* „ *Epiſcopo Forotornelienſi conſecrationi Eccleſiæ S.* „ *Donati in Pelveroſa, quam conſecravit Gerardus* „ *Archiepiſcopus Ravennæ. Acta hujus cons. videre* „ *eſt apud Lucam Joſeph. Cerracchinum in Chronolog.* „ *Epiſcop. & Archiepiſcopor. Florentinor. p. 64. 65.*)

24. RAYNERIUS præſul Feſulanorum erat anno 1193. delegatuſque cauſam cognoſcit Caſtilionenſis caſtelli, quæ inter Camaldulenſes, Albertumque, Matthæum, atque Guillelmum vertebatur b. Item Raynerius ſubſcribit Prætorianæ ſententiæ ad Podibonitium latæ inter diſcordantes Florentinos, atque Senenſes, anno 1203. die 4. menſis Junii. Is anno 1218. variis criminibus initiatus apud Honorium III. ab Abbatibus S. Galgani, & S. Michaelis ſuper iis Apoſtolicis commiſſariis conſtitutis, mœrore animi tabefactus, diem obiit ſequenti anno 1219. Honorii epiſtola ad Abbates talis eſt tenoris, ex regeſto ejuſdem fol. 108. XXIV

b Et Deputatus ab Innocentio III. cauſam cognoſcit cum Florentino Archiep. controverſiam inter Hoſpitalarios S. Sepulchri, & Fratres hoſpitalis S. Allucii, ut ex Cantuar dilectis de Donationibus.

HONORIUS EPISCOPUS

ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis ſancti Galgani, & S. Michaelis diſcalceatorum Abbatibus, &c.

Aſcendit ad nos clamor Eccleſiæ Feſulanæ feſſa jam a malorum multitudine, quæ non ab hoſte, ſed ab amico, nec ab extraneo patitur, ſed a ſponſo, ſi tamen, qui ſua rapit, ſit ejus dicendus amicus, vel ſponſus reputari debeat, & non mœchus, qui ſponſæ honeſtatem ſponte contemnens, ut illicitos mercetur amplexus, prodigit dotem ejus. Nam quod ſine dolore plurimo referre non poſſumus, & rubore, Feſulanus Epiſcopus rationem ſenſualitati, & ſpiritum carni dicitur uſque adeo ſubjeciſſe, quod contempta Pontificis gravitate, carnalibus deſideriis, quæ militant adverſus animam ſe involvens, pravaque quæ non licet, turpia, quæ non decet, & vana quæ non expedit, in ætate ſenili juveniliter operetur, & quia non poteſt ſine gravibus ſumptibus ſuis voluptatibus ſatisfacere, nepote qui non ſolum ſecretorum ſuorum conſciis, verum etiam aliis, ne ignominiam revelent ipſius, multa cogitur damnabiliter elargiri, bona Eccleſiæ Feſulanæ penè penitus diſſipavit, nec contentus res mobiles, quibus incubabat conſummere, res etiam immobiles prodiga manu diſtraxit, & quaſdam donavit ſub venditionis ſpecie ſimulatè aliis nihilominus infeudatis in irreparabile ipſius Eccleſiæ detrimentum, contra juramentum proprium temere veniendo, ita quod ſicut creditur vix, vel nunquam poſt deceſſum ipſius Epiſcopi erit, qui velit ſibi ſuccedere, in tantum erit ipſius Eccleſiæ non ſolum forma, ſed ſubſtantia annullata. Volentes igitur deſcendere, ac videre utrum clamor hujuſmodi veritati nitatur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad Eccleſiam ipſam perſonaliter accedentes, vel ſi hoc ſine ſcandalo eſſe non poteſt, vocantes quos propter hoc videritis evocandos, & habentes præ oculis ſolum Deum, inquiratis ſuper præmiſſis

omnibus diligentius veritatem, & quod inveneritis per veſtras vobis litteras fideliter terminetis, præfigentes eidem Epiſcopo terminum competentem, quo noſtro conſpectui ſe repræſentet, recepturus pro ſuorum exigentia meritorum, &c.

Datum Reat. vi. Id. Julii, Pontif. noſtri anno 3. &c.

XXV. 25 ILDEPRANDUS Lucenſis Raynerio ſucceſſit circa annum 1220. conſecratus ab Honorio III, ut notatur in fine regeſti ejuſdem Pontif. ann. v. Hic Præſul dum ſuam exordiretur adminiſtrationem, a publica Florentina re, intentatis gravibus litibus, non modo implicitus, ſed propemodum oppreſſus eſt. Florentinis impellentibus, exul exceſſit; ſed cum ad Honorium III. Pont. Max. Epiſcopus provocaſſet, primum ejus cauſæ cognitio Mutinenſi Epiſcopo demandata eſt, poſtea novis difficultatibus emergentibus, Faventino, Abbatique Nonantulæ, in hunc ſequentem tenorem ſcripſit.

HONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo Faventino, & dilectis filiis Abbati Nonantulæ Mutinenſis, ſeu nullius diœceſis, & Magiſtro Tancredo canonico Bononienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Scribentibus nobis olim venerabili fratri noſtro Epiſcopo Mutinenſi, ut perſonaliter accedens Florentiam, poteſtatem, conſiliarios, & populum civitatis ejuſdem moneret efficaciter, & induceret ad ſatisfaciendum de damnis, & injuriis irrogatis venerabili fratri noſtro, & Eccleſiis Feſulanis, & ſi neceſſe foret, cenſura eccleſiaſtica coarctaret, idem Mutinenſis mandatum noſtrum ad monitionem diligenter executus datis inducis teſtes lite non conteſtata, proceſſerat revocato commoni Florentino, quia banniverat prædictum Epiſcopum Feſulanum contra Deum, & eccleſiaſticam libertatem propter injuriam, banni expenſas, & damna tali occaſione, ſecuta taxatione juramento præmiſſo in mille libras uſualis monetæ, eidem Feſulano Epiſcopo ſententialiter duximus condemnandum: caterum cauſam ſuper aliis damnis, & injuriis ab eodem communi præfatis Epiſcopo, & Eccleſiis irrogatis, ſic noſtra diſcretioni duximus committenda per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, ut de notoriis ſatisfieri faciatis eiſdem, & de dubiis, habentes Deum præ oculis, cognoſcentes, quod juſtum fuerit, appellatione poſtpoſita decernatis, facientes quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eamdem, ceſſante appellatione cogatis veritati teſtimonium perhibere, quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Datum Laterani 6. idus Junii. Pontific. noſtri anno octavo.

Idem Honorius anno XI. ſui Pontificatus alteram ſcripſit epiſtolam de hac re Epiſcopo Florentino, ex regeſto ejuſdem Pontif. deſumptam.

HONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilecto in Chriſto frat. noſtro Epiſcopo Florentino, &c.

Grave valde gerimus, & indignum, quod cives Florentini venerab. fratrem noſtrum Epiſcopum Feſulanum in Epiſcopalis dignitatis injuriam, & Apoſtolicæ ſedis contemptum exulare compellunt, bonis Epiſcopi ſui, & Eccleſiarum ejuſdem reverentia divina, & noſtra poſtpoſita, occupatis. Et quidem ſi amor, quem ad civitatem Florentinam habemus, motum noſtri animi non cohiberet, jam feciſſemus eos pœna decente cognoſcere, quantum doleamus de gravaminibus, & injuriis ab eiſdem ipſi Epiſcopo irrogatis. Sed nec eum in iis excuſare negligentiam tuam potes, qui cives ipſos, tum pro ſalute animarum ſuarum, quarum tibi eſt ſollicitudo commiſſa, cum pro compaſſione ipſius Epiſcopi deberes ab injuriis hujuſmodi refrenaſſe. Licet igitur cauſa hujuſmodi venerabili noſtro Epiſcopo Faventino, & collegis ejus jamdudum fuerit ab Apoſtolica ſede commiſſa, quia tamen propter civium ipſorum diffugia, nondum eſt proceſſus habitus in eadem, ipſam ad examen noſtrum duximus revocandam: ideoque mandamus tibi, quatenus poteſtati, conſiliariis, & populo ejuſdem civitatis injungas, ut in Kalendis Februarii proximis, quas eis terminum peremptorium aſſignamus, per procuratores idoneos, & ſufficientes compareant coram nobis, eidem Epiſcopo ſuper invaſione, deſtructione, ac detentione bonorum Epiſcopii ſui, & Eccleſiarum eius exhibituri, quod ordo popoſcerit rationis, aut compoſituri, ſi fieri poterit cum eodem denunciando eiſdem, quod non ſufficienter ad defendendum, & ad componendum tranſumpſerint ad terminum ſupradictum; nos nihilominus in negotio ipſo, quantum ſuadebit ratio, procedemus. Quid autem ſuper hoc feceris, nobis per litteras tuas cures fideliter intimare.

Datum Laterani X. Kalend. Januarii anno XI.

Anno vero 1228. inter Florentinos, Ildeprandumque lite compoſita, Gregorius IX. anno primo ſui Pontificatus, ad diuturnius pacis ſtabilimentum, Eccleſiam S. Mariæ in Campo Florentiæ Feſulano Epiſcopo attribuit, edita ſequenti bulla, quam, tametſi etiam Ammiratus junior adſerat ad catalogum Feſulanorum Epiſcoporum, nos tamen hic exſcribendam curavimus, cum illam nobis antea Carolus Strozza ſubminiſtraverit.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo Feſulano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Controverſia, quæ inter te, & cives Florentinos ſuborta fuerat noſtra proviſione ſopita, quia vidimus, quod ex cohabitatione Feſulani Epiſcopi major inter eum, & commune Florentinum poterat concordia provenire, & major Epiſcopatus Feſulani ſecuritas, & utilitas procurari, Eccleſiam S. Mariæ de Cãpo cum pertinentiis ſuis tibi providimus conferendam. Ut igitur hæc noſtra proviſio perpetuam obtineat firmitatem, præfatam Eccleſiam cum pertinentiis ſuis de fratrum noſtrorum conſilio, tibi, & ſucceſſoribus tuis perpetuo iure concedimus liberam, & exemptam non obſtante quod in litteris venerab fratris noſtri Epiſcopi Florentini, & publico inſtrumento, quibus ſuum ſuper hoc expreſſit aſſenſum, nihil de Capituli continebatur aſſenſu, cum nos ejus ſupplendum duximus in hac parte defectum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani 2. Id. Januar. Pontif. noſtri anno 1.

Alteram ejuſdem Gregorii epiſtolam hic ſubjiciemus, ex regeſto Vaticano fol. 48. deſumptam communi Florentino ſuper præmiſſis datam, ad majorem pacis firmitatem inter eum, & Epiſcopum Feſulanum.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Poteſtati, & communi Florentino, &c.

Officii noſtri ſollicitudo depoſcit, ut controverſias, quæ ad noſtrum perferuntur examen, ſtudeamus judicio, vel concordia celerius terminare, quatenus litibus congruo . . . ſopitis litigantes mutuo jungi poſſint vinculo charitatis. Cum igitur inter vos ex parte una, & venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Feſulanum ex altera, ſuper quibuſdam domibus, redditibus, poſſeſſionibus, caſtris, damnis, & injuriis illatis ſibi, & Eccleſiis ſuis, necnon inter eumdem Epiſcopum ex parte una, & Ugonem de Vecliceto Raynerium Melliorelli, Renerum Ugonis Ruffi, Guidonem Macigni, ac Rogerium Giamfiliazi, & quoſdam alios cives Florentinos, necnon & quoſdam alios Florentinos, ac Feſulanæ diœceſis ex altera, ſuper quibuſdam debitis quæſtio fuiſſet diutius agitata, & tandem a dilectis filiis Ildeprando Aldemarii, & Raynerio Ruſtici procuratoribus veſtris, aliorumque prædictorum, qui a vobis componendi, & arbitros eligendi, atque a iam dictis civibus, & aliis compromittendi ſpecialiter in perſonam noſtram plenam acceperunt poteſtatem, ſicut publica inſtrumenta nobis exhibita plenius continebant, necnon ab ipſo Epiſcopo ſuper iis in nos fuiſſet ſub pœna mille marcharum argenti concorditer compromiſſum. Nos iis, quæ fuerunt hinc inde propoſita, diligenter auditis, arbitrium protulimus in hunc modum. Siquidem arbitrando ſtatuimus, ut univerſi cred-

toribus, & aliis per vos tenutam habentibus de poſſeſſione caſtrorum, & villarum Epiſcopatus Feſulani expulſis, ſive auctoritate veſtra, ſive auctoritate propria ipſam fuerint poſſeſſionem adepti, Epiſcopum, vel procuratorem ejus uſque ad feſtum Epiphaniæ proximum in poſſeſſionem vacuam inducatis, & defendatis inductum, nec permittatis eum, vel ipſum Epiſcopatum ab ipſis creditoribus, vel ab aliis moleſtari, nec vos ipſi eumdem Epiſcopatum ulterius moleſtetis. Epiſcopus vero Epiſcopatus nomine pro creditoribus, qui ſuo prædeceſſori pecuniam mutuarunt, vel aliis jus ab ipſis habentibus tria millia librarum Piſanæ monetæ pro univerſo debito vobis liberè, & expeditè, ac fine aliqua quæſtione infra annum exſolvat, voſque recipientes ſuper vos debitum univerſum, faciatis creditores eſſe ſumma prænotata contentos, ita quod nec ratione uſurarum, nec pœnæ, aut etiam expenſarum aliquid amplius ab Epiſcopatu, vel Epiſcopo exigatur, & ſuper hoc in ſolutione pecuniæ idoneæ caveatis ipſi Epiſcopo, & univerſa creditorum inſtrumenta reſtituetis eidem, dictamque pecuniam deductis debitis non legitimis dividatis, & diſtribuatis inter veros, & legitimos creditores. Quia vero ex cohabitatione Feſulani Epiſcopi major inter eum, & vos poterit concordia provenire, & major Epiſcopatus Feſulani ſecuritas, & utilitas procurari, volumus, & mandamus, quod Epiſcopus Florentinus Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Campo cum pertinentiis ſuis Epiſcopo Feſulano auctoritate noſtra liberam, & expreſſam aſſignet, ſicut hoc ipſum per ſuas litteras ad nos directas manifeſtè noſcitur voluiſſe, non obſtante, quod in litteris ſuper hoc nobis ab ipſo Florentino Epiſcopo directis, nihil de capituli continetur aſſenſu, cum nos ejus ſupplendum duxerimus in hac parte defectum, voſque apud eam infra triennium unum palatium conſtruatis, in quo poſſit honeſtè Feſulanus Epiſcopus habitare, quæſtionibus omnibus, ſive petitionibus, quæ occaſione præteritorum damnorum, ſeu injuriarum vertebantur inter vos, & Epiſcopum, creditoreſque prædictos nullo unquam tempore a parte alterutra ſuſcitandis: ad hæc mandamus, ut vos ab ipſo Epiſcopo requiſiti detis fortiam, & auxilium, quod homines, & vaſſalli Eccleſiæ, ac Epiſcopatus Feſulani dent auxilium ipſi Epiſcopo ad exonerationem debitorum, in quibus Eccleſia Feſulana tenetur. Ideoque univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hoc noſtrum arbitrium æquitate ſuadente prolatum, ſub pœna mille marcarum argenti irrefragabiliter obſervetis.

Datum Laterani 16. Kal. Decemb. Pontificatus noſtri anno 5.

Idem Gregorius eodem anno id. Januarii literas dedit Abbatibus Ficiſeli, & Elmi Volsterrauenſis, ac Lucenſis diœceſis, ut ipſi Eccleſiæ S. Mariæ in Campo Ildeprando poſſeſſionem tradant, ſi Florentinus Epiſcopus id facere renniſſet, omni appellatione ſublata. Inde perſpicitur hunc Ildeprandum haud bona fide rediiſſe in gratiam cum Florentinis, ſiquidem idem Pontifex Florentino Epiſcopo ſeribit, ſuadeat publicæ rei ſyndicum mittere, ut id publici nomine præſtet, quod Pontificium breve decernit. Hujuſmodi breve in decretalibus ejuſdem Pontificis continetur ſequentis tenoris.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Venerab. fratri Epiſcopo Florentino ſalutem, & Apoſtolicum benedictionem.

Ex parte venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Feſulani fuit propoſitum coram nobis, quod cum olim poteſtatem, & communem Florentinum per venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Peruſinum fecerimus commonere, ut dicto Feſulano de talliis, & collectis, quas ab illo extorſerant, & de illatis damnis, & pro irrogatis eidem injuriis ſatisfacerent competenter, quia iidem illius monitionibus obauditis, id efficere non curantes, injuriis injurias cumularunt. Fraternitati tua per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus firmiter injungas eiſdem, ut prima hebdomada proxima futuræ quadrageſimæ, per ſufficientem ſyndicum noſtro ſe conſpectui repræſentent, exhibituri eidem Epiſcopo, & recepturi ab ipſo quod ordo dictaverit rationis.

Dat. Peruſiis 6. Id. Decemb. Pontif. noſtri anno 8.

Hujus Ildeprandi, multa inſtrumenta, conceſſioneſque reperiuntur uſque ad an. 1256. in quo cum teſtamentum condidiſſet, multaque diverſis Lucenſibus Eccleſiis piè legaſſet, obiit diem poſtremum a. Vir ſanè imperterriti animi, qui ut Eccleſiaſticam libertatem, dignitatemque defenderet, haud contempſit potentioris populi implacabiles ſimultates adire. Vix è Feſulana ſede exorſus erat jus dicere, cum in clericos vendentes, aut ementes poſſeſſiones ad Feſulanum Epiſcopum, ſive Epiſcopatum ſpectantes, religionis telum intorſit, in territorio ſcilicet Fglinenſi, intraque ejuſdem confinia.

a XI. Kal. Octob. 1256.

26 MAYNETTUS Ildeprando ſucceſſit ann. 1257. Hujus Epiſcopi temporibus, octo ſolidorum pro quolibet centenario cuilibet Eccleſiæ penſio impoſita eſt reipublicæ Florentinæ ſolvenda. Eidem Maynetto Alexander IV. poteſtatem fecit apud S. Mariam in Campo ſuis ſubditis jus dicendi, ut ex ſequenti tranſcripto brevi perſpicitur. XXVI

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Venerabili fratri Epiſcopo Feſulano ſalutem, & Apoſtolicum benedictionem.

Fraternitatis tuæ precibus benignum impertientes aſſenſum, quod tu, & vicarius tuus apud Eccleſiam S. Mariæ in Campo Florentiæ, ad Eccleſiam Feſulanam pleno jure ſpectantem cum te, ac ipſum penes ipſam morari contigerit, de cauſis ſubditorum tuorum poſſitis cognoſcere, ac eas fine debito terminare auctoritate tibi præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum.

Datam Anagniæ 8. Kal. Decemb. Pontif. noſtri anno 5.

Anno 1257. idem Epiſcopus 2. die Aprilis conſecravit altare S. Alexandri in Abbatia S. Bartholomæi; anno vero 1275. die 22. menſis Octobris altare S. Donati. Hæc Abbatia immediate ſubjecta erat Feſulano Epiſcopo; ſi quidem ille electionem D. Cambii io Abbatem confirmat, ratamque habet, eidemque tam ſpiritualem, quam temporalem adminiſtrationem attribuit. Catalogus manuſcript. hunc Epiſcopum deceſſiſſe affirmat anno 1277. menſe Majo. Conſtat autem anno 1282. die 21. menſis Februarii Feſulanam hanc ſedem vacuam fuiſſe, cum canonicorum nomine elegiſſent M. Tedaldum Præpoſitum Eccleſiæ Feſulanæ vacantis, Prætorem vero terrarum Senenſis Vallis, hoc eſt Montebonelli, Ruſinæ, Petrognani, Valpartis, Agni, Turrichii, & aliarum M. Rogerium Rubeum de Adimariis, alii autem ex capitulo ſub Nicolao III. quemdam Raynerium, Præpoſitum Florentinæ Eccleſiæ, & Papæ capellanum poſtulaverant. Martinus vero IV. ſummus Pontifex omnium iſtorum caſſata electione, ſequentem Philippum creavit Epiſcopum 2. Idus Februarii an. 1. Chriſti vero 1282.

27 Fr. PHILIPPUS Ordinis Minorum Peruſinus, ſublectus eſt Epiſcopus Feſulanus ann. 1282. conſecratus fuit ab eodem Pontifice. Habebatur inſignis Theologus, inque membranis Epiſcopatus Feſulani inſtrumenta exſcribenda curavit, ut jura ſibi traditæ Eccleſiæ ſarta tecta ſervaret. E quibus liquido perſpicitur perveniſſe illum uſque ad ann. 1297. in quo Epiſcopatu ſe abdicavit. XXVII.

28 Fr. ANGELUS è Camerino b, Ordinis Eremitani S. Auguſtini, ſui temporis ſingularis philoſophus, atque Theologus, è Calliano Epiſcopo, a Bonifacio VIII. ad Feſulanam Eccleſiam tranſlatus eſt an. 1279 x. Kalendas Maji, ut habent Vaticana regeſta; atque ex illa ſede ad quatuor annos jus divinum dixit; deinde eo ſe munere exſolvit, hoc eſt 1301. iv. Id. Aprilis, cui Bonifacius VIII. ne mendicaret, Eccleſiam Larinenſem in adminiſtrationem contulit. Hic Epiſcopus cum Florentino, ac Piſtorienſi Epiſcopis, tertiæ parti murorum Florentiæ urbis noviter erectæ benedicendæ adfuit, ut Joan. Villanus narrat lib. 8 c. 31. XXVIII.

b De eo Gandulphus de 2. ſcript. Auguſt. p. 62. & aliud.

29. Fr.

XXIX 29 Fr. BARTHOLOMÆUS Ordinis Minorum, Tuſciæ provincialis, ex ceſſione Angeli ad Feſulanam ſedem aſcendit ann.1301.12.Kal. Maji, Bonifacio VIII.ſedente, ex regeſt.ejuſdem Pontificis epiſt.303.ſol.32.antequam præſens ſuam adminiſtraret Eccleſiam, libere ceſſit.



XXX. 30 M.ANTONIUS Urſus Florentinus Archipresbyter Eccleſiæ Florentinæ, ad Feſulanum Epiſcopatum aſſumptus eſt an.1301.11.Kal.Octobris,ac deinceps ad Florentinum translatus an.1309.de quo ſupra.

XXXI 31.Fr. CONRADUS a Pinna, alias de Gualfreducciis Piſtorienſis, Ordinis Prædicatorum, Feſulanus Epiſcopus ſublectus eſt anno 1309. Deceſſit autem anno 1312. ſepultus eſt apud S. Mariam Novellam in lapideo ſepulchro ſupra ſanctiſſimi Sacramenti ſacellum clevato, nulla honorifica proloquente inſcriptione. Hujus meminit Razzius in lib. de viris illuſt.Dominicani ordinis.



XXXII. 32 M. TEDICES de Aliottis, Florentinus, filius Nerii, ex Archipresbytero Florentino, Vicarioque fratris Conradi ſui anteceſſoris, a capitulo electus eſt Epiſcopus Feſulanus, ann. 1312. 13.Kal. Auguſti; confirmatur a Clemente V.ex regeſt. Vat. epiſt. 640. ſol. 134. ſolemnique ritu ejus Epiſcopatus iniit poſſeſſionem die 8.menſis Septembris ejus anni. Pacem inter Florentinos, Aretinoſque, quam Petrus filius Roberti Regis Guelficæ partis ſapienter ſancivit, Tedices ſua præſentia ſtabilivit, dum fœdus percuteretur, an.1314.die 29.menſis Septembris. A Joanne XXII.judex adſcitus eſt litium,quæ per id tempus inter Joannem Epiſcopum Maſſenſem, Abbatemque S.Galgani Volaterranæ diœceſis ſervebant, an.1329. Ad calcem ann.1336. è vivis exemptus eſt.

XXXIII. 33 FULIGNUS Oliverii Carboni è Camplo agri Florentini oppidulo [a], ex Præpoſito Feſulanæ Eccleſiæ ad ejuſdem civitatis Epiſcopatum aſcendit an.1337.a Jacobo de Freſcobaldis Florentino Canonico Feſulano Capituli ejuſdem Eccleſiæ Compromiſſario nominatus, confirmatur a Benedicto XII.2.Id.Martii ejuſdem anni, ut apertè colligitur ex regeſt.Vatic.epiſt.2.p.1.an.3.

[a] Canonicus jam Eccleſiæ Collegiatæ S. Laurentii Florentiæ.

A Feſulanæ autem Eccleſiæ fuiſſe illum præpoſitum inſtrumentum abundè prodit, quod in actis Raynerii Lotti publici notarii adhuc in archivio Septimiano aſſervatur. Dum autem an.1344.lis de confiniis componeretur, inter comitem Tancredum è comitibus Guidis, viroſque S.Gaudentii, ac S.Baſilii, cum Bernardo Jacobi Marſilii cive Florentino, inter honorarios arbitros ſedit; contagio deinde confectus contabuit an.1348 [b].ſepultuſque eſt in veteri clauſtro apud S.Mariam Novellam ad lateralem portam, ubi adhuc ejus ſepulchrum cum hac ſententioſa inſcriptione occurſit egredientibus.

HIC JACET
M. FULIGNUS CARBON. . . . .
EPISCOPUS FESULANUS
REQUIESCIT IN DOMINO
M. CCC. XLVIII.
DIE . . .

[b] 1349. die 17. Junii. Ex Archivo Epiſcopatus Feſulani. [illegible]

B



XXXIV. 34 S. ANDREAS [c] è nobiliſſima gente Corſinia, Ordinis Carmelitani, ad Epiſcopatum Feſulanum aſſumptus eſt anno 1349. 3. Idus Octobris, confirmatus a Clemente VI.reperitur in regeſto Vaticano epiſtola 135.ſol.30.anno 8.par.1.lib.1. C Parentes habuit Nicolaum, ac Peregrinam: a juventute laxatiſſimis moribus fuit, quos aliquando tandem ad vocem, ac lachrymas monentis matris eluctatus eſt, caſtigavitque præteritos lapſus ſub pradicto Carmelitano cucullo ad omnem vitæ rigorem ſeſe componens. Litteris qua ſacris, qua profanis Pariſiis, per illud tempus ſapientiæ celeberrimo domicilio excultus rediit in patriam, ubi cum Angelicam vitam duceret, mortuo Fuligno a Feſulano clero Epiſcopus ſubſectus eſt. Sed cum ex animi moderatione, verendum, trepidumque vellet deſugere onus, atque ob id apud Carthuſianos profugus latuiſſet, cletus inveniendi virum ſpe ſruſtratus, ad novam jam reſpiciebat electionem, cum puer ex divino inſtinctu clamavit Feſulanorum Antiſtitem a Deo fuiſſe ſublectum Andream, latereque apud Carthuſianos. Conſtitit dicto fides, ibidem quæſitus tandem repertus eſt, juſſuſque eſt Epiſcopale onus ſubire, quod illi divinum numen interprete D clero demandaſſet. Paruit ille, approbanteque Pontifice electionem, incredibili Feſulanæ gentis lætitia inauguratur. Ad multum tempus Feſulanam adminiſtravit Eccleſiam, eo autem pietatis ſtudio, ac fervore, ut planè ſanctus tam vivens, quam mortuus multa, illuſtriaque patrarit miracula; evolavit ad cœlos die 6. menſis Februarii anno 1373. ſepultuſque eſt in cathedrali, repetentibuſque Carmelitanis, deinde in Carmelitanum templum illatus, ibidem honorificè conditus jacet; fulſitque miris, quæ per illum Deus operatus eſt, adeo claris, ut prius in album beatorum relatus, ab Urbano deinde VIII. Pontifice Maximo juſta ſanctificandi pompa ſanctus ſit declaratus. Apud Surium tom. 2. Andreæ vita a ſuo quodam contemporaneo reperitur deſcripta. Eandem compendiario, ac eleganter complexus eſt Franciſcus Venturius nobilis Florentinus S.Severi Epiſcopus, ac Florentinæ Eccleſiæ Archidiaconus. Laudavit eumdem carmine heroico

[c] De eo Bollandus in Actis SS. Jan. t. 2. p. 1061. ubi anno 1360 ad Epiſcopatum electum eſſe S. Andream cenſet.

Ju-

A Julius Gnazzinius doctor, ac civis Florentinus avuoculus meus. Eo ipſo die, quo Andreas Corſinius ſanctus pronunciatus eſt, ſupra ſepulchrum ejus incorruptum corpus populus Florentinus ingenti gaudio, cumque lachrymis ſpectavit expoſitum. Cui hæc carmina inciſa leguntur, quæ bon. mem. Chriſtianus Ughellus inſignis Theologus, atque ejuſdem monaſterii prior frater meus, ut hic illa poſſem inferre, deſcribenda, mihique mittenda curavit.

Montis Carmeli de Religione vetuſta
Rapens ad Eccleſiam, Feſulanamque mitram,
Progenie celebris, virtute celebrior omni,
Hec de Corſinis marmore ſubtegitur.
Andreas Chriſti famulus de iure vocatus,
Numinis æterni totus in obſequio;
Virtutis cultor, pater, auxiliator egenis
Exemplo vita mirus, & eloquio.
Qui qualis fuerit, miracula multa fatentur,
Qua Deus oſtendit corporis ad tumulum.

B Hujus ſancti Epiſcopi temporibus ad Laſtram, ut vocant, Maſſinus de Melioribus S. Trinitatis fundavit cœnobium, in quo moniales Ciſtercienſes divinum penſum urgerent. In quo templo S. Andreas altare S. Bartholomæi conſecravit, an. 1361. 10. Kal. Junii. Cæterum cum ibi moniales degere deſiiſſent, plenum jus monaſterii illius in Septimianam tranſiit juriſdictionem Ciſtercienſis ordinis. Cum autem per illud tempus Florentini finitimis bellis perurgerentur, dieque SS. Apoſtolis Petro, Pauloque ſacro inſignem retuliſſent victoriam, felicitatem illam vincendi retulere in preces Andreæ, ideoque in memoriam facti eadem die ſolet magiſtratus partis Guelphæ duodecim veſtes totidem Carmelitanis tyronibus in tributum quaſi ex voto pendere. Moniales etiam, quæ jam olim in monaſterio Feſulano virginis vitam traducebant, tranſtulit in cœnobium Lapi prope Florentiam, ut ibidem commodius, puriuſque divino cultui ſubſervirent. In Andream hæc cecinit Verinus noſter lib. 2.
C de illuſtratione urbis Florentiæ.

Necnon Andreas Corſinus origine clara
Clarior at longe Carmeli cultor eremi,
Antiquos ſuperavit avos, Chriſtoque jubente
Proditus è ſilvis Feſulanam paſtor ad ædem
Protrahitur, vita quoniam mortales honores
Spreverat. Hic populos verbis, & rebus honeſtis
Erudiit, primum faciens, qua lingua docebat.
Plus probitas morum ſuadet, quam lingua diſerta,
Tam ſancti primo memorantur tempore mores,
Cum ferveret adhuc, Chriſti calefacta cruore
Mens patrum, nec adhuc Eccleſia noſceret aurum.

Porro de Corſinia gente idem Verinus lib. 3. ſcriptum reliquit.

Clara Sophocleo ſtirps eſt memoranda cothurno
Corſina ſoboles, nulli virtute ſecunda;
Bonnio noſtram de vertice venit in urbem:
Qua rubeos apices, niveoque inſignia mitra,
Atque urbis ſummos cumulos accepit honorum.

XX XV. 35 NERIUS Corſinius Nicolai filius a, ſancti
D anteceſſoris frater, in Feſulanum Epiſcopatum bono omine ſucceſſit anno 1373. ex Præpoſito S. Joannis. Deceſſit autem anno 1377. die 14. Novemb. ſepultuſque eſt in S. Jacobi ſacello, S. Spiritus cœnobio adjuncto, in ſublevato ſepulchro, cum hac inſcriptione.

Iſte patris tumulus reverendi continet oſſa,
Eccleſia Neris Feſulana antiſtites, unum
Quem reliquos inter claros Corſina propago
Enixa eſt patria, doctum, celebremque, probumque
Canonica leges qui lucidus enucleator
Aequa lance ſuum voluit dare jura tribunal;
Quique obiit quartadecima ſub luce Novembris
Chriſti annis ſeptem undecies poſt mille trecentos.

a Decretor. Doctor, Canonicus Feſulanus, & Præpoſitus Florentinus, non autem S. Joannis, ut ait Ughellus Frater. Fuit item Vicarius Feſulanus & Aretinus. Salvinus.

XX XVI. 36 NICOLAUS filius Vanni, Florentinus, ex compromiſſo, ut vocant, electus eſt Epiſcopus Feſulanus an. 1377. die 12. menſis Novembris, cum antea canonicus Feſulanus fuiſſet. Epiſcopatus autem ritu ſolemni poſſeſſionem iniit an. 1379. die 25. men-
A ſis Maji, qui deinceps ad Recanatenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1383.



B XX XVII 37 Fr. ANTONIUS Cipollonus a Nicolai filius, Florentinus, ex Ordin. Prædic ſacræ Theologiæ Magiſter, Epiſcopus Feſulanus effectus eſt ann. 1383b. Ingrediens civitatem Præſul a populo, cleroque conſalutatus eſt die 24. menſis Novembris ejuſdem anni. Translatus deinceps eſt ad Volaterranenſem Eccleſiam ann. 1390. inde ad Epiſcopatum Eginenſem, poſt etiam ad Archiepiſcopatum Turritanum in Sardinia. Huic frater erat nomine Michael, vir doctus, qui Ciſtercienſe inſtitutum profitebatur, Abbaſque Septimianus fuit, in eo munere verſatus ambigua probitatis fama.
(„ *Antonium, antequam Feſulanæ Eccleſiæ præficeretur, Juvenacenſem* Epiſcopum *fuiſſe claro colligitur ex libro quodam Recordationum Pauli Alexandri Saxetti, qui reperitur penes hæredes Caroli Strozzæ Senatoris, ubi hæc habentur*: Meſſere Antonio di Simone Cipolloni Veſcovo di Giovanuzzo, che deve eſſer di Fieſole, giunſe in Firenze il di 28. Luglio 1384. e il dì 20. d'Ottobre di
C „ detto anno preſe per lui la tenuta del Veſcovado di Fieſole Don Michele di Simone Cipolloni Abate di S. Maria di Rabona in Abruzzo dell'Ordine Ciſtercienſe, e fatto Abate di Settimo. *Hinc etiam corrigendus eſt Ughelli error circa initia Antonii Præſulatus Feſulani. Circa vero tempus translationis Antonii ab Eccleſia Feſulana ad Volaterranam hæc leguntur in Archivo generali Florentino ex Rogito Joannis Gini de Prato*. Anno 1369. 10. Februarii vacante Epiſcopatu Feſulano per promotionem D. Fr. Antonii Epiſcopi ad Eccleſiam Vulterranam Capitulum Feſulanum eligit Vicarios generales Capitulares D. Bartholomæum de Antilla, & D. Zenobium de Altovitis. *Salvinus*.)

a De ... Fontana de Rom. Pont. p. 314 Mandoſ. b 1384.

D 

XX XVIII 38 Fr. JACOBUS Altovita c nobilis Florentinus, Ordinis Prædicatorum, atque ex teſtimonio Pii II. Pontificis lib. 2. Comm. ex nobiliſſima familia inſignis Theologus.

Aliqui etiam, ait, ex nobiliſſima Altovitorum fa-

c De ... Idem Fontana l. c. p. 116. & Gamurr...

mi-

nus de' h. mil. vol. 1. p. 461. Mandoſi

molia, tum in armis, tum in litteris floruere: & in Eccleſia Dei inſignis theologus fuit Jacobus Epiſcopus Feſulanus, apud etiam reges Apoſtolicus nuncius, & Bartholomeus copiarum ductor, & generalis dominorum Patavii, qui eam civitatem ab exercitu Mediolanenſi tunc temporis obſeptam ſumma virtute liberavit: & Palmerius legum doctor Henrici Imperatoris a ſecretis. Quæ quidem familia quamvis ex Longobardorum regibus ſe eſſe aſſerat, attamen quia temporibus noſtris in domo magnifici Bindi marmoreum tumulum in agro Feſulano inventum, apportatum dicebant, Romano charactere inſculptum cujuſdam C. Camilli Altovitæ potius a Romanis ortum habeiſſe dicunt, quam a Longobardis, cum apud omnes monimenta de nomine, & cognomine fidem non parvam faciant.

Cæterum Jacobus Dominicanum inſtitutum apud S. Mariam Novellam profeſſus eſt, ineoque genere vitæ adeo profecit, ut nullus ejus ordinis gradus honoris fuerit, quo Jacobus prudentiſſime perſunctus non fuerit. Quamobrem cum Altovitæ doctrina, ac probitas ſpectatiſſimis quibuſque Florentinis civibus admirationi eſſet, ad Florentinam ſedem an. 1389. fortaſſe vacuam promovendum curarunt;

(,, *hac Epiſtola ad Summum Pontificem ſcripta,*
,, *quam ex Archivo Extractionum Florentinarum*
,, *depromptam mihi perhumaniter tradidit eruditiſ-*
,, *ſimus Abbas Salvinus. Ea vero eſt hujus tenoris.*
,, *Sanctiſſime atque beatiſſime in Christo pater, &*
,, *benigniſſime Domine. Si & nunc ad Florentinam*
,, *Eccleſiam pro altero quam jam alias ſupplicamus,*
,, *veſtra non debet ſublimitas admirari, ſed potius in*
,, *recommendatorum delectari virtutibus, & inter*
,, *plures claros viros illum eligere, quem tanto populo*
,, *decernatis in Epiſcopum ordinare. Hinc eſt, quod*
,, *cum Venerabilis Pater frater Jacobus de Altovitis*
,, *Ordinis Prædicatorum ſacræ Theologiæ Magiſter,*
,, *claritate natalium, ſplendore ſcientiæ, bonitate*
,, *vitæ, morum comitate, & mira dote florentis*
,, *eloquii, talis ſit, quod non dum ad noſtram Eccle-*
,, *ſiam, ſed ad quamlibet dignitatis altitudinem evehi*
,, *mereatur, ipſum in Antiſtatus noſtri reformatorem*
,, *Veſtræ Celſitudini totius noſtræ devotionis affecti-*
,, *bus commendamus. Nam cum præcipue ſoleant in*
,, *Epiſcopis atque Prælatis conſiderari nativitas car-*
,, *nis, altitudo ſcientiæ, rerum agendarum pruden-*
,, *tia, & admonendi gregem ſuum auctoritas, & facul-*
,, *tas, in hoc ano, ni fallimur, ultra cætera, quæ ſi-*
,, *bi pluſquam abundantiſſime ſuppetunt, hæc quatuor*
,, *excellenter noſcimur convenire. Illa namque Fa-*
,, *miliæ natus eſt, quæ cum inter alias Civitatis noſtræ*
,, *Cognationes & antiquitate, & dignitate præcellat,*
,, *ſemper devotiſſima fuit ſanctæ Matri Eccleſiæ, &*
,, *ejus ſtatum tam domi quam foris cunctis temporibus*
,, *procuravit. Circa ſcientificos autem habitus talis*
,, *eminet, quod jam quatuor excellentiſſimi viri, ſub*
,, *ejus examine magiſtrales inſulas ſuſcipere, inter quos*
,, *eſt Generalis Miniſter Ordinis prælibati, ſibi glo-*
,, *rioſiſſimum reputarunt. In agilibus vero, tantus &*
,, *talis repertus eſt, quod annis pluribus in Ordine ſuo*
,, *Romanam Toſcamque Provinciam mirabiliter gu-*
,, *bernavit. Qualis autem in Verbi Dei pronuntiatio-*
,, *ne ſit, tum in pluribus ſuæ Religionis locis innotuit,*
,, *tum etiam in noſtra matrice Eccleſia in conventu*
,, *frequentiſſimi populi demonſtravit. Quarum rerum*
,, *meritis ſi dignata fuerit veſtra Sanctitas ipſum no-*
,, *bis in Paſtorem præficere, firmiſſime teneat Veſtra*
,, *benignitas, nobis hoc debere ad ſingularis gratiæ*
,, *cumulum reſultare. Datum Florentiæ die 3. Janua-*
,, *rii xiii. Ind. MCCCLXXXIX.*

Sed cum ab Urbano VI. id minimè impetraſſent, a Bonifacio deinde IX. impetrarunt, ut Feſulanæ ſedi admoveretur anno 1390. 12. Kal. Februarii. Ad quamplures Principes munere legationis perſunctus eſt. Præcipue autem anno 1405. cum Thoma Sacchetto, Laurentio Rodulpho, Vierique Guadagnio Innocentio VII. novam aſſumptionem ad Pontificatum reipublicæ Florentinæ nomine gratulatus eſt. Idemque officium cumulatiſſimè præſtitit cum Gregorio XII. anno 1407. multumque, ac diu conatus eſt a republica Florentina juſſus, ut ſchiſma inter Gregorium, atque Antipapam jugularetur, tametſi ex utriuſque contumacia parum profecerit. Hic Epiſcopus Joanni Dominico ſui ordinis egregio viro, aliquibus domibus, terriſque ex Epiſcopali menſa dilargitis, materiem præbuit ædificandi celebre monaſterium S. Dominici Feſulani. Hoc illud monaſterium eſt, unde poſtea tot inſignes viri, tum probitate, tum gloria ſcientiarum prodierunt, in quibus tamquam duo lumina præcipuè enituerunt, ſupramemoratus Joannes Dominicus, qui poſtea Cardinalis fuit, ac S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus. Deceſſit Jacobus anno 1409. ut perſpici poteſt ex lib. proviſ. Prælatorum. Crediderim autem proculdubio, Altovitam tamquam probum Dominicanum, ſchiſmatique adverſum deſeruiſſe Gregorium contumacem in retinendo male partam dignitatem, ab eoque Epiſcopatus munere fuiſſe ſpoliatum, fratremque Lucam, quem etiam Cardinalem creavit, in ejuſdem locum ſubſtituiſſe. Conſtat autem poſt deturbatos de ſede Gregorium, ac Antipapam Benedictum, Alexandrum V. qui illis ſuffectus fuerat, in Piſano concilio, ob exceſſum Jacobi Altovitæ Epiſcopi, Feſulanam ſedem Antonio Cardinali Cajetano commendaſſe anno 1409. die 5. menſis Julii. Conſule conſiſtorialia acta illius Pontificis, neque Lucam pro vero Cardinali, aut Epiſcopo habitum unquam fuiſſe, quod contra juramentum illum Gregorius purpura condecoraſſet.

(,, *Florentiæ in Clauſtro Cœnobii S. Mariæ Novellæ*
,, *muro affixa ſequens legitur in marmore exarata in-*
,, *ſcriptio, quam templi inſtauratione diſjecto noſtri*
,, *Altovitæ monumento ad reparandam ejus memo-*
,, *riam excitandam curavit Gulielmus Altovita Se-*
,, *nator an. 1650.*

D. O. M.

,, Jacobo Altovitæ Ord. Præd. Feſul. Epiſ-
,, copo, nobilitatis, litterarum, & virtu-
,, tum viro, ingentium in hoc Cœnobium
,, meritorum, cui ſitam Feſulis villam do-
,, no dedit, verſam exinde S. Dominici ſo-
,, ciis in domicilium, ubi D. Antoninus
,, Archiepiſcopus ſæculum exutum Chri-
,, ſtum induit.
,, Gulielmus Altovita Senator, ne capitis
,, immortalis tumulus interiret, hoc inte-
,, rea poſuit non tam viri monumentum,
,, quam auguſtioris incitamentum ſepul-
,, chri, quod jam uſque ad inſtaurationem
,, Templi pulcherrimis operoſum marmo-
,, ribus in hac magnæ Matris Æde fuit.
,, Anno MDCL. *Salvinus.*)



39. Fr. LUCAS Manzolius, Florentinus, ex Ordine Humiliatorum in Hetruria Vicarius generalis, homo doctus, ac veteris probitatis, cum XII. Gregorii Pontificis res, fortunaque titubare cœpiſſet, ut rebus ſuis propemodum deploratis ſubſidium quæreret, ab eodem Pontifice, adhuc ſuperſtite Jacobo, Feſulanus Epiſcopus, Cardinaliſque creatus eſt anno 1408. ac in Hetruria legatus. Sed cum deinde in Piſano concilio, Pontificatus honore ſpolia- XX XIX

tus fuiſſet Gregorius, ſimul & qui ab eo pronunciati fuerant Cardinales, abjerunt repulſi, ſedenteque Alexandro V. vero Pontifice, poſt Altovitæ legitimi Epiſcopi obitum Feſulana Eccleſia Antonio Cajetano Cardinali Aquilejenſi commendata eſt, ut ex actis conſiſtorialibus ejuſdem Pontificis perſpicue erui poteſt. Quæ cum Romæ diligentius conſuluiſſem, deprehendi me in meis ad Ciaconium notis aberraſſe a vero, cum ex manu ſcripto catalogo Præſulum Feſulanorum aſſerui, fratrem Lucam Feſulanum obtinuiſſe Epiſcopatum anno 1396. atque ad duodecim annos illam Eccleſiam adminiſtraſſe. Deceſſit autem Manzolius octuagenarius anno 1411. cum apud cordatos pleroſque viros, atque adeo apud Antoninum ipſum, ſanctiſſimum virum, quam maximam probitatis famam collegiſſet; ſepultuſque eſt in Eccleſia omnium ſanctorum ſui Ordinis, antequam Pius V. ordinem illum deleret, in ſepulchro altius a terra ſablato, cum ſtemmatibus Gregorii Papæ, ipſuſque fratris Lucæ cum ſubjectis carminibus.

Exemplar vitæ, morum, virtutis, & almæ
Profeſſor legis, qualem vix noverat ætas
Noſtra parem, fuit hic Lucas; ex ordine noſtro
Cardinis ad culmen Romanæ ſponte vocatur
Eccleſiæ; verum legatus poſtea ſummi
Pontificis moritur, cœlum mens ipſa voravit,
Anno Domini M.CCCC.XI. die xiv. S.

(„ *Hujus Epiſcopi familia originem traxit è Ponturmo celebri diœceſis Florentinæ oppido, ut conſtat ex Lucæ Teſtamento, quod in Archivo hoſpitalis S. Mariæ Novæ Florentiæ ſervatur, & e quo excerpere, atque hic referre ſequentia ad pleniorem hujus gentis, noſtrique Epiſcopi notitiam non incongruum videtur.*

„ 1349. Ind. 2. Die 5. menſis Septembris. Fr. Lucas filius q. Ser Manzi q. Neronis de Ponturmo, qui morari conſuevit in populo S. Luciæ omnium Sanctorum de Florentia, & nunc Novitius, & nondum profeſſus in Conventu Fratrum Omnium Sanctorum de Florentia Ordinis Humiliatorum &c. ſanus &c. & judicavit de bonis ſuis, & hæreditate dicti q. ſer Manzi q. Patris ſui Joanni fratri uterino dicti teſtatoris, & filio olim ſer Bartholomæi populi S. Luciæ Omnium Sanctorum de Florentia, & filio olim D. Gemmæ q. Matris dicti Teſtatoris &c. Bartholomæo fratri uterino dicti teſtatoris, & olim filio dicti ſer Bartholomæi populi S Luciæ Omnium Sanctorum &c. hæredem inſtituit Conventum Fratrum omnium Sanctorum ſupradictum &c.

„ Ego Michael fil. S. Jacobi Michaelis de Rabatta Florentinæ Diœceſis. *Salvinus.*)


XL. 40. ANTONIUS Cajetanus Cardinalis Aquilejenſis, ab Alexandro V. Feſulanam Eccleſiam habuit commendatam, illamque adminiſtravit uſque ad annum 1411. deinde eidem nuncium remiſit, ex libro proviſionum ſacri Collegii. („ *Hunc eſſe exiſtimo Antonium Cajetanum illum, qui in Archivo generali Florentino in inſtrumento rogato anno 1390. à Nicolao Petruccii ſic nominatur*: D. Antonius Gaetanus Prothonotarius D. Papæ, Archidiaconus Bononienſis, & Prior Eccleſiæ S. Jacobi ſuper Arnum de Florentia. *Salvinus.*)



41. BINDUS * de Guidottis (1) nobilis Florentinus, quem catalogus Feſulanum appellat; liber vero Proviſionum prælatorum, Florentinum, ex Archidiacono Eccleſiæ Abroicenſis, Acolythoque Papæ Joannis Vigeſimitertii ab eodem Pontifice ad Epiſcopatum Feſulanum aſſumptus fuit anno 1411. poſtrema die ſeſe convolventis Auguſti, obtinuitque diplomata aſſecutæ dignitatis anno 1412. 2. Kal. Aprilis. Hic ſenatoribus Florentinis, totique reipublicæ charus fuit, ita ut cum diſcuperent Martinum V. illac prætereuntem, atque a Conſtantienſi Concilio revertentem excipere hoſpitio, Bindum Guidottum ad ipſum legarint, ut commendatione ejus legationis, virtutumque, quibus nitebat, ſibi viam aperiret ad purpuram. Feſulis deceſſit anno 1421. ſepultuſque eſt in cathedrali in marmoreo ſepulchro cum his carminibus. XLI. * In Append. t. 5

Hoc jacet in tumulo Bindus Ferrucia plebs,
Qui in terris clarus ſic fuit ille ſuis.
Proh dolor! & ſecum . . pietaſque recumbunt:
Tot bona quare vero funere mors rapuit
Antiſtes Feſulis fuit, officioque per annos
Bis ſenos egit moribus eximiis.
Baptiſta Matthias nunc Ferraceus ipſe
Hunc tumulum inſtaurat poſteris, atque ſibi.
xv. Kal. Aprilis M.D.LXXXXXVIIII.

Scutum Bindi argenteum, tribus cæruleis tenils pinnatis quintuplicibus.



42. BENOZZIUS Federighius a, Franciſci filius, nobilis Florentinus, ex Prothonotario Apoſtolico, Canonicoque Florentino, electus eſt Epiſco- XLII. a De eo Gamurrinus de famil. vol. 2. p. 264 Mandoſ.

(1) Nuper me monuit nobilis Carolus Strozzius, antiquarum rerum noſtræ patriæ peritiſſimus indagator, ſe publicum documentum vidiſſe cujuſdam ſer Franciſci Antonii publici Florentini notarii, actum Florentiæ 1413. die 2. Martii, quo R. P. D. Bindus q. Bindonis Guidotti de Florentia Epiſcopus Feſulanus pro ſe, ſuiſque hæredibus prædium vendidit poſitum in comitatu Florentino in populo S. Stephani in Pane, Bernabæ q. Joannis de Aleſſandria de Philippeſchis, ementi pro Domina Liſa uxore ſua, & filia q. D. Franciſci de Sapitis &c. Porrò cum familia Guidotta una fuerit ex illis, quæ è Feſulis olim dirutis, Florentiam ſe receperit, Feſulanæ deinceps nomen retinuit, & Bindonus Bindi Epiſcopi pater Feſulanus dicebatur. Epitaphium vero, quod retulimus, effictum, & nuperum eſt, à Baptiſta Ferruccio compoſitum, ut Bindum ſuæ familiæ attribueret, cum revera Bindus è gente Guidotta Florentina, olim Feſulana, fuerit. Schema quoque, quod attulimus, delendum eſt, ac loco illius Guidottæ ſtemma apponendum. *Ughellus in Appendice tom.* 5. Verum adhuc Bindi familiam non accurate legit Ughellus noſter. Fuit enim filius Bindi, cui Feſulano cognomen à Feſulis, unde originem trahebat, adhæſit, filius Guidotti de Ruſticellis. In Rogitis Joannis Gini de Prato in Archivo Florent. legitur, quod *die 10. Septemb.* 1374. D. *Bindus Feſulanus, Cubicularius D. Petri tit. S. Laurentii in Damaſo Cardinalis eſt electus Canonicus Feſulanus per Gregorium Papam.* Et ad diem 27. Julii 1379. *Venerab. Vir D. Bindus olim Feſulani Prior Eccleſiæ SS. Apoſtolorum de Florentia, & Canonicus Eccleſiæ Feſulanæ, ac etiam Canonicus Eccleſiæ S. Mariæ Majoris de Florentia, facit procuratorem &c.* Idem Carolus Strozzius in ſuis Veterum monumentorum excerptis [illegible] notat ſe vidiſſe authenticum inſtrumentum [illegible], quo D. *Bindone q. Feſulani ac Ruſticellis de Feſulis Epiſcopus Feſulanus &c.* vendit aliquot ſua bona patrimonialia in populo S. Felicis. In Archivo denique generali ex inſtrumento rogato à Bartolo Jannino habetur, quod an. 1421. die 15. Februarii *vacante Paſtore Eccleſiæ Feſulanæ per mortem R. in Chriſto Patris, & DD. Bindonis de Ruſticellis de Feſulis ultimo ultimi, & immediati Epiſcopi*, Benozzius Federighius ejuſdem Eccleſiæ init poſſeſſionem. Ex his elucet conſpicue Bindum è Ruſticellorum familia fuiſſe, unde orti ſunt Guidotti Nobiles Florentini. Ruſticellorum porro ſtemma eſt illud, quod Ughello approbante in Ferrucciæ gentis teſſeræ locum retulimus. *Salvinus.*

copus Feſulanus anno 1421. die 15. menſis Decembris; e vivis exemptus eſt anno 1450. ſepultuſque eſt in templo S. Pancratii in ſub alto marmoreo ſepulchro cum hoc epitaphio.

R. P.
BENOTII DE FEDERIGHIS
EPISCOPI FESULANI,
QUI VIR INTEGERRIMÆ VITÆ
SUMMA CUM LAUDE VIXIT
ANNOQUE M. CCCC. L.
DEFUNCTUS EST.



XLIII 43. **LEONARDUS** Salutatus (*„Franciſci filius, „ Papæ Capellanus, ejuſdemque Cameræ Clericus*, & *„ Canonicus Florentinus*) è Piſcia nobili Hetruriæ oppido, vir tum canonici, tum civilis juris doctiſſimus, Eugenioque IV. Pontifici ſummo eximie charus, a Nicolao vero V. anno 1450. Non. Auguſti electus Epiſcopus Feſulanus, Eccleſiam illam adminiſtravit ſexdecim annos. Obiit diem poſtremum anno 1466. ſepultuſque eſt in cathedrali in marmoreo candido ſepulchro elegantiſſime architectato, cum hoc epitaphio.

O. S. S. A.
LEONARDUS SALUTATUS
CIVILIS, PONTIFICIIQUE
JVRISCONSULTUS
EPISCOPUS FESULANUS
VIVENS SIBI POSUIT.
VALE LECTOR
ET ME PRECIBUS ADIUVA.
M. CCCC. LXVI.



XLIV 44. **ANTONIUS** Allius *a* Canonicus, ac nobilis Florentinus, Græcæ, & Latinæ linguæ eruditus, oratorum ſui ævi uberrimus, Paulum II. tunc Cardinalem ſub Eugenio IV. avunculo, humanioribus litteris erudivit, a quo, jam Pontifex renunciatus, Romam vocatus venit, & S Mariæ Imprunetæ, ſeptimo ab urbe Florentiæ lapide, Buondelmontiæ

a De Allia familia vide Gamur. vol. 5. p. 239. *Mandoſ.* Sed de Antonio fuſe Salvinus in hiſt. Canon. *Florent.*

A familiæ perpinguem plebaniam primum accepit, mox ad Feſulanam ſedem evectus eſt anno 1466. ex Archiepiſcopo Raguſino; anno vero 1470. a Paulo II. ad Volaterranenſem translatus. Ad eum ſcribit Jacobus Card. Papienſis epiſt. 352. ac trium uxorum maritum vocat, non ſine ſui, aliorumque patrum admiratione. Sanctorum vitas ſummo labore collectas pereleganti ſtylo conſcripſit, pieque, ut vixerat, defunctus eſt anno 1478. cujus vitam vernacula lingua explicuit Veſpaſianus Florentinus in lib. de viris illuſt. ſui temporis, qui manuſcript. extat apud Proſperum Mutum, Vaticanæ baſilicæ Canonicum, ac Conſultæ Innocentii X. ſecretarium.

B



45. Fr. **GVILLELMUS** Bechius *b* Florentinus, Generalis Magiſter Ordinis Eremitani S. Auguſtini, electus eſt Epiſcopus Feſulanus anno 1470. 15. Kalendas Junii. Vir doctiſſimus fuit, utpote ſingularis philoſophus, inſigniſque Theologus, concionator autem adeo facundus, ut ſuo ſeculo nulli ſecundus eſſet. Commentaria ſui ingenii præclara monumenta reliquit in ethicam Ariſt. inque ejuſdem philoſophi opera omnia. In primum autem librum ſententiarum præclaram expoſitionem *c*. Meminit Pamphilus hujus Guillelmi in chron. ord. Eremitani, Jovius in elogiis, & Archangelus Gianus *d* de illuſtribus Florentinis ſcriptoribus, aliique. Effœtæ deceſſit ætatis anno 1480 (1). ſepultuſque eſt in capitulo fratrum Eremitanorum Florentiæ cum hoc epitaph. XLV

C

HIC JACET VENER. MAGISTER
GUILLELMUS BECHIUS
GENERALIS ORDINIS
DEINDE EPISCOPUS FESULANUS
ANNO DOMINI
M. CCCC. LXXX.

46. **JOANNES** Arcimboldus, S. Praxedis presbyter Cardinalis, Novariæ Epiſcopus, Archiepiſcopus autem Mediolanenſis, Feſulanum Epiſcopatum habuit commendatum poſt exceſſum Guillelmi anno 1480. cæterum brevi mora, cum illa cura in favorem Roberti Folchi, qui ei ſucceſſit, ſe exſolviſſet anno 1481. ut habent acta conſiſtorialia. XLVI

b De eo Badius de viris illuſtr. Univerſ. Theolog. Florent.

c Scripſit iſt in Oeconomicorum Ariſt. libros commentaria, & quæſtiones itinerarias, quæ opera mſſ. ſervantur in Archivo Metropolitanæ Florentinæ. *d* Michael Poccianttus.

D



47. **ROBERTUS** Folchus Florentinus, ex ceſſione XLVII.

(1) Difficile eſt lucidè aperire, quo anno ex hac luce migraverit Guillelmus. Poccianttus, quem hic ſecutus eſt Ughellus, putantes ambo ſinceram eſſe inſcriptionem ſepulchralem, aſſerunt obiiſſe an. 1480. ſed cum Jacobus Foreſtus in ſuppl. lib. 5. pag. 15. ſecunda editionis terminata a 1486. agens de Civitate Feſulana, ſcribat: *Nunc Guillelmus Becchius Florentinus Civis, & quondam Noſtri Ordinis Generalis Prior digniſſimus, Epiſcopus eſt &c.* ſuſpicandum videtur inſcriptionem appoſitam fuiſſe poſteriorem, & non antiquam, ideoque non fidendum. Viſa demum editione tertia terminata an. 1503. & eodem anno impreſſa, in qua Foreſtus ſcripſit pag. 608. *Obiit denique Florentiæ ſenex, & plenus dierum anno Domini* 1491. ſuſpicionem etiam ingerit non eſſe verum opinionem ſcriptorum Ordinis aſſerentium obiiſſe an. 1496. Cum autem in exponendo numero Foreſti errare potuerit impreſſor, profecto verius apparere opinionem aſſerentium obiiſſe 1496. in decrepita ætate. Scipio Ammiratus in Eccleſia Feſulana pag. 48. tradit Guillelmum an. 1481. 5. Kal. Julii renunciaſſe Epiſcopatum. *Gandolphus in diſſert. de 200. Script. Auguſt. ubi plura de Guillelmo.*

ſione Areimboldi factus eſt Epiſcopus Feſulaous anno 148r. XV. Kalendas Junii. Hic in cathedrali ſacellum corporis Chriſti ſubſtruxit. Cumque maxime adverſa valetudine uteretur, ſeoioque pené confectus eſſet, Friderici nepotis vicariam operam adhibuit, ut ſibi creditam adminiſtraret Eccleſiam. Anno vero 1504. die 5. ineuntis Iulii cum morbum magna ex parte ex ſenio profectum eluctari non poſſet, Guillelmo item nepoti ſuo Epiſcopatum ceſſit, ægerque deinde vitam traduxit uſque ad nonageſimum ſecundum annum ſuæ ætatis, clauſitque diem poſtremum anno 5530.

XL VIII. 48. GUILLELMUS Folchus, nepos anteceſſoris, ex ceſſione patrui electus eſt Epiſcopus Feſulanus anno 1504. die 1. exordientis Julii. Optimis moribus fuit, divinique cultus ſtudio flagravit quam qui maxime. Epiſcopali menſæ adjunxit Eccleſiam S. Petri de Caſis de valle Seve Feſulanæ diœceſis. Guillelmi vicaria opera uſus eſt Cardinalis Rodulphus Archiepiſcopus Florentinus; vitam fioivit anno 1530. die 17. menſis Aprilis, In quo ipſo anno patruus ejus anteceſſor paulo ante deceſſerat, Inque cathedrali io prægrandi lapidea capſa apud ipſum tumulatus eſt, oulla proloquente inſcriptione.



XLIX. 49. BRACCIUS Martellus a, nobilis Florentinus, multarum diſciplinarum, variaque eruditione looge clariſſimus, cum ſub Clemente VII. in quampluribus eccleſiaſticæ ditionis civitatibus civile jus incorrupte dixiſſet, ex Canonico Florentino, ab eodem Pontifice ad Feſulanum Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1530. die 3. menſis Junii. Quam ipſe Eccleſiam ad viginti ſupra unum annos prudentiſſime admioiſtravit, donec anno 1551. 52. die menſis Februarii ad Leccienſem Eccleſiam translatus eſt. Narrat Ammiratus in Florentinarum ſamiliarum deſcriptione, inque catalogo Feſulanorum Epiſcoporum, Rodulphum Cardinalem Carpenſem clariſſimum principem, ſe in Leccienſem Epiſcopatum poſt exceſſum Martelli indoluiſſe ſuccedere, quod diceret difficile factu eſſe, ut io Eccleſiaſticis quis reperiretur, qui ab eo impreſſa probitatis veſtigia cumulatè æmulari poſſe videretur. Cunctis ordinibus bominum lachrymabilis Martellus deceſſit. Leccienſiſque populus publicis impenſis honorificum demortuo ſepulchrum erigendum curavit, cum hac inſcriptione.

a Hujus meminit Pallavicinus in hiſt. Concil. Tridentini. Mand.

D. O. M.
BRACCIO MARTELLO
PAUPERTATIS, LITTERARUM,
ET VIRTUTIS PATRONO,
DOMO FLORENTIA,
HUMANI, AC DIVINI JURIS CULTU,
ET SCIENTIA,
DOMESTICISQUE ORNAMENTIS
OMNIBUS CLARO.
PONTIF. LUPIENSIUM
VINDICI PECCATORUM
QUI SANCTISSIME V. A. LX.
AMICORUM STUDIO H. S. E.
QUI MORTUOS COLIT,
VIVOS CONCILIAT
M. D. LXIIII.

Avum maternum Martellus habuit, clariſſimum illum ducem, ac ſui ſeculi fortitudine nulli ſecundum Braccium a Montone; Martellaque proſapia ubique, & ſemper protulit viros tum belli, tum pacis artibus admirandos, ita ut jam illos protulerit ſanctimoniæ, ac prudentiæ fructus; quos nulla unquam deletura videatur oblivio. Braccium mirifice laudat Scipio Ammiratus in opuſculis. Verinus vero de Martella familia ſic loquitur lib. 3.

Divitiis nunc eſt Martellum clara propago,
Urbis jampridem faſces moderata ſupremos.
Non iſtis genitor Demoſthenis extitit auctor
Martelli, ſed prima dedit cognomina princeps
Gallorum Carolus, variat quia multa vetuſtas,
Et mutat fortuna viros: de plebe ſenatum
Efficit, ad Decios mutatur Claudia proles.



L. 50. PETRUS Camajanus, Aretinus, Martello ad Leccienſem Eccleſiam translato, in Feſulanum Epiſcopatum a Julio III. cujus erat familiaris, ſuſfectus eſt anno 1551. die 27. menſis Februarii, cujus in expediendis gravibus oegotiis ſæpiſſime Julius III opera uſus eſt. Illum enim dum Mirandulanum bellum arderet, legavit ad Cæſarem. Pius V. deinde traoſtulit illum ad Aſculanam Eccleſiam in Piceno anno 5566. eumdemque legavit in Hiſpaniam, ut hæreſeos accuſatum Archiepiſcopum Toletanum ad Romanum eccleſiaſticum tribunal perageret reum. De eo vide, quæ diximus in 1. tomo hujus noſtræ Italiæ in Catalogo Aſculanorum Præſulum.



LI. 51. Fr. ANGELUS b de Cataneis Diacetius, nobilis Florentinus, ex Ordine S. Dominici, Camajano ſucceſſit anno 1566. die 15. menſis Novembris. Parentes habuit Franciſcum, ac Lucretiam Caponiam, atque a puero Prædicatorium inſtitutum profiteri inſtituit. In ſcholis adeo ſeliciter orbitam ſtudiorum percurrit, ut æque Philoſophus, ioſigniſque Theologus haberetur. Prætulit autem ſapientiſſimè omnibus diſciplinis vitæ probitatem, ac ſanctimoniam; ſiquidem cum incomparabile Religionis exemplum ſuis Prædicatoribus ubique & ſemper præbuiſſet, omnes honoris gradus ſui ordinis ex merito eſt conſecutus; quippe ſexto Provincialis in He-

b De eo Fontana de Rom. Prov. [illegible]

truria,

truria, etiam generali vicariatu condecoratus eſt, ac demum a Pio V. cui Diacetii erant perſpectæ virtutes, ad Feſulanum Epiſcopatum fuit aſſumptus. Angelus, moribus plane angelicis, ad quatuor annos ſibi creditam adminiſtravit Eccleſiam: ſed cum deinde regularis vitæ flagranti deſiderio teneretur, ſe Epiſcopali onere, Pio V. Pontifice annuente, abdicavit, rediitque ad clauſtrum, ubi & ſanctiſſime vitam finivit die 5. menſis Maji anno 1574. ſepultuſque eſt apud S. Dominicum, ubi monaſticam vitam traduxerat; cujus virtutum laudes Franciſcus ſucceſſor, ac nepos hoc epitaphio mœſtiſſime eſt proſecutus.

Reverendiſſimo P. Angelo Cataneo Diacetio Patritio Florentino, hujus Venerab. Religionis ab ineunte ætate ſodali in ea omnibus muneribus, honoribuſque perfuncto, demum in Epiſcopum Feſulanum meritiſſime aſſumpto in Pontificali adminiſtratione verbo, & exemplo laudabiliter verſato, Reverendiſſ. Franciſcus Nepos & in Epiſcopatu ſucceſſor conſcius patrui voluntatis, & propenſionis in hanc Sacram familiam gentili de ſe optimo merito poſuit. Vixit annos, LXXXI. Obiit die V. Maji anni M. D. LXXIV.

LII. 52. FRANCISCUS Cataneus *a* Diacetius, filius Dionyſii, ac Mariæ Martinæ, Angeli nepos anteceſſoris, Canonicus Metropolitanæ Florentinæ, Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque juris doctor, philoſophus, Theologuſque inſignis, in Feſulanum Epiſcopatum patruo ſucceſſit anno 1570. die 15. menſis Auguſti. Ammiratus non modo in deſcriptione gentis Cataneæ, ſed in catalogo etiam Epiſcoporum Feſulanorum honorifice meminit Franciſci, eumdemque cum Braccio Martellio ſanctiſſimo, ac clariſſimo viro haud abſurda comparatione contendit. Eumdemque Franciſcum memorat cum laude Baronius. Doctiſſimus, ut non ſemel dico, fuit, ſcripſitque de auguſtiſſimo ſanctæ Euchariſtiæ Sacramento undecim homilias, hexameron libros ſex, hetruſce, & eleganter edidit nonnullas ſuorum prædeceſſorum vitas. Inſuper de auctoritate Papæ, & concilii; de ſuperſtitione artis Magicæ. Aliquot S. Ambroſii Epiſcopi vertit opuſcula: Concilio Tridentino inter patres aſſedit, ubi vires ingenii ad miraculum exercuit. Apud principes maxime gratioſus fuit commendatione virtutis, ac probitatis. S. Alexandri oſſa, ut ſupra diximus, intulit in arcam marmoream. Tranſtulitque corpus S. Romuli in decentiorem locum, partemque ſuperiorem cathedralis decentiſſime exornavit. Ad S. Mariam in Campo ſacellum S. Jacobi inſtauravit: novum monaſterium monialium Prati veteris quam maxime juvit: largus, ac magnificus pauperibus fuit, hoſpitalis, ac retinentiſſimus eccleſiaſticæ diſciplinæ, nihilque in eo fuit, quod optimi paſtoris fragrantiam non redoleret. annos vigintiquinque Feſulanam adminiſtravit Eccleſiam. Deceſſitque anno 1595. die 4. menſis Novembris, ſuiſque Feſulanis, ac probitatis amantibus inconſolabile ſui reliquit deſiderium.

a Memoratur à Maraccio in Bibl. Mariana p. 1. à Gaddio de ſcript. t. 2. p. 160. à Poccianto de Script. Florent. p. 71. Mand. & noviſſime à Salvino in Faſtis Conſular. & fuſius in hiſt. Canonic. Florent.



LIII. 53. ALEXANDER Martius Medices *b*, ex Canonico Florentino Feſulanus Epiſcopus effectus eſt anno 1596. anno autem 1605. poſt exceſſum XI. Leonis pronunciatus eſt Archiepiſcopus Florentinus, ut ſupra retulimus. („*Pro nova Eccleſia, quam Clerici Regulares Florentiæ ædificare decreverant, die „ 11. Auguſti 1604. per abſentiam proprii Archiepiſcopi, ſolemni pompa, ac precatione primum lapidem „ jecit.*)

b De eo in Notitiis Viri Illuſt Acad. Florent. p. 1. , 263. Mandoſ.



LIV. 54. BARTHOLOMÆUS Lanfredinius *c*, Lanfredini filius, ex Canonico Florentino Feſulanus Epiſc. creatus eſt an. 1605. Vir ſuaviſſimis moribus, quos cum nobilitas generis exornaret, Hetruſcis Principibus maxime charus evaſit. Deceſſit Florentiæ 5. Kal. Septembris anno 1614. ſepultuſque eſt apud S. Mariam in Campo. Hic tanquam Archiepiſcopatus Florentini ſuffraganeus, Archiduciſſam Mariam Magdalenam Auſtriacam magno principi Coſmo II. deſponſatam excepit.

c De hoc familia Gamurrinus vol. 4. p. 131 Mandoſ.



LV. 55. BACCIUS Gherardinus *d*, nobilis Florentinus, Thomæ filius, ex Canonico Metropolitanæ, plebanoque S. Pancratii Lanfredinio ſucceſſit anno 1614. die 14 menſis Januarii, è gubernatore civitatis Fulginei. Hic ſub Paulo V. Pontifice Maximo pluribus civitatibus eccleſiaſticæ ditionis civile jus dixerat cum laude prudentiæ. Ipſe ab eo diaconus fuit effectus. Brevis Pontifex fuit. Deceſſitque anno 1620. Kalend. Auguſti; in cathedrali ſepultus eſt ſub confeſſione cum ſequenti inſcriptione.

Baccio Gherardino Florentino,
viro ingenuo, omnigena literarum eruditione illuſtri,
Paulo V. regnante diverſarum Provinciarum
præfectionis munere laudabiliter functo,
ab eodem ob probatam fidem
ad Feſulanum Epiſcopatum aſſumpto,
Pontificali munere pervigili,
celeri morte erepto.
Antonius, & Camillus FF. mœrentes
monumentum PP.
Anno Domini M.DC.XX.
Kal. Auguſti.

d De hoc Salvinus in Faſtis Conſular. Acad. Florent.

LVI. 56. THOMAS Cimenes, Luſitanus, Roderici filius, Ulyſſiponenſis nobili proſapia prognatus, Florentinam tum nobilitatem, tum civilitatem adeptus, Canonicus Metropolitanæ primum effectus




eſt, cum adhuc juvenis eſſet, legum peritia clarus, cumque deinde Feſulana ſedes deſtituta paſtore eſſet, ex Referendario Apoſtolico ad votum Coſmi II. magni Ducis, a Paulo V. Feſulanus Epiſcopus ſublectus eſt anno 1620. die 16. menſis Novembris. Tranquilliſſima adminiſtratione Feſulanam rexit Eccleſiam. Deceſſitque anno 1633. die 3. menſis Novembris, ſepultuſque Florentiæ eſt apud S. Mariam in Campo in lateritio ſepulchro cum hac inſcriptione.

THOMAS CIMENES
EPISCOPUS FESULANUS.
OBIIT DIE III. NOVEMBRIS
M. DC. XXXIII.

Poſt exceſſum Cimenis, Coſmus ex Comitibus Gherardeſchæ gentis Epiſcopus Collenſis, ad Feſulanam Eccleſiam translatus eſt Urbano VIII. ita cenſente anno 1634. ſed cum deceſſiſſet, antequam translationis conderetur diploma.

LVII 57. LAURENTIUS Robbja, Florentinus, Urbani VIII. affinis, antea Cortonenſis Epiſcopus, ad Feſulanam Eccleſiam translatus eſt die 21. menſis Auguſti anno 1634. Obiit Florentiæ die Januarii . . an. 1645. ſepultus in eccleſia S. Mariæ in Campo.



58. ROBERTUS Strozzius, Florentinus, Epi-
LVIII ſcopus Collenſis ad Feſulanam Eccleſiam translatus die 12. Junii 1645. ab Innocentio X. Pontifice Maximo. Vir ſingularis indolis, & quem Alexandri fratris Firmani Archiepiſcopi immatura morte ſublati incomparabile exemplum ad omnem pietatis laudem poſſit acuere. D

A D D I T I O.

(„ *Obiit Robertus Strozzius an. 1670. de quo, cum*
„ *fuiſſet Canonicus Florentinus, plura petenda ſunt ex*
„ *præſtantiſſimi viri Abbatis Salvini Florent. Canon.*
„ *hiſtoria. Tumulum accepit ejus cadaver in Eccleſia*
„ *S. Mariæ in Campo, ubi viſitur ejus in marmore in-*
„ *ſculpta effigies cum hac inſcriptione.*

D. O. M.

Robertus Strozza, Laurentii Senatoris
„ Florentini, & Dianoræ Cardinalis Ban-
„ dinii ſororis, nobiliſſimis utrinque ortus
„ parentibus, octennis S. Joannis Hieroſo-
„ lymitani equeſtri baltheo præcinctus,
„ A ſacris imbutus ſtudiis, ex Canonico Me-
„ tropolitanæ Florentinæ Collenſis pri-
„ mum Eccleſiæ Antiſtes renunciatus, Fe-
„ ſulanæ dein ſedis Epiſcopus electus, ze-
„ lo flagrans, prudentia eximius, Jo: Caro-
„ li Principis Card. Medicei Romæ Con-
„ tubernalis, Clementis IX. Pont. Max. in-
„ ter ſacros adſtantes Proceres adſcriptus,
„ dierum plenus, & gloriæ pie in domino
„ occubuit, hic ſepultus A. D. MDCLXX.
„ IIII. Non. Aprilis.
„ Alexander Ambrogi Sacerdos Flor. tanti
„ Pontificis per decennium famulitio deco-
„ ratus, ne clariſſimi viri, ac de ſe optime
„ meriti memoria pereat, legata extremis
„ tabulis pecunia, perenne monumentum
„ ponendum voluit.
„ PHILIPPUS *Soldanus, Jacobi Senatoris & Cla-* LIX
„ *ricis Aldobrandinæ filius, Nobilis Florentinus,*
„ *J. U. & ſacræ Theologiæ Doctor, Archipresby-*
B „ *ter Florentinus, Auditor, & major Capellanus*
„ *Card. Leopoldi Hetruriæ Principis, atque Archie-*
„ *piſcopi Florentini Vicarius generalis, Strozzio ſuffe-*
„ *ctus eſt eodem anno 1670. Quam Eccleſiam cum qua-*
„ *drienmo circiter pie adminiſtraſſet, diem clauſit*
„ *extremum an. 1674. tumulatus in Eccleſia S. Mariæ*
„ *in Campo.*
„ PHILIPPUS NERIUS *Altovita, Gulielmi fi-* LX
„ *lius, Nobilis Florentinus, J. U. D. Canonicus, Vi-*
„ *cariuſque Capitularis Florentinus, Nuncii Apoſto-*
„ *lici in Hetruria Auditor, atque deinde Internun-*
„ *cius, Feſulana thiara redimitur an. 1674. die 27. De-*
„ *cemb. Diu commiſſum ſibi gregem aluit, cumque Ro-*
„ *mam, Sponſæ ſuæ res acturus, conceſſiſſet, morbo*
„ *correptus ibidem deceſſit an. 1702. die 25. Novemb.*
„ *ſepultus in Eccleſia SS. Nominis Jeſu in D. Ignatii*
„ *Capella.*
„ THOMAS *Bonaventura ex Comitibus de Ghe-* LXI.
„ *rardeſca, Nobilis Florentinus, J. U. D. Canoni-*
„ *cus, mox Decanus Florentinus, Nunciaturæ He-*
C „ *truſcæ Auditor, & deinde Internuncius, Vicariuſ-*
„ *que generalis Florentinæ Eccleſiæ, promotus eſt ad*
„ *Eccleſiam Feſulanam die 12. Februarii 1703. ejuſ-*
„ *dem anni 12. Novemb. ad Florentinam poſtea trans-*
„ *latus.*
„ HORATIUS *Maria Pancratius, Nobilis Flo-* LXII.
„ *rentinus, J. U. D. alias Prior Cathedralis Eccleſiæ*
„ *Piſtorienſis, & deinde Canonicus Metropolitanæ*
„ *Florentinæ, factus eſt Epiſcopus Feſulanus die 17.*
„ *Decembris 1703. Obiit Feſulis an. 1718. Menſe*
„ *Majo.*
„ ALOYSIUS *Maria Strozzius, Nobilis Flo-* LXIII
„ *rentinus, J. U. D. Eccleſiæ Metropolitanæ Floren-*
„ *tinæ Canonicus, Vicarii generalis, cum & Capi-*
„ *tularis munere egregie perfunctus, præfectus in Epi-*
„ *ſcopum Feſulanum eſt die 1. Julii 1716.*

S. MINIATIS, SEU MINIATENSES EPISCOPI.



NOBILE S. Miniatis oppidum ad Thodeſcum, ut vocant, ab urbe Florentia viginti milliaria tantum diſiuoctum, a quo conditum fuerit, non facile dictu eſt. Aooio, qui dicit a Deſiderio Rege Longobardorum fuiſſe cooditum, ex veteri meo inſtituto tanquam nugatori non adhibeo fidem. Crediderim tamen ante Fridericum Ænobarbum fuiſſe ædificatum, ab eoque deinceps ampliatum, ut illic ſuorum Theutonum ſedes conſtitueretur, qui cum ibidem abſenti Imperatori vicariam operam præſtituri commorarentur frequenter, ab illis, ad Thodeſcom, oppidum illud traxit cognomen. Lucenſi ſpirituali ditioni hoc oppidum paulo ante ſubjectum erat, ſed cum II. Coſmus Magnus Dux Hetruriæ Mariæ Magdalenæ Auſtriacæ uxori illud dono dediſſet, impetravit illa a XV. Gregorio in cathedralem, ſuffraganeamque Florentinæ ſedis erigeretur. Multæ, graveſque cauſæ ad id impulerant principem fœminam, quarum illa poterat eſſe inſtar multarum, quod oppidum illud feliciſſimo omine Borromæam geotem protuliſſet S. Caroli Cardinalis, ſanctiſſimi viri alomnam. Igitur 5. die menſis Decembris anno 1622. publico in conſiſtorio Gregorius XV. S. Mioiatis civitatem epiſcopali inſignivit dignitate, ut ex ſubjecta bulla perſpicitur.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Pro excellenti præeminentia ſedis Apoſtolicæ, in qua poſt B. Petrum Apoſtolorum principem, quamquam imparibus meritis, pari tamen auctoritate conſtituti ſumus, in agro irriguo militantis Eccleſiæ novas Epiſcopales ſedes, Eccleſiaſque plantare Romano Pontifici dignisſimum arbitrantur, ut per novas plantationes populorum augeatur devotio, divinus cultus efflorent, ſubſequatur animarum ſalus, & loca illuſtreatur. Attendentes igitur diœceſim Lucan admodum amplam, & patentem eſſe, illiuſque plurima oppida, & loca in dominio temporali dilecti filii nobilis viri magni Hetruriæ Ducis ſibi ſubjecta exiſtere, & alias diœceſis, & ditionis hujuſmodi oppidum S. Mialatis in amœno colle, felici cœlo, & ſolo ferme totius Hetruriæ fertiliori ſitum, & a civitate Lucana viginti millibus paſſuum, vel circa diſtans admodum inſigne eſſe, & ita antiquum, ut vicarii Imperiales in Hetruria retroactis temporibus degentes ſibi ſedem conſtituerint, & propterea ab antiquis Imperatoribus innumeris, ampliſſimiſque privilegiis decoratum fuiſſe: Fœdera, ac capitula, cum Florentina, ac Senenſi rebuspub. æquis conditionibus firmaſſe, ab ipſoque oppido antiquam, & nobilem illam Borromeam gentem, ex qua S. Carolus olim Archiepiſcopus Mediolanenſis ſacri Collegii Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſplendor editus eſt, originem duxiſſe; ad præſens autem in eodem oppido, philoſophos, logicos, caſuum conſcientiæ lectores, ac grammatices magiſtros ad juventutem excolendam publicis ſtipendiis deputatos, ac ſexaginta ſacerdotes, & VI Doctores ſupra quadraginta, & plurimos nobiles, ac nonetiam armatarum militiarum milites adeſſe, adeo ut oppidum ipſum S. Miniatis civitatis, & illius collegiata Eccleſia S. Mariæ, & S. Geneſio dicata, quæ præpoſitura dignitate inibi principali, & annuo reddita quingentorum ſcutorum monetæ, vel circa dotata, quo tempore obtineat uſum Pontificalium ſibi prætendere contendit, necnon decem canonicatus, & præbendis ſufficientiſſime redditus, & quampluribus capellaniis collativis perfulget, cathedralis Eccleſiæ nomine, titulo, & prærogativa jure optimo inſigniri mereatur. Nos iis, atque aliis rationabilibus cauſis moti, habita ſuper iis, cum venerabilibus fratribus noſtris ejuſdem S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de illorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac glorioſiſſimæ ejus genitricis Virginis Mariæ, & præfati S. Geneſii, necnon totius cœleſtis curiæ honorem, ac fidei Catholicæ exaltationem, ac civium, & incolarum dicti oppidi animarum ſpiritualem conſolationem, ipſiuſque collegiatæ Eccleſiæ, ac illius præpoſiti, & canonicorum decus, omnia, & ſingula oppida, terras, villas, & loca quæcumque ad præſens ſub ditione temporali prædicti magni

B *Ducis exiſtentia, necnon oppidum Fuſecchii, quod pro tempore exiſtentis Abbatiſſæ monaſterii S. Claræ Lucanæ in ſpiritualibus ſubeſſe aſſeritur, ac diœceſi, & dominio præfatis exiſtis, cum omnibus, & ſingulis illis terminis, territoriis, locis, necnon clero, populo, & perſonis, monaſteriis tam virorum, quam mulierum, ac domibus regularibus, hoſpitalibus, Eccleſiis, & piis locis, & beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumvis ordinum regularibus a dicta diœceſi Lucana, etiam abſque conſenſu venerabilis fratris noſtri Alexandri moderni Epiſcopi Lucani, ac etiam dilectarum in Chriſto filiarum moderna Abbatiſſæ, & conventus dicti monaſterii, quinimò ipſis invitis, & reclamantibus, & contradicentibus Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo ſeparamus, ac diſmembramus, & ab omni juriſdictione, ſuperioritate, correctione, dominio, viſitatione, & poteſtate pro tempore exiſtentium Epiſcopi Lucani, & Abbatiſſæ hujuſmodi, illorumque officialium, & vicariorum, necnon per dationem, & ſolutionem quorumcumque jurium Epiſcopo Lucano, ſeu Abbatiſſæ pro tempore exiſtentibus præfatis ratione ſuperioritatis, juriſdictionis, ſubjectionis, viſitationis, ac legis diœ-*

C *ceſanæ debitorum etiam perpetuo auctoritate, & tenore præmiſſis eximimus, & totaliter liberamus, juriſdictionique futuri, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi S. Miniatis, ita tamen quod dilecti filii clerus ſupradictorum locorum ſic ſeparatorum ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & compoſitionibus etiam ratione ſpoliorum, & decimarum, vel ſtudii, aliiſque gratiis ſpiritualibus, & temporalibus quibuſcumque, quibus ad præſens quomodolibet, & ex quavis occaſione utantur, deinceps perpetuis futuris temporibus gaudere, & uti debeant, ſimiliter perpetuo eiſdem auctoritate, & tenore ſubjicimus, & ſeparamus, volumus tamen, ut loca, ſeu oppida de Barga, & Petra ſancta, ac libera facta, cum eorum villis, territoriis, ac capitaneatibus licet ditioni temporali prædicti magni Ducis ſubſint, nihilominus ſpeciali juriſdictioni præfati Epiſcopi Lucani, ut antea remaneant. Inſuper dictum oppidum S. Miniatis in civitatem S. Miniatis nuncupandum, & præfatum collegium in cathedralem Eccleſiam pro uno Epiſcopo S. Miniati etiam nuncupando, qui ipſi Eccleſiæ S. Miniatis præſideat, ac in ea, & civitate præfata, ipſique Eccleſiæ S. Mialatis*

D *diœceſi aſſignata omnia, & ſingula, quæ ordinis, & juriſdictionis, dignitatis, aut cujuſcumque alterius muneris Epiſcopalis ſunt, & erunt cum ſede, & menſa, aliiſque inſignis, ac juriſdictionibus Epiſcopalibus, quibus aliæ cathedrales Eccleſiæ, & earum præſules de jure, uſu, & conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, & potiuntur, & gaudeat, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, de pari conſilio, & poteſtatis plenitudine, ſine tamen præjudicio præpoſituræ nunc, ac canonicatus, & præbendas, necnon beneficiorum collativorum præfatæ Eccleſiæ ſic in cathedralem erectæ, obtinentium ſimiliter erigimus, & inſtituimus, ac S. Miniatis pro civitate, ac alia oppida, & territoria, caſtra villas, & loca pro diœceſi, necnon clerum, populum, & perſonas hujuſmodi pro clero, populo, vaſſallis, & perſonis civitatis, & diœceſis S. Miniatis hujuſmodi perpetuo concedimus, & aſſignamus. Præterea pro menſa Epiſcopali S. Miniatis, illiuſque futuri, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi ſuſtentatione medietatem fructuum præpoſituræ dictæ Eccleſiæ ſic in cathedralem erectæ,*

& ducenta, & quinquaginta ſcuta monetæ, vel circa an-
nuatim aſcendentes, ac ter illius bona, ex quibus medietas
fructuum hujuſmodi provenire poſſit: ab ipſa præpoſitura
pro nunc, prout ex tunc, & e contra poſtquam illam per
ceſſum, vel deceſſum, aut aliam dimiſſionem, vel amiſſionem
illam tunc obtinentis, aut alias quomodocumque, quando-
cumque, ubicumque vacare contigerit, etiam ſi nunc vacet
forſan, aut alias quovis modo vacet, dicta auctoritate perpe-
petuo diſmembramus, & ſeparamus, illaque ſic diſmem-
brata, & ſeparata eidem menſæ etiam ex nunc, prout ex
tunc, & è contra pari auctoritate applicamus, & appro-
priamus, ac S. Joannis Evangeliſtæ loci S. Mariæ ad Mon-
tem, & S. Joannis ad Bartimana, necnon S. Marci a Va-
jano oltrario Lari in eodem dominio dicti magni Ducis,
ac prope præfatum oppidum S. Miniatis exiſtentes ſine cu-
ra, & perſonali reſidentia non requirentes Eccleſias, ſeu
capellas, plebanias nuncupatas, annui inſimul, reddituus,
comprehenſa medietate fructuum, quæ a præpoſitura hu-
juſmodi, ut præfertur, diſmembrata fuit, mille ſcutorum pa-
rium, vel circa ex nunc, prout poſtquam illas, ſive earum
aliquas ſimul, vel ſucceſſive per ceſſionem, ſeu ex cauſam
permutationis etiam in nobis, & ſucceſſorum noſtrorum
Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium manibus
factæ, vel deceſſum, ſeu privationem, vel quamvis aliam
dimiſſionem, vel amiſſionem illas ad præſens obtinentium,
vel alias quovis modo, etiam in aliquo ex menſibus no-
bis, & Roman. Pontifici pro tempore exiſtenti, aut Sedi
Apoſtolicæ per quaſcumque conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu
cancellariæ Apoſtolicæ regulas, nunc, & pro tempore reſer-
vatis, aut ordinariis collatoribus per conſtitutiones, & re-
gulas eaſdem, ſeu litteras alternativas, aut alia privilegia,
& indulta hactenus competentibus, ac conceſſis, & impo-
ſterum concedendis, & apud Sedem præfatam vacare con-
tigerit, etiamſi tunc cum, & ſine cura Eccleſiæ, ſeu capel-
læ hujuſmodi, vel earum aliqua nunc, ut præfertur, vel alias
quibuſvis modis, & ex quorumcumque perſonis, ſeu per
liberas reſignationes illas, vel earum aliquam ad præſens
obtinentium, vel quorumvis aliorum de illis in Romana cu-
ria, vel extra eam, etiam coram notario publico, & teſti-
bus ſponte factam, unionem, diſſolutionem, aut conſtitu-
tionem felic. record. Joannis Papæ XXII. prædeceſſoris no-
ſtri, quæ incipit, execrabilis, vel aſſecutionem alterius be-
neficii eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati vacent, etiam-
ſi tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta La-
teranenſis ſtatuta concilii ad Sedem præfatam legitime de-
voluta, ac præpoſitura, & ſine cura Eccleſiæ, ſeu capellæ
hujuſmodi diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias ge-
neraliter reſervatæ exiſtant, dictæque præpoſituræ cura
etiam juriſdictionalis immineat ſuper ea quoque, ac ſine cu-
ra Eccleſiis, ſeu capellis præfatis inter aliquas lis, ex cujus
ſtatu præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat in-
deciſa, etiamſi earumdem ſine cura Eccleſiarum, ſive cu-
ra capellarum, aut alicujus earum collatio, vel ad eas præ-
ſentatio, ſeu quævis alia diſpoſitio, ad quorumcumque
collatorum, & collatarum ſecularium, & quorumvis ordi-
num regularium quomodolibet qualificatarum collationem
ſpectet eidem menſæ, ita quod liceat Epiſcopo S. Miniatis
pro tempore exiſtenti illarum, ſeu cujuslibet illarum, nec-
non medietatis fructuum præpoſituræ hujuſmodi, ac bono-
rum, è quibus medietas hujuſmodi provenire poſſit, ut præ-
fertur, diſmembratam, corporalem, realem, & actualem poſ-
ſeſſionem per ſe, vel alium, ſive alios, ejus, & præfatæ
menſæ nominibus propria auctoritate libere apprehendere,
& perpetuo retinere, illarumque fructus, redditus, & pro-
ventus in ſuos, & ipſius menſæ uſus, & utilitatem conver-
tere cujuſvis licentia deſuper minime requiſita. Ita quod ex
nunc fructus Epiſcopi S. Miniatis earum poſſeſſionem cape-
re poſſit, qua poſſeſſione ſubſecuta, præſens unio ex nunc
ſuum plenarium, & integrum effectum ſortiatur, nec ſub
quibuſvis regulis unio effectum non ſortiatur, revocatoriis
per quoſcumque Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros
edendis comprehendatur, minime comprehenſa cenſeatur,
etiam perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus. Do-
nec vero applicatio, & unio præfatæ ſuum ſortiantur effe-
ctum, ipſe magnus Dux mille ſcuta ſimilia futuro Epiſcopo
S. Miniatis proportionabiliter, juxta effectum, quem in dies
uniones hujuſmodi ſortiri contigerit, arbitrio dictæ Sedis
nuncii in civitate Florentina pro tempore commorantis, mi-
nuenda annuatim perſolvere teneantur, prout ad ſe obli-
gavit. Demum præpoſito dictæ Eccleſiæ ſic in cathedralem

A erectæ uſum pontificalium, ſi quem habet, pari auctoritate
conferimus. Eccleſiam vero S. Miniatis hujuſmodi, illiuſ-
que Epiſcopum pro tempore exiſtentem Archiepiſcopi Flo-
rentini etiam pro tempore exiſtentis ſuffraganeum eſſe, ejuſ-
que Metropolitico jure ſubjectum eſſe volumus, & decerni-
mus. Poſtremo dicto Epiſcopo Lucano, ut ipſi minus da-
mnum, quod fieri poſſit, ex præmiſſis inferatur, omnia bo-
na ſtabilia, ac redditus, proventus, reſponſiones, cano-
nes, decimas, livellos, necnon præſtationes aliquas, jura,
& emolumenta, tam dictæ quam utilia [illegible]
nii quorumcumque bonorum, in quibus locis & terris in ſua
diœceſi, ut præfertur, diſmembratis conſiſtentium Epiſ-
copali menſæ debita, & annuatim, vel alias præſtari ſo-
lita, ita ut Epiſcopus Lucanus pro tempore exiſtens per ſe-
ipſum, vel procuratorem ſuum [illegible], & uti prius exi-
gere, & levare [illegible] devotiones, quas pro tem-
pore quovis modo [illegible] evenire contigerit, & ad
menſam ſuam Epiſcopalem [illegible] declarare, & acce-
ptare, bonorumque [illegible] poſſeſſionem capere, &
ingredi etiam ut prius [illegible] & licite poſſit, & valeat, ne-
B que propterea a prædicto Epiſcopo S. Miniatis, vel quo-
piam alio deſuper quæſito colore moleſtare, vel impe-
diri poſſe, aut licere decernimus, & declaramus. Volu-
mus autem, quod eæ quæſtiones, ſive cenſus, qui præfa-
to Epiſcopo Lucano tamquam Epiſcopo [illegible]
tis, ſeu recognitionis, ab Eccleſiis, oratoriis, hoſpitaliis,
confraternitatibus locorum, vel aliis locis piis [illegible], ſeu
locorum, ſic diſmembratorum annuatim, vel alias præſta-
ri ſolent, & in cera, & pipere, aut alias, ſive [illegible],
ac forſan pecunia numerata, ut plurimum conſiſtunt, &
ad valorem [illegible] ſcutorum, vel circa
aſcendunt, deinceps novo Epiſcopo S. Miniatis [illegible]
tionem juriſdictionis, ſeu ſuperioritatis ſic dictis Eccleſiis,
confraternitates, aut perſonas, & loca pia hujuſmodi præ-
ſtari debeant, pro illis vero Epiſcopus S. Miniatis dicto Epi-
ſcopo Lucano pro tempore exiſtenti ſingulis annis [illegible]
valorem ceræ, pecuniarum, aliarumque rerum præfata-
rum arbitrio ejuſdem nuncii [illegible], & [illegible]
compenſare, & præſtare teneantur. Cæterum capitulo,
clero, civitati, & diœceſi S. Miniatis hujuſmodi, ipſarum-
C que civitatis, & diœceſis, incolis, & habitatoribus, &
eorum ſingulis, & omnibus, & ſingulis privilegiis, &
exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratiis, fa-
voribus, & indultis, quibus aliarum Eccleſiarum cathe-
dralium capitula, aliæque civitates, & diœceſes, & ea-
rum clerus, incolæ, & habitatores utuntur, potiuntur,
& gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodo-
libet in futurum ſimiliter, & pari ſimiliter, ac ſine ulla
prorſus differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere, &
licite poſſint, auctoritate, necnon tenore præſentium indul-
gemus. Non obſtantibus, & præmiſſis, ac de jure quæ-
ſito non tollendo, necnon de unionibus committendis ad par-
tes vocatis, qui fuerint vocandi, necnon de exprimendo
vero valore, & Lateranenſis concilii noviſſime celebrati
uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri pro-
hibentis, necnon recolendæ memoriæ Pauli II. & quorum-
cumque aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum no-
ſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque quibuſ-
vis Apoſtolicis, necnon ſynodalibus, provincialibus, &
univerſalibus conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus
conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon dictæ Eccle-
D ſiæ S. Miniatis cum juramento, confirmatione Apoſtolica,
vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudi-
nibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis il-
lis, eorumque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſvis te-
noribus, & formis, necnon cum quibuſvis etiam derogato-
riarum derogatoriis, aliis efficacioribus efficaciſſimis, &
inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis in gene-
re, vel ſpecie commota ſimili, etiam conſubſtantialem, ac
alias in contrarium for, an quomodolibet conceſſis, confir-
matis, & approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam-
ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, illorumque to-
tis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua,
ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales
idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio ha-
benda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda
foret illarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil pe-
nitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimeren-
tur, & inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſ-
ſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore perman-

ſuris

juris hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſeparationis, & diſmembrationis, & exemptionis, liberationis, ſubjectionis, erectionis, inſtructionis, conceſſionis, aſſignationis, applicationis, appropriationis, unionis, annexionis, incorporationis, oblationis, voluntatis, decretorum, declarationis, indulti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dominicæ 1622. Nonis Decembris, Pontif. noſtri anno II.

ADDITIO

(„ *Quamquam S. Miniatis civitatis origo eruditos lateat, ſatis tamen antiquum, & ſatis nobile oppidum fuiſſe liquido conſtat. Et quod quidem ad ejus antiquitatem pertinet, anno jam à reparata ſalute 996. adultum erat, iiſque viribus confirmatum, quibus illo ſe recipienti Gregorio V. Pont. Max. tutum præbere poſſet hoſpitium. Celebrem in eo ædificandam arcem, cujus adhuc cernuntur veſtigia, juſſit Fredericus II. & etiamnum ſtat excelſa turris in ejuſdem arcis faſtigio excitata. Ejus verò nobilitatis argumentum eſt, quod retroactis temporibus nulli pareret Domino, ſibi ipſi titulo Reipublicæ leges præſcribens, & in 35. ſibi ſubjecta oppida late dominaretur, adeo viribus, ſignataque pecunia præpolleat, ut anno 1311. Federici II. Imperatoris exercitui fortiter obniti potuerit, & pluries Florentinæ Reipublicæ validas auxiliarium militum manus ſuppeditare. Tantoque in pretio habitum fuit à Carolo IV. Imperatore, ut cum anno 1354. die 18. Martii Piſis miſſos faceret Miniatenſes legatos, quos perhonorificè exceperat, non ſolum ut ſeſe erigerent, in genua provolutis præcepit, ſed etiam ad oſculum admiſit præcipuo ſingularis exiſtimationis teſtimonio, quod quidem in alios Principum legatos edere nequaquam conſuevit. A Florentinis anno 1369. Magnates Miniatenſes in Magnatum Florentinorum numerum cooptati ſunt, ut patet ex conventionis inſtrumento rogato ab Andrea q. Auguſtini de Caſtillione Aretina die 17. Februarii ejuſdem anni, relatoque in Reformationum Florentinarum librum 8. p. 28. Nobilitavit item hoc oppidum aliquandiu inibi commoratus Clemens VII. ann. 1533. quem ſacrum peregiſſe in capella, quæ & hodie viſitur in Palatio Vicariorum Sereniſſimi Magni Ducis, certum eſt, atque exploratum. Neque illi unquam defuere cum pietate, tum literis illuſtres viri, qui patriæ ſplendorem accerſerent, quos inter eminet Michael Mercatus, S. Philippo Nerio ob integritatem morum familiaritate conjunctiſſimus, cujus præclarum opus,* Metallotheca Vaticana, *noviſſime Romæ prælo commiſſum eſt juſſu, & impenſis Sanctiſs. D. N. Clementis XI. feliciter regnantis. Verum in hoc oppido illuſtrando cæteris præſtitiſſe viſus eſt Gregorius XV. qui illud an. 1622. in civitatem erexit, & nova conſtituta civitati ſuum addidit ſacrorum Antiſtitem. Cujus beneficii ut perennaret memoria, hanc inſcriptionem in marmore ſculpendam, atque in principe urbis Eccleſia affigendam curarunt Miniatenſes cives.*

Greg. XV. Pont. Max.
Quod hanc olim Longobardorum regum,
Prætorumque Cæſarum vetuſtam ſedem, Rempublicam deinde, primamque patriam Borromeæ gentis, ex qua
D. Carolus prodiit, civitatis honore illuſtraverit, & hanc Eccleſiam jam inſulis
ornatam Epiſcopali cathedra inſigniorem reddiderit, Canonici, & cives
æternum hoc grati animi monimentum
erexere A. D. MDCXXII.

„ *Sereniſſima vero Maria Magdalena Auſtriaca Coſimi II. Magni Etruriæ Ducis uxori, quæ Miniatenſibus tantum honorem à Gregorio impetraverat, erexerunt hi in præcipua urbis platea marmoream ſtatuam, hac ſubjecta epigraphe gratia acceptæ memoriam recolentes.*

Mariæ Magdalenæ Auſtriacæ Magnæ
Etruſcorum Duci, quod auguſtæ munificentiæ inſtinctu hanc jamdiu Miniatenſem Rempublicam, & Regum Longobardorum, Prætorumque Imperialium ſedem conſpicuam, etiam urbanæ
nobilitatis honore illuſtrare voluerit,
grati cives cum nec melius, nec majus
redonare potuerint, ipſam ipſi ſua in effigie donaverunt. Anno Rep. Salutis
MDCXXIV.

„ *Antequam vero Epiſcopali cathedra decoraretur S. Miniati Eccleſia, eam regebat Præpoſitus, cujus erat uti Pontificalibus ex privilegio Clementis VII. Joanni de Cavalcantibus tunc Præpoſito, ejuſque ſucceſſoribus in perpetuum conceſſo; quod hic referre minime pigebit. Eſt autem hiſce conceptum verbis.*

„ *Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Roman. Pontifex Redemptoris Jeſu Chriſti verus Vicarius bonorum omnium conſervationem appetens, quæ ſui Prædeceſſores præſertim in Eccleſiarum favorem conceſſerunt, ut firmius inconcuſſa permaneant, quo ſæpius fuerint Apoſtolico ſtabilita præſidio, ſuo munimine libenter corroborat, aliaſque in hujuſmodi favorem diſponit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem felicis recordationis Clemens III. per quaſdam, & Cæleſtinus etiam III. per alias, ac Innocentius ſimiliter III. per alias Eccleſiam Collegiatam S. Geneſii Terræ S. Miniatis Lucanæ Diœceſis ſub eorum, ac B. Petri protectione ſuſceperunt, ſtatuentes, ut quæcumque bona eadem Eccleſia tunc juſte & canonice poſſideat, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poſſet adipiſci, firma & illibata permanerent, quodque nullus Eccleſias Præpoſito, & Capitulo dictæ Eccleſiæ ſubjectas ab ejuſdem Eccleſiæ ſolita obedientia, ac debita ſubjectione ſubtrahere, aut infra limites Parochiæ dictæ Eccleſiæ, quæ etiam Parochialis exiſtebat, de novo Eccleſiam, ſeu Oratorium, vel Xenodochium ſine Epiſcopi Lucani, ac dictorum Præpoſiti, & Capituli conſenſu conſtruere, aut conſtructam alicujus poteſtati ſubjicere; & ſi aliquis Parochianorum dictæ Eccleſiæ apud aliam Eccleſiam eligeret ſuam ſepulturam Canonicam, portio, quæ Matricibus debebatur Eccleſiis, Præpoſito & Capitulo ſupradicto reſervaretur. Et ſi dictam Terram generali Interdicto ſubjici contigerit, Præpoſitus, & Capitulum dictæ Eccleſiæ in illa januis clauſis, non pulſatis campanis, excommunicatis, & interdictis excluſis, & ſubmiſſa voce Divina officia celebrare valerent, nullumque Paſtorem in Eccleſiis Præpoſito, & Capitulo ſubjectis hujuſmodi auderet ordinare, ſed earum ordinatio in eorumdem Præpoſiti, & Capituli ſemper maneret poteſtate, ac ad Præpoſitum dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentis correctio ſuorum ſubditorum pertineret. Chriſma vero, Oleum ſanctum, conſecrationem Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum ad ſacros Ordines promovendorum, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta per Diœceſanum Epiſcopum ſine juramenti delatione, vel alia qualibet controverſia ejuſdem Præpoſito & Capitulo exhiberi præceperunt. Et ne Epiſcopus Lucanus in Præpoſitum, & Capitulum, aut eorum Eccleſias Interdicti ſententiam abſque juſta, & manifeſta cauſa promulgare præſumeret, ac recurrente vacatione dictæ Præpoſituræ præfici poſſet, niſi quem dictum Capitulum, vel eorum major pars eligerent, præbuerunt. Et deinde Pius II. litteras Innocentii prædeceſſoris, quatenus illis uſi Præpoſitus, & Capitulum fuiſſent, approbavit, ac vim, & vigorem habere decrevit per alias; & poſtremo Innocentius VIII. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri attendentes, quod tunc dictæ Eccleſiæ habitu, & non actu*

,, Collegiata exiſtebat, certis tunc expreſſis Judicibus, quatenus, ſi & proſeq. aliqua cauſa Eccleſiaſtica quædam particulares perſonæ ad effectum erectionis hujuſmodi aliqua bona immobilia, quæ pro ſufficienti dote Canonicatuum, & Præbendarum ſaltem uſq; ad numerum decem in dicta Eccleſia erigendorum ſufficerent, realiter, & cum effectu dediſſent, & aſſignaſſent, decem Canonicatus, & totidem Præbendas inibi pro decem perſonis præbendatis, quæ una cum Præpoſito dictæ Eccleſiæ Collegium conſtituerent, & facerent, ac divinis in eadem Eccleſia deſervirent officiis, ſine alicujus præjudicio erigere, & inſtituere, ac Juſpatronatus, & perſonas idoneas ad eoſdem Canonicatus, & Præbendas, quoties vacarent, dicto Præpoſito, qui ſolum illas inſtituere deberet, præſentandi dictis Dotatoribus, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus concedere, & aſſignare, ac eiſdem Præpoſito, & Capitulo condendi in dicta Eccleſia aliqua ſtatuta laudabilia, & honeſta, ac ſacris Canonibus non contraria facultatem concedere, & quod correctio & punitio dictorum Canonicorum, & aliarum perſonarum dictæ Eccleſiæ ad Præpoſitum prædictum, ſi dum Epiſcopum Lucanum præveniret, ſtatuere, & de conſenſu dilecti filii Joannis de Cavalcantibus tunc etiam Præpoſiti dictæ Eccleſiæ tot ex bonis Præpoſituræ ipſius Eccleſiæ, quorum fructus, redditus, & proventus decem & ſeptem florenorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excederet ab eadem Præpoſitura ſeparare, & diſmembrare, & menſæ Capitulari dictæ Eccleſiæ pro diſtributionibus quotidianis perpetuo applicare, & appropriare, auctoritate Apoſtolica dedit in mandatis, prout in ſingulis eiſdem literis plenius continetur. Cum autem exhibita nobis nuper per partem dicti Joannis petitio continebat, quod ultimo dicta verba executioni debita fuerint demandata, ac per partem dicti Joannis aſſerentis ſe dictam Præpoſituram obtinere nobis fuerit humiliter ſupplicatum, ut omnes & ſingulas literas prædictas approbare, & innovare, aliaſque in præmiſſis providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos dictum Joannem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum tenore abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; nec non quorumcumque Inſtrumentorum, literarum, & ſcripturarum occaſione præmiſſorum quomodolibet confectorum tenore præſentium pro ſufficienter expreſſis, & inſpectis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſingulas litteras prædictas, & in eis contenta, ac inde ſecuta quæcunque, quatenus ſint in uſu, approbamus, innovamus, & confirmamus, ſupplemuſq; omnes & ſingulos tam Juris quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, illaque inconcuſſa firmitatis robur obtinere, ac ab omnibus inviolabiliter obſervari, & juxta illa per quoſcumque tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes Judices, & perſonas ubique judicari, cognoſci, atque decidi debere, ſublata, eiſque & eorum cuilibet aliter judicandi, & cognoſcendi, & decidendi facultate, nec non irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Et nihilominus Joanni prædicto, ejuſque in dicta Præpoſitura ſucceſſoribus in perpetuum, ut ad inſtar Epiſcoporum Pallium album Rochettum nuncupatum deferre, illoque ac Mitra, Annulo, Baculo Paſtorali, & aliis Pontificalibus inſigniis uti, ac benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperorum, & matutinorum ſolemnia, ac in Proceſſionibus populo inibi tunc intereſſenti, dummodo aliquis Antiſtes vel ſedis Apoſtolicæ Legatus ibi non adſit, elargiri. Nec non quoſcunque ſibi ſubditos ad quatuor minores Ordines ſimul vel ſeparatim etiam clericali charactere inſignitos, & ſtatutis ad id a Jure temporibus promovere, & quaſcunq; Eccleſias, Imagines, Campanas, ac omnia, & ſingula paramenta, & ornamenta etiam Sacerdotalia, ac Vaſa Eccleſiaſtica Divino cultui dicata benedicere, nec non Eccleſias, & loca Eccleſiaſtica quæcumque, ac illorum cœmeteria ſanguinis, vel ſeminis effuſione, aut alias pollutas, & polluta, aqua tamen prius per aliquem Antiſtitem benedicta reconciliare libere, & licite valeant, indulgemus: ipſum Joannem, & ejus in dicta Præpoſitura immediatum ſucceſſorem dumtaxat ab omni Juriſdictione, ſuperioritate, poteſtate, viſitatione, & correctione Epiſcopi Lucani pro tempore exiſtentis, ejuſque Vicariorum, & Officialium præſentium, & futurorum &c. in abſentia ipſius Epiſcopi tantum penitus, & omnino eximimus, ac liberamus, & dictæ ſedi immediate ſubjicimus, ita quod Epiſcopus, Vicarii, & officiales prædicti, aut eorum aliquis etiam ratione delicti vel contractus, aut rei, de qua agi contingat, ubicum committatur delictum, ineatur contractus, aut res ipſa conſiſtat, nullam Joannem & ejus immediatum ſucceſſorem hujuſmodi Juriſdictionem, ſuperioritatem, viſitationem, correctionem, aut poteſtatem exercere, neque in eos excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſeu quaſcunque alias ſententias, cenſuras, & pœnas promulgare aliquatenus poſſint, ſed ipſi Joannes Præpoſitus, & immediatus ſucceſſor coram ſede prædicta, vel ejus Legatis, aut ab eis delegatis de ſe querelantibus teneantur de Juſtitia reſpondere. Non obſtantibus Pie memoriæ Innocentii PP. IIII. etiam Prædeceſſoris noſtri contra exemptos, quæ incipit; Volentes, aliiſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non omnibus illis, quæ dicti Prædeceſſores in ſingulis eorum literis prædictis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam Noſtræ abſolutionis, approbationis, innovationis, confirmationis, ſuppletionis, Decreti, Indulti, exemptionis, liberationis, & ſubjectionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

,, Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarn. Dom. 1526. Pridie Idus Junii Pontificatus noſtri Anno 3.

,, Poſtquam autem Miniatenſis Eccleſia in Cathedralem erecta eſt, Præpoſitura remanſit inibi poſt Epiſcopalem unica dignitas, cui adhuc adhæret animarum cura, quæ ſubjacenti Cathedrali. Hæc vero magnificè exſtructa, tribuſque navibus diſtincta, Deiparæ in Cœlum Aſſumptæ, & S. Geneſio Martyri, præcipuo urbis patrono dicata eſt, ditaturque; pretioſarum reliquiarum diviti ſupellectile. In ea ſacris operantur præter præfatam dignitatem 10. Canonici, qui Capitulum conſtituunt, & quatuor alii extra numerum, 10. Capellani, Sacriſta, Choriſta, muſices Magiſter, aliique inferiores clerici, & muſicorum chorus, qui divinas laudes modulate concinunt. Canonici porro Rocchetto, & mozzetta violacea veſtiuntur ex privilegio eiſdem ab Urbano VIII. conceſſo hujus tenoris.

URBANUS VIII.

,, Apoſtolicæ ſervitutis officio piis, & honeſtis petentium votis, quæ Eccleſiarum Cathedralium, & miniſtrorum in eis divinis laudibus inſiſtentium, & altiſſimo jugiter famulantium decorem concernunt, libenter annuimus, atque favoribus proſequimur opportunis. Sanè pro parte dilectorum Filiorum Capituli, & Canonicorum Eccleſiæ S. Miniatis nuper exhibita petitio continebat, quod Eccleſia prædicta vetuſtate eius Urbis, & priſca Civium nobilitate inter cæteras Hetruriæ Eccleſias eſt præcipua, & in ea competens dignitatum, & Canonicatuum, ac Præbendarum numerus reperitur; quare pro par-

,, te

A
„ to Capituli, & Canonicorum prædictorum nobis
„ fuit humiliter ſupplicatum, quatenus pro maiori
„ eiuſdem Eccleſiæ decore, & honore infra oppor-
„ tune providere de benignitate Apoſtolica dignare-
„ mur. Nos igitur, qui Eccleſiarum quarumlibet ve-
„ nuſtatem, & Divini Cultus augmentum ſinceris
„ affectibus exoptamus, ſingulares Perſonas Capituli
„ eiuſdem a quibusvis ſuſpenſionibus &c. abſolventes,
„ ſupplicationibus inclinati Capitulo, & Canonicis
„ dictæ Eccleſiæ nunc, & pro tempore exiſtentibus,
„ ejuſque dignitates nunc, & pro tempore obtinentibus,
„ ut ipſi quotquot nunc ſunt, & prò tempore erunt, et-
„ ſi hujusmodi Canonicorum, & dignitates obtinen-
„ tium numerum impoſterum augeri contingat, de cæte-
„ ro perpetuis futuris tēporibus in dicta Eccleſia, & ex-
„ tra eam, ac in illius Capituli Proceſſionibus, aliiſ-
„ que actibus publicis, & privatis muzzettas violacei
„ coloris ſuper Rucchettis deferre, & geſtare libere,
„ & licite valeant, Apoſtolica authoritate tenore præ-
„ ſentium concedimus, & indulgemus. Decernentes
B
„ eos deſuper a quovis quavis authoritate, colore, præ-
„ texto, ſeu cauſa moleſtari, perturbari nullatenus
„ unquam poſſe, neque debere: Sicque per quoſcunque
„ Judices ordinarios, vel delegatos etiam Cauſarum
„ Palatii Auditores, ac Judices definiri debere, ir-
„ ritum quoque & inane quidquid ſecus ſuper his a
„ quocumque quavis authoritate ſcienter vel ignoran-
„ ter contigerit attentari. Quo circa dilectis Filiis
„ Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditori, ac
„ noſtræ ſedis prædictæ Nuncio in Civitate Florentiæ
„ commoranti, & Vicario Venerabilis Fratris No-
„ ſtri Archiepiſcopi Florentini in ſpiritualibus Gene-
„ rali per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus
„ ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium
„ ſeu alios faciant authoritate noſtra modernos & pro
„ tempore exiſtentes ejuſdem Eccleſiæ Canonicos, ac
„ dignitates in ea obtinentes prædictas libera delatio-
„ ne, & geſtatione Mozzettarum hujuſmodi pacificè
„ frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per quo-
„ ſcunque quomodolibet indebite moleſtari juxta In-
„ dulti, & Decreti prædictorum continentiam & te-
C
„ norem: Contradictores, & Rebelles per Cenſuras,
„ & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris,
„ & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcen-
„ do, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio bra-
„ chii ſecularis, non obſtantibus &c. nulli ergo &c. Si
„ quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignatio-
„ nem Omnipotentis Dei, ac Beat. Petri, & Pauli
„ AA. ſe noverit incurſuram.
„ Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incar. Dom.
„ 1626. nono Kal. Aprilis Pontificatus noſtri An. 4.

„ Præter Cathedralem quatuor aliæ Parochiales
„ Eccleſiæ in hac urbe viſuntur, totidem Regularium
„ Monaſteria, & prope mœnia Capucinorum con-
„ ventus, quatuor item Monialium cœnobia, quinque
„ ſæcularium confraternitates, quatuor Xenodochia,
„ decem oratoria, Sacerdotum unica congregatio,
„ aliique pii cœtus, & inſtituta, unde Miniatenſium
„ religio vehementer nitet. Neque deeſt optime excul-
„ tum clericorum ſeminarium, & publica ad ſtudio-
D
„ ſorum commodum Bibliotheca. Diœceſis varia late
„ patens 92. Parochiales Eccleſias enumerat, in qui-
„ bus recenſentur Sacerdotes Beneficiati 206. Coaleſ-
„ cit autem ex 30. Terris, ſeu Oppidis, inter quæ emi-
„ nent Fucecchio, ubi Monialium cœnobium, &
„ Virginum conſervatorium, & duo Regularium con-
„ ventus; S. Croce, ubi Collegiata cum Priore, &
„ Canonicis, & Sacrarum virginum cœtus; Caſtel-
„ ſranco, in quo pariter Collegiata cum Propoſito, &
„ Canonicis, unicum Monialium ſeptum, & duo
„ Virginum conſervatoria. S. Maria ad Montes, ubi
„ Collegiata cum Archipresbytero, & Canonicis;
„ & Monopoli, in quo Sanctimonialium cœnobium.
„ Totius Diœceſis Animæ 57000 numerum excedunt.
„ Fructus Epiſcopatus ad 800. Scuta aſcendunt: Ta-
„ xantur autem ad Flor. 233.)

I. 1. FRANCISCUS Norius a, filius Vincentii, nobilis Florentinus, cathedralis Florentinæ Cano-


a De hoc



nicus, doctor, Theologus, ordinariuſque ſacræ ſcripturæ interpres, a Gregorio XV. Pontifice Maximo, primus Miniatenſis Epiſcopus deſignatus eſt. Cæterum cum idem Pontifex celeri morte fuiſſet ſublatus, Urbanus VIII. ad preces Mariæ Magdalenæ Auſtriacæ eidem Franciſco Norio jam deſtinatam Miniatenſem dignitatem aſſeruit, die 11. menſis Martii anno 1624. Inauguratus autem Romæ eſt, ſolemnique ritu ejus Epiſcopatus iniit poſſeſſionem die 13. menſis Auguſti ejuſdem anni. Rexit hanc Eccleſiam uſque ad annum 1631. trigeſimaque die Decembris obiit diem poſtremum: ſuo deceſſu Miniatenſis populi cumulaturus dolorem, quem ex contagio, quod tunc graſſabatur, frequentibus funeribus hauſerat luctuoſiſſime.

fuit Salvinus in Faſtis Conſular. Academ. Florent. cujus bis geſſit Conſulatum.

(„ Sepultus eſt in Cathedrali ante Altare majus:
„ & noviſſimè ejus tumulo inciſa fuit ſequens Epi-
„ graphe.
„ Franciſci Norii Patricii Florentini pri-
„ mi hujus urbis Epiſcopi virtutes adhuc
„ vivunt, cineres hic requieſcunt.)



2 ALEXANDER Strozza b Thomæ filius, Florentinus antea Canonicus, poſtea Andrienſis Epiſcopus, ad Miniatenſem Eccleſiam translatus eſt anno 1632. 8. Idus Martii. Hujus, niſi modo in vivis ageret, libenter meritas laudes percurrerem, ſed ſat erit dixiſſe iis exaggeratis virtutibus cumulaſſe nobilitatem generis, quæ verum paſtorem, animarumque rectorem videantur decere. Haud tamen ſilentio poſſum involvere Carolum Strozzam Alexandri ſimillimum fratrem, virum ſanè pernobilem, ac venerandæ antiquitatis bene peritum, cujus ſtudio, diligentiaque hic noſter qualiſcumque conatus excrevit in opus, præcipue tamen in iis, quæ ad Hetruriam ſpectant. Siquidem candide, & ingenue nobis ea ſuggeſſit, quæ non modo noſtros poſſent juvare labores, ſed etiam ad immortalitatis laudem provehere. Satis igitur viro nobili gratiarum retulero, ſi me ejus liberalitate ita devictum fatebor, ut omnem mihi referendi gratias locum ademiſſe ſimul devicto neceſſe ſit confiteri. II.
(„ Edidit Alexander Diœceſanam Synodum die 1.
„ Decembris anno 1638. deceſſitque die 07. Auguſti
„ 1648. tumulatus in Cathedrali, cum hoc Epitaphio

b De eo Gamurrinus de famil. vol. 2. p. 79. & 104. Mandoſ. Sed fuſius Salvinus in Faſtis Conſul. Acad. Florent. cujus fuit Conſul.

Chri-

A

,, *Chriſto reſurgenti.*
,, *Alexandro Strozza Thomæ filio, Canonico Florentino, & Nuncii Apoſtolici in*
,, *Etruria cauſarum viginti annis Auditori,*
,, *mox Andriæ, deinde hujus civitatis Epiſcopo, vitæ integritate, juſtitia, ac Paſto-*
,, *rali vigilantia inter plurimas Strozziæ*
,, *Proſapiæ imagines præfulgenti Aloyſius,*
,, *& Alexander Strozzii Caroli FF. Patruo*
,, *optime merito grati heredes poſuerunt. Vi-*
,, *xit ann. LXV. menſ. II. Dies XIII. Morta-*
,, *litatem explevit IV. Kal. Septembris. An.*
,, *Sal. MDCXLVIII.*



B

III. * 3 **ANGELUS** Pichus Burgi S. Sepulchri ſummo loco natus, Archiepiſcopus Amalphitanus, defuncto Alexandro Strozzio, ad hanc Eccleſiam translatus anno 1648. 25. Novemb. de quo plura tomo 7. in Amalphitanis Archiepiſcopis. * Obiit an. 1654. (,, *Sepulchrumque accepit in Cathedrali in Ca-*
,, *pella B. V. ſeptem dolorum; cui non ita pridem ad-*
,, *dita eſt ſequens in marmore inſcriptio.*
,, *Tegit iſte lapis Angeli Pichii Biturgienſis*
,, *eximii viri exuvias, cujus præclaras dotes*
,, *enarrant Archiepiſcopatus Amalphitanus*
,, *in quo diù vixit emeritus, hujuſque Ec-*
,, *cleſiæ Infula, qua glorioſus devixit Sal. An.*
MDCLIII.

* Ex App. tom. 5.
* Ex App. tom. 9.

C



IV. 4 **PETRUS** de Freſcobaldis Florentinus, ex nobilibus vetuſtiſque Toparchis montis Caſtelli, & Pinetæ in Etruria potentib. natus, patrem habuit clariſſ. virum, & Senatorem Matthæum Gherardi filium, matrem Gineveram Acciajolam, antea Metropolitanæ Florentinæ Canonicus, mox Ducalis, & inſignis Eccleſiæ S. Laurentii Prior, vir multæ eruditionis, & morum probitate ſpectabilis, ſublectus eſt Miniatenſis Epiſcopus defuncto Angelo, die 19. Oct. 1654. Romæ inauguratur Antiſtes die feſto SS. Simonis, & Judæ in Eccleſia S. Mariæ Majoris à M. Antonio Card. Franciotto ſacro operam navantibus Honorato Urbaniæ, & S. Angeli in Vado, ac Vincentio Candiotto Balneoregienſi Epiſcopis. At cum ad Eccleſiam ſibi commiſſam properaret Florentiæ immatura morte præventus exceſſit die 12. Decemb. eodem anno, ſepultus in majorum ſepulchro in Eccl. S. Spiritus, annum agens quadrageſimum, magno de ſe relicto deſiderio, quippe qui ob eximias ejus animi dotes, apud omnes magnam de ſe expectationem excitaverat. Ex hac gente floruit Dinus celebris Poeta, Bertus Eques, Florentinarum copiarum egregius ductor, & Tegia miles famoſus, Baldus militari gloria clarus, qui ſua virtute, & prudentia unus fuit ex iis civibus, qui Gualterium Athenarum Ducem Florentinorum Tyrannum Florentia depulerunt: de quibus, aliiſque hujus familiæ eximiis viris legendus Petrus Monaldus, & noſter Florius Brunus in lib. de Familiis Florentinis.



5 **JOANNES BAPTISTA** Barduccius nobilis Florentinus perſpicacis ingenij, & varia litteratura clarus, pluribus muneribus pro Magno Etruriæ Duce functis, Miniatenſis Epiſcopus adlectus eſt ab Alexandro VII. Pont. Max. die 26. Junii 1656. * Fato ceſſit laudatiſſimus Præſul ann. 1661. menſe Octobris apud Balnea S. Caſſiani. V.

* Ex App. tom. 9.



D

6 **MAURUS** de Curſis nobilis Florentinus, filius Camilli, atque Victoriæ Minii, ex Monacho & Abbate Ord. Camaldulenſis adlectus eſt Epiſcopus Miniatenſis hoc ipſo menſe Julii 1662. ab Alexandro VII. Pont. Max. Vir ſanè literis cultus, & tam genere, quam religione clarus, omnibuſque ornatus virtutibus Chriſtiano Præſule dignis, cui longam, ſanctamque à Deo Opt. Max. vitam precamur. De hac nobili Curſa familia viri clariſſimi floruerunt, inter quos maximè claruit Joannes pro Republ. Florentina apud Carolum V. Imp. Orator, cujus cum laude meminit Guicciardinus lib. 15. De eadem familia in eadem Repub. ſex Vexilliferi fuerunt, & Joannes ſupra relatus primus adlectus eſt Senator ab Alexandro Mediceo I. Florentiæ Duce. Legendus Petrus Monaldus de familiis Florentinis, qui plures enumerat viros claros Curſæ gentis. VI.

A D D I T I O.

(,, *Totam Diœceſim paſtorali ſollicitudine Mau-*
,, *rus luſtravit, ſynodumque celebravit die 17. Iulii*
,, *1667. Palatium Epiſcopale reſtauravit, Cathedra-*
,, *lis ſacrarium refecit, ampliavitque. Collegiatam*
,, *S. Mariæ ad Montes, cujus Epiſcopi Miniatenſes*

pro

„ *protempore ſanctſemper plebani ,, magnis expenſis*
„ *pluribus in locis vel reparavit, vel ornavit. Tandem diebus, ac meritis onuſtus nonagenarius obiit die*
„ 30. *Decembris an.* 1680. *hora* [illegible] Ejus Cadaver in ſepulchro, quod ſibi vivens paraverat,
„ conditum eſt, cum hac inſcriptione.

A. M. D. G.

„ Mauro Corſio Florentino, in Bapciſmate Antonio vocato, Camilli Corſii F. ex Ordine Camaldulenſi Abbati, qui per tres & triginta annos vario fortuna in ſuo Ordine diverſa gubernacula cum adminiſtraſſet, ab Alexandro VII. Sum. Pont. ſuæ Camaldulenſis familiæ Viſitator Generalis factus, eſſindem ab eodem Pontifice Epiſcopus hujus Civitatis in publico Conſiſtorio renunciatus fuit anno MDCLXII. qui menſæ prædia quam maxime excoluit, & redditus auxit, aulam Epiſcopalem reſarcivit; Capitulo ſuorum Canonicorum redditus perpetuos reliquit, cum onere celebrandi quolibet anno tria anniverſaria ſolemnia, ut ex inſtrumento rog. Philipp. de Franchinis Curiæ Epiſcopalis Cancellario anno Domini MDCLXIV. Curſum tandem conſummavit 3. Kalend. Januarii MDCLXXX.



VII. „ JACOBUS ANTONIUS *Morigia, Mediolanenſis, Clericus Regularis S. Pauli, ab Innocentio X Miniatenſis Pontifex declaratus fuit an.* 1681, *atque S. Miniatum ingreſſus die* [illegible] *Decemb. ejuſdem anni, ſubſequenti die ſolemni pompa adiit Cathedralem. Ædificationem novi ſacrarii a ſuo anteceſſore Corſio inchoatam, abſolvit, atque perfecit, illudque varia, pretioſaque ſupellectile ditavit. Nec diu poſt ad Metropolitanam Florentinam Eccleſiam tranſlatus eſt.*



VIII. „ MICHAEL CAROLUS *de Cortigianis, Roberti filius; Nobilis Florentinus, ex Præpoſito inſignis Collegiatæ Emporii oppidi, ad Miniatenſem Infulam evectus eſt ab Innocentio XI. an.* 1682. *Plures Diœceſim luſtravit, ter ſynodum habuit, Seminarium partem erexit, Capellam Epiſcopalis aulæ in locum ampliorem tranſtulit, Cathedralem S. Geneſii ligno donavit, Pauperum ſuis amantiſſimus, a quibus Pater vocabatur, & quorum lachrymis Regnorum profectus eſt anno* 1703. *dum ad illam Eccleſiam manſuras*



IX. „ P. JO. FRANCISCUS *Maria Poggius, Florentinus, Ordinis Servorum B. M. Virginis, S. Theologiæ magiſter, S. Inquiſitionis Florentiæ Conſultor, & publicus S. Theologiæ Lector in univerſitate Piſana, cum antea Lector Philoſophiæ & Theologiæ, ac Prior in pluribus ſuæ Religionis cœnobiis, Provincialis Provinciæ Etruriæ ſecretarius, & demum Magiſter generalis totius prædicti Ordinis extitiſſet, Epiſcopus Miniatenſis ſufficitur eſt die* 19. *Februarii an.* 1703. *Diœceſim totam luſtravit, Synodumque celebravit diebus* 18. & 19. *Junii* 1707. *Pergit autem gregi ſibi commiſſo, & doctrina, & exemplo prodeſſe Antiſtes quam pietate, qua literis illuſtris, cujus laudes poſteri cumulatius enarrabunt. Conſcripſit eleganter, & erudite vitam P. Julii Arrighetti Florentini Generalis Ordinis Servorum B. M. V. editque Lucæ an.* 1713.

EPISCOPI PISTORIENSES.



ANTIQUIOR, de civitate Piſtorio apud Comicum Plautum in Captivis memoria habetur, qui a condita Urbe Roma floruit circa an. 550. Jul. Obſequens in lib. de prodigiis. Clarius autem, illuſtriuſque hujus civitatis meminit Salluſtius in Catilinario, cum Catilinæ, ipſius cladem commemorat, unde contendunt aliqui ideo fuiſſe dictum Piſtorium, quaſi peſtorium, quod Romanis circumventus armis, periiſſet ibidem. Alii ita dictam volunt a peſte; quæ reliquias Catilinæ, in agro Piſtorienſi, qua Florentiam ſpectat, debellatas, afflixit, ut prodit Facius Ubertus lib. 3. Nec defuerunt, qui dicant eam civitatem dictam fuiſſe Piſtorium a [illegible] & [illegible] duobus verbis Græcis, quæ ſimul juncta, fideſe territorium, Romanis ſcilicet, videntur ſignificare. Mihi autem Annius de more fabulari videtur, cum aſſerit oppidum Piſtorium ejuſmodi nomina appellari, quod in Hetruria poſitum ſit, ut inde in Gallias tranſitus poſſit patere. Cui haud abſimilis modo eſt Antoninus in itinerario, qui Piſtorium nomen deducit a multitudine piſto-

rum,

rum, vel qui ibidem alantur, vel qui inde exeant ad accommodate ſarinam piſendam in panes. Igitur, ut antiquior Piſlorii origo eſt, qnam ut quiſquam ejuſdem oppidi auctorem expiſcari poſſe videatur, ſic in ejns nominis ethymologia indaganda plerique ſcriptorum gratis, dum cum nauſea, cumque riſu legentium vaticinantnr, inſaniunt. Meminit igitur illius clariſſime Salluſtius, tum Plinius, qui illam appellat Piſtorium, Ptolomæus autem Piſtoriam. Ammianus antem Marcellinus cum illam commemorat, ideo illius meminiſſe poteſt videri, ut ridiculum illud partum, quod in ea accidit, ad captandum riſum legentium proſerret in lucem, nec aliam poſt interitum Catilinæ veterem memoriam hujus nrbis reperire eſt. Cæterum moderni ſcriptores de illa ſæpius commemorarunt, quod frequentiſſime, ac fœdiſſime illius cives abiiſſent in partes, Ita ut Volaterranus Piſtorium parentem diſſenſionum appellet. Prima omnium Herruriæ civitatum, quæ gliſcentis Florentinæ felicitatis ſubjerit frænum, Piſtorium ſuit 1250. Quippe qnæ ſæpius diviſa in partes, haud diu potuerit ſuam dignitatem, libertatemque tueri. Inde enim Nigrorum, Blancorumque noxioſiſſimæ ſactiones prodierunt, tum & Panciaticorum, ac Cancellariorum verius rabies, quam ſimultates, quorum contentionibus, armiſque propemodnm exciſa demum ſuiſſet, ac ſuis civibus luctuoſiſſime otbata, niſi demum coacta ſuiſſet Flotentino parere imperio, indeque ad Mcdiceornm Principum ſinum conſugiſſet, ſub quotum anſpiciis, qua opibus, qua pacis, belliqueartibus floret quam maxime. Ad radices Alpium in plano, ſertilique ſolo ſedem fixit: vallis ad hanc urbem, qua Florentiam itur, patet lata, amœna, omni fructuum genere abundans, oppida, pagos, villas, caſas, palatiaque in univerſum habens quadraginta quatuor millia, ſinui Bajano non abſimilis. Clariſſimorum virorum in omni memoria altrix, ac parens, in qnibns numerantur Sozomenus presbyter, quem Volaterranus perhibet hiſtoriam a mundi exordio ad ſua uſque tempora pertexuiſſe, nec non Cynus Sinibaldus Dini diſcipulus, Bartoli præceptor, qui de jnte multa edidit in codicem, digeſtumque vetus, & additionem ad Infortiatnm, alioſque juris Cæſarei libros, & tandem lumen illud ſacri Senatus, ac Togæ Nicolaus Forteguerrius Cardinalis poteſt eſſe inſtar multorum, hodieque quamplurimi nitent, In quibus exaggeratæ virtutes cum nobilitate generis dccertare videntur; qnornm nuper princeps fuit Franciſcus Bracciolinns poeta inſignis, qui Torquati Taſſi gloriam feliciſſime æmulatus propemodnm a tergo reliquit, quem ſibi unum moderatiſſime imitandum deſumpſerat. Inſcriptione ſigilli Piſtorienſes hujuſmodi utuntur.

Qua vele tantille Piſtoria cale ſigillo.

Cæterum conſtat Chriſtiana ſacra hauſiſſe illam a Romulo Hetruſcorum Apoſtolo. Piſtorienſes etenim in ejus rei non dcſituram memoriam, nullum parvulorum nndis luſtralibus tingunt, cui præter nomen proprium Romuli nomen non adaptent. Ut autem in primis Hetruriæ civitatibus fuit, quæ Chriſtianam fidem ſnſceperunt a Romulo, ſic haud dnbitandum eſt, a primis illis temporibus eidem attribntum ſuiſſe Epiſcopum, ac deinceps in Piſtorienſi ſede ſibi ſucceſſiſſe Præſules, quotum tamen ob bella, incendiaque uſqne ad annum 600. conditæ ſaluris nulla reperiarur memoria. Perſpicitur tamen in antiquis conciliis Piſtorienſem Epiſcopum inter Romanæ provinciæ Præſules ſuiſſe computatum, qui unius Apoſtolicæ ſedis arbitriom præſtolarentur; at poſtqnam Martinus V. Columna Eccleſiam Florentinam in Archiepiſcopatum honoris gratia otdinavit, Florentinæ Eccleſiæ tum ſubditus, tum ſuffraganeus renunciatus eſt an. 1420. Cathedralis Piſtorienſis primus patronus S. Martinus Epiſcopus, cujus uſque ad annum 400. haberur memoria. Poſt annum vero 595. S. Zenoni Epiſcopo, tanquam protectori cathedralis conſecrata eſt. Siquidem cum aliquando magna moles aquarum e vicinis collibus erupiſſet, ac ſine ullo exitu Piſtorienſe territorium occupaſſet, opemque a S. Zenone Epiſcopo imploraſſent, dehiſcente miraculoſe Podio, vis illa aquarum in diverſa defluxit. In divis autem tutelaribus S. etiam Jacobum Apoſtolum habet, qnod ejuſdem inſigni reliquia anno 1145. ditata eſt, ſub Attone Piſtorienſi Epiſcopo. Ejus Eccleſiæ capitulum 22. ordinariis Canonicis coaleſcit, ſexque ſupranumeralibus: quatuor antiquas dignitates habet, ſexque recentes, quæ diverſarum nobilium familiarum juriſdictionem agnoſcunt: Archidiaconatus Pandulphinæ Florentinæ nobiliſſimæ gentis juſpatronatns eſt: Decanatus Panciaticorum: Primiceriatus Converſinorum: Theſanratus Bracciolinorum: Prioratus Panciaticorum: Sacriſtæ munus Alſataliorum: Rectoratus Gualfreduciorum: Cuſtodis autem munus gentis Marchettæ. Minores autem ſacerdotes, ac beneficiarii, clericique inferioris ordinis haud ſanè temnendum numerum explent. Cathedralis ut pretioſa ſupellectili inſtructa eſt, ſic quamplurimis ſanctorum reliquiis condecoratur, in quibus elucent SS. Felicis, atqne Rufini Piſtorienſium ſacrata oſſa. Non pauca ibidem Monialium monaſteria conſtructa viſuntur, cnm interim ibi non deſint diverſorum ordinnm religioſi, qui divino operi urgendo invigilent. Ampla juriſdictione gaudet, ita ut uſque ad Pratum nobile totius Hetruriæ Emporium extendatur, ad cujus ſpirituale arbitrium ab immemorabili regitur, ac gubernatur. Tametſi inter Præpoſitum loci, Præſulemque Piſtorienſem haud deſuetint graves, implicitæque lites.

Catalogum Præſulum Piſtorienſinm, ex paucis illis monumentis, quæ bella, incendiaque reliqua ſecerunt, elumbem, hiulcumque deprompſimus.

A D D I T I O.

{,, *Quæ de Piſtorienſis Eccleſiæ primordiis enunciavit Ughellius, ut D. Romulo Feſularum Epiſcopo,*
,, *& Martyri tribuenda ſint, inde etiam comproban-*
,, *tur, quod in publicis ejuſdem Eccleſiæ tabulis pridie*
,, *nonas Julii inſcribitur Divus Romulus, primus Pi-*
,, *ſtorienſium Cathechiſta, ac Baptiſta. Hinc dubio*
,, *procul derivaſſe videtur mos quidam piiſſimus, verè*
,, *dignus commendatione, & omnium ſeculorum uſu*
,, *comprobatus, ut in tanti Beneficii memoriam, Pue-*
,, *ri, Puellave quotquot in Cathedrali Piſtorienſi ba-*
,, *ptizantur, Romuli, vel Romula ab ipſo Miniſtro in-*
,, *ditum nomen accipiant. Quæ enim unquam afferri*
,, *ratio poteſt, cur D. Romulus, qui, ut ſcribit Baron.*
,, *ann. 46. n. 2., & ann. 98. n. 11. ad hanc Etruriæ par-*
,, *tem, ſoli ubertate annonariam appellatam, a B. Pe-*
,, *tro Apoſtolo in opus Evangelii miſſus fuerat, quique*
,, *ſubinde Bergomi, Brixiæ, & alibi per Italiam Chri-*
,, *ſtum annunciavit, Piſtorium jam tunc celebre, ac*
,, *Populo refertum, & Feſulis, quo primum pervene-*
,, *rat, finitimum, in Fide erudiendum, ſuciorum ſal-*
,, *tem ope impenſius non ſuſceperit? Et quamvis ob bel-*
,, *la, incendiave, quibus aliis retro ſeculis Piſtorii Ci-*
,, *vitas graviſſimè afflicta fuit, meliora afferri monu-*
,, *menta non poſſint; haud dubitandum tamen eſt, a*
,, *primis hiſce temporibus Piſtorienſi Eccleſiæ attribu-*
,, *tum fuiſſe Epiſcopum, prout aliis finitimis Civitati-*
,, *bus, quæ nec antiquitate, nec Populo majores Piſto-*
,, *rio erant, legimus attributum; ac deinceps alios, at-*
,, *que alios in Piſtorienſi ſede locatos Præſules, id exi-*
,, *gentibus Fidei Catholicæ majoribus incrementis, quo*
,, *Piſtorii contigiſſe argumento eſt, quod nulla unquam*
,, *clades, aut perſecutio Chriſtianorum ibi fuerit, quas*
,, *proximis in locis frequentes iiſdem temporibus acce-*
,, *pimus. Quæ, cum ita ſint, probandum utique nemo*
,, *ſibi ſuadebit, quod Ughello ſuggeſtum inſcitè ab ali-*
,, *quo fuiſſe credendum eſt: Eccleſiam ſcilicet Piſtorien-*
,, *ſem primum D. Martino dicatam, Divique Mar-*
,, *tini memoriam ad quadringenteſimum in ea an-*
,, *num perduraſſe. Migravit enim D. Martinus a ſe-*
,, *culo anno 402. juxta Baron. n. 49. Quomodo ergo po-*
,, *tuit D. Martino ſacra primum fieri Piſtorienſis Ec-*
,, *cleſia, quæ jam ante D. Martinum Epiſcopali hono-*
,, *re præfulſit? Quomodo in ea ſimul D. Martini Ti-*

tulus eo tempore, quo nequidem cœpiſſe poterat? Quod ſi, ut proſequitur Ughellus, Divus Zeno Veronenſium Epiſcopus, & Martyr, aſſumptus in Titulum fuiſſet, poſt patratum Veronæ Atheſis erumpentis prodigium, quod eo tempore contigiſſe, quo libros Dialogorum ſcribebat, D. Gregorius Magnus teſtatur lib. 3. Cap. 19. atque ita poſt annum 593. juxta Baron. n. 43. hæc tituli mutatio, quæ ſeptimi ſæculi initio eveniſſet, non extitiſſet tam priſca, ut omni prorſus monumento apud nos deſtitueretur. Veriùs igitur eſt Piſtorienſem Eccleſiam eidem D. Zenoni, qui multo ante D. Martinum claruit, etiam antiquitus fuiſſe ſacram, vel certè alii, quàm D. Martino. Aliorum tamen Sanctorum Titulus olim coluit Piſtorienſis Eccleſia, ſed D. Zenoni principem locum dedit. Hinc in quadam donatione ab Othone II. Imperatore eidem Eccleſiæ facta anno 997. legitur: in honorem Sanctorum Zenonis, Rufini, & Felicis: & clarius in alio ſimili Inſtrumentu per Fridericum I. anno 1154. Eccleſia in honorem Sanctorum Zenonis, & Rufini, atque Felicis dicata. Inter hos etiam D. Martinum recenſuiſſet, ſi illum unquam accepiſſet in Patronum. Neque enim fuiſſet averſa ea eundem cum D. Zenone colere, quæ alios una cum ipſo in Patronos admiſit. Cæterum ſequentibus ſæculis D. Zenonis tantummodo nomen retinuit. Agitur autem ſolemnis D. Zenonis memoria VI. Idus Decembris, quo die vir Sanctus fuit in Epiſcopum ordinatus, licèt pridie Idus Aprilis Martyrium paſſus ſit. Sacer tamen & hic dies eſt Eccleſiæ Piſtorienſi, & utroſque dies meminit Martyrologium Romanum.

Cathedralis Piſtorienſis inter totius Italiæ antiquiores, ac celebriores meritò recenſenda, ut ſacra ſupellectili, ita quoque pluribus ſacris, iiſque inſignibus Reliquiis prædives eſt. Elucent præ cæteris pretioſi Sanguinis D. N. J. C. Vaſculum, & Sanctiſſimæ Crucis lignum. Illud donum auguſtiſſimum eximiæ pietatis Clementis IX. Summi Pontificis, quo ſuam Patriam ditavit, aſſervaturque in Capella S. Jacobi Apoſtoli, ac magno in honore habetur; hoc vere amantis animi Franciſci Froſini Piſtorienſis Archiepiſcopi Piſani erga hanc Eccleſiam, quam antea adminiſtraverat. Elucent Reliquiæ S. Jacobi Apoſtoli B. Attheni Epiſcopo Piſtorienſi per Didacum Archiepiſcopum Compoſtellanum conceſſæ, quibus Populi Piſtorienſis Religio inſignem Capellam Sacrificiorum frequentia, ac luminum diu noctuque ardentium numero admiratione digniſſimam, atque Altare argenteum opere anaglyphico mira arte conſtructum dicavit. Acceſſere & aliæ ejuſdem S. Apoſtoli Reliquiæ, quas in ſtatuam argenteam collocatas idem Piſanus Archiepiſcopus nuper memoratus donavit. Aſſervantur etiam ſacra Corpora, tum S. Rufini, non Piſtorienſis, ut ſcribit Ughellus, ſed Marſorum Epiſcopi, & Martyris, de quo fideliora acta ab hac ipſa Eccleſia accepiſſe teſtatur Baron. in notis ad Martyrolog. 3. Idus Auguſti, tum Felicis Piſtorienſis Presbyteri, tum S. Atthonis Epiſcopi, quod in propria Capella, & in arca argentea affabrè efficta conditum eſt, ac per ſex ferè ſæcula integrum, incorruptumve ad capillum uſque ſervatur. Quinimo, cum ſuperiore anno recentibus indueretur Pontificalibus veſtibus, veteribus decurſu temporis attritis flexibile ſummam cum omnium admiratione ſe præbuit.

Capitulum Cathedralis, è quo plures Epiſcopi, etiam noſtris temporibus prodiere, undecim Dignitatibus, ac quindecim Canonicatibus conſtat. Ex Dignitatibus Præpoſitura, quæ prima eſt, & Archipresbyteratus, quæ ſecunda, ac decem præterea Canonicatus, qui de Maſſa nuncupantur, ad liberam ſunt Collationem; Reliquæ vero Dignitates, & Canonicatus, de jurepatronatus Nobilium familiarum ſunt. Omnes ex Indulto Clementis IX. Cappas magnas coloris Violacei ſupra Rocchettum cum Cucullo intus hyemali tempore pellibus Armellinis, æſtivo vero rubro ſerico ornato more Epiſcoporum in functionibus Eccleſiaſticis deferunt, in functionibus autem particularibus, dum uti ſinguli incedunt, Mozzettam, cum parvo caputio rubro ſerico, aſſutam, ſupra Rocchettum, prout Epiſcopi ſæculares in propria Diœceſi. Solent etiam arbitrio Capituli eligi alii Canonici ſupra numerum, qui dicuntur honorarii, eundemque habitum in functionibus Eccleſiaſticis deferunt, ſed locum in actibus capitularibus non obtinent, nullaque conſequuntur emolumenta. Deeſt Præbenda Theologalis, ſed ejus loco in Cathedrali habetur lectio Theologiæ moralis qualibet II. & V. feria poſt Completorium a P. Societatis Jeſu ex legato Æneæ Tonti Canonici ejuſdem Eccleſiæ. Inſerviunt præterea Cathedrali Eccleſiæ LIV. Manſionarii, qui ex eodem Indulto Clementis IX. Cappas item magnas violaceas, ſed cum cucullo hyemali tempore cinereis pellibus, æſtivo verè Violaceo ſerico ornato deferunt ſupra Cottam. Adeſt Collegium XXII. Clericorum, qui veſtes Violaceas induunt, & in eadem Eccleſia Clericalia in Divinis Officiis munera exequuntur, ac congrua percipiunt emolumenta, piorumque Præceptorum opera literis, aliiſque Eccleſiaſticis diſciplinis inſtruuntur. Adeſt ſchola Muſicorum, qui diebus feſtis Miſſam, & Veſperas more Palatii Apoſtolici canunt, & a Capitulo eliguntur. Adeſt tandem Seminarium Leonis Strozzæ Epiſcopi providentia anno 1693. ad mentem Concilii Tridentini inſtitutum, ab ejus nomine S. Leonis nuncupatum, in quo Pueri plerique nobiles, & pietate, & bonis artibus optime inſtituuntur, creſcitque in dies, & numero, & facultatibus, & gloria. Proventus Epiſcopales bis mille aureorum Florentinorum ſummam conficiunt. Horum taxa eſt Floren. 466.

Præter Cathedralem ſunt aliæ XXVII. Parochiales in Civitate, quarum quatuor præcipuæ habentur, videlicet S. Andreæ Apoſtoli, S. Joannis Evangeliſtæ, S. Pauli, & S. Mariæ Humilitatis, quibus inſerviunt plures Capellani diebus feſtis, aliiſque per annum, ſuntque veluti Eccleſiæ Collegiatæ, atque earum Rectores in Eccleſiaſticis functionibus ex antiquiſſima conſuetudine incedunt cum Canonicis Cathedralis, æqualique prærogativa gaudent.

Porro Eccleſia S. Mariæ de Humilitate hoc nomine cenſetur, quod in ea aſſervatur antiqua imago B. M. V. de Humilitate appellata, quæ anno 1490. gliſcentibus civilibus diſcordiis ſudore ſanguineo manavit, cujus adhuc veſtigia cernuntur, ejuſque memoria quotannis 16. Kal. Auguſti ſolemni officio per ſedem Apoſtolicam conceſſo celebratur. Huic Imagini Auguſtiſſimum Templum extruxit Populus Piſtorienſis, Peregrinorum frequentia celebre, quod ſacra ſupellectili, Miniſtrorum numero, proventuum copia, Muſicorum ſchola, ſacrarum Reliquiarum excellentia, functionum Eccleſiaſticarum magnificentia, non modo Collegiatas, ſed Cathedrales etiam celebriores antecellit. Imago ipſa anno 1716. die 20. Septembris ſolemni Ritu coronata fuit a Capitulo Vaticano per Nicolaum Fortiguerram Piſtorienſem SS. D. N. Clementis XI. Prælatum Domeſticum, Utriuſque Signaturæ Referendarium, & ejuſdem Baſilicæ Canonicum, cui Deus Nicolai Fortiguerræ Cardinalis ampliſſimi gloriam, dignitatemque tribuat æmulari. Hæc vero aureæ Coronæ ſolemnis impoſitio, eo celebrior effecta eſt, quod non modo Populi è finitimis Civitatibus frequentiſſimi, ſed & Principes Regiæ Domus Etruriæ interfuere.

Eccleſiæ Parochiales Diœceſis extra civitatem 147. numerantur, inter quas Plebaniæ 37. Parochiales 22. reliquæ ſimplices Parochiales. Populus vero ad ſeptuaginta quinque mille animas aſcendit.

Sunt præterea in Civitate decem Virorum Religioſorum Cœnobia, videlicet S. Michaelis de Forcule Monachorum Congregationis Vallis Umbroſæ, a Leone Epiſcopo Piſtorienſe anno 1084. erectum; S. Benedicti Congregationis Montis Oliveti, in cujus Eccleſia conveniunt Equites S. Stephani, quoties juxta ſtatuta Ordinis Congregationes ineunt; S. Bartholomæi Canonicorum Regularium Lateranenſium, cujus Abbas in functionibus ſacris etiam ex-

,, *tra Clauſtra Mezzettam induit ſupra Recchettum* A
,, *more Epiſcoporum in propria Diœceſi; S. Domini-*
,, *ci Ordinis Prædicatorum, quod Nicolaus Cardi-*
,, *nalis Pratenſis reſtituit, ut ſcribit Ciaconius in ejus*
,, *vita ſub Benedicto XI. S. Franciſci Minorum Con-*
,, *ventualium; SS. Virginis ab Angelo Annuntiatæ*
,, *Ordinis Servorum; S. Laurentii Ordinis Eremi-*
,, *tarum S. Auguſtini; B. M. de Monte Carmelo*
,, *Congregationis Mantuæ; S. Honuphrii Ordinis Mi-*
,, *nimorum: Collegium Societatis Jeſu non multis ab*
,, *hinc annis erectum, manus adjutrices dante inclita*
,, *familia Roſpiglioſia. Eſt & Hoſpitium Cleri-*
,, *corum Regularium Minorum in Eccleſia Ss. Cruci-*
,, *fixi, quæ fuit olim Fratrum ſuppreſſorum S. Bar-*
,, *nabæ, alio nomine Apoſtolorum, ſive S. Ambroſii*
,, *ad Nemus: extat & Congregatio Oratorii S. Phi-*
,, *lippi Nerii, cujus Patres in opus ſalutis magna cum*
,, *utilitate laborant.*
,, *Sunt & ſexdecim Sacrarum Virginum Monaſte-*
,, *ria, videlicet; S. Petri Majoris Ordinis S. Benedi-*
,, *cti; S. Mercurialis Epiſcopi, ejuſdem Ordinis,* B
,, *ſed Congregationis Vallis Umbroſæ; S. Mariæ An-*
,, *gelorum, a Sala nuncupatum, eo quod olim extra Ci-*
,, *vitatem in loco, qui* Sala *vulgo dicitur, extructum*
,, *fuerit, deinde in Civitatem translatum, cui pluri-*
,, *mas opes dedit pia fœmina Adula Roſpiglioſia ea le-*
,, *ge, ut puellæ ex aliquibus familiis nobilibus gratis ex-*
,, *ciperentur; SS. Michaelis Archangeli, & Nicolai*
,, *Epiſcopi; quæ duo item ſunt ejuſdem Ordinis S. Be-*
,, *nedicti, ſed Congregationis S. Juſtinæ de Padua; S.*
,, *Mariæ Virginum, ſive ad Nives, ſatis antiquum,*
,, *ſic appellatum, quod in eo olim piæ quadam Virgi-*
,, *nes Republicæ ſumptibus alebantur, ut preces pro*
,, *communi ſalute funderent, excrevit paulatim in*
,, *Monaſterium Ordinis S. Auguſtini, & Moniales*
,, *induunt veſtes albas, ac deferunt ante pectus, ſed*
,, *prope ſiniſtrum brachium parvam Crucem auream*
,, *rubro colore pictam, a qua ſuam deſumpſiſſe videntur*
,, *Equites S. Stephani Piſarum: Monaſterium S. Ma-*
,, *riæ gratiarum vulgo* del letto. *ſic dictum, quod, cum*
,, *ibi eſſet Hoſpitale, B. V. Maria cuidam puellæ in-* C
,, *firmæ apparuit, eique ſanitatem reſtituit. Fuit ere-*
,, *ctum anno 1526. in Monaſterium ejuſdem Ordinis*
,, *S. Auguſtini, & illius Eccleſia magno Populorum*
,, *frequentia ob ſingularem in B. V. devotionem decora-*
,, *tur. Duo hæc Monaſteria ſub Regimine Civitatis,*
,, *quoad temporalia manent. Monaſterium S. Georgii*
,, *Martyris, ſive S. Bernardini Senenſis ſub Fratrum*
,, *Minorum obſervantium uſque ad annum 1600. cir-*
,, *citer, ab inde vero ſub Ordinarii Regimine. Mo-*
,, *niales profitentur Regulam Tertii Ordinis S. Fran-*
,, *ciſci approbatam a Nicolao IV. argenteum Jeſu no-*
,, *men ante pectus deferunt ob S. Bernardini Senenſis*
,, *memoriam. Monaſterium S. Joannis Baptiſtæ à Jo-*
,, *anne Baptiſta Ammannato Viro Nobili extructum,*
,, *& ab ejus nomine nuncupatum Chriſti Præcurſori,*
,, *inſtitutum vero in Regulari Diſciplina ab Eligia*
,, *Balduini Nobili Florentina, & Moniali Ordinis*
,, *S. Claræ anno 1320. Moniales profitentur primam*
,, *Regulam S. Claræ, ſed juxta moderationes eidem*
,, *factas per ſedem Apoſtolicam. Monaſterium S. Cla-* D
,, *ræ a piis fœminis Magdalena Viſcunta, & Puccina*
,, *Cyni celeberrimi J. C. Matertera anno 1320. Mo-*
,, *niales profitentur Regulam S. Claræ traditam ab*
,, *Urbano IV., & hæc duo Monaſteria olim ſub Regi-*
,, *mine Minorum Conventualium uſque ad tempora S.*
,, *Pii V. fuerunt, ab inde vero ſub Ordinario ſunt Con-*
,, *ſtituta. Monaſterium S. Deſiderii Epiſcopi, & Mar-*
,, *tyris ejuſdem Ordinis S. Claræ ſub ipſius Urbani IV.*
,, *Regula: Monaſterium S. Sebaſtiani Ordinis Jeſuato-*
,, *rum ſub Regula S. Auguſtini, additis quibuſdam*
,, *particularibus Conſtitutionibus a ſede Apoſtolica no-*
,, *minatim approbatis. Monaſterium S. Eliſabeth Re-*
,, *ginæ Hungariæ tertii Ordinis S. Franciſci. Mona-*
,, *ſterium S. Mariæ Magdalenæ Mulierum pœniten-*
,, *tium, vulgo Convertitarum, quæ Regulam S. Fran-*
,, *ciſci de pœnitentia profitentur. Monaſterium S.*
,, *Luciæ Virginis, & Martyris Ordinis Prædicato-*
,, *rum ſub Regula S. Auguſtini. Moniales vivunt ju-*

A ,, *xta primævum S. Dominici inſtitutum, ac ſub Re-*
,, *gimine Fratrum Prædicatorum. Monaſterium S.*
,, *Catharinæ de Senis tertii Ordinis S. Dominici, &*
,, *ſub eorumdem Fratrum Prædicatorum Regimine.*
,, *Extat etiam Conſervatorium Puellarum, ſive Vir-*
,, *ginum Pueri Jeſu, quæ more Monialium in Clauſtro*
,, *vivunt, & inſtituendis puellulis ad ſacram Com-*
,, *munionem vacant, prout Romæ in uſu eſt.*
,, *In Diœceſi vero Virorum Religioſorum Cœnobia*
,, *ſex, nempe S. Salvatoris de Vajano ex antiquiori-*
,, *ribus Congregationis Vallis Umbroſæ, de quo men-*
,, *tio in Conſtitutione Urbani II. anno 1090. B. Mariæ*
,, *vulgo* delle Sacca *Congregationis Montis Oliveti;*
,, *S. Franciſci de Carminiano Minorum Conventua-*
,, *lium, ex quo prodiit tertius totius Ordinis Minorum*
,, *poſt S. Franciſcum Generalis; S. Franciſci Mino-*
,, *rum Obſervantium in peramœno loco vulgo* di Giac-
,, cherino *prope Civitatem in ſolo nobilis Familiæ*
,, *Panciaticorum, in quo inſtructiſſima aſſervatur Bi-*
,, *bliotheca; Ss. Crucifixi Capuccinorum, & Ss. Con-*
B ,, *ceptionis eorundem Capuccinorum in ſolo nobilis*
,, *Familiæ Odaldæ erectum.*
,, *Sunt & in Diœceſi quatuor Sacrarum Virginum*
,, *Monaſteria in locis inſignioribus Montanis, nempe*
,, *S. Bonaventuræ de Cutiliano ſub prima Regula S.*
,, *Claræ. Floruere in hoc Monaſterio ſuperiore Secu-*
,, *lo cum regulari diſciplina liberales facultates. Nam*
,, *Lucia quædam Virgo ex honeſta Familia Palearia*
,, *nata, a pio Sacerdote Theologo, humaniores lite-*
,, *ras, Philoſophiam, ac Theologiam edocta, alias*
,, *Virgines eiſdem facultatibus imbuit. Sed Piſtorien-*
,, *ſes Epiſcopi, ne Religioſæ ſimplicitati detrimento*
,, *eſſet, hunc diſcendi ardorem extinxerunt. Porro Lu-*
,, *ciæ fama ita percrebuerat, ut undique ad eam de*
,, *Theologia, ac ſacris literis quæſtiones deferrentur,*
,, *quæ cuique ſciſcitanti faciebat ſatis. Eidem extru-*
,, *ctum e marmore monumentum, ac locata ſtatua in*
,, *Eccleſia Monaſterii cum hoc Epitaphio.*
,, Quiſquis feſtinum huc moliris inceſſum,
,, ſiſte gradum viator. Paucis te vult, hoc,
C ,, quod conſpicis e pario lapide Monumen-
,, tum politum, crede Virtuti. Non hic
,, Mortis Lyceum, ſed eruditæ Minervæ
,, Paleſtricum putes. Lucia Palearia è Cu-
,, tiliano, morum innocentia & Virgineo
,, candore ſpectabilis, hic tumulum ſorti-
,, ta eſt. Palladis alumnam dixeris, quæ
,, in Caſtris ſapientiæ pernoctavit, uni-
,, verſos Philoſophiæ, atque Theologiæ
,, Theſauros exhauriens. Flevere illam
,, bonæ artes, quæ, ea vivente, Etruriam
,, habuere pro Attica. Magiſtra inſuper
,, morum lectas doctrinæ fruges Patriæ
,, ſuæ Monialibus expoſuit. Quæ ejus obi-
,, tum effuſis lachrymis proſequutæ, ut pe-
,, reonis memoria viveret, poſuere anno ſa-
,, lutis 1643. Obiit ætatis anno 29.
,, *Syderei pete ſumma Poli convexa Virago,*
,, *Dum rapit immiti te Lybitina manu.*
,, *Hoſpes odorato fundet tibi lilia Culmo,*
D ,, *Gaudebitque ſuam Pallada Thuſcus habens.*
,, *Extant & alia ſacrarum Virginum bonis artibus*
,, *inſtructarum monumenta, ſed hoc præmiſiſſe ſatis.*
,, *Monaſterium S. Catharinæ Senenſis de ſancto*
,, *Marcello, tertii Ordinis S. Dominici: Monaſte-*
,, *rium S. Franciſci de Lyzano, ſub prima Regula S. Cla-*
,, *ræ, ſed juxta moderationes Eugenii IV. Monaſterium*
,, *Ss. Dominici, & Franciſci de Pupilio, cum eſſent*
,, *olim duo, ſub utriuſque ſancti nomine in unum coa-*
,, *luerunt.*
,, *Septem in Civitate ſunt Hoſpitalia. Primum S.*
,, *Mariæ Pauperum vulgo* del Ceppo *pro excipiendis*
,, *curandiſque tum viris, tum mulieribus infirmis, cui*
,, *inſerviunt piæ quædam Virgines habitu, & moribus*
,, *Monialibus haud diſſimiles, quæ erant olim Ordi-*
,, *nis Jeſuatorum. Secundum pro expoſitis alendis, cui*
,, *vir nobilis præeſt a Conſilio Populi electus. Reliqua*
,, *pauperibus, ac peregrinis pro accubitu deſtinata ſunt.*
,, *In Diœceſi vero Hoſpitalia ſunt ſexdecim, unum*

,, in-

,, *incurabilium, reliqua autem pro pauperibus ad ac-*
,, *cubitum.* A
,, *Laicorum Confraternitates Civitatis triginta ſe-*
,, *ptem, quæ ad varia pia opera juxta cujuſque inſtitu-*
,, *tum congregantur in propriis Oratoriis; Diœceſis*
,, *vero Confraternitates centum quadraginta, quo nu-*
,, *mero non computantur piæ ſodalitates B. Mariæ de*
,, *Roſario, de Cingulo de Monte Carmelo, & ſimiles.*
,, *Porro inter Confraternitates Laicorum memoria di-*
,, *gna eſt, quam ſub titulo S. Nicolai Epiſcopi in Co-*
,, *mitatu Vernii Comes Flaminius Bardi inſtituit ex*
,, *ejus teſtamento, cujus proventus ad ſex mille aureos*
,, *aſcendentes in varia pia opera & eleemoſynas ero-*
,, *gantur, ratioque redditur Capitulo Piſtorienſi.*
,, *Tres præterea ſunt in Civitate Congregationes*
,, *Presbyterorum Sæcularium, videlicet Ss. Trinita-*
,, *tis, s. Spiritus, & B. M. V. pingues proventus ob-*
,, *tinentes ad Miſſarum celebrationem, aliaque ope-*
,, *ra pietatis, quæ earumdem Confratres exequuntur.*
,, *Inter pia loca Civitatis merito adnumeranda Fa-*
,, *brica, ſive Opera s. Jacobi Apoſtoli, cujus proven-* B
,, *tus ad ſex mille aureos in ejuſdem s. Apoſtoli Capellæ*
,, *in Cathedrali ſitæ ſumptibus, pauperum eleemoſy-*
,, *nis, & dotibus puellis pauperibus conſtituendis erogan-*
,, *tur. Annumeranda pia domus Sapientiæ per cla-*
,, *ram memoria Cardinalem Nicolaum Fortiguerram*
,, *propriis ſumptibus extructa, largoque cenſu ditata,*
,, *quæ fuere anno 1474. a Sixto IV. unita quadam Ho-*
,, *ſpitali. Proventus erogantur in alendis duodecim*
,, *Adoleſcentibus in aliqua Univerſitate, qui modo Pi-*
,, *ſas mittuntur, in ſtipendio Doctorum, qui jus Ca-*
,, *nonicum, Civile, Philoſophiam doceant, in alen-*
,, *dis item aliis, qui Doctores renunciati Romæ, vel*
,, *Florentiæ, vel alibi ſtudia proſequuntur; in augen-*
,, *da, conſervandaque Bibliotheca publico uſui deſti-*
,, *nata. De hoc pio loco plura Ciaconius in Vita Card.*
,, *Fortiguerra ſub Pio II. & Raphael Volaterran. lib. 5.*
,, *Piſanar. rer. Utrique loco præeſt Magiſtratus e Ci-*
,, *vium Nobilium numero electus. Extat & Mons*
,, *Pietatis ſub Regia Etruriæ Principum Protectione.*
,, *Inter Eccleſias, locaque pia Civitatis, ac Diœ-* C
,, *ceſis Piſtorienſis non adnumerantur, quæ extant*
,, *Praţi; cum anno 1653. 10. Kal. Octobris ex literis*
,, *Apoſtolicis Innocentii X. fuerit ipſum Oppidum a Pi-*
,, *ſtorienſi Diœceſi ſejunctum, & in Civitatem ere-*
,, *ctum; de quo infrà late differemus.*
,, *Piſtorienſis Epiſcopus quoad Ordines conferendos*
,, *ſubditos quoque habet Piſcienſes. Nullus enim ex*
,, *Piſcienſi Territorio promoveri ad Ordines poteſt,*
,, *niſi per Epiſcopum Piſtorienſem, aut cum ejus literis*
,, *Dimiſſoriis, ſeu Reverendis ut vocant. Sede vero*
,, *Epiſcopali vacante ad Piſtorienſe Capitulum ſpe-*
,, *ctat Piſcienſibus pro Ordinibus literas dare, & nu-*
,, *per anno 1715. a Viſitatore Apoſtolico Territorii Pi-*
,, *ſcienſis ſuſpenſi fuerunt declarati nonnulli ejuſdem*
,, *Territorii, promoti ad Ordines inſcio Piſtorienſe*
,, *Capitulo, cum ſedes vacaret.*

I. 1 RESTALDUS Epiſcopus Piſtorienſis floruit an. 600. primuſque eſt, cujus memoria occurrat. Poſt cujus exceſſum per 100. ipſos annos, nullius (1) repe-

Italia Sacra Tom. III.

A ritur memoria, qui ſedem illam obtinuerit.

1 2 JOANNES Epiſcopus Piſtorienſis anno 700. quædam jura Epiſcopatus Luceoſis reſtituit, ut monumenta Lucenſia indicant. Item de eo mentio anno 716 (2). II.

3 VVILTRETRADUS (3) vixit ann. 801. III.

4 LAMBARDUS *a* Piſtorienſium Epiſcopus erat anno 826. Hic Romano Concilio ſub Eugenio Papa interfuit. IV.

a Al. Lamprandus.

5 QUASPRANDUS vixit an. 844. interfuitque coronationi Ludovici filii Lotharii Imperatoris in Regem Longobardorum apud S. Petrum ſub Sergio II. ut Anaſtaſius Bibliothecarius narrat, meminitque Baron. in ſuis Annal. V.

6 OSCHISIUS Epiſcopus Piſtorienſis an. 807. Interfuit cuidam judicio Lucæ habito ad favorem Gherardi Epiſcopi Lucenſis. (4) VI.

[,, ASTERIUS *de quo Ughellus infra ad n. 11.*) VII.

7 VVIDO Piſtorienſibus jus dicebat divinum anno 916 (5). VIII.

B 8 JOANNES Epiſcopus Piſtorienſis ann. 940. Romanæ ſynodo interfuit ſub Joanne XII. apud Baron. (6) IX.

9 FLORENTIUS ann. 963. apud eundem Baron. (,, *Interfuit Conciliabulo Romano, quo Joannes* ,, *Papa deponitur, & Leo in locum ejus ſubrogatur.*) X.

10 ANTONIUS *b* electus eſt Epiſcopus Piſtorienſis anno 985. ſedit autem ann. 27. gratioſus apud Othonem III. Imperatorem, a quo honoris ergo princeps Imperii dicitur fuiſſe ſublectus (7). XI.

b Seu Antoninus.

11 ASTERIUS *c* an. 904. præſens fuit cujuſdam judicii Romæ facti ad favorem Petri Epiſcopi Lucenſis ab Ludovico IV. Imp. & Benedicto IV. Papa, ut ſupra *d* vidimus.

c hic præponendus Vvidoni.
d Tomo 1. col. 790.

12 RESTALDUS ejuſdem civitatis Epiſcopus an. 1012. ex Monacho Ordinis S. Benedicti. Fuit hic diſcipulus S. Joannis Primi Abbatis Parmenſis cœnobii, & ejuſdem ſancti obitui interfuit an. 972. 11. Kal. Jun. deinde ad cathedram aſcendit Epiſcopalem, ex manuſcript. vita ejuſdem Abbatis. Anno C vero 1018. ſolemni SS. Barontii Abbatis, Deſiderii, & ſociorum monachorum translationi interfuit, pauloque poſt ex hac mortali vita deceſſit. XII.

13 JOANNES patria Lucenſis, Petri Valberti filius, Epiſcopus Piſtorienſis circa an. 1020. multa bona conceſſit Eccleſiis S. Pantaleonis, & Reparatæ diœceſis Lucenſis. XIII.

14. * VVIDO Piſtorienſis Eccleſiæ Epiſcopus recenſetur inter Epiſcopos, qui interfuerunt Synodo Romæ habitæ à Benedicto Papa IX. Vide fragmentum ejuſdem ſynodi relatum in Epiſcopis Peruſinis. XIV.

** Ex Append. t. 9.*

15 MARTINUS electus an. 1043. obiit an. 1050. quo anno *e* ſubſcripſerat Leonis IX. privilegio pro Eccleſia Portuenſi. XV.

e Vel potius 1049.

16 VVIDO floruit anno 1052 (8). XVI.

17 LEO *f* anno 1068. octavo Idus Julii ſe ſubſcripſit ſententiæ ejuſdem comitiſſæ Beatricis ad favorem Archidiaconi Lucenſis. Condidit Leo, vel potius in Abbatiam erexit Eccleſiam D. Michaeli XVII.

f De hoc videndus Simius de Vit. illuſt. Vallisumb. p. 155. Mandoſ.

N Ar.

(1) Salvius in hiſt. Piſtorienſi poſt Reſtaldum, quem ait in Epiſcopatu vixiſſe uſque ad annum 613. ſequentes Epiſcopos enumerat: *Neſtorium* ſediſſe ab an. 613. ad 626. *Traclanum*, ſeu *Trattanum* ab an. 626. ad 641. *Theodatum* ab an. 641. ad 668. *Paderttum* ab an. 668. ad 68?. Neſſimium 81. ab an. 685. ad 698. & Vigefeldum, qui biennio vixerit. Hos deſumpſit Salvius ex hiſtoria Piſtorienſi Pandulphi Alferoli: unde vero hic hauſerit, videat optimus lector. Interim ſatius mihi viſum fuit illos prætermittere cum Ughello, quam nullo certiori innixos fundamento huic ſeriei adnectere.

(2) Hunc Joannem vixiſſe ad an. 712. aſſerit Salvius loco citato, illique eodem anno datum ſucceſſorem *Felicem*, qui anno 730. exceperit *Theodoſium*: Theodoſio defuncto an. 754. ſuffectum *Licinianum*, huic an. 762. *Abundium*, Abundio an. 772. *Joannem* ſecundum, Benedictum denique in Joannis demortui locum an. 786. electum, qui anno circiter 801. deceſſerit. Hos pariter ex eodem fonte eruit Salvius, neque majus de eorum exiſtentia profert teſtimonium. Fides ergo ſit penes Auctorem.

(3) *Valleradus* vocatur à Salvio in hiſt. Piſtor., cui anno circiter 807. defuncto ſucceſſerit Guilleradus, qui vertentes diſcordias inter Monachos S. Bartholomæi, & Monachos Ss. Petri, atque Anaſtaſii compoſuerit eodem anno 807. obieritque anno 826. Fratalus omnis, & idem eſt Guilleradus, ac Valleradus, ſeu Vultretradus.

(4) Hunc puto eſſe Piſtorienſem illum Epiſcopum, qui in Actis Concilii Nicolai I. ſupra in Ravennatibus relatis an. 861. ſubſcribitur *Oſpus Piſtorienſis*. Certe ex illis erroris convincitur Salvius, qui in ſua Piſtorienſi hiſtoria hoc eodem anno poſt mortem Guaſprandi electum *Novellianum* ſcribit, qui ad an. 87?. ſederit, cum ex citatis Actis manifeſte probetur anno 861. Piſtorienſem ſedem occupaſſe Oſpum, ſeu Oſchiſium, ut hinc etiam facile colligere poſſis, quænam fides Salvio cæteros ab Ughello omiſſos Epiſcopos enumeranti habenda ſit. Subſcripſit Oſchiſius (ut ibi appellatur) Piſtorienſis Epiſcopus Epiſtolæ Concilii Ravennenſis, qua poſſeſſio Flaviniaci Monaſterii, & Tiliniaci villæ Adalgario Æduenſi Epiſcopo confirmatur an. 877. Oſchiſium eluent idem Auctor obiiſſe anno 893. eique ſucceſſiſſe *Stephanum*, qui ad annum uſque 916. pervenerit: cum tamen hanc Cathedram teneret Aſterius anno 904.

(5) Vvidonem ait Salvius in hiſt. Piſtorien. è vita deceſſiſſe an. 937. illique ſucceſſorem electum *Raimbaldum*, qui triennio in ea vixerit dignitate.

(6) Hic quoque novum inſerit Epiſcopum Salvius in ſua hiſt. Piſtorien. Cum enim Joannes fato functus fuerit anno 961. inde Cathedram Piſtorienſem conſcendiſſe enarrat *Berengarium*, qui biennio tantum paſtorali perfunctus ſit munere.

(7) En iterum Salvius. Ait enim defuncto Antonio anno 1007. ſucceſſiſſe Petrum, qui obierit anno 1009. atque ſucceſſorem habuerit Robertum demortuum anno 1012.

(8) Guidonem vixiſſe ad an. 1055. aſſerit Salvius in hiſt. Piſtor. illique ſucceſſiſſe Donatum, qui anno 1055. Concilio Florentino ſub Victore II. interfuerit. Hujus quidem Concilii memoria habetur apud Harduinum in noviſſima Conciliorum editione, ſed Epiſcopi, qui in illo ſederunt, deperditis Actis non apparent. Defuncto circa eadem tempora Donato ad hanc ſedem evectum affirmat idem Salvius Martinum, alterum, cujus memoria anno 1057. habetur.

Archangelo ſacram de Furcule, quæ ea tempeſtate in ſuburbiis ſita erat, hodie murorum ambitu continetur, eamque in Vallisumbroſanam Monachorum congregationem contulit, quæ hactenus illam obtinuit. Hæc vero inſtitutio facta a Leone an. 1084. capituli ſuffragiis corroborata, his verbis concepta eſt, quæ in celeberrima Vallisumbroſanæ Abbatiæ ſanctiore Camera aſſervatur.

A

Leo, Dei gratia, Piſterienſis Eccleſiæ Epiſcopus.

Omnibus noſtro regimini commiſſis in Chriſto ſalutem.

Sicut Eccleſiæ Dei violatores Paulus Apoſtolus a Deo diſperdendos denunciat: ita eum, qui domum Dei juxta poſſibilitatem ſuam ædificare, vel ordinare ſtudet, digna mercede remunerandum proclamat dicens: Unuſquiſque proprium mercedem accipit ſecundum ſuum laborem. *Quod ita eſſe & his, & aliarum ſcripturarum divinarum teſtimoniis cognoſcentes, in augmentatione, & melioratione Eccleſiarum nobis commiſſarum, dum vacans, laborare ſtudemus. Talia itaque faciendo, noſtra memoria occurrit Eccleſia S. Angeli Michaelis, in loco, qui dicitur Furcule, ſita in ſuburbia videlicet Piſtorienſi, officio, & omni gubernatione deſtituta, de cujus deſtructione, & detrimento nimium dolenses, & qualiter meliorari valeret, pertractantes, cum conſilio noſtrorum clericorum, necnon fidelium laicorum, conſtituimus, & firmiſſima ſtabilitate ſancimus, pro anima noſtra, & anteceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum remedio, eam abhinc, & in perpetuum monaſterium fieri, quatenus ſicut de ejus exiguitate, & deſtructione multi anima, & corporis damna perpeſſi ſunt, ſic de ejus reſtitutione, & augmento quamplurimi & anima, & corporis ſalutem ſe conſequi gratulantur. Ut autem monachi, qui inibi Deo militare debent, quiete, & ſecure a ſecularibus moleſtiis vivere valeant, proponimus nos noſtroſque ſucceſſores, abhinc in antea nullam ſecularem poteſtatem, vel dominium de prædicta Eccleſia habere debere, nihilque de rebus, quas quolibet modo habet, vel in æternum habebit, auferre, minuere, ſubtrahere, alienare, vel qualicumque cauſationis lite fatigare, ſive per nos, ſive per aliquam a nobis ſubmiſſam perſonam. Et quoniam Abbatiam ibi fieri loci parvitas modo non requirit, decernimus & ibi, quando regulariter poterit, ordinari. Ita tamen ut a nobis, vel noſtris ſucceſſoribus, quocumque tempore, nullus eidem loco Abbas conſtituatur, vel ordinetur, niſi quem concorditer monachi in eodem loco habitantes elegerint, cum conſilio, & adjutorio Abbatis Ficeclenſis, & eorum, qui congregationes Vallisumbroſas pro tempore regunt. Quia autem modo Ficeclenſis Abbas ſuos ibi monachos ponit, per eum eoſdem monachos volumus regi, ſi tamen congregationes Vallisumbroſæ non diſcordaverint, quod ſi fecerit, in eorum ſint regimine, qui regunt congregationes Vallisumbroſas: ſi autem monachi, qui in præfata Eccleſia S. Angeli pro tempore fuerint, a ſupra ſcriptis rectoribus diſcordare cœperint, habeant poteſtatem cum conſilio noſtro illos inde trahendi, & alios, quos voluerint, admittendi. Quod ſi aliquis de meis ſucceſſoribus, quod abſit, ſimoniacus fuerit, vel aliquod crimen, quod Epiſcopum non deceat, patraverit, licentiam, & poteſtatem eis damus, cum conſilio clericorum, qui in noſtra Eccleſia ſecundum Deum vixerint, unde melius potuerint conſecrationes, & ordinationes accipere, aut regulariter noſtra Eccleſia ordinatum Epiſcopum expectare. Ut ergo hoc noſtrum decretum firmiter inviolatum permaneat, obligamus nos, noſtroſque ſucceſſores, ſi aliquid horum irritum facere tentaverimus, ſive per nos, ſive per ſubmiſſam perſonam a nobis, componere debere auri optimi libras centum, & poſt datam pœnam, quicquid in hoc præcepto continetur, in ſua firmitate, & robore permanere debere. Inſuper ſive nos, ſive noſtri ſucceſſores, ſive a nobis ſubmiſſa perſona, quæcumque illa fuerit, qui hoc decretum violare tentaverit, ex parte omnipotentis Dei, & B. Mariæ ſemper Virginis, & S. Petri Apoſtoli, ſanctique Zenonis Epiſcopi, ſit excommunicatus, & maledictus, atque anathematizatus, ita ut & particeps cum Dathan, & Abiron, qui vivi deſcenderunt in infernum, cum Juda traditore, atque cum Simone Mago, partemque habeat cum diabolo, & Angelis ejus in ignem æternum, & hæc Martinum notarium ſacri palatii, ita ſcribere rog.*

B

Actum apud Canonicam Piſterienſem feliciter.

Leo Epiſcopus in hoc decreto a me facto mea manu ſſ.

Ego Azzo Archidiaconus interfui, & ſſ.

Ego Ugo præpoſitus interfui, & ſubſcr.

Ego Ildeprandus Primicerius interfui, & mea manu ſubſcripſi.

Ego Sylvius presb. ſubſcripſi.

Ego Bonus presb. ſubſcripſi.

Ego Joannes presb. & canonicus interfui, & ſſ.

Ego Bonatus presb. & canonicus interfui, & ſſ.

Ego Priſcianus presb. & canonicus ſſ.

Ego Minerius presb. & canonicus ſubſcr.

Ego Marinus cler. vice Guidonis presb. ejus rogatu ſſ.

Ego Presbyter ſubſcripſi.

Ego Carbunculus clericus interfui, & ſſ.

Ego Paganus diaconus, & canonicus interfui, & ſſ.

Ego Ruſticus diaconus, & Canon. interfui, & ſſ.

Ego Patritius diaconus, & canonicus ſubſc.

Ego Bellinus canonicus clericus ſubſcr.

Fallis cuſtos interfui, & ſubſcripſi.

Bonaccius diaconus, & canonicus ſubſcr.

Ego Bothon ſubdiaconus, & Canon. interfui, & ſſ.

Villanus filius b. m. Ugo.

Rolandus Guitto germani, qui Bonini interfuere.

Guido, & Rolandinus germani, filii b. mem. Gerardi.

Villanus filius Caparotthi *interfui.*

Lucius filius Panci, & Ugo filius quondam Brithonis, & Theodericus de Peje.

Petrus filius bon. mem. Pagani, &

Bonus filius Ruſtici, & alii quamplures interfuere.

Martinus clericus vice Rinuccii, filii Regimanni ejus rogatu ſubſcripſi.

Bonus filius Fantuli interfuit.

Hoc factum eſt anno ab Incarnatione D. N. J. C. MLXXXIV. pridie Kal. Sept. Ind. 7. feliciter.

C

Martinus notarius ſacri palatii hoc decretum complevi, & dedi.

Ego Avianus D. Frederici divæ memoriæ Imp. judex, & ſacri palatii notarius, illud authenticum vidi, & legi, & prout in eo inveni nil addens, vel minuens de verbo ad verbum fideliter ſcripſi, & exemplavi.

18 PETRUS monachus Vallumbroſanus, cum Piſtorienſis Epiſcopus fuiſſet adlectus a, multa dilargitus eſt Monachis S. Michaelis de Furcule ſui Ordinis anno 1104. atque ad eundem Petrum Urbanus II. Pont. Max. literas dedit, ut in 2. p. Decret. cauſa 1. q. 7. Hic reperitur vixiſſe anno 1096. XVIII.

a An. 10[illegible] vel 10[illegible] Obiit 11[illegible] die 14. Auguſti ex Salvio.

Petri hujus voluntate, & beneplacito Mathilda comitiſſa dedit monaſterio S. Salvatoris Eccleſiam S. Mariæ de Ponte anno 1099. Fragmentum donationis refert Franciſcus Maria Florentinius amicus noſter libro 2. rerum memorabilium comitiſſæ Mathildæ; ſic enim ſe habet.

In Dei nomine. Amen.

D

Anno ab Incarnatione ejuſdem 1099. regnante Imperatore Henrico Id. 8. Septembris Indictione 8.


Ego domina Mathilda ducatrix propter Deum, & mundum anima mea, vel pro eluendis peccatis meis, quæ commiſi, & pro anima Bonifacii marchionis genitoris mei, & Beatricis matris meæ do, & offero tibi Deo in monaſterio S. Salvatoris, & tibi Joanni Abbati, tuiſque ſucceſſoribus cum licentia, & integra bona voluntate D. Petri Piſtorienſis Epiſcopi, & Bonucci archipresbyteri Eccleſiam S. Mariæ de Ponte cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus ſuis, & quod ab hac hora in antea poteſtatem habeatis illam tenendi, &c.

Ego Petrus Epiſcopus, & ego Albertus judex interf.

Ego Groſſuto notarius ſubſcripſi. Dedit Mathildis Dei gratia, ſi quid eſt, &c.

19 ILDEPRANDUS ex comitibus Guidis de Romena, monachus Vallumbroſanus, atque Abbas S. Michaelis de Furcule Petro Vallumbroſano ſucceſſit b. A comitiſſa Mathilda multa obtinuit privilegia, quorum favore multas Piſtorienſis Eccleſiæ ju- XIX.

b An. 1104. menſ. Septemb. Salvius.




juriſdictiones recuperavit. Aono vero 1105. Paſchalis II. favorabili procuſo diplomate, quicquid S. Zenonis, ac Piſtorienſes Epiſcopi poſſederant, confirmat. De eo meotio habetur in conceſſione Mathildæ comitiſſæ, quam fecit monaſterio Ficeclenſi diœceſis Lucenſis, dum Pratum nobile oppidum Piſtorienſis ditionis obſideret, adſtante Ildeprando anno 1107. Conceſſio eſt talis ex tabulario Lucenſi deſumpta.

Dum in Dei nomine.

D. inclyta comitiſſa Mathilda ducatrix ſtante ea in obſidione Prati, aſſiſtentibus cum ea Ildeprando gratia Dei Piſtorienſi Epiſcopo, & Beavito Archipresb. necnon Anſelmo Ficeclenſi Abbate, atque Bono Nonantulano judice, ſeu Baldino de Carpineta, ſive Fralmo de Luca, & Arduino fil. Guidonis, & Raymundo de Baeſo, atque Guiberto de Saviola, & Ugo de Manfredi, ſeu Corbo de Ferignano, & Rayaerio filio Bolgarelli, & Aluciono de Luca. In eorum præſentia commota ea precibus jam D. Anſelmi Abbatis confirmavit poſſeſſionem illam, quam Eccleſia monaſterii ſancti Salvatoris de . . . habebat, & tenebat de illa portione, quam in prænominata Eccleſia evenit a Raynerio filio Ruſtici de caſtello illo, quod vocatur Montaltus, poſitum infra Epiſcopatum Lucenſem, & inſuper miſit bannum ſuum ſuper ſupraſcriptam portionem jam dicti caſtelli, necnon & ſuper ipſam poſſeſſionem tali modo: Si ab hac hora in antea unquam in tempore magna, parvaque perſona de præfata portione ejuſdem caſtelli, vel de poſſeſſione adverſus eandem Eccleſiam, & monaſterium, ſive etiam adverſus ſuos rectores, aut adverſus illas perſonas, quam per præfatam Eccleſiam obvenerit in aliquo agere, aut cauſare, ſive intentionare, vel moleſtare, aut litigare, ſive retollere, aut inquietare præſumpſerit ſine legali judicio, tunc ille ſit compoſiturus, & daturus centum libras denariorum, medietatem Cameræ ſuæ, & medietatem ſupradictæ Eccleſiæ, & monaſt. unde hanc notitiam pro ſecuritate, & futura oſtenſione.

Ego quidem Gerardus notarius per juſſionem ejuſdem D. Mathilda, & prædict. judicum ſcripſi anno D. noſtri Ieſu Chriſti 1107. menſ. Ianis Indict. 15.



Neminis hoc ſigno judex Boant hæc ego firmo.
Ego Sigifredus judex interfui, & ſubſcr.
Fralmus Cauſidicus interfui.

Ego quidem Gerardus notarius ut dictum eſt per juſſionem D. Mathilda, & judicum hanc notitiam ſcripſi.

Cæterum fuit Ildeprandus ſanctiſſimis moribus, ac ſingulari doctrina; deceſſitque 1133.

20 B. ATTO (1) Luſitanus, patria Paceoſis, profeſſione monachus, octavuſque Abbas Vallisumbroſæ, electus eſt Epiſcopus Piſtorienſis anno 1133 *a*. ejuſdemque electionem ratam habuit Innocentius II. a quo etiam ſequenti ampliſſimo privilegio ad favorem ſuæ Eccleſiæ, ac ſucceſſorum ditatus eſt. Diplomatis exemplar una cum ſequentibus monumentis habuimus ex tabulario ejuſdem Eccleſiæ. XX.

a 1135. juxta Papebrochium.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Attoni Piſtorienſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice promovendis in perpetuum.

Piſtorienſis Eccleſia largiente auctore omnium bonorum Domino, in Tuſcia partibus a longis retro temporibus licitè ſpecialis prærogativa munus obtinuit, ut ſapientum, & diſcretorum paſtorum regimine præfulgeret, & tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus per eorum induſtriam gratum Deo ſuſciperet incrementum. Gaudemus equidem, & debita jucunditate lætamur, quoniam ſuperna diſpoſitionis providentia te venerabilis frater Atto Epiſcope, ſapientem utique virum, & in religione probatum, ejuſdem loci paſtorem conſtituit, & ad gubernandum, & inſtruendum doctrina, & vita exemplo populum ſuum miſeratione divina vocavit. Quanto ergo vita tua religioſior eſt, & præfata Piſtorienſis Eccleſia, cui, auctore Deo, præſides, exiſtit beato Petro devotior, tanto ex injuncto Apoſtolatus officio magis grata nobis incumbit neceſſitas, ut prænominatam Eccleſiam tibi a Deo commiſſam, auctoritate Apoſtolica privilegiis muniamus, & ei jus ſuum illibato, & integre conſervemus. Ad exemplar ergo prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Urbani, & Paſchalis Romanorum Pontificum præſenti decreto ſtatuimus, ut unuſquiſque in præſentiarum in eadem Eccleſia juſte, & legitimo poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitate Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poteris adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Statuimus etiam ut diœceſis Piſtorienſis Epiſcopatus, ſicut ejus termini prædictorum prædeceſſorum noſtrorum privilegiis diſtincti ſunt, ſic in jure, & conditione Piſtorienſis Epiſcopi ſine alicujus moleſtia, vel inquietudine perſeveret, per quos nimirum terminos ſubſcripta capella, & Eccleſia conſtituta eſſe noſcuntur. Capella videlicet de Capraja, cap. hoſpitalis de Roſtria, plebs de Maſſa, capella de Vincio, capella de Cucumiano, cap. de Caſtello novo, capella S. Martini in monte Culli, cap. de Varazzano, capella de Vernia, ſuper qua præfati prædeceſſoris noſtri Urbani, poſt tertiam, & quartam diſcuſſionem eſt prolata ſententia, capella hoſpitalis de Fanana, capella Prati Epiſcopi, capella de Rotie, capella de Cerbaria, capella montis Acuti, capella de Inſula, capella domini Salvatoris ſita in Prato, curtem etiam, quam vocant Pavana in Piſtorienſi comitatu cum caſtello Sambuca in curtis confinia conſtructo dictæ Piſtorienſis Eccleſiæ confirmamus, ſicut a venerabilis memoriæ comitiſſa Mathilda B. Petri filia poſt diu examinatam attente a pluribus judicibus, ac juriſperitis, actionem per judicium Beraardi tunc ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteri Cardinalis, & jam dicti Paſchalis Papæ vicarii, in manus dignæ recordationis Ildeprandi prædeceſſoris tui, & fratrum ejus reſtituta eſſe cognoſcant. Porro dominationes de monte Murlo, de Prato, de S. Paulo, de Coloaica, de Montemagno, de Caſale, de Camperocchio, de Cre-

(1) *Attus*, *Actus*, vel *Actius* antiquioribus Scriptoribus ex ſui temporis Latino uſu dictus, aliis ex vulgaris linguæ Italicæ forma, *Atto*, ſive *Atho* nuncupatus invenitur: & ſic ipſemet an. 1133. die 24. Aprilis ſub inſtrumento quodam, Ego, inquit, *Fr. Atto Peren. Monachus & dictus Piſtorienſis Epiſcopus &c.* Eademque nomenclatura uſi ſunt Pontifices Romani in ſuis ad eum litteris. Antiquiores, qui ejus meminere, ſcriptores nihil de ejus patria dicunt. Recentiores omnes citra hæſitationem Pacenſem Luſitanum fuiſſe affirmant. Verum, ut de nomine nihil dicam, antiquis æquè ac recentioribus Hiſpanis inuſitato, Hetruſcis autem familiari, qui & olim Actium Tullum Volſcorum regem Coriolani hoſpitem habuerant, & iiſdem, quibus floruit Sanctus, ſeculis varios ejuſdem nominis numerabant Epiſcopos, uti videre eſt apud Ughel. t. 3. Ital. Sac. quæ obſecro ratio ſuadet, ut *Peren.* legatur *Pacenſis*? cum in Hetruria ſit fluvius *Pera*, nomen tribuens toti *Perenſi*, ſeu *Perenſi* valli; in qua Paſſinianum Vallumbroſani Ordinis præcipuum monaſterium? Ex altera quoque Arni parte fluvius eſt & vallis *Peſcia*, ejuſdemque nominis oppidum nobiliſſimum. Unde rectius forte *Hetruſcus Perenſis*, quam *Hiſpanus Pacenſis* dicatur. *Papebrochius* in *Actis* SS. Maii t. 5. p. 194. ubi fuse de eo.

ti, & de Spannarecchio, quas de laicorum manibus ſolertia prædicti prædeceſſoris tui eripuit, nullus namque ab eccleſiaſtico jure relictarum uſibus alienare præſumat. Idipſum de cæteris curtibus prædictis, ut præcipimus, quæ hodie in Eccleſia Piſtorienſis poſſeſſione perſiſtunt, videlicet de Lizzano, de Mamiano, de Caviana, de Batoni, de Saturnana, Brandelio, Grazzule, Piſtia, Vinacciano, Tobbiano, Publica, Silvamortua, Vinule, Petaneſe, Celle, & de cætera ſita in Epiſcopatu Bononienſi, quam tenuerunt homines de valle Pubila carte de Spalliero. Inſuper confirmamus vobis plebem S. Hippolyti in alpe, plebem S. Laurentii, plebem in monte Murlo, plebem de Valliano, plebem S. Quirici, plebem de Spannarecchio, plebem de Satarnana, plebem de Brandeglio, plebem de Caviana, plebem S. Marcelli, plebem de Lizzano, plebem de Popilio, plebem de Pitelio, plebem de Farfaro, plebem de Celle, plebem de Calloria, plebem de Vivaniano, plebem de Maſſa, plebem de Creti, plebem de Camporecchio, plebem de Limite, plebem de Artimino, plebem de Sejano, plebem de Quarrata, plebem de Montemagno, plebem de Tebbiano, plebem S. Pauli, plebem S. Hippolyti, plebem de Ajolo, plebem S. Juſti, plebem de Colonica. In Prato plebem S. Stephani. Ad hæc admonentes ſancimus, ut occaſione privilegii, quod Pratenſes a nobis ſe impetraſſe congaudeant, nulla injuria, vel irritatio, aut inobedientia matri ſuæ Piſtorienſi Eccleſiæ, ſeu cuilibet ſupraſcriptarum plebium, videlicet S. Pauli, S. Hippolyti de Ajolo, S. Juſti de Colonica, vel alicui in aliquo inferatur, nec Pratenſis Eccleſia, vel clerici ipſius loci eodem ſcripto continetur, juſtitiam, vel dignitatem, aut obedientiam Eccleſiæ, ſeu Epiſcopi Piſtorienſis utantur. Sed quemadmodum prædeceſſorum noſtrorum Urbani, Paſchalis, & aliorum, ſeu etiam bonæ memoriæ Petri, & Ildeprandi Piſtorienſium Epiſcoporum tempore exiſtit, poteſtatis, aut dignitatis Piſtorienſis Eccleſia, vel Epiſcopi eis in omnibus obediens, & ſubjecta permaneat. Nulli ergo omnino hominum fas ſit ſupedictam Piſtorienſem Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur tam tuis, quam tuorum fratrum, & pauperum uſibus profutura. Si quis ergo in poſterum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, princeps, aut dux, comes, judex, aut qualibet eccleſiaſtica, ſecularisque perſona hanc noſtræ reſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, ac tertio commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniat.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Vuillelmus Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Matthæus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Joannes tit. S. Chryſogoni presb. card. ſſ.
Ego Gottifredus card presb. tit. S. . . . ſſ.
Ego Lucas presb. card. tit. Ss. Petri, & Pauli ſſ.
Ego Martinus presb. card. tit. S. Stephani in Cœlio monte ſſ.
Ego Gregorius diac. card. tit. Ss. Sergii, & Bacchi ſſ.
Ego Guido diac. card. S. Mariæ in Via lata ſſ.
Ego Odo diac. card. S. Georgii ſubſcripſi.
Ego Joan. diac. card. S. Nicolai in carcere Tull. ſſ.

Datum Piſis, per manum Americi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis, & Camerarii XII. Kal. Januarii, Indictione 12. Incarnationis Dominicæ an. 1134. Pont. vero D. Innocentii Papæ II. an. V (1).

In eumdem modum poſtea non minorem gratiarum copiam Cœleſtinus II. effudit (2). Caſtellum Bittonem coemit. Favore Didaci Archiepiſcopi Compoſtellani, S. Jacobi Apoſtoli colli articulum obtinuit, procurante Raynerio Piſtorienſi canonico Compoſtellano, anno 1145. collocavitque honorifice in cathedrali, in cujus ſancti honorem cum Atto ſacellum munifice conſtruxiſſet, Piſtorienſes majoris opis impetrandæ ſpe pleni, dictum S. Jacobum ſuæ civitatis protectorem renunciarunt. Extant de hac re nonnullæ tum Raynerii, tum Didaci Archiepiſcopi literæ, quas hic libenter damus, ut Attonis virtutes, pietatemque magis venerentur mortales.

Suo dilectiſſimo patri Attoni, Dei gratia, Piſtorienſis Eccleſiæ Pontifici Reverendiſſ. Raynerius eadem gratia, ejuſdemque ſedis omnium Levitarum minimus, quod ſemper debetur.

Tuis deſiderabilibus perlectis chartulis, ſalutatione fideli, oratione Dominica, benedictionis promiſſione, gratiarum actione, ſalutari doctrina, honeſto, & utili imperio uſquequaque refecti ſumus. Quocirca non milliaris, & immobilis, ſed vivus, & advolans cupio fieri lapis, exemplo illius, quem reprobaverunt ædificantes, qui factus eſt in caput anguli, infra quem remanere non eſt tutum, ultra ipſum aliquid quærere eſt ſtultum, vitæ docendo viam, prius tamen incedendo per eam. Acceptis prius a te gratiarum laudibus ſummas utique tuæ grates, & laudes refero ſanctitati, non convaleſcit planta care pater, quæ ſæpe transfertur. Nihil tam utile eſt ut in tranſitu proſit. Ad te igitur promiſſor fideliſſime, & ad ſacratiſſimam meam Piſtorienſem Eccleſiam matrem, divina comitante clementia, cum debuero, & potero, redibo, & re, & eam pro viribus honorare, & juvare non immerito ſtatui. Tuæ virtus innocentiæ a me laudanda foret, ſed timui laudes diminuiſſe tuas. Romana namque, & Apoſtolica ſedes, dum ſtudium tenerem Quintonio in Anglia, in tantam tuæ prærupit laudem excellentiæ in curia Præſulis Quintonienſium per dominum Matthæum diaconum, & Cardinalem ſancti Georgii a, interrogatus a me de noſtræ, & Romanæ ſtatu Eccleſiæ, dicens, quod Romana, & Apoſtolica ſedes beata foret, ſi tui duceretur moderamine gubernaculi, quod me ultra, quam dici poſſit, lætificavit. Legimus de beato Joanne Baptiſta, quod in deſerto verbum prædicaverit vitæ, & teſtimonium præbuerit Filio Dei, & negaverit ſe Chriſtum eſſe, eo tempore, quo ei ſatis crederetur ſi diceret, & numquam Salvator eum inde abſtraxit, ſed capi, & in carcerem trudi & ab Herode capite minui permiſit. Te vero ab eremi ſolitudine abſtrahens, ad cœli ſorum uſque deducit. Aperto monachorum carcere ſummum paſtorem ſuper Eccleſiæ candelabrum immobiliter ſtatuit. De Joanne dictum eſt: Non erat ille lux: de te, & Apoſtolis, quorum vicem geris, ſcriptum eſt. Vos eſtis lux mundi. Superas etiam beatum Ambroſium in inventione, & acquiſitione ſanctorum corporum: ille enim tantum martyres expoſuit ſuis civibus, tu vero tuis admirande pater, dabis martyrem, & Apoſtolum. Non hoc dico, ut ſanctis detraham patribus, ſed ut Deus in te ex parte noſtris glorificetur temporibus, glorioſiſſimis tuis meritis, divina tamen præveniente, & ſubſequente gratia, in eoque non modico labore, & ſudore, & anguſtiſſima difficultate non minimam reliquiarum de capite beatiſſimi Apoſtoli Jacobi fratris Joannis Evangeliſtæ, omnibus pro me apud domi-

num

a Hic Mattheus Cardinalis ſupplendus in Ciaconio ſub Innocentio II.

(1) Referunt hanc Bullam datam XII. Kalend. Jan. Baronius in Annal. ad an. 1133. & Ughellus (*hic*) ſed magna cum diverſitate annorum characterum. Prior enim notat an. Incarnat. 1133. Ind. XII. Pontificatus annum IV. quem conſtat eſſe cœptum in Februario anni 1130. adeout anni incarnationis, & Pontificatus non conveniant. Poſterior vero notat annum Incarnat. 1134. Indict. xii Pontif. annum quartum. Ubi reperitur eadem incongruentia circa annum Incarnationis & Pontificatus, ut ſileam de numero Indictionis, ſiquidem ex ſtylo Romanæ Curiæ a Kal. Septemb. anni 1134. inchoanda fuerat indictio xiii. In hac perplexitate conſulendum ipſum autographum cenſui, cujus contextus ita ſe habere repertus eſt: *Datum Piſis &c. xii Kal. Januarii. Ind. xi. Incarn. Domin. anno 1134. Pontificatus vero D. Innocentii Papæ II. an. IV.* Verum ne ſic hæc recte ſe habent omnia. Indictioni enim non [illegible], ſed duo anni deficiunt: qui defectus imputari forte poteſt oſcitantiæ ſcriptoris, ſicut totius Bullæ ſinceritas non veniat propterea in ſuſpicionem, de quo alii viderint. *Papebrochius in Actis Ss. Maji t. 4. p. 196.*

(2) Sed ſi Bulla Innocentii incertitudine haud levi ſcrupulo obnoxia eſt propter male notatam Indictionem xi. pro xiii. graviori etiam præjudicio tenetur altera, quæ ſub nomine Cœleſtini II. habetur, toto initio eadem, & quaſi tunc recens Epiſcopatum ſuſcepiſſet Atto, qui jam in eo novum annum agebat: ſiquidem ſubſcribitur *Datum Laterani &c. xiii. Kal. Martii Ind. xii. Incarn. Domin. an. 1143. Pontif. D. Cœleſtini Papæ II. anno I.* & tamen certum eſt, quod eo anno nonniſi vi. indictio currebat: & quod ſoleant Pontifices decefſorum ſuorum privilegia confirmaturi, eorumdem tenori verbotenus tranſcribendo, novum aliquod exordium præfigere. *Papebrochius loco cit. p. 197.*

num Archiepiſcopum Compoſtellanæ ſedis, qui dedit, intervenientibus perſonis, atque ejuſdem Eccleſiæ canonicis, & in locello, in quo ſunt, propriis locavit manibus, obtinui partem, quam non promitto, ſed fideliter, atque filialiter, & devote per medium [a] Villanum prudentiſſimum virum, & veſtrum legatum, & per Thebaldum avunculum ejus, vobis, & ſanctæ matri Eccleſiæ Piſtorienſi ad præſens mitto.

[a] An Medicum?

Suppliciter igitur, atque obnixe veſtram imploramus ſanctitatem, atque pietatem, ut ea reverentia, & honore, quo tantum decet Apoſtolum, & noſtram matrem Eccleſiam, veſtramque perſonam exeundo obviare cum clero, & populo, ſi veſtræ complacet majeſtati, facta en ordine proceſſione, ſupradicta patrocinia ſuſcipiatis, & ad veſtram, & noſtram matrem Eccleſiam, cui delegamus, deducatis, & honeſte tractetis. Et in honorem ſupradicti Apoſtoli, in baſilica noſtræ matris Piſtorienſis Eccleſiæ altare larga benedictione conſecrare, ſicut mihi literis ſignificaſtis, quantocyus ſtudeatis. Si feceritis, erit qui domino Archiepiſcopo, & mihi dicat, ſalutat vos per me Dominus Compoſtellanæ ſedis Archiepiſcopus, & omnes veſtros canonicos, quem en veſtra ſalutavi parte, qui gaviſus eſt valde, & amplectitur vos ſummo amore, præ ſollicitudine, & dilectione erga me, quam in veſtris perpendit literis, revolvens illud ſæpius: non valde miretur fraternitas tua, quod ignoti ignoto ſcribimus. Salutant vos omnes beati Jacobi Apoſtoli canonici. Salutate omnes ſanctæ matricis Eccleſiæ Piſtorien. canonicos.

Ad præſens o paterna dulcedo, me bene habere Deo gratias eniſtimo, & vobiſcum ſum corde, & animo. Saluto dominum Anſelmum ſanctiſſimum monachum monaſterii S. Michaelis de Furcule, & omnes ejuſdem loci, & congregationis fratres.

Epiſtola Archiepiſcopi Compoſtellæ ad Epiſcopum Piſtorienſem confirmatoria præcedentis.

Didacus, Dei gratia, Compoſtellanæ ſedis Archiepiſcopus, totiuſque ejuſdem Eccleſiæ canonicorum conventus, Attoni Piſtorienſis Eccleſiæ reverendiſſimo Præſuli, omnibuſque ejuſdem Eccleſiæ canonicis, & prædictæ urbis Conſulibus, & univerſo populo, ſalutem, & benedictionem in Chriſto.

Sciatis pro certo, & in nullo dubitetis magiſtrum Raynerium nobis familiariſſimum, & omnimodo chariſſimum, ut ſcripſiſtis, Dominum, veſtræque Eccleſiæ filium, verum dicere de reliquiis corporis beatiſſimi Jacobi Apoſtoli, quas accepit a nobis cum ſumma difficultate, benigna tamen charitate, vobiſque miſit, ſcilicet quod audierit a prudentiſſimis, & ſenioribus viris beati Jacobi Eccleſiæ canonicis, & in rei veritate a nobis, illud caput beatiſſimi Jacobi Apoſtoli, fratris Joannis Evangeliſtæ, unde cum ſumma reverentia a nobis ſumpta ſunt. Et ita apud nos creditur eſſe, dicitur, & pro certo tenetur, proinde obſecramus vos, quatenus honorifice, prout oportet, ſupradictas reliquias prædicti Apoſtoli ſuſcipiatis, & honeſtiſſime tractetis. Val.

Epiſtola ad Epiſcopum Piſtorienſem, quod reſcribat, de honore, qui habetur reliquiis S. Jacobi.

Attoni, Dei gratia, Piſtorien. venerabili Epiſcopo, Raynerius Piſtorienſis Eccleſiæ filius, levitaque humilis, quod ſemper debetur.

Injunxit mihi, Pater ſanctiſſime, dominus Compoſtellanæ ſedis Archiepiſcopus, per omnia fideliſſimus amicus, ut mitterem vobis, quatenus ſignificaretis ei veſtris literis per peregrinos venientes ad limina B. Jacobi Apoſtoli uſque ad proximum Paſcha, vel uſque ad Aſcenſionem, quo honore ſint apud vos habita B. Jacobi Apoſtoli patrocinia, & quam honorifice locata. Quæ mihi valde pro hoc fatigato, benigne tribuit, & veſtræ Sanctitati miſi. Suppliciter igitur poſtulo, ut reſcribere illi non differatis. Val. dixit namque mihi prædictus Archiepiſcopus, quod nunquam in hujuſmodi tantum, & tale quid fecit hactenus pro aliquo.

Poſt receptionem vero ſacrarum reliquiarum, Compoſtellanus Archiepiſcopus, atque Raynerius diaconus multoties Piſtorienſem Epiſcopum ſuis literis viſitaverunt, & ut de reliquiis S. Jacobi ſic ageret, ut eum precibus poſtulaverat, nihilominus rogaverunt. De cujus enim bonitate, & honeſtate non modice præſumentes pariter confidebant, nam in epiſtolis, quas ei miſerunt, eumdem dominum Attonem Epiſcopum, ſuamque ſanctitatem multum commendabant, & affatum per omnia laudabant. Quas epiſtolas ego Cantarinus clericus licet indignus, qui hæc ſcripſi, Cancellarius Piſanæ civitatis, oculis meis vidi, perlegi, & memoriter tenui, teſtis utique verax, atque fidelis. Una quarum epiſtolarum hæc eſt.

Epiſtola Archiepiſcopi Compoſtellæ ad Epiſcopum Piſtorienſem.

Didacus, Dei gratia, Compoſtellanæ ſedis Archiepiſcopus, Attoni reverendiſſ. Piſtorienſi Epiſcopo ſalutem, & beatiſſ. Jacobi Apoſtoli benedictionem.

Veſtras, quas ſæpius vidimus, & audivimus ſalutationes, & literas, quas cuidam noſtro filio, & Eccleſiæ beati Jacobi ſcholarum magiſtro prudenti viro, videlicet domino Raynerio, in quibus nos a vobis per ipſum ſalutatos cognovimus. Unde vobis gratias agimus, & quia pretioſiſſima beatiſſimi Jacobi Apoſtoli capitis honorifice, atque ſanctiſſime tractaſtis patrocinia, quæ nos ſupradicto magiſtro dedimus Raynerio, laudes immenſas Deo, & veſtræ referimus ſanctitati; pro certo namque teneatis, quod ſi aliquid majus, quod eſt nobis impoſſibile, haberemus, veſtri amore, & magiſtri Raynerii, vobis diligentiſſime tranſmitteremus. Quocirca veſtram imploramus clementiam, & me veſtrarum omnium Valliſumbroſæ congregationis fratrum orationum participem, & beneficiorum conſortem, deinceps facere dignemini. Quod nos pro vobis facimus, & nunc confirmamus in omnibus veſtræ Eccleſiæ beneficiis. Rogamus præterea, ut veſtris litteris nos viſitare dignemini, & ſupra dictæ, atque ſanctiſſimæ congregationis ſimiliter literas nobis acquirere dignemini. Nempe vere es, quod diceris, Archimandrita, pius, & ſobrius, & juſtus Præſul. Salutant vos omnes canonici Eccleſiæ noſtræ. Salutamus etiam veſtros canonicos. Val.

Eugenius III. in gratiam Attonis, ſequentem perpetuo valituram indulgentiam altari, ubi ſacræ Jacobi reliquiæ aſſervantur, conceſſit.

EUGENIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Venerabilibus fratribus reverendis, Senenſi, Volterrano, Florentino, Lucenſi, & Lunenſi Epiſcopis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad veſtram notitiam perveniſſe credimus, quæ & quanta miraculorum inſignia omn. Dominus per beati Apoſtoli Jacobi merita ad ſacrum altare ſuum in Piſtorienſi Eccleſia præſenti tempore voluit demonſtrare, unde fideles populi de diverſis, & remotis terrarum partibus, devotionis intuitu, ad eundem venerabilem locum cœperunt concurrere, & ſalutis ſuæ remedia poſtulare. Expedit ergo fidelibus Chriſtianis, & maxime convicinis, pro tanto collato beneficio, Redemptori noſtro gratias agere, & beato Jacobo Apoſtolo ejus debitæ devotionis obſequia fideliter exhibere. Ideoque per Apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus populum, & parochianos veſtros diſtricte commoneatis, quod viros, & mulieres undecumque fuerint, ad tam ſacrum oratorium devotionis, & orationis cauſa proficiſcentes, nulla occaſione præpediant, nec eis aliquam moleſtiam, ſeu perturbationem inferre præſumant. Quod ſi qui facere præſumpſerint, eos tamquam ſacrilegos, & treguæ Dei violatores excommunicatos publice denuncietis; & eandem excommunicationis ſententiam, quouſque ſatisfecerint, per parochias veſtras obſervari firmiter faciatis.

Datum Viterbii X. Kalendas Decemb. anno 1145.

EUGENIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Univerſis Dei fidelibus, oratorium B. Jacobi Apoſtoli, quod in Piſtorienſi Eccleſia ſitum eſt, devote viſitantibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ineffabilis divinæ clementiæ magnitudo, quæ vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Plurima clara diverſorum miraculorum genera, beati Jacobi Apoſtoli meritis ad ſacratiſſimum altare ſuum, ad compunctionem fidelium, in Piſtorienſi Eccleſia demonſtravit; nam ſicut venerabili fratre no-

ſtro Attone ejuſdem civitatis religioſo Epiſcopo, & aliis pluribus referentibus, agnovimus, cæci, claudi, contracti, & alii diverſis languoribus debiles, in eodem loco, per beati ut diximus Jacobi preces, & merita, optata ſalutis remedia percipere. Nos itaque pro tanta divina gratia oſtenſione, omnipotenti Domino gratias referentes, dignum duximus, ut fideles Chriſtiani, qui præfatum venerabilem locum, pietatis intuitu devote viſitaverint, peccatorum ſuorum per nos revelationem aliquam mereantur. Ideoque de beatorum Petri, & Pauli, & ejuſdem Jacobi Apoſtolorum Chriſti meritis confiſi, apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quotquot prædictum venerabile oratorium, cauſa devotionis, & orationis viſitaverint, de injuncta pœnitentia ſeptem dierum indulgentiam ſe accepiſſe congaudeant.


Datum Viterb. 10. *Kal. Decemb.*

Poſt egregias editas operas deceſſit Atto die 22. menſis Maji 1153 (1). ſepultuſque in Eccleſia S. Miniatis in curte. Anno vero 1337. ejus ſacrum corpus tranſtulerunt in cathedralem, ubi maxima veneratione aſſervatur. Scripſit Atto vitam S. Joannis Gualberti ordinis Valliſumbroſæ fundatoris, ejuſdemque Attonis res præclare geſtas perſcripſit Franciſcus Forteguerra, noviſſime Juſtinianus Marchettus, aliique a. De eo item Ferrarius in Catalogo ſanctorum Italiæ, Arnoldus Vvion. lib. 2. ligni vitæ; Clemens vero VIII. miſſam, officiumque ad honorem B. Epiſcopi Attonis ex præſcripto ſacræ Rituum congregationis conceſſit celebrandam an. 1605. 24. Januarii.

a Poccianтius in Catal. Script. Florēt p. 2 Simius de Viris illuſ. Valliſumb. p 26. & Ricordatus hiſt. Monaſ. die 4. Mondaſ.

XXI. 21. TRECCIA civis, ac Epiſcopus Piſtorienſis B. Attoni ſucceſſit anno 1153. („ *Anno ſequenti* „ 1154. *die* 17. *Februarii expedito diplomate Trecciam, ſeu Tratianum in Epiſcopali Cathedra ſtabilit Anaſtaſius IV. illique confirmat, quidquid Piſtorienſi Eccleſiæ conceſſerant Innocentius II. & Cœleſtinus pariter II. ſui Anteceſſores. Fridericus item Imperator anno* 1055. *ejuſdem Tratiani intuitu ad favorem dictæ Piſtorienſis Eccleſiæ gratioſum exaravit privilegium.* Salvius.)

22. GRATIANUS Piſtorienſis floruit anno 1158. („ *Hic idem cum ſuperiori, qui* Treccia, Traccia, Tratianus, & Gratianus *diverſimode appellatur. Obiit initio anni* 1168. Salvius.)



XXII. 23. RAYNALDUS ex Comitibus Guidis de Romena, ex canonico (2) ſublectus eſt Piſtorienſis Epiſcopus anno 1181. Deceſſit autem anno 1186.

XXIII 24. BONUS Piſtorienſem ſedem obtinuit anno 1186. („ *Huic opus ſuum* de Cohabitatione Clericorum, & Mulierum *inſcripſit Innocentius III*, Salvius.)

XXIV 25. SOFFREDUS, ſeu Offredus Piſtorienſis Epiſcopus anno 1200. Cum Soſrido Card. a nonnullis is Offredus ob nominis paritatem confunditur, de quo infra. Cæterum Offredo Præſule Otho IV. Imperator ſequens privilegium Piſtorienſibus conceſſit, ſalvo jure Piſtorien. Epiſcopi. Authographum aſſervatur in archivio civitatis

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otho Quartus, divina favente clementia, Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Imperatoriæ Majeſtatis noſtræ decet clementiam, devota fidelium ſuorum obſequia clementer reſpicere, ipſiſque pro benemeritis dignam munificentiæ ſuæ beneficia liberaliter impartiri. Ea propter notum facimus univerſis Imperii noſtri fidelibus præſentibus, & futuris, quod nos præ oculis habentes ſinceram devotionem, & præclara ſervitia, quæ fideles noſtri cives Piſtorienſes in primo adventu ad ipſos Majeſtati noſtræ laudabiliter exhibuerunt, ipſos omnes cum perſonis, bonis, rebus, ac poſſeſſionibus eorum juriſdictione, comitatu, & diſtrictu, quæ nunc juſte habent, & quæ olim habuerunt, vel in poſterum dante Domino juſtæ acquiſitionis titulo poterunt obtinere, in ſpecialem defenſionis noſtræ protectionem recipimus de Imperialis auctoritate ipſis concedentes, & confirmantes omnia jura, actiones, poſſeſſiones, juriſdictionem, comitatum, & diſtrictum, quæ nunc juſte tenent, & ea, quæ temporibus prædeceſſorum noſtrorum Federici, & Henrici ſexti Imperatorum juſte habuerunt, & de his cum nuper in prædicta civitate eſſemus eos cum vexillo manu propria inveſtivimus, ſalva in omnibus Imperiali juſtitia, etiam addito, ut quæ univerſitas ejuſdem civitatis nobis per ſuos nuncios promiſit, nobis inviolabiliter compleant, & obſervent. Salvo quoque in omnibus jure Epiſcopi Piſtorienſis per privilegium noſtrum ei indulto. Statuimus itaque, & ſancimus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus dux, marchio, comes, vicecomes, nullus nuncius, vel legatus noſter, nulla civitas, vel poteſtas, nullum commune, nullaque omnino ſecularis, vel eccleſiaſtica perſona, præfatos fideles noſtros cives Piſtorienſes contra hanc Majeſtatis noſtræ conceſſionem audeat gravare, vel perturbare, quod ſi quis facere præſumpſerit, centum librarum auri puri pro pœna componat, dimidium Cameræ noſtræ, & reliquum paſſis injuriam. Ad cujus rei certam in perpetuum evidentiam præſentem paginam inde conſcribi juſſimus, & Majeſtatis noſtræ ſigillo communiri. Hujus rei teſtes ſunt, Vulpherus Patriarcha Aquileienſis, Americus Mantuanus Epiſcopus curiæ vicarius, Offredus Piſtorienſis Epiſcopus, Maynardus comes de Gurzia, comes Artemanus de Evirtimberc, comes Marcaldus de Verige, & alii quamplures.

Signum D. Othonis IV. Romanorum Imperatoris Auguſtiſſimi.



Ego Conradus Spirenſis Epiſcopus Imperialis Aulæ cancellarius vice D. Theodorici Eccleſiarum Archiepiſcopi, Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dom. Incarn. MCC b. *Indict.* 13. *regnante D. Othone IV Romanorum Imp glorioſiſs. anno regni ejus* 12. *Imperii vero* 1.

b An. 1210.

Datum apud Pratum per manum Gualterii Imperialis Aulæ prothonotarii 8. *Id. Febr.*

M. Sofriduscivis, & canonicusolim Piſtorienſis, a Lucio III. Pontifice Maximo vocatus ad purpuram ſub titulo S. Mariæ in Portico, poſtea etiam Cardinalis S. Priſcæ, a privatis monumentis inter Præſules ejuſdem civitatis memoratur; tametſi hoc ipſum

(1). In Lectionibus Officii proprii de S. Attone inter approbata à ſacra rituum Congregatione an. 1673. dicitur obiiſſe an. 1155. Et ſane ſi ſupra relatæ Innocentii II. Bullæ anni Dominici, Pontificaliſque congruentia ſola ſufficiat ad ordinandam Chronologiam, conſequens erit, quod qui anno 1131. menſe Septembri ſolum Abbas erat, nec illo ſequenti jam forte in hyemem vergente factus eſt Epiſcopus, ac totis 22. annis ſuam illam Eccleſiam gubernavit, mortuus 22. Maii, debuerit obiiſſe an. 1153. non autem 1155. nedum 1143. ut ſcribit Michael Poccianтius. Neque ex parte ſucceſſorum Trecciæ, & Gratiani ullum offertur impedimentum, deficientibus documentis, quæ Trecciam prius ſediſſe probent. Papebrochius in Actis Ss. Maii t. 5. p. 2196. Verum Salvius in hiſt. Piſt. allegat Anaſtaſii IV. diploma datum die 17. Februarii an. 1154. quo Diœceſim Piſtorienſem declarat, confirmatque in Epiſcopali ſede Tratianum. Ex quo colligitur ejus electionem ad an. 1153. referendam.

(2) Ex Canonico S. Zenonis electus fuit Piſtorienſis Epiſcopus Raynaldus non anno 1181. ut perperam narrat hic Ughellus, ſed anno 1168. die 10. Aprilis, ut notant Gamurrinus de familiis vol. 1. p. 136. & Salvius in hiſt. Piſt. p. 2. l. 4. p. 96.

ipſum incredibile videatur apud ſe reputantibus nunquam Innocentium III. acquieviſſe, ut alicui peculiari Eccleſiæ Soſridus præficeretur, quippe qui univerſali Eccleſiæ magno uſui eſſet, & commodo. Itaque qui nequicquam ad Ravennatem Archiepiſcopatum, Hieroſolymitanumque Patriarchatum vocatus fuerat, quando Piſtorienſem ſuſcepiſſet regendum, vir magnis, trepidiſque legationibus, hoc eſt ad Balduinum Conſtantinopolitanum Imperatorem in Orientem, in Gallias, inque totam Italiam deſatigatus? Cæterum ſi publicis Piſtorienſibus tabulis ulla fides habenda ſit, ſuæ patriæ Epiſcopatum numquam obtinuiſſe dicendum eſt. Deceſſit enim Card. Soſridus anno 1211. teſte Ciaconio; Soſridus vero Piſtorienſis Epiſcopus annum ſuperavit ætate 1218. Soſridus Card. Innocentio III. Imperante in Oriente Eccleſiaſticæ reipublicæ promovit negotia: Soſridus Piſtorienſis Epiſcopus ſub eodem Innocentio, eodemque tempore in Occidente Eccleſiæ ſuæ jura ſuſtinuit, apud Othonem Imperatorem, & ab Honorio III. deinceps poſt Soſridi Cardinalis exceſſum anno ſeptimo, hoc eſt 1218. omnium privilegiorum confirmationem ſuſcepit. Siquidem fatendum eſt omnino fuiſſe diverſos, duoſque Soſridos, ambo Piſtorienſes, Cardinalem unum, Epiſcopum alterum, tametſi virtute, dexteritateque agendi potuerint eſſe pares. Memini me dixiſſe in meis ad Ciaconium additionibus Soſridum Cardinalem, de quo modo loquimur, illum eſſe, quem alii Goffredum appellant de Cajetanis Piſanum; qui error manifeſtiſſimus eſt, irrepſitque in meas additiones tum ex properantia ſcribendi, tum ex aliorum ſententia, ut in primo noſtro tomo diximus, dum de Goffredo Caſtiliono Epiſcopo Cardinali Sabinenſi loqueremur. Soſridus vero noſter Epiſcopus Piſtorienſis mortalitatem explicuit circa annum 1220 (1). poſtquam Eccleſiam ſibi creditam perbelle adminiſtraſſet. Porro diploma illud, quod Soſridus ab Honorio pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus anno 1218. receperat, eſt tenoris ſequentis ex manuſcript. lib. nigro fol. 17. qui extat in archivo Piſtorienſis Eccleſiæ.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Venerab. Soffredo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Quoniam omnium ſolus Eccleſiarum curam Deo, prout ipſi placuit, diſponente ſuſcepimus, oportet nos fratres noſtros Epiſcopos ampliori charitate diligere, & Eccleſias eorum gubernationi commiſſas pro tempore ſedis Apoſtolicæ conſumpta, in quibus quatenus tam nos, quam Eccleſiis, quæ ipſorum regimini ſunt conjuncta ſub Apoſtolica tuitione manentibus, & Apoſtolorum Principis patrocinium contra pravorum incurſiones adeptis, & ipſi officii ſui protectioni valeant propenſius imminere, & commiſſa ipſorum patrocinia ovec dominica vita pabulum Chriſtianis neceſſitatibus pravorum moleſtiis uberius, & quietius poſſit jugiter invenire. Et propterea venerab. in Chriſto Patri Soffredo Piſtorien. Epiſcopo tuæ honeſtatis, & antiquæ devotionis, qua Piſtorien. Eccleſia ſemper in Apoſtolicæ ſedis reverentia, & veneratione permanſit, conſideratione inducti ad exemplar felicis recordationis Urbani paſtoralis, Innocentii II. Anaſtaſii. Alexandri, Urbani III. ac Innocentii III. prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum earumdem Eccleſiarum ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcepimus, & præſenti ſuſcepti privilegio communimus, ſtatuentes quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel principum oblatione, ſeu aliis juſtis nominibus præſtante Domino poterit adipiſci, firmiter tibi, & tuis ſucceſſoribus, & illibata permaneat, &c. Sancimus, ut diœceſis Piſtorien. Epiſcopatus prædictus eiſdem terminis dictorum prædeceſſorum noſtrorum privilegiis diſtinctus ſit, ne in futurum extra dictos Piſtorienſes Epiſcopos ſine alterius moleſtia, vel inquietudine perſeverent, pro quo nominatur tantummodo ſubſcripta capella, & Eccleſia conſtituta, ac conſtituitur vid. capella de Capraria, capella hoſpitalis de Roſaria, plebs de Maſſa, capella de Vincio, capella de Butrimiano, capella de Caſtellanovo, capella S. Martini in Montecuili, capella S. Mariæ Magdalenæ inoella, capella de Valenzano, capella de Veruca, ſuper qua præfati prædeceſſoris noſtri Urbani poſt tertiam, & quartam deſcriptionem, eſt prolata ſententia. Capella hoſpitalis de Fanano, capella hoſpitalis præfati Epiſcopi, capella de Rotie, capella de Corbaria, capella montis Acuti, capella de Iaſula, capella S. Salvatoris, ſita prope Pratum juxta fluvium Biſortium, capella S. Martini Vociano, quæ vocatur Panana in Piſtorien. comitatu cum caſtello Sambucha ſub certis terminis conſtructa ſanctæ Piſtorienſis Eccleſiæ confirmando ſito a ven. memoria comitiſſa Mathilda B. Petri filia poſt diu examinato a compluribus judicibus, ac juriſperitis auctoritate per judicium Berardi S. Romanæ Eccleſiæ presb. Card. & jam dicti paſtoralis . . vicarii in manu digna recordationis Ildeprandi prædeceſſoris tui, & fratris ejus reſtituta eſſe cognoſcitur. Porro decimationes de monte Murlo, de Prato, de S. Paulo, de Colonica, de monte Magno, de Caſtili, de Lamporecchi, de Creti, de Spanarecchio, quas de laicorum manibus ſolertia prædictus prædeceſſor tuus eripuit, nullus unquam ab eccleſiaſtica juriſdictione, & clericorum uſibus alienare præſumat. Idipſum de terris, fructibus, prædiiſve præcipimus, quæ hodie in eccleſiaſtica Piſtorien. poſſeſſione perſiſtit, vid. de Pizzano, de Mammiano, de Caviniana, de Baſia, de Satrinano, de Brunellio, Grappela, Vinacciano, Tobiano, Publica, Silvamortua, Vincipiactos verte, Colleri, & de terra ſita in Epiſcopatu Bonon. quam tenuerunt ſinot de valle della corte de Spaliolo. Inſuper confirmamus vobis plebem S. Hippolyti in Alpe, plebem S. Laurentii, plebem in monte Murlo, plebem de Viliano, plebem S. Quirici, plebem in monte Cuccoli, plebem in Saturnana, plebem de Brandellio, plebem de Faccinana, plebem S. Marcelli, plebem de Fizzano, plebem de Papilio, plebem de Pitellia, plebem de Fonſala, plebem de Colle, plebem de Calona, plebem de Murtitiano, plebem de Maſſa, plebem de Creti, plebem de Ramporechio, plebem de Limito, plebem de Arimino, plebem de Seano, plebem de Quarrata, plebem de Montemurlo, plebem de Tobbiano, plebem S. Hippolyti, plebem S. Pauli, plebem de Ajolo, plebem S. Juſti, plebem de Colonica, in Prato pleb. S. Stephani. Adhæc adjacentes ſanctimoniales, ut Othonis privilegio, quod Pratenſes a Romana Eccleſia ſe habere congaudeat, nulla injuria, vel diminutio, aut inobedientia matri ſuæ Piſtorien. Eccleſiæ, ſeu cuilibet earundem plebium vid. s. Pauli, s. Hippolyti, s. Petri de Ajolo, s. Juſti de Colonica, vel alicui in aliquo inferatur, nec Pratenſis Eccleſia, vel clerici ipſius loci eodem ſcripto, contra juſtitiam, vel dignitatem, aut obedientiam Eccleſiæ, ſeu Epiſc. Piſtorien. utatur . . Quemadmodum prædeceſſorum noſtrorum Urbani paſtoralis Innocentii, & Alexandri, atque aliorum, ſeu & bonæ memoriæ Petri, & Ildeprandi Piſtorien. Epiſcoporum tempore extiterunt. Ita jam dicta Pratea. Eccleſia abſque aliqua diminutione poteſtatis, aut dignitatis Piſtorien. Eccleſiæ, vel Epiſcopi eis in omnibus, & per omnia obediens, & ſubjecta permaneat. Prohibentes inſuper, ut in Epiſcopatu tuo nullus Eccleſiam, vel oratorium ſine aſſenſu tuo, vel ſucceſſorum tuorum de novo conſtruere audeat, ſalvo tamen privilegio Romanæ Eccleſiæ: liceat quoque tibi per ſucceſſores tuos baptiſmales Eccleſias in eadem diœceſi conſtituere, ſi neceſſitas viſa fuit imminere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, &c. Si qua igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.

Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Nicolaus Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Guido Prœneſtinus Epiſcopus.
Ego Petrus S. Pudentianæ tit. Paſtoris presb. card.
Ego

(1) Soffredum Piſtorienſem Epiſcopum obiiſſe anno 1223. die 15. Maji affirmat Salvius, qui ſummum boni Præſulis ſtudium in tuendis Eccleſiæ ſuæ juribus per varias contentiones, itelque pluribus oſtendit.

Ego Robertus tit. S. Stephani in Cœlio monte presb. cardinalis.
Ego Stephanus baſilica XII. Apoſtolorum presb. car.
Ego Gregorius tit. S. Anaſtaſia presb. card.
Ego Gregorius tit. S. Nicolai in carcere Tall. diac. cardinalis.
Ego Octavianus SS. Sergii, & Bacchi diac. card.
Ego Gregorius S. Theodori diaconus cardinalis.
Datum Laterani per manum Rayneris S. R. E. Vicecancellaris Non. Julii, Indictione 6. Incarn. Dom. anno 1218. Pontificatus vero D. Honoris Papa III. anno 2.


XXV. 26 THOMAS reperitur via iſſe anno 1220 *a*.

a 1223. Obiit eodem anno. *Salvius.*

XXVI 27 GRATIADEO Berlingherii Florentinus in parochia S. Laurentii exortus, ex Canonico Piſtorienſi, inſignique legum doctore, Præſul Piſtorienſium electus fuit anno 1223. & conſectatus ab Honorio III. ut habetur in regeſto Vaticano. Viginti ſupra ſeptem annos hunc rexit Eccleſiam, magnaque probitatis ſama. Poſt cujus obitum cum diu vacaſſet Eccleſia, Præpoſito, & capitulo Piſtorienſi ſequentem ſcripſit epiſtolam Innocentius IV. ut octo dierum ſpatio, quem maluerint, idoneum eligerent paſtorem. Epiſt. nos ipſi è Vaticano regeſto eacerpimus, quæ eſt 214. in ordine, anno nono ejuſdem Pontificis.

Præpoſito, & capitulo Piſtorienſi. Ne ex longa Eccleſiarum vacatione, propter quam ſolens Eccleſia non modica incurrere detrimenta, Eccleſia veſtra deſtituta paſtore laſionem incurrat aliquam, vel jacturam, volentes vobis ſuper hoc, & ipſi Eccleſiæ paterna ſollicitudine providere, mandamus, quatenus infra octo dies poſt receptionem præſentium de conſilio, & aſſenſu venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Marinenſis vobis perſonam idoneam in Epiſcopum, & paſtorem, non obſtantibus aliquibus literis generalibus, vel ſpecialibus quibuſcumque ſuper Epiſcopatu ſibi concedendo cum vacaverit, ab Apoſtolica ſede conceſſis, & proceſſibus habitis per eaſdem. Alioqain eidem Epiſcopo noſtris dedimus literis in mandatis, ut ipſe ex tunc ſublato cujuslibet contradictionis, appellationis, & difficultatis obſtaculo, Eccleſia veſtra ſtudeat de perſona idonea providere. Non obſtantibus aliquibus per qua id impediri, vel differri valeat, & de quibus ſpecialem oporteat in præſentibus fieri mentionem. Contradictores, &c. Nos enim irritum decernimus, & inane quidquid contra mandatum noſtrum a quoquam fuerit attentatum.

Datum Peruſii octavo Kalendas Maii anno 9.



XXVII. 28. (s) GUIDALASTES Vergelleſius, nobilis Piſtorienſis, Canonicus cathedralis Eccleſiæ, & Papæ Capellanus, a capitulo concorditer ſtatim poſt Innocentii literarum receptionem Epiſcopus ſuæ civitatis electus eſt anno 1252. Ab Innocentio, qui probe hominem longa rerum experientia noverat, confirmatur anno Pontificatus nono 12. Kal. Junii ex regeſto Vaticano epiſtola 323. fol. 167. Archiepiſcopatus Ravennatis olim Vicarius fuit pro Philippo Fontana Inſubriæ legato contra Ezzelinum. Ad decorem Ravennatis Eccleſiæ in Argenta ſaluberrimas condidit leges 1259. Inde ad ſuam redit Eccleſiam. E vivis exemptus eſt anno 1283. ſepultuſque eſt in cathedrali cum ſubjecto epitaphio.

Guidalaſti Vergelleſio Epiſcopo & Patritio Piſtorienſi, omni officio in Deum, & in patriam, gentiles, ac denique omnes uſque ad extremum optime functo anno Domini M. CC. LXXXIII. Franciſcus Vergelleſius, Philippi D. Sebaſtianus filius reſtauravit anno Domini MDCXVIII.

Stemmata gentilitia hujus antiquiſſimæ gentis, tres argenteæ regulæ ſunt, quæ nigrum campum diſtinguunt.

29. THOMAS, (,, *Senenſis*) Prior ſæcularis Eccleſiæ de monte Alpruno, a Capitulo electus in Piſtorienſem Epiſcopum, Guidalaſti ſucceſſit anno 1285. confirmatus ab Honorio IV. 5. Idus Junij anno primo Pontificatus, ut habetur in regeſto Vaticano epiſtola 26. ſol. 137. Hic S. Franciſci Senenſis Eccleſiæ conſecrationi interfuit, cum ſolemnem illum ritum frater Matthæus Ordinis Minorum Epiſcopus Cardinalis Portuenſis proſequeretur, ut in lapidea tabula hujus extat memoria facti. Hic idem Thomas ſub Papa Nicolao IV. commiſſarius fuit, collectorque ſpoliorum in Hetruria, ut Siculo regno ſuppetiæ mitterentur. Oratorium B. Thomæ Apoſtoli ædificavit, ubi hæc legitur in marmore inſculpta inſcriptio. XXVIII.

Venerabilis Pater Dominus Thomas Dei Gratia Piſtorienſis Epiſcopus fecit fieri hoc Oratorium ad honorem Dei, & Glorioſa Virginis Maria, ac B. Thoma Apoſtoli An. M.CC.LXXXXVI.

Piſtorii defunctus eſt anno 1303. ſepultuſque eſt Caſuli apud Servitas *b*, in cujus tumulo hoc extat ibidem epitaphium.

b Non apud Servitas, in Pomptum.

Piſtorii flamen, cleri, populique ſolamen,
Gloria majorum, Patria decus, atque ſuorum,
Culmen honeſtatis Thomas, heros pietatis,
Formoſum votis, virtutum florida vitis;
Fons decretorum, flos cleri, gemma ſuorum,
Hic jacet alma urbis pater; hoc tibi jungere cœlis
Annisque exemptis trinis cum mille trecentis.
A Chriſto nato, requievit fine beato.

Venerabilis Pater Dominus Thomas, olim Piſtorienſis Epiſcopus hic jacet. Ob cujus memoriam Dominus Jacobus, & Setas Domini Andrea Germani ipſius fecerunt fieri hoc monumentum, qui obiit die XIII c. Julii anni prædicti.

XXIX 30 BARTHOLOMÆUS de Sigisbundis Piſtorienſis, ex Præpoſito ejuſdem Eccleſiæ electus a capitulo, a Benedicto XI. confirmatur in Epiſc. Piſtorienſem anno 1303. iv. Non. Novembris. Sed brevi mora Piſtorienſem adminiſtravit Eccleſiam. Anno etenim 1307. die 24. menſis Decembris, ad Fulginatem ſedem translatus eſt, de quo ibi plura.

XXX 31 HERMANNUS de Anaſtaſiis Fulginas, Prior cathedralis, cum ſedem Fulginatem recuſaſſet, haud tamen Piſtorienſem defugere potuit, Clemente V. ita mandante anno 1307. die 24. menſis Decembris. Vita functus eſt die 15. menſis Auguſti anno 1321. ſepultuſque eſt in cathedrali.


XXXI 32 BARENZUS *a* de Richardis Piſtorienſis, Archipresbyter cathedralis, a Joanne XXII. Pontifice Piſtorienſis Epiſcopus creatus eſt anno 1322. xi. Kalend. Maii ex regeſto Vaticano epiſtola 526. anno ſeptimo lit. commun. poſtquam ejuſdem electionem a capitulo factam contra placita pontificia irritaſſet. Siquidem ejus perſpecta virtute, probitateque dignum percenſuit, cui talis honor tuto deman-

a Seu Barentius de Richardis.

(s) Gratiadei mortem accidiſſe refert Salvius anno 1249. eodemque anno ei datum ſucceſſorem Joannem quemdam, qui deceſſerit circa finem anni 1252. indeque creatum Epiſcopum Guidalaſtem. Verum cum antea electionem Joannis velit ipſe Salvius datam ab Innocentio IV relatam Epiſtolam, eaque ſcripta dicatur anno nono Pontificatus ejuſdem Innocentii 8. Kal. Maji, qui fuit dies 24. Aprilis anni 1252 nullus eſt locus Joannis electioni, neque vi dictæ Epiſtolæ ad Piſtorienſem ſedem alius emergere potuit præter Guidalaſtem. Ni velimus dicere dictam Epiſtolam datam poſt obitum Joannis; vel errorem Amanuenſis irrepſiſſe in anno, qui 6, & non 9. ſcribi debuerit.



mandaretur. Is cum eſſet Joannis xxii. Papæ ſtudioſiſſimus, a Lndovico Bavaro Romani Imperii perduellis declaratus in exilium pulſus eſt; in cujus locum Nicolaus pſeudopontifex, quemdam fratrem Joaunem de Sodagis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſui ſimilem intruſit, qui haud multo poſt, una cum reliquis Bavari fautoribus expulſus, in clauſtro recluſus, patrati criminis pœnas luit. Barenzus vero ad Eccleſiam ſuam reverſus cum a 7. aunos perbelle illam adminiſtraſſet, deceſſit anno 1349. cujus meminit auctor hiſtoriæ Piſtorienſis.




XXXII. 33 ANDREAS de Centorlis, Piſtorienſis, Abbas ſecularis Eccleſiæ de Fageto Auximanæ diœceſis, vir eximie literarus, electus eſt Epiſcopus Piſtorienſis anno 1349. duodecimo Kalendas Novembris, ex regeſto Vaticano epiſtola 52. fol. 38. parte prima, anno octavo, Clementis Sexti: illamque Eccleſiam rexit per aunos quiudecim. Deinde vita functus eſt 1356 *a*. inque media carhedrali ſepultus, ubi ſpectatur ſepulchrum cum ejuſdem effigie depreſſe inſculpta, cum ſequenti epitaphio.

Hic jacet R. Pater, ac Dominus Dominus
Andreas de Contorsis de Pſtorio, olim Epiſcopus Piſtorienſis Doctor Utriuſque I. qui obiit in Domino M.CCC. LVI. die XIX.
Septemb. cuius anima requieſcat in Pace.

a Die 19. Septemb.

XXXIII. 34 Fr. REMIGIUS, filius Bartholomæi Florentinus, ex Ordine Eremitano D. Auguſtini, ſui ævi clariſſimus cuncionaror, philoſophus, Theologuſque inſignis, ab Innocentio VI. Pontifice creatus eſt Piſtorienſis Epiſcopns an. 1356. quam quidem Eccleſiam ad decem fere annos ſingulari probitaris exemplo adminiſtravit; deinde clanſtralis vitæ percupidus, depoſito onere anno 1367. ad cellam, ubi ſuaviſſime vitam traduceus anno demum 1370. vitam finivit.

XXXIV. 35 JOANNES quondam Vincentii de Viventils Florentinus, Præpoſitus Pratenſis, & Scripror Apoſtolicus, electus eſt Piſtorienſis Epiſcopus anno 1367. 4. Nonas Junii: de eo mentio in monumentis anno 1377. poſt quem inde annum ad Cervienſem Eccleſiam translatus eſt. Obiitque Bonouiæ anno 1382. die 29. Auguſti.




XXXV. 36 Fr. ANDREAS *b* de Boccagnis, ſive de Frauchis Piſtorienſis, Ordinis Prædicatorum, ab Urbano VI. ſuæ patriæ electus Epiſcopus eſt poſt annum 1377 *c*. egregia doctrina præditus erat, magnique nominis concionator. Volumen ſermonum de ſanctis edidir, ac quadrageſimale valde proficuum. Vitam produxit uſque ad annum 1400. uunciumqne per procutatorem Epiſcoparui remiſit, deceſſitque eodem anno, ſepultuſque eſt apud ſuos Prædicatores, ubi ſub marmoreo ſepulchro hoc epitaphium legitur, rude ſaue redolens ſeculum.

Antiſtes, plebem qui rexit Piſtorienſem
Andreas vita cunctis exemplar honeſta,
Et pius, & mitis, divino dogmate clarus
Hac ſub mole jacet, ſed mens ſuper aſtra volavit,
Annus millenus quadringentenus in Urbe
Tunc Maii biſdena dies, & ſexta fluebant.

b De eo Altamura in Bibl. Dom & Fontana in Theatro. *Mandoſ.*
c An. 1383. 25. Junii. *Salvius.*


XXXVI. 37 MATTHÆUS Domini Lazari de Diamantibus Piſtorienſis, nepos ex ſorore ſupramemorati Andreæ anteceſſoris, Piſtorienſis canonicus, ejuſdem civitatis electus Epiſcopus eſt aun. 1400. quinto Kalendas Martii. Hic apud Bonifacium IX. a calumniaroribus expoſtulatus eſt diverſi generis improbitatis; ſed cum agitata cauſa innoceus fuiſſet repertus, ipſe abſolutus eſt, calumuiarum vero ſtructores pœnam talionis luerunt. Conſtantieuſi Concilio interſuit aun. 1415. ad ipſum ranquam doctiſſimum hominem retulere cauſas, quæ per appellationem in ſancta ſynodo agitabantur pro natione Italica. Conſule Abrahamum in 16. tom. Annal. Eccleſiaſt. („Obiit anno 1425. Salvius.)



XXXVII. 38. Fr. UBERTINUS *d* de Albizzis, nobilis Florentinus, Bartholomæi filius, ex Ordine Prædicatorum, ob excellenrem doctrinam, probitatemque adeo Florentinis Senatoribus in prerio fuir, ut eundem ad Piſtorienſem ſedem devehendum impetraverint a Pontifice, cum ad Florentinam nixis precibus evehere non potuiſſent anno 1426. die 8. menſis Junii. In metaphyſicam Ariſtotelicam commentaria ſcripſit. Antequam Piſtorienſis Epiſcopus eſſet, Feſulano Epiſcopo diuturniori mora vicariam operam impendit. Cæterum Piſtorii fato functus eſt anno 1434. ſepultuſque eſt in cathedrali. Conſule de eo Archangelum Gianjum de ſcriptoribus Florentinis, tametſi in dinumerandis aberrer.

d De eo Altamura in Bibl. Domin. p. 172. & Poccianti de Script. Florent. p. 11. Mand.

DO-




XXXVIII. 39. **DONATUS** Medices, Florentinus, ex Præpoſito Metropolitanæ Eccleſiæ, electus eſt Epiſcopus Piſtorienſis anno 1436. X. Kalend. Julii. Hanc ille Eccleſiam adminiſtravit annos 38. quamvis in epitaphio legatur annos 42. nam, aſſumptus eſt, ut diximus, ex actis Conſiſtorialibus anno 1436. defunctus eſt 1474. tumulatuſque in cathedrali cum hoc epitaphio.

Donato Medici ſuis meris virtutibus ante
tempus Epiſcopus creatus, qui religioſe, utiliterque Eccleſiæ Paſtor ann. II. de XL præfuit piſſimi Fratres PP. anno M.CCCC.
LXXIV. vixit annos LXVII.M.
II. dies VII.



XXXIX. 40. **NICOLAUS** Pandulphinus a Florentinus, Epiſcopus Piſtorienſis anno 1440. è Giannozzio clariſſimo viro, Joannaque Valoria eximiæ nobilitatis fœmina prognatus. Tyrocinium literarum Bononiæ primum poſuit, deinde nobiliter eruditus Metropolitanæ ſuæ patriæ canonicus effectus eſt. Tum ſub Pio II. Cameræ Apoſtolicæ clericus: ſub Paulo vero II. Apoſtolicus ſcriptor renunciatus. Sixtus vero IV generoſi ſpiritu princeps, cum Pandulphini virtutem exploratam haberet, illum nepoti, hoc eſt Cardinali S. Petri ad vincula curatorem adhibuit, qui poſtea ad Pontificatum evectus, Julius II. fuit. Anno autem 1474. Epiſcopum Piſtorienſem pronunciavit, demandata eidem Beneventana legatione, quam uſque ad tempora Innocentii Papæ VIII. prudentiſſime adminiſtravit, a quo deinde S. Zenonis Abbatia Piſana auctus eſt. Julius deinde II. ubi primum ad Pontificatum aſcendit, in intimis conſiliariis habuit Nicolaum, Auditoremque adſcivit, illumque Roboreæ gentis ergo aſcripſit. Defuncto Julio, rediit ad Eccleſiam ſuam, quam cum probitatis, ac pietatis laude, in ea ſeminario fundato, ſapientiſſime adminiſtravit. In menſam Epiſcopalem amplos contuliſſe cenſus narratur. Monaſterium monialium S. Nicolai a fundamentis erexit. Archidiaconatum fundavit, ut Pandulphinæ gentis in juriſdictione foret. Quæ dum Pandulphinus præclare agit, jam propemodum effœtæ ætatis, a X. Leone Pontifice in numerum Cardinalium cooptatur titulo S. Cæſarii in Palatio. Quæ ſane dignitas Nicolao potius fuit cohoneſtamentum ſepulchri, quam ſtabilior aditus ad ſupremum honorem. Deceſſit enim, ad viri fatum lachrymantibus popolis, anno 1518. die 17. menſis Septembris, delatuſque Florentiam, ſepultus eſt apud Florentinam Abbatiam in Pandulphinæ gentis ſacello, cum 44. annos Piſtorienſem rexiſſet Eccleſiam, apud quam adeo adhuc Nicolai memoria rediviva eſt, & ſuavis, ut illius civitatis Antiani, ut vocant, ad illius expiationem animæ ſoleant celebrare inferias.

a De hoc Gamurrinus de familiis vol. 5. p. 118. & ſeq. *Mandoſ.*



XL. 41. **LAURENTIUS** b Puccius, Florentinus, Prothonotarius Apoſtolicus, Apoſtolicæ Cameræ Clericus, atque Datarius, a Julio II. adſcitus eſt Piſtorienſis Epiſcopatus coadjutor, dum in ea ſede Nicolaus Pandulphinus ſederet anno 1510. die 25. menſis Februarii. Hic ab eodem Pontifice legatus eſt ad Florentinos, ut illis obrumpendi cum Gallis fœderis auctor eſſet. Lateranenſi Concilio interfuit, fuitque Leoni X. eximiè charus, qui eidem Apoſtolicam Datariam Julio II. defuncto aſſeruit, primoque anno ſui Pontificatus Cardinalem SS. Quatuor Coronatorum renunciavit, eidem ſumma Pœnitentiaria attributa, mortuoque Pandulphino Piſtorienſi Epiſcopatui illum admovit anno 1518. Cæterum ejus Epiſcopatus honorem, in nepotem Antonium, Pontifice annuente, refudit. Poſt exceſſum Leonis, Hadrianique ſummorum Pontificum, Clemens VII. olim Julius Medices, è ſumma ſede jus dixit divinum, cui magno uſui, adjumentoque Laurentius fuit, ſiquidem trepidiora explicabat negocia, promovebatque prudentiſſime ad finem. Igitur inde in gentem Pucciam ampliſſimos congeſſit honores. Obtinuit enim Eccleſiam Melphitanam, Rapollanam, Caputaquenſem, Venetenſemque in Gallia. Romæ deceſſit, Albanus primum Epiſcopus, poſteaque Præneſtinus, tantoque in pretio apud omnes, ut inconſolabile ſui apud omnis ordinis homines deſiderium reliquiſſe videatur. Ætatis erat 73. annorum, ſeculi vero decurrerant 1530. Kal. Octob. ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſuper Minervam ad pedes defuncti Leonis, cum hoc epitaphio.

b De hoc Puccio ... Piſtorienſi Epiſcopo vide Gamurrinum de familiis vol. ... *Mandoſ.*

D. O. M.
Lau. Puccio Epiſcopo Præ. Card. SS. IV. M.
Pœn ſingularis probitat. & in Apoſt. negotiis
exercit. qui V. A. LXXIII. M. I. D. VIII.
IVX. L. PP. X. ut mandaverat, ſepulchrum
Robertus Puccius Card. SS. IV. M. Pœn.
Fratr. Opt. & benemerenti F. C. Mort. ab ann.
M. D. XXX.

Scripſit Laurentius, dum Datarii munere fungeretur, de gratiis, & expectativis. Illius non præteriit laudes Stephanus Joanninenſis in ſua Medicea Monarchia, Sadoletus in epiſtola ad Antonium Puccium Cardinalem ejus nepotem, Bembus etiam in epiſtola ad Cæſarem.

XLI. 42. **ANTONIUS** Puccius, filius Alexandri, Cardinalium Laurentii, & Roberti nepos, æmulaque virtute, pluſquam genere affinis, juvenis adhuc in Academia Piſana literas hauſit, repenteque ex nobiliori, vividaque indole philoſophus, Theologuſque notæ inſignioris evaſit, factuſque cathedralis Florentinæ canonicus, in ſumma æde magno audientium concurſu ſacras literas explicuit. Sed

Ro-

Romam deinde a patruo in ſpem amplioris dignitatis vocatus, a Leone Pontifice, qui ejus virtutem penitus introſpexerat, Apoſtolicæ Cameræ clericus primum effectus eſt, inque Lateranenſi Concilio ad congregatos patres elegantiſſimam orationem habuit anno 1514. 3. Nonas Maji, quam orationem Leoni X. Pontifici, literatorum patrono inſcripſit, dedicavitque. Piſtorienſem obtinuit Epiſcopatum anno 1518. die 5. menſis Novembris. Cæterum haud diuturniori mora illam præſens adminiſtravit Eccleſiam, eccleſiaſticis negotiis a Leone ipſo Pontifice continenter diſtentus. In Inſubriam enim vicelegatum illum legavit, multaque oppida, quæ eccleſiaſticam juriſdictionem ejuraverant, recuperavit. Finalem, Centumque nobiles pagos, totumque Mutinenſe territorium ad Pontificum imperium compulit. Parmam, Regiumque munivit, illaſque civitates nomine futuri Pontificis in fide continuit. Adrianus VI. qui Leoni demortuo ſucceſſerat in futurum Pontificatum, Antonium Puccium dignum exiſtimavit, qui ad intima conſilia admitteretur. Siquidem illum in perplexis, difficillimiſque rebus ſolebat conſulere. Apud Clementem VII. valuit plurimum, illum ſecutus in lugubri illa Romana depopulatione ſub furente, impioque Borbone, ita ut etiam in Adrianam molem compulſum non deſeruerit, in iiſque Præſulibus fuit, quos exercitui Cæſariano obſides tradidere; adivitque manifeſtiſſimum vitæ periculum, niſi Pompeii Columnæ Cardinalis ſagacitas intervenisset. Igitur eo periculo perfunctum, Clemens VII. Antonium in Gallias, atque ad Carolum V. legavit, ut ejus induſtria, conſilioque exoptatiſſima inter eos principes pax aliquando tandem coiret, reverſumque illum vocavit ad purpuram ſub titulo SS. Quatuor Coronatorum anno 1531. ſumma eidem Pœnitentiaria attributa. A Franciſco I. Francorum Rege, qui Antonium eximie dilexit, Venetenſi Epiſcopatu exornatus eſt, quem paulo poſt ad favorem Laurentii Puccii ex fratre nepoti, ætatis 18. ann. reſignavit ann. 1541. die 10. Junii. Paulo deinde III. fuit intime charus, ita ut in ipſius gratiam Robertum Puccium patruum creaverit Cardinalem, cui anno 1541. Piſtorienſis Eccleſiæ curam demandaverat. Inter tot, tantaque Eccleſiaſtica negotia haud ſacrarum literarum ſtudia ſivit languere. Scripſit enim quatuordecim homilias de corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſacrificio, ejuſdemque ſacrorum verborum declaratione, multaque alia elegantiſſima Rhythmica compoſuit. Titulum S. Mariæ ſupra Minervam aſſecutus eſt, fuitque Epiſcopus Cardinalis Albanenſis, pauloque poſt Sabinenſis. Romæ vitam finivit, ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam prope Cardinalem Laurentium patruum, cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Antonio Puccio Epiſcopo Sab. Card. SS. IV.
M. Pœn. moribus, & religione, ac in omnes
probos liberalitate ſingulariſſ. qui v. ann. LX.
dies iiij. Robertus Puccius Card. SS. IV.
Pœn. fratris filio juxta Clem. PP. VII. a quo
purpuram acceperat ſepulchrum F. C. mer.
ob. M. D. XLIV.

Florentiæ in Pucciano nobili ſacello apud D. Annunciatæ ædem, honorarium elogium in marmore exſculptum Robertus Puccius exſcribi juſſit.

Antonio Puccio Alexandri f. Epiſcopo Sabino Card. ſanctorum Quatuor M. Pœnit. ſacrarum literar. peritiſſ. apud Galliæ, Hiſpaniæque Reges legatione egregie functo a Clemente VII. Pont. Max. in Card. cooptato Robertus Puccius, ut ejus conſervaretur memoria, hoc aviſus ex fratre nepoti ſtatuit monumentum anno Domini M. DC. VII.

Nec omittendum, quod Antonius Paulum III. Pont. Max. Luca a colloquio Caroli V. Imp. redeuntem in Pucciana Tuſciæ Villa magnifice excepit hoſpitio. Pontificis humanitatem, villæ felicitatem iis carminibus, ab ipſo, ut erat omnium ſcientiarum genere eximie excultus, concionatis in marmore teſtatam voluit.

Longe proſpiciens ignes, proſpectaque longe,
Venatu, piſcatu, aucupioque frequens.
Pulchra loca celebrata umbris, & fontibus, & quid
Non procul hinc pœnas trux Catilina dedit.
Colle ſita in medio montes ſupra aſpicit, infra
Fluminea valles, prataque amœna videt.
Ipſam intus decorant Nymphæ, tubuliſque coacta
In ſublime ſuas ejaculantur aquas.
Concentus avium cum rivis murmura miſcent,
Et de rupe frequens fiſtula dulce canit.
Non hœdi, aut vituli deſunt, non caſeus, & lac
Tum lautas epulas dant tibi certis aves.
Undique caſtanea ſurgunt in montibus altis,
Undique ſaxoſis labitur unda jugis.
Quin etiam in mediis Pomonam eſt cernere ſylvis,
Datque ſuas ſocia Pallade Bacchus opes.
Hic hiemem tepor, hic æſtatem temperat algor;
Longævos faciet aura benigna ſenes.
Partem horum natura dedit, gens Puccia partem;
Naturæ laudem gens ferat iſta parem.
Felix villa bonis tantis, felicior una hoc,
Quod Pauli facta eſt hoſpita Pontificis.
Cum Carolo hunc Quinto congreſſum Cæſare Luca,
Dum redit, excepit villa beata ſuo.
Dixit & hac: hoſpes nunquam mihi major: & ille:
Nunquam mi dabitur pulchrius hoſpitium.

Antonius Puccius tit. Ss. Quatuor Coronatorum S. R. E. presb. Card. Major Pœnitentiarius, cum in hac villa magna ex parte a ſe extructa Paulum III. Pont. Max. Luca a colloquio Cæſaris redeuntem excepiſſet, tanti principis humanitatem, & villæ felicitatem hoc ſaxo teſtatam voluit ipſo hoſp. die xj. Calend. Octob. M. D. LXI.

Vir fuit Antonius, ut diximus, eruditus, & antiquitatis valde ſtudioſus, é cujus commentariis, ſeu ſchedis, quæ olim apud Martinum Mileſium extabant, pleraque notatu digna excepimus (1).

43. ROBERTUS Puccius, Laurentii frater, patruuſque Antonii ſupramemorati Cardinalis, a XLII.
primis annis rebus publicis adminiſtrandis operam dedit, Eleonoramque Lentiam nobiliſſimam fœminam duxit uxorem, ex eaque aliquot ſuſtulit liberos. Dum publica res Florentina vigeret, vexillifer juſtitiæ fuit; poſt Mediceorum vero principatum, ab Alexandro Mediceo primo Florentinorum Principe, inter 48. Senatores adlectus eſt. Cum extuliſſet uxorem, clericalem vitam excolere aggreſſus eſt, annoque 1541. die 8. menſis Auguſti, ex ceſſione nepotis, Piſtorienſium Præſul evaſit. Anno vero 1542. VI. Nonas Julii a Paulo III. creatus eſt presb. Card. ſub tit. SS. Nerei, & Achillei, quo anno 5. Octobris Robertum Bellarminum Cardinalem in ſacro fonte progenuit, poſtque mortem nepotis præfuit ſummæ Pœnitentiariæ, deinceps titulum SS. Quatuor Coronatorum adeptus eſt, Epiſcopatum inſuper Melphitanum, ac Rapollanum. Omnino annos quinque vixit in purpura. Romæ deceſſit anno 1547. cum ætatis ſuæ annum octuageſimum ſecundum expleſſet, ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra Minervam prope fratrem, nepotemque Cardinales, cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Rob. Puccio tit. Ss. IV. presb. Card. M.
Pœn. ſumma fide, atque conſtantia prædito
Pandul. Puccius filius patri Card. atque opt.
mer. P. Q. vix. ann. LXXXIII. m. vii. d.
xix. Deceſſit xvi. Febr. M. D. XLVII.

FRAN-

(1) Ex relatis à Venantio Simio in Catal. Viror. illuſt. Valliſumb. p. 175. JOANNES Maria de Canigianis olim Dominicanus, tranſlatus deinde ad Vallumbroſanos, efficaciter promovente Card. Antonio Puccio Epiſc. Piſtorien. in Piſtorienſis Eccleſiæ ſuffraganeum eligitur cum titulo tamen Hipponenſis Eccleſiæ in Africa. *Mandoſius.*

A



XLIII 44. FRANCISCUS Galigarius Florentinus Roberto Cardinali Puccio coadjutor adhibitus eſt cum futura ſucceſſione, Paulo III. Pontifice ita cenſente, anno 1546. die X. menſis Decembris; ſucceſſitque paulo poſt demortuo Roberto, ex Pontificio placito. Deceſſit autem Franciſcus anno 1559. de qua gente Sebaſtianus Archiepiſcopus Turonenſis, & Abbas majoris monaſterii anno 1617. Mariæ Mediceæ Gallorum Reginæ beneficio. Memorantur vero Galigarii 1248. apud Scipionem Ammiratum in familiis Florentinis, & Verinum lib. 3. B




C

XLIV 45 JO: BAPTISTA Ricaſolus *a* Florentinus, Epiſcopus Cortonenſis, ad Piſtorienſem Eccleſiam translatus eſt anno 1560. die 5. menſis Februarii; & Sereniſſimæ Mediceæ genti graviſſimis promovendis negotiis egregie inſudavit, præfectuſque electus eſt eccleſiaſtici exercitus, quem Clemens VII. in Panoonia contra Turcas adornaverat. Eundem Coſmus I. Magnus Dux Hetruriæ ad Carolum V. de graviſſimis rebus tractaturus, legavit perſpecta ejus vitæ probitate, fideque. Ei dicat librum de bello ſacro Franciſcus Baldellus Cortonenſis, ab ipſo in Hetruſcam linguam translatum, quem eleganti ſtylo Latine olim ſcripſerat Benedictus Accoltus Aretinus pater Petri Accolti Cardinalis. Deceſſit Florentiæ anno 1572. ſepultuſque eſt apud S. Mariam Novellam, ubi ſub pulchro marmoreo ſepulchro hujuſmodi legitur epitaphium. D

a De eo in Notitiis Vir. Illuſt. Acad. Floren. p. 82. & Pollinus in hiſt. Eccleſ. Britan. l. 3. c. 14. *Mandoſ.*

D. O. M.
Joanni Baptiſta Ricaſolo Cortonenſi primum, deinde Piſtorienſi Epiſcopo, qui hæreditario ferè jure obſequiis familia Medicea addictus a Clemente Septimo Pontificis exercitus in Pannonia adverſus Turcas præfectus miſſus fuit, a Coſmo Med. Mag. Hetruria Duce, viri prudentia perſpecta, & conſilio probato ad Pont. Maxx. pluries, ad Carolum V. Cæſarem Auguſt. ter, ad Reges, Reginaſque, & Max. Principes pro Rep. Chriſt. legatus, annum agens LXVIII. confectus curis, atque laboribus, gratus principibus, deploratus a ſubditis, quorum in tanto rerum cumulo ex animo nunquam depoſuit. Fato functus eſt anno Domini M. D. LXXII. Sept. Kal. Mart.

Simon, & Julianus ex fratre nepp. ne grat. ſe tanto patruo oſtenderent, monumentum hoc poſ.



B 46 ALEXANDER Medices S. Stephani Eques, ac Coſmi Medices magni Ducis orator ordinarius in aula ad Epiſcopatum Piſtorienſem aſſumptus eſt anno 1573. die 11. menſis Martii, paulo vero poſt ad Archiepiſcopalem Florentinam ſedem aſcendit, mox etiam Cardinalis eſt dictus a Gregorio XIII. Pontifice, anno autem 1605. ſub nomine Leonis XI. ſupremam Apoſtolicam ſedem eſt conſecutus. Ad cujus æternam ſervandam memoriam in arcu triumphali Capitolino Senatus, Populuſque Romanus ſequens inſcripſit elogium. XLV.

Novo Pontifici Maximo Leoni XI. Alexandro Medices Pacatori Galliarum, conciliatori Regum Natalibus, ordinis dignitate, ſolertia æquabili, religione ſolida legatione Apoſtolica ſplendide perfuncto, ſed perpetuo vitæ tenore Eccleſiaſtica diſciplina reſtauratori Pio, ſevero, innocentiſſimo, Patri patrum lectiſſimo, qui cum floret ſpes publica
S. P. Q. R.

C



47 LUDOVICUS Antinorius *b*, Florentinus, Volaterranenſis antea Epiſcopus, ad Eccleſiam Piſtorienſem translatus eſt anno 1574 *c*. die 3. menſis Januarii. Poſt annum autem *d* Piſano throno nobilitatus eſt. Ibi de eo plura, cum illius Eccleſiæ Præſules proferemus. XLVI

D

b De hac familia Campanilis. *c* 1575. De 7. Januar. *Salvinus* *d* Die 11. Decemb. ejuſdem anni. *Salvinus*.



48 LACTANTIUS de Lactantiis nobilis, ac XLVII.

do-

doctus Urbevetanus, Urbis Senator, ac Bononiæ gubernator, virilitate florens, Urſulam Balduini de Monte nepotis Julii III. Pontificis in matrimonio habuit: qua demortua, eccleſiaſticam vitam ſecutus eſt, atque a Gregorio XIII. Romandiolæ Præſes effectus provinciam illam prudentiſſime adminiſtravit, ſub eodemque Pontifice Piſtorienſi thiara condecoratus ann. 1575. inauguratus fuit Ravennæ in æde Urſiana die 18. menſis Februarii 1576. a Joanne Baptiſta Moremonte Epiſcopo Uticenſe, Vicarioque Ravennate pro Iulio Cardinali Roboreo adſiſtentibus Antonio Giannotto Montagnaneoſi Foroliviensi Epiſcopo, Annibaleq; Graſſo Bononienſi Faventino Epiſcopo. Ad Eccleſiam ſuam cum perveniſſet, ea dexteritate, pietateque ſe geſſit, ut magno Hetruriæ Duci Franciſco in paucis charus, dignus, idoneuſque viſus ſit, cui Senarum adminiſtratio, tunc anceps, ac trepida tuto committeretur. Igitur cum eo munere egregie deſunctus fuiſſet, deceſſit anno 1587. 3. Idus Decemb. ętatis ſuę 72. cum prius Octavium Albioſium, cum futura ſucceſſione, coadiutorem acceperit a. Corpus in cathedrali depoſitum inde a Bernardino filio in patriam delatum anno 1596. die 1. Sept. in eccleſia S. Franciſci, & ſacello S. Hieronymi conditum fuit. Orationem funebrem habuit Antonius Guerreſchus, qui Epiſcopus Sigoinus paulo poſt renunciatus fuit. Floret hoc tempore Lactantius de Lactantiis ejuſdem nepos Innocentii X. Pont. Max. aulæ præfectus, Liberianæ baſilicæ Canonicus, comitate morum commendandus.

a An. 1588. Salvius.

XLVIII. 49 OCTAVIUS Albioſius, Ravennas, Abbas Commendatarius S. Salvatoris de Silvamunda Aretinæ juriſdictionis, paulo ante coadjutor Lactantii, electus fuit Piſtorienſis Epiſcopus an. 1588. Conſecratus Florentiæ fuit in eccleſia S. Fridiani ab Alexandro Medicco Archiepiſcopo Florentino. Piſtorienſem Eccleſiam ad 11. annos adminiſtravit, factuſque jam ſenex, eo munere libens, volenſque ſe exſolvit. („ *Anno 1600. Eccleſiam S. Crucis Venetiarum conſecraſſe teſtatur ſequens inſcriptio, quæ in ea proſtat legentibus.*

D. O. M.

„ Octavius Albioſus, Epiſcopus Piſtorien-
„ ſis conſecravit hanc Eccleſiam die xx Ju-
„ lii Anno MDC. in honorem S. Crucis,
„ concedens ſingulis Chriſti fidelibus in die
„ anniverſario conſecrationis hujuſmodi
„ ipſam viſitantibus XL. dies de vera in-
„ dulgentia in forma Eccleſiæ conſueta.

XLIX. 50 FULVIUS Paſſerinus Cortonenſis, antea Avellini, ac Frequentini Epiſcopus, a Clemente VIII. ad Piſtorienſem Eccleſiam translatus eſt anno 1599. die 19. menſis Aprilis: eodem anno vita functus eſt die 11. menſis Decembris, dum adoleſceret, provectuſque ad ætatem virilem eſſet in obſequio Gregorii XIV. Pontif. Fuit eximie charus omnibus, quippe qui Card. Paſſerini affinis virtutes ad vivum referret.



L. 51 ALEXANDER Caccia Florentinus, canonicus, & Archidiaconus Metropolitanæ Florentinæ, Piſtorienſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1600. die 3. menſis Julii. Præſul certe ſuis anteceſſoribus haud indignus. * Obiit Alexander an. 1649. menſe Septembri, ſepultus in tumulo, quod vivens ſibi in Cathedrali Eccleſia paraverat cum tali Epit.

a Vide Gamurrinum de familiis vol. 3. p. 100. Mandoſ.

* Ex App. tom. 5.


D. O. M. A.

Alexander Caccia anno D. M. D. LXI. menſe Decemb. ea ipſa nocte præcurrente diem S. Zenonis cathedr. hujus Piſtor. titulari, & patrono dicatum, Florentia ortus, ann. vero M. DC. ex patria Metropolitana Archidiaconatu ad Piſt. Epiſcopatum aſſumptus, & ſacro eodem recurrente die a clero, & populo perbenigne exceptus, ut qui vivens ad ſibi commiſſi greg. ſal minus fortaſſe valuerit moriens annis, & laboribus plenus, vovit Deo propitio ſe pro eod. & te morituro oraturum immeritus, & jam diffidens exoraturos pro mortuo morituros eod. ſui adventus die tricies jam reverſo monitus P.

(„ *Ut qui vitæ primordia legit, finem attin-*
„ *gat, patruum Epiſcoporum omnium obiiſſe*
„ *Decanum A. D. MDCIL. prid. Non. Se-*
„ *ptembris. Julius Senator Florentinus ex*
„ *fratre nepos hoc A. MDCLX. Generalis*
„ *Commiſſarius adjecit.*)

LI. 52. * FRANCISCUS Nerlius, Florentinus, ab Innocentio X. Pont. Max. Piſtorienſi Eccleſiæ præficitur die 3. Febr. 1650. anno verò 1652. menſe Novemb. translatus eſt ad Eccleſiam Florentinam.

* Ex App. tom. 5.



LII. 53. * JOANNES Gerinus, Florentinus Patritius Marchionis Gerini germanus frater, Epiſcopus Volaterranus, translatus eſt ad Piſtorienſem & Pratenſem ſimul nuper unitas Eccleſias die 22. Septembr. 1653. Deceſſit florente ætate ann. 1656. terræ traditus in cathedr. Piſtorienſi. („ *Eique deinde exſtructum* „ *elegans e marmore ſepulchrum cum hoc epitaphio.*

* Ex App. tom. 5.

D. O. M.

„ Mortalitatis ad terminum ſubſiſte via-
„ tor. Offenſus hic lapis, erectus Mortis
„ in titulum, Vitæ greſſus diriget tuæ.
„ Joanni Gerino ſacet eſt, Octavii Patricii
„ Florentini Filio, quem Etruria credi-
„ tum Romæ ſais Urbibus gratulata eſt
„ Antiſtitem redditum. Intimo erutum
„ cubiculo Innocentius X. P. Max. Volater-
„ ris primò, mox Piſtorio Epiſcopum dedit,
„ ut expetitum omnibus non una Civitas
„ haberet. Pratenſis Eccleſia additam
„ tanto Præſuli ſui cuſtodiam, quam ſibi
„ tunc primum Epiſcopales inſulas pluris
„ fecit. Majora aſſequuturum non virtus
„ defecit, ſed vita. Spes, & vota hominum
„ eluſit mors, quæ terris immaturè ſubla-
„ tum Cœlo intulit XV. Kalend. Junii A.
„ S. M. D. C. L. VI. ætatis XLI. Marchio
„ Carolus Senator Florentinus Fratri de-
„ ſideratiſſimo P.

LIII. 54. * FRANCISCUS Rinuccinus, nobilis Patritius Florentinus, Horatii filius, omnium ſcientiarum genere ornatus, inſigni prudentia, & agendarum rerum experientia clarus, diuque pro Magno Duce apud Venetam Rempub. ſumma nominis ſui

* Ex App. tom. 5.

ſama verſatus, Piſtorieoſis evaſit Epiſcopus die 28. Auguſt. 1656. conſecratus Romæ eodem anno, qui etiam num Paſtorali officio eximiè iovigilat.

A D D I T I O.



(,, FRANCISCUS *Renuccinius Florentinus, pa-*
,, *tritia familia natus, militia primùm, deinde le-*
,, *gatione pro Magno Etruria Duce Ferdinande II.*
,, *apud Cæſarem functus, ac poſtea Metropolitana Flo-*
,, *rentina Archidiaconus, tandem Epiſcopus Piſto-*
,, *rienſis, & Pratenſis renunciatus fuit menſe Augu-*
,, *ſto anni 1656. Vir plenus humanitate, ac charus om-*
,, *nibus deceſſit II. Martii 1678; ſepultuſque in Ca-*
,, *thedrali prope Sedem Epiſcopalem, ſuperpoſita è*
,, *marmore tabula, atque in ea exſculpto hoc Epitaphio.*
,, Fraociſcus Renuccinus Epiſcopus Piſto-
,, rii, & Prati A.S. M. D. C. LXXVIII.
,, ætatis ſuæ LXXIV. regiminis vero
,, XXII. P. C.



LIV. ,, GHERARDUS *Gherardius, Florentinus, pa-*
,, *tritia familia natus, Andrea filius, ac Metropolita-*
,, *na Florentina Canonicus, reluctans in Piſtorienſi,*
,, *ac Pratenſi ſede locatus Menſe Martio anni 1679.*
,, *Vir verè a Deo datus, ſemper vigilans Gregis utili-*
,, *tati. Decem annis, quibus præfuit Eccleſia, om-*
,, *nium virtutum exemplar ſe præbuit; Jejuniis, ora-*
,, *tioni addictiſſimus, charitate, humilitate, manſue-*
,, *tudine, prudentia, tota denique vivendi ratione*
,, *ſanctimoniam redolens. Quinquies Diœceſim luſtra-*
,, *vit, quater Synodalia Comitia habuit, multaque*
,, *conſtituit ad Cleri, Populique diſciplinam accomo-*
,, *data. Omnibus denique optimi Paſtoris ufficiis per-*
,, *functus, inſtante mortis die, propriis indutus Epiſ-*
,, *copalibus veſtibus, ac ſuper nuda tabula in omnium*
,, *conſpectu poſitus, ſingulisque ſalutis monita ſuadens*
,, *ad Cœlum migravit die 16. Januarii 1690; Clero,*
,, *Populoque jugibus lachrymis tanti Paſtoris funus*
,, *proſequente. Sepultus fuit in Cathedrali, eique poſt-*
,, *modum extructum e marmore monum. cum hoc Epit.*
,, D. O. M.
,, Gherardo Gheracdi Epiſcopo Piſtotien.
,, & Praten. Paſtoralis vigilantiæ, & cha-
,, ritatis in exemplar dato, Cœloque repo-
,, ſcenti cunctis mærentibus reddito, Fran-
,, ciſcus Froſini Piſtorienſis in ſortem Do-
,, mini abeo vocatus, & ondecim ab ejus
,, obitu aonis in Epiſcopatu utinam, & in
,, virtute, ſucceſſor nunc Archiepiſcopus
,, Piſanus grati animi monumentum po-
,, ſuit A. D. MDCCIII.



,,LEO *Strozza Florentinus, clariſſimo genere na-* LV.
,, *tus, Monachus Congregationis Vallis Umbrusæ, dein-*
,, *de Abbas, ac totius Congregationis Procurator Ge-*
,, *neralis, Epiſcopus Piſtorienſis, & Pratenſis eligi-*
,, *tur menſe Junio 1690. Vir zelo diſciplina, pruden-*
,, *tia, ac morum ſuavitate ſingularis. Semina-*
,, *rium Clericorum Piſtorii juxta Concilii Tridentini*
,, *mandatum anno 1693. erexit, in quod largos pro-*
,, *ventus contulit, atque ab ejus nomine ſancti Leonis*
,, *voluit appellari. Translatus menſe Julio an. 1700.*
,, *ad Metropolitanam Florentinam ibi deceſſit die 4.*
,, *Octobris 1703. ſupremaque voluntate, quam ex in-*
,, *dultu Apoſtolicu condidit, ſeminarium Piſtorienſe*
,, *ſcripſit hæredem, ac transferri mandavit ad Cathe-*
,, *dralem Piſtorienſem, atque in ea ſepeliri in ſepul-*
,, *chro, quod eleganti ſtructura ſibi vivens paravit*
,, *propè ſacrarium cum hoc Epitaphio.*
,, De motte cogitans, dum adhuc in huma-
,, nis eſſet, vitam, quæ nunquam moritur,
,, expectaturus Leo Epiſcopus ad ornatum
,, Eccleſiæ ſibi monomentum poſuit ano. 1695.



,,FRANCISCUS *Froſini, Piſtorienſis ex Comitibus* LVI.
,, *Sacri Romani Imperii, Cathedralis Eccleſia Ca-*
,, *nonicus Pœnitentiarius, & ſede per Leonis transla-*
,, *tionem vacante, Vicarius Capitularis, Vir diſci-*
,, *plinis omnibus inſtructiſſimus, totius Cleri, populi-*
,, *que plauſu, qui a tercentis annis Epiſcopum e Civi-*
,, *tate nullum acceperant, Epiſcopus renunciatur men-*
,, *ſe Decembri 1700. Brevi tamen apud ſuos commora-*
,, *tus die 2. Octobris 1702. translatus fuit ad Primatia-*
,, *lem Piſanam. Vivit adhuc, poſt Neſtoreos annos Cœ-*
,, *litibus aggregandus; atque in eadem Eccleſia ſepe-*
,, *liendus; in qua jam ſibi vivens monumentum e mar-*
,, *more prope Altare S. Gregorii extruxit, exſculpta*
,, *Redemptoris è Cruce depoſiti imagine, cum hoc epit.*
,, Ut hujus parietis partem, quæ nuda erat
,, ornaret, ſpeculum hoc, in quo ſuæ
,, mortalitatis imaginem, noſtrique Re-
,, demptoris vulnera, quæ ad illam feliciter
,, exuendũ totam ſibi ſpem faciunt, Templũ
,, ingrediens contemplaretur, Franciſcus
,, Froſini Piſtorienſis ex Patriæ Epiſcopo
,, Piſarum Archiepiſc. V. P. C. A. D. S. 1711.

Mi-



LVII. „MICHAEL *Carolus Vicedominus Cortigianus, Florentinus, clariſſimo genere ortus, e Præpoſito Emporienſe Epiſcopus Miniatenſis primum, deinde 22. Novembris 1702. Piſtorienſis, & Pratenſis renunciatus, vir effuſus in pauperes, comis, & facilis, omnium amantiſſimus. Seminarium Piſtorienſe, quod a Cathedrali diſtabat, prope Cathedralem extruxit, amplioremque in formam redegit; omnibus denique optimi Paſtoris officiis functus, e vivis ſublatus eſt die 14. Octobris 1713. & ſepultus in Cathedrali ante Aram S. Antonii, ſuperpoſito hoc Epitaphio in tabula marmorea exſculpto.*

Hic jacet Michael Carolus Vicedominus Cortigianus Epiſcopus Piſtorienſis, & Pratenſis. Obiit pridie idus Octobris 1713. ætatis 65. regiminis XI.



LVIII „COLUMBINUS *Baſſi, Monachus Congregationis Vallis Umbroſæ, inſtitutor, & Abbas Abbatiæ Vallis benedictæ prope Liburnum, ac tandem Congregationis Generalis, Epiſcopus Piſtorienſis, & Pratenſis invitus penè, ac per plures menſes præ humilitate reluctans electus eſt menſe Martio anni 1715. vivit adhuc, quem Deus ad Neſtoreos annos producat, ut virtutum, quibus præluceт, exemplo cæteri inſtituantur.*

PRATENSES

olim Præpoſiti, nunc Epiſcopi.

a



a Hujus ſtemmatis lilia ſunt aurea in campo rubro.

„PRato, non vulgari in Etruria Urbi, Pratum nomen fecit, cui inſidet. Cum enim quos modo Pratenſes appellamus, antiquæ ſedis pertæſi, a proximo colle, quem *Javellum* appellant, in planiciem deſcendiſſent, Pratum coemerunt, in nullius prorſus ditioni ſubjicerentur. *Pratenſes quoque*, (ait Barth. Scala Eq. Florent. hiſt. Florentin. ad ann. 1107.) *cum adverſarentur* (Florentinis) *in poteſtatem devenere. Oppidum hi paulo ante ædificaverant, cum multi ex propinquis Vicis conveniſſent, quo ſe ab incurſionibus variis Tyrannorum, atque injuriis tutiores redderent. Coempto igitur Prato collectitia pecunia, ut in ſuo ædificantes ſolo, aſſerere ſe in libertatem poſſent, Oppidum Pratum, agri nomine condiderunt.* Idem omnino de Pratenſis Civitatis origine Riccardaccius (vulgò Ricordanus) Maleſpinius, Joannes Villanius, Scipio Ammiratus, & omnes fere Florentinar. rerum Scriptores narrant. Civitatem igitur poſt longam obſidionem in ſuam poteſtatem redactam Florentini funditus everterunt; cujus obſidionis fit mentio in conceſſione Mathildæ Comitiſſæ a Ferdinando Ughello per extenſum relata in Epiſcopis Piſtorien. pag. 293 ex qua apparet quanto conatu, quantiſque viribus contra Oppidum illud pugnatum fuerit, cujus obſidioni Mathilda ipſa intererat. Verum enim vero brevi ex ſuis ruinis Civitas emerſit. Anno enim 1154. muris rurſus circumdatam, adeoque firmo præſidio vallatam invenere Piſtorienſes, quibuſcum Pratenſes de Carminiani poſſeſſione armis contendebant, ut victoria elati Pratenſes in Urbem ſe recipientes inſequi, & pro portis ſua facinora jactare potuerint, infecta tamen re Piſtorium redire coacti.

„ Hæc Pratenſis Civitatis exordia circiter Sec. XI. initium. Gentis vero, a qua condita eſt, quæque prius *Javellum* incoluerat, origo, non ſatis patet. Multa ſunt, ex quibus colligi poteſt, ex Longobardorum reliquiis exortam. Teſtantur nomina Germanicam linguam redolentia; teſtatur maxima præciarorum equitum copia, qui inter Civitatis hujus Patres recenſentur; teſtantur divitiæ, quibus tam brevi tempore Civitatem exſtruere, muris circumdare, Vallo firmare, Piſtorienſibus æque & Florentinis (ut de Comitibus Guidiis taceamus) contra nitentibus, ſuamq; libertatem diutiſſimè tueri potuerunt. Erat Prato, quod Pratenſes coemerunt, junctus pagus, quem *Borgo al Cornio* vocabant, ibique Eccleſia ſub invocatione S. Stephani, Plebaniæ titulo inſignis. Pratenſes Pagum ſui protinus juris fecerunt; intra murorum ambitum concluſerunt: Eccleſiam S. Stephani maximis redditibus auctam Præpoſituræ titulo decorarunt. Cum autem Civitatem propriis ſumptibus in ſolo collectitio, ut dictum eſt, aere coempto, atque adeo nullius ditioni ſubjecto incolerent, propriis ſe ſe legibus, propriis magiſtratibus regere, & pleno libertatis jure frui. Civitatem a principio Conſules habuere. Octoviratus inde inſtitutus. Priores Libertatis appellabant, quibus vexillifer præerat, quem Juſtitiæ vocabant; Florentinæ Reipublicæ, ejuſque Regiminis formam imitati. Florentinis, quorum maxime amicitiam coluerunt, & quibuſcum fœdus fere perpetuum, armis, opibus, conſilio ſæpiſſime opem tulerunt. Florentinorum exemplum ſecuti, an. 1313. Roberti Neapol. Regis fidei ſeſe commiſerunt ad quinquennium, quo lapſo fœdus perpetuum initum. Hinc libertatis excidium. Joanna enim Caroli Calabriæ Ducis filia, & Neapol. Regina an. 1350 jura omnia ſibi ex paterna & avita ſucceſſione in Civitatem Prati competentia, libere, & pleno jure tranſtulit in Dom. Nicolam Acciaivolum Melph. Comitem Magnum Regni Siciliæ Seneſcallum, cum omnimoda poteſtate tranſigendi, & pro libito faciendi, *in compenſationem pecuniæ ſibi per eum mutuatæ*, qui protinus Civitatem cum mero & mixto Imperio, & omnimoda juriſdictione in Florentinos iterum tranſtulit. Florentini vero miſſis repente copiis ad ipſa Prati mœnia, Pratenſes, qui non facti rationem, non conſilium

A
,, noverant, ſubita re trepidos, imparatos, neque
,, concedere poſtulata, neque negare audentes,
,, partim vi, partim minis, partim amicorum exhor-
,, tationibus, Portas aperire, & Præſidium intra
,, mœnia recipere compulerunt. Ita de libertate
,, actum eſt. Florentini vero ad Pratenſium ſibi
,, animos comparandum, illos Florentinæ Civi-
,, tatis jure Immunitatibus, privilegiis donarunt.
,, Pratenſis itaque Civitas Florentinæ ditionis fa-
,, cta, Magno nunc Etruriæ Duci ſubjecta inter
,, Etruriæ Urbes non ſane poſtremum obtinet lo-
,, cum Sita ea eſt inter Florentiam & Piſtorium de-
,, cem utrinque milliar. ſpatio diſſita, in ampla
,, fertilique planicie, collibus hinc inde aſſurgen-
,, tibus ornata; cœlo utitur ſaluberrimo; Biſentio-
,, nis, quem etiam Biſentium appellant, aquis al-
,, luitur; incolas habet navos, ut plurimum, & in-
,, duſtrios; ſuiſque legibus, & Magiſtratibus
,, etiamnum regitur.
,, Eccleſia Cathedralis Pratenſis, Inſignis
,, olim Collegiata, inter clariores Etruriæ Ec- B
,, cleſias, non ultimum nomen per omne tem-
,, pus conſecuta eſt; tantaque fuit apud veteres Ca-
,, noniſtas hujus Eccleſiæ dignitas, ut quoties
,, opus eſſet exemplum aliquod in medium afferre
,, inſignium Collegiatarum, Pratenſem Eccleſiam
,, nominare conſueverint, ut videre eſt apud *Joan*
,, *And. in cap. quamvis de praeb. in 6. Felin in cap. in*
,, *noſtra 39. coroll. n. 40. in cap. ſignificante de reſcript.*
,, *n. 1. & in cap. cum acceſſiſſent de conſtitut. Joan. de*
,, *Selva in tract. de Benef. quaſt. 11. n. 301. lib. 3.* præ-
,, ter alios quamplures, qui communiter affirmant,
,, quod in impetrationibus Beneficiorum ad Eccle-
,, ſiam Pratenſem pertinentium, nunquam neceſſe
,, fuit exprimere nomen S. Stephani, ſub cujus in-
,, vocatione, & titulo jampridem erecta fuit, ſed
,, ſatis erat eam deſignari per abſolutam appellatio-
,, nem Eccleſiæ Pratenſis, ad inſtar Cathedralium,
,, propter ejus dignitatem, & excellentiã: & ita ſer-
,, vavit in praxi *Card. Zabar. qui Conſ. 3. reſpondit*
,, *pro Canonico Eccleſia Praten. ac etiam Soccin: Sen:* C
,, *qui conſ. 275. reſpondit pro præpoſito Praten. contra*
,, *Epiſcopum Piſtorien.* Nec ſanè immeritò: habuiſſe
,, enim Collegium Canonicorũ, & Rectorem Præpo-
,, ſiti titulo inſignem, ſub init: ſaltem XI. Sæculi,
,, conſtat ex authographis Inſtrumentis, quæ ho-
,, ſtium manus effugerunt in miſeranda illa Urbis
,, hujus direptione, cujus omnes Florentin. rer. Scri-
,, ptores meminerunt ad an. 1512. Quin & digna ha-
,, bita eſt Urbs ipſa ab Hieruſalem, & utriuſque
,, Siciliæ regibus, cujus fidei, ut acrius primævam
,, libertatem difficillimis temporibus tutaretur, Flo-
,, rentinæ Reipublicæ exemplum ſecuta, ſeſe com-
,, mendaverat, ut ipſam init. ſæc. XIV. Civitatis
,, titulo decorarent; & Florentina Reſpublica vix
,, dum ejus poſſeſſionem adepta, egit apud Sum-
,, mum Pontificem Alex. V. ut Eccleſiam Praten-
,, ſem in Cathedralem erigeret, amplis inter cæ-
,, teros Præpoſituræ redditibus novo Epiſcopo pro
,, menſa aſſignatis, diſtrictu verò Pratenſis Cu-
,, riæ, cum quibuſdã adiacentibus Villis pro Diœceſi. D
,, Porrò epiſtola, qua Robertus Rex Hieruſalem,
,, & Siciliæ &c. Pratum Civitatis nomine exornat,
,, hujus eſt tenoris.
,, *Robertus Dei gratia Rex Jeruſalem, & Siciliæ,*
,, *Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ,*
,, *& Folcalkerii, ac Pedemontis Comes. Nobili Vi-*
,, *ro Philippo de Sangineto Equiti Conſiliario Fami-*
,, *liari & fideli ſuo gratiam ſuam, & bonam volunta-*
,, *tem. Ad Civitatem Prati, cujus regimen, adque Do-*
,, *minium collatum extitit hactenus per Commune Civi-*
,, *tatis ipſius quondam Carolo Duce Calabriæ benedi-*
,, *cto Filio noſtro, & ſuis heredibus, ſicut te non la-*
,, *tere novimus, dominicæ habentes charitatis affe-*
,, *ctum, ac ipſius bonum ſtatum ſervari cupientes, ne*
,, *per dicti filii occaſum circa Vicariatum, quem geſ-*
,, *ſiſti huc uſque Civitatis ejuſdem, quantum ad com-*
,, *miſſionẽ tibi factam de illo aliqua dubitatio ingera-*
,, *tur; Nos tanquam Balius heredis, ſeu heredum*

A
,, *Ducis ejuſdem pro ipſius, ſeu ipſorum parte here-*
,, *dum ad regimen, ſeu dominium Civitatis Prati præ-*
,, *fatæ, de cujus fide, probitate, & circumſpectio-*
,, *ne confidimus, remanſurum providimus, illudque*
,, *pro dicti heredis, ſeu heredum parte tibi de novo ad*
,, *honorem ſanctæ Eccleſiæ, adque noſtrum beneplaci-*
,, *tum duximus committendum tuæ fidelitati mandan-*
,, *tes, quatenus ſic regimen, & dominium Civitatis*
,, *ipſius nomine dictorum heredis ſeu heredum ſtudeas*
,, *ad honorem ipſius Eccleſiæ, adque noſtrum diligen-*
,, *ter, prudenter, & ſtrenue gerere, & efficaciter*
,, *exercere, ſicut eſt hactenus conſuetum, quod poſſis*
,, *exinde merito commendari. Mandantes Baliatus*
,, *auctoritate qua fungimur tenore præſentium hominibus*
,, *Civitatis ejuſdem, ut tibi more ſolito dicti heredis*
,, *ſeu heredum nomine devote pareant, & intendant,*
,, *pœnas autem, & banna, quæ ipſius Civitatis homi-*
,, *nibus rite tuleris, rata gerimus & firma, eaque per*
,, *te volumus a tranſgreſſoribus, prout juſtum fuerit,*
,, *extorqueri; omnia etiam in præmiſſis & circa præ-*
B ,, *ſcripta facias, quæ in ſimilibus facere conſueviſti,*
,, *& debes. Dat. Neapoli An. Dom. MCCCXXVIII.*
,, *die VIII. Decembris XII. Indict.*
,, Epiſtola verò, qua Florentina Reſpublica cu-
,, rat Pratenſem Eccleſiam in Cathedralem erigi,
,, ſequens eſt ex Reformat. libris ex Petri Mini ab
,, an. 1406. ad 1409. ſcriptis Epiſtolis excerpta.

Domino Marcello de Strozzis.

,, *Cariſſimo noſtro voi ſapete, quanto per altre no-*
,, *ſtre lettere v'è ſtato commeſſo, che voi ſollecitaſſi la*
,, *expeditione di quelle coſe, che ſono ſtate acconſen-*
,, *tite, e conceſſe dal ſancto Padre alla noſtra Commu-*
,, *nità, delle quali particularmente fuſte informato dà*
,, *noſtri Ambaſciatori. Ora di nuovo abbiamo delibe-*
,, *rato di ſollicitarvi, che voi diate opera, che alle*
,, *dette facciende ſi dia expeditione, & accio che dal*
,, *canto noſtro non manchi niente, vi mandiamo colle*
,, *preſenti una nota di che luoghi noi vogliamo, che ſi*
,, *concedano, & attribuiſcano per Dioceſi del Veſco-*
,, *vado di Prato, e di quello di S. Miniato, e pero*
C ,, *fate, che ſollicitiate il ſancto Padre, che dia expe-*
,, *ditione a queſto fatto di queſti due Veſcovadi, ſecondo*
,, *la forma della detta nota, & ancora agl'altri fatti.*
,, *Oltre a cio &c.*
,, *Dat. Flor. die penultimo Auguſti 1409. Ind 2.*
,, Pagina vero 135. earumdem Reformationum
,, hæc habentur.
,, *Facciaſi Prato Città di Veſcovado, & abbi Veſcovo,*
,, *& el primo Veſcovo ſia il Propoſto di Prato,*
,, *che è oggi. Sotto il Veſcovado ſiene*
,, *queſte coſe, cioè*
,, *Prima ſia unita la Propoſitura con tutte ſue Juriſ-*
,, *dittioni, ragioni, rendite, & beni col Veſcovado,*
,, *& ſia uno medeſimo corpo, cioè Veſcovo & Propoſto*
,, *& oltre a cio ſieno conceduti, & attribuite al detto*
,, *Veſcovado, & Veſcovo di Prato tutti i beni mobi-*
,, *le, & immobili, beneficj, dignetà, & prheminen-*
,, *tie, rendite, & ragioni in qualunche modo apparte-*
,, *nenti al Veſcovado, o Menſa del Veſcovo di Piſtoja,*
,, *le quali ſieno nella Terra di Prato, e ſimile nella ſua*
D ,, *Corte, & che per Dioceſi s'attribuiſca al detto Ve-*
,, *ſcovo di Prato.*
,, *La Terra di Prato, e tutta la Corte, e Contado di*
,, *Prato excepti quegli luoghi, & beneficii, che ſono*
,, *ſotto la Dioceſi di Firenze. Et oltre a cio queſti, cioè*
,, *Pieve, & Piviere, & Comune di S. Gio: da*
,, *Monte Murlo con ſue Ville, Popoli, & beneficii.*
,, *Comune di S. Caterina a Griciglian in Valdibi-*
,, *ſenzo.*
,, *Pieve, & piviere, & comune di Sancto Ypo-*
,, *lito da Vernio con tutte le ſue Ville, & beneficii.*
,, *Pieve, & piviere di Carmignano con tutte le ſue*
,, *Ville, Popoli, & Beneficj.*
,, *Pieve, piviere, & comune di S. Maria a Bac-*
,, *careto con tutte le ſue Ville, Popoli, & Beneficj.*
,, *Pieve, & piviere, & comune di S. Maria ad Ar-*
,, *timino con tutte le ſue ville, popoli, & beneficii.*
,, *Pieve, piviere, & comune di S. Maria al Mon-*
,, *te con tutte le ſue ville, popoli, & beneficii.*

,, *Pie-*

Digitized by Google

A ,, Pieve, & comune di Capraja con tutte ſue ville, po-
,, poli, & beneficii.
,, Pieve, piviere, & comune di S. Gio. in Greti col
,, comune di Vinci, & di Vitolino con tutte le loro
,, ville, popoli, & beneficii.
,, Comune di Ficecchio. Comune di S. Croce. Co-
,, mune di Caſtelfranco, & Comune di S. Maria a
,, monte, del Terreno di Firenze, e del Veſcovado
,, di Lucca, con tutte le loro Cerci, Ville, Popoli, Be-
,, neficj, & preminenze, & con tutte ragioni, & ren-
,, dite, che s'appartengono al Veſcovado, & Veſcovo
,, di Lucca, e che ſono ne' detti Luoghi, & Comuni.
,, Et concioſſia coſa che per lo gravezze, che arà a
,, ſopportare il Veſcovo del detto luogo di Prato, ſia ne-
,, ceſſario di provvedere d'alcune rendite, ſicche poſſa
,, baſtare, & ſupplire alle gravezze, che occorreran-
,, no al detto Veſcovo, ci pare che col detto Veſcovado
,, ſi debba unire, & attribuire per la Menſa del Ve-
,, ſcovo, oltre alle predette coſe
,, Lo Spedale d'Altopaſcio poſto nella Terra di Pra-
B ,, to, con tutte ſue caſe edificj, Beni, & Rendite, &
,, Ragioni, le quali s'appartengono al detto Spedale e-
,, ſiſtente nella Terra di Prato, e nella ſua Corte, con-
,, cioſſiacoſachè in eſſo non ſi tenga alcuna hoſpitalità.
,, Et ancora il Beneficio ſenza cura dell'Ordine di S.
,, Benedetto, che ſi chiama la Chieſa di S. Salvadore
,, preſſo a Prato, el quale ſi dice eſſer manuale alla Ba-
,, dia di Fieſole, colle ſue ragioni, & rendite.
,, Et che tutti i ſopraddetti luoghi, & coſe, attribui-
,, to al detto Veſcovado, Veſcovo, & Dioceſi di Pra-
,, to, ſieno in tutto abſolute, libero & remote dal Ve-
,, ſcovado, & Dioceſi di Piſtoja, & di Lucca.
,, Per riſtoro del Veſcovado di Piſtoja, ſi conceda al
,, detto Veſcovado tutte Pievi, Beneficj, & luoghi Ec-
,, cleſiaſtichi, Comuni, Popoli, & Luoghi, che ſono nel-
,, la Provincia di Valdinievole, & di Valdariana,
,, che ſono nel Terreno, che tiene il Comune di Fi-
,, renze.
,, Comune, & Terra di Barga colla ſua Corte.
,, Comune di Sommocolugnole colla ſua Corte.
C ,, Annuit Florentinæ Reipublicæ precibus Sum-
,, mus Pontifex, qui tunc Piſis morabatur, unde
,, poſtmodum cum tota Curia Pratum adiit, ibique
,, manſit per aliquot dies, ſuaque præſentia Praten-
,, ſem Eccleſiam magis ac magis illuſtravit. Verum
,, enim verò hujuſmodi Alexandri V. decretum pri-
,, mò quidem propter immaturam Pontificis mor-
,, tem, deinde propter ſecutas ingentes illorum
,, temporum viciſſitudines, ac demum Urbis ipſius
,, excidio ſenſim evanuit. Illud tamen certiſſimum
,, eſt ad hujus Eccleſiæ Præſulatum ſemper erectos
,, fuiſſe viros præclariſſimos; inter quos non pauci
,, S. Rom. Eccl: Cardinales, quorum duo ad ſum-
,, mum Pontificatus apicem aſſumpti, Leo nempe
,, X., & Leo XI., prima vice ad illam ſolemni ritu,
,, ac pompa, tamquam ad ampliſſimum Epiſcopa-
,, tum, perſonaliter acceſſerunt, ut de priori teſta-
,, tor Nardus Hiſtor: Florent: lib: 5. circa finem; de
,, altero verò lib. Memorialis Capituli Praten., vul-
,, gò *Il Campioncino Roſſo* pag: 112. Jure igitur meri-
D ,, tò Alexander Caccia, qui noviſſimus omnium
,, inter Piſtorienſes Epiſcopos, Pratenſis Eccleſiæ
,, libertatem, & omnimodam exemptionem diutiſ-
,, ſimè, ſed fruſtrà impugnavit in præfatione ad
,, Diœceſanam Synodū an: 1625. §. *Etſi* ingenuè faſ-
,, ſus eſt; multas Italiæ Urbes, earumque Cathe-
,, drales Eccleſias, Prato, ejuſque Collegiata Ec-
,, cleſia longè inferiores extitiſſe. En ipſius verba.
,, *Etſi ut verum fateamur, extitit ſemper Eccleſia*
,, *Pratenſis adeò inſignis, ut quemadmodum Sereni-*
,, *tate Principis noſtri Cardinalis meruit illuſtrari,*
,, *ita nec Epiſcopali miniſterio, & famulatu deſtituen-*
,, *da ſit. Etenim ſi reſpiciamus ad Dignitates, & Ca-*
,, *nonicatus, aliaque perpetua Beneficia, in ejus obſe-*
,, *quium, pro Divino ſervitio inſtituta, quamplures Ita-*
,, *lia Cathedrales, & numero, & qualitate perſona-*
,, *rum, procul dubio antecellit, non minus quam Ter-*
,, *ra ipſa ædificiorum magnificentia, ſupremo Magi-*
,, *ſtratu, propriis Legibus, & ſtatutis regente, aliiſque*

A ,, *requiſitis per multas alias Civitates longe admodum*
,, *ſuperat.*
,, Privilegiorum, quibus Eccleſia Pratenſis in ſta-
,, tu prædicto fruebatur, uſque de anno 1357. ex-
,, tabant penes Capitulum originalia Diplomata n:
,, 70. Papalium, & 5. Imperial:, ut apparet ex qui-
,, buſdam Actis Conſignationis eorumdem Privile-
,, giorum; quæ omnia decurſu temporis partim pe-
,, rierunt, partim alio tranſlata ſunt, paucis exce-
,, ptis, quorum aliqua infra tranſcribam, ut tempo-
,, ris injuriam ſecurius eludere queant. Quibus por-
,, rò privilegiis Eccleſia Pratenſis roborata Apoſto-
,, licæ ſedi immediatè ſubjecta exiſtebat, ejuſque
,, Præpoſitus in toto territorio Parochiarum ad
,, eamdem pertinentium juriſdictionem quaſi Epiſ-
,, copalem exercebat. Verùm quia Piſtorienſis Epiſ.
,, tanquam Diœceſanus hujuſmodi facultatem im-
,, pugnabat, Carolus Medices Coſmi Senioris Pa-
,, tris Patriæ nuncupati fil: qui Præpoſituram ade-
,, ptus fuit de menſe Auguſti Anni 1460; & Univer-
B ,, ſitas Terræ Prati impetraverunt a Pio II. ſummo
,, Pontifice indultum in ampliori forma ſequentis
,, tenoris.

PIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

,, *Etſi cunctæ orbis Eccleſiæ Apoſtolicæ ſedi, quo ſu-*
,, *perna diſpoſitione ſuper illas ordinaria poteſtatis ob-*
,, *tinet principatum, plene ſubeſſe noſcuntur, quas ta-*
,, *men earum de ſua auctoritatis plenitudine ſpecialis*
,, *ſibi ſubdit, ſic eas, illarumque perſonas a cujusli-*
,, *bet alterius juriſdictione prorſus eripiens ut nullum*
,, *præter Romanum Pontificem in Superiorem & Do-*
,, *minum recognoſcant, rectores earundem Eccleſia-*
,, *rum, prout ad illarum decorem cedere noverint,*
,, *ſpecialibus gratiis & privilegiis muniendo. Sane*
,, *pro parte dilectorum filiorum Caroli de Medi-*
,, *cis Præpoſiti Secularis & collegiatæ Eccleſiæ S.*
,, *Stephani Oppidi Pratenſis Piſtorienſis Diœceſis, ac*
,, *univerſitatis ejuſdem oppidi nobis nuper exhibita pe-*
C ,, *titio continebat; Quod cum retroactis temporibus*
,, *ii, qui Præpoſituram ejuſdem Eccleſiæ, quæ inibi*
,, *dignitas principalis exiſtit, pro tempore obtinuerunt,*
,, *ipſius ſedis Apoſtolicæ Notarii diutius extiterunt,*
,, *univerſitas antedicti pro Eccleſia & oppidi prædicto-*
,, *rum honore & ornamento, cum oppidum ipſum ex*
,, *inſignioribus totius Tuſciæ oppidis ſit, valde cupiunt*
,, *Præpoſitum dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentem*
,, *ejuſdem ſedis notarium ſemper exiſtere, & inſignia*
,, *notariorum ſedis hujuſmodi gerere & habere. Qua-*
,, *re pro parte Caroli & univerſitatis prædictorum no-*
,, *bis fuit humiliter ſupplicatum, ut dictæ Eccleſiæ*
,, *præpoſitum, qui pro tempore fuerit, in Apoſtolicæ*
,, *ſedis notarium eo ipſo receptum fore decernere & or-*
,, *dinare; ac cum ipſum oppidum propter ejus magni-*
,, *tudinem & pulchritudinem inſtar civitatis exiſtat,*
,, *dictaque Eccleſia ſatis decentem Canonicorum, &*
,, *perpetuorum beneficiatorum numerum habeat, eam*
,, *immunitatis, & exemptionis prærogativa deco-*
,, *rare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos*
D ,, *igitur ut Præpoſiti, qui pro tempore fuerint, & per-*
,, *ſonæ ipſius Eccleſiæ, nec non univerſitas antedicti*
,, *eo devotius eamdem ſedem honorare ſtudeant, quo*
,, *per illam dicta Eccleſia majori gratia & ſpecialio-*
,, *ri favore communita fuerit, hujuſmodi ſupplicatio-*
,, *nibus inclinati præfatum Carolum ex nunc in no-*
,, *ſtrum & dictæ Sedis Notarium, auctoritate Apo-*
,, *ſtolica tenore præſentium recipimus, ac aliorum*
,, *noſtrorum, & dictæ ſedis notariorum conſortio favo-*
,, *rabiliter aggregamus, nec non auctoritate prædicta*
,, *ex certa ſcientia earundem tenore præſentium ſta-*
,, *tuimus, & ordinamus, quod omnes & ſinguli ſuc-*
,, *ceſſores ſui dictæ Eccleſiæ Præpoſiti pro tempore exi-*
,, *ſtentes, quamprimum in illius præpoſituram aſſum-*
,, *pti fuerint, ex tunc dictæ ſedis notarii ſint, & alio-*
,, *rum notariorum ejuſdem ſedis numero & conſortio*
,, *eo ipſo aggregentur, & Notarii dictæ ſedis, & ei-*
,, *dem numero aggregati ipſo facto abſque alia rece-*
,, *ptione quacumque eſſe cenſeantur. Volentes, ac Ca-*

,, rolo, & ſucceſſoribus prædictis harum ſerie conce- A
,, dentes, ut privilegiis, libertatibus, immunitati-
,, bus, honoribus, & oneribus uti, & gaudere debeant,
,, quibus alii noſtri, & dictæ ſedis Notarii gaudent,
,, & gaudebunt quomodolibet in futurum, quodque
,, inſignia officii notariatus hujuſmodi a venerabili
,, fratre noſtro moderno vel pro tempore exiſtente Ar-
,, chiepiſcopo Florentino, aut Epiſcopo Piſtorienſi, vel
,, alio, quem maluerint, Catholico Antiſtite gratia &
,, communione præfatæ ſedis habente, recipere va-
,, leant. Cui quidem Archiepiſcopo, vel Epiſcopo,
,, aut Antiſtiti eadem inſignia ſibi concedendi licen-
,, tiam & facultatem concedimus per præſentes, ita ta-
,, men quod ipſe Archiepiſcopus, Epiſcopus, vel An-
,, tiſtes a Carolo, & ſucceſſoribus prædictis ſolitum
,, juramentum juxta formam inferius annotatam re-
,, cipiat, ac forma juramenti per eos præſtandi hujuſ-
,, modi nobis vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontifi-
,, cibus pro tempore exiſtentibus de verbo ad verbum
,, per proprium nuncium quantocius deſtinari pro-
,, curet. Et inſuper eidem Carolo, atque pro tempo- B
,, re exiſtenti Præpoſito ejuſdem Eccleſiæ, ut quater,
,, aut pluries in anno aliquem Antiſtitem hujuſmodi,
,, qui in dicta Eccleſia in pontificalibus celebrare va-
,, leat, evocare poſſit, tenore præſentium indulgemus.
,, Præterea eamdem Eccleſiam, ſeu plebanatum S.
,, Stephani cum Præpoſitura, ac omnibus, & ſingulis
,, canonicatibus, & præbendis, aliiſque beneficiis Ec-
,, cleſiaſticis quibuſcumque inibi fundatis & inſtitu-
,, tis, ac de cætero fundandis & inſtituendis, nec
,, non Carolum & ſucceſſores ſuos Præpoſitos, & di-
,, lectos filios Capitulum, ſingulosque Canonicos, &
,, perſonas, ac perpetuos beneficiatos ejuſdem Eccle-
,, ſiæ, ſeu plebanatus præſentes, & poſteros ab ejuſ-
,, dem Epiſcopi Piſtorien. præſentis, & qui pro tem-
,, pore fuerit, ejuſque officialium, ac aliorum quorum-
,, cumque ordinariorum Judicum omnimoda juriſdi-
,, ctione, viſitatione, ſuperioritate, dominio, & po-
,, teſtate, auctoritate & ſcientia ſupradictis earumdem
,, tenore præſentium prorſus eximimus, & totaliter li-
,, beramus, eoſque in jus & proprietatem B. Petri, & C
,, Sedis Apoſtolicæ, ac ſub eorum ſpeciali protectione
,, ſuſcipimus, atque noſtra; decernentes eccleſiam,
,, ſeu plebem cum propoſitura, canonicatibus, & præ-
,, bendis, ac beneficiis ejuſdem, nec non Carolum,
,, ſucceſſores, Capitulum, Canonicos, perſonas, &
,, beneficiatos prædictos nobis, & eidem Sede imme-
,, diate ſubjectos exiſtere, ita ut idem Epiſcopus, of-
,, ficiales ordinarii, & alii judices, & quævis alia
,, eccleſiaſtica, vel mundana perſona quacumque ful-
,, geat dignitate, in eccleſiam, ſeu plebem, ejuſque
,, Præpoſitum, Capitulum, Canonicos, perſonas,
,, & beneficiatos hujuſmodi utpote prorſus exemptos
,, non poſſint auctoritate ordinaria excommunicatio-
,, nis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias ſpeciali-
,, ter vel generaliter quomodolibet promulgare, aut
,, aliter etiam ratione contractus, vel delicti, aut rei,
,, de qua agitur, ubicumque juratur contractus, commit-
,, tatur delictum, aut res ipſa conſiſtat, poteſtatem,
,, juriſdictionem, dominium, ſeu ordinationem ali-
,, quam exercere, ſed ipſi Præpoſitus, Capitulum, D
,, Canonici, perſonæ, & beneficiati ſuper præmiſſis,
,, & aliis quibuſcumque coram dicta Sede, aut ejuſdem
,, legatis dumtaxat teneantur de juſtitia reſpondere,
,, fel. rec. Innocentii PP. IV. prædeceſſoris noſtri contra
,, exemptos, quæ incipit: volentes: & aliis Apoſto-
,, licis conſtitutionibus, cæteriſque contrariis non ob-
,, ſtantibus quibuſcumque: Nos enim ex nunc quaſcum-
,, que excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdi-
,, cti ſententias, & quoſcumque proceſſus, quaſvis
,, pœnas, & ſententias generales, vel ſpeciales in ſe
,, continentes, quas vel quos in Carolum, & ſucceſſo-
,, res, nec non Capitulum, & Canonicos, perſonas,
,, & beneficiatos ad Eccleſiam, ſive plebem prædictos,
,, vel eorum aliquos contra tenorem, & formam præ-
,, ſentium quomodolibet promulgari, vel haberi con-
,, tigerit, irritos decernimus, & inanes, nulliuſque
,, roboris, vel momenti. Nulli ergo omnino hominum
,, liceat hanc paginam noſtræ receptionis, conſtitutio-

,, nis, exemptionis, aggregationis, ſtatuti, ordinationis
,, conceſſionis, indulti, liberationis, ſuſceptionis, & vo-
,, luntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.
,, Si quis autem hoc attemptare præſumpſeret, indigna-
,, tionem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, &
,, Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.
,, Datum Senis Anno Incarnationis Dominicæ mil-
,, leſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio nonis Se-
,, ptembris Pontificatus noſtri Anno Tertio.
,, Cum autem tempore, quo erat Præpoſitus Pra-
,, tenſis Nicolaus S. Mariæ in Via Lata Diaconus
,, Cardinalis de Rodulphis, nonnulli illius juriſdi-
,, ctionem in Clerum, & Populum Praten. declina-
,, re ſatagerent, obtentum fuit Privilegium a Pau-
,, lo Pp. III. ſequentis tenoris.

PAULUS PP. III.

,, Dilecte fili noſter ſalutem, & Apoſt. benedict. Cum
,, ſicut nobis nuper expoſuiſti, licet jam tanto tempore,
,, quod de ejus initio hominum memoria non exiſtit,
,, Præpoſiti, qui pro tempore fuerunt, eccleſiæ S. Ste-
,, phani Oppidi de Prato nullius Diœceſis ratione Præ-
,, poſituræ dictæ eccleſiæ, quæ inibi dignitas principa-
,, lis exiſtit, fuerint per ſe, & eorum in dicta eccleſia
,, Vicarios in poſſeſſione, ſeu quaſi pacifica & quieta
,, Canonicos ejuſdem eccleſiæ, cæteroſque tam dignita-
,, tes, quam alia beneficia eccleſiaſtica in præfata eccle-
,, ſia, & toto oppido prædicto obtinentes ordinaria au-
,, ctoritate viſitandi, corrigendi, & puniendi, ac om-
,, nimodam Juriſdictionem ordinariam, & quam alii
,, locorum ordinarii in eorum ſubditos de jure & con-
,, ſuetudine exercent, & exercere poſſunt, in eos exer-
,, cendi: Tuque qui Præpoſituram hujuſmodi ex con-
,, ceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica in commendam
,, obtines, in eadem poſſeſſione ſeu quaſi ad præſens exi-
,, ſtas, nihilominus quia ob vetuſtatem temporis, &
,, ipſius oppidi direptionem a militibus factam de jure
,, viſitandi, corrigendi, & puniendi, ac juriſdictio-
,, nem hujuſmodi, ut præfertur, exercendi aliter quam
,, per diutinam poſſeſſionem prædictam conſtare non po-
,, teſt, nonnulli ex Canonicis, & aliis dignitates, &
,, beneficia prædicta obtinentibus, tuam, ſeu tui in ea-
,, dem eccleſia in ſpiritualibus Vicarii generalis juriſ-
,, dictionem declinare ſatagant, nobis humiliter ſup-
,, plicaſti, ut tibi, & tuis in dicta Præpoſitura ſucceſ-
,, ſoribus in præmiſſis opportune providere de benigni-
,, tate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur æquum cen-
,, ſentes, ut Canonici, & cætera dignitates, & alia be-
,, neficia prædicta obtinentes tuæ, & pro tempore exi-
,, ſtentis Præpoſiti ipſius eccleſiæ Juriſdictioni, ut ha-
,, ctenus a dicto tempore citra aliis tuis in Præpoſitura
,, hujuſmodi prædeceſſoribus ſubditi fuerunt, ſubſint,
,, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, &
,, tuis in dicta Præpoſitura ſucceſſoribus, quod tu &
,, iidem ſucceſſores per vos vel veſtros in dicta eccleſia
,, in ſpiritualibus Vicarios generales, Canonicos ejuſ-
,, dem eccleſiæ, ac cæteros tam dignitates, quam alia
,, beneficia eccleſiaſtica in præfata eccleſia, & toto op-
,, pido prædicto obtinentes ordinaria auctoritate, prout
,, a dicto immemorabili tempore citra obſervatum eſt,
,, viſitare, corrigere, & punire, ac omnium juriſdi-
,, ctionem ordinariam prædictam exercere, nec non
,, in rebelles excommunicationis, & alias ſententias,
,, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas juxta conſuetudi-
,, nem hujuſmodi promulgare, ac promulgatas debitæ
,, executioni demandare, aliaque in præmiſſis, & cir-
,, ca ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, ac quæ
,, tu, & tui in dicta Præpoſitura prædeceſſores hacte-
,, nus, ut præfertur, facere, exequi, & exercere con-
,, ſueviſtis, facere, exequi, & exercere libere & lici-
,, te valeatis, Apoſtolica auctoritate præſentium te-
,, nore concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus
,, quibuſvis Apoſtolicis, ac in provincialibus, & Sy-
,, nodalibus conciliis editis ſpecialibus vel generalibus
,, conſtitutionibus, ac ipſius eccleſiæ etiam juramento,
,, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia
,, roboratis ſtatutis contrariis quibuſcumque. Aut ſi
,, aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica
,, ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel ex-
,, communicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non

,, ſa-

,, *facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad ver-*
,, *bum de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Ro-*
,, *mæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris Die XII.*
,, *Februarii M.D.XXXXIII. Pontificatus noſtri An-*
,, *no nono.*
,, Cum itaque Pratenſes Præpoſiti non tam vigore
,, privilegiorum, quam antiquiſſimæ conſuetudi-
,, nis juriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſco-
,, palem exercerent; Epiſcopi verò Piſtorienſes id
,, eis non licere contenderent; nec ullus modus, aut
,, finis ejuſmodi controverſiis per viam juris repe-
,, riretur, expediens tandem viſum fuit Pratenſem
,, Eccleſiam in Cathedralem erigere, eamque Pi-
,, ſtorienſi æquè principaliter unire, ut unus, &
,, idem Epiſcopus ad utramque regendam aſſum-
,, ptus controverſa ditione pacificè potiretur, & ſic
,, ceſſaret omnis amaritudo; ex qua firma ſtante poſ-
,, ſeſſione jurium, in qua tunc erat Eccleſia Pra-
,, tenſis, non aliter futuris Præſulibus Eccleſiæ Pi-
,, ſtorienſi ſubjiceretur, quam uti Epiſcopis
,, Pratenſibus. Quare delata re ad ſummum Ponti-
,, ficem Innocentium X. per Carolum S. R. E. Car-
,, dinalem Mediceum Epiſcopum Oſtienſem, & Ve-
,, liternen. ſacrique Collegii Decanum, tunc tem-
,, poris Pratenſem Præpoſitum, ejus, & Ferdinan-
,, di II. Etruriæ Magni Ducis precibus, de petita
,, erectione Pratenſis Eccleſiæ in Cathedralem,
,, emanavit Bulla ſequentis tenoris.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

,, *Redemptoris noſtri, qui in Cæleſtibus tenet impe-*
,, *rium, cui ſanctorum adminiſtrant agmina, & lau-*
,, *dis gloriam Angelorum chori decantant, ineffabili*
,, *providentia in ſupremo Apoſtolicæ dignitatis culmi-*
,, *ne, & poteſtatis plenitudine conſtituti, tanquam de*
,, *excelſo monte ad irriguum militantis Eccleſiæ*
,, *agrum noſtræ conſiderationis aciem more vigilis &*
,, *operoſi Paſtoris jugiter convertimus, & circa ea, per*
,, *quæ ſingulæ Eccleſiæ præſertim Collegiatæ, ac in Op-*
,, *pidis inſignibus, & populoſis conſiſtentes condignis*
,, *titulis, & honoribus, prærogativis cum ſpiritualium*
,, *& temporalium incremento decorari, & feliciter di-*
,, *rigi valeant, præcipua, & peculiari ſollicitudine in-*
,, *tendimus, votiſque perſonarum generis ſplendore*
,, *fulgentium, ac nobis, & Apoſtolicæ ſedi devotarum*
,, *præſertim S: R: E: Cardinalium libenter annuimus,*
,, *eaque ſpecialibus favoribus, & gratiis confovemus,*
,, *ac deſuper Paſtoralis officii noſtri partes propenſis*
,, *ſtudiis interponimus, prout perſonarum, & Oppi-*
,, *dorum eorumdem qualitatibus, & temporum cir-*
,, *cumſtantiis debite penſatis ad Divini cultus, nec non*
,, *beneficiorum & miniſtrorum Eccleſiaſticorum propa-*
,, *gationem, animarum ſalutem, & chriſti fidelium*
,, *pacem, & tranquillitatem conſpicimus in Domino*
,, *non mediocriter expedire. Sane cum nobis alias pro*
,, *parte Venerabilis fratris Caroli Epiſcopi Oſtien. &*
,, *Veliternen. ejuſdem S. R. E. Cardinalis Medices*
,, *nuncupati, Sacrique Collegii Decani, & dilecti fi-*
,, *lii Ferdinandi Etruriæ ſibi ſubjectæ Magni Ducis,*
,, *nobis humiliter ſupplicatum fuiſſet, ut ad extinguen-*
,, *das lites inter nonnullos, qui fuerunt, Epiſcopos Pi-*
,, *ſtorienſes, & Præpoſitos inſignis ſecularis & Colle-*
,, *giatæ Eccleſiæ S. Stephani Oppidi Prati jampridem*
,, *ſuper exercitu juriſdictionis in dicto Oppido motas*
,, *& adhuc pendentes, Eccleſiam Collegiatam hujuſ-*
,, *modi in Cathedralem Eccleſiam erigere, aliaque in-*
,, *fraſcripta facere, & exequi de benignitate Apoſto-*
,, *lica dignaremur: Nos vero negotium hujuſmodi Con-*
,, *gregationi Venerabilium fratrum noſtrorum. S. R. E.*
,, *Cardinalium rebus conſiſtorialibus præpoſitorum*
,, *examinandum mandaviſſemus, & ipſi captæ deſu-*
,, *per perdiligenti, & ſufficienti informatione, Oppi-*
,, *dum & Eccleſiam hujuſmodi talia eſſe, ut illud in*
,, *Civitatem, & illam in Cathedralem Eccleſiam erigi*
,, *mererentur, ſub die 21. Julii Anni Dom. 1643. re-*
,, *tuliſſent; Nos igitur, qui pacem, & tranquillita-*
,, *tem præſertim inter Eccleſiaſticas perſonas vi-*
,, *gere, divinumque cultum augeri, ac beneficio-*

A ,, *rum eccleſiaſticorum numerum propagari, ſince-*
,, *ris deſideramus affectibus, præfatum Ferdinan-*
,, *dum Magnum Ducem a quibuſvis excommunica-*
,, *tionis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccle-*
,, *ſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel*
,, *ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi qui-*
,, *bus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præ-*
,, *ſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſol-*
,, *ventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſup-*
,, *plicationibus inclinati, audita & intellecta eorum-*
,, *dem Cardinalium relatione, & habita ſuper his cum*
,, *eis, & aliis ejuſdem S. R. E. Cardinalibus in Con-*
,, *ſiſtorio noſtro ſecreto matura deliberatione, ac de*
,, *illorum conſilio, & aſſenſu, nec non de Apoſtoli-*
,, *cæ poteſtatis plenitudine ad Dei Omnipotentis lau-*
,, *dem & gloriam, ac ejus glorioſiſſimæ ſemper Vir-*
,, *ginis Matris Mariæ, ac ejuſdem S. Stephani, nec*
,, *non totius Curiæ cæleſtis honorem, fideique catho-*
,, *licæ exaltationem, ac dilectorum filiorum incola-*
,, *rum, & habitatorum, & Oppidi Prati hujuſmodi*
B ,, *ſpiritualem conſervationem, animarumque ſalutem,*
,, *& litium hujuſmodi extinctionem, ac ejuſdem Op-*
,, *pidi decus, Oppidum Prati hujuſmodi mœnibus cin-*
,, *ctum, plurium ædificiorum ornatu ſpectabile, co-*
,, *pioſo incolarum, ac eccleſiarum ſecularium, & re-*
,, *gularium numero reſpective decoratum, in loco*
,, *amæno ſitum, ſalubri aere afflatum, ac omnium*
,, *rerum, quæ ad vitæ ſubſtentationem neceſſaria ſunt,*
,, *affluens, celeberrimorum Virorum præſtantia ſplen-*
,, *didum, & ex qua complures tam ſecularis militiæ,*
,, *quam ſpiritualis Ordinis aſſeclæ Equites, Du-*
,, *ces, Priores, Abbates, Generales, nec non Epi-*
,, *ſcopi, Archiepiſcopi, atque nonnulli S. R. E. Car-*
,, *dinales, tanquam e fertili virtutum ſelectarum Præ-*
,, *to prodiere, & hujus incolæ in dies majora dotum*
,, *ſuarum incrementa . . . . &*
,, *ſeſe Apoſtolicæ benignitatis aſpergine digniores red-*
,, *diderunt, quo felicioribus auſpiciis dicti Ferdinan-*
,, *di Magni Ducis, in & ſub cujus ditione Oppidum*
,, *præfatum exiſtit, provecti fuerunt, in Civitatem*
C ,, *Pratenſem nuncupandam, ipſumque eccleſiam S.*
,, *Stephani antiquæ & elegantis ſtructuræ, in qua præ-*
,, *ter Præpoſituram adſunt quinque aliæ dignitates, vi-*
,, *delicet Primiceriatus, Archipresbyteratus, Ar-*
,, *chidiaconatus, Decanatus, & Theſaurariatus, ac*
,, *novemdecim Canonicatus, plures Capellaniæ cum*
,, *ſuis cujuſque ſatis pinguibus redditibus, ſacrarium*
,, *ſacra ſupellectili ſufficienter inſtructum, fons item*
,, *Baptiſmalis, Chorus, Organum, Turris Campa-*
,, *naria cum campanis, Animarum cura per presbyte-*
,, *rum a Capitulo deputatum exerceri ſolita, ac multæ*
,, *inſignes reliquiæ, præſertim Cingulum Beatæ Vir-*
,, *ginis Mariæ decenter aſſervantur, prævia in ea ejuſ-*
,, *dem Præpoſituræ, dignitatum, ac Canonicatuum,*
,, *& præbendarum, ſtatuſque Collegialitatis perpe-*
,, *tua ſuppreſſione, & extinctione, in Cathedralem*
,, *Eccleſiam Archiepiſcopo Florentino nunc & pro*
,, *tempore exiſtenti ſubjectam, atque ſuppoſitam pro*
,, *uno Epiſcopo Piſtorienſi & Pratenſi ejuſdem*
,, *Archiepiſcopi perpetuo ſuffraganeo, qui Piſtorien.*
D ,, *& S. Stephani per nos hodie in Cathedralem*
,, *erectæ Eccleſiis ex nunc invicem æque principaliter*
,, *& perpetuo unitis, & utrique illarum æquo jure,*
,, *& pari dignitate præſit, ac in illis, & utraque ea-*
,, *rumdem omnia & ſingula, quæ ordinis, juriſdictio-*
,, *nis, & dignitatis Epiſcopalis, & Pontificalis, &*
,, *exercitii ſunt, & ad illa ſpectant, & pertinent, exer-*
,, *ceat cum omnibus & ſingulis privilegiis, honoribus,*
,, *juribus, inſignibus, exemptionibus, libertatibus, im-*
,, *munitatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus*
,, *alii Epiſcopi de Jure, uſu, & conſuetudine, aut alias*
,, *quomodolibet utuntur, potiuntur, fruuntur, & gau-*
,, *dent, ac uti, potiri, frui, & gaudere poſſunt, &*
,, *poterunt; Nec non in eadem eccleſia Pratenſi quin-*
,, *que dignitates ſuperius expreſſas, vid. Primiceria-*
,, *tum, qui poſt Pontificalem major exiſtat, Archi-*
,, *presbyteratum, Archidiaconatum, Decanatum, &*
,, *Theſaurariatum, & novemdecim Canonicatus, &*
,, *totidem præbendas, qui & quæ hucuſque in ea uti*

,, Col-

,, *Collegiata inſtitui & inſtituta reperiuntur , ita ut*
,, *illos & illas nunc obtinentes abſque ulla alia deſuper*
,, *a nobis vel Sede Apoſtolica præfata ab illis de novo*
,, *habenda proviſione , ſeu capienda poſſeſſione ut prius,*
,, *quoad vixerint , & quilibet ipſorum vixerit , reti-*
,, *nere libere , & licite valeant , & quilibet eorum*
,, *valeat, & omnes apud dictam Eccleſiam Pratenſem*
,, *conſiſtere , ac in ea ſingulis diebus horas canonicas*
,, *tam diurnas , quam nocturnas celebrare , & decan-*
,, *tare , ſeu recitare , illiſque intereſſe , ac alias præ-*
,, *fatæ Eccleſiæ Praten. laudabiliter in divinis deſer-*
,, *vire , cæteraque onera eis incumbentia , curamque*
,, *animarum ipſius Eccleſiæ Praten. deinceps per pres-*
,, *byterum idoneum a Capitulo Praten. ut ipſius depu-*
,, *tatum ſubire , & ſupportare teneantur , Apoſtolica*
,, *auctoritate tenore præſentium erigimus & inſtitui-*
,, *mus , ipſamque Praten. ſic erectam & Piſtorien. ad*
,, *præſens Paſtoris ſolatio deſtitutam Eccleſias invicem*
,, *æque principaliter perpetuo unimus .*
,, *Denique loco Præpoſituræ , ſicut præfertur , ſup-*
,, *preſſæ in Parochiali Eccleſia S. Mariæ in Caſtello*
,, *nuncupata Civitatis Praten. unum perpetuum ſim-*
,, *plex & perſonalem reſidentiam non requirens, nul-*
,, *lamque juriſdictionem & exemptionem habens Be-*
,, *neficium Eccleſiaſticum , Abbatiam nuncupandum*
,, *ad Altare majus dictæ Parochialis Eccleſiæ pro uno*
,, *Clerico , ſeu Presbytero ſeculari futuro inibi perpetuo*
,, *beneficiato Abbate nuncupando , qui onera Præpoſitu-*
,, *ræ , ſicut præfertur ſuppreſſæ olim impoſita per ſe, vel*
,, *per alium , ſeu alios ſupportare, illique in Divinis de-*
,, *ſervire teneatur , Apoſtolica auctoritate præfata ta-*
,, *rum dem tenore præſentium perpetuo ſine alicujus præ-*
,, *judicio erigimus , & inſtituimus ; illique ſic erecto*
,, *& inſtituto pro illius dote & onerum antiquorum*
,, *illi incumbentium ſupportatione antiquam dotem*
,, *Præpoſituræ ſic ſuppreſſæ cum Palatio Eccleſiæ S. Ste-*
,, *phani hodie per nos in Cathedralem erectæ contiguo ,*
,, *& domibus , omnibuſque aliis pertinentiis in & ex-*
,, *tra dictam Civitatem Pratens. exiſtentibus, ita quod*
,, *liceat beneficium præfatum pro tempore obtinentibus*
,, *omnium & ſingulorum antiquæ dotis ſuppreſſæ*
,, *Præpoſituræ bonorum , nec non Palatii, & domorum*
,, *omniumque aliarum pertinentiarum in & extra di-*
,, *ctam Civitatem Pratens. exiſtentium hujuſmodi*
,, *corporalem realem & actualem poſſeſſionem per ſe ,*
,, *vel alium , ſeu alios ejus nomine propria auctoritate*
,, *liberè apprehendere , & apprehenſam perpetuo reti-*
,, *nere ; fructus quoque , redditus , & proventus , jura ,*
,, *obventiones , & emolumenta ex eis provenientia quæ-*
,, *cumque percipere , exigere, levare , recuperare , loca-*
,, *re , & arrendare , ac in ſuos , & prædicti beneficii*
,, *uſus , & utilitatem convertere , Diœceſani loci , vel*
,, *cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita ,*
,, *dicta auctoritate etiam perpetuo applicamus , & ap-*
,, *propriamus . Et propterea Beneficium ſic erectum ,*
,, *& inſtitutum , & a prima vacatione illius erectione , & in-*
,, *ſtitutione , ut præfertur , vacans præfato Carolo Epiſ-*
,, *copo & Cardinali , qui tam ipſe , quam ejus in præ-*
,, *fato Beneficio ſucceſſores præfatæ ſedi immediate ſub-*
,, *jecti exiſtant cum enunciativis , præſervativis , de-*
,, *rogationibus, clauſulis, & decretis ultima Commen-*
,, *da , ſic ſuppreſſa Præpoſitura præfato Carolo Epiſco-*
,, *po & Cardinali facta expreſſis , & conceſſis , ad vi-*
,, *tam commendari , ac literas deſuper expediri poſſe*
,, *volumus . Decernentes eaſdem præſentes etiam*
,, *ex eo , quod quicumque intereſſe habentes , ſeu habe-*
,, *re prætendentes præmiſſis non conſenſerint , nec ad*
,, *id vocati fuerint , ſeu alias ex quovis capite vel cau-*
,, *ſa quantumvis legitima , & juridica de ſubreptio-*
,, *nis , ſeu nullitatis vitio , aut intentionis noſtræ , vel*
,, *quocumque alio defectu notari , impugnari , & inva-*
,, *lidari , ſeu in jus & controverſiam vocare , aut ad*
,, *viam & terminos juris reduci , ſeu adverſus illas*
,, *quodcumque juris, ſeu facti remedium impetrari nul-*
,, *latenus poſſe , neque ſub quibuſvis ſimilium vel diſ-*
,, *ſimilium gratiarum revocationibus , ſuſpenſionibus ,*
,, *limitationibus , derogation. , aut aliis contrariis di-*
,, *ſpoſitionibus etiam per nos & quoſcumque ſucceſſores*
,, *noſtros Romanos Pontifices , ac ſedem eamdem ſub*
A ,, *quibuſcumque verborum expreſſionibus , & formis ,*
,, *& pro tempore quomodolibet factis , & faciendis*
,, *comprehendi , vel confundi , ſed ſemper ab illis exe-*
,, *qui , & quoties illæ emanabunt toties in priſtinum , e*
,, *validiſſimum ſtatum reſtitutas , repoſitas , & plena-*
,, *rie reintegratas , ac de novo ſub quacumque poſteriu-*
,, *ri data per ejuſdem Eccleſiæ Pratens: Capitulum, &*
,, *Canonicos pro tempore exiſtentes quomodocumque*
,, *eligenda conceſſas , validas , & efficaces eſſe , & fo-*
,, *re , ac ab omnibus inviolabiliter obſervari , ſicque*
,, *per quoſcumque Judices Ordinarios , & delegatos ,*
,, *etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores , ac*
,, *S: R: E: Cardinales etiam de Latere Legatos , &*
,, *Delegatos ſublata eis , & eorum cuilibet aliter judi-*
,, *candi , interpretandi facultate , & auctoritate judi-*
,, *cari , & definiri debere ; nec non quidquid ſecus ſuper*
,, *his a quoquam quavis auctoritate ſcienter , vel igno-*
,, *ranter attentari contigerit , irritum , & inane decer-*
,, *nimus . Non obſtantibus &c. Nulli ergo omnino ho-*
,, *minum &c.*
B ,, *Datum Romæ apud S: Mariam Majorem Anno*
,, *Incarnationis Dominicæ MDCLIII. X. Kal. Octo-*
,, *bris Pontif. noſtri anno nono .*
,, Poſt hujuſmodi erectionem Eccleſiæ Pratenſis
,, in Cathedralem inſtitutus eſt alter Canonicatus ,
,, qui dicitur Theologalis ; & ultra Collegium Cle-
,, ricorum , de quo fit mentio in Bulla Pauli V.
,, cujus auctor fuit an. 1492. Carolus Mediceus tunc
,, temporis Præpoſitus Pratenſis , inſtitutum fuit
,, Clericorum Seminarium anno 1612. a recol.
,, mem. Epiſcopo Gherardio juxta præſcriptum
,, Sacri Concilii Tridentini .
,, Is itaque Capituli Pratenſis ſtatus eſt : Digni-
,, tates num. 5. videlicet Primicerius , Archipres-
,, byter , Archidiaconus , Decanus , Theſaura-
,, rius : Canonici n. 20. Portionarii 33. Chori ſervi-
,, tio mancipati , quorum ſinguli præter quotidia-
,, nas diſtributiones , præbendas , & peculiaria
,, poſſident bona ad congruam hujuſmodi Benefi-
,, cia pro tempore obtinentium ſubſtentationem .
C ,, Dignitates , & Canonici utuntur hiemali tem-
,, pore Rocchetto , & Cappa magna violacei colo-
,, ris , æſtivo verò ſuperpelliceo ſupra Rocchet-
,, tum adinſtar Canonicorum Baſilicarum almæ
,, Urbis ; Portionarii verò ſuperpelliceo , & Almu-
,, tio nigri coloris .
,, Capitulum amplos habet redditus , cum ex va-
,, riis piorum Civium largitionibus conflatos , tum
,, ex unione illi facta uſque de anno 1515. Monaſte-
,, rii S. Fabiani Ordinis Valliſumbroſæ , obtentu
,, Baldi Magini Civis , & Canonici Pratenſis , Leo-
,, nis X. Summi Pont. Familiaris , Arcis Hoſtiæ
,, Caſtellani , & ipſius Monaſterii Abbatis Com-
,, mendatarii ; necnon ex altera de anno 1563. Ple-
,, baniæ S. Leonardi ſitæ in Caſtro Cerreti Guidi
,, Mioiatenſis Diœceſis ad preces Petri Franciſci
,, Riccii Civis , & Præpoſiti Pratenſis Coſmi I.
,, Magni Hetruriæ Ducis à Secretis, ejuſque Ærar:
,, & Aul. Præſ. ut de utraque conſtat ex Apoſtoli-
,, cis Diplomatibus . Habet inſuper Capitulum Juſ-
D ,, patronatus quamplurium Beneficiorum tam ſim-
,, plicium , quam Parochialium , necnon Capella-
,, niarum , & Canonicatuum . Diſtribuit quolibet
,, anno non pauca ſubſidia dotalia pauperibus Vir-
,, ginibus, inter quæ nonnulla centum aureorũ ſum-
,, mam excedunt, alia ſunt aureorum quinquaginta,
,, minora alia juxta conditionem petentium . Con-
,, fert inſuper nonnullas perpetuas Officiaturas
,, Clericis Cathedralis Eccleſiæ ad ſacros Ordines
,, promovendis : jus habet eligendi duos Clericos
,, pro Collegio Cathedralis Eccleſiæ Piſtorienſis ;
,, unum alumnum pro ſeminario Romano ; exami-
,, nandi pueros Pratenſes , poſt hujuſmodi examen
,, eligendos a Conſilio generali Civitatis pro Colle-
,, gio Cicognino Societatis Jeſu ; quibuſdam autem
,, Juvenibus poſt adeptam Doctoratus lauream aſſi-
,, gnat ſtipendia , ut in alma Urbe Legalis Facul-
,, tatis praxim addiſcant .
,, Structura , & ornatus Cathedralis Eccleſiæ ad-

mo-

,, modum elegans; multæ in eo, inſigneſque aſſer-
,, vantur Reliquiæ; inter quas non modica portio
,, Ligni Sanctæ Crucis primum obtinet locum; de-
,, inde verò Cingulum B. M. Virginis, quod ſer-
,, vatur in peculiari ſacello pretioſo apparatu, mul-
,, tiſque argenteis lampadibus condecurato, in
,, quod ſolemni ritu translatum ſuit anno 1399. ex
,, humiliori loco, in quo repoſitum ſuerat an. 1145.
,, ab Uberto Præpoſ. Praten. cui a quodam Michae-
,, le item Prat. Hieroſolymis allatum, ut decenter
,, ſervaretur, traditum ſuit.
,, Civitas ipſa quamplurimis ædificiis tum ſacris,
,, tum profanis poſt erectionem Pratenſis Eccleſiæ
,, in Cathedralem, aucta, dividitur in undecim
,, Parochias, quę ſimul continent hominum ferè no-
,, vem millia. Regularium utriuſq; ſexus Cœnobia
,, vigeſimum numerum attingunt; Marium ſcilicet
,, decem, totidemque Sacrarum Virginum Clau-
,, ſuram ſervantium; præter duas Orphanarum,
,, & periclitantium Puellarum Domus, quæ pu-
,, plicis ſumptibus aluntur, & tercenteſimum penè
,, numerum attingunt. Inter Monialium Mona-
,, ſteria duo ſpeciali nota digna ſunt; Monaſterium
,, videlicet S. Nicolai ex teſtamentaria diſpoſitio-
,, ne, & legato ære Nicolai Cardinalis Pratenſis ex
,, illuſtri Comitum Albertinorum Familia anno
,, 1322. a fundamentis erectum; & Monaſterium
,, S. Vincentii, quod tenuiſſimis ortum principiis
,, anno 1509. ad ampliſſimum ſtatum brevi pervenit
,, meritis, ut piè creditur, Venerabilis ſervæ Dei
,, Catherinæ Ricciæ, quæ virtutibus omnibus,
,, dum inibi viveret, adeò claruit, ut inter Beatas
,, Virgines referendam eſſe ab Apoſtolica Sede
,, quantocius ſperetur. Collegium itidem Cicogni-
,, num ſe ſe offert ſpectandum, quod Franciſcus
,, ejus cognominis Nobilis Pratenſis, atque S. Ma-
,, riæ in Tranſtyberim Almæ Urbis olim Canoni-
,, cus, teſtamento conſtruendum ordinavit, am-
,, pliſque redditibus ditavit, ad quod pluſquam cen-
,, tum adoleſcentes ſtudiorum cauſa ſub diſciplina,
,, & gubernio RR. Patrum Soc. Jeſu quotannis ex
,, longinquis etiam regionibus confluunt ad convi-
,, vendum. Adſunt inſuper duo B. M. Virginis di-
,, cata pulchrè admodum, & nitidè extructa, or-
,, nataque templa, quibus quotidie in Divinis
,, adinſtar Collegiatarum quamplures ſæculares
,, Presbyteri, & Clerici inſerviunt; quorum pri-
,, mum B. M. V. a Carceribus nuncupatum,
,, aliud ejuſdem B. M. V. a Lilio, utrumque maxi-
,, ma populi frequentia, & devotione celebratum.
,, Laicorum Confraternitates, & Oratoria trige-
,, ſimum numerum excedunt. Non deſunt, & pia
,, loca ad egenos ſublevandos, ad peregrinos ho-
,, ſpitio recipiendos, ad infirmos curandos, ad ju-
,, ventutem in ſcientiis, & artibus erudiendam,
,, ab antiquis Pratenſibus inſtituta, & copioſis red-
,, ditibus locupletata, quibus domi, foriſque, &
,, præcipuè in Piſano Lycæo, & Romæ licet
,, ſtudioſæ ſcientiarum Juventuti liberalibus
,, artibus, & facultatibus quas maluerit, publi-
,, cis ſumptibus operam dare. In his primum proc-
,, ſus obtinet locum, quod *Ceppum* vulgo appellant;
,, quod a Domino Monte D. Toringhi fil. ex præ-
,, clara Pratenſi ſtirpe de Puglienſibus inſtitu-
,, tum, ampliſſimo cenſu a Franciſco Marci Dati-
,, ni Cive & mercatore Pratenſi auctum, pio ære
,, quamplurium piorum Civium deinde paſſim di-
,, tatum adeo excrevit, ut ejus redditus 14000. au-
,, reorum ſummam ſaltem attingant in pauperum
,, civitatis & diſtrictus Prati uſus erogandorum.
,, Ex plurimis Templis, quæ extra Urbis mœnia
,, ſita Urbem ipſam ornant, & fulciunt, præte-
,, reundum non eſt Oratorium B.M. Virginis a Pie-
,, tate nuncupatum, loco dicto *del Peſce*, ubi coli-
,, tur imago ejuſdem Deiparæ, cujus occaſione
,, cum plurima dignatus ſit Deus patrare miracula
,, anno præſertim 1616. iiſque a ſacra Rituum
,, Congregat. juxta morem rite probatis, referente
,, Cardinali a Monte, nova Eccleſia non medio-

A ,, cri ſumptu conſtructa eſt, cujus benedictio tan
,, quam Eccleſiæ ſitæ ſub Parochia, & Cur. Pr.
,, poſiti Pratenſis ab omni juriſdictione Ordinario-
,, rum exempti peracta fuit ab illuſtriſſimo & Re-
,, verendiſſimo D. Philippo de Salviatis tunc tem-
,, poris Eccleſiæ Pratenſis Præpoſiti, ut conſtat
,, ex Actis Præpoſit. Pratenſ. undè ſequens relatio
,, deſumpta eſt.

,, *In Dei nomine Amen. Anno Domini 1617. Indi-*
,, *ctione XV. die vero 25. Julii Paulo V. Summo Ponti-*
,, *fice & Sereniſſimo D. Coſmo II. Magno Etruriæ*
,, *Duce dominante. Actum in ſuburgio Prati extra*
,, *Portam Mercatalis, populi inſignis Collegiatæ S.*
,, *Stephani, & in Oratorio Beatiſſimæ Virginis nuncu-*
,, *pata* della Pietà *præſentibus ibidem Illuſtriſſimo D.*
,, *Capit. Sozzo Illuſtriſſimi D. Matti de Bardis de*
,, *Comitibus Vernii, Perill. D. Octaviano D. Lauren-*
,, *tii de Ubaldinis, & Perill. D. Bernardo quondam*
,, *Clar. D. Camilli de Strozzis nobilibus Florentinis*
B ,, *teſtibus.*
,, *Publicè omnibus pateat, liqueat, ac clarum, no-*
,, *tum, & manifeſtum ſit, qualiter hac die ſopraſcri-*
,, *pta Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Philippus Illuſtr.*
,, *D. Antonii de Salviatis Nobilis Florentinus, I.V.*
,, *D. Prothonot. Apoſtolicus, & Dei, & S. Romanæ*
,, *Sedis gratia Præpoſitus Pratenſis nullius Diœceſis*
,, *diſcedens ab inſigni Collegiata, & majori Eccleſia*
,, *Pratenſi cum ſuo ſolito habitu Rocchetti, & Moz-*
,, *zetta cum Pileo Pontificali præcedentibus proceſſioni-*
,, *bus generalibus omnium Confraternitatum & Regu-*
,, *larium, & totius Capituli, ac Cleri Pratenſis, ac ſub-*
,, *ſequentibus omnibus Magiſtratibus & Populo Terræ*
,, *Prati proceſſionaliter & cum ingenti, ſummoque, &*
,, *ſpirituali & temporali decore ac pompa acceſſit ad*
,, *Oratorium Sanctiſſimæ Mariæ Virginis nuncupatæ*
,, *della Pieta extra Pratum in Juriſdictione dictæ*
,, *Præpoſituræ, cujus Imago nuper ab Illuſtr. & Rev.*
,, *DD. Cardinalibus Sacræ rituum Congregationis*
,, *Almæ Urbis declarata fuit miraculoſa, & ibi per-*
C ,, *ventis adſtantibus Illuſt. & admodum Rev. Domino*
,, *Rodulpho de Landis Canonico & ejus Vicario Gene-*
,, *rali, & admodum Rev. Dom. Lælio Bonamico Ca-*
,, *nonico hebdomadario, una cum aliis Dignitatibus,*
,, *& Canonicis, & Capellanis Capituli dictæ Eccleſiæ*
,, *Praten., & aſſiſtentibus D. Sua Illuſtr. & Rev. ad-*
,, *modum Rev. Dom. Andrea Spico Archipresbytero,*
,, *admodum Rev. D. Julio Bonamico, admodum Rev.*
,, *D. Nicolao Vaſo, admodum Rev. D. Petro Meliora-*
,, *to, & admodum Rev. D. Dominico Checchio ejuſ-*
,, *dem Eccleſiæ Canonicis in conformitatem, & exe-*
,, *cutionem declarationis ſupradictæ S. Rituum Con-*
,, *gregationis, cujus tenor eſt infraſcriptus.*
,, *Cum alias ſub die 18. Martii 1647. in cauſa Pra-*
,, *ten. Imaginis glor. Virginis declaratum fuerit ſim-*
,, *plicem benedictionem novæ Eccleſiæ, & oblationes*
,, *factas occaſione dictæ Imaginis pertinere ad Præpoſi-*
,, *tum Praten. exemptum ab omni juriſdictione Ordi-*
,, *nariorum, cum locus, ubi fabricatur nova Eccleſia,*
D ,, *ſit ſub Parochia, & Cura ipſius Præpoſiti; & poſtea*
,, *dubitatum fuerit, an Præpoſitus poſſit abſque alia Or-*
,, *dinariorum licentia celebrare, & celebrari facere*
,, *in dicta nova Eccleſia benedicta, miſſas, & fabricæ*
,, *curam habere: propoſito hujuſmodi dubio in Congre-*
,, *gatione.*
,, *Eadem Sacr. rituum Congregatio reſpondit ex*
,, *prædicta licentia benedicendi novam Eccleſiam, &*
,, *habendi curam oblationum in conſequentiam compe-*
,, *tere Præpoſito abſque alia licentia curam Fabricæ,*
,, *& facultatem celebrandi, & celebrare faciendi a*
,, *ſacerdotibus approbatis miſſas, in dicta nova Eccle-*
,, *ſia benedicta. Et ita cenſuit, & declaravit, & in*
,, *caſu, & dubiis propoſitis ſervari mandavit die 15.*
,, *Julii 1617.*
,, *A. Mar. Epiſc. Oſtienſ. Card. Gallus*
,, *I. P. Mucantius Secret. Congregat.*
,, *Præſente perilluſtri D. Cæſare de Carlinis Equi-*
,, *te ſacræ & Illuſtr. Religionis S. Stephani PP. nobili*
,, *Florentino, & pro S. C. S. digniſſimo Prætore Ter-*

,, *ra*

ra Prati, & Magnificis DD. Prioribus & Vexillifero Terræ Prati, & Illuſtr. & admodum Excell. D. Franciſco Francalancia J.U.D. ac cive Collenſe, & Magnif. Communitatis Terræ Prati Cancellario & Secretario, nec non Magnif. & Excell. D. Coſmo de Cicogninis J.U.D. Magnif. & Excell. D. Antonio de Bizzochis J.U.D. ac Magn. Ferrante de Ferrantis, & Magn. Lactantio de Bonamicis dicti Oratorii operariis, & etiam aſtante maxima Populi multitudine, in habitu Pontificali ſervatis ſervandis, & majori, quo potuit applauſu, ac pompa, tam Spirituali quam temporali, ejus authoritate ordinaria exemptam Juriſdictione Ordinariorum, dictum Oratorium Ss. Virginis benedixit, & ſimiliter peracta benedictione S. Illuſtr. & Rev. Dominatio ſolemni ritu ibi primam Miſſam in Pontificalibus decantavit, cum omnibus cæremoniis ſolitis requiſitis & opportunis, ac pariter dedit licentiam aliquibus aliis Sacerdotibus approbatis ibidem celebrandi. Quæ omnia notabuntur in Libris publicis d. Præpoſituræ ad perpetuam memoriam futuri ſæculi, de & ſuper quibus præcepit mihi Troilo de Bizzochis J.U.D. & Sua Illuſtr. & Rever. Domin. Cancell. quatenus de prædictis publicum conficerem inſtrumentum unum, ſive plura omni &c.

Hoc autem Oratorium nuperrime RR. Patribus Carmelitis Excalceatis traditum maxima nunc populi frequentia celebratur.

Cæterum Præpoſiti, qui Pratenſem Eccleſiam, quoad Cathedrali honore fuerit exornata, gubernarunt, & quorum memoria ad nos pervenit, ſequentes ſunt.

I. N. . . . Præpoſitus Pratenſis erat anno 1070.

II. RAYNERIUS Petri filius floruit ab an. 1080. ad an. 1097.

III. BERNARDUS, Teuzi filius, vivebat an. 1099. ejuſque memoria habetur an. 1100.

IV. GERARDUS Pratenſis Præpoſitus reperitur ab an. 1102. ad 1125. Huic, & Canonicis Eccleſiæ Pratenſis ab Ildebrando Epiſcopo Piſtorienſi Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ de Piſtorio conceſſa fuit.

V. ILDEBRANDUS rexit hanc Eccleſiam ab an. 1126. ad 1139. Hunc Innocentius II. Pontifex Maximus an. 1133. ſub Apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcepit ſequenti privilegio.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Ildeprando Præpoſito Eccleſiæ S. Stephani de Prato, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Juſtitia, & rationis ordo nos admonet, ut qui ad Eccleſiarum regimen Divina ſumus providentia aſſumpti, eas & à pravorum hominum incurſibus tueamur, & ſub pio S. Rom. Eccleſiæ gremio confovere curemus. Hoc nimirum caritatis intuitu, dilecte in Domino fili Ildeprande Præpoſite, tuis precibus duximus annuendum, & B. Stephani Protomartyris Eccleſiam, cui Deo auctore præſides, ſub tutela B. Petri, protectioneque ſuſcipimus. Statuimus itaque, ut in parochia ejuſdem Eccleſiæ te invito, tuiſque ſucceſſoribus, aut fratribus contradicentibus, nulli omnino hominum liceat eccleſiam conſtruere, aut aliquam ſuper hoc injuriam irrogare, ſalva ſedis apoſtolicæ reverentia. Decimas quoque eorum, qui ad veſtram eccleſiam jure parochiali pertinent, abſque alicujus contradictione vobis habendas concedimus. Sepulturam ejuſdem loci ad opus eorum, qui parochiani veſtri cenſentur, vobis, & eccleſiæ veſtræ nihilominus confirmamus. Decernimus etiam, ut nullus interdicti, ſeu excommunicationis ſententiam abſque juſta & rationabili cauſa in vos audeat promulgare. Chriſma, oleum Sanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, Ordinationes clericorum, qui ad Sacros ordines fuerint promovendi, a dyoceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam ſedis apoſtolicæ habuerit: & ſi ea gratis, & abſque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin catholicum, quem malueritis, adeatis antiſtitem, qui nimirum noſtra fultus authoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Quæcumque præterea bona eadem eccleſia in præſentiarum juxte & legitime poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum fas ſit eandem eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablata retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: & omnia integra ſerventur tuis, & ſucceſſorum tuorum uſibus profutura, ſalva dyoceſani epiſcopi reverentia. Si qua igitur inpoſterum eccleſiaſtica, ſecularive perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, atque a ſanctiſſimo corpore, ac Sanguine domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, & in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

C. Ego Innocentius Catholicæ eccleſiæ Epiſcopus.

Dat. Laterani per man. Almerici S. Rom. Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii XII Kal. Junii Indict. XI. Incarn. Dominicæ Anno MCXXXIII. Pontificatus vero Innocentii PP. II. Anno IV.

Aliud extat Privilegium ſupradicti Pontificis ejuſdem tenoris ſubdatum Laterani Nonis Junii ſui Pontificatus Anno II. quod brevitatis gratia omittitur.

UBERTUS huic Eccleſiæ præſidebat ao. 1141. cui à Michaele Pratenſi B. M. V. cingulum Hieroſolymis allatum, ut decenter ſervaretur, traditum fuit. Hujus tempore Pratenſis Eccleſia pluribus ditata eſt privilegiis à Summis Pontificibus. Adrianus etenim IV. Ubertum ſub ſua, atque Apoſtolicæ ſedis tuitione ſequenti excipit privilegio. VI.

Adrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Uberto Præpoſito Pratenſis Eccleſiæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ ſedis clementia devotos & humiles filios ſemper conſuevit ſpeciali affectu diligere, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, Apoſtolicæ ſedis munimine confovere. Ea propter dilecte in domino fili tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & perſonam tuam cum bonis tam eccleſiaſticis, quam mondanis, quæ in præſentiarum juſte & canonice poſſides, aut in futurum præſtante domino poteris adipiſci, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, ut ſi te ab aliquo gravari præſenſeris, libere tibi ſedem Apoſtolicam liceat appellare. Nulli ergo omnino hominum &c.

Datum Romæ apud S. Petrum VI. Idus Martii.

Alexander autem III. ſequenti expedito diplomate cavit, ne cui intra Parochiæ Pratenſis fines novam Eccleſiam ſine Pratenſi Præpoſiti conceſſione excitare liceret.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Uberto Præpoſito, & Canonicis Pratenſibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Hortatur nos, & admonet injuncta nobis adminiſtrationis auctoritas humiles & devotos filios diligere, & eorum juſtis poſtulationibus benigno favore annuere, & acceptum impartiri conſenſum. Devotioni itaque, quam erga B. Petrum, & circa nos ipſos laudabiliter geritis, ſtudioſius attendentes, vobis Apoſtolica auctoritate indulgemus, ut infra parochiam eccleſiæ veſtræ nemini liceat abſque veſtro, & ſucceſſorum veſtrorum aſſenſu oratorium, vel eccleſiam ædificare ſalvis privilegiis Romanæ eccleſiæ. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum &c.

Datum Beneventi V. Kal. Martii.

A Aliud item Pratenſi Eccleſiæ dedit ident Ale-
xander III. ſub datum Laterani XVI. Kal Apri-
lis, quo cavetur, ne Parochiani Eccleſiæ Praten-
ſis obligare ſe poſſint apud circumſtantia Mona-
ſteria ſepeliri in præjudicium ipſius Eccleſiæ,
Cum vero orta eſſet lis inter Canonicos ejuſdem
Eccleſiæ Pratenſis, & plebanum S. Juſti ſuper Ca-
pella S. Jacobi in Pratenſi territorio ſundata, idem
Alexander III. cognita cauſa in Pratenſium Ca-
nonicorum ſavorem diremit controverſiam ſe-
quenti diplomate.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Uberto Præpoſito & Canonicis Pra-
tenſibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.
Quemadmodũ æquitatis vigor expoſtulat &c. Et in-
fra. *Sane cum dilecti filii noſtri Rolandus, & Ubal-*
dus concanonici veſtri, & O plebanus S. Juſti pro
controverſia, quæ inter vos & eundem plebanum ſu-
per capella S. Jacobi in territorio veſtro fundata ver-
B *tebatur, in noſtra eſſent præſentia conſtituti, prædi-*
cti concanonici veſtri qualiter judiciali ſententia S.
recordationis prædeceſſoris noſtri Innocentii PP. ea-
dem controverſia terminata fuerit & tam ab eo,
quam a piæ mem. patre prædeceſſore noſtro Eugenio
pp. diffinitiva exinde prolata ſententia poſtmodum
confirmata coram nobis, & fratribus noſtris tam pru-
denter quam fideliter allegarunt. Plebanus vero,
quod eadem capella in fundo plebis ſuæ conſtructa fue-
rit, & quod ad ordinationem ſuam ſpecialiter perti-
neret præſertim ex ſententia bon. mem. Actonis
quondam Piſtorienſis epiſcopi ſatis diligenter & con-
ſtanter aſſeverando propoſuit. In fundo ſane ejuſdem
plebis eam eſſe conſtructam præfati concanonici ve-
ſtri recognoverunt, aſſerentes tamen, quod eſſet ea-
dem capella in plebis veſtræ territorio ſita. Nos, qui
auditis hinc inde rationibus diligenter & cognitis
ſententiam prædicti prædeceſſoris noſtri Innocentii ſi-
cut a bon. mem. patre & prædeceſſore noſtro Eugenio
confirmata fuerat, de communi fratrum noſtrorum
C *conſilio auctoritate duximus Apoſtolica confirman-*
dam, & tam eidem plebano, quam ſucceſſoribus ſuis,
& plebi ſibi commiſſæ perpetuum ſuper hoc ſilentium
imponentes: hoc eis, ſecundum quod canonum ſtatu-
ta præcipiunt, reſervavimus, ut vacante prædicta
capella presbyterum inveniant, & vobis repræſen-
tent, qui ſi ydoneus fuerit, inveſtituram capellæ, &
curam animarum de manu veſtra recipiat, & vobis
de ſpiritualibus obedientiam, & reverentiam, ſicut
ceteri capellani capellarum veſtrarum faciunt, pro-
mittat, & in omnibus devote exhibeat; illis vero
de temporalibus debeat ſine contradictione aliqua re-
ſpondere. Et eadem capella, quemadmodum ſtatu-
tum eſt, plebi veſtræ tanquam matrici eccleſiæ in om-
ni jure parochiali ſicut reliquæ capellæ veſtræ ſubje-
cta permaneat. Ut autem hæc noſtræ diffinitionis ſen-
tentia perpetuis temporibus inviolabiliter obſerve-
tur, eam auctoritate apoſtolica confirmamus, & præ-
ſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernimus
ergo ut nulli omnino hominum &c.
D C. *Ego Alexander Catholicæ eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Hubaldus Hoſtienſis epiſcopus ſſ.*
† *Ego Bernardus Portuen. & S. Ruffinæ epiſc. ſſ.*
† *Ego Johannes presb. Card. Ss. Johannis & Pauli*
tt. Pamacchii ſſ.
† *Ego Johannes presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ.*
† *Ego Guillelmus presb. Card. tt. S. Petri ad Vin-*
cula ſſ.
† *Ego Boſo presb. Card. S. Pudentianæ tt. paſtor ſſ.*
† *Ego Petrus presb. Card. S. Laurentii in Dama-*
ſo ſſ.
† *Ego Ardicio diac. card. S. Theodori ſſ.*
† *Ego Ugo diac. card. S. Euſtachii jux. templum*
Agrippæ ſſ.
† *Ego Vitellius diac. card. Ss. Sergii & Bacchi ſſ.*
† *Ego Petrus diac. card. S. Mariæ in Aquiro ſſ.*
Datum Tuſculani per manum Gratiani S. R. E.
Subdiaconi & notarii XI. Kal. Novembris indictio-
ne V. Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXII

A *Pontif. vero D. Alexandri PP. III. Anno XIII.*
Reperitur autem Ubertus vixiſſe ad an. 1174.
PETRUS Diaconus Pratenſis Præpoſitus ſedit VII.
ab an. 1175. ad 1181.
PLEBANUM Diaconum, Petro ſuffectum, an. VIII
1182. Lucius III. Pont. Max. ampliſſimo exorna-
vit privilegio, quo illi omnia bona, juraque Pra-
tenſis Eccleſiæ confirmavit, his verbis.
Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis
Plebano Præpoſito eccleſiæ S. Stephani de Prato,
ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris cano-
nice ſubſtituendis in perpetuum. Effectum juxta poſtu-
lantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit
rationis, præſertim quando petentium voluntatem &
pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Eapropter
dilecti in domino filii veſtris poſtulationibus clemen-
ter annuimus, & fel. rec. Innocentii pp. prædeceſſoris
noſtri veſtigiis inhærentes præfatam eccleſiam S.
Stephani, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub
B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſen-
B *tis ſcripti privilegio communimus. Statuentes ut*
quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Ec-
cleſia in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut
in futurum conceſſione pontificum, largitione regum,
vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis mo-
dis præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis,
veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In
quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis,
Eccleſiam S. Mariæ in caſtello cum ſuis pertinen-
tiis, eccleſiam S. Trinitatis cum ſuis pertinentiis,
eccleſiam s. Petri in porta ſuya cum ſuis pertinentiis,
eccleſiam s. Vincentii, eccleſiam s. Jacobi, eccleſiam
s. Thomæ cum pertinentiis ſuis, eccleſiam s. Marci
cum ſuis pertinentiis, eccleſiam s. Salvatoris cum
ſuis pertinentiis, eccleſiam s. Mariæ de ribaldo cum
ſuis pertinentiis, eccleſiam s. Martini cum ſuis perti-
nentiis, monaſterium s. Martini de Cojano cum ſuis
pertinentiis, jus quod habetis in monaſterio s. Fabia-
ni, eccleſiam s. Bartholomæi de Cojano cum ſuis per-
tinentiis, eccleſiam s. Luciæ cum ſuis pertinentiis, ec-
C *cleſiam s. Petri de figlino cum ſuis pertinentiis, jus*
quod habetis in eccleſia s. Michaelis de Cerreto, jus
quod habetis in eccleſia s. Petri de inſula, jus quod
habetis in eccleſia s. Martini de Sorrana, jus quod
habetis in eccleſia de fabio, & jus quod habetis in
eccleſia s. Johannis de Piſtoria. Præſenti quoque pri-
vilegio duximus ſtatuendum, ut nulli parochianos
veſtros ad officia divina recipere liceat, quamdiu a
vobis fuerint excommunicationis vel interdicti ſenten-
tia condempnati. Statuimus inſuper ut in parochia
ejuſdem eccleſiæ vobis invitis & contradicentibus
nulli omnino hominum liceat eccleſiam conſtruere,
aut aliquam ſuper hoc injuriam irrogare ſalvis ta-
men privilegiis Romanorum pontificum. Decimas
vero eorum, qui ad veſtram eccleſiam jure parochia-
li pertinent, abſque alicujus contradictione vobis ha-
bendas concedimus. Prohibemus etiam ut nullus in-
terdicti ſeu excommunicationis ſententiam abſque
juſta & rationabili cauſa in vos vel eccleſiam ve-
ſtram audeat promulgare. Chriſma vero, oleum
D *ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum,*
ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines fue-
rint promovendi, a diœceſano ſuſcipiatis epiſcopo, ſi-
quidem catholicus fuerit, & gratiam atque commu-
nionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea vobis gra-
tis, & abſque pravitate aliqua voluerit exhibere.
Alioquin catholicum, quem malueritis, adeatis an-
tiſtitem, qui nimirum noſtra fultus authoritate, quod
poſtulatis, indulgeat. Sepulturam præterea ejuſdem
loci ad opus eorum, qui parochiani veſtri cenſentur,
vobis, & eccleſiæ veſtræ firmamus, ita quidem quod
ſi ad aliquam religioſam eccleſiam, elegerint ſepul-
turam, canonica vobis in teſtamento portio reſerve-
tur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas
ſit &c.
† *Ego Lucius catholicæ eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Theodinus Portuen. & S. Ruſinæ ſedis Epiſ-*
copus ſſ.
† *Ego Enricus Albanenſis Epiſc. ſſ.*

„*Ego*

† *Ego Paulus Praneſtinus epiſc. ſſ.*
† *Ego Petrus presb. card. tt. S. Suſanna ſſ.*
† *Ego Vivianus tt. S. Stephani in Cœlio monte presb. card. ſſ.*
† *Ego Ranerius presb. card. Ss. Joannis, & Pauli tt. pamachiis ſſ*
† *Ego Laborans presb. card. s. Maria Tranſtiber. & Calixti. ſſ.*
† *Ego Pandolfus presb. card. tt. baſilica XII. Apoſtolorum ſſ.*
† *Ego Jacobus diac. card. S. Maria in coſmidyn. ſubſcripſi.*
† *Ego Arditio diac. card. s. Teodori ſſ.*
† *Ego Gratianus ſanctor. Coſma, & Damiani diac. card. ſſ.*
† *Ego Bobo diac. card. s. Angeli ſſ.*
† *Ego Gherardus s. Adriani diacon. card. ſſ.*
† *Ego Optavianus diac. card. ſſ. Sergii, & Bacchi ſubſcripſi.*
† *Ego Soffred. s. Maria in via lata diac. card. ſſ.*
† *Ego Albinus diac. card. s. Maria nova ſſ.*

Datum Velletri per manum Alberti S. R. E. presb. Cardinalis, & Cancell. 11. Idus Februarii Indictione prima Incarnationis Dominica Anno M.C.LXXXIII. Pontificatus vero Dom. Lucii PP. III. Anno II.

Hanc autem Lucii Bullam, tum & ſupraſcriptas Alexandri III. ratas habuit Urbanus III. novo in Pratenſis Eccleſiæ ſavorem expedito diplomate ſub Dat. Veronæ IV. Kalend. Martii An. MCLXXXVI. quod iterum præſtitit Cœleſtinus III. alio privilegio ſub datum Romæ 2. Kal. Septemb. an. 1191. Pontificatus ejuſdem anno primo; quæ hic tranſcribere ſupervacaneum videtur, cum ea ſolum contineant, quæ ſuperius habentur in Innocentii II. & Lucii III. Bullis. Plebani vero memoria extenditur ad an. 1201.

IX. PIOVANELLUS florebat anno 1204.

X. JACOBUS an. 1206.

XI. HENRICUS anno 1208., & in vivis degebat adhuc an. 1217.

XII. ZONGHELLUS, cujus intuitu Gregorius IX. prædeceſſorum ſuorum Pontificum indulta Pratenſi Eccleſiæ conceſſa, & præcipuè ſententiam ab Innocentio II. latam pro Canonicis Pratenſibus ſuper capellam S. Jacobi confirmat his verbis.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Zonghello Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ S. Stephani ſalutem & Apoſtolicam benedict. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus gratum impartientes aſſenſum, Eccleſiam, in qua domino militatis, cum omnibus, quæ in præſentiarum legitime poſſidet, aut in futurum juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, ſub B. Petri ac noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem ſententiam a fel. rec. Innocentio pp. prædeceſſore noſtro inter eccleſiam veſtram & plebem S. Juſti ſuper jure parochiali promulgatam, & & alia omnia, quæ in authentico ſcripto b. m. pp. Urbani prædeceſſoris noſtri perſpeximus contineri, ſicut ea juſte & pacifice obtinetis, vobis & per vos eccleſiæ veſtræ authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; quod ad majorem rei evidentiam præſentibus fecimus adnotari, cujus tenor talis eſt &c.

Sequitur deinde tenor Bullæ Urbani PP. III. qua confirmatur Bulla Innocentii PP. II. necnon Eugenii III. de quibus ſupra.

Datum Peruſii VIII. Idus Martii Pontificatus ejuſdem Gregorii An. II.

Innocentius item IV. præſidente Zonghello, Pratenſem Eccleſiam ſequenti proſecutus eſt privilegio.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Præpoſito, & Capitulo eccleſiæ Pratenſis &c.

Juſtis omnino deſideriis dignum eſt nos facile præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcrepant, juſtitia proſequente complere. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus optatum præbentes aſſenſum, perſonas veſtras, & eccleſiam, in qua domini eſtis obſequio mancipati, cum omnibus beneficiis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante domino poteritis conſequi, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus; ſpecialiter autem S. Mariæ in caſtello, S. Trinitatis, S. Donati, S. Jacobi, S. Petri forelli, S. Vincentii, S. Georgii, S. Marci, S. Thomæ, & Barnabæ eccleſias cum pertinentiis earundem, & hoſpitale, quod ædificatum eſt juxta eccleſiam S. Barnabæ cum pertinentiis ſuis, monaſterium S. Martini de Cojano, eccleſiam S. Bartholomæi ejuſdem loci, monaſterium S. Margaritæ de monte S. Mariæ cum earundem pertinentiis, & S. Luciæ, S. Petri de fegline, S. Michaelis de Cerreto, S. Salvatoris de ghereto, S. Martini de paparino, S. Mariæ de ribalta, S. Mariæ Magdalenæ de monte ferrato, & S. Michaelis de Trebalto eccleſias cum pertinentiis earundem, & redditus, poſſeſſiones, terras, domos, alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſte & pacifice poſſidetis, vobis & per vos dictæ eccleſiæ authoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, confirmationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni XII. Kal. Septembris Pontificatus noſtri Anno III.

RAYNALDUS vivebat an. 1248. XIII

BENALDUS inde ſucceſſit, ejuſque memoria habetur ab an. 1250. ad 1255. XIV

ALCAMPUS de Abbadinghis, Canonicus Florentinus, & D. Papæ Capellanus electus eſt Pratenſis Præpoſitus an. 1255. Quam Eccleſiam diuturniſſime gubernavit, cum illi adhuc præſideret an. 1295. XV

JOANNES memoratur an. 1300. XVI

BARTHOLOMÆUS ab an. 1301. ad 1335. XVII

JOANNES Cardinalis Columna ab an. 1341. ad 1345. XVIII

JOANNES de Parma, medicus D. Papæ præerat an. 1350 & 1351. XIX.

JOANNES de Viventiis, Florentinus, hanc regebat Eccleſiam an. 1364. Ceſſit an. 1373. effectus deinde Piſtorienſis Epiſcopus, mox Cervienſis. XX.

BARTHOLOMÆUS Franciſci, ſeù de Franciſcis, vel de Franchis, de Piſtorio, Prior S. Pauli de Florentia, Litterarum Apoſtolicarum Abbreviator, Rectorque Cancellariæ Apoſtolicæ, dictus eſt Pratenſis Præpoſitus an. 1373. quam dignitatem adhuc obtinebat an. 1401. XXI.

ANDREAS S. Viviani de Franchis de Florentia hac præpoſitura fulgebat an. 1407. quam tenuit ad an. 1424. XXII.

NICOLOZZUS, ſive Nicolaus de Melanenſibus de Prato, Prothonotarius Apoſtolicus, regimen hujus Eccleſiæ ſuſcepit an. 1425. quod moderabatur adhuc an. 1443. XXIII

JEMINIANUS de Inghiramis, de Prato, Prothonotarius Apoſtolicus, Canonicus Florentinus, Præpoſitus Piſtorienſis, Prior S. Fedriani de Florentia, & S. Rom. Rotæ Auditor, & Decanus, Oratorque Apoſtolicus ad Angliæ Regem, fuit etiam Piſtorienſis Præpoſitus ab an. 1458. ad 1460. XXIV

CAROLUS Medices, Coſmi Patris Patriæ filius, Canonicus Florentinus, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, hujus Eccleſiæ curæ admotus

„ eſt an. 1460. illamque gubernavit ad an. 1492.
„ Quo Præpoſito indultum ſuit à Pio II. ut ipſe,
„ & ejus ſucceſſores Pratenſes Præpoſiti in per-
„ perpetnnm S. Sedis Apoſtolicæ Norarii exiſte-
„ reot: & Præpoiitns, Eccleſiaque Pratenſis ab
„ omnimoda jnriſdictione Epiſcopi Piſtorienſis e-
„ xempta foret.

XXVI „ JOANNES Medices, Magnif. Laurentii fi-
„ lius, Carolo ſucceſſor datus eſt 1492. Ceſſit au-
„ tem 1501. ad majora vocatus, dictuſqoe deiode
„ ſommus Pontifex ſnb Leonis X. nomine.

XXVII. „ ODDO de Altovitis, Patritins & Canooicus
„ Floreotinus, Priorque SS. Apoſtolorum de Fio-
„ rentia, cedenti Joanni ſuffectus eſt an. 1501.

XXVIII. NICOLAUS de Rodnlphis in Oddonis locum
„ hanc Præpoſituram conſecutus eſt an. 1514 Hinc
„ ad Archiepiſcopaiem Florentinam Carhedram
„ aſſumptus eſt, ac deinde ſacra purpura conde-
„ coratus. Noncium remiſit huic Eccleſiæ ioi-
„ tio anoi 1550.

XXIX PETRUS Franciſcus Riccios, Prateoſis, Ca-
„ oooicus Florenrious, Coſmi I. Magni Etruriæ
„ Ducis à ſecretis, & ejus anlæ Præfectus, hu-
„ jus Præpoſituræ onus ſubivit ab anno 1550. ad
„ 1563.

XXX. „ LUDOVICUS Beccadellus, Patritius Bo-
„ nonienſis, Archiepiſcopus Raguſinus, Lega-
„ tuſque Apoſtolicns ad Rempublicam Venetam,
„ hanc rexit Eccleſiam ab an. 1564. ad 1572.

XXXI „ HONUPHRIUS verò de Camajanis,
„ Patritius Aretinus, non integro biennio, ſci-
„ licet ad an. 1574.

XXXII. „ FERDINANDUS Medices, S. Rom. Eccle-
„ ſiæ Cardinalis, poſtea magnns Dux Etruriæ III.
„ Pratenſem Eccleſiam adminiſtravit ab an. 1574.
„ ad 1588.

XXXIII. „ ALEXANDER Medices, S. Rom. Eccl. Car-
„ dinalis, & Archiepiſcopus Florentinus ab an.
„ 1588. ad an. 1605. fuit etiam Pratenſis Præpo-
„ ſitus. Inde Apoſtolicam Petri Cathedram con-
„ ſcendit ſub Leonis XI. oomioe.

XXXIV. „ PHILIPPUS de Salviatis, Patritius Floren-
„ tious, inde Pratenſis Præpoſitus rennnciarus eſt
„ an. 1605. quam Eccleſiam poſtea dimiſit vocatus
„ an. 1619. ad Burgi S. Sepulchri infulam. Hic à
„ Paulo V. impetravit diploma, quo Præpoſitis
„ Prarenſibus Pontificalinm uſus confirmaretur.
„ Illud vero eſt hiſce conceptum verbis.

„ *Decet Romanum Pontificem ad ea, per qua fide-*
„ *lium quorumlibet praſertim eccleſiis inſignibus pra-*
„ *ſidentium honori, ac ipſarum eccleſiarum decori, &*
„ *ornamento, divinique cultus celebritati peramplius*
„ *conſulitur, libenter intendere, ac in his paſtoralis of-*
„ *ficii ſui partes favorabiliter impartiri, prout loco-*
„ *rum & perſonarum hujuſmodi circumſtantiis debito*
„ *penſatis ad Altiſſimi laudem, & gloriam, nec non*
„ *divini cultus, ac Chriſti fidelium propagationem*
„ *conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Exhibita*
„ *ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum*
„ *Philippi Salviati moderni Prapoſiti, ac Capituli*
„ *Eccleſia S. Stephani Prothomartyris Terra Prati*
„ *nullius diœceſis Provincia Florentina petitio conti-*
„ *nebat; Quod licet antiquitus, uti per ſeniorum tra-*
„ *ditiones habentur, Prapoſitus pro tempore exiſtens*
„ *dicta eccleſia, qua inſignis, & Sedi Apoſtolica im-*
„ *mediate ſubjecta exiſtit, mitra & baculo Paſtorali*
„ *ex privilegio, ſeu indulto Apoſtolico uti conſueviſſet,*
„ *nihilominus quia ex luctuoſa expugnatione dicta Ter-*
„ *ra, qua de Anno Domini 1512. contigit, privile-*
„ *gium, ſeu indultum hujuſmodi una cum multis aliis*
„ *incendio abſumptum eſt, deindeque ex Prapoſitis*
„ *dicta eccleſia, qui vel Sancta Romana Eccleſia Car-*
„ *dinales, vel Epiſcopi, aut alia inſignes perſona fue-*
„ *runt, nullus apud eandem eccleſiam permanſit in re-*
„ *ſidentia, conſuetudo hujuſmodi magno nedum Pra-*
„ *poſitura, que inibi principalis dignitas exiſtit, ve-*
„ *rum etiam ipſius eccleſia hujuſmodi incommodo, &*
„ *dignitatis utriuſque jactura omnino ceſſavit. Cum*

A „ *autem ſicut eadem petitio ſubjungebat in dicta eccle-*
„ *ſia ultra Prapoſituram pradictam tres alia dignita-*
„ *tes, videlicet Primiceriatus, Archipresbyteratus,*
„ *& qui noviſſime auctoritate Apoſtolica inſtitutus fuit*
„ *Archidiaconatus, ac ſeptemdecim Canonicatus, &*
„ *totidem prabenda, ac Capellania, nec non bene-*
„ *ficia ſimplicia in frequenti triginta trium numero*
„ *reperiuntur, divinaque perinde officia in ea magna*
„ *cum miniſtrorum frequentia, qua etiam duodecim*
„ *clericorum, qui & ſeminarii puerorum eccleſiaſtici*
„ *alumni ſunt, conſortio augentur, peragi ſoleant,*
„ *eoque & diverſis aliis nominibus longe celebris & in*
„ *illis partibus praſertim ob Cingulum Glorioſiſſima*
„ *Virginis Maria, quod ibi pie aſſervatur, & poſtri-*
„ *die feſtivitatis Nativitatis ejuſdem Virginis Ma-*
„ *ria populo oſtenditur, non vulgaris apud fideles ve-*
„ *nerationis exiſtat, proindeque aquum ſit, & ratio-*
„ *ni conſonum, ut qua illi injuria bellorum & tempo*
„ *rum privilegia deperierint, eadem, vel etiam am-*
„ *pliora ex Sedis pradicta exuberanti liberalitate*
B „ *conſequatur. Quare pro parte dictorum Prapoſiti,*
„ *& Capituli nobis fuit humiliter ſupplicatum, qua-*
„ *tenus in pramiſſis opportune providere de benignita-*
„ *te Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui hone-*
„ *ſtis Pralatorum votis libenter annuimus, eaque*
„ *favoribus proſequimur opportunis, ipſumque Philip-*
„ *pum, ac Capituli hujuſmodi ſingulares perſonas a*
„ *quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & in-*
„ *terdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris,*
„ *& pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione,*
„ *vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exi-*
„ *ſtant, ad effectum praſentium dumtaxat conſequen-*
„ *dum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cen-*
„ *ſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Phi-*
„ *lippo & Capitulo pradictis, ut deinceps in perpetuum*
„ *tam ipſe Philippus, quam ejus in dicta Prapoſitura*
„ *ſucceſſores, quicumque omnibus & ſingulis praſer-*
„ *tim feſtivis, & ſolemnibus anni diebus mitra,*
„ *annulo, & baculo Paſtoralibus, nec non tunicella,*
„ *ſeu tunicellis ſubtus caſulam, ſandaliis, chirotecis,*
C „ *& aliis Pontificalibus inſigniis uti, illaque geſtare,*
„ *& deferre, ac deferendo incedere, necnon in pradicta*
„ *eccleſia S. Stephani benedictionem ſolemnem poſt*
„ *miſſarum, veſperarum, & aliorum divinorum offi-*
„ *ciorum ſolemnia ſuper populum ibi intereſſentem,*
„ *dummodo aliquis Antiſtes, ſeu Sedis pradicta lega-*
„ *tus inibi praſens non ſit, vel ſi adfuerit, ad id ejus*
„ *ſaltem mutu deſignatus accedat aſſenſus, impendere,*
„ *& elargiri: ac inſuper calices, patenas, & corpo-*
„ *ralia conſecrare, nec non cruces, pallas, caſulas,*
„ *& imagines, ac quavis alia paramenta, & orna-*
„ *menta eccleſiaſtica, etiam ſacerdotalia, campanas*
„ *quoque, & tabernacula, etiam pro conſervatione*
„ *Sanctiſſimi Euchariſtia Sacramenti, & reliqua di-*
„ *cta eccleſia ornamenta, exceptis dumtaxat iis, in*
„ *quibus ſacri Olei, vel criſmatis unctio requiritur be-*
„ *nedicere, nec non pradictam eccleſiam S. Stephani,*
„ *quoties illam ſanguinis, vel ſeminis effuſione, aut*
„ *alias quomodolibet pollui contigerit, per aqua prius*
„ *ab aliquo Catholico Antiſtite gratiam & communio-*
D „ *nem dicta ſedis habente, ut moris eſt, benedicta aſ-*
„ *perſionem, & aliis ſolitis ſolemnitatibus, & cere-*
„ *moniis debite ſervatis reconciliare libere, & licite*
„ *valeant; Apoſtolica auctoritate tenore praſentium*
„ *concedimus, & indulgemus, ac licentiam, &*
„ *facultatem tribuimus, & impartimur. Decernen-*
„ *tes Philippum, & ſucceſſores pradictos deſuper a*
„ *quoquam ullo unquam tempore moleſtari, inquie-*
„ *tari, aut quoquo modo impediri non poſſe, irri-*
„ *tum quoque & inane, quicquid ſecus ſuper his a*
„ *quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter*
„ *contigerit attentari, non obſtantibus pramiſſis,*
„ *ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,*
„ *nec non dicta eccleſia S. Stephani juramento, con-*
„ *firmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia*
„ *roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis*
„ *quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem eccle-*
„ *ſia S. Stephani, ac pro tempore exiſtenti illius*

„ *Præpoſito, & prædictis Capitulo, aliiſque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibusque & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, & aliis quomodolibet in contrarium facientibus conceſſis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, impartitionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac* B

A „ *beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quinto V. Idus Decembris Pontificatus noſtri anno primo.*

„ Aliam item Bullam ab eodem Pontifice Paulo V. ſub datum Romæ anno Incarn. Dominicæ 1608. obtinuit, per quam extenditur ſupraſcriptum Privilegium ad omnes Eccleſias juriſdictioni Præpoſituræ ſubjectas.

„ CAROLUS Medices, ex Principibus Etruriæ, S.R.E. Card. Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternenſis, S. Collegii Decanus, ultimus hujus Eccleſiæ Præpoſitus fuit ab an. 1619. ad an. 1653. quo Eccleſia Pratenſi in Cathedralem erecta Præpoſitura penitus eſt, & in perpetuum ſuppreſſa, atque extincta; ut ex Bulla quam ſupra retulimus. XXXV.


„ Epiſcopos porrò, qui extinctis Præpoſitis, hanc Eccleſiam deinde gubernarunt, habes ſupra in Piſtorienſium ſerie. *Caſotus.*) B

PISANA METROPOLIS

CORSICÆ, SARDINIÆQUE PRIMAS,

Cujus nunc Suffraganei ſequentes ſunt

Epiſcopatus { Adjacenſis, Alerienſis, & Sagonenſis.



ADEO vetuſtæ Piſæ ſunt, ut de earum origine inter antiquos ſcriptores nun conveniat. Cato apud Dionyſium contendit fuiſſe ædificatas a Piſis, Alphæis, Pelaſgis. Plinius, ac Solinus a Pelope, Piſaniſque, qui è Piſa Achajæ caſtellu, quud Alphæu alluitur fluviu, fuerant progreſſi, exordium deſumpſiſſe, quod ipſum innuere videtur Virgilius in 10.

Hoc parere jubet Alphaæ ab origine Piſa,
Urbs Hetruſca ſolo, ſequitur pulcherrimus Aſtur.

Servius Hunoratus ad id loci Virgilii ita inquit; *Alphæus fluvius eſt inter Piſas, & Elidem civitates Achajæ, ubi eſt templum Jovis Olympii, ex quibus locis venerant, qui Piſas in Italia condiderunt, appellatas a civitate priſtina.* Plinius autem: Piſæ urræ a Pelupe, Piſis, ſive Atinatis Græca gente. Juſtinus vero lib. 20. *Sed & Piſa in Liguribus Græcos auctores habent.* Strabo ſcribit fuiſſe ædificatas a Piſanis illis, qui Pilii dicebantur, hoc eſt ab illis ipſis, qui cum Neſtore ad Ilium oppugnandum è Peloponneſo venerunt; cumque jam debellatum eſſet, illoſque in patriam revertentes, turbulentior fortuna maris in hæc loca ſævius compuliſſet, ut nominis ſui æternitati ſtuderent, ad hanc civitatem ædificandam animum appulere. Utut res ſit, conſtat Piſas ante conditam Rumam, Trojamque ſuccenſam fuiſſe ædificatam, ut merito Rutilius Numatianus in ſuo Itinerario primu lib. ceciniſſe videatur.

A *Ante diu, quam Trojugenas fortuna penates*
Laureatinorum Regibus inſereret,
Elido dictas ſuſcepit Hetruria Piſas,
Nominis indicio teſtificata genus.

Alii autem in Atlantem Piſarum retulere principia. Cujus rei accuratiorem diſquiſitionem Chroniſtis libentiſſime relinquemus, contenti ſemel dixiſſe antiquiſſimam civitatem eſſe, atque in primis Hetruriæ civitatibus collocari. Pluribus in locis ejus meminit Livius, Pomponius Mela, Lucanus, Juſtinus, Claudianus, Cicero, Euſtathius, Sulinus, aliique tum antiqui, tum recentiores ſcriptores. In primis illis temporibus gliſcentis felicitatis Rumanæ, ejus pruvinciæ inter primates civitates numerata eſt, ut narrar Livius lib. 41. deinceps Romana colunia facta eſt, ut idem habet in lib. 50. *Piſanis agrum pollicentibus, quo Latinia colonia deduceretur, gratia ab Senatu acta: Triumviri creati ad eam rem Q. Fab. Buteo. M. & P. Pompilii Lenates.* Hoc accidit temporibus A. Puſtumii Albini, & Caii

B Calphurnii Piſunis Conſulum, anno a condita Urbe 572. ante Chriſtum natum 181.

Appellata deinde eſt colonia Julia, cujus familiæ addictiſſima fuit. Paucis ab hinc annis antiquæ duæ memuriæ inſcriptionis inventæ fuerunt, quarum prima, cum ad Metrupolitanæ Eccleſiæ fores fundamenta refoderentur, in qua Senatus conſultum a Piſanis in morte Lucii Cæſaris filii Auguſti editum legitur; altera poſt Caii Cæſaris, Lucii germani, exceſſum exarata caſu inventa eſt in oratoriu Spi

næ, quæ inverſa parte, qua literæ exculptæ erant, arulæ loco uſui erat, quamque multis ante ſeculis homines imperiti, parumque venerandæ antiquitatis amantes eo tranſtulerant. Antonius vero Puteus Archiepiſcopus pretioſa monumenta in Campum ſanctum adhibitis ornamentis poſteritati expoſuit, addiditque in utriuſque inſcriptionis ſuperioris parte argumentum ad legentis faciliorem captum, quæ cum digniſſima ſint, ut inciſa jacent, in lucem producenda cenſuimus.

A

Colonia Julia Piſana nonciata morte I. Caſaris Augoſti F. cenſoit qootannis inferias illius manibos certo ritu mittendas per Magiſtratus eoſue qoi jore dicendo praeſent poſt Urbem conditam Anno DCCLVI. Chriſti vero Anno IV.

Vetus vero inſcriptio eſt hujuſmodi.

XIII. Kal. Octobris Piſis . . . .
Q. Seſtilius Q.F. Braſinios L.F. Baſſos M. Popius
Q. Serterius Q.L. Pica C.N. Octavius C.N.F. Raſos A.L. M.
. . . A. F. Gotta.
Qood C. Canius C. I. Satorninus II. viri ut de agendis henoribus L. Caſaris Aogoſti Caſaris P. Patr. Pont.f. Max. Tribun. Poteſt. XXV. fil. Cenſ. deſignati Principis juventotis Patroni Bolonia noſtra C. D. E. P. F. P. D. E. R. I. C.
Cum Senatus Pop. inter cateros plorimos, ac maximos honores L. Caſaris Aug. Caſaris P. P. P. Max. Trib. Pot. XXV. . . . . . Augur. Conſ. deſignati . . . per conſenſom omnium ordinum . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Data Cura C. Canio Saturnino II. Vir. & decem primis eligendi, aſpiciendique uter eorum locus magis idoneus videatur emendus poblica pecoma a privatis ejus loci, qoem magis probaverint utique apud eam Aram quotannis A. D. X. . publice manibos ejus per magiſtratos eoſue qoi ibi juri dicundo praſunt togis pollis amictos quibos eorom jus faſqoe erit eo die . . . . . hojus veſtis habenda inferia mittantur boſque, & ovis atrè infulis cerulis infolati Dis manibus mactentur eaqoe hoſtia eo loco adoleantor ſoper qoe eas ſingola urna lactis mellis, oleiſundantur, ac tum demum factam civitati poteſtatem ſiqui privatim velint manibos ejos inferias mittere . . . dum ne quis amplius uno cereo, onave facie, coronave mittat, dum . ii, qos immolaverint cincti Cabino ritu ſtruem lignorum ſoccendant adque exinde habeant . . . ſic locus ante eam Aram qoo ea ſtroes congerator, componaturve pate . . . . verſos pedes XL. ſtipitibus roſugiis ſepiator, lignoromque acervos ejus rei gratia, quotannis ibi conſtitoator cippoqoe grandi ſecondum Aram defixo hoc decretum cum ſuperioribus decretis ad ejus honores pertinentibos incidatur inſcalpetur ve, nam qooad catera ſolemnia, qoa eodem illo die vitare Caverique placoiſſem; placerentque ad ſequendum qood de iis S. P. R. conſuevisſet otique primo qoqoe tempore legati ex noſtro ordine Imp. Caſarem Aogoſtum patrem patriæ Pontif. Max. Trib. poteſt. xxv. adeant, petantque ab eo, ut colonis Julienſibus colonia obſeqoenti Julia Piſana ex hoc decreto omnia facere exequique permittat.

Alia inſcriptio in eodem loco a Puteo appoſita eſt ſequentis.

COLONIA JULIA PISANA AUDITA MORTE
C. CÆSARIS AUGUSTI F. CENSUIT, UT A DIE
QUO ILLIUS OBITUS NUNCIATUS EST USQUE AD DIEM
QUO OSSA RELATA SUNT AB OMNI LÆTITIÆ GENERE
ABSTINERETUR UTQUE ILLI EODEM MODO, QUO LUCIO FRATRI
PARENTATUM FUERAT PARENTARETUR, ARCUS INSUPER ET STATUÆ
PONERENTUR POST URBEM CONDITAM
ANNO D. CC. VII.
CHRISTI VERO V.

Vetus verò inſcriptio ſequens eſt.

F. . . . Q. Sertorioe Q. Fatilius Tacitus Praſinius L. F. Baſſus L. Lappus . . . Allus Q. Sertorius Q. Falpios Pica C. Vettius L. F. Virgola M. Nerius M. . . . Ciſcus A. Albius A. F. Gutta T. Petronius T. F. Pollio L. Fabius L. F. Baſſos. Sempronius Sex F. Creticus C. Canius L. E. Satorninus L. Octacilios Q. Ful. Panthera qoodque ſont. Cum in Colonia noſtra propter contentiones candidatorum Magiſtratus non eſſent & facta acta eſſent, quæ infraſcripta ſunt. com A. D. IV. Nonas Apriles allatus eſſet nuncios C. Caſarem Auguſti patris pat. Pontif. Max. cuſtodis Imp. Romani; totinſque orbis terrarum Praſidis F. Divi nepotem poſt conſolatum, quem oltra fines extremos P. Rom. bellum gerens feliciter peregerat bene geſta Rep. devictis, aot in fidem acceptis belliceſiſſimis maximis gentibos ipſum vulneribos pro Rep. exceptis ex eo caſu crudelibus fatis erepiom Pop. Rom. deſignatum juſtiſſimum, ac ſimillimum parentis ſui virtutibus principem, coloniaque noſtra unicum praſidiom, eaque res nondum qoieto luctu, quem ex deceſſo L. Caſaris fratris ejus conſulis deſignati Augur. patroni noſtri principis juventutis colonia univerſa ſuſceperat renovaſſet, multiplicaſſetque mærorem omniom ſingulorum, univerſorumque ob eas res univerſi Decuriones, coloniqne quando eo caſu in colonia, neqoe II. vir neqoe præfecti erant, neque qoiſqoam, jore dicundo praeras pro multitudine tanta, ac tam improviſa calamitatis oportere ex ea dio qua ejus deceſſus nonciatos eſſet uſqoe ad eam diem qoa oſſa relata, atque condita, juſtaque ejus manibus perfecta eſſent, cunctos veſte mutata, templiſque Deorum immorta-

liom

lium balneiſque publicis, ac tabernis omnibus clauſis, comptibus ſe
ſe abſtinere matronas, quæ in colonia noſtra ſunt ſublugere, denique
hon, quo die C. Cæſar. obiit, qui dies eſt A. D. IX. Kal. Martias pro Al-
lienſi lugubrem memoriam prodi notarique in præſentia omnium juſ-
ſu, ac voluntate, caverique ne quod ſacrificium publicum neve ſup-
plicationes, neve ſponſalia, neve convivia publica poſtea in eum
diem, eodemque die, qui dies erit A. D. IX. Kal. Martias fiant, conci-
piantur, indicentur, neve ludi ſcenici, circienſeſve eod. die fiant, ſpectentur-
turve utique eo die, quotannis publice manibus ejus per Magiſtratus
eoſve, qui iis juredicundo præerunt eodem loco, eodemque modo, quo
L. Cæſari parentari inſtitutum eſt, parentetur, utque arcus cele-
berrimo coloniæ noſtræ loco conſtituatur, orneturve ulcis devictarum,
aut in fidem receptarum ab eo gentium: inſuper ejus ſtatua pedeſ-
tris ipſius triumphali ornatu, circaque eam duæ equeſtres inauratæ
C. & L. Cæſar. ſtatuæ ponantur utque quam primum per legem Coloniæ
II. viros creare, ac habere potuerimus II. viri, qui primi creati erunt
hoc quod Decurionibus, & univerſis colonis placuit, ad Decuriones refe-
rant, eorumque publica auctoritate adhibita legitime id caveatur
. . . . iis in tabulas publicas referatur, interea Ulenus Juncus
Flam. Auguſt. Pont. Minor. publicorum pr. . . . ſacrorum rogaretur
. . . Tum legati excuſata præſenti coloniæ neceſſitate hoc officium
publicum, & voluntatem univerſorum libello reddito Imperatori Cæſari
Auguſto P. P. Pont. Max. Tribun. Pot. xxvi. indicent. . . . atque
Ulenus Juncus princeps coloniæ noſtræ Flam. Auguſt. Pontif.
Minor. publicorum pr. ſacrorum libello, ita uti ſupraſcriptum eſt
Imper. Cæſ. Aug. Pont. Max. Trib. pot. xxvi. pat. patr. reddito fecit pla-
care conſcriptique ad iv. nonas Apriles Q. Elio Cato C. Sentio Saturnino
Coſ. fuerunt facta acta conſtitutum per conſenſum omnium ordinum
ea omnia ita fieri, agi, haberi, obſervarique a Q. L. Titio, a F. & F.
Allio T. F. Ruſo II. viris, & ab eis quicumque eam in colonia noſtra II. vi-
ri præfecti, ſive qui alii magiſtratus . . omnia in perpetuum ita
fieri, agi, & haberi, obſervarique ut Q. L. Titius Ac. . . & Allius I.
F. Ruſus II. viri ea omnia, quæ ſcripta ſunt ſupra, & decreto coram
proquæſtoribus primo quoque tempore per ſcribam publicum in tabulas.
publicas referenda curent, cenſuere.

A Fuit etiam, ut Pompejus Feſtus affirmat eorundem Romanorum municipium, diſtatque haud pluſquam tribus milliariis a mari, quam Arnus flumen ſolum circuit, & ambit, ita ut jam mirer cecinisſe Rutilium lib. 1.

Alphea veterem contemplor originis urbem,
Quam cingunt geminis Arnus, & Auſer aquis.
Conum pyramidis coeuntia flumina ducunt,
Intratur modico frons patefacta ſolo.
Sed proprium retinet communi in gurgite nomen,
Et pontum ſolus ſcilicet Arnus adit.

Niſi forte Rutilius intelligat Serchiam, & Heram fluvios, tametſi a Piſis longius fluant. Conſtat interim illam ſolum dividi ab Arno. Vetuſtatem ejus, & nobilitatem celebrat Dionyſ. Halicarn. Scribit Strabo eam navigationem a mari adverſam habere ſtadiorum xx. civitatem quondam felicem, & beatam fuiſſe: nec ſuo tempore vel ignobilem, vel obſcuram propter frugum copiam, ſaxorum opera, navalem materiam, & inter Hetruſcos belli gloria præcelluiſſe, Ligurumque finitimorum cotem veluti fuiſſe, & irritamentum. B De ea ſic Beniaminus in itinerario, qui vixit ante quadringentos circiter, & ſeptuaginta annos. *Diſtant a Genua Piſa duorum dierum itinere, ingens urbs, in cujus domibus fere decem mille turres numerantur ad pugnam, dum apta, & inſtructa, ſi quando diſſidium, aut pugnæ neceſſitas exiſtat. Cives ipſi omnes ſtrenui, neque Regi, neque principi alicui parentes, ſed magiſtratui ab ipſis creato.* Eam Nathan Chytræus his verſibus celebrat.

Antiqui ſplendoris adhuc monumenta ſuperſunt
Inclyta: marmoreis fulgentia tecta columnis:
Turris, & inclinata foris, minitanſque ruinam
Pendula, recta intus, ſi videris, area longa,
Gloria, Romani Decius quæ maxima turis
Conditus eſt, ubi vicenis, & quatuor horis
Corpora conſumi memorant his obruta terris;
Quin Nicodeme tui monſtrant monimenta ſepulchri.

C In eam etiam, & vere cecinit Julius Cæſar Scaliger.

Piſa vetus victis ſpoliis Orientis onuſta,
Invidia armavit lucida tela trucis.
Sic nocuit viciſſe, alias ſic vicimus ergo:
Sic res eſt humili tutior arcta luce.
Mortales ſperare vices, nec credite fatis,
Nam quod nos alios, illa dedere mihi.

Felix olim civitas fuit, non modo florente Romano Imperio, ſed etiam poſt ejuſdem ruinam. Siquidem terra, marique circumferens victricia arma, Muſato Sardiniæ Rege capto, inſulam illam omnem ſubegit, cujus inſignis victoriæ gratia Romani Pontifices ejus inſulæ juriſdictionem Piſanæ genti aſſeruerunt. Ceperunt Carthaginem, atque Baleares inſulas, earum Regibus in ſervitutem abductis. In Terra ſancta bellantibus multoties ſuppetias ſubmiſerunt ad victoriam profuturas, Panormumque per vim a Sarracenis occupatum, felici conatu recuperarunt. Profugos aliquando Rom. Pontifices exceperunt hoſpitio, ut vel a peregrinis armis tuti forent, vel Romani populi infamis contra paſtores rebellio eluderetur. In iis præcipue Gelaſius II. fuit, qui gratitudinis deinde ergo civitatem illam iterum Archiepiſcopatus honore condecoravit: eodem Piſano hoſpitio uſi ſunt Calliſtus II. & Innocentius II. Cumque Fridericus Ænobarbus Orientem in ſe recepiſſet expugnare, Piſani euntem ad bellum quinquaginta triremibus juverunt. Cæterum cum ille naufragium feciſſet, Piſanorum triremes Terra ſancta oppletæ redierunt in patriam, unde poſtea ipſi famoſiſſimum illum Campum ſanctum efformarunt. Felicior rerum fortuna hanc civitatem provexit, donec cum Friderico II. Imperatore infortunate contra Eccleſiaſticos icto fœdere, captiſque ad Lomellum duobus Cardinalibus, ac quamplurimis Præſulibus, qui a Gregorio IX. indictum ad concilium proficiſcebantur, divini numinis haud feram provocavit vindictam. Paulo enim poſt eodem loco a Genuenſibus navali prælio ſuperati, cum quadraginta novem triremibus, duodecim millia ſelectorum hominum amiſerunt, præ-

(1) Cum hodie ſolus Arnus Piſas circumfluat, miratur Ughellus, qua ratione Rutilius de eis ſic canat. Vide apud Cluverium Ital. ant. c. 3. conſentientes ubi in hoc Plinium atque Strabonem. Nec aliud ex Ughelli obſervatione, & chorographicis hujus temporis tabulis ſequitur, quam *Auſere*, ſive *Auſaro*, nunc *Serchio*, aliorſum verſo, & pontum ſubeunte per proprium oſtium, ab Arni oſtio circiter mille paſſibus diſſitum, mutatam ibi eſſe ſoli faciem. *Collectores Actorum SS. Maji tom. 4. p. 8.*

teritarum victoriarum corrupto decore. Diu penes Conſules ejus adminiſtratio fuit, mox penes Antianos, ut vocabant: nonnunquam potentiorum ſuorum civium ſenſit tyrannidem, denique a Gabriele vicecomite Piſarum domino, eam civitatem coemerunt Florentini. Quorum cum jugum invidioſiſſime excuſſiſſent, dolo malo Joannis Gambacurtæ eorundem jugum iterū ſubierunt, donec in Mediceorum juſtiſſimorum principum ditionem feliciſſime ceſſere, hodieque Ferdinandi II. ſapientiſſimi principis pluſquam regiam clementiam experiuntur. Omnium diſciplinarum in ea ſtudium floreſcit, quod Clemens VI. Piſanis 1349. indulſit. Clemens V. illam populoſam, & potentem appellat, in Clemen. Paſt. Not. de re judic. In ea docuerunt Philippus Decius, Franciſcus Aretinus, Bartolus, & alii. Academiam cum urbis fortuna latam reſtituit Coſmus Medices Magnus Dux Hetruriæ primus, vocatis eo ad juris profeſſionem Andrea Alciato, ad medicinæ Matthæo Curtio. Antiquior in Hetruria Piſana Metropolis eſt, traduntque Piſanos baptiſmali aqua fuiſſe tinctos, dum adhuc Petrus Apoſtolus in vivis ageret, miſſo illuc Perino ſuo alumno, quem nonnulli volunt in primum Piſanorum Præſulem fuiſſe ordinatum ab eodem Apoſtolo. Cujus quidem rei cum incerta traditio ſit, apud legentes, prudenteſque ſelectio erit, quid credendum ſit, quidve repudiandum. Sat tamen conſtat, ſi ulla Baronio fides, Divum Petrum iviſſe Piſas, atque ad litus maris, conſtructo ibi altari ſacrum feciſſe. In quo deinde loco, cum Divo Apoſtolo Petro dedicatum conſtruxiſſent ſacellum, a Divo Clemente Primo Pontifice ita narrant fuiſſe conſecratum. Romæ litabat Clemens, interque litandum ad tres horas, quaſi graviſſimo ſomno oppreſſus mente exceſſit, deinde ſibi redditus edicit populo, haud debere mirari, tunc enim temporis juſſu Apoſtolorum Principis ſe Piſas iviſſe, ibidemque conſecraſſe templum, quod ejuſdem Apoſtoli nomini Piſani populi pietas deſtinaſſet, in ejuſque rei ſignum, tribus cruoris guttis marmoream tabulam conſignaſſe. Quæ ſumma devotione, atque admiratione populi adhuc ſpectantur, atque honorifice aſſervantur. Sacello deinde nomen S. Petri ad Gradum Piſani fecerunt. Per idem tempus S. Torpetes Piſis martyrio a Neronianis miniſtris coronatus eſt, quominus jam dubitare poſſis jam inde a S. Petri Apoſtoli temporibus Piſanos Chriſtiana ſacra ſuſcipere potuiſſe, ibidemque ſicut in aliis Hetruſcis civitatibus ad an. 300. regnaſſe. Tametſi enim idolorum cultoribus, tyranniſque impugnantibus Chriſtana fides timide dominaretur in populis, a Conſtantino tamen magno reddita pace Eccleſiæ, & oves ad ovile, Paſtores vero ad gubernandas ſecurius redierunt. Quamobrem credibile eſt, ante Gaudentium Epiſcopum Piſanum, qui concilio ſub Melchiade Romæ celebrato, inter paſtores aſſedit an. 313. extitiſſe plures, qui Piſanam ſedem, tametſi turbulentiſſimis temporibus obtinuerint, quamquam vetuſtate vorante, eorundem nomina, haud iterum reperienda, perierint. Igitur a S. Gaudentio, & deinceps ſeries Piſanorum Præſulum, licet alicubi abrupta, certius videtur decurrere. Perduravit hujuſmodi dignitas uſque ad annum 1092. deinde Urbanus II. Piſanos de Eccleſia optime meritos Archiepiſcopali dignitate donavit, illorumque Præſulem Primatem Corſicæ, atque Sardiniæ declaravit, ut poſtea videbimus. Habuit ſuffraganeos Corſicæ Epiſcopos, atque Maſſenſem, item Galtelinenſem, Civitatenſem, provinciæ Turritanæ eidem attributo principatu. Porto jus Primatiæ Piſanæ Eccleſiæ, ejuſque Archiepiſcopis in perpetuum conceſſum fuit pro recompenſatione Epiſcopatus Corſicæ, quos Apoſtolica ſedes ad tollendas controverſias, & bellicos tumultus inter Piſanos, & Januenſes ſuper rebus Corſicæ, Archiepiſcopo Januenſi ſubjecit, ea tamen conditione, ut in ea Corſicæ inſula tres Epiſcopi jure Metropolitico Piſarum Archiepiſcopo ſubjecti remanerent, Alerienſis, Adiacen. & Sagonenſis, treſque Archiepiſcopi in Sardiniæ inſula jure primatus eſſent ſuppoſiti, videlicet Arborenſis, Calaritanus, & Turritanus. Eccleſia Metropolitana Deiparæ Virgini dicata ſane viſenda eſt, candido, Parioque marmore ædificata, ejuſque longitudo per cubitos 156. uſque ad Tribunam, ut vocant, decurrit, latitudo per 111. Totum ædificium tam ad decus, quam ad fulcimentum plures porphyreticæ, atque è ſerpentino marmore columnæ ſuſtentant, ita ut 88. erectæ videantur in facie, at quæ molem circunſtant, 148. numerum explent. Tranſverſum atrium, quod medium, directumque deſecat per 52. cubitos latitudinem extendit. Diſtinguitur quinque atriis, ubi erecta ſpectantur 40. altaria: portæ ſex in Eccleſiam aditum præbent, cujus poſtes partim æreæ, partim ferreæ, partim ligneæ ſunt. In principe ara porphyretica prægrandis tabula fulget. Hoc demum viſendum templum per cubitos 566. omnino recurrit. In eo præter alia ſanctorum lipſana monſtrantur cadavera Gamalielis, Nicomedis, & Abdiæ, patris, filii, & nepotis Hieroſolymis eo traducta. Dotem templo dixit comitiſſa Mathilda, Deiparæque Virgini conſecravit, jam olim è Sarracenorum ſpoliis ædificato, cum Piſani, illis expulſis, Panormum recuperarent. Viginti & octo Canonici in Piſana Eccl. penſum divinum perurgent, quorum 17. dicta comitiſſa Mathilda ampliori cenſu ditavit, ac tres dignitatum gradus in eadem ſpectabiles ſunt, Archipresbyteratus, Archidiaconatus, ac Decanatus: antiquitus autem etiam Primiceriatu, & Vicedominatu Eccleſia Piſana fulgebat. Sexaginta & tres minores ſacerdotes ibi litant: ſeptem ejus Eccleſiæ numerantur commendæ, ſex caputiati clerici, inſuper ſex titulares, qui duodecim celebranti Archiepiſcopo aſſiſtunt. Hos augent Acolythi ſex, & duodecim clerici, qui cum magiſtro; viceque magiſtro aluntur in ſeminario, nec extra ſeminarium deſunt alii clerici, qui ad omnem pietatem excolendam præſto ſint. Canonici in collationibus, aliiſque pluribus actibus ordinariam habent poteſtatem: illorum habitus eſt cappa rubea cum cucullo pelliculis armellini ſubſutis; hac utuntur ſupra rocchettum, geſtantque mozzettam rubeam ſupra eumdem ex Apoſtolico privilegio. Archiepiſcopus vero duabus utitur pontificalibus cappis, rubea ſcilicet, & violacea, ex eodem Pontificio indulto. Hujus civitatis ſacra turris ſpectabilis eſt, unde perſtrepunt æra ad fidelium pietatem excitandam; diſtat enim ab ipſo templo, procurritque in longum per cubitos 78. extenditurque in latera per 80. Pario marmore, candidoque incruſtata eſt, fulciturque 215. columnis, indeque octo perſtrepentia æra dependent, atque quod non ſatis mireris, per ſeptem cubitos ex artificio architecti Joannis ab Oeniponte Germani, tamquam ex temporum vitio minitatura ruinam, recta declinat a linea. Juxta ſummam ædem, rotundum templum S. Joanni Baptiſtæ ſacrum occurrit, ubi baptiſmali aqua recenter nati pueri ſolent luſtrari, quod ex marmore rotum conſtructum, per 151. cubitos decenter recurrit. Nec minus mirandus eſt Campus ſanctus, qui & ipſe marmoreus per 213. cubitos protenditur, extenditur vero in latitudinem 61. cubit. quod ædificium ad altitudinem, latitudinem, & longitudinem arcæ Noe dicitur exſtructum. Picturas habet intus per circuitum ex veteribus quidam, & antiquis magiſtris vagas, & artificioſas. Spatium terræ, quod in ejus medio eſt, nullo ſilice tegitur; quam terram ab Hieroſolymis allatam ab exercitu Piſanorum hiſtoria docet: mortuorum cadavera hic loci non ultra naturalem diem periſtunt. Ubi illuſtrium virorum quamplura ſpectantur ſepulchra; pro ſumma æde eminet præcipue Henrici VII. Imperatoris ſepulchrum. Hæc metropolis tam in civitate, quam extra 468. Eccleſias ſuæ ditionis numerat, numerabatque olim duas Conſtantinopoli, totidem in Tunetano regno, duas item Alexandriæ in Aegypto. Præter publicam omnium ſcientiarum Academiam, multa monaſteria, tam Religioſorum, quam Monialium mu-

olficeotiſſime exſtructa cernuntur, in civitate decem, & ſuburbiis tria, in diœceſi undecim virorum; monialium vero ſexdecim intra urbem, nullum in diœceſi; ſodalitates 21. in ditione 30. Hoſpitalia ſunt numero decem, unum magnum nuncupatum pro infirmis, duo pro convaleſcentibus, reliqua pro recipiendis peregrinis, & pauperibus; domus duæ charitatis, una pro infantibus expoſitis, altera pro pueris, & puellis derelictis recipiendis. Alia pia domus adeſt Piſis Miſericordiæ pingues habens redditus, cui adminiſtrationi nobiles duodecim cives præficiuntur, qui quolibet anno quinquaginta puellis honeſtis dotes perſolvunt, captivos redimunt, pauperes é carceribus dimittunt, familiis neceſſitate oppreſſis ſubveniunt, plureſque egenis eleemoſynas erogant. Archiepiſcopi ſuffraganei ſunt, Alerienſis, Adiacenſis, & Sagonenſis Epiſcopi, præter alios tres ſupra commemoratos. Olim autem etiam Maſſenſem pro ſuffraganeo habuit, qui hoc tempore tantum Senarum Archiepiſcopi præſtolantur arbitrium. De primatu Archiepiſcopi Piſani in inſulis Corſica, Sardiniaque multi fide digni ſcriptores memorant. Siquidem præter Baronium Annalium eccleſiaſticorum tom. 12. ad annum 1132. Julianus Vivianus in tractatu de jure patronatus par. prima lib. 3. & 12. & Auguſtinus Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi titulo 3. cap. ſeptimo hæc habet.

a Viden. Vivian de jurepatr. l. 3. c. 2.

De Piſano Archiepiſcopo, quod ſit Primas a tradunt addit. margin. ad gloſ. in cap. diffinimus 22. d. ubi Archid. & Domin. idem Domin. in cap. cleros num. 20. in gloſ. primatibus diſt. 22. prapoſ. in cap. concilia, Epiſcopos ſub num. 5. diſt. 17. Turrecr. in cap provincia, verſ. ſed inſurgit quaſt. d. 99. Caſſan. in catalogo gloria mundi p. 4. conſid. 19. in fine, Boer. de ordine, & precedentia graduum par. 1. num. 13 & de auctoritate magni conſilii num. 54. Puvin. de offic. & poteſtate capituli pral. 6. n. 13. Caleſat. de equeſtri dignitate num. 94. Petr. Greg. ſyntagm. juris lib. 15. cap. 10. nu. 30. in fin. Gig. de reſid. Epiſcoporum quaſt. 18. num. 10. Marc. Anton. Cuch. inſtit. juris canon. l. 1. tit. 3. Sbroz. de vicario Epiſcopi l. 2. q. 3. num. 24. & 25. Anaſt. Germon. d. c. 7. n. 8. Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloſ. 41. n. 14.

Sequitur tamen, ut aliquid de eo agamus, cum in exquirenda ſui Primatus ratione, apud quoſdam eſſet exorta dubitatio. Pro cujus ſolutione a primordiis rem petentes, advertendum duximus Piſana civitatis Epiſcopatum antiquiſſimum eſſe: Gaudentius enim Piſanus Epiſcopus anno 313. in Concilio penes Melchiadem Papam nominatur, & Landulpho Piſano Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus circiter ann. 1078. Gregorius VII. vices ſuas commiſit in inſula Corſica, & pro labore, quem primus in ea reſtituenda ad Romana Eccleſia dominium ſuſcepit, medietatem, duobus vero ejus ſucceſſoribus quartam partem omnium redditum largitus eſt: arces tamen ſub ditione Romana Eccleſia reſervavit, quarum cuſtodes illis, ſi neceſſitas exegerit, vult obedire, ut conſtat ex lib. 6. epiſt. Gregor. VII. epiſt. 12. Poſtmodum Urbanus II. conſtit. ſua incip. Urbanus Epiſcopus, Dat. Beneventi 3. Kalendas Junii an. 1091. Pontificatus ſui IV. de prad. Gregorio VII. & de Landulpho Epiſcopo mentionem faciens, ita ait: Quia multis jamdudum obſequiis Piſanorum glorioſa nobilitas Romanam ſibi Eccleſiam fecit obnoxiam, prædictam inſulam de conſilio clericorum Cardinalium, aliorumque fidelium Piſanæ Eccleſiæ commiſit, & condonavit; ea conditione interſita, ut per annos ſingulos libras quinquaginta Lucanæ monetæ Lateranenſi palatio perſolveret. *Dein de anno ſequenti 1092. idem Urbanus alia ſua conſtit. Dat. Anagnia per manum Joannis S. R. E. Diaconi Card. Epiſcopum Piſanum in Archiepiſcopum promovit, palliumque conceſſit, cum ſuppoſitione omnium Epiſcoporum Corſica, & ut in ea Metropolis, & in Sardinia ſedis Apoſtolica legatus cum perpetua ſucceſſione exiſteret. Sed Calliſtus II. quoad ſuppoſitionem Epiſcoporum Corſica inſtantibus Genuenſibus factum Urbani revocavit. Inſurgunt Piſani, qui ab Honorio II. Genuenſium ſpreta contradictione reſtitutionem obtinuerunt, ut conſtat ex conſtit. ipſius Honorii Dat. Lateran. per manum Armerici S. R. E. Diaconi, & Cancellarii 12 Kal. Auguſti an. 1126. Pontificatus ſui 2. Verum quia hujus rei ſumpta occaſione bella inter Piſanos, & Genuenſes movebantur, unde cades, incendia, & multa Chriſtianorum captivitates peccatis exigentibus oriebantur, Ubertus Archiepiſcopus Piſanus ceſſit Genuenſibus tres Corſica Epiſcopatus, remanentibus ſibi aliis tribus, ſcilicet Alerienſi, Adjacenſi, & Sagonenſi. Unde Innocentius II. anno 1138. in recompenſationem trium ſubtractorum Epiſcopatuum Corſica, Balduino Piſano Archiepiſcopo cum variis aliis privilegiis ampliando conceſſit in judicatu Gall. in Sardinia Epiſcopatus duos, ſcilicet Gartellenenſem, & Civitatenſem, & demum Epiſcopatum Populonia, ſupponens eos Piſano Archiepiſcopo tanquam eorum Metropolitano, & legationem Sardinia ab Urbano II. conceſſam confirmavit, & primatum ſuper provincia Turritana Sardinia dedit, quod & demum fuit confirmatum per Eugenium III. anno 1145. & Adrianum IV. anno 1156. & Alexander III. privilegio ſuo Pontificali aſſervato in archivio publico reformationum civitatis Florentia, Dat. Anagn. per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & notarii 3. Id. Aprilis anno 1167. Pontificatus ſui 7. ampliando conceſſit Ubaldo Piſano Archiepiſcopo primatum quoque prater Turritanam provinciam etiam ſuper Calaritanam, & Alborenſem in dicta inſula Sardinia, & catera per anteriores Pontifices data confirmavit, quod & poſtmodum fecit Lucius III. anno 1181. Urbanus III. anno 1186. Cœleſtinus III. anno 1191. & Innocentius III anno 1198. prout conſtat ex libro anni 6. epiſtolarum, qui aſſervatur in bibliotheca Vaticana epiſtola 110. Turritano Archiepiſcopo ſcribens poſt alia hac ait:* Abſenti autem, vel alio tempore venienti (*ſcilicet Piſano Archiepiſcopo*) non teneberis auctoritate legationis aliquatenus reſpondere, auctoritate vero primatiæ non plus poteſt in provincia Torritana, quam Primatibus univerſis concedunt canonicæ ſanctiones. *Similiter etiam Honorius III. an. 1217. ſcribens Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac nobilibus viris Turritan. & Galluren. judicibus, aliiſque nobilibus per Sardiniam conſtitutis, eoſdem monet, quatenus eidem Piſano Archiepiſcopo in iis, qua in pradicta terra ſibi ſunt ab Apoſtolica ſede tanquam primati ſuo, & Apoſtolica ſedis legato conceſſa, debitum honorem, & reverentiam impendant, ejuſque ſalubribus monitis curent devote, ac humiliter obedire, ut habetur in libro 1. epiſtolarum Honorii III. qui aſſervatur in bibliothec. Vaticana pagina 215. Quibus privilegiis, & conceſſionibus Piſani Archiepiſcopi enixi ſua primatia jure ſemper uſi fuerunt, poſſeſſorios actus facientes, ut fecit Federicus Piſanus Archiepiſcopus anno 1265. qui inſulam Sardinia viſitavit. Et Archiepiſcopus Joannes anno 1302. qui Archiepiſcopum Gartellinenſem ex Sardinia citavit. Et Piſanus Archiepiſcopus, qui ann. 1400. Eccleſiam S. Maria ex diœceſi Turritana contulit. Sed ultra literas Apoſtolicas, & privilegia ſupradicta, Rofredus Beneventanus, qui vixit de anno 1215. & vivus permanſit etiam longo tempore poſt compilationem decretalium Gregorii IX. cum fuerit advocatus in cauſa primatia, de qua in capitulo fin. delation. ut habet in ſuo opere in titulo de juribus, qua competunt Pralato, numero 2. dicit, quod Archiepiſcopus Piſanus eſt Primas Sardinia.*

Hactenus ille.

Cæterum Piſis COSMUS Medices I. Magnus Dux Hetruriæ ſaluberrimum ordinem equeſtrem S. Stephani, ad Turcarum cohibendos procurſus, inſtituit, ſub regula S. Benedicti Abbatis, eundemque magnus primus magiſter, Terror Turcici nominis, adminiſtravit, ac mirifice auxit. Protulere Piſæ in omni memoria viros & doctos, & fortes, quique ob exaggeratas virtutes ſupremos aſſecuti honores, tantam patriam ad miraculum illuſtrarunt. In iis enituit Eugenius III. Pontifex ſummus, olim S. Bernardo ſimillimus alumnus, ex eaque civitate originem duxit VI. Urbanus, peperitque Nicolaum V. & quamplures Præſules, & Cardinales, qui ſua prudentia, probitateque ubique terrarum famam extendere Piſanam. Incolæ ſingulari valent memoria, quod urbs craſſiore fruatur aere. Ager ſuburbanus

co-

copioſam fert ſegetem , ut toti fere Hetruriæ pro- A
ventus ejus ſufficiat, quin & exteris annonæ carita-
tem ſubinde levet. Vina fert, ſed non adeo laudata.
Raphael Roncionius hujus civitatis perſcripſit hi-
ſtoriam, quæ apud ejuſdem hæredes adhuc manu-
ſcripta ſervatur. Laurentius Veronenſis de Majori-
canottiumpho, Volaterran Blondus, Leander, Are-
tinus, Sabellicus, Platina, Conſtantinus Cajet. Ab
bas in ſuis Gelaſianis commentariis, Jodocus Hon-
dius, Franciſcus Svvertius, Laurentius Tajulus,
Laurentius Grancius, Bartholomæus de S. Concur-
dio de origine, rebuſque Piſanæ civitatis poſteris
nonnulla mandarunt. De Eccleſia Piſana, deque
ejuſdem Præſulibus, Thomas Dempſterus ſatis men-
doſe perſcripſit, Paulus Troncius vir nobilis, erudi-
tuſque canonicus, & Piſanæ Eccleſiæ Vicarius pa-
triæ Annales ingenti ſtudio, ac labore molitur, qui
etiam perſpectis illis ſcripturis, quæ ex iis, quas in
archivio reformationum tranſtulerunt Florentiam,
adhuc in Piſano archivio aſſervantur, Præſulum
Piſanorum adhuc compilavit catalogum. Inde nos, B
atque ex multis aliis monumentis Vaticanis, quæ di-
ligenter conſuluimus, eorundem Præſulum ſeriem,
ut ſpero, uberiorem dabimus. Porro Eccleſia Piſa-
na taxatur in libro Cameræ, ad florenos 830. vetus
valor aſcendit ad octo millia aureorum.

I. 1. S. PERINUS primus Eccleſiæ Piſanæ Præſul
a B. Petro Apoſtolorum Principe ordinatus traditur
ann. 45. alii an. 51. dum Petrus a Claudio Imp. Roma
expulſus Piſas contendens, Piſanum populum Evan
gelii prædicatione ad Chriſtum convertit, Perinum
virum ſanctitate conſpicuum, ab ipſo ſacro baptiſ-
mate delibutum, Epiſcopali munere oneratum nar-
rant. De Perino in antiquis monumentis nulla extat
certa memoria; at de adventu ejuſdem Apoſtoli, de-
que altaris apud eandem civitatem in littore maris
erectione, ejuſdemque conſecratione loquitur vetus
chronicon.

Beatus, inquit, *Apoſtolus Petrus primum altare la-
pideum in Italia erexit ſtatutum, cum transfretavit
circa littora Piſanorum, ubi hodie dicitur Eccleſia S.* C
*Petri ad Gradus, conſecravit Papa Clemens I. qui dum
altare marmoreum ibi chriſmate illiniret, tunc de
ipſius Papæ naribus aliquot gutta ſanguinis diſtillave-
runt ſuper ipſam altaris menſam marmoream; ille ſan-
guis in eodem marmore uſque hodie ita recens apparet,
ſicut hodie vobis videntibus ibi cecidiſſet, & habetur in
magna veneratione.*

Eccleſiam vetuſtate fere attritam, in meliorem
faciem reſtituit, ornavitque Franciſcus Cajetanus
nobilis Piſanus patritius. Poſt S. Perini receſſum,
Piſana ſedes diutiſſime vacavit, vel ſaltem Epiſco-
porum nomina oblivioni prorſus ſunt tradita.

II. 2. GAUDENTIUS primus eſt, poſt S. Peri-
num, qui reperiatur in Piſano throno ſediſſe, cujuſ-
que memoria habeatur in Concilio ſub Melchiade
ſummo Pontifice an. 313.

III. 3. ALEXANDER Eccleſiam Piſanam regebat
anno 643 cum ex Scotia B. Peregrinus in Italiam
venit, ut in ejuſdem vitæ actis reperitur.

IV. 4. OPPORTUNUS vixit anno 643. D

V. 5. MAURIANUS, ſive Mavezzanus Epiſco-
pus Piſanus, interfuit generali ſynodo ſub Agatho-
ne Pontifice anno 680. In Nonantulano codice ſe
Maurianus ſubſcribit, de eo mentio anno 674.

VI. 6. MAXIMUS Epiſcopus Piſanus regnante
Luitprando Rege, interfuit cuidam ſynodo in He-
truria celebratæ cum Epiſcopo Aretino, ac Deoda-
to Epiſcopo Senenſi, ubi quarumdam plebaniarum
cauſa agitabatur.

VII. 7. ANDREAS an. 742. in Piſana ſede floruit.

VIII. 8. JOANNES anno 743. uſque ad an. 747. in eo-
dem throno jus dixit.

IX. 9. JOANNES iterum ejus nominis ſecundus E-
piſcopus Piſanus, reperitur ab anno 804. uſque ad
annum 820. in multis inſtrumentis ſubſcriptus.

X. 10. PLATO Piſanæ Eccleſiæ præfuit ab ann.
821. uſque ad annum 826.

XI. 11. JOANNES III. fuit in Concilio Romano
ſub Eugenio II. an. 826. apud Baronium.

(„ PLATO *II. Eccleſiam Piſanam regebat anno* XII.
„ *829. ut conſtat ex inſtrumento conventionis ab eodem*
„ *facta ad favorem Eccleſiæ S. Martini anno XV. Lu-*
„ *dovici, quod in Archivo Archiepiſcopali Piſano aſ-*
„ *ſervatur*. Troncius.)

12. BIURGUS, ſeu Bingus, natione Inſuber, XIII.
Piſanorum fuit Antiſtes anno 837.

13. ZENOBIUS Piſanorum Epiſcopus fuit an- XIV.
no 841.

14. JOANNES ejus nominis IV. coronationi XV.
Ludovici filii Lotharii in Regem Italiæ interfuit,
quam Sergius Pontifex apud S. Petrum ſolemni ritu
executus eſt. Conſule hac de re Anaſtaſium Biblioth.
anno 844.

15. PLATO, ejus nominis ſecundus *a*, floruit XVI
anno 860. memoratur in inſtrumento Lucanæ Ec- *a* 111.
cleſiæ 870. & anno 867 *b*. in Piſanis monumentis. *b* 877.

16. JOANNES V. Piſanæ Eccleſiæ præfuit an- XVII
no 890 *c*. uſque ad ann. 891. *c* 887. Troncius.

17. ARDINGHUS vero 909. XVIII

18. THEODORICUS 911 Germanus natione, XIX.
de quo mentio in donatione Grimoaldi Epiſcopi, de
qua infra.

19. TURRICHIUS autem 917. XX.

20. VOLIGHIDIUS anno 918. Suſpicor hujus XXI.
cum duobus ſuperioribus nomina eſſe Germana; ſi-
quidem Imperator Germanus, cum per ea tempora,
peſſimo exemplo Epiſcoporum electionem ſibi uſur-
paſſet, credibile eſt adhibuiſſe ſuos, qui ſedem illam
ad nutum jubentis adminiſtrarent. Cæterum Dem-
pſterum demiror, qui hos in catalogum Piſanorum
contulerit, nulla ullius auctoritate ſcriptoris ſufful-
tus. Igitur apud ipſum eſto fides ejus narrationis.

21. ULFERIUS Piſanam ſedem obtinuit anno XXII.
920. ut idem Dempſterus narrat.

22. AUNTUS anno 920. XXIII

23. ACTIUS I. vixit an. 924. ex eodem Dem- XXIV
pſtero. Forte idem cum Auntio.

24. JOANNES ejus nominis VI. ex eodem, an- XXV.
no 925.

25. HENRICUS floruit anno 926. apud eum- XXVI
dem. Hi ſeptem ſupra commemorati a Dempſtero,
breviores mihi videntur Pontifices, quam quod ad-
hiberi poſſit fides narranti, tam parum vixiſſe; qui
modo ſequentur, e certiſſimis monumentis ejuſ-
dem Eccleſiæ eruti ſunt, ita ut de eis dubitari non
poſſit.

26. ZENOBIUS, ejus nominis II. Piſanam Ec- XX
cleſiam adminiſtravit anno 930. VII.

27. GRIMOALDUS vero anno 940. uſque ad XX
annum 958. VIII.

Non alia de præclaris Grimoaldi facinoribus ad
illius nomen æternitati conſecrandum tranſmiſſa eſt
ad poſteros, quam inſignis ejus donationis memoria,
quam in cathedralis S. Mariæ ſacrum Collegium, ac
Canonicos, qui certis adſtricti regulis ſub converſa-
tionis forma vivebant, liberaliter effudit. Ea regu-
laris inſtitutio in Piſana Eccleſia olim a Joanne E-
piſcopo anno 890. condita, ſanctiſſimiſque inſtitutis
perpolita fuit, ab ejus deinceps ſucceſſoribus ampliſ-
ſimis redditibus, opibuſque cumulata. Sed cum ma-
joris bonorum partis injuria, & temporum iniquita-
te, tot bellis concuſſa, everſaque a barbaris Italia
naufragium paſſa eſt, illius inopia commotus Gri-
moaldus, ne ea occaſione divini cultus dignitas obſo-
leſceret, regularíſque diſciplina relaxaretur, am-
pliſſimam in eam donationem anno 953. contulit,
eamque Berengarii II. Italiæ Regis, ejuſque Adel-
berti filii auctoritate fulciri, communirique ſtuduit;
cujus ſane donationis inſtrumentum, quod poſterita-
ti tradatur, digniſſimum mihi viſum eſt, quod aliquo-
rum Grimoaldi prædeceſſorum illuſtrem memoriam
complectatur, tum quod ex ea canonicorum Piſanæ
Eccleſiæ inſtitutio regularis vitæ obſervantia excul-
ta, informataque perſpicitur, qui tandem, ut ferunt
temporis profligati mores, in ſecularem vivendi ra-
tionem devenerunt. Annus huic veteri documento,
quod modo proferemus, appoſitus, Berengarii, Adel-

ber-

bertique Regum Italiæ octavus eſt, qui in annum 953. Indictione 11. incurrit, cum aliquot annis Italici Regni Berengarii detrahantur, nimirum ii, quibus per vim regnum tenuerat, ab Othone inde Imp. depulſus. Abeo itaque computi ratio incipiat, quo ſe Othonis fiduciarium profeſſus, abeo regnum, Regiſque nomen recepit, ut in pervetuſto Grimoaldi monumento colligitur, ex Piſani capituli archivio ab originali exemplari delibato, ſumma fide, ac diligentia Pauli Troncii Metropolitanæ Eccleſiæ canonici, vicariique literis excultiſſimi, & in vetuſtis monumentis verſatiſſimi, cui tanto propterea viro ob communicata nobis plura inſerta noſtræ Piſanæ Eccleſiæ hiſtoriæ antiquitatis monumenta debitam gratiam nulla unquam ex animo delebit oblivio. Porro Grimoaldi donatio hujus eſt tenoris.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti æterni.

Ipſius inſpiratione, & reſpectu commotus ego Grimoaldus ſanctæ Piſanæ Eccleſiæ humilis Epiſcopus omnibus in dicta ſancta Eccleſia ſucceſſoribus noſtris, atque ſacerdotibus, ac diaconibus, cæteriſque univerſis in ſacra religione, vel in eadem civitate, vel ubicumque degentibus, ſive hominibus fidelibus Piſanæ civitatis ſit notum. Quoniam antiquitus a compluribus prædeceſſoribus noſtris in Epiſcopio ejuſdem civitatis, id eſt, in Eccleſia ſanctæ Genitricis Dei, ſemperque Virginis Mariæ ordinata eſt congregatio canonicorum fratrum, in qua omnia neceſſaria haberent, ut abſque ulla indigentia ibidem ſine intermiſſione ſervirent omnipotenti Deo, ſuæque Genitrici, quod etiam apertius credi poteſt, quod per antiquos ſacerdotes recordari ſe dicunt, quod bonæ, & recolendæ memoriæ Joannem, Platonem, itemque Joannem venerabilibus Præſulibus horum omnium temporalibus inclyta, vel præclara fuiſſe refertur congregatio ipſa ſancta. Demum poſt illos ſecutus eſt D. Theodoricus Ultramontanus genere. Hic comperiens eandem congregationem ad paupertatem nimiam redactam propter tempora dura, quæ præceſſerant, & quæ inſtabant, doluere multum. Contigit itaque Adalbertum illuſtriſſimum, atque magnum Marchionem per id tempus, & juſſionem Berengarii magni, atque præclare Regis generalem placitum habuiſſe, in quo reſidebat cum eo Odelbertus Epiſcopus civitatis Lucenſis miſſus, & diſcurrens per totam Tuſciam, & judices cæteriſque boni homines cum eo. Sed cum in eodem Piſane comitatu cepiſſet idem præfatus Theodericus Epiſc. quemdam titulum ſanctæ Mariæ vocabulo notatum in villa quadam, quæ dicitur Mezzana ſita cum caſis, & rebus tam domnicatis, quam & maſſaricis tam in eadem villa, quam & in alio fundo confinia, quam Con presbyter jam ad manus ſuas detenuit eidem titulo ſanctæ Mariæ pertinentibus cum terris, vineis, olivetis, ſylvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis omnia in omnibus rebus tam domnicatis, quam & maſſariciis cum fundamentis, & omnibus ædificiis, vel univerſis fabricis ſuis, quantum ubique in quibuslibet locis, vel vocab. ad iſtum titulum ſanctæ Mariæ pertinentibus, vel aſpicientibus in integrum ad præfata congregationis Epiſcopii canonica omnibus ibidem fratribus degentibus ad ſumptum tradidit, & conceſſit; deinde vero dominus Vuolferius, & Zenobius Epiſcopi ſimiliter præfata congregationi tradidit, & donavit duo petiis de terris, qui ſunt vineis in locu, & finibus calci prope curte domnicata ipſius Eccleſiæ Epiſcopatus ſanctæ Mariæ, has iſtas duas petias de terris, quæ ſunt vineis admembrata iiſdem finibus canonicis conceſſerunt. Proinde modo ego Grimoaldus Epiſcopus Dei inſpiratione, vel molimine compunctus, ut dum vivo in hoc ſeculo de futuro medelam parere aſſiduam tractare debeo, idcirco providi ego iſtum titulum ſanctæ Mariæ, cum omnibus rebus ad eam pertinentes, cum prædictis petiis de terris, qui vineis in prædicto loco calci, cum ſcupeto, & cerreto, ſeu ſylva, & monte, ſicut ſupra legitur; inſuper per hanc paginam ipſorum fratrum do, atque conſtituo, ſimiliter concedo idem omnem redditum, & debitionem, ſeu offertas illas, quas ſingulis hominibus ad prædictam Eccleſiam domum ſanctæ Mariæ Epiſcopii noſtri conſuetudine, vel debiti ſunt reddendi, atque in antea fuerint tam labore, quam vinum, ſimulque beſtiis, vel argentum, aut de quibuslibet frugibus terræ, vel quaſcumque res, vel movilia, quæ dici, vel nominari poſſumus omnia, & in omnibus, quæ ad ipſam ſanctam matrem Eccleſiam hominibus per conſuetudinem debiti ſunt reddendi, aut fuerunt in integrum ad præfatam canonicam congregationis fratrum omnibus degentibus ibidem ad ſumptum trado, & concedo, atque habendum ſtatuimus abſque omni ſubtractione, vel deminoratione univerſorum hominum, ſive ſucceſſorum meorum Præſulum, ipſorumque miniſtrorum cunctorum: ſi quis vero contra hanc chartulam ſtatutam paginam venire tentaverit, aut eam infringere, vel diſrumpere quæſierit per ſummiſſas perſonas hominum, vel per ſemetipſos, quovis ingenio, ſint ſub anathemate vincti, quos beatus Paulus Apoſtolus in ſuis epiſtolis commemorat dicens eos, qui non dicunt Dominum Jeſum Chriſtum venturum, & Arriana ſubjaceat injuria, & cum Dathan, & Abiron, quia eos terras deglutivit, & deſcendant vivi in infernum, ſic eos deglutiat, & participent cum ipſis, & cum hæreticis, atque cum Juda traditore habeant partem, per omnia in ſempiternum fiat, unde hanc ſtatutam conceſſionis noſtra paginam terminandam notariis dominorum Regum ſcribere rogavi.

Actum Piſa, hoc factum eſt anno D. noſtri Berengarii, & Adelberti filii ejus gratia Dei Regum, regni eorum auxiliante Domino 8. iij. Non. Decemb. Indict. 11.

Grimoaldus, gratia Dei, hujus ſanctæ Piſanæ Eccleſiæ humilis Epiſcopus in hac ſtatuta conceſſionis pagina a me facta ſubſcripſi.

Theutpaldus judex dominorum Regum in hac ſtatuta conceſſionis pagina rogatus teſtis ſubſcripſi.

Albonus rogatus a Grimoaldo Epiſcopo me teſte ſſ.

Ego Gumberto rog. a Grimoaldo Epiſ. me teſte ſſ.

Andreas judex Domini Regis ſubſcripſi.

Ego Conrado rog. a Grimoaldo Epiſcopo me teſte ſſ.

Ego Raynerius rog. a Grimoaldo Epiſ. me teſte ſſ.

Ego Conrado notarius dominorum Regum rog. teſtis ſubſcripſi.

Ego Terminandus notarius DD. Regum poſt editam complevi, & dedi.

Ego Uguccio D. Imperatoris Federici judex ordinarius, & ſacri Lateranenſis palatii notarius authenticum hujus vidi, & legi, & exemplavi.

Ego Ugo notarius Apoſt. ſedis authenticum hujus vidi, & legi, & exemplavi.

Ego Ildeprandus notarius Apoſt. ſedis authent. hujus vidi, & legi, & exemplavi.

28. ALBERICUS Piſanus Epiſcopus Ravennati concilio interfuit, celebrato a Joanne XI. anno 968 [a]. Ind. duodecima, anno 17. Othonis Imperatoris, regni vero 24. ſubſcripſitque diplomati erectionis Eccleſiæ Magdeburgenſis in Archiepiſcopatum. Ejus ſubſcriptio legitur in hæc verba: Albericus ſanctæ Piſenſis Eccleſiæ Epiſcopus conſenſi, & ſubſcripſi. Reperitur vixiſſe uſque ad annum, ſive in anno 983 [b]. XXIX

[a] Vel potius 967.

[b] Imo ad an. 986. Troncius.

29. RAYMBERTUS floruit anno 986. uſque ad annum 991. (*„ſeu potius 996. cujus anni habentur in „ Archiepiſc. Archivo aliqua ejuſdem inſtrumenta. „* Troncius.) XXX.

30. PETRUS item Piſanorum Epiſcopus 1005. quo anno hæc civitas a Sarracenis fuit capta, ita in antiquo manuſcripto chronico apud me. XXXI

31. UUIDO autem 1006. ſub hoc eodem Præſule anno Domini 1012. habet chronicon: *Stolus Sarracenorum de Hiſpania venit Piſas, & devaſtavit eam.* XXXII.

32. LAMBERTUS Epiſcopus Piſanus 1013. cum Epiſcopo Oſtienſi legato populum Piſanum compulit ad arma contra Muſatum Sarracenum Regem Sardiniæ, quem cum fregiſſent, compuliſſentque inſula excedere, illa potiti ſunt, ſuæque juriſdictionis fecerunt. Sed cum iterum Muſatus regnum recuperaſſet, iterum armis Piſanis victus, in ſervitutem abductus eſt. Quamobrem Pontifex Romanus dominos Inſulæ declaravit victores, Epiſcopus vero civitatis ejus Inſulæ Primas eſt dictus. Conſule ea de re Joannem Baptiſtam Pignam de Principibus Ateſtinis, Volaterranum autem lib. 5. XXXIII.

XXXIV. 33. VVIDO de Travella Piſanns ann. 1015. patriæ ſuæ obtinuit Epiſcopatum (1).

Eo Præſule ſicut vetus habet chronicon, Piſani una cum Januenſibus Sardiniam occuparunt:

Anno Domini, ait, 1016. Piſani, & Januenſes devicerunt Sardiniam anno 1018. Rex Mugetus revincit Sardiniam, & eodem anno Piſani, & Januenſes recuperaverunt Sardiniam, & cum Piſani, & Jannenſes in Turritano judicatum eſſet, Januenſes voluerunt Piſanos expellere de Sardinia, & eam ſibi retinere, & quamvis bellum inceperunt, tamen devicti a Piſanis fuerunt; itaque eodem anno 1018. Piſani de tota Sardinia Januenſes expulerunt.

XXXV. 34. * WIDO vero 1019. noſter Epiſcopus non levem operam, ſtudiumque ad regularem vivendi normam, Metropolitanæ Eccleſiæ canonicis adducendis, diſciplinaque perpoliendis defixit, unde ii deinceps egregie exculti, informatique virtutis ingentem famam, opeſque ad vitam ſuſtinendam ſibi pepererunt. * Wido tandem poſt multos pro ſua Eccleſia exantlatos labores ex hoc ſæculo migravit eodem anno 1019. ex vulnere, quod acceperat ab inimicis ſuis; ſepultuſque fuit apud Caſtrum Citorium ſuæ diœceſis: poſt cujus exceſſum Piſana Eccleſia per annos fere viginti ſine paſtore fuit. Idem refert Uberti Archiepiſcopi Piſani monumentum, quod inter noſtra domeſtica documenta repertum ex ſæpe citato Vaticano Codice deſumpta, hic exhibemus ad rerum antiquarum veritatem poſteris mandandam: ſic enim ſe habet.

* Ex App. num. 1.

* Ex App. num. 3.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Nos Ubertus Dei gratia Piſanorum Archiepiſcopus, atque Conſul, recordationem facimus de jure plebium Piſanorum, & contractatas, ut eas olim noſtri anteceſſores habuerunt, & poſſiderunt, & qualiter ab eis alienatæ fuerint, ſicut in ſcriptis invenimus, & ab antiquioribus audivimus. Tempore igitur Guidonis Epiſcopi noſtri prædeceſſoris filii quondam Tenthi de Travalla, noſtra civitas a Paganis deſtructa permanſit Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo decimo quinto. Obeunte Epiſcopo ſupradicto noſtra civitas fere per annos viginti abſque paſtore extitit; ſicque Lucen. Epiſcopatus rogatu Canonicorum noſtrorum, Clericos plebium noſtrorum ordinans, Eccleſias dedicans, noſtras plebes cum Canonicatus parte ſui cum civibus atque ſequacibus fraudulenter ſubtraxit, ſibique retinuit, nomina earum plebium, de Epiſcopatu ad Comitatum pandamus quæ jure proprietate prædeceſſoris noſtri animæ, & corporis retinuerunt. Fuit enim terminus inter nos & Florentinos qui Petraſitta vocatur, ubi in lapide marmoreo, qui adhuc extat, iſta littera habentur, & adhuc vigent; Titus Flaminius, & Titus Quintus Conſules Piſæ Milliario 32. hic poſuerunt fines ſuæ civitatis; ab hinc finis eſt noſtri Epiſcopatus & comitatus plebium. Ergo nomina ſunt hæc: prima Emappolis, quæ, corrupto nomine, nunc Empolis dicitur, cum ſuis confinibus; quam Guido Comes Decimis q. ſubtraxit tempore Gerardi Florentini Epiſcopi. Secunda Burgiat Geneſi, quam Corradus Lucenſis Epiſcopus pignoris loco pro quinquaginta libris ſubripuit anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptimo, quam ad hoc Epiſcopus noſter prædeceſſor paratus fuit ante terminum conſtitutum recolligere, debitumque perſolvere; ipſe vero minime recipere voluit. Taliter quidem poſſeſſa eſt tertia fabrica. Quarta Cojan. Quinta Corraien. Sexta Barbinaſia. Septima Muſian. Octava Lavianenſis. Nona S. Gervaſius. Decima Padulenſis. Undecima Planenſis. Duodecima Trianenſis. Terciadecima Milianenſis. Quartadecima Tripallenſis. Quintadecima Gallenſis. Sextadecima Aquenſis. Septimadecima Sibillianenſis. Ex alia parte inter nos, & Lucenſes terminus eſt ubi dicitur Porta beltradezubi noſtri Epiſcopatus, & Comitatus finis imponitur; ex qua parte Guido Lucenſis Epiſcopus quãdam plebem, quæ dicitur Corvaria, nobis itidem violenter rapuit, ſibique retinuit. Et ex ea parte inter alias tres nobis quas Lucenſes fraudulenter invaſerunt. Prima quidem dicitur S. Felicitas: Secunda Camajora: Tertia Litio. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſexto, ſimiliter inter nos & Vulterranenſes terminus eſt qui Cruſera dicitur, ubi maximus lapis fixus eſt; ibi finis eſt noſtri Epiſcopatus & Comitatus; ex ea parte Teclimas Vulterranenſis Epiſcopus ſeptem plebes injurioſe ſubtraxit. Prima, quæ dicitur Fabrica: Secunda, Pecciolenſis: Tertia, Pinienſis; Quarta Pavanſis: Quinta Patrienſis; Sexta Rivalſenſis: Septima Cejanenſis, quæ ſupraſcripta eſt; & ſunt nomina plebium quas nobis Lucenſes, & alii ſupraſcripti Epiſcopi rapaciter & doloſe ſubripuerunt, anno Domini 1504. jam poſt deſtructam Civitatem ab Agarenis ab inſidiatoribus ſuis extracta frangenorum rupta eſt, & pontes fracti ſunt: Nobilitas ſupradicti Epiſcopi Guidonis fere poſt quinque annos plebes de Epiſcopatu ſuo viſitas eaſque circa Piſanum montem: ſunt quoque apud plebem, quæ Computum nuncupatur exiſtente poſtea per inſultum ab æmulatoribus ſuis vulnere percuſſus eſt, & ſic fugam petiit. Voluit recuperare apud Monaſterium, quod Sexius dicitur, ſanctitas Venerabilis Gualfredi quondam Eracanſi cum Uxore ejus Elteruda, & filiis ſuis nobiliſſimis Piſanis civibus ædificavit cum ſeptem aliis cœnobiis, ſed minime recuperare, abiit apud caſtrum quod Contorta vocatur, ibi ex vulnere mortuus eſt, & ſepulchrum ejus adhuc ibi manet; & poſt obitum ejus ſupradictus Corradus Lucenſis Epiſcopus tempeſtive per vim abſtulit. Et alius terminus eſt ab exitu rivi qui Contenſa dicitur, ab hinc uſque ad portam Beltrade, ibi finitus eſt antiquitus noſter Epiſcopatus & Comitatus anno milleſimo decimo nono; unde noſtri prædeceſſores Epiſcopi & Conſules, ſancta Romana Eccleſia & regiminis quærimoniam fecerunt; unde adhuc quamplures teſtes Clericorum, Laicorum, Procerum, & Militum viventes habemus; etiam quærimonia facta eſt ſupremis Pontificibus Victori, Nicolao, Alexandro, Gregorio II. Urbano, & Innocentio II.

Cæterum optimi * Widonis Epiſcopi morte ſecuta a Joanne XIX. Pooti fice obtinuere, ut ipſorum privilegia, ac bona an. 1022 (2) Apoſtolica auctoritate communiret. Ejus diplomatis exemplar ab originali deſumptum hic inſinuare voluimus: in plumbo vero hæc verba leguntur inſculpta. * Ex Append. n. 5.

JOANNES PAPA XX.

Diploma tale eſt è tabulario Piſano ſicut cætera deſumptum.

JOANNES EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectiſſimis filiis noſtris ſpiritualibus canonicis ſanctæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum. Noſtro quidem ordini congruit, ut maximam curam exhibeamus erga omnipotentis Dei Eccleſias, & ſemper noſtra mens pervigil exiſtat in illos, quos agnoſcimus eſſe Jeſu Chriſti Domini cultores. Igitur notum ſit omnibus hominibus tam præſentibus, quam futuris, quia Canonici Piſanenſis Eccleſiæ devote ſupplicarunt noſtrum Apoſtolatum per Joannem præfatæ Eccleſiæ diaconum, ut confirmaremus illis, & omnibus eorum ſucceſſoribus omnia, quæ nunc retinent ex parte canonica, ubi conſtituti ſunt propter divinum opus perficiendum. Nos autem divino ſpiramine compuncti inclinavimus mentes noſtras ad peragendam voluntatem prænominati diaconi, & cæterorum Deo ſervientium canonicorum. Confirmamus itaque illis quicquid nunc ad præſens retinent, ſive quæ per ſubſequentia tempora in prædicta canonica acquirere poſſunt, id eſt decimationem, vineas, & terras, necnon & reliqua prædia. Quicumque autem, ex his omnibus a jam dictis canonicis auferre tentaverit, ſciat ſe incurrere in laqueum æternæ gehennæ. Inſuper ex auctoritate omnipotentis Dei, & beati Petri Apoſtoli, & noſtra ſciat ſe eſſe excommunicatum, & maledictum, & a communione, & ab Eccleſia ſepara-

(1) Hunc Vuidonem obiiſſe hoc anno 1035. tradit Troncius, atque ex cujuſdam antiqui mſ. Codicis Gamurrinus de familiis vol. 5. p. 293.
(2) At anno 1022. ad Petri Cathedram nondum conſcenderat Joannes. Errorem deſumpſit Ughellus ex documenti Indictione, quod datum dicitur Indictione V. quæ revera in annum 1022. incidit. Legendum itaque XV. pro V. (neque enim Indictio V. cecidit in ullum annum Pontificatus Joannis) & ſic diploma erit expeditum anno 1032. *Troncius.*

paratum, atque cum Juda, & diabolo condemnatum. Similiter ſicut ſuperius miſſum eſt per noſtram Apoſtolicam auctoritatem, confirmamus eis pradium, quod vocatur Pedianum, & reliqua omnia, quæ ſibi abſque tenimente canonice acquiſiverunt, ſeu quæ in antea acquirere poſſunt. Si quis autem præfatum pradium a canonica ſancta Maria auferre voluerit, anathematis vinculo perpetualiter ſe ſciat eſſe condemnatum. Placitum quoque, quod peregerunt prædicti canonici cum archipresbytero Benizone, jubemus per Apoſtolicam auctoritatem, ut nullus dux, ſive marchio, Epiſcopus, comes, vicecomes, vel magna, parvaque hominis perſona audeat illud requirere, vel recapitare; quia tamen ad noſtri Apoſtolatus præſentiam relatum eſt in conſpectu Benizonis archipresbyteri quidquid ipſe per ſtudium ſuæ malignitatis in eos deliquit; qui autem illud placitum requirere præſumpſerit, perpetuæ maledictioni ſubjaceat. Conſtitutum, & peractum eſt hoc præceptum a nobis in perſona canonicorum S. Mariæ, qui ſunt.

Petrus Domini gratia archipresbyter.
Petrus decanus, & cantor.
Joannes archidiaconus.
Joannes presb. & primicerius.
Andreas presbyter.
Albizo presb. & cuſtos.
Dominicus presbyter.
Amalfredus presbyter.
Urſus presbyter.
Bonizo presbyter.
Joannes presbyter.
Leo presbyter.
Theude presbyter.
Vvinizo presbyter.
Albertus presbyter.
Joannes Diaconus.
Petrus diaconus.
Albericus diaconus.
Dominicus diaconus.
Leo Clericus.
Bonusfilius clericus.
Orbertus clericus.

Ut autem verius credatur, & ab omnibus conſervetur perpetualiter noſtris propriis articulis confirmavimus hoc privilegium, inſuper noſtram papalem bullam ſubter imponi juſſimus.

Joannes divina præeunte clementia ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ Apoſtolicus Præſul.

Datum, & ſcriptum per manus Petri cancellarii ſacri Lateranenſis palatii in menſe Madio ind. 3.

* Ex App. tom. 1.

* Sede Piſana vacante, ut habet chronicon, an. Domini 1030. Piſa combuſta eſt die Natalis Domini.

XXXV. 34 * Ugo poſt diuturnum interregnum Piſanæ Eccleſiæ gubernaculis admotus eſt circa ann. 1038 (r). qui haud diu poſtea ſuperſtes fuit.

* Ex App. tom. 1.

XXXVI. 35 ACTIUS hujus nominis ſecundus ſucceſſit Hugoni an. 1041. quem exceſſiſſe tradunt ann. 1044.

XXXVII. 36 OPIZZUS[a] anno 1044. Subſcripſit bullæ Leonis IX. pro Eccleſia Portuenſi anno 1049. Leo vero cœnobium S. Mariæ Inſulæ Gorgonæ Piſanæ diœceſis, Præſulumque Piſanorum reſogiom, ubi Gorgonii ſancti requieſcit corpus, nobili privilegio communivit. Gorgona eſt Inſula maris Tyrrheni apud Plinium, & Melam, Vigo vocatur. Rutilius Numatianus Gorgon eam appellat in ſuo Itinerario.

[a] A Gamurrino de famil. t. 1. p. 102 dicitur Obizzi, & ex familia Opizinga.

Aſſurgit ponti medio circumflua Gorgon
Inter Piſanum, Cyrniacumque latus.
Adverſus ſcopulos damni monumenta recentis
. . . hic vivo funere civis erat.
Noſter enim nuper juvenis majoribus amplis,
Nec ſenſu inferior, conjugiove minor.

Eudoſii Gorgonienſis cœnobii Abbatis, celebriſque Anachoretæ, meminit S. Auguſtinus epiſt. 81. ibidemque commemorat inter cæteros Euſtachium, & Andream monachos vitæ ſanctimonia inſignes anno 398. ut narrat Baronius, Gorgona, Capraria, aliæque Tyrrheni maris Inſulæ ab Anachoretis, monachiſque excultæ fuere, de quibus ſatyrice aliquando luſit idem Rutilius.

Proceſſu pelagi jam ſe Capraria tollit,
Squalet lucifugis inſula plena viris.
Ipſi ſe monachos Graja cognomine dicunt,
Quod ſoli nullo vivere teſte volunt.

Tria hoc loco occurrunt animadverſione digna; primum nobile Gorgoniorum cœnobium, pietate Piſarum Præſulum excitatum, diſtrictioris monaſticæ diſciplinæ aliquando ſeminarium fuiſſe: alterum Piſanis Archiepiſcopis ſecurum aſylum, refugiumque ad evitandam Imperatorum iram extitiſſe: ultimum, ut fert humana conditio, nullum noſtris temporibus pene ejuſdem ſacrati loci veſtigium apparere, imo inter rudera ſqualentia ſanctorum monachorum, non ſine lachrymis ſpectantur veſtigia. Sed quid? nullum ſub ſole perpetuum; terit omnia tempus. Porro Leonis diploma ab originali exſcriptum ſic loquitur.

LEO EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Eccleſiæ ſanctæ Dei Genitricis, ac Virginis Mariæ in Inſula Gorgona, ubi etiam corpus beati Gorgonii requieſcit, & per eam tibi Bono Abbati, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Convenit Apoſtolico moderamini recte petentium adimplere deſiderium, & juſtis ſupplicationibus impertiri ſuffragium, quia poſtulaſti a nobis fili chariſſime, quatenus concederemus, & confirmaremus, ſeu corroboraremus tibi, tuiſque ſucceſſoribus per noſtri privilegii paginam monaſterium in honorem S. Mariæ Matris Domini dedicatum, & in Inſula Gorgona poſitum, quæ Inſula ſicut in S. Petri privilegiis legitur, ſub jure, & ditione S. Matris noſtræ Romanæ conſiſtit Eccleſiæ. Igitur inclinati precibus tuis concedimus, & confirmamus, ſeu corroboramus tibi, tuiſque in perpetuum ſucceſſoribus per hujus noſtri privilegii paginam ipſum monaſterium cum prædicta inſula, ut ſemper ſint monachorum habitacula, ne fiat ſpelunca latronis, quæ prius fuit domus orationis. Abbas ſiquidem in eodem cœnobio nunquam ordinetur pro pretio, ſed qui ſecundum regulam S. Benedicti cum fratrum conſilio invenitur melior in ipſo monaſterio; & quæcumque a viris religioſis, & Deum timentibus in uſum, & ſumptum monachorum inibi Deo ſervientium conceſſa, vel in perpetuum concedenda ſunt, ſive ex hac parte maris, ſive ex alia per hanc noſtram præceptionem, confirmationem confirmamus, & corroboramus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, ſtatuentes apoſtolica cenſura, ut nullus Imperator, nullus Rex, nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nullus vicecomes, nullus caſteldio, & præterea nullus Epiſcopus, vel cujuslibet ordinis, ſeu dignitatis magna, parvaque perſona contra hanc noſtræ præceptionis, conceſſionis, & corroborationis paginam audeat pertentare. Qui vero hujus noſtri privilegii violator extiterit, anathematis, & excommunicationis vinculo ſit alligatus, & cum Juda proditore Chriſti, niſi reſipuerit, ſit æternæ damnationi traditus. Et qui obſervator fuerit, ab omnipotente Deo benedicatur, & ſpiritualibus gaudiis repleatur. Statuimus etiam, ut a Romano Pontifice Abbas hujus monaſterii accipiat conſecrationis benedictionem.

Datum 17. Kalend. Novembris per manus Federici diaconi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ bibliothecarii, & cancellarii vice domini Herimanni archicancellarii, & Colonienſis Archiepiſcopi anno D. Leonis IX. PP. III. indict. 4.

Vigebat iis temporibus ea conſuetudo, ut Eccleſiarum rectores non modo ſummos adirent Pontifices, verum etiam Imperatores, quorum tunc in Italia arma plurimum poterant, lateq; ſeſe circumferebat auctoritas: ac ſæpius uſu venit, eadem expreſſa, ſervataque eorundem verborum ſerie utrorumque diplomatibus inſerta reperiri. Cum enim Imperatores Epiſcopatuum, Abbatiarum, eorum-

(r) Contra fidem ſupra relati ab Ughello documenti, quo dicitur poſt Vvidonis obitum vacaſſe Piſanam ſedem 30. circiter annis, refert Troncius reperiri in Archivio Archiepiſcopali Piſano documenta, quæ docent Ugonem hac in cathedra ſediſſe an. 1019. & Actium ſequentem an. 1031. Aliquem vero quemdam ab Ughello prætermiſſum an. 1035. Hæc donec proferantur, atque examinentur, ab Auctore noſtro non recedendum arbitror.

rumq; bonorum conſerendorum jus ſibi arrogarent, Præſules, miniſtroſque Eccleſiæ, ut ad ſe confugerent, adegerunt; ſummi vero Pontifices, ne ſibi divinitus conceſſam auctoritatem obſoleſcere, ac deteri paterentur, ad eam ſervandam, exercendamque libenti animo plures locis, perſoniſque eccleſiaſticis prærogativas contulere. Quæ res ita Opizone Piſano Epiſcopo cecidit, ut Canonici cathedralis Eccleſiæ illius gratia fulti, ab Henrico Imperatore an. 1050. jura propria, & privilegia rata, firmaque haberi obtinuiſſent; lapſis inde ſex annis eamdem gratiam a Victore II. eblandita bona, ac privilegia communiri, ſediſque Apoſtolicæ fidei, ac clientelæ commendari, inſigni hoc diplomate promeruerunt, in quo fratres appellantur canonici, cum ſub Prioris unius obedientia, certis adſtricti regularibus diſciplinis, ſimul verſarentur. Victoris bulla ita ſe habet ex originali.

VICTOR EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Chariſſimis in Chriſto filiis noſtris Canonicis ſanctæ Dei Genitricis, & perpetuo Virginis Mariæ, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum.

Juſtis, & rationabilibus petitionibus benevolus debetur conſenſus, quæ enim divinæ religioni nihil auferunt, in futurum autem utilitati hominum multum conferunt, profecto concedenda, & expetenda ſunt. Quapropter notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, præſentibus ſcilicet, & futuris qualiter fratres Piſanenſis Eccleſiæ de canonica S. Dei Genitricis M. ſicut prædiximus, noſtrā adierunt clementiam rogantes, noſtraq; paternitati humiliter ſupplicantes, quatenus ipſos cum bonis prædicta canonica jure pertinentibus ſub tutelam Apoſtolicæ defenſionis dato eis noſtro privilegio ſuſciperemus, quorum petitioni benevolentia ipſius Apoſtolicæ ſedis cum Deo auctore licet indigni præſidemus, annuentes eoſdem fratres ſub noſtram defenſionem ſuſcipimus, datoque privilegio omnia hæc bona tam in decimis, quam in prædiis, quæ eadem præſcripta canonica nunc jure tenuit, vel in futurum juſte acquiſitura erit, auctoritate Dei, ſanctique Petri conceſſimus, & confirmavimus, ſuper hæc vero pacem quietam, & ſecuritatem eidem prænominatæ canonicæ, boniſque ſuis cupientes ſtatuimus, & confirmavimus ipſa eadem auctoritate Dei, ſanctique Petri, & noſtra, ut nulla perſona parva, ſeu magna audeat, vel præſumat vim, damnum, vel moleſtiam ullam inferre, aut moleſtare, vel quicquam de bonis ſuis ſibi abſque legali judicio, aut canonicali uſurpare. Quod ſi quis, quod non optamus, hujus noſtræ conceſſionis, & confirmationis privilegium infringere præſumpſerit, noſtrique mandati immemor, damnum, vel moleſtiam eis intulerit, aut de bonis prænominatæ canonicæ quicquam ſibi uſurpaverit, niſi reſipiſcat, dignamque emendæ ſatisfactionem fecerit, vinculo anathematis innodetur, qui vero cuſtos, & obſervator extiterit, Apoſtolica benedictione repleatur, & miſericordiam in domino Deo conſequatur. Amen. In plumbo hæc circum circa verba ſunt exculpta.

Victoris II. ſanctæ Romanæ, & univerſalis Papæ.

In medio vero.

Jeſus Chriſtus, Petrus Paulus.
Anno MLV. Pont. I.

Anno 1063. qui ultimus fuit Opizonis Epiſcopi, tertius vero Alexandri II. Pontificis Maximi, Gerardus quidam Piſanæ Eccleſiæ canonicus ſub tutela Apoſtolicæ ſedis ſequenti diplomate receptus eſt.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
G. Ver. canonico ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad Apoſtolicæ ſedis ſpeculam ſublimati, & ad ſollicitudinem, & curam omnium Eccleſiarum non noſtris meritis, ſed divina ſolummodo dignatione promoti oculos diſcretionis, manuſque conſilii debemus avidius extendere, ubi pia religionis exercitia, & ſollicitudinis eccleſiaſticæ inſtantiam comperimus fore. Proinde juſtæ petitionis tuæ, quam reſpectu ſupernæ remunerationis ſuper incolumitate Eccleſiæ S. Mariæ, quæ Piſanæ civitatis dignoſcitur principalis audientiæ noſtræ approba-

A *vimus allatæ auctoritatis noſtræ patrocinium conſulentes exhibemus, & ut magis, magiſque priſtinum devotionis tuæ augeatur ſtudium, benigniſſime exhortamur. Igitur juxta ſinceræ petitionis tuæ affectum canonicam ſupradictæ Eccleſiæ, quam tenes, ſibique juſte pertinentia omnia, & quicquid a te juſte acquiſitum, vel Deo conſentiente acquirendum eſt, Apoſtolatus noſtri auctoritate, & per hujus noſtri privilegii paginam confirmamus per omnia quidem interdicentes, ut neque Imperator, neque marchio, neque Epiſcopus, neque cujuslibet ordinis homo præfatas res agere, vel cauſare, ſeu per aliquod ingenium præſumat diminuere, quod ſi huic noſtræ confirmationi aliquis ex his, quos ſupra memoravimus, debitæ obedientiæ non inclinaverit, & ſupradictis rebus contemptor Apoſtolicæ ſedis aliquo modo nocere præſumpſerit, condigne excommunicationis gladio feriendum, & a communione ſanctæ Eccleſiæ ſe omnimodis noverit eſſe ſeparandum, & inſuper viginti libras auri, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem tibi ſciat ſe eſſe compoſiturum.*

B *Datum Lucæ per manus Mainardi S. Eccleſiæ Silvæ Candidæ Card. Apoſt. ſedis bibliothecarii an. D. Incarn. MLXIII. Ind. I.*

37. UUIDO, ſive Ricbo, Papienſis, fuit Piſanorum Epiſcopus anno 1063. uſque ad annum 1077. XXXVIII.
Hujus memoria extat in Piſanæ Eccleſiæ monumentis, quo vivente jacta ſunt fundamenta ſummæ ædis, ut in marmoreo lapide legitur in hæc carmina.

Quam bene, quam pulchre procul eſt haud ædes ab urbe,
Quæ conſtructa fuit civibus ipſa ſuis
Tempore Riconis Papienſis Præſulis hujus,
Qui Regi ſama notuit ipſe Papa.

Aedis hujus ædificationem incidiſſe in annum 1063. qui primus fuit VVidonis Epiſcopi, fidem facit iis carminibus alia ibidem antiqua marmorea inſcriptio.

Anno, quo Chriſtus de Virgine natus, ab illo
Tranſierant mille, decies ſex, treſque ſubinde,
Piſani cives celebri virtute potentes,
Iſtius Eccleſiæ primordia dantur in ipſo
C *Anno, quo Siculas eſt ſtolus factus ad oras,*
Quod ſimul armati multa cum claſſe profecti
Omnes majores, medii, pariterque minores
Intendere viam. Primum ſub ſorte Panormum
Intrantes rupta portum pugnando catena
Sex capiunt magnas naves, opibuſque repletas,
Unam vendentes, reliquas prius igne cremantes,
Quo pretio muros conſtant hos eſſe levatos.
Poſt hunc digreſſi portum, terraque potiti,
Qua fluvii curſum mare ſentit ſolis ad ortum,
Mox equitum turba, peditum comitante caterva,
Armis accingunt ſeſe, claſſemque relinquunt.
Invadunt hoſtes contra ſine mora fluentes:
Sed prior incurſus mutat diſcrimine caſus
Iſtos victores, illos dedit eſſe fugaces,
Quos cives iſti ferientes vulnere triſti
Plurima præ portis ſtraverunt millia morti,
Converſique cito tentoria littore figunt,
Ignibus, & ferro vaſtantes omnia circum.
Victores, victis ſic facta cæde relictis,
D *Incolumes multo Piſas rediere triumpho.*

De expugnatione urbis Panormi, deque majoris Eccleſiæ Piſanæ ædificatione hæc habet vetus auctor Piſani chronici manuſcripti apud me:

Anno Domini 1063. Piſani iverunt Panormum, & fractis catenis portus, & civitatem ipſam ceperunt, ibique ſex naves ditiſſimas ceperunt, Sarracenis plurimis interfectis, & comburentes naves quinque, unam tantum Piſas deduxerunt mirabili theſauro plenam, de quo theſauro eodem anno majorem Eccleſiam Piſanam inceperunt, & ſequenti anno maximus terræmotus factus eſt.

Anno 1065. Alexander II. ſacratæ hujus cathedralis Eccleſiæ Canonicos privilegio munivit juxta formam alterius, nuper relati Leonis, quod cum ſit iiſdem fere verbis, omittimus; datum eſt diploma Laterani 7. Id. Februarii per manum Petri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconi, atque bibliothecarii anno quarto, Alexandri Papæ II. Ind. 3. in bulla

plum-

plumbea adeſt figura homiois porrigentis manum ad accipiendum clavem cum litteris circumſcriptis, *quod nectis nectam, quod ſolvis ipſa reſolvam*; ab alio latere: *Alexander Papa*. Cæterum Vvido Epiſcopus valedixit huic mortali ſeculo anno 1077. ita auctor antiqui chronici manuſcripti apud me: Ann. inquit, 1077. *Guido Piſanus Epiſcopus, Papienſis genere, obiit 6. Idus Aprilis.*

XX XIX 38. LANDULPHUS, Mediolanenſis patria, Piſanus Epiſcopus Vvidoni ſucceſſit an. 1077. Ejus curæ Inſula Corſica demandata eſt a Gregorio VII. Pontifice, jure, ut inſula, quæ antea Romanæ Eccleſiæ obnoxia, & improborum hominum poſtea tyrannide occupata fuerat, excuſſo depulſoque jugo, ipſius opera Rom. Eccl. reſtitueretur, ac mediam quæſtus, ſive reddituum partem, qui ex cauſarum, quas Apoſtol. Nuncius præſens diremiſſet, deciſione conſurgerent, ad ipſum derivari voluit. De qua re extant ejuſdem Pontificis epiſtolæ lib. 6. regeſt. Hujus meminit Baronius anno 1077. de eodem commemorat Azor. inſtitutionum moralium, Auguſtinus Barboſa de officio Epiſcopi, Vivianus Epiſcopus Inſulanus tractatu de jure patronatus, aliique. Landulphi aſſenſu Leo Abbas cœnobii S. Michaelis in burgo Piſarum a Gregorio Pontifice, ſequens pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus promeruit privilegium; cujus exemplar ab originali conſuluit nobis vir eruditus Maurus de Curſis nobilis Florentinus ejuſdem monaſterii Abbas ex ordine Camaldulenſi, cujus juris eſt ab anno 1099. ut narrat Auguſtinus Florentinus in libro 2. hiſtor. Camald. Gregorii diploma ita loquitur.

GREGORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilecto in Chriſto filio Leoni Abbati monaſterii S. Michaelis Archangeli Piſa conſtituti, tuiſque ſucceſſoribus ibidem regulariter promovendis in perpetuum.

Convenit Apoſtolico moderamini pia religione pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis, alacri devotione impertire aſſenſum: ex hoc enim potiſſimum præmium a conditore omnium Deo procul dubio promerebimur, dum venerabilia loca opportune ordinata, ad meliorem fuerint ſine dubio ſtatum perducta. Proinde poſtulante te dilecte fili quatenus monaſt. cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, Apoſtolicis privilegiis muniremus ob reverentiam beati Michaelis Archangeli, in cujus honorem venerab. locus ille conſtitutus eſt, precibus tuis benevola conceſſione annuendum eſſe deſtinavimus: ſuſcipientes igitur præfatum locum, & omnia ſibi pertinentia, necnon & congregationem fratrum inibi Deo ſervientium in tutelam, & defenſionem ſancta Romana Eccleſia Apoſtolica tuitionis privilegium ex tunc qua per beatum Petrum Deo diſpenante ſuſcepimus, auctoritate concedimus, confirmantes, & corroborantes eidem venerabili monaſterio quæcumque nunc ſunt in terris cultis, aut incultis, ſive in quibuslibet rebus mobilibus, vel immobilibus juſte habet, aut impoſterum Deo opitulante acquirere poterit, quatenus tum ad communem uſum fratrum, tum in tua, quam in ſucceſſorum tuorum providentia, & congrua diſpenſatione inconvulſa, inlibataque permaneant: eadem præſentium auctoritate ſancimus, ut eos, qui pia devotione, & amore cæleſtis patria mundo abrenunciantes ibidem ad monaſticam vitam regulariter ſe conferre voluerint, ſine omni contradictione cujuslibet perſona, ab Abbate, qui pro tempore fuerit, cæteriſque confratribus recipi, ac teneri liceat. Præterea ſtatuimus, & juxta quod beatus Papa Agapito urbis præſcripſit, firma præceptione cenſemus, ut nemo fideles Chriſtianos in eodem monaſterio ſepelire cupientes contradicat, vel miſſam aliquo modo cantare prohibeat, aut eleemoſynas, quas vivorum; aut defunctorum aliquis ibidem deſtinavit, aut pro amore Dei deſtinaverit, inde evellere, vel aliquo modo ſubtrahere præſumat. Si quis vero Regum, ſacerdotum, clericorum, judicum, ac ſecularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtra paginam agnoſcens, contra eam venire tentaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & niſi vel ea, qua ab illo ſunt male ablata reſtituerit, vel digna pœnitentia illicite acta defleverit, a ſacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, alienus fiat, atque in extremo examine diſtricta ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut hic fructum bona actionis percipiat, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniat. Amen.

Datum Florentia iv. Id. Auguſt. per manus Cononis Cardinalis presbyteri anno ab Incarnatione Domini MLXXVII. Pontificatus vero D. Greg. vii. Papa IV. Ind. xv.

Inter cætera vero memoria celebranda, quæ Landulpho Piſis Epiſcopatum gerente contigere, Beatricis comitiſſæ, Mathildis matris inſignis extitit obitus, quæ in cathedralem Eccleſiam inſignia congeſſit beneficia. E vivis illa diſceſſit 18. Aprilis anno 1076. Magnifica, ac funebri pompa a filia adornari juſſa, ſepulchro condita eſt apud cathedralem, ac marmore epitaphii loco, hi duo impoliti incomptique verſiculi inciſi fuere.

Quamvis peccatrix ſum Donna vocata Beatrix
In tumulo miſſa jaceo qua comitiſſa.

Cum vero temporum injuria illius ſepulchrum labefactaſſet, in Metropolitanæ Eccleſiæ fronte collocatum eſt; tum ipſi, tum ejus filiæ monumentum grata poſteritas conſecravit.

Anno Domini M.C.XVI. IX. Calend. Auguſti obiit Domina Matilda felicis memoria Comitiſſa, qua pro anima Genitricis ſua Domina Beatricis Comitiſſa venerabilis in hac tumba honorabili quieſcentis, in multis partibus mirifice hanc dotavit Eccleſiam, quarum anima requieſcant in Pace. Anno M. CCC. III. ſub digniſſimo operario Domino Burgundio Tadi occaſione graduum fiendorum per ipſum circa Eccleſiam ſupradictam, tumba ſupra nominata bis tranſlata fuit, tunc de ſedibus primis in Eccleſiam, nunc de Eccleſia in hunc locum, ut cernitis, excellentem.

De Beatricis morte hæc Donnizo lib. 1. c. 20. commendavit hiſtoriæ.

Plena bonis factis, dictiſque referta Beatrix,
Cunctis chara nimis, magnis, parvis quoque Piſis
Aegra manens vita de præſenti bene migrat,
Octo, decemque dies Aprilis dum ſinis ire,
Chriſti poſt ortum vera de Virgine corpus
Anno milleno bis terno ſeptuageno,
Conditur Piſis; lucem videas Paradiſi.

Sic etiam vetus auctor noſtri chronici de Beatricis obitu, ſepulchro, deque dotatione majoris Piſanæ Eccleſiæ a filia Mathilda agens ſcripſit.

Anno Domini 1077. (juxta Piſanum morem) *comitiſſa Beatrix obiit decimoquarto Kal. Maji, & in magnifica tumba apud majorem Eccleſiam Piſis honorifice ſepulta eſt, ob cujus reverentiam comitiſſa Matilda ejus filia, qua obiit anno Domini* 1116. *Eccleſiam Piſanam in Tuſcia, & Lombardia dotavit pluribus poſſeſſionibus, & honoribus legalibus ſatis plene.* Collatorum in Eccleſiam Piſanam a Mathilda bonorum ingentium pro juvanda Beatricis matris anima, levandiſque illius pœnis mentionem edidit ipſamet Mathilda comitiſſa in ſequenti nobili documento, quod ab authographo exſcripſit olim Chriſtianus Ughellus frater meus germanus, Carmelitani ordinis inſignis Theologus, & in Piſano cœnobio ſtudiorum Regens, ubi immatura morte extinctus quievit anno 1643. dum Prioris Florentini cœnobii munere fungeretur. Documenti verba ſunt hæc *a*.

a Mendis expurgata ex Tronc. ...

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Anno ab Incarnatione ejuſdem milleſimo ſeptuageſimo octavo, & ſexto Kalendas Septembris, indictione decimaquinta, in Epiſcopio ſancta Maria Piſanenſis Eccleſia, ubi nunc D. Landulphus dicta urbis Epiſcopus præeſſe videtur. Ego Matilda filia q. Bonifacii marchionis, atque ducis, qua profeſſa ſum lege vivere Sali-

ca, offertrix, & donatrix ipſius Epiſcopii Piſanenſis, & Eccleſiæ præſens præſentibus dixi. Quiſquis in ſanctos, ac venerabiles locos ex ſuis aliquid contulerit rebus, juxta auctoris vocem, in hoc ſeculo centuplum accipiet, inſuper, & quod melius eſt, vitam poſſidebit æternam. Ideo ego, quæ ſupra, Mathilda marchioniſſa, ac ducatrix dono, & offero a præſenti die in eodem Piſanenſi Epiſcopio pro anima patris, matriſque, & meæ mercede, eo tamen ordine, & ut infra legitur. Id eſt curtem unam, quæ vocatur Scannello, & medietatem curtis Popocli, & medietatem curtis Caſadici, & medietatem curtis Caſadici, & medietatem curtis Luſiliquli, & medietatem curtis montis Ereturii a, *& medietatem curtis Caſtri veteris, & medietatem curtis caſtri S. Ambroſii, domos, colcoles, cum caſtris, & capellis inibi habentes, ſeu cum caſis, maſſaritiis, & omnibus rebus, ſervis, atque ancillis ad ſupradictas curtes, & capellas, ſeu caſtra pertinentibus; Juraque mea, quæ habeo in locis, & fundis S. Petri Barbaroli, & plebis S. Mariæ Barbereſa, & plebis S. Mariæ Goſſi, & plebis S. Burdignani, & ſunt præfatæ curtes cum ipſis jam dictis caſtris, & capellis & cum ſupradictis rebus ad ipſas curtes, & caſtra, ſeu capellas pertinentibus, ſunt inquam per menſuram ad juxta in totum ſexcentis manſis, & ſi amplius de meis juribus, & rebus ad ſuprafcriptas curtes, & caſtra, ſeu capellas pertinere inventum fuerit. Quæ omnia, ut ſupra legitur, per hanc offerſionis chartulam ſupradicti Epiſcopii in poteſtate perſiſtant proprietario jure, ut dictum eſt, & tam prædictæ curtes, & caſtra, ſeu capella cum pertinentibus, cum ſeminibus, & vineis, cum areis ſuis, terris arabilibus, & gerbis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſtallareis, rivis, ripis, ac paludibus, ſeu molendinis, piſcationibus, & venationibus cultis, & incultis, diviſis, & indiviſis, una cum omnibus terminis, acceſſionibus, & uſibus aquarum, & aquæductibus cum omnibus jure adjacentibus, & pertinentiis eorum per loca, & vocabula ad ipſas curtes, & caſtra, ſeu capellas pertinentibus in integrum. Quas autem ſuprafcriptas curtes, & domos, colcoles cum jam dictis caſtris, & capellis, ſeu rebus omnibus ad eas pertinentibus juris mei ſuperius dictis, una cum acceſſionibus, & ingreſſibus, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus ſuis, qualiter ſuperius legitur, in integrum ab hac die in eodem Epiſcopio dono, cedo, confero, & per præſentem chartulam offerſionis ibidem habendum confirmo. Inſuper per cultellum, feſtucam nodatam, Wantunem, & vaſonem terræ, ſeu ramum arboris ad partem ipſius Epiſcopii legitimam facio traditionem, & inveſtituram, & me inde foras expulſam guarpivi, & abſentem me feci, & ad ipſius Epiſcopii proprietatem habendam reliqui, & faciat exinde Epiſcopus, qui nunc eſt electus, & pro tempore in canonica ſupradicti Epiſcopatus S. Mariæ Piſanenſis Eccleſiæ ordinati fuerint, & communiter, & caſte vixerint, eo tamen ordine, ut ſupra legitur, quidquid voluerint pro anima patris, matriſque meæ mercede; ita tamen, ut medietas prædictorum bonorum ſit in ſumptu, & uſu prædicti Epiſcopii, altera vero medietas ad uſum, & ſumptum prædictorum canonicorum communiter, & caſte viventium; Eo tamen modo, ut non liceat Epiſcopo, vel canonicis ſupradicta bona commutare, vel alienare, ſeu locare, aut in beneficium dare, vel aliquo alio modo alicui concedere niſi pro utilitate ejuſdem Eccleſiæ. Quod ſi Epiſcopus non obſervaverit prædicta, uſufructu careat, uſquequo ſe emendaverit, & conceſſio, vel alienatio irrita habeatur, & prædictorum bonorum uſusfructus deveniat ad ædificationem, vel reſtaurationem, vel terrarum acquiſitionem ſupradictæ Eccleſiæ, aut in redemptionem captivorum, conceſſa facultate alicui Clerico, vel Laico, qui hoc pro timore Dei curare voluerit. Quod eodem modo de ſupradictorum canonicorum parte conſtitutum eſt; & ſi dicti canonici canonice non vixerint, prædicto uſufructu careant, uſquequo ad communem, & caſtam redierint vitam, & ſimiliter in poteſtate civium deveniat. Inſuper & hanc conditionem ſupradicto tenore Epiſcopo impoſuimus, ut annuale, vel anniverſarium matris meæ Beatricis honorifice celebretur, & omnia ſupradicta habeant pro mercede animæ matris meæ, patris mei, & meæ ſine omni mea, & meorum hæredum, vel prohæredum meorum contradictione, vel repetitione. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſa Mathilda, quod abſit, aut ullus de hæredibus, ac prohæredibus meis, ſeu qualibet oppoſita perſona contra hanc chartulam offerſionis ire quandoque tentaverimus, aut eam per quodvis ingenium infringere quæſierimus, tunc inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerimus, mulctam, quæ eſt pœnæ auri optimi libras duo millia, & argenti quatuor millia pondera, & quæ repetierimus non valeamus vendicare; ſed præſens chartula offerſionis diuturnis temporibus firma permaneat, atque perſiſtat inconcuſſa ſtipulatione ſubnixa, & pergamenam cum atramentario de terra elevavi, paginam. Hanc chartulam offerſionis tradidi Teuperti notarii D. Imperatoris ſcribendam, & rogandam. In qua ſubtus confirmans teſtibus obtuli roborandum.*

A

Actum in burgo Marturæ feliciter.

B

Ego Mathilda in hac chartula offerſionis a me facta ſubſcripſi.

Ego Ardericus judex interfui, & ſubſc.

Signa manus Roberti filii q. Gulielmi, & Eruero filio q. Arnulfi, ſeu Ordoardo filio Q. . . teſtium lege viventium Salica.

Signa manuum Pagani filii Q. Rodilandi, Gualandi filii q. Sigberti, & Sigberti q. Matthæi, & Gherardi q. Lanfranchi, & Athonis fil. q. Ghiſle, ſeu Rayneri filii, ſeu Sigberti Gandulfi filii q Caroli, & Gerardi filii Goloſuli teſtium omnium lege Longobarba viventium.

Ego qui ſupra Teupertus notarius D. Imp. ſcriptor hujus chartulæ offerſionis poſt traditam complevi, & dedi.

Landulphus vero cum ſediſſet annos tres, mortalitatem explevit, ut vetus auctor noſtri chronici iis verbis enarrat.

Anno 1080. *Landulphus Piſanus Epiſcopus Mediolanenſis genere, obiit octavo Kal. Novemb.*

C

39 GERARDUS Piſanus poſt Landulphum è ſede Piſana jus dixit anno 1081. quo Gregorius VII. eo XL.
conſentiente, in ſedis Apoſtolicæ clientelam, monaſterium D. Zenonis nomine inſignitum ſequenti privilegio accepit. Illius vero authographum in in capitulari tabulario reconditum ſervatur.

GREGORIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilecto in Chriſto filio Leoni Abbati monaſterii S. Zenonis in Piſana urbe, & ejuſque ſucceſſoribus.

Superna miſerationis reſpectu ad hoc univerſalis Eccleſiæ curam ſuſcepimus, & apoſtolici moderaminis ſollicitudinem gerimus, ut juſtis poſtulantium votis attenta benignitate faveamus, præcipueque ad venerabilem locorum quietem ſtabiliendam noſtræ auctoritatis munimen conferre debeamus. Proinde prælibatum monaſterium, cui tu praeſſe dignoſceris, juxta petitionem tuam ſub Apoſtolicæ ſedis defenſione recipimus, & præſentis privilegii decreto cuncta, quæ hactenus jure poſſidere viſum eſt, vel deinceps Domino largiente juſto acquiret, concedimus, atque firmamus, inſuper etiam conſentiente Piſano Epiſcopo decimationes omnium terrarum quas ad dominicatum veſtrum laborare feceritis annuimus adjicientes, ut fidelium oblationes accipere, & eos, qui ſe devoverint in cœmeterio veſtro ſepeliri, necnon etiam quicumque ſeculo renunciantes ad veſtram converſationem venire voluerint, licitum ſit vobis, ſine alicujus contradictione admittere. Quæ omnia ſicut ſcripta ſunt, ut memoratum cœnobium tuum per ſuccedentium temporum curricula ſecure, ac ſine inquietudine firmiter, & inconvulſe obtineat, Apoſtolica auctoritate corroborantes ſtatuimus nullum Regum, vel Imperatorum, Antiſtitum nullum quacumque auctoritate præditum, vel quempiam alium audere de his, quæ eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio jure jam donata ſunt, vel in futurum, Deo miſerante conferat ſub cujuslibet auſu occaſioniſve ſpecie minuere, vel auferre, ſive ſuis uſi

D

bus

a Al. Veturnil.

bus applicare, vel aliis quamviſpiis de cauſis pro ſua avaritiæ excuſatione concedere. Siquis vero Regum, ſacerdotum, clericorum, judicum, ac ſecularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam temerario auſu venire tentaverit, admonitus ſemel, & iterum uſque tertio per convenientes teſtes, ſi non reſipuerit, atque prædictæ Eccleſiæ non ſatisfecerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat; reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. At niſi ea, quæ ab illo ſunt male ablata reſtituerit, vel digna pœnitentia illicite acta defleverit, a ſacratiſſimo Corpore, & ſanguine Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Datum Laterani 4. Non. Martii per manus Petri S. Romanæ Eccleſiæ presb. Cardinalis, ac bibliothecarii anno 9. pontificatus D. Greg. VII. Papæ, indict. 4. 1081.

Sunt nonnulli, qui aſſerant Eugenium III. Papam Zenoniano illi monaſterio Abbatem præfectum, antequam Abbas SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad aquas Salvias, vulgo Trium Fontium, Romæ crearetur. Verum ego evolutis mei Ordinis monumentis, nunquam reperi id cœnobium Ciſterciensi familiæ obnoxium extitiſſe, ac tanquam certiſſimum ad nos ſuperiorum temporum transfudit memoria, Eugenium monaſticum apud Claramvallem habitum induiſſe, Divi Bernardi diſciplina excultum, ab eo Romam, ut Trium Fontium Abbas eſſet, miſſum, è quo illuſtre eſt, quam gratis auctor effuderit, qui ſuas vitæ Gelaſii II. notas adjecit. Sed ad Gerardi Epiſcopi noſtri geſta, è quibus noſtra defluxit oratio, revertamur.

Non aliud inter cætera inſignia de Gerardo celebrat vetuſtas, quam hoc ipſo anno 1081. quo Archiepiſcopalis dignitatis infulas accepit, ab Henrico IV. Imperatore, qui Piſas acceſſerat, ſummam gratiam, familiaritatemque iniiſſe. Exceptus ille a Piſanis, Gerardoque Antiſtite ſumma amoris, & obſervantiæ ſignificatione ſuerat, ad quorum fidem inſigni aliquo munere decorandam, ampliſſimum diploma impertiit, quo maximis immunitatibus aſfecit cives. Aſſervatus hactenus in publico urbis tabulario, e quo accuratiſſimum exemplar Felix Contelorius, Vaticani Archivii Præfectus, vir eruditione inſignis, deceрſit, & exſcribendi mihi poteſtatem fecit, ac pro ſua humanitate, quam erga me magnificentiſſime communicatis pluribus ad opus noſtrum exornandum monumentis, explicuit, quamque nos nunquam ſat dignis laudibus commendare poterimus. Diploma, quod fecit Henricus, referri curavit in hunc modum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia Rex.

Notum ſit omnibus Chriſti noſtriſq; fidelibus tā futuris, quam præſentibus. Qualiter nos conſilio noſtrorum principum fidelibus noſtris Piſanæ urbis civibus, quod rogaverunt conceſſimus: ſiquidem annuimus, & firmiter ſtatuimus quemquam hominum, niſi communi conſenſu eorum, nec caſas apprehendere, nec diſſipare, nec ſigillare infra civitatem Piſæ, neque in burgis, ſi foras civitatis habuerint tenimentum, nec muros iſtæ civitatis deſtruere, neque opſticare, neque iſtam civitatem igne cremare, nec foderare jubebimus. Et ſi offenſionem miſerimus aliquam ſuper aliquem hominem, ſive de aliquo crimine cum duodecim ſacramentalibus abſque pugna excepto de vita, aut de membris, aut de honore noſtro ſi ei probare voluerit ille, quibus conſilium cum eo invenerit; nec bannum tollemus niſi per legem, nec homo capi etiam a nobis de iſta civitate, vel burgis, niſi legem facere prohibuerit, & allodium in civitate, vel foris non habuerit. Nec hominibus præparatis ad navigandum iter prohibemus, niſi ſtudioſe hoc fecerint propter querimoniam de eis factam, & ſi culpaverimus aliquem eorum, quod ab hoc ſe præparet, ut juſtitiam poſſit evitare permittemus eum ſacramento ſuo ſe defendere. Et ſi aliquis eorum in itinere fuerit, mulierem ejus in diſtrictionem non mittemus, & de tenimento, quod aliquis tenuerit propter beneficium, quod a nobis tenuerit, eum non diſveſtiemus, niſi per legem, & conſuetudines quas habent de mari, ſic eis obſervabimus, ſicut illorum eſt conſuetudo. Et illum ſuper quem reclamatio venerit de terra, ſi guarentem habere potuerit, vel poſſeſſionem per legem jurare voluerit, per pugnam fatigari non ſinemus, & hominibus de alia civitate, aut de alio caſtello, vel de alia villa, vel de alio ſignoratico legem non faciemus de Piſanis hominibus, niſi illi de iſtis locis, vel eorum ſeniores, qui offenſionem fecerint, legem faciant prius Piſanis hominibus fodrum de caſtellis Piſani comitatus non tollemus, niſi quomodo fuit conſuetudo tempore Ugonis marchionis, hominibus in villis habitantibus de eorum comitatu fodrum non tollemus, nec aliquam conſuetudinem ſuper imponemus, niſi quantum tres meliores homines propter ſcarzones per villas, & caſtella juraverint quod eorum conſuetudo fuit tempore inſtr. Ugonis, quod ſi jurare noluerint, jurare conſtringemus caſtaldionem, vel aliquem noſtrum miſſum in ſupradicta civitate, vel comitatu eorum ad placitum faciendum eis ſupereſſe non ſinemus, de alio comitatu puella, nec vidua maritum interdicemus in comitatu Piſano, nec pretium inde invite tollemus, nec inviſo alicui conjugabimus M. . . . . calciam in villis comitatus eorum fieri non ſinemus, niſi ſecundum conſuetudinem temporis Ugonis ſacramentis, ſicut inſtrumentum eſt diffinitum Albergariam in proprietate alicujus abſque voluntate illius cujus proprietas eſt, non faciemus in iſta civitate, vel prope eam uſque ad medium milliarium. Terras, quæ fuere paſcua, vel paludes iſtas ante prædia illorum, vel Eccleſiarum, & communia paſcua jurata, vel non, tam occaſione paſcuorum occupatas, eis non tollemus, nec laborare faciemus, & eis laborare non contendemus, vel per nos aliquis uſque ad illos fines, quod laudaverint homines ab eis electi ad hoc officium, qui juſjurando affirment ſe bona fide æſtimaturos, & terminaturos illas terras, quæ fuere paſcua, vel paludes, & illis demonſtrandis, quæ ad paſcua, quæ ad culturam debeant remanere, & nullo amore, vel odio hoc prætermiſſuros, & illos, ſi noluerint, ad ſacramentum diſtringemus, & quod ipſi laudaverint eis in alium ſtatum tranſmutare per bonam fidem prohibebimus, quod ſi diſcordaverint in eligendis prædictis hominibus, nos eligemus, & jurare diſtringemus. In Roma, & ab ipſa Roma uſque Papiam nullum ripaticum dabunt in eis mercatis, & locis, ubi iſti ſoliti ſunt ire, & ſuos, aut ſe jam ad mercandum iviſſe poſſunt ratione probare, & illi negociatores, qui ad Piſam ire voluerunt, non prohibebuntur. Nec marchionem aliquem in Tuſcia mittemus ſine laudatione hominum duodecim electorum in colloquio facto ſonantibus campanis, a fauce Arni uſque ad Ripaltam eos euntes, & revertentes per Arnum prædari, aut aſſaltum facere non permittemus niſi fortaſſe per meritum. Aldium, quod eſt in ripa Arni ex utraque parte a mari uſque ad Orticariam non ſinemus impediri ultra muros antiquos civitatis, & ab antiquis muris uſque ad Arnum ad communem utilitatem liberabimus. Nec domum in prædictis terminis elevari uſque ad triginta ſex brachia interdici permittemus. Et ut hoc firmum, & inconvulſum ſit, hanc chartam ſcribi juſſimus, quam noſtra manu, ut infra videtur, corroboratam ſigilli noſtri impreſſione fecimus inſigniri. Injunximus etiam, ut ſi aliqua navis fuerit retenta a Cajeta uſque ad Luni, nullus audeat deprædari, neque invadere bona ipſorum Piſanorum, ſiquis autem hujus præcepti noſtri violator extiterit, ſciat ſe ducentas libras auri optimi compoſiturum medietatem noſtræ Cameræ, & medietatem illi, cui ſit injuria.

Signum D. Henrici IV. Reg. Invictiſs.

Burchardus Cancellarius vice Sigeriani Archicanc. recognovi.

Anno Dominicæ Incarn. milleſimo octuageſ primo, indict. 4.

Datum Piſis anno autem ordinationis Domini Henrici IV. Regis vigeſimi quarti, regni 26. actum feliciter in Chriſti nomine. Amen.

Anno 1084. Gerardi vero tertio, cum Eccleſiæ cathedralis Canonici, epiſcopi auctoritate freti ad Henricum eundem IV. Imperator. pro confirmatione jurium, ac privilegiorum confugiſſent, ampliſſimum retulere indultum, in quo perhonorifica aliquot illuſtrium virorum mentio fit, qui ea tempeſtate opibus, generis claritudine, ac potentia floruerunt. Conceſſit inter cætera Imperator omnes Guaringangas, quod verbum obſoletius immunitatem ſonare arbitror, cum eodem inquinatiore verbo, jam antiquato, in ſuis diplomatibus, Piſanis canonicis impertitis, ut videbimus, utatur. Privilegii vero exemplar in Florentino Reformationum archivio aſſervatur, è quo noſtri Troncii opera decerptum in lucem volumus collocare.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Juſtis petitionibus facilis debetur aſſenſus, & piis petitionibus promptus pro poſſe affectus. Ideoque inclinatus amore Dei, & ſanctæ Eccleſiæ, noſtrorum principum interventu, in præſentia venerabilis patriarchæ Aquileienſis, & laudabilis Paduenſis Epiſcopi, aliorumque multorum RR. Epiſcoporum, nec non in præſentia marchionis Alberti, & Raineri item marchionis, & Ugonis comitis, cæterorumque noſtrorum principum concedimus ſylvam tomulum Piſanorum a faucibus veſtris Sercli, uſque ad fauces Arni, & a fovea Caccii, uſque ad mare, ad utilitatem, & uſum canonicæ Eccleſiæ S. Mariæ, & . . Piſcaria de ſtagno. Præterea firmamus ejuſdem canonicis S. Piſanæ Eccleſiæ omnia, quæ eorum juris ſunt; videlicet curtem de Pappiana, decimas, prædia, domos, & familias, & cætera omnia, tam privata, quam communia, & imperiali eis liberalitate concedimus, & largimur guariagangas omnes, quæ eorum prædiis adhæreat, ut nulla perſona magna, vel parva audeat eos ex prænominatis rebus inquietare, vel aliquo modo fatigare, videlicet nec marchio, nec aliquis Epiſcopus, nec homo alicujus ordinis. Item ſtatuimus, ut tam perſonæ Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ, quam & res eorum ſub tutela noſtræ defenſionis habeantur, ut ſecuri, & abſque ulla perturbatione poſſint vacare Deo, & ſervitio ſanctæ Matris Eccleſiæ. Si quis autem temeraria præſumptione hujus noſtri præcepti decretum infringere tentaverit, noſtræque conſtitutionis violator extiterit, ſciat ſe noſtræ malæ voluntatis periculum incurrere, & banni noſtri pœnam ſe compoſiturum, ſcilicet centum libras auri optimi, medietatem noſtræ Cameræ, & medietatem ipſis canonicis, qui pro tempore ibi fuerint.

Sign. D. Henrici  *IV. Reg. invictiſſ.*

Burcardus Cancellarius vice N. Archicancellarii recognovi.

Datum 10. Kalend. Junii anno D. Incarn. 1094. ind. 7. anno autem domini Henrici Regis 4. Rom. Imp. iii. regni 28. Imper. 1. actum Sutrii in Chriſti nomine. Amen.

Anno 1088. Piſanos una cum Januenſibus in Africam trajeciſſe, duas Sarracenorum civitates cepiſſe, quorum theſaurum in exornando maximo templo conſumpſiſſe, auctor eſt Anonymus noſter in chronico: *Anno*, inquit, 1088. *Piſani & Januenſes ſimul ſtolum maximum fecerunt in Africam, & ceperunt duas munitiſſimas civitates, ſcilicet Almadiam, & Sibiliam die S. Sixti, ex quibus civitatibus Sarracenis fere omnibus interfectis maximam prædam auri, & argenti, palliorum, & ornamentorum abſtraxerunt, de qua præda theſauros Piſanæ Eccleſiæ in diverſis ornamentis amplificaverunt, & Eccleſiam S. Sixti in coria veteri ædificaverunt.*

Eodem anno 1088. velut alii ſcriptum reliquere anno 1085. Præſule Gerardo ſuperſtite, Piſis è Sardinia translata ſunt corpora SS. martyrum Ephiſii, & Potiti, & in cathedrali collocata inter divos tutelares recenſentur, quorum dies feſtus 13. Novembris hucuſque celebratur; natalis ipſorum apud Romanum Martyrologium decimaquinta Januarii habetur. Ephiſius Noræ in Sardinia apud Calarim paſſus legitur ſub Flaviano judice in Diocletiana perſecutione. Potitus vero in Apulia martyrium conſummavit ſub Antonino Imper. de quo agitur in Rom. Martyrologio die 13. Ianuarii. Piſis autem de eo, & Ephiſio id. Novembris, ſed illa eſt translatio. Potiti corpus ex Apulia Noram ab Angelis delatum ſcribit Franciſcus Fera lib. 1. de rebus Sardois, cum Tricaricenſis Eccleſia in Lucania ſe corpus illius habere glorietur, eumque patronum ſuum præcipue veneretur. Fertur etiam, ut refert Ferrarius, corpus S. Potiti apud Abellinos in Hirpinis aſſervari. At horum martyrum lipſana ſacra huc translata fuiſſe a Piſanis Sardinia potitis, monumenta ejuſdem Eccleſiæ rem adeo claram, & perſpectam faciunt, ut nullus deinceps dubitandi locus relinquatur. De translatione eorumdem è Sardinia in hanc urbem ita cecinit Salvator Vitalis Ecloga 2. de myſtica Sardiniæ fertilitate.

Piſani rapuere, pavor Mavortius orbis,
Sardiniæ rerum domini, dum Rege ſub armis
Muſeto extincto, ſub amica ſilentia noctis
Sacrum onus imponunt navi, auriſque ſecundis
Deveniunt Arni fauces, clerique paratis
Præſule turrito, coram fulgente corona
Magnatum, populi, & majeſtate Senatus.
Mole togarum, ſacratum funus abundit
Eductum, cantante choro, mulcentibus auris,
Omnigenis fidibus redolente vaporibus ora,
Alma in tecta ferunt & ſanctæ Matris eburna
Virginis æde locant: aulam circa illa templi
Forniceam condunt incluſas marmore, & auro
Stellatis urnis, Ephiſi de more piorum
Reliquias Danai, Calaritanique Potiti,
Cuſtodia feris, munitaque clavibus oſſa,
Antiquo pro jure tenent, pio jure tuentur.
Magnos erat quondam Piſis florentibus urbe,
Erga iſthæc zelus clariſſima lumina mundi,
Potitum, Ephiſium: quin & ſolemnia ſoles
Feſta per octo ſolent (olim meliora ſolebant)
Sueta celebrari, mirîs illuſtria ſignis.

Sub eodem Gerardo Epiſcopo Piſis delatum fuit corpus S. Anaſtaſiæ virginis, & martyris per Guillelmum Epiſcopum Populonienſem ann. 1085. reconditum ſub altari majore Eccleſiæ S. Pauli ad ripam Arni, olim cœnobium ordinis Vallis umbroſæ, cujus Eccleſiam conſecravit Eugenius III. apud noſtrum Anonymum nondum typis editum. Obiit Gerardus anno 1086. Hujus rei teſtem haben auctorem veteris chronici Piſani manuſcript. cujus mihi copiam fecit Raphael Roncionius bonæ memoriæ canonicus Piſanus. *Anno*, inquit, *Gerardus genere Piſanus ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus 8. Idus Maji obiit.*

40. DAIBERTUS, ſive Dagobertus, quem alii Daumbertum appellant, Piſanus poſtremus Epiſcopus anno 1088. magnæ virtutis, & perſpicacis ingenii vir, quo Præſule quanta exiſtimatione Eccleſia, civeſque Piſani in aula Romana apud Urbanum II. Pont. Max. florerent, ſequens diploma ejuſdem Pontifici ſad ipſum ſcriptum abunde declarat, quo Corſicæ inſulam, olim a Gregorio VII. Romanæ Eccleſiæ redditam Piſanis Epiſcopis, civibuſque ſub annuo cenſu perpetuo poſſidendam tradidit anno 1091. Documenti exemplar ab originali, quod in archivio reformationum Florentiæ extat, tenoris eſt ſequentis. XLI.

UR-

URBANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Dilecto fratri Daiberto Piſanorum Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Cum omnes Inſulæ ſecundum ſtatuta legalia juris publici habeantur, conſtat etiam eas religioſi Imperatoris Conſtantini liberalitate, ac privilegio in beati Petri, vicariorumque ejus jus proprium eſſe collatas. Intercidentibus autem plurimis divina diſpoſitione judiciorum calamitatibus proprietatis hujus in quibuſdam paſſa eſt Eccleſia Romana jacturam. Cæterum & canonicis, & legalibus inſtitutis Romanæ dignitatis proprietas non prolixitate temporum, non diviſione regnorum ulla diuturnitate poſſeſſionis excluditur. Licet igitur annis plurimis Romana Eccleſia Corſica poſſeſſione caruerit, prædeceſſoris tamen noſtri Gregorii VII. in ejuſdem jus neſcitur auctore Domino rediiſſe. Nos igitur dilectiſſ. fr. noſtri Daiberti Piſanorum Epiſcopi, ac nobilium civium, & chariſſimæ beati Petri filiæ Mathildis comitiſſæ poſtulationibus inclinati, quia multum jamdudum obſequiis Piſanorum glorioſa nobilitas Romanam ſibi Eccleſiam fecit obnoxiam, prædictam Inſulam vice noſtra Piſanæ Eccleſiæ conſilio clericorum Cardinalium, aliorumque noſtrorum fidelium committimus, & condonamus, ita videlicet, ut quamdiu eadem Piſana civitas Epiſcopum non invaſione tyrannica, ſed cleri, & populi electione canonica per Romani Pontificis manus acceperit, quemadmodum Landulphum, Gerardum, & te chariſſime frat. Daiberte accepiſſe dignoſcitur, & quamdiu in ea, quam hodie exhibet Eccleſiæ Romanæ fidelitate perſtiterit, hujus noſtræ donationis, locationiſve gratia perfungatur, ea ſcilicet conditione interjecta, ut per annos ſingulos Lucanæ monetæ libras quinquaginta Lateranenſi palatio, remota qualibet occaſione perſolvat. Hujus ergo noſtræ locationis tenorem inconcuſſum omnino manere noſtra Apoſtolica auctoritate ſancimus, quamdiu, ac ipſi præſcriptæ fidelitatis, penſioniſque tenorem debita devotione ſervaverint. Quocirca ſucceſſores noſtros rogamus, ut tam pro beatæ Mariæ ſemper Virginis reverentia, quam pro nobiliſſimæ civitatis Piſanorum amore, ac familiaritate eamdem honorificentiam Piſanæ Eccleſiæ ſemper impendant: rogamus, & Daiberti præſentis Epiſc. ſucceſſores, & univerſos Piſanæ urbis cives poſt præſentia tempora ſecuturos, ut eandem fidelitatem, eandemque devotionem Romanæ Eccleſiæ ſemper exhibeant, ut firma inter utroſque fides, benignitas, amicitiaque Domino annuente permaneat.

Datum Beneventi IV. Kal. Jul. per manus Joannis S.R.E. diaconi Cardinalis, indict. 14. anno Dominicæ incarn. 1091. Pontif. autem D. Urbani Papæ II. quart.

Dagobertus vero, qui vel ob præclara Piſanorum merita in Dei Eccleſiam, vel quia ipſe trepidis legationibus egregie perfunctus fuiſſet ann. 1092 ab Urbano II. primus Archiepiſcopus appellatus eſt. Corſicæ Epiſcopis eidem pro ſuffraganeis aſſignatis, ut ex ſequenti bulla perſpici poteſt eruta ex Adriana mole.

URBANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Dilecto in Chriſto fratri Daiberto Piſanorum Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Cum univerſis ſanctæ Eccleſiæ filiis, ex Apoſtolicæ ſedis auctoritate, ob benevolentiam debitores nos exiſtamus, illis tamen locis, atque perſonis, quæ ſpecialius, ac familiarius Romanæ adhærent Eccleſiæ, quæque ampliorem ejus gratiam obedientiæ gratiori, officiis frequentioribus, & auxiliis amplioribus promerentur, propenſiori nos convenit charitatis ſtudio imminere. Ipſe enim per prophetam Dominus ait: Honorificantes me honorificabo; *diſcipulis quoque ſuis anguſtiarum, quas pro eo pertulerant, retributionem promittens dixit:* Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit pater meus regnum. *Quia igitur in tanta tamque diuturna ſchiſmaticorum tempeſtate, Piſanorum glorioſa civitas, multis jam dudum laboribus, & obſequiis ſanctam Romanam, & Apoſtolicam Eccleſiam ſibi fecit obnoxiam, tua quoque fraternitas divino charitatis ardore ſuccenſa ob ejuſdem S.R.E. libertatem non ſolum impendit, ſed & ipſa ſuper impendi parata eſt, & noſtris laboribus cooperata, multiſque modis tribulationum particeps effecta, cooperante Domino, beneficiorum meritis reſpondere curamus, ut ſicut nos præteritorum memores ſumus, ita & ipſi tanta gratia favore donati futuris temporibus S.R.E. fideliores, ac devotiores exiſtant, & benigniori matri ſemper auxiliando, adjuvando, obſequendo reſpondeant. Divina ſiquidem Majeſtatis diſpoſitio Piſanæ urbis gloriam noſtris temporibus, & Sarracenorum triumphis illuſtrare, & ſecularium rerum provectibus promovere, ut præ comprovincialibus exaltare dignata eſt. Eapropter & nos divinæ pietatis proſecutores, & cooperatores eam in ſpiritualibus quoque glorificare decrevimus, ſicut prædeceſſores noſtros multis civitatibus olim feciſſe ſcriptorum eccleſiaſticorum teſtimoniis comprobatur. Conſilio itaque confratrum noſtrorum Epiſcoporum, presbyterorum, ac diaconorum Cardinalium, aliorumque noſtrorum fidelium aſſenſu, immo precibus incitati, chariſſimæ quoque beati Petri filiæ Mathildis comitiſſæ, quæ ſe extremis quibuſque pro cauſa Apoſtolicæ ſedis expoſuit, obnixis poſtulationibus inclinati, ad honorem ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis Mariæ, ſanctorumque Petri, & Pauli Apoſtolorum principum Corſicanæ inſulæ Epiſcopatus regendos, ac diſponendos ſanctæ Piſanæ Eccleſiæ, cui auctore Deo, chariſſime frater Daiberte, præſides præſentis decreti auctoritate committimus, atque ſubjicimus, teque frater venerabilis in Archiepiſcopum ejuſdem inſulæ promovemus, idem juris, & idem honoris tuis quoque ſucceſſoribus perpetuo indulgentes, qui cleri, ac populi electione legitima per Romani Pontificis manus intraverint, quemadmodum Landulphum, Gerardum, & te ipſum ordinatos eſſe cognoſcitur. Corſicana etenim inſula, tam prolixitate ſpatiorum, quam negligentia paſtorum, tam inſolentia Dominorum, quam noſtrorum diſſuetudine legatorum, multis intervenientibus impedimentis, ab Apoſtolicæ ſedis obedientia, ac devotione deferbuit, & diſſolutioni, ac diſſipationi dedita eccleſiaſtici ordinis pene deſeruit diſciplinam, quam profectæ tua, tuorumque ſucceſſorum vigilantia, quia es illis vicinior, & ſedis Apoſtolicæ familiarior es, in juſtitiæ regulam, & Chriſtianitatis vigorem annuente Domino reformari optamus, atque præcipimus. Unde frater in Chriſto chariſſime veſtræ juriſdictioni, diſpoſitioni, procurationique committimus Eccleſiarum illarum bona ſecundum Deum regenda, defendenda, & quæ male deſtructa, & illicite uſurpata repereritis, in uſus eccleſiaſticos reſtituenda, ut auctore Deo, illic eccleſiaſticæ religionis diſciplina reſerveat. Palleum igitur fraternitati tuæ, plenitudinem videlicet Pontificalis officii ex Apoſtolicæ ſedis liberalitate concedimus, quo jure eccleſiaſtico tantum ad miſſarum celebranda ſolemnia tibi, ac ſucceſſoribus tuis uti licebit, iis tantum qui ſubſcripti ſunt diebus ſolemnibus, id eſt Nativitate Domini, Epiphania, hypopanten, cœna Domini, Paſcha, Aſcenſionis, Pentecoſte, tribus ſolemnitatibus ſanctæ Dei Genitricis, ac Virginis Mariæ, natalitiis S. Joannis Baptiſtæ, ac SS. Apoſtolorum, commemoratione omnium ſanctorum, conſecratione baſilicæ, & ſuffraganeorum Epiſcoporum, ac clericorum, & annuo natalitii tui die, in ſolemnitate etiam beati martyris, atque Pontificis Sixti, cujus indumenti honor efficaci actuum vivacitate ſervandus eſt. Ejus ergo te volumus per omnia genium vindicare. Hujus enim indumenti honor, humilitas, atque juſtitia eſt. Tota igitur mente fraternitas tua ſe exhibere feſtinet in proſperis humilem, & in adverſis, ſi quando evenerint, cum juſtitia erectum, amicum bonis, perverſis contrarium, nullius unquam faciem pro veritate loquentem premens, miſericordiæ operibus juxta virtutem ſubſtantiæ inſiſtens, & tamen inſiſtere etiam ſupra virtutem cupiens, infirmis compatiens, benevolentibus congaudens, de alienis gaudiis, tanquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis ſæviens, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens, in iracundia animi ſine ira terrens.*

Hoc eſt, frater chariſſime, pallei accepti dignitas, quam ſi ſollicite ſervaveris, quod foris accepiſſe oſtenderis, intus habebis.

Datum Anagniæ per manum Joannis S. R. E. diaconi Cardinalis x. Kal. Maij, Indict. 15. anno Dominicæ Incarnationis 1092. *Pontificatus vero D. Urbani Papæ II. anno v.*

Daibertus igitur primus Piſanus Archiepiſcopus fuit, Primaſque inſulæ Corſicæ, ac duarum inſularum, Sardiniæ videlicet, & Corſicæ legatus natus; ſuperius enim Gregorius VII. Laodulpho Epiſcopo Piſano Sardiniæ primatum conceſſerat. Cæterum Daibertus Archiepiſcopus factus, cum Boemundo validiſſimo ſuccinctus exercitu in Syriam profectus eſt, ubi plerique Chriſtianorum principes, ſepulchrum Chriſti recuperaturi ſociatis armis bella gerebant. Ibi ergo cum conſilio, manuque promptus ſtrenue ſe geſſiſſet, eodem Boemundo deprecante, Balduinoque primo Latinorum Rege Hieroſolymitano annuente, primus Hieroſolymitanus Patriarcha adlectus eſt.

Anno, inquit ſæpe citatus auctor Anonymus noſter 1099. *Hieruſalem, & Cæſarea a Chriſtianis ſunt captæ Idibus Julii, cujus victoriæ Piſanus populus fuit & caput, & cauſa, nam Daiabertus Piſanæ urbis Archiepiſcopus extitit dominator, & rector exercitus Piſanorum, ſcilicet* 120. *navium, qui Daiabertus factus eſt in Hieroſolyma patriarcha, ibi remanſit, & poſtea ceperunt multas civitates Græcorum.* Hujus meminit Guillelmus Tyrius lib. 9. hiſtoriæ Hieroſol. cap. 15. ubi illum Daumbertum appellat. Fulcherius Carnotenſis in geſtis Francorum lib. 1. eundem Daibertum vocat. Narrat autem Albericus Aquenſis lib. 7. hiſtor. Hieroſol. cap. 7. Dagobertum ſimoniace Hieroſolymitanam aſcendiſſe ad ſedem. Quod ipſum Sannutus confirmat, chron. cap. 3. additque ſcelere detecto, fuiſſe deturbatum de ſede, provocaſſeque ad Pontificem, a quo cum demum favorabilem tuliſſet ſententiam, in Orientem victorem revertentem, poſtremum diem obijſſe Meſſanæ anno 1107. die 14. menſis Maij, ibidemque tumulatum fuiſſe. Vetus fragmentum Piſani chronici die 16. Maij 1106. Daiaberti obitum contigiſſe obſervat.

Anno, inquit, 1106. *Daiabertus venerabilis Eccleſiæ Piſanæ Archiepiſcopus poſtea per gratiam Dei patriarcha Hieroſolymitanus in civitate Meſſana obijt in pace* 17. *Kal. Julii.* Fulcherius vero lib. 5. ad annum 1104. de Daiaberti exceſſu inquit: *Æſtivo tempore evoluto, neceſſitate Boemundus nimia anxius, raro navigio transfretavit in Apuliam, terra ſua tota Tancredo commiſſa: cum eo tunc tranſilit Daiabertus, qui Patriarcha Hieroſolymorum fuerat, vir prudens, & conſilio pollens. Ivit Boemundus, ut de transmarinis partibus gentem ſecum reduceret. Ivit autem Daiabertus, ut cauſam ſuam, & injuriam ſibi a Rege factam Romano Papæ innoteſceret. Ivit & impetravit, ſed non rediit, quia in via obiit.* Et hunc quidem finem habuit Daiabertus, vir memorabilis, planeque dignus, qui primus Piſis Archiepiſcopatum gereret, primuſque Latinorum, qui in Hieroſolymitano throno ſederet. Involvere ſilentio inſigne monumentum hic noluimus, quod a comitiſſa Mathilda, Daiaberto jam in Patriarcam electo, anno 1100. Piſanis canonicis conceſſum eſt, cujus ad nos exemplum ab originali Troncii noſtri beneficio in manus noſtras pervenit, eademque ſerie jacet, atque illud, quod ab Henrico Imperatore traditum inſinuavit hiſtoriæ.

Mathilda Dei gratia ſi quid eſt.

Sanctis & Domino dicatis locis dignum eſt nos manum noſtræ protectionis porrigere, & in eis pro cœleſti Rege militantibus, de abundantia noſtrarum facultatum ſubſidium præbere. Quapropter omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium, tam præſentium, quam futurorum noverit induſtria; Quod nos ob pium amorem beatæ Matris Domini noſtri Mariæ, & ob remedium animæ matris meæ b. m. Beatricis, necnon & omnium parentum noſtrorum, Canonicos Piſani Epiſcopii in honorem beatæ Mariæ Virginis ædificati, atque res omnes illorum jam acquiſitas, & in futurum acquirendas, tam mobiles, quam immobiles ſub manu noſtræ defenſionis ſuſcipimus, præcipientes, & firmiter per præſentis paginæ ſcriptum ſtatuentes, ut neque comes, neque vicecomes, neque ſcario, neque caſtaldio, neque aliquis publicorum miniſtrorum, neque aliqua magna, vel parva perſona, prænominatos canonicos præſumat inquietare, aut moleſtare in perſonis, aut rebus illorum, atque diſveſtire de omnibus, quæ modo poſſident, & quæ in futurum poſſidebunt abſque noſtræ præceptionis auctoritate. Inſuper etiam omnes villanos in terra dictorum canonicorum habitantes relevamus, & abſolvimus ab omni gravamine, & oppreſſione publicorum miniſtrorum, jubentes, & per hujus noſtri ſcripti auctoritatem firmiter, & inviolabiliter ſtatuentes, ut neque comes, neque vicecomes, neque caſtaldio, neque ſcario, neque aliquis publicorum miniſtrorum ad placitum faciendum ante ſe prædictos villanos compellere, aut ad publica ſervitia ducere, ſeu in terra illorum albergarias facere præſumat. Præterea concedimus, & per præſentis paginæ ſcriptum confirmamus ſupranominatæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, ut liceat canonicis, & miniſtris illius Eccleſiæ habere, & providere abſque alicujus contradictione Silvam tumuli, & guaringas omnes, quæ ſunt in capite terrarum canonicorum, quas modo habent, aut in futurum habebunt, & liceat illis terras ſuas in paludes, & flumina extendere quantumcumque poterunt. Si quis contra hujus noſtræ conceſſionis paginam venire præſumpſerit, quinquaginta libras optimi argenti ſupranominatis canonicis, & item alias quinquaginta Cameræ noſtræ componat, & inſuper noſtræ malæ voluntatis pœnam incurrat. Ut autem hoc verius credatur, & firmius teneatur ſigilli noſtri impreſſione inſigniri mandavimus, & manu propria ſubſcribentes corroboravimus.

Actum eſt hoc feliciter in villa Papiani, & datum per manus Ugonis capellani ſeptimo Idus Junij, anno vero Dominicæ Incarn. M. C. Ind. 8.



(„ *Subſcripſit Daibertus in Concilio Placentino Bulla Urbani II. pro Monaſterio S. Ægidii an. 1095. ut patet ex Baluzii Miſcel. t. 6 p. 384.*)

41. PETRUS Piſanus ex ordine Camaldulenſi monachus, tertius S. Michaelis Abbas, ſecundus Piſanorum Archiepiſcopus creatus circa annum 1103. XLII.

Hic egregius vir Piſanorum claſſi præfectus, quæ trecentorum triremium numerum omnino explebat, adhortante Paſchale II. Pontifice, una cum Boſone presb. Card. legato, poſt vigeſimum ſextum menſem a profectione, expulſis Sarracenis, extincto Rege, Regina, ejuſque filio capto. Piſaſque in ſervitutem abducto, majorem, minoremque Boreales inſulas expugnavit anno 1115. Qua de re Ægidius Card. Viterbienſis in hiſtoria 20. ſeculorum. *Liberatus*, inquit, *Pontifex Piſanos in Agarenos animat. Illi gloriæ piiſſima cupiditate incenſi non niſi victores redeunt. Dum abſunt, Lucenſes Piſas occupant: Florentini impium id factum rati, Lucenſes vi pellunt, Piſani victores non immemores beneficii duas columnas prophyreticas mittunt patriæ ſervatoribus, perpetuum, & Florentinæ pietatis, & Piſanæ gratitudinis monumentum.* Sed de Majoricano bello vetus auctor noſter Anonymus Piſani chronici, Laurentius Tajolus Annal. Piſani manuſcript. Laurentius Vernenſis, Petri Archiepiſcopi a ſacris in ſuo Majolichiſmo, aliuſque Petri ſynchronus Anonymus de captione Hieruſalem, & civitatis Majoricorum per Piſanos facta, qui nondum lucem viderunt, quos nobis communicavit Vivianus Epiſcopus Inſulanus amicus noſter nuper defunctus.

Anno, inquit, *milleſimo centeſimo decimo quarto*,

præ-

præſidente D. Papa Paſchale II. divinus ignis Piſanorum civium animos, & aliarum Tuſciæ urbium populos contra Majoricam accendit. Ipſius enim inſulæ Rex, imo tyrannus crudelis, & peſſimus, licet eunuchus, nomine Nazaredech, innumeram Chriſtianorum multitudinem in vinculis, & carceribus captivam longo tempore cruciaverat. Quapropter Piſanus exercitus in trecentis navibus ad Chriſtianos liberandos in die s. Sixti de Arni faucibus exivit, & cum in Sardiniam deveniſſet, totus exercitus ad portum Capalbi applicuit. Quo in loco fere omnibus diſcordantibus ad pacem reductis, ducatus marini itineris Pedotis committitur, quorum ſigna omnis exercitus contra Majoricam conſequitur. Sed illis tandem in pelagus aberrantibus, & rectum iter ignorantibus dimiſſa Majorica diviſi, & diſperſi in partes Barchinonæ tandem ad portum S. Felicis de Girunda convenerunt. In hujus igitur exercitus adventu tota provincia maximo extollitur gaudio, & exclamat ſe cum Piſanis velle fieri participem Majoricæ triumphi. Quare Piſano exercitui Raimundus Barchinonæ Palatinus comes, & ejuſdem civitatis Pontifex, & comes Ampure, & Rimericus Herbonenſis, & Guillelmus, Potulani comes, Raimundus quoque de Balſo, cum maxima ſuorum equitum, & peditum multitudine unanimiter, & feſtinanter ſe ſociarunt, & ad portum de Salu ſimul applicuerunt, ubi diu demorantes, & frequenter contra Majoricam ire tentantes ventis contrariis mare turbantibus iter ſæpe inceptum perficere non potuerunt. Quare Barchinonæ hyemare propoſuerunt, qui de portu Salu Barchinonam regredientes, multarum navium in littore Barchinonæ ſunt perpeſſi naufragium. Inde igitur alii Piſam inibi hyemantibus, atque rates ruptas reficientibus de virtute divina factum eſt, ut & qui Piſam redierant, & qui Barchinonæ remanſerant in natalitio die S. Joannis Baptiſtæ ad portum Salo convenirent, & idem contra Majoricam iter optatum cum Petro Piſanorum Archiepiſcopo, atque cum Boſone Cardinali Romanæ ſedis legato, & prædictis principibus aura proſpera flante aggrederentur. Sed divina diſponente gratia prius ad inſulam Evisam applicuerunt. In ipſa enim inſula erat ejuſdem nominis civitas in arduo ſita, muris, turribus excelſis, vallo, foſſa, locis paludeſtribus, mari undique munita, præter hæc autem armis innumeris, bellatoribus fortiſſimis elata fervebat. Quapropter ſpem nobis omnem poſſe capi repellebat. Quæ tamen per menſem obſeſſa faciente Dei omnipotentis potentia, cum immani Sarracenorum interfectione capta eſt illa in S. Laurentii feſto, urbs crudelis, & feriſſima. Ejus itaque mœnibus undique dirutis, ejuſque Caſſ. deſtructo, ſuiſque ſpoliis oneratis navibus, cum ejuſdem urbis Gardo peſſimo & impiiſſimo catenis adſtricto, in feſto S. Bartholomæi Apoſtoli ad inſulam Majoricam divina diſpenſatione applicuerunt. Altera ergo die communi colloquio habito, & ſapienti conſilio inito, ut de parte Orientis urbem populoſam, & mœnibus & antemuralibus, maximiſque foſſatis circumdatam ſapienter, atque viriliter aggrederentur. Tertia vero die ad urbem appropinquantes fortiſſimum cum Sarracenis inierunt prælium, & eos perſequendo, & quamplurimos occidendo, in urbem viriliter recludebant. Compoſitis autem ab ingenioſis Piſanorum artificibus Manganis, Gattis, atque ligneis caſtellis, urbem fortiter expugnabant, & cum his machinis urbis mœnia, & mœnium turres potentiſſime rumpebant. Facta tamen maxima murorum, & turrium ruina Piſanos urbem ingredi non ſinebat, quia maxima vi forcium Sarracenorum, atque ligneis caſtellis intus habitis, eis immaniſſime reſiſtebatur; ſicque factum eſt, ut Chriſtianorum caſtellis a paganorum Manganis quamplurimis confractis, & ab urbis mœnibus Chriſtianorum virtute delongatis, Sarraceni Manganis ſe tuendo muros reficerent, & Chriſtianorum exercitum vix timerent. Sed quoniam Dominus ſuos ultra poſſe tentari non patitur, paganorum ruinis, & inſultationi reſumptis viribus, & reformatis Chriſtianis omnibus ſapientiſſime reſiſtitur. Alii namque Chriſtianorum hyeme imminente domos ligneas ædificare, alii caſtella lignea duo alia perficere, atque duo priora reficere indeſinenter laborabant, atque alii Chriſtianorum inſulam terra, marique circuire, & bonis omnibus expoliare, totumque exercitum victualibus ſuſtentare accuratiſſime inſiſtebant. Omnibus itaque Chriſtianorum machinis perfecte conſtructis, confeſtim cum his omnibus inſtrumentis ad urbis mœnia acceditur, ibique Chriſtianorum caſtella contraponuntur ligneis caſtellis Sarracenorum. Factum eſt, ut de ingenio Piſanorum ignis pennatus de caſtello Chriſtianorum per antennam porrigeretur in caſtellum, & comburitur, & divina virtute faciente, & interceſſione beatæ Mariæ Virginis interveniente, cujus purificatio tunc erat celebris Chriſtiano populo, ignis ab ipſo quod comburebatur caſtello ad aliud ejuſdem urbis caſtellum divinitus transfertur, & ſimiliter comburitur. Unde Piſani cives totus Chriſtianus exercitus nimis alacres effecti, & Deo, & beatæ Mariæ Virgini laudes magnificas reddentes ſua caſtella muro novæ urbis, quem ruperant, propinquiora faciunt, atque octavo Idus Februarii novam urbem præliando capiunt, facta multa Sarracenorum ſtrage. Præſumentes igitur de Domini virtute ſua caſtella domos frangendo per urbem captam magnificæ urbi veteri, quæ turribus, & muris, & viris, & foſſis erat circumdata propinqua reddiderunt, & Manganis ſimiliter ad urbem factis vicinis cum machinis, & totis viribus urbem expugnare, & muros frangere fortiter cœperunt. Tandem autem factum eſt, ut conventus, & pacti conſilia comitis Barchinonenſis, & Sarracenorum Regis de Domini inſpiratione, & Piſanorum Archiepiſcopi, & Romani legati, Eccleſiæque Piſanæ canonicorum probitate, atque prudentia diſſiparentur, & penitus fierent irrita. Cum enim Archiepiſcopus, & Romanus Legatus cum clero, & Barchinonenſi comite, aliiſque principibus ad prædicta conſilia audienda conveniſſent, Petrus Albithonis nobilis Piſanus miles armatus celer advenit, & Piſanos urbem expugnare acclamans, conventum diremit, cleroque, atque aliis, qui convenerant ad bellum feſtinantibus prædictus comes triſtis remanſit, & quia ſuo conſilio creditum non fuerat, ſe præliaturum negavit, ſuoſque pugnare prohibuit. Sed divina potentia providens fervorem Piſanorum, & volens miſereri captivorum, urbem magnificam in ſolemnitate cathedræ Apoſtolorum principis per manus Piſanorum civium capi conceſſit multis millibus Sarracenorum utriuſque ſexus interfectis, atque plurimis in captione retentis, ibique Sarracenorum theſaurorum maximas copias invenientes, & eas quique recolligentes ad carcerem perveniunt captivorum, & inde eos extrahentes, maximis cum fletibus diſſolvunt vincula, & catenas eorum. Poſt multa vero gaudia, quæ in Deo habuerant, de captivorum, pro quibus venerant abſolutione, ad tertiam civitatem, quæ Regis Mortadæ fuerat, veniunt, & eam murum rumpendo, & portas ferreas frangendo capiunt, quarto nonas Martii, capta ibi Regis Mortadæ ſorore cum filiis, & filiabus, & nepotibus, & cum maxima copia auri, & argenti, atque palliorum; ſed quoniam ipſa in captivos eis teſtantibus, omnemque Chriſtianum illuc pervenientem miſericordiſſima fuerat, cum ſua progenie eſt reddita libertati; factumque eſt, ut in ipſa inſula Majorica remanente filius ſuæ Reginæ cum fratre, ſuoque filiolo cum Piſano exercitu Piſam ſponte veniret, ibique abrenuntians paganiſmo Chriſtianum nomen cum ſuo parvulo filio ſuſcepit. Quarta vero civitatula, quæ circa regiam Sudam, quæ Caſſarum dicitur, erat conſtructa, per manus Piſanorum capta eſt ſextu Idus Martii. Præter Caſſarum autem duæ remanſerunt turres, de quibus contra Chriſtianos pugnabant quamplurimi Sarracenorum fortiſſimi bellatores; quod Piſani ſufferre nolentes ignem in unam turrium ſubmiſerunt, & eam capiendo alios effugaverunt, & qui remanſerant Sarraceni, contra quos expugnandos unus Piſanorum fortis, & audaciſſimus per ſcalam aſcendit, & ei altero Chriſtianorum ſuccurrente, qui de intus aſcenderat, quinque Sarracenos interficientes, conſpiciente, & admirante toto Chriſtianorum exercitu turrim obtinuerunt quartodecimo Kalendas Aprilis. Videns igitur Rex Burabe, quem Sarraceni defuncto Rege Nazaredech ſibi Dominum fecerant, ſolum Caſſarum remanſiſſe, & diffidens, & deſperans

ſe Piſanorum fortitudini, & ingenus poſſe reſiſtere per marinam fugam cum paucis Sarracenorum, & regiis theſauris tentavit evadere. Sed ſicut Deo placuerat Piſanorum cuſtodias non potuit fallere. Ingrediens etenim in naviculam a Piſanis illico captus eſt, & in vinculis detentus, tandem cum gloria Piſanorum Piſam captivus ductus eſt. Audita itaque Majoricani Regis captura, Chriſtianus exercitus exultans, & Deum laudans, caſtella duo, & mangana conducit ad Caſſarum. Juxta quod erant Barbacana magna latitudinis, & profunda altitudinis, quas ligneis impleverunt, & caſtella ſuper duxerunt. Ex caſtellis ergo ſupereminentibus Caſſari magnis turribus Chriſtiani contra fortiſſimos Sarracenorum recollectos in Caſſaro acriter inſtare cœperunt, & fortiter eos expugnantes de ſuis caſtellis pontem ſuper Caſſarum poſuerunt. De caſtellis autem, & de ponte Chriſtiani contra Sarracenorum certantes multitudine Chriſtianorum eos pariter cum manganis affligente, per pontem Piſani tranſeunt in Caſſarum alios Sarracenorum interficiendo, atque alios in præcipitium mittendo, pluresque intra Caſſarum perſequendo. Vexillum itaque Piſani exercitus ſuper Caſſarum elevatur, & de Sarracenis, & munitionibus habita, & conſummata victoria ab omni exercitu Deum glorificando acclamatur. Ipſius autem Caſſari captio, & tanti laboris, & certaminis conſummatio peracta eſt, tertio nonas Aprilis. Intrant ergo Piſani cives in Caſſarum, & Regias domos, & cameras plenas inveniunt, innumera multitudine utriuſque ſexus nobilium Sarracenorum, quorum alios præcipitando interficiunt, & quamplurimos in vinculis ponentes captivos ad propria ducunt. Quantos autem regios theſauros in palliis, & auro, & argento, atque regiis pretioſis veſtibus, aliiſque innumeris ſpoliis inibi repererunt, deſcribi difficile eſt, quorum magna pars propter cuſtodum incuriam ibidem combuſta eſt, inventis ibi ſuper hæc argenteis crucibus, atque divinis libris, aliiſque eccleſiaſticis ornamentis, quæ ipſi peſſimi Sarraceni deprædati fuerant per provinciam, & alias Chriſtianorum regiones. Deſtructo itaque Caſſaro, omniſque Majorica munitione in ruinam data Piſani cives campum faciunt, & deſtructa urbis grandia, & innumera ſpolia inter ſe dividunt, præordinatis, & conſtitutis Eccleſia Piſana maximis, & pretioſis muneribus in palliis, & veſtibus, & vaſis argenteis, & eburneis quamplurimis, atque cryſtallinis adjunctis ſuper hoc regalium ornamentorum inſignibus. His itaque peractis, omnibus Piſani cives, & totus exercitus captis ſpoliis naves onerant, & in eas intrantes cum omni proſperitate ad ſua loca remeant. Habitus eſt autem Majorica triumphus, & Chriſtiani exercitus glorioſus regreſſus.

Hactenus ille.

Piſani autem Petro Archiepiſcopo adhortante concives in eo bello mortuos tumulo cum elogio rei geſtæ Marſiliæ, Volaterrano lib. 5. Geograph. teſte, in æde Victoris honoraverunt, quod adhuc extat his verſibus.

Verbi incarnati de Virgine mille peractis
Annis poſt centum bis ſeptem connumeratis,
Vincere Majoricas Chriſti famulis inimicas
Tentant Piſani Mahumeti regna profana.
Mane neci dantur: multi tamen his ſociantur
Angelicæ turbæ, cœli que locantur in urbe,
Terra deſtructa, claſſis redit æquore ducta,
Primum ope divina, ſimul & victrice carina.
O pia victorum bonitas? defuncta ſuorum
Corpora claſſe gerunt, Piſaſque ducere quærunt.
Sed ſimul adductus ne turbet gaudia luctus,
Cæſi pro Chriſto tumulo clauduntur in iſto.

Sed nec omittendum videtur hic Majoricenſis Reginæ epitaphium, quod adhuc in pariete Metropolitanæ Eccleſiæ ſpectatur. Illa enim una cum parvo filio Piſas in triumphum ducta, ubi a Petro Archiepiſcopo ſacro baptiſmate expiata, ibidem diem ſuum obiit; filius vero Chriſtianus ſimul, & canonicus majoris Eccleſiæ factus, ad poſtremum Rex Majoricæ, in paternum regnum dimittitur. *Anno Domini*, inquit breve chronicon Piſanum, 1114. *Piſani ceperunt civitatem Majorica, & Minorica, &*

A *Regem occiderunt, & per gratiam Dei omnipotentis ſuus filius nomine Lambertus, poſtea Canonicus ſancta Mariæ factus eſt: & ſua mater Chriſtiana devota ſancta Maria permanſit. Regina vero epitaphium ita proſtat legentibus.*

Regia me proles genuit, Piſæ rapuerunt;
His ego cum nato bellica præda fui.
Majoricæ regnum tenui, nunc condita ſaxo,
Quod cernis jaceo fine potita meo.
Quiſquis es ergo tuæ memor eſt conditionis,
Atque pia pro me mente precare Deum.

Petrus interea noſter Archipræſul non modo vita ſanctiſſima conſpicuus, verum multis præclare, ac ſumma prudentia geſtis, famam ingentem, exiſtimationemque apud omnes, tum ſummam apud Paſchalem II. Gelaſiumque ſucceſſorem, tum apud Henricum V. Imperatorem gratiam collegit, ut ab ipſo, Petro Piſanorum conſule, ac Petro vicecomite, Theobaldoque juriſconſulto flagitantibus ſe, Piſanamque Eccleſiam dato hoc privilegio in imperialem clientelam admiſſus ſit. Documentum habuimus è tabulario Piſano talis tenoris.

B

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Henricus, divina favente clementia iv Romanorum Imperator Auguſtus. Quod & aliis eccleſiis intuitu religionis nonnunquam impartiri ſolemus, hoc præcipue & Piſanam Eccleſiam a nobis impetrare non renuimus. Unde legatorum Piſanæ civitatis, hoc eſt Petri conſulis clariſſimi viri, item Petri vicecomitis noſtri, atque Theobaldi juriſconſulti noſtri fidelis poſtulationibus benignitatis aures accomodantes, prædictam ſanctam Eccleſiam Virginis Dei Genitricis Mariæ in noſtram defenſionem recipimus, eique publicarum functionum immunitatem pia devotione deferimus, quo magis valeat libere divinis miniſteriis invigilare, diviniſque præceptis obſecundare. Præcipientes ergo præcipimus, ne ullus dux, vel marchio, ſeu judex publicus, vel aliqua publica perſona ingredi audeat in Eccleſias, aut villas, loca, vel agros, ſeu quaslibet poſſeſſiones, quos ſub imperio noſtro ſupradicta Piſana Eccleſia jam nunc poſſidet, vel habet, vel in futurum poſſidebit, vel C *habebit, neque ad cauſas audiendas, nec ad fodra exigenda, aut manſiones, vel paratas ibi faciendas, aut fidejuſſores, aut homines ipſius Eccleſiæ conſtringendos, ſed nec præſtationes ullas, aut illicitam exactionem a quoquam hominum ibidem requirendas aliquo in tempore concedimus, ſed liceat his, qui vel nunc in eadem venerabili Eccleſia divinis miniſteriis inſiſtunt, vel in futurum in eorum locum ſuccedent, omnes prædict. ordine res quiete poſſidere, eoque liberius tam pro nobis, quam pro totius Imperii ſtatu divinam miſericordiam exorare. Siquis autem hoc noſtræ ſerenitatis præceptum contemnere, vel in aliquo violare præſumpſerit, ſciat ſe pœnali centum librarum optimi auri obligatione conſtringi, cujus dimidium nobis, dimidium præfatæ venerandæ Eccleſiæ inferant. Ne autem ſuper his omnibus aliqua oriatur ambiguitas, ſigilli noſtri impreſſione præſens inſtrumentum juſſimus ſignari.*

Signum D. Henrici IV. Imp. inviſtiſſ.

Burcardus cancellarius, & Monaſterienſis Epiſcopus recognovit.

Dat. 8. Kal. Julii Indict. ix. anno Dominicæ Incarnatio-
D *nis 1116. regnante Henrico quarto Rege Romanorum, regni anno 10 imperii vi. actum eſt in Chriſto feliciter amen.*

Ego Bonus ſacri Lateranenſis palatii index, authenticum hujus videlicet legi, & hic ſubſcripſi.

Ego Ugo notarius Apoſtolicæ ſedis, authenticum hujus vidi, & legi, & hic ſubſcripſi.

Ego Gerardus notarius D. Imperatoris, authenticum vidi, legi, & exemplavi.

Anno 1118. Petrus, Gelaſium Pontificem in Galliam proficiſcentem excepit, ab eoque in Archiepiſcopali dignitate roboratus, nobili pompa in Corſicam inſulam tamquam Metropolitanus ſeceſſit, ibique honorifice receptus, Maranenſem electum conſecravit, aliorumque Corſicæ Præſulum obedientiam, fidelitatemque recepit.

Poſt deceſſum autem, inquit auctor Anonymus noſter de geſtis Piſanorum, *venerabilis Papæ Gelaſii, Petrus Piſanorum Archiepiſcopus, cum Petro Cardinali Eccleſiæ Romanæ legato, & cum Eccleſiæ Piſanæ canonicis, atque*

cum Ildebrando judice, & Piſanorum tunc conſule, aliiſque Piſanis civibus in Corſicam ivit, ibique honorifice receptus in conſpectu cleri, & populi Corſicani Maranenſem electum, & ipſius Eccleſiam conſecravit, aliorumque Corſicæ Pontificum obedientiam, & fidelitatem recepit, anno Dominicæ incarnationis 1114. (more Piſano) *Poſt eorum igitur honorabilem reditum velox fama Tuſciam, & Longobardiam continuo replevit, reſonans Eccleſiam Piſanam Metropolitanam dignitatem aſſecutam in Corſicam iviſſe, ibique Epiſcoporum, & Eccleſiarum celebrata conſecratione, & Epiſcoporum fidelitatibus receptis, Epiſcopos, & Corſicæ Eccleſias per Gelaſii Romani Pontificis conceſſionem ſuo juri ſubdidiſſe. Unde factum eſt, ut invidia diaboli ſuper alterius bonis ſemper dolens, atque mœrens, immaniſſime bruta corda Januenſium inflaret, & eorum ora ſuperbiſſima piſſime fœdaret.* Proſequitur vetus ſcriptor annal. *Anno* 1119. (more Piſano) *Gelaſius II Papa in retributione tanti doni, quod Piſani Romanæ Eccleſiæ, & toti mundo de Majoricana victoria fecerant, Piſas venit, & conſecravit majorem novam Eccleſiam Piſanorum, & conceſſit Archiepiſcopatum civitati Piſanæ, & dedit, quia uſque tunc tantum Epiſcopus erat. Et nota, quod Papa, quando Piſani iverunt Majoricam, ſuis manibus Piſanis dedit vexillum vermilleum, unde ex tunc Piſana civitas vermilleo utitur ubique vexillo. Januenſes invidia moti de honore, & de tanta temporali, & ſpirituali exaltatione Piſanorum, guerram ſubito inceperunt, damna Piſanis, quæ poterant, inferentes; unde Deo, & glorioſa ejus matre Maria propitiantibus anno ſequenti* 1120. *die ſancti Sixti in porta Veneris Januenſes vicerunt.*

Hactenus ille.

Quod verò ad Metropolitanæ Eccleſiæ Piſanæ conſecrationem ſpectat, quam Gelaſius Pontifex Petri Archiepiſcopi, ac Piſanorum intuitu ſuis manibus ſacravit, dedicavitque, hiſtoriam refert vetus ejuſdem Eccleſiæ codex manuſcriptus.

Anno, inquit, *ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MCXIX* [more Piſano] *indictione* 12. *Kal. Octobris Gelaſius II. almæ Urbis Romæ, & univerſalis Eccleſiæ ſummus Pontifex, novam Piſanorum Eccleſiam in honorem glorioſiſſimæ, ſemperque triumphatricis Virginis Mariæ conſecravit, cui conſecrationi adjutores, & conſecratores interfuerunt quamplurimi, tam Romanæ Urbis, quam Tuſciæ, necnon & Sardiniæ Epiſcopi, ſacerdotum, & diaconorum Romanæ Eccleſiæ Cardinalium multitudo plurima adfuit: Lucana autem Eccleſia, cum ſuis loco poſitis, aliiſque canonicis; ſed & cum Abbatibus, & Prioribus, & reliquiarum vigiliis, & reliquis dedicationis officiis, tanquam ipſa Piſana Eccleſia adſtitit. Romanus igitur Pontifex inter miſſarum ſolemnia ipſius dedicationis die, ipſam ſanctam Piſanam Eccleſiam, tam privilegio, quam ore proprio, coram innumerabilibus turbis Tuſciæ, in Metropolitanam confirmavit ſublimitatem. Tanta ſiquidem clericorum, laicorum, nec non & mulierum multitudo die illa convenit, quantam nullus noſtræ ætatis una die in unum conveniſſe meminerit; ſed & per octo ſubſequentes dies, de urbibus, oppidis, villiſque concurrere non ceſſavit. De criminibus igitur idem Gelaſius Papa conceſſit tali die, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, infra octo dies de indulgentia quatuordecim millia annos, & ab Aſſumptione glorioſæ Virginis Mariæ, uſque ad Nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti conceſſit viginti quatuor millia annos indulgentiæ, & tertiam partem remiſſionis peccatorum. Item ſingula die totius anni conceſſit quadraginta octo annos indulgentiæ, & centum quarantenas. Item in omnibus feſtivitatibus ſanctæ Mariæ Virginis mille annos. Treguas quoq; per octo dies ante, & per octo poſtea ſub anathematis rigore conſtituit: ſane in ipſo ſacroſancto altari reliquias, quas in priori antiquæ Eccleſiæ reperit, condidit.*

Ad reverentiam præterea tantæ conſecrationis, ut in eadem hiſtoria refertur, ipſo dedicationis anniverſario, & in ſecunda feria in Albis, & in Aſſumptione beatæ Mariæ Virginis, equum cum mappa candida ad proceſſionem Piſano conceſſit Archiepiſcopo. Quas proceſſiones procedunt bini, & bini, ſex clerici pluvialibus induti cum ſex vexillis, quibus ſex nuncii civitatis equos commodant coacti per poteſtatem. Et ſic totus clerus paratus, equos ſequitur ordinate. Ipſo quoque die pallio uti, quod eſt celſitudo Pontificalis officii, cum ſex aliis feſtivitatibus anni, ſicut in ipſius privilegio continetur, præter ſolitum morem indulſit. Crucem quoque ante ſe deferri ob inſignem Metropolitanæ legationis honorem, tam per diœceſim Piſanam, quam per Corſicanam inſulam privilegio ſtabilivit.

Poſt hæc Gelaſius aliis privilegiis proſecutus Piſanos, Boreales inſulas in feudum eiſdem conceſſit, ut narrat Laurentius Bonincontrus in hiſt. quæ manuſcript. extat in bibliotheca Vaticana. *Præterea*, inquit, *Gelaſius cum ſciret Piſanos pro adeptione Majoricæ multa expendiſſe, auxiſſeque fidem Chriſtianam, in tanta rei præmium Boreales eas inſulas in feudum eiſdem Piſanis conceſſit, donatque eos vexillo rubeo, cum cruce argentea obtuſis capitibus.*

Cæterum dum Petrus è Piſana ſede jus diceret, è gente Gherardeſca Beatus Vvido Piſis deceſſit, cujus ſacrum corpus in Metropolitana quieſcit. Hujus nobiliſſimæ gentis adhuc extant Florentiæ non temnenda veſtigia, ſive ejus proſapiæ ſpectes alumnos, ſive ſplendorem opum intuearis. Vvidonis obitus incidit in annum 1110. ſequenti vero, qui fuit Petri pontificatus quinto in ſacras divi Matthæi ædes ſanctorum Mamiliani, Luſtri, Vendemii, aliorumque ſanctorum monachorum corpora ex Inſula, cui Mons Chriſti nomen eſt, translata, ſolemnique pompa collocata, poſtmodum in Eccleſiæ illius honorificentiore loco repoſita fuere, ut in ſubjecta epigraphe legitur, quæ inciſa marmore viſitur.

Anno MC.XI. ſexta Maji tempore D. Petri Archiepiſcopi Piſani iſta ſacra corpora SS. Mamiliani, Luſtri, Vendemii, Aurelii, Ruſtici, Infantis, & Gobuldei mart. poſita fuere in hoc ſacro templo D. Matthæi in Ara parvulorum. Poſtea A.D. M.C. LXXIX. idibus Septembris a Reverendiſſimo D. Ubaldo Archiepiſcopo Piſano tranſlata fuerunt intus ad cancellos D. Villana Abbatiſſa A. D. M. D. XCII. pridie idus Julii, tempore Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Caroli Antonii Putei Archiepiſc. Piſ. in hoc digniori loco recondita ſunt. D. Neria de Tortis dicti Monaſt. Abbatiſſa meritiſſima.

Hæc vero inſula olim Artemiſia dicta a celeberrimo monaſterio in ea priſcis temporibus excitato, Montis Chriſti nomen traxit. In mari Tyrrheno jacet non longe ab Iginio, Planoſa, & Ilva inſulis, quæ quidem nullo portu commodo prædita, ſed abruptis undique, ac pendentibus ſcopulis horret, excurritque in mare. Inculta hodie eſt damis tantummodo ſylveſtribus ſubjecta, ex quo Adriadenus Ænobarbus pirata eam cultoribus orbavit; fœdaque maritimis Tuſciæ, Romanæque Campaniæ partibus inuſta vaſtitate, innumeros Chriſtianos miſeræ ſervituti mancipavit, tum illius inſulæ cœnobii monachos, ac colonos in vincula abduxit. In ea inſula jus obtinet Plumbini dominus, quamquam Camaldulenſis Ordo illud ſibi vindicet, ut qui ab Inſulæ dynaſtis cum ampliſſimis privilegiis eam receperint. Ad illius montis cacumina veſtigia pervetuſti monaſterii viſuntur. Quo vero tempore excitatum monaſterium fuerit, hominum memoriam fugit. Sed cum hactenus D. Mamiliani in Monte Chriſti illi hæſerit, ea pervaſit opinio eundem S. Mamilianum una cum ſociis illius conditorem extitiſſe. Legitur in pervetuſto membranaceo manuſcripto codice monaſterii S. Matthæi Piſis, in quo Mamiliani, ſociorumque corpora condita ſunt, Mamilianum, Gobuldeum, Luſtrum, Vendemium, Ruſticum, & Infantem ſocios a Genſerico Vandalorum Rege, Leonis Papæ temporibus, poſt Valentiniani necem, in ſervitutem Roma Carthaginem avectus, cum ille Roma potitus funeſtam cladem Urbi inuſſiſſet, cumulatis, expilatiſque ejus opibus, innumeros Præſules, viroſque dignitate ſpectabiles, tum ipſam Eudoxiam Auguſtam, duoſque ejus filios anno 455. abduxiſſe. Hos porro ſanctiſſimos viros, divino inſtinctu afflatos, naviſque occaſionem nactos, quæ ad Africæ ora appulerat, in Sardiniam

vela

vela feciſſe , atque ad Callaritanam urbem applicuiſſe narratur , ubi cum paulo poſt ingentem ipſis famam, illuſtrata miraculis virtus peperiſſet, ut humanæ gloriæ ſe ſe ſubducerent , ſecretiore quodam receſſu abſcondiſſent , dum porrigeret occaſio , ut inſulam Aretuſam , ſeu Montis Jovis viciniorem peterent . Verum nautæ barbati , Mamilianum ſcilicet, Luſtrum , Vendemium , & Aurelium in locum incluſum Turrajum quondam , nunc Vulturajum appellatum , in quo nullum humani pedis veſtigium apparebat , expoſuerunt , adeo ut herbis ac radicibus , quas ipſis aves afferebant , jejunæ vitæ ſupplicium ſuſtentarent . Paucis vero poſt diebus nave excepti ad montis Jovis inſulam , quam Chriſti vocarunt , appulere , quo in loco vitam eremiticam, aſperimamque agere cœperunt . Mamilianus draconem immaniſſimum , qui montis verticem inſederat , extinxit , divinaque virtute præfocavit , ibique tuguriolum ædificavit . Circumferebat jam late ſervorum Chriſti fama ; cumque dira in Chriſtianos perſecutio ſæviret , Mamilianus inde cum ſociis diſceſſere: ille Sardiniam quodam monte abſciſſis undique, ac pendentibus rupibus cincto ſe recepit; ſocii vero ad inſulam Iginiam ſe contulere, ubi ducta ſanctiſſima vita, ab omni humanæ conſuetudinis commercio , ac labe ſegregata in cœlum evolarunt . At Mamilianus cum imminentem mortem divinitus prævidiſſet , a Deo ſuis precibus promeruit, ut ſacra Romæ loca perluſtraret , divinoque numine inſtinctus mare conſcendit, ad Iginiam inſulam appulit , ubi meritis onuſtus corporis ſolutus vinculis ad ſuperos laborum præmia decerpturus emigravit 19. Octobris anno Chriſti circiter 460. juxta ſociorum corpora ſepulchro mandatus eſt . Cum vero innumera Deus eorum opera miracula explicuiſſet , eorum ſacra corpora ad Centumcellas Chriſti fideles ſummo honore extulere ; inde Paſchale II. Pontifice ſedente Piſas ingenti pompa allata a Petro Archiepiſcopo in D. Matthæi Eccleſia honorifice condita ſunt . Cæterum cum inſulæ Montis Chriſti fama late pervagata eſſet, plures ea tempeſtate Chriſtiani , ac viri religioſi in ea loca , quæ a viris ſanctiſſimis conſecrata fuerant , confluxerunt , ut monaſterium inibi conditum ad ſummam celebritatem aſſurgeret , eoque plures nobilitate ſpectatiſſimi totius Sardiniæ , ac Corſicæ homines concurrerent , muneribuſque ampliſſimis ſacras illas ædes exornarent . Inter cæteros eximia fuit Berlingerii Regis Corſicæ liberalitas , qua cœnobium auxit , ejuſque exemplo plures certatim ſuas opes contulere . Ex ea porro religioſa domo , plurimum pietatis , ac virtutis fama florentiſſimi monachi ſub D. Benedicti regula emerſere , qui deinceps nobiliſſima in Corſica , aliiſque adjacentibus inſulis monaſteria excitarunt . Honorii III. temporibus , ejuſque auctoritate Camaldulenſibus monachis hoc nobile cœnobium ſe aggregavit ; ad hæc uſque tempora illi Ordini injunctum eſt . At ut eſt humanarum rerum conditio, nullos religioſos viros nunc alit , cum omnia illius bona peſſundata exhauſtaque : hinc nec jam dignitatis , & antiquitatis nobile aliud veſtigium manet , quam inter rudera ſqualentia ſaxa , privilegia , atque prærogativæ a Romanis Pontificibus , Regibuſque Corſicæ , ac Sardiniæ dominis conceſſa , quæ temporum injuriam , ac tyrannidem ſuperarunt . Pretioſa monumenta hactenus Camaldulenſes D. Michaelis in burgo aſſervarunt , inter quæ illud Gelaſij II. Henrico Abbati conceſſum, dum Piſis eſſet , cujus exemplar ab authographo deſumptum impertivit Maurus Corſus Abbas , hujus tenoris .

GELASIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei .

Dilecto filio Henrico Abbati monaſterij ſancti Mamiliani , quod in monte Chriſti , tuiſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum .

Nos qui diſponente Domino ad S. ſedis ſervitium promotos agnoſcimus , ut ejus filios auxilium implorantes tueri , ac protegere prout Deus dederit , debeamus . Proinde nos dilecte in Chriſto fili Henrice Abbas tuis petitionibus annu- A *entes beati Mamiliani in Monte Chriſti monaſterium , cui auctore Deo præſides , Apoſtolicæ ſedis protectione munimus . Statuimus enim ne inſulam veſtram nullus , neque cum beſtiis , vel cum aliquo machinamento perturbet , & univerſa , quæ in proxima 12. indictione in Corſica , vel Sardinia , in Plumbino , vel Elba , vel alibi veſtrum monaſterium poſſidet , quieta vobis , & integra conſerventur , in quibus hæc propriis nominibus duximus adnotanda ; in Sardinia Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Scala Heliæ ſancti Gregorii . . & ſancti Mamiliani de Simaſſi cum pertinentiis earum . In Corſica monaſterium ſancti Stephani de Venaco , monaſterium ſanctæ Mariæ de Majaja , Eccleſiam ſancti Pellegrini , & Eccleſiam ſancti Pauli de Conca cum pertinentiis ſuis , quæcumque etiam in futurum annuente Deo juſte poterit adipiſci , firma vobis , veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant . Decernimus ergo , ut nulli hominum liceat idem monaſterium temere perturbare , aut ejus poſſeſſiones auferre , vel ablatas retinere , minuere , vel temerariis vexationibus fatigare , ſed omnia integra conſerventur eorum , pro quorum ſuſtentatione , & guberna-* B *tione conceſſa ſunt , uſibus omnimodis profutura, obeunte te in ejuſdem loci Abbatem, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia , ſeu violentia præponatur niſi quem fratres communi conſenſu , vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem , & D. Benedicti regulam providerint eligendum : ſepulturam quoque ejuſdem monaſterii , & cellarum ejus liberam eſſe decernimus , ut eorum , qui illic ſepeliri deliberaverint , devotioni , & extremæ voluntati , niſi forte excommunicati ſint , nullus obſiſtat . Decimas vero veſtrarum terrarum , quas ubilibet habetis ſine ulla Epiſcoporum , vel Epiſcopalium miniſtrorum actione quietam vobis munere concedimus . Sane laicos , ſeu clericos ſeculariter viventes ad converſionem ſuſcipere nullius contradictio vos inhibeat . Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica , ſeculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire tentaverit ſecundo , tertiove commonita , ſi non ſatisfactione congrua emendaverit , poteſtatis , honoriſque ſui dignitate careat , reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat , & a ſacratiſſimo Corpore , & Sanguine* C *Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat , atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat . Cunctis autem eidem monaſterio juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti , quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiat , & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniat . Amen .*

Ego Gelaſius Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus ſubſcripſi .
Signum manus meæ . Deus in loco ſancto ſuo .

Datum Piſis per manum Chryſogoni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconi Cardinalis Kalend. octobris indict. 12. anno Dominicæ incarnationis M. C. XVIIII pontificatus autem Domini Gelaſii Secundi Papæ anno primo.

Eodem anno 1118. Petrus Archiepiſcopus , una cum ſuis canonicis obtulit Caſinenſi monaſterio Eccleſiam S. Silveſtri in Soaricia cum pertinentiis ſuis prope Piſas , præſentibus ejuſdem Eccleſiæ fundatoribus Odimundo , ejuſque filiis . Conceſſioni præſentes fuerunt *idem Gelaſius Papa , Lambertus Oſtienſis Epiſcopus , Guido presbyter Card. ſanctæ Balbinæ , Chryſogonus diaconus Cardinalis ſanctorum Coſmæ , &* D *Damiani , Ildeprandus judex ſancti palatii Lateranenſis , nunc civitatis Piſanæ conſul , Gerardus conſul Piſanæ civitatis , Henricus conſul Piſanæ civis . Lambertus conſul Piſanæ civitatis . Actum Piſis juſſione Papæ Gelaſii II. conceſſione Petri Archiepiſcopi in palatio Archiepiſcopali Kalendas Octobris indict. 12. anno Domini* 1119. (more Piſano) *ejuſdem Gelaſii pontificatus* 1. Inſtrumentum integrum extat in archivio Caſinenſi in regeſto Petri diac. ejuſque meminit idem Petrus lib. 4. chron. Caſin. cap. 62.

Vixit deinceps Petrus noſter illuſtris Archiepiſcopus ad annum milleſimum vigeſimum ſupra centeſimum , ipſiuſque annum obitus notat fragmentum Piſani chronici : *Anno* , inquit , 1120. *Petrus venerabilis Piſarum Archiepiſcopus obiit .*
His concordat aliud breve chronicon : *Anno* , ait 1120. *Petrus Archiepiſcopus Piſanorum obiit .*

42 ATHO Archidiaconus Placentinus electus eſt Archiepiſcopus Piſanus anno 1120. obiit , ut re- XLIII

fert fragmentum Piſani chronici anno 1122. ita & chronicon breve: *Quo anno*, annales Piſani, *Januenſes irati de prædicta victoria, quam Piſani de ſe habuerunt, ad fauces Arni cum galeis xxii. venerunt. Et tunc Piſani apud majorem Eccleſiam erant cum Papa Calliſto II. qui conſecrabat quadam altaria, & ſic Deo volente accidit, quod Piſani illuc iverunt, Januenſes fugaverunt, & galeas ſex ex ipſis ceperunt. Unde & altarium conſecrationem Januenſium protervia exaltavit, & Piſanorum honorem.* De Athone autem reperi in quodam Anonymo manuſcripto de rebus Piſanis, illum creatum fuiſſe Cardinalem a Calliſto II. Cæterum cum hoc gratis dici videatur, cum apud Pandulphum nulla ejus rei memoria extet, qui alioquin illis ipſis temporibus vixit, ſcripſitque accurate de Cardinalibus, putavi relinquendum in medio. Sub hoc Archiepiſcopo Piſis jacta fundamenta ſunt domus miſericordiæ, duodecim opulentis, ac nobilibus civibus Piſanis, in illud pietatis opus concordiſſime conſpirantibus. Præclare ſane factum, è cujus redditibus, non modo egeſtate marcentibus ſubvenitur, ſed etiam die divæ Mariæ in cœlum Aſſumptæ ſacro 48. puellæ collocantur in matrimonio.

XLIV 43 ROGERIUS Athoni ſucceſſit an. 1123. cum antea Volaterranus Epiſcopus fuiſſet. In aliquibus tabulis hujus Eccleſiæ habetur, hunc Rogerium ſedem Piſanam obtinuiſſe anno 1125. defunctum verum an. 1130. Auctor noſtri fragmenti ejus mortis annum hiſce verbis exponit.

Anno 1132. Rogerius ven. Piſanorum Archiepiſcopus, & Volaterranenſis Eccleſiæ Præſul obiit.

Junior autem Ammiratus in catalogo Volaterranorum Epiſcoporum adfert fragmentum anno 1129. xiii Kalendas Septembris, ubi Rogerius hic gemino, Volaterrani ſcilicet, & Piſani Archiepiſcopatus titulo condecoratur. Inde mihi certa conjectura eſt, utrique Eccleſiæ præfuiſſe ad mortem uſque quod affirmat fragmentum noſtri chronici, ut diximus. Cæterum plurimum debet Piſana Eccleſia Rogerii diligentiæ, qui cum ſuſcepto Archiepiſcopatu prædeceſſoris inſcitia illius majeſtatem admodum defloruiſſe cerneret, doleretque, priſtini illius ſplendoris reſtituendi cupidus, amiſſam pridem inſtituendorum in Corſica inſula Epiſcoporum prærogativam revocare, locique Præſules ad Metropolitæ obſequia adducere ſummis laboribus ſtuduit, atque ab Honorio II. Pontifice promeruit, ut conceſſa Daiaberto prædeceſſori ab Urbano dignitas reſtitui, ſuoque primævo juri aſſeri juberetur. Ea vero cauſa extitit, ob quam Rogerii anteceſſor Atho, præclara illa dicendi divini tot locis juris auctoritate exciderat, quod cum Januenſes Piſanorum gloriæ æmuli bellum atrox iis moviſſent, Calliſtoque II. Romano Pontifici reſcripſiſſent, numquam pacem conciliatum iri, ni Archiepiſcopum Piſanum Metropolitæ dignitate, Epiſcoporumque præficiendorum jure in Corſica exuiſſet, & ad primum ſtatum redegiſſet, in quo antequam Urbanus Daiabertum primum Piſanorum Archipræſulem ea dignitate decoraſſet, verſabatur. Calliſtus ergo cum accenſi belli flammas, ne latius graſſarentur, extinguere cuperet, invitis Piſanis Urbani, aliorumque prædeceſſorum ſuorum privilegia revocavit. Sublato è vivis Calliſto, ac Honorio Eccleſiæ clavum capeſſente, cum inter eos populos etiamnum flagrarent diſcordiæ, Rogerius magnis exaggeratus animis ad eum ſe contulit, Eccleſiæque ſuæ prolatis juribus, quamque injuſte dignitate prædeceſſoribus de Eccleſia, deque Apoſtolica ſede benemeritis conceſſa nudata fuiſſet, Pontificem ad cogendam ſynodum pro communi pace adegit; in ea enim diſcuſſa cauſa, Rogerii Archiepiſcopi, Piſanorumque juribus illuſtratis, inuſtaque iis a Calliſto, nulla ipſorum graviore culpa, injuria demonſtrata, conſentiente ſynodo, Archiepiſcopatus in priſtinam auctoritatem ab Urbano datam vindicatus, ab Honorio in eo ſequenti diplomate, in quo facti ſeries expoſita eſt, confirmatus. Quod ſane monumentum luce digniſſimum e Vaticani archivii tabulario, in quo plurima alia pulcherrima Piſanæ Eccleſiæ monumenta recondita a nobis diligentius ſumma animi voluptate perlecta, delibatum avidioribus animis proponimus.

HONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Venerabili fratri Rogerio Piſano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Ad hoc in ſancta Matre Catholica, & univerſali Romana Eccleſia, quæ juſtitiæ ſedes eſt, nos auctore omnium bonorum Deo cognoſcimus conſtitutos, ut ſuam Eccleſiis omnibus juſtitiam conſervemus, & ſi quid perperam geſtum eſſe noverimus, rationis conſilio ad rectitudinis tramitem reducamus, quatenus & quæ corrigenda ſunt, ordine judiciario corrigantur, & quæ recte ſtatuta noſcuntur, in ſuo vigoris robore perſeverent. Prædeceſſor equidem noſter ſanctæ memoriæ Urbanus Papa juſtitiæ, ac charitatis intuitu, conſilio Epiſcoporum, & Cardinalium, & aliorum fidelium aſſenſu Piſanæ Eccleſiæ, & Daiberto, qui ei præſidebat, ejuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus Corſicanæ inſulæ Epiſcopatus regendos, & diſponendos commiſit, atque ſubjecit. Eundemque Daibertum in Archiepiſcopum inſulæ Corſicanæ promovit, & Corſicanis Epiſcopis, ut ei tamquam Metropolitano ſuo obedirent, per obedientiam præcepit. In magna namque, & diuturna ſchiſmaticorum tempeſtate, quam Romana tunc temporis patiebatur Eccleſia, Piſanorum Civitatem multis laboribus fecit obnoxiam. Corſicana vero tam prolixitate ſpatiorum, quam negligentia paſtorum, dominorum inſolentia, & deſuetudine legatorum ſedis Apoſtolicæ a ſubjectione, & obedientia Romanæ Eccleſiæ deferbuerat, & diſſolutioni, ac diſſipationi dedita eccleſiaſtici ordinis pene deſeruerat diſciplinam. Proinde idem prædeceſſor noſter tot a Piſanis collatorum beneficiorum meritis digne reſpondit, & Corſicanæ Eccleſiæ, quæ Piſanis propior eſt, debita charitate providit. Poſtmodum vero ſucceſſor ejus Papa Gelaſius ejuſdem charitatis reſpectu idem juris, & dignitatis, quod a domino Urbano Papa Piſanæ Eccleſiæ collatum fuerat, auctoritate ſui privilegii confirmavit. Quo de hac luce aſſumpto prædeceſſor noſter Papa Calliſtus ejuſdem rationis conſideratione, quod ab anteceſſoribus ejus Urbano, & Gelaſio datum, & confirmatum Piſanæ Eccleſiæ fuerat, privilegii ſui munimine roboravit. Januenſes autem honori Piſani populi invidentes, & eorum incrementum æquo animo non ferentes, hujus rei ſumpta occaſione guerram contra Piſanos moverunt. Unde cædes, incendia, & multæ Chriſtianorum captivitates peccatis exigentibus contigerunt, & debacchandi in Chriſtianos Sarracenis multa crevit audacia. Præterea Januenſes ad Urbem venientes Romanum clerum, & populum ſollicitare attentius ſtuduerunt, ſuadentes eis magnum eſſe Romanæ Eccleſiæ detrimentum, niſi conceſſa dignitas Piſanæ auferretur Eccleſiæ. Aſſerebant enim Romanam Eccleſiam hujus guerræ cauſam, & fomentum exiſtere, & ſi Corſicanorum Epiſcoporum conſecratio ad proprium dominium Romanæ revocaretur Eccleſiæ, indubitanter inter ſe, & Piſanos pacem, & concordiam provenire. His igitur cauſis dominus Papa Calliſtus pacis amator inductus, donationem illam Piſanæ Eccleſiæ a ſuis anteceſſoribus factam, & a ſeipſo firmatam pacis intuitu revocavit, & ſcripti ſui pagina irritavit. Cæterum neque ſuis, neque noſtris temporibus inter Piſanos, & Januenſes eſt adhuc concordia conſecuta. Poſt commiſſum vero nobis a Deo Romanæ Eccleſiæ regimen, tu frater Rogeri Piſane Archiepiſcope, & conſules ad nos venientes, ut de conſecratione Corſicanorum Epiſcoporum, quæ Piſanæ Eccleſiæ a prædeceſſoribus noſtris Urbano, Gelaſio, & aliis collata fuerat, & ſine præcedente ipſorum Piſanorum culpa, & abſque judicio ablata juſtitiam faceremus ſuppliciter rogaviſtis, præſentibus etiam Piſanis. Januenſes poſtea ad præſentiam venientes, ut eiſdem ſacra ablatio a Papa Calliſto facta per nos firmaretur, nihilominus poſtulaverunt. Nos autem utroſque ad pacem faciendam diligenter monuimus, ſed pacem ab eis preces, vel monitis impetrare nequivimus. Januenſes enim, qui ad nos venerant, ſe ad hoc non eſſe a populo ſuo miſſos, neque ejus mandata poſſe tranſgredi aſſerebant. Habito igitur fratrum noſtrorum Epiſcoporum, & Cardinalium conſilio, quod uterque populus ad pacem cogi ratio

ni deberet, convenimus. Legatum ergo noſtrum comitem tunc diaconum Cardinalem cum ſcriptis noſtris Januam, & Piſas miſimus, præcipientes, ut in manu ejus juramento firmarent, & de ſacru Corſicæ, & guerra uſque ad tunc proximum ſancti Michaelis feſtum noſtris juſſionibus obedire. Tranſacto itaque termino utraque pars ad noſtram venit præſentiam. Nos autem diligenti ſtudio ad pacem inter eos ſtatuendam, quamvis non profecerimus, laboravimus: demum cum ab eis quæreremus, ut juramento firmarent, ſe noſtris obedire mandatis, Januenſes ſe id implere non poſſe dixerunt, eo quod ſui conſulatus terminus eſſet expletus. Tunc communis deliberatione conſilii Piſanorum ſuper hac cauſa juramentum recepimus, & ne Januenſes aliquam rationabilem contra nos occaſionem prætenderent, ſecundum eis, & tertium per noſtros nuncios, & literas terminum dedimus. Qui profecto neque venerunt, neque pro ſe excuſationem canonicam direxerunt. Cum ergo inter Romanam Eccleſiam, & Piſanam quæſtio remaneret, & Piſani ad requirendam Eccleſiæ ſuæ juſtitiam non deſiſterent, fratres noſtros Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates, qui cauſam, & modum rei geſtæ a prædeceſſore noſtro Calliſto plene pronoverant, convocavimus. Quibus in ſacro Lateranenſi palatio in nomine Domini congregatis regeſta prædeceſſorum noſtrorum Urbani, Gelaſii, & Calliſti tradidimus, & quid inde a nobis poſtquam Apoſtolicæ ſedis onus aſſumpſimus, factum fuerat, & quantum pro pace inter eos componenda laboraveramus, diligenter oſtendimus, rogantes in charitate qua venerant, ut juxta quod eis ſancti Spiritus gratia revelaret, nobis conſulerent. Poſtmodum vero adjurati in fide, quam beato Petro, & Romanæ debebant Eccleſiæ, reſponderunt ſe nulla alia cauſa niſi divina charitate ad id, quod dabant, conſilium fuiſſe adſtrictos, quod nimirum conſilium per ſcriptum propriis roboratum manibus ediderunt. Cujus videlicet ſcripti verba hæc ſunt: Spiritus ſancti dictante gratia: Domnus Honorius ſacratiſſimæ, & Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus, diverſarumque provinciarum Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac Abbatibus, quid de negotio Piſanæ Eccleſiæ juſte, canoniceque faciendum foret, petiit conſilium. Quibus rationabiliter viſum eſt, quatenus & beatæ memoriæ Urbani, Gelaſii, Calliſti privilegia, & decreta inconcuſſa permaneant, & Piſanam Eccleſiam debere reſtitui Corſicanis Epiſcopatibus, abſque judiciario proprio ordine ſpoliatam. Et ſcripto huic ſubſcripſere Archiepiſcopi Gualterius Ravennas, Romualdus Salernitanus, Otho Capuanus, Rofredus Beneventanus, & Epiſcopi Guillelmus Urbevetanus, Guido Aretinus, Gregorius Tarracinenſis, Pandulphus Tianenſis, Clariſſimus Aſſiſienſis, Robertus Averſanus, Richardus Caietanus, Tranſmundus Signinus, Joannes Caleuas, Gualfredus Senenſis, Gaufredus Sueſſanus, Ranulphus Caſertanus, Jacobus Faventinus, Otho Sutrinus, Petrus Caſtellanæ Civitatis, Benedictus Nepeſinus, Ildito Sounenſis, Gherardus Amelienſis, Benno Cæſenas, & Petrus Tuſcanus, & Abbates ſancti Laurentii Averſani, Matthæus, & Joannes ſanctæ Sophiæ, atque Ioannes Camaldulenſis Prior; interfuere etiam alii Epiſcopi Benedictus Lucanus, & Andreas Lunenſis, Illandus Maſſanus, Petrus Cluſinus, & Otho Tudertinus: Abſentes quoque Oldegarius Tarraconæ Archiepiſcopus, Gualterius Megalonæ, & Gottefredus Florentinus Epiſcopi aſſenſum, & conſilium ſuum per proprias literas præbuerunt. Præterea Collaterales fratres noſtri Epiſcopi & Cardinales in unum convenientes in Domino, inter ſe conſuleret cęperunt, & ab omnibus præter unum diaconum judicatum eſt, quod Papæ Urbano, ex auctoritate Romanæ Eccleſiæ, etiam contra voluntatem Epiſcoporum ipſius inſulæ licitum fuerit Piſanum Epiſcopum provlſorem, & Metropolitanum Corſicanæ Eccleſiæ conſtituere, ſucceſſoribus autem ipſius domino Gelaſio, & domino Calliſto ad ipſum itidem licuit ſuis privilegiis confirmare. Et quia Piſanæ Eccleſiæ a tot Pontificibus Romanis collata confirmata dignitas ſine manifeſta culpa, & judicio auferri non debuit, iterum judicatum eſt eandem ei dignitatem debere reſtitui, & facta de donatione illius Romanorum Pontificum privilegia inconcuſſa ſervari: in hoc etiam honoratorum virorum Petri præfecti, conſulum, & aliorum Romanæ Urbis ſapientium, atque nobilium convenit aſſenſus. Nos ergo quod ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus collaudatum, a Cardinalibus judicatum, & a baronibus approbatum fuerat, juſtum eſſe noſcentes in conſpectu omnium, te chariſſime in Chriſto frater Rogeri Piſane Archiepiſcope de conſecratione Epiſcoporum Corſicanæ inſulæ per baculum inveſtivimus. Nunc itaque ſecundum judicium fratrum noſtrorum Epiſcoporum, & Cardinalium, & ſecundum conſilium, & collaudationem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Abbatum, & nobilium Romanorum aſſenſum prædeceſſorum noſtrorum Urbani, Gelaſii, & Calliſti privilegia Piſanæ Eccleſiæ facta, & inconvulſa permanere ſtatuimus, & præſentis privilegii pagina conſecrationem Epiſcoporum Corſicæ tibi per te Piſanæ Eccleſiæ reſtituimus, quatenus ſecundum jam dictorum privilegiorum tenorem, tanquam proprius ejuſdem inſulæ Metropolitanus Epiſcopatus, & Epiſcopos ipſius regendi, ordinandi, conſecrandi, atque ad ſynodum tam in Metropolitana Piſana Eccleſia, quam in ipſa inſula convocandi ad honorem Dei, & ejuſdem Piſanæ Eccleſiæ habeas poteſtatem. Pallei vero uſum, qui prædeceſſoribus tuis pro ipſius inſulæ prælatione a noſtris anteceſſoribus eſt conceſſum, Nos tam tibi, quam tuis deceſſoribus confirmamus his videlicet diebus, qui ſupraſcripti ſunt, ideſt Nativitate Domini, Epiphania, hypopanton, Cęna Domini, Paſcha, Aſcenſione, Pentecoſte, tribus ſolemnitatibus beatæ Genitricis, & Virginis Mariæ, natalitiis S. Joannis Baptiſtæ, & ſanctorum Apoſtolorum, commemoratione omnium Sanctorum, conſecratione baſilicarum ſuffraganeorum Epiſcoporum, & clericorum, annuo natalitii ſui die, in feſtivitate S. Sixti, in Inventione, & Exaltatione S. Crucis, in anniverſario dedicationis Piſanæ Eccleſiæ, in feſtivitate ſanctorum martyrum Stephani, & Laurentii, & Ephiſi, cujus corpus in eadem Eccleſia requieſcit, & in ſolemnitate beatæ Agathæ virginis, & martyris; ſane per Piſanam parochiam, & inſulam Corſicanam crucem ante te, & tuos ſucceſſores deferri concedimus. Si igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Creſcentius Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Guillelmus Prænestinus Epiſcopus ſſ.
Ego Epiſcopus Guido Tiburtinus ſubſc.
Ego Bonifacius Card. presb. tit S. Marci ſſ.
Ego Gregorius card. presb. SS Apoſtolorum ſſ.
Ego Benedictus presb. card tit Eudoxiæ ſſ
Ego Conradus presb card. tit. Paſtoris interfui, & ſſ.
Ego Deuſdedit presbyt. card. tit Damaſi ſſ.
Ego Saſſo presb. card tit. S. Stephani ſſ.
Ego Petrus presb. card. tit S. Martyris Suſannæ ſſ.
Ego Joannes presb card. tit. S. Chryſogoni ſſ.
Ego Petrus presb card. tit. S Calliſti ſſ.
Ego Petrus presb. card. tit. S. Marcelli ſſ.
Ego Sigito presb. card. tit. SS. Marcellini, & Petri ſſ.
Ego Gregorius presb. Card. tit. S Sabinæ ſſ.
Ego Gerardus presb. card. tit. SS. Aquilæ, & Priſcæ ſſ.
Ego Ubertus presbyter card. tit. S. Clementis ſſ.
Ego Gregorius S. Angeli diaconus card ſſ.
Ego Romanus diac card. S. Mariæ in Porticu ſſ.
Ego Ugo diaconus card S. Theodori ſſ.
Ego Stephanus diac. card S. Mariæ in Coſmedin ſſ.
Ego Joannes diac. card S. Nicolai ſſ.
Ego Angelus diac. card. S Mariæ in Domnica ſſ.
Ego Hyacinthus prior ſubdiac. ſacræ baſilicæ ſſ.
Ego Hermannus ſacræ Baſilicæ ſubdiaconus ſſ.
Ego Nicolaus ſacræ baſilicæ ſubdiac. ſſ.
Ego Silvius prior ſubdiaconorum de Cruce ſſ.
Ego Petrus ſubdiaconus ſubſc.
Ego Caleph ſubdiac. ſubſcripſi.
Ego Matthæus ſacræ baſilicæ ſubdiaconus ſſ.
Ego Joannes qualiſcumque ſubdiaconus ſſ.
Ego Bobus ſubdiac. ſacri palatii ſſ.


Ego Gerardus ſubdiac. ſſ.
Ego Stephanus ſacri Palatii ſubdiac. ſſ.
Ego Bonifacius clericus ſſ.
Datum Laterani per manum Americi S. Rom. Eccl. diac. Card & cancellarii 12. Kal. Auguſti Indict. IV. Incarnationis Dominicæ an. 1126. Pontificatus autem D. Honorii Papæ II. ann. 2.

Inter alia tabularii Piſani documenta, duo inſignia aſſervantur, alterum collatæ a Rogerio Archiepiſcopo, Ugoni Archipresbytero, aliiſque Eccleſiæ S. Mariæ cathedralis canonicis, conſentientibus Piſanis conſulibus donationis oppidi, cui Papianæ nomen eſt, com omnibus ad illud ſpectantibus, alterum eodem anno, ac die 15. Kalendas Julii 1127. quo eorum urbis conſulum auctoritate, Archipresbyterum, ac canonicos ea lege adſtringit Rogerius, ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus dicta loca reſtituant, cum ſeptuaginta libræ probatæ monetæ ipſis fuerint refuſæ. Inſigniunt egregie hæc monumenta ſcriptorum conſulum, teſtiumque nomina, ad quæ inſpicienda alicujus animum ducta aviditas ſtimulare poſſit, atque adeo in hiſtoriam adducemus, quorum tenor eſt hujuſmodi.

In nomine Domini Jeſu Chriſti Dei æterni Amen.

Ab Incarnatione ejuſdem 1127. XV. Kalendas Julii, Indictione 5. Quia legibus Romanis conceſſum eſt Dei Eccleſiarum rectoribus res eccleſiaſticas ſuo arbitrio ſecundum, & prout ſibi melius videatur ordinare, diſponere, & locis religioſis, Deoque dicatis de rebus ſua Eccleſia largiri, & concedere. Ideo ego Rogerius ſummi & Salvatoris Dei gratia, S. Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus firmiter cognoſcens, & nullatenus dubitans canonicos S. Mariæ mea auctoritate, & conſilio vendidiſſe, & tradidiſſe campum, qui dicitur S. Viviane, & inexcuſabili, & neceſſaria cauſa majoris noſtræ Eccleſiæ, & pro pace, & quiete communis populi Piſani pro amore Dei, & B. Virg. Mariæ conſilio, & nutibus Piſanæ civitatis conſulum, & ſapientum tam judicum, quam cauſidicorum, & totius populi Piſani conſilio etiam, & hortatu, ac prudentia clericorum, & fidelium omnium dono, concedo, & irrevocabiliter trado jure proprio vobis Ugoni archipresbytero, & Gratiano vicedomino, & Bernardo presbytero, cæteriſque canonicis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum ad partem dictæ canonicæ, curte de Papiana cum omni jure, & actione, & pertinentia ſua exceptis feudibus militaribus, qua excipio, videlicet, ut ab hac hora in antea vos, veſtrique ſucceſſores habeatis, poſſideatis, & inconcuſſe teneatis prædictam curtem, & omnia ad eam pertinentia, ut ſint omnia in poteſtate veſtra, veſtrorumque ſucceſſorum faciendi exinde quicquid volueritis ad utilitatem, & commodum, ſeu meliorationem ſanctæ canonicæ abſque ulla mea, meorumque ſucceſſorum, & cujuſcumque magna, parvaque perſona contrarietate, vel moleſtia, & ut hæc noſtra donatio, ſeu conceſſio, atque traditio ſtabilis permaneat, & perſeveret in futurum, ſi ego, vel aliqui mei quocumque juro ſucceſſoros, ullo unquam tempore per ullam occaſionem, vel modum hanc noſtram donationem, & traditionem diſrumpere quæſierit, vel vos prædictos canonicos, veſtroſque ſucceſſores inquietare, vel moleſtare præſumpſerit, ſpondeo, firmiterque promitto ego prænominatus Rogerius Archiepiſcopus, meoſque ſucceſſores compoſituros, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus ad partem prædictæ canonicæ iſtam meam donationem, & traditionem in duplum infraſcripto loco ſub æſtimatione, qualis tunc fuerit, & inſuper pœnam auri optimi libras centum, & in tali ordine hæc ſcribere rogavi Ugonem notarium Apoſtolicæ ſedis. Actum in curia Piſana in communi colloquio prope Eccleſiam S. Donati.

Ego Rogerius Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus ſſ.
Ego Bentio ſacri Later. palatii judex interfui, & ſſ.
Ego . . . judex Henrici iv. Rom. Imp. Auguſti interfui, & hic ſubſcripſi.
Ego Bonus ſacri Later palatii judex interfui, & ſſ.
Ego Falco judex ſacri palatii ſubſcripſi.
Ego Alberito judex interfui, & ſubſcripſi.
Ego Albertus conſul interfui, & ſubſcripſi.
Ego Gerardus cauſidicus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Rolandus cauſidicus ſubſcripſi.
Ego Rainerius cauſarum patronus ſubſcripſi.
Ego Manfredus cauſarum patronus interfui, & ſſ.
Ego Marchio cauſarum patronus ſubſcripſi.
Ego Ugo cauſarum patronus interfui, & ſſ.
Præſentia teſtium Gualandi d. Gualandi.
Gerardi d. Ugonis vicecomitis
Henrici d. Guinitonis.
Henrici d. Rolandi.
Ildeprandi d. Albithonis.
Rainerii olim Rainerii de Iſcla. &
Sicherii vicecomitis olim Sicherii vicecomitis Piſanorum Conſulum.
Cajetani filii Ugonis.
Dodonis d. Teperti.
Henrici d. Stephani,
Manfredi d. Falconis.
Lamberti Cirini d. Bôni.
Henrici d. Henrici.
Ildeprandi d. Ugonis.
Landulphi d. Moronis.
Ugonis Pipini rogatorum teſtium.
Ego Ugo notarius Apoſtolicæ ſedis poſt traditam complevi, & dedi.



44 UBERTUM Rubeum de Lanfranchis Piſanum presbyterum Cardinalem tit. S. Clementis poſt Rogerium iſtius Eccleſiæ publicis tabulis adſcriptum Piſanum Archiepiſcopum anno 1132. ad eam dignitatem evolaſſe, eamque Eccleſiam ad an. 1138. quo è vivis diſceſſit, adminiſtraſſe aſſerunt. Diſſentiunt tamen auctores, quis Ubertum Cardinalatus purpura decoraverit. Nonnulli contendunt a Callisto II. ornatum; quod ſane conſiſtere poſſe non videtur, cum Honorii II. electioni Anaſtaſius presbyter Cardinalis ejuſdem tituli S. Clementis interfuiſſe reperiatur, qui diplomati ab eodem Honorio Eccleſiæ Ravennati anno 1125. conceſſo calculum ſuum, nomenque adiecit. Hic ille eſt Anaſtaſius, cujus Ciaconius mentionem tot inſignem laudibus edidit, cujus etiam memoriam in noſtris ad eundem additionibus pagina 451. celebravimus, cuique in verbis Gabrielis de Caſtellis Interamnenſis in errorem compacti ex Caſtellorum ſtirpe genus aſſiximus, verùm ſine fundamento in eam opinionem adductos nos fuiſſe perſpeximus. Ubertum vero noſtrum ab Honorio ex Canonico Piſano ſacra purpura donarunt anno 1127. illique titulum S. Clementis attributum fuiſſe clarum eſt, cum per eos dies Anaſtaſius vitam cum morte jam commutaſſet. In Piſani capituli tabulario extat donatio ab Uberto Piſanæ Eccleſiæ canonico, & Romanæ Eccleſiæ presbytero Cardinale facta, quæ ob ſalutem animæ ſuæ in canonicorum collegium partem oppidorum Camajani, & Popagnæ, una cum diſtrictu dicundi juris in certis illius locis poteſtate liberaliter contulit anno 1127. cum adhuc ipſe Piſis verſaretur. Donationis exemplar velut inſigne illius pietatis veſtigium, in luce collocare viſum eſt è tabulario Piſano erutum. XLV

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Anno ab Incarnatione ejus M.C.XXVII. tertio nonas Octobr. indict. quinta.

Manifeſtus ſum ego Ubertus canonicus Eccleſiæ Archiepiſcopatus S. Mariæ Piſenſis, & Romanæ Eccleſiæ Cardinalis presbyter. Quia per hanc chartulam pro remedio animæ meæ & parentum meorum, dono, & trado omnipotenti Deo, & jam dictæ canonicæ, meam partem integram de caſtello, & burgo, & podio, & curte, & diſtricta de Camajano, & omnia ejus pertinentia, & de caſtello, & burgo, & podio, & corte, & diſtrictu de Popogna, & omnia ejus pertinentia prædictam meam partem integram de omnibus, quæ ſupra leguntur in integrum cum inferioribus, & ſuperioribus ejus, ſeu confinibus, & ingreſſibus ſuis, & cum omni jure, & pertinentiis earum omnipotenti Deo, & jam dictæ canonicæ, ut dictum eſt, dono, & trado. Quam meam donationem, & traditionem, ſi ego qui ſuper Ubertus, vel meus heres, ſive cui nos dediſſemus, aut dederimus, retollere, vel minuere quæſierimus per aliquod ingenium, & eam ad partem prædictæ canonicæ, ſuiſque rectoribus, ſive cui ipſi dederint, vel habere decreverint, ab omni homine defendere non potuerimus, & non defenſaverimus, ſpondeo ego qui ſuper Ubertus, una cum meis hæredibus componere ad partem dictæ canonicæ, ſuiſque rectoribus, aut cui ipſi dederint, vel habere decreverint iſtam meam donationem, & traditionem in duplum infra dicto loco, ſub æſtimatione qualis tunc fuerit, & inſuper pœnam argenti optimi libras quinquaginta, & in tali ordine hanc ſcribere rogavi Ugonem notarium Apoſtolicæ ſedis.

Actum infra prædictam canonicam.

Ego Ubertus prædictæ eccleſiæ canonicus, & Rom. Eccleſiæ presb. Card. in hac chartula a me rogata ſubſcripſi.

Signa manuum Rinaldi Lanfranchini, & Gaiſcardi olim Homodei, & Alberti olim Proſperi, & Gerardi filii Guidonis de Camajano, & Bolgarini filii Gaidonis Bolgarelli, & Bollandi filii olim Ruſtici de Aghella rogatorum teſtium.

Ego Ubo notarius Apoſtolicæ ſedis poſt traditam complevi, & dedi.

Ego Albertus not. Apoſtolicæ ſedis authenticum illud vidi, & legi, & exemplavi.

Ego Ildeprandus notarius Apoſtolicæ ſedis authenticum hujus vidi, & legi, & ſuperſcripſi.

Ego Paganus not. Apoſtolicæ ſedis authenticum, hujus vidi, & legi, & ſubſcripſi.

Ex hac donatione Ubertum non Piſanum modo, verum ex nobiliſſima proſapia natum ſumus aſſecuti. Illum Ciaconius Ubertum Fractam de Lanfranchis vocat: Theulphus in ſuo monaſterii Mauriancenſis chronico, quod ab ann. 1108. auſpicatur uſque ad annum 1147. excurrit, de Innocentii II. Papæ in Gallias profectione locutus recenſet, ut in ea religioſa domo duobus diebus ſubſtiterit, ejuſque Eccleſiæ altare Divo Laurentio martyri an. 1130. Kal. Februarii conſecrarit, hunc appellat Ubertum Rubeum tit. S. Clementis Cardinalem. Hinc vero in eam facile opinionem adducor Ubertum è Rubeis Lanfranchis Piſanis genus ſuum traxiſſe, cujus certiſſima ad nos emanavit memoria, non modo ob Cardinalitiam dignitatem, ex qua veluti nobiliſſimo Eccleſiæ membro patriæ ſuæ Archiepiſcopatui ab Innocentio admotus eſt, verum etiam ob certiſſima ipſius temporis argumenta, quo è vivis ſublatus videtur. Idem enim Innocentius in diplomate, quod Uberto, ejuſque ſucceſſoribus conceſſit, teſtatur, ipſum in Romanæ Eccleſiæ gremio educatum propriis manibus ſacris Pontificalibus Piſanis perficiendum initiaſſe. Adſcriptus eſt diplomati quartus dies Martii anni ab incarnato Verbo 1137. qui in annum 1138. nati Chriſti incurrit, quo anno idem ipſe Innocentius, defuncto Uberto, Balduino ſucceſſori, primo die Maji ſimile aliud privilegium indulſit; è quibus colligitur Ubertum eodem menſe Martio, vel Aprili e vivis diſceſſiſſe; hæc vero illius diplomati, ex ipſo Vaticano exemplari exſcripti ſententia eſt.

A *INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.*

Venerabili fratri Uberto Piſano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuam.

Piſanorum Eccleſia ſpecialis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ filia a longis retro temporibus ad ſerviendum beato Petro, & Romanis Pontificibus prompta exiſtit, & devota, quod & ipſum in perſona noſtra manifeſtis indiciis comprobavimus, & præ cæteris interceſſoribus noſtris ingruente neceſſitate Eccleſiæ devotionem cleri, & populi Piſanæ civitatis certis rerum ſenſimus argumentis. Accedit ad hoc tua familiaritas, & dilect. venerabilis frater Uberte Archiepiſcope, quem ob ſpecialem prærogativam ad regimen Eccleſiæ beatæ Mariæ ſemper Virginis, cui Deo auctore præſides de gremio ſedis Apoſtolicæ, ex magna benignitate conceſſimus, & propriis tamquam beati Petri manibus Archiepiſcopalis dignitatis infula decoravimus. Pro quibus omnibus eandem præfatæ Dei Genitricis domum ampliori gratia, & benevolentia dignam fore cenſemus, & cum omnibus ad
B *eam pertinentibus præſentis ſcripti pagina communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut decima Piſani Epiſcopatus, quæ ſibi competunt ſecundum ſanctorum canonum inſtituta, honeſtas quoque perſonas in Epiſcopali ſede, ac præfatæ Dei Genitricis Eccleſia juxta ſanctiones canonum ordinare, & ibidem canonicos conſtituere, & quæ ibidem fuerint corrigenda canonice corrigere, ſeu alias plebes, vel capellas tuas diſponere nihilominus habeas facultatem. Decernimus etiam, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona præfata B. Maria Eccleſia in præſens juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet caſtrum de Cucilla, caſtrum, & carte de Locenthana, caſtrum, & curte de ſancta Lucia, caſtrum, & curte de Monte calvo, tres partes caſtri, & pogii de Ripaſticaria, novem partes de quatuor-*
C *decim partibus caſtelli, & curtis de Bellora, & Boccello, quintam partem caſtri de Segalare, duas partes caſtri, & curtis de Plumbino, placitum, & fodrum de Vada, placitum, & fodrum de Zaſignana, caſtrum, & cortem de Gars, medietatem caſtri, & curtis de Ceule, medietatem caſtri, & curtis de Lucagnano, placitum, & fodrum de Buti, placitum, & fodrum de Vico, curtem de Plentina, placitum, & fodrum ſancti Joannis de Vena, Sanſam novum, & vetus, caſtrum Epiſcopale de Calche cum curte ſua, corte de Papiana cum ſuis pertinentiis, curtem de Avane cum morlo, & bovario, & aliis ſuis pertinentiis, tumulum ab Arno uſque ad ſtagnum a terra filiorum Dodonis, & caſtagnolo uſque ad mare, & a ſolatio uſque ad mare, tertium in ſtagno poſitum, caſtrum, & corte de Livorna, caſtrum, & curte de Uriliano poſitum prope Chelinam, medietatem caſtri, & curtis de Callerile, caſtrum, & curte de Riojacco, terram Uberti agam. Præterea plebes præfatæ Dei Genitricis Eccleſiæ pertinentes ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus nihilominus confirmamus,*
D *videlicet plebem de Calcinaria cum capella ſancti Angeli de Travalda, capella de Rupida cum capella de Planthule, & omnibus aliis capellis eidem plebi pertinentibus, plebem de Buti cum capella ſancti Marci de Submonte cum omnibus aliis ſuis capellis, plebem de vico Auſuriſſole cum omnibus aliis ſuis capellis, plebem S. Joannis de Vena cum omnibus ſuis capellis, plebem de Caſcina cum omnibus ſuis capellis, plebem S. Caſſiani cum omnibus ſuis capellis, plebem S. Juliæ cum omnibus ſuis capellis, plebem S. Laurentii de curte cum omnibus ſuis capellis, plebem de Calci cum omnibus ſuis capellis, plebem de Aſciano cum omnibus ſuis capellis, plebem de Maſſazuculi cum capella S. Agathæ, & Clavis, capella S. Proſperi de Buzzano, capella de Balbano cum omnibus ſuis aliis capellis, plebem de Avone cum &c. plebem de Pugnano cum capella de Lajano cum &c. plebem de Rujulo, plebem de Arena, Eccleſia S. Nicolai de Patino, plebem de Livorna, plebem de Larzinata cum &c. plebem de Limone cum &c. plebem*


S. Lav-

S. Laurentii de Paſha cum &c. plebem S. Angeli cum &c. plebem de Pomaria, & Monte vaſo, & omnibus capellis ſuis, plebem de Roſiguano cum &c. plebem de Vada cum &c. plebem de Ripabella cum Eccleſia S. Perpetua, & territorio Eccleſia S. Caſſiani de Molazzano, & omnibus aliis capellis eidem plebi pertinentibus. Ut autem ad complementum ſecuritatis, ſeu corroborationis horum omnium nihil vobis deſit, cunctaque in territoriis prædictarum plebium, ſeu etiam infra terminos plebium infra poſitarum, videlicet plebis de Trajana, plebis de Miliana, plebis de Tripallo, plebis de Gello in Colline, plebis de Bibone, plebis de Pararini jure proprietatis ad præfatam Piſanam Eccleſiam pertinent, Apoſtolica vobis auctoritate firmamus, ſalvo nimirum jure beati Petri, & ſanctæ Romana Eccleſia. Nulli igitur omnino hominum fas ſit prædictam Piſanam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre. Si qua igitur &c. cunctis autem, &c. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholica Eccleſia Epiſcopus ſſ.
Ego Theodevinus S. Rufina Epiſcopus ſſ.
Ego Gerardus presb. card. tit. S. Crucis in Hieruſ. ſſ.
Ego Anſelmus presb. card. tit. S. Laurentii ſſ.
Ego Gotsfredus presb. card. tit. S. . . ſſ.
Ego Lucas presb. card. tit. Ss. Joannis, & Pauli ſſ.
Ego Ivo diac. card. S. Maria in Aquiro ſſ.
Ego Gregorius diac. Card. Ss. Sergii, & Bacchi ſſ.
Ego Guido diaconus Cardinalis S. Adriani ſſ.
Ego Ubaldus diac. card. S. Maria in Via lata ſſ.
Ego Chryſogonus diac. card. S. Maria in Porticu ſſ.
Ego Bernardus presb. Card. tit. S. Chryſogoni ſſ.

Datum apud Campilium per manum Americi S. Romana Eccleſia diac. Card. 3. Nonas Martii, Indict. 15. Incarnationis Dominica anno 1138. pontificatus vero D. Innoc. Papa II. anno 9.

Porro nec ſilentio Uberti egregias virtutes obruere debuimus, maxima nominis exiſtimatione floruiſſe, quippe qui legati in Italia dignitatem, abſente Innocentio, geſſit, cujus partes conſtantiſſime defendit, atque dum ille Piſanam Eccleſiam adminiſtraret, idem Innocentius generale concilium Piſis coegit, quod non modo maximo Præſulum numero, verum etiam Divi Bernardi Clarævallenſis Abbatis præſentia ornatum, cohoneſtatumque eſt. Lanfranchi Piſani Parmam geſtarunt ſupremam rubeam, infimam argenteam.



XLVI 45 BALDUINUS Piſanus, monachus Ciſtercienſis, ac S. Bernardi nobilis alumnus, ab Innocentio II. creatus presbyter Cardinalis anno 1130. ab eodem etiam electus eſt Archiepiſcopus Piſanus, Sardiniæ, ac inſulæ Corſicæ primas. Eundem Archiepiſcopali pallio decoravit, ſubjecto diplomate favorabili, quod procuſum, indultumque eſſe conſtat anno 1138. eo ſcilicet ipſo an. quo ad Archiepiſcopatum aſſumptus eſt. Diplomatis exemplar authenticum extat Romæ in archivio caſtri S. Angeli hujus tenoris.

INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Venerab. fratri Balduino Archiepiſcopo Piſano, ejuſque ſucceſſoribus canonice promovendis in perpetuum.

Tunc Apoſtolica ſedi, & Romanis Pontificibus honor integre conſervatur, ſi unicuique Eccleſia ſua dignitas cuſtodiatur. Romana ſiquidem Eccleſia conſueta benignitas, & diſcreta humilitas, quos devotos, & manſuetos filios reperit, alios dignitatibus, & honoribus ſibi facit amplius obnoxios, alios familiaritatis, & dilectionis prærogativa ſublimat. Æquum etenim, & rationabile eſt, ut quorum nos beneficia, & obſequia ſuſcepiſſe recolimus, eorum devotioni non menſura pari, nec quantitate æquali, ſed ex abundantis gratia benevolentia libenti animo reſpondere curemus. Quia igitur de diſcordia, & guerra, qua inter Piſanam, & Januenſem civitates exiſtit, multa hominum clades, & Chriſtianorum captivitates innumera provenerunt; nos quorum præcipue intereſt ſingulorum ſaluti tam ſpiritualiter, quam temporaliter ſollicitudine providere pro bono pacis, & recompenſatione Epiſcopatuum, quos uſque a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſia Piſana conceſſos in inſula Corſica a prædeceſſore tuo bona mem. fratre noſtro Archiepiſcopo accepimus in Gallurienſi judicatu duos Epiſcopatus, Galtelinenſem videlicet, & Civitatenſem, & Populonienſem Epiſcopatum tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos Eccleſia Piſana concedimus, & Metropolitano jure ſubjicimus, voſque Primatus honore ſuper Turritanam provinciam declaravimus; Legationem quoque Sardinia a prædeceſſore noſtro Papa Urbano prædeceſſoribus tuis conceſſam, tibi, tuiſque ſucceſſoribus præſentis ſcripti pagina roboramus: denique ut Piſana civitas, qua cœleſti favore de inimicis Chriſtiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum urbes pluримas ſubjugavit, amplius honoretur, equo albo cum nocco albo in proceſſionibus utendi, & crucem, vexillum ſcilicet Dominicum per ſubjectas vobis provincias portandi tibi, tuiſque ſucceſſoribus licentiam damus; pallii quoque uſum fraternitati tua concedimus, ut videlicet eo ſecundum conſuetudinem Piſana Eccleſia perfruaris, & in conſecrationibus trium Epiſcoporum in Corſica, Alerienſis ſcilicet, Adiacenſis, & Sagonini, ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populonienſis Epiſcopi, quorum Metropolitanus exiſtis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hujus noſtra conſtitutionis paginam ſciens, contra eam auſu temerario venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi congrua emendatione correxerit, poteſtatis, honoriſve ſui dignitate careat, reamque ſe, &c. & a ſacratiſſimo, &c. cunctis autem eidem Eccl. &c. quatenus &c. & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius catholica Eccleſia Epiſcopus ſſ.
Ego Deſiderius presb. Card. tit. S. Praxedis ſſ.
Ego Petrus presb. Card. tit. S. Suſanna ſſ.
Ego Gerardus presb. Card. tit. S. Crucis in Hier. ſſ.
Ego Litifredus presb. Card. tit. Veſtina ſſ.
Ego Anſelmus presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina ſubſcripſi.
Ego Lucas presb. Card. tit. SS. Joannis, & Pauli ſſ.
Ego Stiantius presb. Card. tit. S. Savina ſſ.
Ego Martinus presb. Card. tit. S. Stephani in Cœlio monte ſſ.
Ego Petrus Epiſcopus Papienſis ſſ.
Ego Oddo diac. Car. S. Georgii ad Velum aureum ſſ.
Ego Guido diaconus Card. tit. S. Adriani ſſ.
Ego Boetius diac. Card. tit. SS. Viti, & Modeſti ſſ.
Ego Chryſogonus diac. Card. tit. S. Maria in Porticu ſſ.
Ego Ubaldus diac. Card. S. Maria in Via lata ſſ.
Ego Octavianus diac. Car. tit. s. Nicolai in carcere ſſ.
Ego Jacinthus prior ſubdiaconorum ſacri palatii ſſ.
Ego Joannes ſacri palatii ſubdiaconus ſſ.
Ego Baro ſacri palatii ſubd. & prior Scola crucis ſſ.
Ego Joannes Paparo Romana Eccleſia ſubd. ſſ.
Ego Galganus ſacri palatii ſubdiaconus ſſ.
Ego Monachus ſacri palatii ſubdiac. ſubſc.
Ego Baldicio ſacri palatii ſubdiac. ſubſcripſi.
Ego Vulgarius ſacri palatii ſubdiac. ſubſc.

Datum Laterani per manum Aimerici S.R.E. diac. Card. & cancellarii Kal. Maii, Ind. 1. Incarn. Do-

min. anno 1138. *Pontificatus vero D. Innocentii Papæ II. anno nono.*

Inter hujus Eccleſiæ monumenta, quæ in Vaticano codice condita ſunt, inſigne eſt privilegium a Corrado II. Imperatore eodem anno 1138. Balduino Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, S. Bernardi Clarevall. Adami Eberbacenſis Abbatum, ac Othonis Friſingenſis Epiſcopi precibus obtentum: trium ſanctiſſimorum illuſtrium virorum opera Balduinus a Corrado Eccleſiæ ſuæ jurium confirmationem Imperiali diplomate ſequenti elicuit, quorum in monaſtica diſciplina Bernardum magiſtrum, Adamum, Othonemque ſocios habuit. In diplomate vero Piſanæ Metropoleos limites, ac bona ſic inſpici poſſunt.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Conradus, divina favente clementia, Romanorum Rex ſecundus. Dilecto, & venerabili Balduino Piſanorum Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Si ſacro ſanctis Dei Eccleſiis, & regni fidelibus, maxime Epiſcopis de facultatibus regni nobis a Deo collatis aliqua liberalitate regia conferamus, non credimus regnum diminuere, ſed augere. Prædeceſſores enim noſtros bonæ memoriæ Reges, & Imperatores Eccleſias ex novo fundaſſe, & fundatas ex bonis regni ditaſſe cognovimus. Eapropter omnibus noſtris fidelibus tam præſentibus, quam futuris notum eſſe volumus, quod pietatis intuitu, & interventu ſereniſſimæ Gertrudis Auguſtæ conſortis regiæ celſitudinis, & gloriæ, interventu etiam Chriſtianiſſimi germani noſtri Othonis reverendi Friſingenſium Epiſcopi, necnon & Abbatum, videlicet Bernardi Claravallenſis magnæ ſanctitatis viri, atque Adam Eberbacenſis, tibi Balduino venerabili Piſanorum Archiepiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum a regali largitione donavimus, atque conceſſimus, & inconvulſa permanere pragmatica ſanctione decernimus, quæ propriis nominibus ſubnotantur, ſcilicet curtem de Avane a cum bovario, & morlo, & omnibus ſuis pertinentiis, terras in palude Piſana juxta burras poſitas. Item, unam petiam de terra, pratum in præfata palude prope campum de Arſula poſitam, quæ cohæret ab uno capite terræ monaſterii S. Viti, ab altero capiti fluvio Hauſeris, latus unum extenditur in palude, alterum latus in Ducaria, quæ dicitur Cula, ſicut ipſa ducaria defluit verſus præfatum fluvium Hauſeris, curtem de Blentiaa cum omnibus terris, & rebus ad ipſam curtem pertinentibus, placitum, & fodrum de Baiti, placitum, & fodrum de vico Auſuriſſola b, placitum, & fodrum S. Joannis de Vena, placitum, & fodrum de Silva longa, Gonſum vetus, & novum placitum, & Albegariam de Pugaana, & Valtriana, placitum, & fodrum de Vada, & Raſignano, & omnes terras, & res in ſupradictis duabus curtis Marchiæ pertinentes, paludem totam de Mortarolo, & tertiam in ſtagno poſitam, feudum Spectatorum c, qui morantur in burgo S. Pauli in Chinſica d, preſas Caſſiaulenſium, & illorum de Ripule in campo Lepoſano poſitas. Prædictas igitur curtes cum omnibus ſuis pertinentiis, & omnibus terris, vineis, montibus, & planis, cultis, & incultis, ſilvis, buſcariis, ſtirpetis, pratis, paludibus, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcariis factis, & faciendis, ſalinis, molendinis, in jam dictis curtibus, & prænominatis locis, & eorum finibus regio juri pertinentibus tibi præfato Balduino venerabili Archiepiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus conceſſimus. Confirmamus etiam contractum habitum inter prædeceſſorem tuum Ubertum, & Abbatem de Morrona, ſcilicet de Morrona, & Vivario, & eorum pertinentiis. Præterea irritum decernimus feudum de Livorna conceſſum irrationabiliter marchionibus, videlicet Guillelmo Francigenæ, ejuſque fratribus. Decernimus etiam, ut de his omnibus nulli perſona eccleſiaſtica, vel ſecularis feudi nomine, vel aliquo alio titulo liceat aliquid ab Eccleſia alienare, quod ſi factum fuerit, irritum habeatur. Præterea donamus, & concedimus tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum tributum, quod Ripaticum vocatur, & ab omni parte Piſanæ civitatis debetur, atque ſtatuimus, ut a quibuſcumque petitur, & exigitur a te, tuiſque ſucceſſoribus ad partem Piſanæ Eccleſiæ petatur, & exigatur. Si quis igitur Archiepiſc. Epiſc. dux, marchio, comes, vel aliqua alia eccleſiaſtica, ſecularisve perſona contra hanc noſtræ inſtitutionis, & donationis paginam aliquid præſumpſerit, centum libras auri puriſſimi, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfatæ Eccleſiæ componat. Ut autem hæc nunc, & in perpetuum rata, & inconvulſa permaneant, ſigilli noſtri impreſſione corroborari mandavimus. Teſtes quoque, qui præſentes aderant, ſubnotari fecimus, quorum nomina hæc ſunt, Otho Friſingenſis Epiſcopus, Adam Eberbacenſis Abbas, Figilbertus Barbengecenſis electus, Gotheſcalcus de ſancta cruce, Maria Henricus marchionis Luipoldi filius, Henricus comes de Leches Ehimunde, Manegaldus de Vverde, Hialter de Lovenhuſen, Gothefridus Caſtellanus de Rumberch, Folquinus magiſter ſcholarum Friſigenſium, & alii quamplures, &c.

Sign. D. Conradi  *Reg. Roman. II.*

Ego Arnoldus cancellarius vice Alberti Maguntini archicancellarii recognovi.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo octavo, indictione prima Regnante Conrado Romanorum Rege ſecundo, anno vero regni ejus ſecundo.

Data Nurembergh decimo quarto Kal. Aug. in Chriſto feliciter. Amen.

Ad octo annos Piſanæ præfuit Balduinus Eccleſiæ, deceſſitque anno 1145. die ſexta menſis Octobris, relatuſque eſt in numerum beatorum. Hujus meminit D. Bernardus in epiſtola 144. & 244. Alan. Altiſſiodorenſis in vita S. Bernardi, eundem prægrande Eccleſiæ lumen appellat. Extat ejuſdem mentio in Kalendario Ciſterc. Chryſoſtomus. Henriquez in ſuo martyrologio Ciſtercien. ejuſdem meminit. Ex priſcis autem Petrus diaconus in chron. Caſ. lib. 4. cap. 110. Balduinus Cardinalis, qui poſt Piſanus fuit Archiepiſcopus, & eodem lib. 119. narrat commoratum fuiſſe illum in monte Caſino cum Lothario Imp. De eodem ſcribit doctiſſimus Angelus Manriquez nunc Epiſcopus Pacenſis in ſua laurea evangelica, & in I. tomo Annalium Ciſtercien. ord. cap. 6. ubi Ciaconium, noſtraſque ad ipſum additiones corrigit, quibus Balduinum natione Gallum aſſeruimus cum eodem Ciac. fuiſſe autem Piſanum patria probat tum ex verbis exordii Ciſtercienſis Ordinis, tum ex Bernardi Bonevallenſis libro de vita S. Bernardi cap. 8. qui cum Bernardi filios recenſeret, eo ſuperſtite, præſidentes Eccleſiis per totum orbem, hoc ſpeciale in Balduinum agnovit, quod aliis in diverſa loca tranſlatis, & veluti in alieno ſoro lucentibus, ipſe ſolus natali ſibi urbi præfectus eſt, quæ accepiſſet cum lucro redditurus: *In Tuſcia,* inquit, *Piſis natalis ſoli gloria, & magnum Eccleſiæ lumen Balduinus effulſit.* Onuphrius vero Panvinius, Frizon, aliique Balduinum Gallum fuiſſe teſtantur. Primus inter monachos Ciſtercienſes Cardinalis ab Innocentio creatur anno, ut diximus, 1130. in Claramonte Aruerniæ, ubi concilium celebravit, quo primum venerat, poſtquam ad S. Ægidium appuliſſet. Cæterum tametſi Balduinus memoretur in beatis, qui tamen neſcio quam occaſionem dedit teterrimi belli, quod inter Piſanos, Lucenſeſque exarſit, exordium Ciſtercienſe lib. 3. c. 24. narrat, juſta Dei vindicta, detruſum fuiſſe illum in ultrices, ac purgatorias flammas. Ejus libri narrationem hic exſcribendam curavimus, quod ſecuturis videretur poſſe exemplo eſſe, ne quis deinceps ſemel Deo dicatus civilibus ſeditionibus involveretur.

[[a al. Avanſio. b al. Autuſiſula. c Al. Spectatorum. d al. Kinſica.]]

Inter Cœleſtis gratiæ pinguedine propagines, quas vinea Domini Sabaoth, Eccleſia, ſcilicet Claravallis emiſit, ut tranſplantarentur ſuper aquas multas, id eſt ſuper diverſarum regionum populos Pontificali honore ſublimarentur, natalis ſolis ſpecialis gloria Balduinus mirabiliter emicuit. Qui doctrinam reverendiſſimi patris Bernardi ſecutus ſprevit univerſas mundi pompas, & voluptates, ipſique mundo moriens, in Claravalle vivere cœpit, & veras voluntariæ paupertatis divitias, fallacibus auri divitiarum irritamentis ſe prætuliſſe gloriabatur; diſcens namque ab Apoſtolo ſtultus eſſe, ut ſapiens fieret, & divitias, quæ potius exhauriunt hominem, quam replent, execratus eſt, & illas, quæ immenſum pondus gloriæ operantur in ipſo, in æterna beatitudine toto mentis deſiderio complexus eſt. Cumque perfectiſſimorum monachorum imitator factus eſſet, didiciſſetque ab irriguo inferiori, in quo peccata planguntur, ad irriguum ſuperius, in quo ad cœleſtis patriæ felicitatem gemitibus inenarrabilibus ſuſpiratur aſcendere, dignus qui jam ſibi non ſolum viveret, ſed etiam multis aliis verbo, & exemplo prodeſſet in ſalutem, vocante Deo, Piſana Eccleſia, quæ eſt Metropolis Tuſciæ, Archiepiſcopatum ſortitus eſt. Conſecutus vero ampla hujus dignitatis eminentiam, tanta ſpiritualis ſapientiæ luce refulſit, tantaque auctoritate, ac ſpiritus libertate officium ſuum exercuit, & nihilominus manſuetudine, & humilitate verum ſe monachum in Pontificali culmine demonſtravit, ut non ſolum Ciſtercienſis ordo, verum etiam univerſi fideles intra Italiam gratularentur vehementer, gratias agentes Deo, qui ſplendidiſſimam hanc columnam, & fulcimentum inconcuſſum ſanctæ Eccleſiæ ſuæ temporibus ipſorum conceſſiſſet. Sed quoniam in rebus humanis nihil ex omni parte poſſe beatum eſſe plangimus, contigit inſtigante diabolo, ut propter ipſum inter Piſanos, & Lucenſes populos gravis, & periculoſa guerra oriretur, quæ etiam poſt obitum ipſius contentione partium inflammata, atque protelata per aliquot annos duravit, & vix tandem ad pacis, concordiæque vinculum revocari potuit. Cujuſmodi vero fuerit occaſio, & cauſa hujus diſſenſionis ignoramus penitus. Hoc ſolum dicimus, damnoſam, & pœnalem ſancti Pontificis animæ guerram illam extitiſſe. Scilicet divina revelatione declaratum eſt. Poſt dormitionem nempe hujus beati Præſulis, aliquanto tempore elapſo, fuit in inſula Sardinia ſacerdos quidam honeſtæ converſationis, qui etiam ibi præerat cuidam Eccleſiæ parochiali; erat autem eadem Eccleſia extra villam ædificata, atque ab omni hominum habitatione remota. Quadam itaque die cum miſſam celebraret, hora perceptionis, invenit Hoſtiam ſacram ſuper corporale fractam, atque in duas partes a ſeipſa diviſam, quam antea conſecraverat integram, & ſanam. Quod ubi conſpexit, turbatus, & anxius cum metu, & admiratione myſterium ipſum conſummavit. Expleto autem miniſterio, cæteriſque dimiſſis, ſolus ibi remanſit. Cumque triſtis eſſet pro ſigno, quod acciderat, egreſſus foras venit, & ſtetit ante orientalem plagam ejuſdem Eccleſiæ dorſo adhærens parieti templi, & facie verſa ad orientem, qui dum ita poſitus, ibidem aliquandiu ſtaret, & de re, quæ ſibi evenerat, timide, ac ſollicite cogitaret, infremuit ſpiritu, & inhorruerunt ſubito pili carnis ejus, tunc irruente in eum neſcio, qua virtute externa, ita defici, atque arctari cœpit, ut nullo modo poſſet ſe inde movere. Et ecce apertis oculis vidit innumeræ multitudinis turbas equeſtres, & pedeſtres coram ipſo citatis greſſibus tranſeuntes. Erant autem in eis homines promiſcui ſexus, diverſæ ætatis, & conditionis, in quibus etiam multos deprehendebat, quos viventes in carne antea cognoverat. Unus ergo ex eis, ipſi presbytero quondam notus, & charus acceſſit ad eum, & fixo gradu cœpit familiariter cum eo loqui. Percunctante vero presbytero, quænam eſſet, aut quid ageret tanta infinitas turbarum, reſpondit: Animæ hominum ſunt carne ſolutæ, quæ omnes pro varietate culparum, variis ſunt ſubditæ pœnis. Ita ſemper curſu reciproco longe, lateque vagantur hinc inde in mundo, quædam autem ex eis citius, quædam tardius liberandæ ſunt, quædam vero pœna inſolubiles permanent. Dum hæc ille loqueretur, reſpiciens presbyter, vidit ſupradictum Epiſcopum demiſſo vultu coram ſe prætereuntem, tanquam diſtricti judicis ſententiam patienter ferentem, & inimicæ poteſtati, quæ illi ad tempus inſultabat, cum propheta dicentem, ne læteris ſuper me inimica mea, quia cecidi, conſurgam, cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea erit. Viſo ergo eo ſacerdos, vehementer obſtupuit, & cum terrore magnæ admirationis exclamavit, dicens, væ mihi miſero peccatori, quid eſt hoc quod video? Nunquid iſte eſt dominus noſter Balduinus, Piſanus quondam Archiepiſcopus de monaſterio Claravallis aſſumptus? Reſpondit is, qui loquebatur ad eum: Ipſe eſt vere: & presbyter ait: Hiccine ergo tantæ profeſſionis monachus, & tantæ perfectionis Epiſcopus deputatus eſt pœnis, quem nos ſperabamus jam in cœlo gaudere cum Angelis? Ille vero reſpondens ait: Pro certo ſcias, & nullatenus dubites, quia ipſe eſt vere ſanctus, celſique meriti Pontifex, & magna erit gloria ejus coram Deo, ſed quoniam propter ipſum inter Piſanos, atque Lucenſes populos diuturna jam guerra verſatur, propterea differtur a requie, donec inter illos ad pacem diſcordia revocetur. Poſt hæc apparuit eidem presbytero columna quædam jubaris immenſi, cujus claritas ultra continuam ſolis valentiam coruſcare videbatur de cœlo ad terram uſque porrecta, per quam anima quædam angelico ductu ad ſydera contendebat. Sciſcitante vero presbytero quænam hoc eſſet, reſpondit alter: Ipſa eſt anima Conſtantini quondam judicis, & domini Turritani. Hæc autem per novem annos ventis, & pluviis, & algoribus ſemper expoſita, a die exitus ſui uſque nunc in ſtillicidio domus ſuæ conſtitit, ibique ſuorum exceſſuum pœnas luit. Sed quoniam miſericors & liberalis in pauperes extitit, & judicium injuriam patientibus fecit, inſuper etiam de malis, quæ commiſit confeſſus eſt, & pœnitens a corpore exivit, idcirco miſericordiam a Domino conſecuta, hodierna die meretur a malis omnibus liberari, & bonis omnibus ſocianda, ad æternam beatitudinem introduci. Hæc, & multa alia ſacerdos ille vidit, & audivit de ſecretis alterius vitæ, inter quæ etiam dictum eſt ei, quod eodem anno eſſet moriturus, id quod ſubſecuta mors ejus verum fuiſſe comprobavit. Sic omnipotens Deus innoteſcere voluit dilecti ſibi Pontificis animam, quamvis juſtam, quamvis ſanctam, quantumque rubigine culpæ fuſcatam, non potuiſſe regnum puritatis intrare, nec fulgorem meridianæ lucis, in qua cœleſtis ſponſus cubat intueri, donec ipſius gratia expiata, & pace inter diſſidentes reformata, ab eodem ſponſo mereretur audire: Tota pulchra es amica mea, tota pulchra, & macula non eſt in te. Veni de Libano, veni coronaberis. Quod vero in diviſione ſacra hiſtoria nobis inſinuatum putamus, niſi hoc, quod tales revelationes, non abſque nutu, & voluntate Redemptoris noſtri fiunt ad commonitionem, & correctionem mortalium, maxime cum a religioſis perſonis tale aliquid videri contigerit.

Hæc ille.

Inceptum eſt hoc bellum inter Piſanos, & Lucenſes anno Domini 1145. qui poſtremus fuit Balduini, de quo auctor Annal. Piſanorum. *Anno* 1146. (more Piſano) *incepta eſt guerra inter Piſanos, & Lucenſes. Nam Piſani propter injuriam de caſtello Aghinolfi eis a Lucanis illatam.* De legatione Balduini in Sardinia, deque Avorenſis judicis excommunicatione, poſt ejus mortem ſcribit Bernardus epiſtola 244. ad Eugenium Papam: *Quod ſanctæ memoriæ Balduinus Archiepiſcopus Piſanus fecit in Sardinia de excommunicatione Avorenſis judicis, quia omnino juſte hoc virum bonum feciſſe credimus, veſtra auctoritate ratum, & inconcuſſum manere rogamus. Porro Turritanus judex, quia bonus dicitur eſſe princeps, ſit vobis commendatus, & a vobis manu teneatur.*

46 VILLANUS Villanius* ſeu de Cajetanis perveruſtæ ac nobiliſſimæ familiæ Piſanæ civis, atque Archiepiſcopus Piſanus Balduino ſucceſſit an. XLVII
1145. Huic Archiepiſcopo Eugenius III. an. 1146. Kalendas Junii ab Incarnatione, Indict. octava. Datum Viterbii per manum Roberti S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & cancellarii, omnia indulta,

* Ex App. tom. I.



quæ olim Innocentius II. Balduino conceſſerat, iterata liberalitate confirmavit; eidemque Adrianus IV. ea ipſa indulſit anno 1157. xi. Kalendas Junii, B Indictione V. Datum Laterani per manum Rolandi S. Romanæ Eccleſiæ presb. Cardinalis, & cancellarii. Idem obtinuit ab Alexandro III. an. 1169. 7. Kalendas Februarii, Indictione II. Datum Januæ per manum Hermanni S. R. Eccleſiæ ſubdiaconi, & notarii. Quæ omnia privilegia cum iiſdem verbis cum illo ſuperiore ab Innocentio, Balduino conceſſo reincidant, ſupervacaneum duxi, ſi hic exſcriberentur. Superioribus vero Villani temporibus, qui ſumma apud Eugenium III. gratia, atque auctoritate floruit, Metropolitanæ Eccleſiæ canonici, ab Anaſtaſin IV. anno 1153. non modo conceſſas a prædeceſſoribus prærogativas, verum maxime ampliſſimam donationem, qua Eugenius Villani precibus adductus eoſdem auxerat, Apoſtolica auctoritate ſequenti diplomate corroborati fuere.

ANASTASIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Leoni archipresbytero, cæteriſque Piſanæ Eccleſiæ B. Mariæ canonicis tam præſentibus, C *quam futuris canonice intrantibus in perpetuum.*

Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequen. compleri, quatenus & devotionis ſinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus libenter annuimus, & prædeceſſorum noſtrorum fel. mem. Calliſti, & Eugenii Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes Eccleſiam beatæ Genitricis Dei Mariæ, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum fraternitatis veſtræ ſuſtentationem juſte, ac legitime poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & per vos eidem Eccleſiæ illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam S. *Vivianæ in Soarza cum omni proprietate Canonicæ S.* D *Mariæ cum adjacentibus, Eccleſiam S. Chriſtinæ in Chinſica, Eccleſiam S. Martini in Guaſolongo, Eccleſiam S. Mariæ in Mezzana, Eccleſiam S. Mariæ in Villarada, Eccleſiam baptiſmalem S. Mariæ in Arena cum ſuppoſitis capellis, & decimationibus, Eccleſiam de Vaticaria, Eccleſiam de Puſignano, Eccleſiam de Faſiano, Eccleſiam S. Bartholomæi de Zumulo, Roccam de Comitello cum pertinentiis ſuis. Quicquid & habetis in caſtello Inpalli a, & ejus pertinentiis, caſtellum de Scannello cum pertinentiis ſuis, & aliis caſtellis cum ſuis pertinentiis, quemadmodum a recolendæ memoriæ Beatrice, & Mathilda comitiſſis Eccleſiæ Piſanæ collata eſſe noſcuntur. Quicquid habetis in curte, quæ dicitur Pappiana, & quicquid habetis in curte de Pepulogna. Rubum Piſanæ civitatis, centum ſolidos de ripa, qui dari propter cereum conſueverunt, quicquid habetis in caſtello, & curte Caſtelli novi, & Caſtelli veteris Camajano, terram apud Carrajam Gunduli, quam vobis bonæ memoriæ Cajetanus* A *devotionis intuitu contulit, in qua Eccleſiam in honorem beati Joannis Evangeliſtæ aſſenſu veſtro ædificavit; terram, quam habetis in Petriano b cum Eccleſia S. Margaritæ, & ejus pertinentiis, cenſum, qui vobis perſolvitur a ſontiariis c, qui in ſtagno piſcant. In Sardinia monaſterium S. Michaelis de Plajano cum Eccleſiis, curtibus, & aliis pertinentiis ſuis officium eccleſiaſticum, & beneficium populi Piſani in portu de turribus.*

Præterea veſtram matricem Eccleſiam plena dilectionis brachiis amplectentes antiquas ejus, & rationabiles conſuetudines confirmamus, unctiones ſcilicet infirmorum, & decimas Piſ. parochiæ blada d, & juſſionis, Pecuniarum vero omnium tres ex integro perſolutiones tam de civitate ipſa, quam de villis, burgis, & territoriis, quæ a majori Eccleſia baptiſma ſuſcipiunt, & oblationes vivorum, & mortuorum, quæ ad majorem Eccleſiam conferuntur, ut nullas unquam vobis, veſtriſque ſucceſſoribus calliditate, aut violentia ſub- B *trahantur, ſed in communem uſumfructum integræ, ſtabileſque permaneant; idipſum, & de oblationibus miſſæ Epiſcopalis, quæ præſentibus canonicis celebratur, ſtatuimus excepto auro, vel pretio pro auro. Nec in majori Eccleſia ullus introducatur, vel ordinetur canonicus, niſi communi canonicorum, vel majoris partis conſenſu, ordinatum vero nulli omnino Epiſcopo liceat officio, ſeu beneficio, ſive canonico privare judicio. Nullus etiam Eccleſias, quæ in proprietate canonica majoris Eccleſiæ ſunt, & earum clericos præter communem canonicorum, vel majoris partis voluntates ordinare, vel inquietare præſumat. Olivas autem, & cereos nulla civitatis, & burgorum Eccleſia præter matricem Eccleſiam, & præter monaſteria, & in his præter monachorum, & familiarium uſum benedicere præſumat, & præter ubi antiquiſſime conceſſum eſſe dignoſcitur. Baptiſma in majori tamen celebretur Eccleſia ſicut antiquitus obſervatum eſt, excepto timore mortis. In ſabbato ſancto nullus miſſam cantare, & campanas ſonare præſumat, donec apud majorem pulſentur* C *Eccleſiam. Populares quoque proceſſiones niſi in majori fiant Eccl. Præterea præſentis privilegii auctoritate ſancimus, ut defunctorum canonicorum bona nunc, & in futurum a nemine auferantur, ſed in utilitatem fratrum communiter viventium quiete, & integre dimittantur. Porro, qui ad majorem ſoliti ſunt Eccl. ſepeliri, ſepulturas ſolitas non relinquant. Sed qui ad aliarum Eccleſiarum tranſeunt ſepulturas, ſive in civitate, ſive in burgis judiciorum ſuorum partem quartam Eccleſiæ matrici derelinquant. In omnibus autem Eccleſiis, in quibus mortuorum exequiis intereſſetis, miſſarum vobis celebrationes cum oblationibus ſuis concedimus. Sane piorum canonicorum electiones, & collationes monaſterialium, & capellanorum, qui videlicet populo divina officia adminiſtrant, Epiſcopi, & canonicorum conſenſu fiant. Præterea ſedis Apoſtolicæ auctoritate ſtatuimus, ut diviſio ſilvæ de tumulo, ſicut a venerab. fratre noſtro Villano Piſano Archiepiſcopo ex mandato jam D. prædeceſſoris noſtri Papæ Eugenii facta, & nobis aſſignata eſſe dignoſcitur, futuris tem-* D *poribus rata, & inconcuſſa permaneat, nec quiſquam vobis, vel ſucceſſoribus veſtris invitis diviſionem ipſam unquam præſumat infringere, ſive ratione qualibet perturbare. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si quis igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo animadv. commonita, ſi congrua ſatisfactione ſe non emendaverit, poteſtatis ſuæ prioris dignitate careat, & præterea ream ſe divini judicii exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & D. Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, ac in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem in co-*

a Al. Tripalli.

b Al. Peſciano.

c Al. Fogariolaris.

d Al. Fiodas, in vini omnis.

dem

dem loco juſta ſervantibus ſit pax Dom. noſtri Jeſu Chriſti, ut hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmium æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Anaſtaſius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Imarus Iuſulanus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Ugo Oſtienſis Epiſc. ſubſcripſi.
Ego Gregorius presb. Cardinalis tit. S. Calliſti ſſ.
Ego Guidus presb. Cardinalis tit. S. Chryſogoni ſſ.
Ego Ubaldus presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis ſubſcripſi.
Ego Jerdanus presbyter Card. tit. S. Suſannæ ſſ.
Ego Octavianus presbyter Card. tit. S. Cæciliæ ſſ.
Ego Artaldus presbyter Card. tit. S. Priſcæ ſſ.
Ego Joannes presbyter Cardinalis tit. Equitii ſſ.
Ego Otho diaconus Card. tit. S. Georgii ad velum aureum ſubſcripſi.
Ego Hyacinthus diac. Card. tit. Ss. Sergii, & Bacchi ſubſcripſi.
Ego Otho diac. Card. tit. S. Nicolai in carcere Tulliano ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Rolandi S. Rom. Eccleſiæ presb. card. & cancellarii ſexta Id. Septembris, Indict. 1. Dominicæ Incarn. anno 1153. Pontif. vero Anaſtaſii Papæ IV. anno 1.

Iiſdem fere verbis Adrianus IV. eidem Leoni Archipresbytero, cæteriſque S. Mariæ Piſanæ Eccleſiæ canonicis omnia jura, ac privilegia confirmavit. Datum Beneventi per manum Rolandi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presb. Cardinalis, & Cancellarii, 5. Idus Junii, Indict. 4. Incarnationis Dominicæ 1156. pontificatus 2. Diplomatis originale aſſervatur in tabulario Piſani capituli, ubi alia duo ejuſdem Pontificis monumenta eidem Leoni, aliiſque canonicis demandata leguntur, quorum tenor eſt talis.

ADRIANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filii L. archipresb. & aliis canonicis Piſanæ Eccleſiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Etſi commiſſum nobis officium pro Eccleſiarum omnium ſtatu nos cogat attentius cogitare, pro illis tamen ſpecialiter nos invigilare oportet, quæ B. Petro, ac nobis propenſius adhærere noſcuntur. Ideoque dilecti in Domino filii, quoniam bona, & poſſeſſiones Eccleſiæ Piſanæ quidam parochianorum Piſani Archiepiſcopatus violenter detinent occupatas, & ea reddere contradicunt, ſi poſtquam ven. fr. noſt. V. Piſanus Archiepiſcopus a vobis tertio fuerit requiſitus, canonicam juſtitiam de ipſis facere aliqua pravitate forte noluerit, tibi fili Archipresbyter, & aliis ſacerdotibus veſtris canonicam in eos ſententiam promulgandi licentiam damus, ſtatuentes, ut ſententia ipſa uſque ad condignam ſatisfactionem firmiter teneatur, nec ab aliqua præſumptione aliqua violetur.

Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Februarii.

ADRIANUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis L. Archipresbytero, & cæteris Piſanis canonicis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Quos ampliori devotione nobis adſcriptos eſſe cognoſcimus, & quos majori dilectionis affectu diligimus, illos utique pro veſtris negotiis confidentius excitamus. Cum enim prædeceſſoribus noſtris Eccleſia Piſana devota exſtiterit, & ipſis ſemper ſtuduerit humiliter obedire, volumus quod noſtris temporibus erga nos, vel matrem noſtram diminutionem recipiat, cum parati ſimus Eccleſiam veſtram, & perſonas plena charitate diligere, & ipſius juſtitiam integre vobis, atque inviolabiliter conſervare. Inde eſt, quod dilectos filios R. capellanum noſtrum Eccleſiæ Piſanæ ſatis devotum, atque quoſdam fratres Eccleſiæ S. Rufi, quos pro incidendis lapidibus, & columnellis ad partes veſtras dirigimus, cum quibus etiam dilectum filium P. ſcriptorem noſtrum utique miſiſſemus, niſi pro veſtro negotio remanſiſſet, eos charitati veſtræ attentius commendamus, rogantes quatenus ita eis, & nobis gratum ſuper hoc auxilium, & conſilium tribuatis tam in magiſtris, quam in aliis, ut ipſi opus, quod intendunt poſſint peragere, & nos fructuoſas vobis debeamus gratias exhibere. Ad opus ſiquidem dilectorum filiorum noſtrorum canonicorum Eccleſiæ S. Rufi clauſtrum fieri volumus, quod veſtro auxilio vellemus operis executionem perficere.

Datum Beneventi 12. Kal. Maji.

Anno ſuperiori 1154. Raynaldus Antiochiæ Princeps, ejuſque uxor Conſtantia Boemundi junioris filia, reipublicæ Piſanæ, Villano Archiepiſcopo, ejuſque principis templo nonnullas ædes Laodiceæ, & Antiochiæ ob eximiam Piſanorum de ipſis optime meritorum ſtudia conceſſere: quippe ſæpius Piſani, eorumque Archipræſules ad infidelium Terræ ſanctæ elidendos impetus maximo iis fuerant adjumento. Raynaldi porro principis documentum, ex eodem tabulario erutum jacet in hunc modum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis præſentibus, atque futuris notificari, & manifeſtari volumus, quod ego Raynaldus, Dei gratia Antiochenorum princeps, unaque Conſtantia eorundem principiſſa Boemundi junioris filia perenni jure donamus, & concedimus Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, & Archiepiſcopo Piſanæ civitatis Conſulibus, & Senatoribus, & communi populo tam in Piſana provincia, quam in noſtra manenti, & legato Britate terram ad conſtruendam domum in portu civitatis Laodiceæ. quæ terra extenditur ſubtus Eccleſiam S. Heliæ ante domum templi, & domum magiſtri Ugonis uſque ad mare, quod contra eſt, & extenditur per littus maris uſque ad quandam cavernam, & murum antiquum, & in ſuperiori parte uſque ad foſſatum. Sciendum eſt autem, ſi judicio curiæ terram recuperare poſſent, quam in prædicto portu Villelmus Embriacus poſſidet in propriis uſibus, noſtris redibit terra, quam ſuperius illis dedimus. Inſuper hæreditario jure illis donamus domum in civitate Antiochena, quæ fuit dominæ Odonæ de Tiro, & dimittimus illis, & condonamus per totam terram noſtram a quibuſcunque partibus venerint medietatem totius juris, quod per conſuetudinem intrando, vel exeundo, emendo, vel vendendo dare ſoliti ſunt, & illos, ſive ſint in mari, ſive in terra noſtra ab omni poſſe noſtro protegemus, & defendemus. Præterea ſi in terra noſtra naufragium paſſi fuerint, illos, & res eorum ſalvabimus, & protegemus. Et ſi quiſquam illorum in terra noſtra mortem paſſus fuerit, res ejus parentibus ſuis ſervari faciemus. Inſuper ſi inter ſe querelam habuerit, non in curia noſtra, ſed in ſua juxta ſtatuta eorum tractabitur. Et ſi de noſtris hominibus, & ſuis querela fuerit, in curia noſtra audietur. Ut autem hoc donum firmum, & inviolabile permaneat, his literis annotari, teſtibuſque ſubſcribi, & principali impreſſione muniri fecimus.

Factum eſt hoc per manum Gaufridi cancellarii noſtri anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto. Indictione ſecunda. Hujus rei ſunt inteſtes Garento de Soana, Galerius de Surda valle, Gualfridus conſtabularius, D. Leonardus, Leo Majopolis Dux, Marſaram de Margabi, Arnaldus de Caſardam, Robertus de Surdavalle, Ugo de Volera, Ueataſdus de Leuni, Petrus de Juvenale.

Data eſt charta in palatio Antiocheno decima die menſis Maji.

Obtinuit dono noſter Villanus anno Chriſti 1157. ab Almerico Aſcalonis comite, Balduini ſecundi Hieroſolymitani Regis fratre tum certa in Joppenſi urbe jura, tum porrectum late campum, ut in eo Piſani cives domos, Eccleſiamque excitarent, ſi Leoni patriarchæ ita viſum eſſet. Depromptum ex eodem tabulario monumentum dicta comprobat.

In nomine ſanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Notum ſit omnibus tam præſentibus, quam futuris, quod ego Almericus per Dei gratiam comes Aſcalonis per voluntatem, atque laudamentum Domini, atque fratris mei Balduini Regis Hieruſalem dono, concedo, atque confirmo tibi domino Villano Piſarum venerabili Archiepiſcopo, unaque conſulibus earundem, communiterque omnibus Piſanis dimidium ejus juris, quod ad me pertinet, & cum intraverint, & cum exierint, & cum emerint, & cum vendiderint Piſani in Joppe tam per terram, quam per mare. Dono etiam Piſanis plateam unam in Joppe, ut in ea componant ſibi domos, & faciant ibidem forum ſibi.

Con-

Concedo eiſdem locum unum ad fabricandum ſibi in eo Eccleſiam, ſi tamen dominus, ac magiſter Chriſtianitatis patriarcha hoc ipſum conceſſerit. Ut igitur hoc meum donum, hæc mea conceſſio, ac confirmatio rata, firma, & illibata in perpetuum permaneant, & nullius fraudulentia, aut violentia circumveniri poſſint, vel turbari, chartam præſentem ſigillo meo corroboro, teſtibuſque ſubſcriptis communio.

Factum eſt autem hoc an. Incarnationis Dominicæ 1157. indictione quarta. Hujus quidem teſtes ſunt Ferr Epiſcopus Accbon. de fratribus Templi Gofredus Fulcherii de fratribus Hoſpitalis, Vuillelmus. Geollebt. de hominibus vero meis Simon de Hoſdem, Raynaldus de Joppe, Joccelinus de Samulach, Albertus, Vuillelmus de Tiro, Vuillelmus de Tiberiade, Guido de Mirabello, Bartholomæus Snoſſionen. Cerbertus, Lambertus, Gerardus de Riminni, Lambertus de Ioppe, Vuillelmus Ruffus.

Datum in Aſcalone per manum Rodulphi cancellarii 4. Non. Junii.

Vidi nuper inter Piſanæ Eccleſiæ tabulas, quibus Metropolitanæ Eccleſiæ canonici, ab Imperatoribus, ſummis Pontificibus, ac principibus ornati fuere, inſigne monumentum eis conceſſum an. 1160 a Galephone a Spoleti Duce, qui ſe Tuſciæ marchionem, principem Sardiniæ, ditioniſque Mathildæ comitiſſæ dominum inſcribebat; ſic diploma.

a Gualphone.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

b Guelpho.

Gulepho b, Dei gratia, Dux Spoleti, marchio Tuſciæ, princeps Sardiniæ, & dominus domus Comitiſſa Mathildæ. Ad hoc divinæ diſpoſitionis providentia nobis diſpenſationem multarum temporalium rerum conceſſit, ut Eccleſiaſticis perſonis debeamus ferre ſubſidium, ut ex rebus tranſitoriis mereamur æterna. Proinde omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum noverit induſtria, qualiter nos petitione canonicorum Piſanæ Eccleſiæ pro remedio animæ noſtræ confirmamus eidem Eccleſiæ, & canonicis ipſius poſſeſſiones ab antiquis Imperatoribus, ſive Regibus eiſdem datas, & conceſſas. Quapropter tradimus, & concedimus, & confirmamus in perpetuum canonicis ſanctæ Piſanæ Eccleſiæ in proprietatem, & poſſeſſionem ſalvam tumulum Piſarum a faucibus veteris ſerchiuſque ad fauces Arni, & a foſſa Lucii, quæ eſt prope foſſam Corbellariam uſque ad mare, & tertias piſcariæ de ſtagno, & omnia alia quæ juſte, & legaliter poſſident. Item decimas, prædia, domus, & familias, & varingangas omnes, quæ eorum prædiis adhærent, & omnino omnia, quæ juſtis modis canonice, & legaliter acquiſiverunt, & acquirere poterunt. Inſuper confirmamus, & largimur præfatis canonicis centum ſolidos de ripa, & rubum de tota civitate, ut nemo ſine eorum permiſſione præſumat appendere, vel librare; curtem quoque de Pappiana veſtra conceſſione, auctoritate, & bannis noſtris confirmatione teneant & de cætero abſque alicujus contradictione libere diſponant, & proprietario jure quiete poſſideant, & ſi quid poſt hanc conceſſionem in eadem curte acquiſierint, quiete, & libere poſſideant. Ipſos etiam ſancta Romana Eccleſia jam dictos canonicos ſub noſtra tutela, & defenſione recipimus, ita videlicet, ut nulla perſona magna, vel parva, nullus dux, nullus marchio, nullus Archiepiſcopus, nullus denique vel officii, vel ordinis homo, audiat ipſos canonicos, vel eorum jus, vel familias inquietare, moleſtare, vel aliquo modo fatigare, nec ad placitum, nec cauſam forenſem, niſi in curia noſtra invitare, ſed ſecure, & abſque nulla perturbatione divinis poſſunt ſervitiis vacare & pro nobis Dominum propenſius exorare: ſi quis autem, quod non credimus, temeraria præſumptione hujus noſtri præcepti decretum infringere tentaverit, noſtræ conſtitutionis violator exiſterit, ſciat ſe noſtram offenſionem incurſurum, & banni noſtri pœnam compoſiturum quinquaginta libras auri optimi, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem ipſis canonicis, qui pro tempore ibi fuerint. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius cuſtodiatur, ſigillis noſtris juſſimus inſigniri.

Acta ſunt autem hæc apud ſanctum Geneſium anno 1160 ab Incarn. D. N. ind. 8. regnante Federico Romanorum Imp. invictiſſ.

Ego Henricus ducis cancellarius recognovi, & ſſ.

A *Ego Albertus notarius D. Ducis ſcripſi, confirmavi, & dedi.*

Anno 1161. Lambertus Graſſus, ac collegæ Piſani conſules pro ſua pietate, ac decorandæ, augendæque Eccleſiæ Metropolitanæ, cui S. Mariæ nomen eſt, ad perducendam molem, majeſtatemque eidem Eccleſiæ omnes Eccleſias, ac jura, quæ ab Imperatoribus, ob inſignem in bellis navatam operam majores acceperant, quibus Piſani Conſtantinopoli potiebantur, conceſſere, non modo ut Balduini Archiepiſcopi piæ recordationis merita decorarent, veruntetiam ut Villano Archipræſuli morem gererent, qui ſummis ab iis precibus illud contenderat. Tantæ donationis monumentum è tabulario Piſano elicitum afferimus.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Amen.

Juſtum eſt piis petitionibus clementer annuere, & in Piſana majori Eccleſia S. Mariæ conſtruenda vigilanter operam dare. Ideo nos Lambertus Graſſus de S. Caſſiano, Sigiſmundus Henrici, Coccus filius quond. Griffi, Bulſus B *quond. Petri, Henricus Raynerii quond. Frederici, Boccius Raynerius de Parlaſcio, Lanfrancus Ugonis, & Ugo quond Tedicionis conſules, Dei gratia, Piſanorum, conſilio majoris partis Senatorum hujus Piſanæ urbis tibi Benedicto dilecto fratri recipienti in vice Joanis operarii operis Piſanæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ pro loco ipſius operis damus, & irrevocabiliter concedimus Eccleſias, videlicet embolum, & ſcalas, & ſtateram, quæ ſunt in Conſtantinopoli, & ſunt ab Imperatore operi ſanctæ Mariæ conceſſa; ita ut deinceps libere, & abſolute ſint in tua, tuorumque ſucceſſorum rectorum iſtius operis ſanctæ Mariæ poteſtate ad augendum, & meliorandum ad honorem, & utilitatem præfati operis ſanctæ Mariæ. Et neque Archiepiſcopus, neque clerici, neque conſules Piſani, neque Miſſatici, neque vicecomes, neque embolanii, qui modo ſunt, vel pro tempore erunt, nec aliqua perſona occaſione Piſanæ civitatis poteſtatem habeant aliquo modo de prædictis omnibus vendendi, vel pignorandi, aut alienandi. Si quis vero contra hanc noſtræ inſtitutionis, ac largitionis paginam venire tentaverit, ſit compoſiturus publico noſtræ* C *civitatis pœnam librarum centum optimi argenti. Et quia nos præmemorati conſules hæc omnia in perpetuum voluimus obſervari, imitantes etiam voluntatem, & ſcriptum domini Balduini piæ recordationis Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopi, & domini Villani nunc venerabilis ejuſdem Eccleſiæ Præſulis, ideo hanc noſtræ irrevocabilis donationis paginam ſigillo noſtro plumbeo ſanctæ Mariæ communis hujus Piſanæ civitatis juſſimus inſigniri; & hæc omnia ad perpetuam firmitatem, atque memoriam Uguiccionem domini Imperatoris Frederici judicem ordinarium, & ſacri Lateranenſis palatii notarium ſcribere rogavimus.*

Acta ſunt hæc in veteri capitulo Piſanæ canonicæ ſanctæ Mariæ præſentia, & teſtimonio Pellarii q. Gualandi, Ildiprandi Familiati filii Ugonis, Gerardi Ugonis de Fabro nunc Piſani camerarii, ac Boni filii q. . . Anno Dominicæ Incarnationis 1161. quintodecimo Kalend. April. Ind. 9.

Ego Ugo conſul ſubſcripſi.
Ego Lamberto conſul ſubſcripſi.
Ego Coccus conſul ſubſcripſi.
D *Ego Henricus conſul ſubſcripſi.*
Ego Bolſus conſul ſubſcripſi.
Ego Sigiſmundus conſul ſubſcripſi.
Ego Lanfrancus conſul ſubſcripſi.
Ego Boccio conſul ſubſcripſi.
Ego Rainerto conſul ſubſcripſi.
Ego Uguiccio D Imp Frederici judex ordinarius, & ſacri Lateranenſis palatii notarius præcepto horum conſulum ſcripſi.

Originale aſſervatur in archivio operæ primatialis Eccleſiæ Piſarum.

Conſulum ſubſcriptionibus eidem monumento adiecta ſunt duo ſigilla, in quorum primo ſedentis Deiparæ effigies adumbrata eſt adſcriptis hiſce verbis: *Mater Dei*, ac circumquaque hæc verba leguntur: *Sigillum ſanctæ Mariæ civitatis Piſanæ*, quod Metropolitanæ eſt Eccleſiæ: expreſſa eſt in altero Aquila, in cujus extremo orbe viſuntur hæc verba: *Urbis me dignum Piſanæ nomine ſignum*. Depicta in

Digitized by Google

oppoſito hujus donationis ſigillo Aquila , ut moris ipſorum erat, ſat probat, ea fuiſſe illius reipublicę vetera inſignia, quæ ſemper Imperatorum partes ſecuta eſt, ac licet Gelaſii II. temporibus iis permutatis albam crucem in æra rubra , ut fortiſſimi Eccleſiæ pugiles , dum pro Terra ſancta reparanda bellum Sarracenis innovaretur , præferrent , iis tamen temporibus Friderici Ænobarbi Alexandri hoſtis partibus irretiti relicta cruce , ut placerent Imperatori, Aquilam inſignibus appinxere . Nolui hoc in loco ſilentio obruere epiſtolæ fragmentum ab Alexandro III. huic Eccleſiæ ſingulari amoris vinculo devincto hoc eodem anno 1161. ad Piſanos canonicos datæ, quæ cum antiquitate venerationem , dignitatemque apud curioſum lectorem ſibi conciliet , temporumque injuria majori ex parte exeſa ſit, ne penitus interiret, quod in manus noſtras, noſtri eruditi Pauli Troncii opera pervenire potuit, noſtris monumentis, æternitatique volumus conſecrare .

ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Canonicis Piſanis ſalutem , & Apoſtolicam benedictionem .

Quam celebris, & quam famoſa ſit Eccleſia veſtra, & qualiter uſque ad hac tempora inter Eccleſias Italiæ fulgeat nomine , nos cum multa laudis præconio ad memoriam ſæpe reducimus , & vos ſemper ante oculos veſtros habere debetis , ut ad ulteriora jugiter videamur proficere , cum poſteriora fuerint laudabili memoria commendanda. Unde autem tanta laus , & gloria Eccleſiæ veſtra provenerit, ſi velitis ſollicite cogitare, procul dubio poteritis invenire , quod non tam ædificiis, vel fulgidis ornamentis , quam honeſtate , & prudentia perſonarum , quæ ibidem inſtituta fuerint , tam celebre nomen , & tam famoſa laudis gloriam acquiſivit . Reſtat igitur providendum vobis , & cum omni ſollicitudine cogitandum , ne tanta laudis gloriam a vobis , & veſtris prædeceſſoribus conquiſitam per improvidam diligentiam , quod avertat Dominus , amittatis, vel quomodolibet minuatis , ſed ſi eam non poteritis adaugere, in ſuo ſaltem ſtatu ipſam ſummopere conſervare curetis ; inde eſt, quod prudentiam veſtram monemus , mandamus , atque præcipimus , quatenus ſtudioſius attendentes quantis , & quam famoſis perſonis ſit veſtra Eccleſia indicata in locis vacantibus ejuſdem Eccleſiæ tales perſonas ſubſtituere ſtudeatis , &c.

Villanum vero Archiepiſcopum optimum fuiſſe paſtorem, deque Romana Eccleſia benemeritum conſtat . Cum enim inter Alexandrum III., ac pſeudopontificem Victorem ſchiſma ferveret , Villanus imperterrito animo vero Pontifici Alexandro adhæſit , atque ob id ab Ænobarbo declaratus perduellis in inſulam Gorgonam voluntario exilio ſeceſſit. Populus autem , cleruſque Piſanus , qui Ænobarbo ſtudebat , ad ejuſdem votum , poſtulataque Benincaſam de Benincaſis canonicum S. Mariæ Majoris Piſanæ , in vacuam Villani ſedem intruſerant anno 1167. Victorque pſeudopapa in die S. Paſchatis inauguravit , de qua re auctor noſtri Chronici.

Imperator , inquit , *Fridericus Raynaldum cancellarium , & Colonienſem Archiepiſcopum Piſas miſit, qui exercitum facere ſtatuit in publico Piſanorum Parlamento in æſtate futura in Siciliam , Apuliam , Calabriam , & contra Romanos , & ſic in ipſo Parlamento juratum eſt per quendam domini Imperatoris capellanum , & per conſules Piſanorum . Præterea ibidem prædicti conſules jurarunt Papam Paſchalem pro Catholico tenere , & eidem tamquam Catholico obedire , & clericis Piſanis jurare facere promiſerunt . Similiter & Archiepiſcopum Villanum , qui nullo modo ei obedire voluit , promiſerunt . Poſtea quidem 8. Kal. Aprilis Piſani volentes obedire præceptis prædictorum Imperatoris , & Papæ Paſchalis , Benincaſam canonicum ſanctæ Mariæ Majoris Piſani in Archiepiſcopum elegerunt , cui ipſe Papa ſabbato ſancto ſacerdotium dedit , & die Lunæ Paſchæ honorifice cum ſuis Cardinalibus in Archiepiſcopum conſecravit .*

Cæterum cum deinde populus , cleruſque Piſanus poſt Ænobarbi profectionem reſipuiſſet , proprio , veroque revocato Paſtore , Benincaſam intruſum deturbarunt de ſede . Quibus acceptis Alexander Papa , qui iis temporibus Beneventi verſabatur , ſequentem epiſtolam ad Piſanos canonicos ſcripſit, ac ſuſceptis inſiſtere , Villanique ab ipſis revocati partibus hærere hortatus eſt , atque ob intruſum Benincaſam tandem ejectum ſummis laudibus extulit ; quem quidem Pontifex ludens in illius nomine Malincaſæ dicterio aſperſit , in ſequentibus enim literis , quibus licet annus adſcriptus non ſit, digniſſimę tamen , quæ poſteritati transfundantur viſæ ſunt , ac ex ſanctiori capituli tabulario decerptæ fuerunt .

ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei .

Dilectis filiis Canonicis Piſanis ſalutem , & Apoſtolicam benedictionem

Literas devotionis veſtræ ſolita benignitate recepimus , & quod Catholicam unitatem diligenter , propenſiuſque foventes , ſchiſmaticæ pravitatis errorem viriliter impugnatis , & ad revocationem ſchiſmaticorum toto ſtudio , & diligentia intenditis , fidei , & fortitudinis veſtræ conſtantiam digne prout convenit commendamus , & vobis adepta opportunitate capimus pro meritis reſpondere . Rogamus autem univerſitatem veſtram , atque monemus , quatenus ſicut bene cæpiſtis ad expulſionem Malincaſæ , & ad revocationem venerab fratris Archiepiſcopi veſtri modis omnibus laboretis , & totis niſibus intendatis . De cætero illos nimirum lapſos in ſchiſmate judicamus , qui juramento , vel fide præſtita , oratione , cibo , vel oſculo , ſi hoc voluntarie fecerint , vel licet primum inviti feciſſent , in conſuetudinem tamen poſtea deduxerint , ſchiſmaticis communicaſſe noſcuntur , quamvis eos , qui juramentum , aut fidem præſtiterint , gravius aliis puniendos fore cenſeamus Præterea cognitio ex literis veſtris , quod præfatus Archiepiſcopus capellanum de Viſignano , qui nefarium illud juramentum præſtiterat , abſolutum remiſerit ; & ut A. Priorem ſancti Jacobi . & R. capellanum ſanctiſſ. Salvatoris , qui cum prædicto R. ad execrationem ejus juraverunt patienter toleraretis mandaverit , ſatis doluimus , ac moleſte tulimus , ipſique mandavimus , ut niſi in præſentia veſtra , vel ſua cum veſtra tamen conſcientia , ſchiſma abjuraverint ſecundam formam, quam vobis præſcripſimus, & aliud juramentum præſtiterint . quod noſtro , vel ſaltem ſuo debeant ſtare mandato , ipſos in priorem ſententiam reducere non poſtponat , ac vobis in his , & in aliis ſtudeat ſicut decet deferre , & congrue univerſalitatem veſtram honoribus prævenire .

Dat. Beneventi 6. Kal. Sept.

Ab eodem Alexandro datæ literæ Archipresbytero , ac canonicis hujuſce Metropolis videntur , quibus ſummis præconiis conſtantiam , fidemque erga ſedem Apoſtolicam exornavit , qui dum ſchiſma arderet , ſtudium , operamque ſuam ad clerum , populumque ad Pontificias partes Alexandri revocandos contulere , deturbatoque Malincaſa , rem magno ſuſceptam animo , majori laude ad exitum perduxere . Exemplum vero epiſtolæ hujuſcemodi eſt .

ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis L. Archipresbytero , & univerſis canonicis Piſanæ Eccleſiæ ſalutem , & Apoſtolicam benedictionem .

Super illa ſollicitudine , & fidei conſtantia , quam circa honorem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ , ac noſtra , providentia veſtra habere dignoſcitur , & ſuper eo , quia illud , quod verbo ſecreto nobis obtuliſtis , evidenti operis executione adimplere hilariter voluiſtis , induſtriam veſtram plurimum in Domino commendamus , & gratiarum exinde actione vobis referimus , propoſitum , & voluntatem habentes perſonas , Eccleſiam , & civitatem veſtram pura mentis intentione diligere , & quantumcum Deo , & juſtitia fieri poteſt in omnibus honorare. Cæterum licet ad exaltationem, & augmentum Matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ, & noſtram adeo vos cognoſcamus eſſe proclives , & in fidelitate noſtra ferventes , quod nullius unquam perſuaſionibus ad hoc egeatis ullatenus incitari , quaſi de ſuper abundanti diſcretionem veſtram rogamus , monemus , & in domino Jeſu , cujus cauſa eſt , obſecramus , quatenus ſicut hactenus bene , & laudabiliter feciſtis eodem ſpiritu , & non

mi-

minori ſtudio pro exaltatione, & libertate Eccleſiæ totis viribus laboretis, verbum autem illud ſecretum conſilio, juvante Deo, in melius commutato in præſentiarum duximus differendum, & vos in eo ad præſens nolumus aggravari. Ad hæc devotionem veſtram rogamus attentius, quatenus pecuniam vobis ſub convenientibus uſuris, ſi aliter fieri nequit a civibus veſtris mutuo invenire, & acquirere ſtudeatis, & dilecto filio noſtro Boſoni ſanctorum Coſmæ, & Damiani diacono Cardinali illam aſſignetis, ut Manc. Lucano civi credita pecunia ſine contradictione, & dilatione aliqua integre perſolvatur.

Quod enim nobis mutuo acquiretis, nos, vel ſucceſſores noſtri auctore Deo integre perſolvemus.

Dat. Ferentini 12. Kal. Octob.

Ex aliis multis epiſtolis ab Alexandro ad Piſanos canonicos exaratis colligitur, Piſanam Eccleſiam varias in partes diſtractam, diſciſſamque fuiſſe; plures tamen Villano Archiepiſcopo Pontificiarum Alexandri partium ſtudioſo adhæſiſſe, inſigni argumento ſunt epiſtolæ Piſanis canonicis datæ, in quibus B. . . . Canonici, aliique presbyteri pervicaciam, ſcelusque percellat, dirisque defigit: cum enim reliqua capituli pars in officio conſtanti fide perſtaret, ad ſchiſmatici Victoris partes tranſvolarant, eaſque ſumma audacia tueri, augereque moliebantur, ut ab ejus conſuetudine ſeſe ſubducant, graviſſimis hiſce literis Alexander imperat, quas ex eodem tabulario delibatas in lucem collocamus.

ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis canonicis Piſanis in unitate Eccleſiæ conſiſtentibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Iniqua & deteſtanda opera, & manifeſta converſatio indicat, qualiter B. quondam canonicus veſter ad vomitum tamquam canis reverſus, nos, & Eccleſiam ſecundum facultatem, & modicas vires ſuas perſequi, & modis omnibus moleſtare ſategerit, & partem ſchiſmatis defendere non ceſſaverit, & fovere. Quapropter per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus cum eo nullam participationem habeatis, ipſumque tamquam ſchiſmaticum, & membrum putridum, & a corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, ſequeſtratum modis omnibus evitetis, & alios concanonicos fratres veſtros, univerſoſque viros Catholicos civitatis veſtræ id ipſum facere commoneatis, & auctoritate noſtra mandetis. Sed ne illum, vel aliquem ad ſinum Eccleſiæ redire volentem videamur abjicere, vel in deſperationis laqueum præcipitare, ſi errorem ſuum corrigere voluerit, & nos publice abjurato ſchiſmate in patrem ſuum & Romanum Pontificem profiteri, & quod noſtro debeat ſtare mandato jurare, ex quo id feceris, eum poteritis in fratrem veſtrum poſtpoſita ambiguitate recipere, & cum ipſe participationem habere, ſi quis vero veſtrum cum eo participare, vel in tanta malitia ſibi præſumpſerit conſenſum, vel favorem præbere, timendum ſibi erit, ne illius damnationis particeps fiat, & ſecum eadem pœna plectatur.

Dat. Laterani Id. Maii.

ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Canonicis Piſanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex literis dilectorum filiorum noſtrorum Abbatis ſancti Michaelis, & Hen. . . . . monachi Camaldulen. accepimus, quod cum V. & M. presbyteri minis, & perſuaſionibus iniquis compulſi Malincaſæ intruſo reverentiam, & obedientiam impendiſſent, poſtea pœnitentia ducti, & reatum ſuum humiliter recognoſcentes in præſentia ejuſdem Abbatis ſpontanea, & libera voluntate jurarunt, quod noſtris obedirent mandatis. Unde nos eos ad noſtram præſentiam laborantes a ſententia fecimus, qua tenebantur abſolvi, & ſibi pœnitentiam condignam imponi. Ipſos itaque ad vos abſolutos remittimus diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ſi abſque interpoſitione fidei, & juramenti Malincaſæ reverentiam, & obedientiam prout aſſerunt impenderunt, ipſos uſque ad proximum feſtum natalis Domini a miſſarum celebra-

A *tione abſtinere faciatis, alioquin per annum abſtineant. Verum ſi facultates Eccleſiarum ſuarum non ſuſtinent, ut per alios ſacerdotes eis valeant deſervire, vos pœnitentia illis impoſita, prout vobis viſum fuerit ſuperaddentes ipſis officium ſuum reſtituatis, & quia eis hoc ipſum fuit ad pœnam uſque ad nos laborare prædictum Abbatem ex parte noſtra, & veſtra diligenter commoneatis, ut ipſos in plenitudinem beneficii ſui recipiat, & benigne, & manſuete pertractet. De cætero ad diſcretionis veſtræ notitiam volumus pervenire, quod Villanus presbyter ſancti Jacobi cum ad nos veniſſet, jurare noluit noſtro ſtare mandato, unde in ea veſte, in qua venit, ad propria remeavit. Idcirco prudentiæ veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem V. tanquam contumacem, ſuperbum, & rebellem publice excommunicatum denuncietis, donec cum literis veſtris ad noſtram præſentiam ſatisfacturus accedat.*

Dat. Beneventi 2. Id. Jun.

Villanus equidem Archiepiſcopus, Metropoleoſque
B canonici majori ex parte magnis animis Alexandro ſtuduere, eos enim facile neceſſitudo olim cum Alexandro, dum illius Eccleſiæ canonicus eſſet, contracta permoverat, ex eoque gradu ille Eugenii III. beneficio ad Cardinalitiam dignitatem, ac demum ad ſummum Pontificatum evolarat, atque adeo eam Eccleſiam ſingulari benevolentia proſecutus, cum ſeſe offerebat occaſio, clientelam illi ſuam, canonicisque impertiit. Teſtis hæc epiſtola ad clerum, populumque Piſanum ſcripta, qua eos ad colenda illorum privilegia, ſolvendaſque decimas ſollicitavit.

ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis univerſo clero Piſano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Dignum eſt, & conſonum rationi modis omnibus, ut filii matrem ſuam filiali ſemper reverentia, & devotione reſpiciant, & pro ejus incremento ſolliciti, & ferventes exiſtant, ut tanto eam ſibi uberiori affectione
C *aſtringant, quanto circa ipſam ſinceriorem animum gerere, & conſtantiorem fidem probati fuerint exhibere. Inde eſt quod univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, & mandando præcipimus, quatenus populum vobis commiſſum, cum omni inſtantia moneatis, & eis firmiter, & diſtricte præcipiatis, ut dilectis filiis veſtris Archipreſbytero, & canonicis Piſanæ Eccleſiæ decimas ſecundum quod in eorum privilegiis continetur, ſine moleſtia, & difficultate perſolvant, alioquin timere poterunt, ne ſi decimas denegaverint, ad decimam redigantur, & propter hoc indignationem incurrant divinam.*

Dat. Anagniæ 8. Id. Auguſti.

Verum in eodem ſanctiore tabulario aliæ Alexandri literæ ad eoſdem Piſanos canonicos datæ reperiuntur, quæ inſignem illum amorem, quo eoſdem complectebatur, illuſtrant, veluti cum ſingularem animi voluptatem, qua eſſet perfuſus, admiſſo in canonicum ab ipſis capellano ſuo, ac notario a ſe commendato ſignificavit, atque in iiſdem literis
D controverſiam, quæ ipſos inter, atque Abbatem S. Savini de cadavere Tancredi comitis ſepulturæ tradendo verſabatur, ad Villanum Archiepiſcopum retulit.

ALEXANDER EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis V. Archipresb. & Can. Piſanis, ſalut. &c.

Devotionis veſtræ literis conſueta benignitate, & animi alacritate receptis, quod dilectum filium G. notarium noſtrum, ſicut ex relatione dilectorum filiorum noſtrorum Gualandi ſubdiaconi noſtri, & P. canonicorum veſtrorum jampridem acceperamus, & poſtmodum ex eiſdem literis veſtris cognovimus in fratrem, & canonicum Eccleſiæ veſtræ ad preces, & interventum noſtrum placido animo elegiſtis, gratiſſimum gerimus, & valde acceptum, & exinde affectioni veſtræ uberrimas gratiarum referimus actiones in propoſito, & voluntate habentes petitiones veſtras libentius & efficacius pro-

ptor

pter hoc exaudire, & circa commodum, & profectum veſtrum pro hac re ſpecialiter de cætero axiſtere promptiores. Quapropter rogamus univerſitatem veſtram, atque monemus, quatenus, quod de ipſo ad inſtantiam precum noſtrarum feciſtis, firmum, & inconcuſſum tenentes eum cum ad vos venerit tanquam fratrem, & canonicum veſtrum læto vultu recipiatis, & fraterne, ac honeſte tractetis. De cætero cauſam, quæ inter vos, & Abbatem, & monachos ſancti Savini ſuper cadavere comitis Tancredi vertitur, quia iidem monachi factum ipſum longe aliter quam vos proponebant venerab. fratri noſtro Archiepiſcopo veſtro ſub certa forma commiſimus terminandam ei mandantes, ut niſi apud idem monaſterium prædictus comes elegerit ſepulturam, ſi alias ad ſepulturam Eccleſia veſtra pertinebat inter dictum noſtrum maxime ſi poſt appellationem hoc fuit attentatum, faciat inviolabiliter obſervari quouſque vobis cadaver prædicti comitis reſtituatur, & de injuria illata congrue fuerit ſatisfactum.

Datum Verul. 5. Kal. Maii.

Tandem ſcripſit Alexander iiſdem canonicis pro tuenda eccleſiaſtica immunitate monaſterii Sextenſis, perfidia ſchiſmaticorum pene attriti, diplomata hæc è tabulario deſumpta ſequentis tenoris.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis canonicis Piſanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Qualiter inturgeſcente ſchiſmaticorum perfidia monaſterium de Sexto, quod religione plurimum ſolebat pollere, attritum ſit, & ſpiritualiter, & temporaliter diminutum, veſtram non oportet prudentiam edocere, qui ejus quotidie miſeriam, & deſolationem videtis. Unde quia decet vos ſummopere ad ejus relevationem eniti univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus ex parte noſtra in Eccleſiis veſtris generaliter ſub interminatione anathematis prohibeatis, ut nullus ex diœceſi veſtra ab intruſo præſcripti monaſterii aliquid de rebus ipſius in feudum, vel alio modo recipere audeat, nec eidem intruſo in malitia ſua patrocinium, vel favorem miniſtret. Quicumque autem hoc attentaverit ipſum auctoritate noſtra publice excommunicatum denuncietis, & uſque ad plenam ſatisfactionem tanquam excommunicatum propenſius faciatis vitari. Eis vero, qui dilecto filio veſtro A. Abbati præfati monaſterii conſilium, & auxilium tribuerint, gratiam Dei, & benedictionem noſtram promittatis, & hoc in remiſſionem peccatorum ſuorum firmiter injungatis.

Dat. Beneventi 18. Kal. Octob.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Canonicis Piſanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Qualiter monaſterium Sextenſe, quod ad jus beati Petri, & diſpoſitionem noſtram ſpecialiter ſpectat per intruſum illum, qui poſſeſſiones, & bona ejuſdem monaſterii ſicut ille ad quem nihil de ovibus pertinebat diſtrahendo, & dilapidando conſumptum ſit, & a ſuo ſtatu valde dilapſum, non eſt ſicut credimus prudentiæ veſtræ diſcretionis incognitum, ſed ex vicinitate loci vobis eſſe debet liquide manifeſtum. Verum cum de univerſis Dei Eccleſiis pro noſtri officii debito teneamur ſollicitudinem gerere, illis propenſiori ſtudio debemus adeſſe, quæ ad curam noſtram nullo mediante reſpiciunt, & tutelam, & ne jura ſua imminui poſſint, vel ab aliquibus illicite detineri, Apoſtolica ſedis nos convenit ſuffragium adhiberi. Unde quod nos venditiones, vel infeudationes, ſive alienationes, aut obligationes, quas idem intruſus de theſauro, vel poſſeſſionibus, ſeu de aliis rebus præſcripti monaſterii fecit Apoſtolica auctoritate caſſamus, & viribus prorſus carere decernimus, ſicut de rigore juris carere noſcuntur. Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, atque præcipientes, quatenus detentores earumdem poſſeſſionum, & rerum parochianos veſtros monere curetis ſtudioſius, & inducere, ut eas omni contradictione, & appellatione remota infra quadraginta dies poſt harum ſuſceptionem prædicto monaſterio liberas, & abſolutas dimittant,

A *nec ipſas ulterius in ſuæ ſalutis periculum detinere præſumant. Quod ſi ad commonitionem veſtram adimplere contempſerint, in eos auctoritate Apoſtolica freti ſublato appellationis remedio excommunicationis ſententiam publice proferatis, qua ipſos teneatis uſque ad ſatisfactionem congruam innodatos.*

Dat. Verul. 17. Kal. Aprilis.

Promeruere Piſani Villano adhuc ſuperſtite ab Almerico, qui Balduino fratri in regno Hieroſolymitano ſucceſſerat, de quo ſuperius mentionem egimus, plura privilegia, ac bona, tum in Terra ſancta, tum in Ægypto, ut facilius merces diſtrahere, atque exercere commercia poſſent. Teſtatur ſubjectum documentum ex eodem tabulario delibatum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Notum ſit omnibus tam præſentibus, quam futuris, quod ego Amalricus per Dei gratiam in ſancta civitate Hieroſalem Latinorum Rex V. dono, concedo, & B *confirmo communi Piſarum libertatem de omni jure negociationis per totam terram, quam Deus mihi dederit in Ægypto, & curiam in Babilonia, & Eccleſiam, domum, furnum, molendinum, & balnea juxta fondam mercatorum, ſimiliter apud Chariam in platea Belbecani concedo ei curiam, Eccleſiam, domum, furnum, molendinum, & balnea, ſimiliter apud Raſſit hæc omnia ei concedo. Concedo præterea ei mille Biſancios in funda mea, ſive in Babylonia, ſive in Charia ſingulis annis ſine ſervitio quouſque de omni modo jure negociationis ipſum commune acquietavero in Alexandria, in Damiata, & Jamnis. Ut igitur hæc mea donatio communi Piſarum in ſempiternum ſtabilis permaneat, chartam præſentem teſtibus ſubſcriptis, & ſigillo meo corroboro.*

Factum eſt hoc anno ab incarnatione Domini 1169. indictione ſecunda. Hujus rei teſtes ſunt Bernardus Liddenſis, Guillelmus Acconenſis Epiſcopi, Philippus Miliția templi Magiſter Gilebertus, Magiſter Hoſpitalis, Galterius Princeps Galilea, Hemfridus conſtabularius, Mila Dapifer, Guillelmus Mare- C *ſcalius, Gaufridus Tortus.*

Datum Accon per manum Rodulphi Epiſc. Bethele, Regiſque cancellarii 15. Kal. Octob.

Hujus privilegii exemplar authenticum aſſervatur Florentiæ in archivio reformationum cum infraſcriptis ſubſcriptionibus notariorum Imperialium.

Ego Albertus Domini Frederici Romanorum Imperatoris judex ordinarius, & not. authenticum hujus vidi, & legi, & fideliter exemplavi.

Ego Ughicio nepos Gallici judex, & notarius Domini Imperatoris authenticum hujus vidi, legi, & hic ſubſcripſi.

Ego Albagnanus judex D. Frederici Romanorum Imperatoris, & Piſanæ civitatis cancellarius authent. hujus vidi, legi, & ſubſcripſi.

Ego Ildeprandus D. Frederici Romanorum Imp. judex ord. & not. authent. hujus vidi, & legi, & hic ſſ.

Anno 1170. Boemundus Raymundi principis Antiocheni filius conſentiente Urgolloſa conſorte D ſua ſacro D. Mariæ templo, Viliano Archiepiſcopo, populoque Piſano campum Laodiceæ contulit, ut in eo Piſani ædes conderent, atque etiam Antiochiæ ſimillimam illi donationem in eoſdem liberaliter explicuit, quam Raymundus ipſius pater Villano Archiepiſcopo, populoque Piſano, ut ſupra vidimus, detulerat. En monumentum.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Notum ſit omnibus hominibus tam præſentibus, quam futuris, quod ego Boemundus Raimundi principis filius, Dei gratia, princeps Antiochenus aſſenſu, & voluntate dominæ Urgolloſæ uxoris meæ chariſſimæ principiſſæ, dono, & concedo, & jure perenni confirmo Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, & Archiepiſcopo Piſanæ civitatis, conſulibus, & ſenatoribus, & communi populo, tam in Piſana provincia, quam in noſtra manent. quamdam terram ad conſtruendam domum in portu civit. Laodiceæ, quæ terra extendi-

A *tur ſubtus Eccl S. Heliæ, ſcilicet ante domum templi, & domum magiſtei Hugonis uſque ad mare, quod contra eſt, & extenditur per litus maris uſque ad quamdam Caneriam, & murum antiquum, & in ſuperiori parte uſque ad foſſatum. Sciendum eſt autem, quod ſi prædicti Piſani judicio curiæ terram illam recipere poſſent, quam in prædicto portu Ugo Embriacus filius Villelmi poſſidet terra, quam ſuperius illi dedi in meis propriis uſibus redibit. Inſuper dono illis firmo, & concedo domum quamdam in civitate Antiochiæ, quæ domus fuit D. Odone de Tiro. Hæc quidem omnia ſuperius aſſignata dono ego illis, & concedo jure hæreditario habenda in pace, & ſine calumnia aliqua libere, & quiete, ſalvo tamen hominum meorum jure in perpetuum poſſidenda. Præterea ſi in terra mea naufragium paſſi fuerint, illos, & res eorum ſalvabo, & protegam, & ſi quiſpiam eorum in terra mea obierit, res ejus parentibus ſuis reſervari faciam, niſi inteſtatus obierit. Inſuper eiſdem dono, & dimitto per totam terram meam de quibuſcumque partibus venerint medietatem totius juris, quod per conſuetudinem intrando, vel exeundo, eundo, vel redeundo, emendo, vel vendendo dare ſoliti ſunt, & eos in mari, & in terra mea, ex omni poſſe meo protegam, & defendam, & ſi inter ſe querelam habuerint in curia ſua juxta ſtatuta*

B *eorum tractetur, & emendetur. ſi vero querela talis fuerit, quæ ab eiſdem definiri non poſſit, vel de probato furto, vel proditione, vel homicidio, vel de ſuis, & meis hominibus fuerit in mea curia audiatur, & diffinietur. Hæc quidem omnia ſuperius aſſignata dono eis, & concedo jure hæreditario in perpetuum. Ut autem hoc donum firmum fiat, ſtabileque conſiſtat literarum inſcriptione, & mei principalis ſigilli impreſſione munio, & confirmo. Hujus rei teſtes ſunt Guiſcardus de inſula vice Coneſtabulus, Rogerius de Surdu valle, Vuillelmus de Lotsis, Gaufridus de Dordan, Joannes de Salpa, Guiſcardus de Nazaret, Henricus de Coges.*

Datum eſt autem privilegium iſtud per manum Bernardi cancellarii anno principatus mei 7. & ab incarnat. Domini 1170.

Autheuticum aſſervatur Florentiæ in archivio reformationum.

C Nec parum felix Villanus viſus, aut humilem honoris apicem aſſecutus. vidiſſe duos ſummos Pontifices, qui è ſua Eccleſia tantis virtutibus perpoliti emerſiſſent ad ſummum humanæ dignitatis faſtigium. Fuere ii Eugenius III. vicedominus antequam in Ciſtercienſi familia ſeſe D. Bernardo monaſtica diſciplina excolendum daret, atque Alexander III. Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus, quem leviſſimis rationibus adductus Chryſoſtomus Henriquez in Ciſtercienſi menologio, auctorque, qui in vitam Gelaſii commentarios edidit, monaſticam diſciplinam ſectatum, & in Galliis apud Clarævallem divi Bernardi manibus religioſum habitum ſuſcepiſſe gratis affinxerunt, quod ſane ſi veritati conſentiret, numquam ab Alano Antiſiodorenſi Epiſcopo ejus ævi auctore, qui D. Bernardi geſta literis transfundit, ſilentio fuiſſet involutum, dum omnium Epiſcoporum, ac Cardinalium, qui ab ipſo exculti fuerant, numerum perecenſeret, atque adeo, ut ille Eugenium III. egregiis ornat laudibus, Ugnonem,

D Henricum, Bernardumque Cardinales, ab eodem Eugenio ad eam dignitatem evectos commemorat; Rolandum ſane virum omni laude celebratiſſimum, qui poſtea Alexander fuit III. nunquam ſilentio obruiſſet. Quamquam verum ſit Alexandrum D. Bernardo, atque etiam Eugenio, cui in canonicatu collega exiterat, & ab illo Cardinalitia dignitate inſignitus, amicitia conjunctiſſimum vixiſſe. His Cardinalis Baronius adductis in medium pervetuſti manuſcripti bibliothecæ Vaticanæ verbis, pulcherrimam lucem affundit, dum enim honorum gradus, quos Alexander emenſus eſt, recenſet, fidem facit Piſanum canonicum fuiſſe, cum ad ſacram purpuram fuit evocatus. Hac enim occaſione non præteribo eundem Gelaſii vitæ ſcriptorem nulla ratione fretum, commentum eſſe Villanum hūc Piſanum Archiepiſcopum a Lucio II. ad Cardinalatum evectum, tituloque S. Stephani in monte Cœlio ornatum: adducit quidem nonnulla

A Piſana monumenta, ſed quæ num extent, omnes lateant, ac quidem Piſanarum rerum peritiſſimi ignorant, è qua familia Villanus originem derivarit, quamquam aſſerant alii Villani nomen antiquiſſimæ, ac nobiliſſimæ familiæ impoſitum fuiſſe, quæ dum reſpublica ſtaret, primos honorum gradus geſſiſſet, pro gentilitio ſcuto duas turres rubeo colore pictas in ara candida, ac ſuperiorem alteram quoque candentem aram præferebat; an ex ea familia genus propagarit, non aſſero. Illud certe conſtat numquam Cardinalitios apices attigiſſe, cum ab an. 1146. ad 1174. Archiepiſcopatum Piſanum tenuiſſe reperimus, atque in monumentis innumeris, quæ ad nos tranſmiſſa fuere, inſcriptus Cardinalis, ut mos eſt in aliis, non invenitur, quod ſane dignitatis nomen prætermiſſum numquam fuiſſet, ſi ſacra purpura Archiepiſcopatui conjuncta radiaſſet. Romani Pontifices, qui ad eundem Villanum ſcripſere, numquam in ſuis bullis illum Cardinalem appellarunt, quod in ſequenti Anaſtaſii IV. bulla ad Leonem Archipresbyterum, Piſanoſque canonicos data videri eſt. Ut major huic veritati ſplendor

B concilietur, iiſdem, quibus Villanus vixit, temporibus, Gerardum reperimus presbyterum Cardinalem tituli S. Stephani in Cœlio monte ab Eugenio III. creatum, qui alteri Villano ejuſdem tituli Cardinali, jam a Lucio II. electo, & poſt Eugenium ſalutatum Pontificem breviore tempore ſuperſtiti, ſucceſſit. Nec adverſatur in ſuis regeſtis B. Gregorius, cum plures ſimul tituli S. Stephani in monte Cœlio Cardinales fuiſſe tradit, cum dignitatis Cardinalitiæ munera non ita diſtincta ſuis limitibus circumſcripta, titulis ve diſcretis, ut Eugenii temporibus inſignita forent, nec enim poſt ea tempora eundem titulum in duos ſimul contuliſſe invenimus. Hæc delibaſſe oratione, ac perſtrinxiſſe ſuffecerit, ad rei veritatem indagandam in rebus ſane antiquis, ac difficillimis, quibus monumentorum, ſcriptorumve lux non effulget, temerariam ſententiam ferre, dignitates viris tribuere, quibus nunquam

C fallere, eorumque genus ex altera, quam quæ ipſis originem dedit, derivare, vel ad nobilitatis, vel ſcientiæ arcanæ, ac reconditæ famam, furere eſt, vaticinari, ſeque omnium ludibriis propinare. Deceſſit autem Villanus, haud vulgare variantis fortunæ exemplum, poſtquam ſibi creditam prudentiſſime rexiſſet Eccleſiam anno 1174. a iv. Nonas Augusti, ut notat vetus Kalendarium S. Zenonis de Piſis. Ad hunc ipſum Villanum Alexander III. literas dedit de conventione Conjugatorum cap. 3.

a 1171. Troncius.

D 

47 UBALDUS Lanfranchus, nobilis Piſanus, patriæ ſuæ Archiepiſcopalem ſedem obtinuit circa annum 1174 b. cui Alexander III. 1176. tertio Idus Aprilis Indictione nona, datum Anagniæ per manus Gratiani ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, atque Notarii primatum Sardiniæ aſſeruit, confirmavitque, ut idem fecit Lucius iij. Urbanus III. an. 1186 Indictione V. 13. Kalend. Novembris ſub Dat. Veronæ per manum Alberti ſanctæ Romanæ Ec- XI. VIII.

b 1185. Troncius.

clefiæ

A eleſiæ presbyteri Card.& Cancellarii. Idem eidem indulſit Cœleſtinus III. ſub Dat. Romæ apud S. Petrum per manum Ægidii S.Nicolai in carcere Tulliano diac.Card. Non. Februarii Indictione X. ann. Incarnationis 1191. Idem dilargitus eſt Innocentius III.1198.in hanc ſubjectam ampliſſimam formam.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Venerabili fratri Ubaldo Piſano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

Si ſua cuique jura illibata ſervamus, & eos, qui in Eccleſia Dei, pro injuncto ſibi officio, & devotione ſincera plus aliis elaborant, digna retributionis viciſſitudine, diligentius, ac ſpecialius honoramus, quod noſtrum eſt juxta commune debitum ſicut debemus exequimur, & Apoſtolicæ ſedis honorem integre cuſtodimus. Proinde cum felicis memoriæ prædeceſſor noſter Innocentius Papa de diſcordia, & guerra, quæ inter Piſanam, & Januenſem civitates extitit multas hominum clades, & Chriſtianorum captivitates B *innumeras proveniſſe conſiderans, utriuſque parti ſaluti, tam ſpecialiter, quam temporaliter, paterna ſollicitudine ſtuduerit providere, atque pro bono pacis, & recompenſatione Epiſcopatuum, quos utique a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ Piſanæ in inſula Corſicæ, a prædeceſſore tuo bonæ memoriæ Archiepiſcopo Huberto accepit in Gallurienſi Judicatu duos Epiſcopatus, Galtellinen. videlicet, & Civitaten. & Populonica. Epiſcopat. ſibi, & ſuis ſucceſſoribus, & per eis Eccleſiæ Piſanæ conceſſit, & Metropolitano jure ſubjecit, nos qui in ſedis Apoſtolicæ, adminiſtrationem diſponente Domino ſibi ſucceſſimus, eamdem conceſſionem noſtrorum bonæ memoriæ Adriani, Alexandri, Clementis, & Cæleſtini PP. veſtigiis inhærentes, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & ratam manere cenſemus. Prædeceſſorum quoque noſtrorum veſtigiis inhærentes, vobis primatus honorem Turritanæ provinciæ confirmamus. Ad majorem etiam honoris cumulum Piſanæ civitatis, ut Piſana Eccleſia cum univerſo ejuſdem civitatis populo in fidelitate, atque devotione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ jugiter perſeveret, & in ipſa* C *quotidie augmentetur. Pro devotione quoque, & honeſtate tua frater Hubalde Piſane Archiepiſcope perſonam tuam, & per te Piſanam Eccleſiam ampliori munere volumus decorare. Tibi ergo, tuiſque ſucceſſoribus primatum ſuper Calaritanam, & Albarenſem provincias datum concedimus, & auctoritate ſedis Apoſtolicæ confirmamus, ita quidem, ut eos ad concilium vocandi, exceſſus eorum corrigendi, & in doctrina Apoſtolica confirmandi, atque cætera omnia, quæ ad jus primatus pertinent, in eos exercendi habeant liberam facultatem. Verumtamen ſupradictarum duarum provinciarum Archiepiſcopos ad concilium non vocabis Piſas ſine ſcientia Romani Pontificis, ſuper Turritanam vero provinciam dignitatem primatus, ſicut a prædeceſſoribus noſtris Eccleſiæ Piſanæ conceſſum eſt, habeatis. Legationem quoque Sardiniæ a prædeceſſore noſtro Papa Urbano prædeceſſoribus tuis conceſſam, & fel. memoriæ Innocentii, & ſanctæ recordationis Eugenii, Anaſtaſii, & Celeſtini Romanorum Pontificum privilegiis in perpetuum roboratam ſibi, tuiſque ſucceſſoribus præſentis ſcripti pagina confirmamus, & confirmationem ipſam ratam, & inconvulſam perpetuis temporibus decernimus perma-* D *nere, deinque ut Piſana civitas, quæ favore cæleſtis luminis de inimicis Chriſtiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum urbes plurimas ſubjugavit, amplius honoretur, equo albo cum navo albo in proceſſionibus utendi, & crucem, vexillum ſcilicet Dominicum, per ſubjectas vobis provincias portandi, & per ſpatium illud Volaterranenſis Epiſcopatus, quo de Piſano Archiepiſcopatu ad Populonienſem tranſitur, tibi, & tuis ſucceſſoribus licentiam damus. Pallii quoque uſum fraternitati tuæ concedimus, ut videlicet ſecundum conſuetudinem Piſanæ Eccleſiæ perfruaris, & in conſecratione trium Epiſcoporum in Corſica, Alerienſis videlicet, Adiacenſis, & Sagonenſis, ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populonienſis Epiſcopi, quorum Metropolitanus exiſtis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſve ſui di-*

A *gnitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore, &c. atque in extremo examine, &c. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax, &c. quatenus & hic, &c. & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.*

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Octavianus Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus ſſ.
Ego Jordanus presbyter card. tit. Paſtoris ſſ.
Ego Ioannes tit. S. Clementis card. Viterbienſis, & Tuſcanenſis Epiſcopus ſubſc.
Ego Guido presb. card. tit. S. Mariæ Transtyb. tit. Calliſti ſubſcripſi.
Ego Ugo presb. card. tit. Equitii S. Mariæ ſſ.
Ego Ioannes tit. S. Stephani in Celio monte ſſ.
Ego Soffredus S. Praxedis presbyter card. ſſ.
Ego Gratianus Ss. Coſmæ, & Damiani diac. card. ſſ.

Datum Laterani per manum Rainaldi D. Papæ notarii cancellarii vicem agentis Indict. prima Incarnationis Dominicæ anno 1198 pontif. noſtri anno I.

B Quæ autem illa Archiepiſcopi Piſani in inſulam Sardiniam poteſtas fuerit, idem Innocentius III. Pontifex abunde declarat in hac epiſtola, quam hic diligenter curavimus exſcribendam.

INNOCENTIUS EPISC.
ſervus ſervorum Dei.
Archiepiſcopo Turritano, &c.

Licet venerabilis frater N. Piſanum Archiepiſcopum, & ejus Eccleſiam non velimus ſuper collato ſibi a prædeceſſoribus noſtris privilegio legationis, & primatus, quod nos poſtmodum confirmavimus, moleſtare, pati tamen nec volumus, nec debemus, ut beneficio ſedis Apoſtolicæ abutatur. Cum igitur certis temporibus auctoritate noſtra legationis officium in Sardinia valeat exercere, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus cum terram ipſam juxta tenorem privilegii Eccleſiæ Piſanæ conceſſi dictis temporibus viſitaverit, quamdiu in eadem provincia fuerit, ei tamquam legato ſedis Apoſtolicæ intendas, abſenti tamen, vel alio tempore venienti non teneberis C *auctoritate legationis aliquatenus reſpondere, auctoritate vero primatus non plus poteſt in provincia Turritana, quam primatis univerſis concedunt canonicæ ſanctiones.*

Dat. Laterani 5. Non. Julii.

Cæterum quantos Ubaldus labores ad Eccleſiæ ſuæ dignitatem, quam in Sardiniam, & Corſicam obtinebat, tuendam, defendendamque adierit, ex dictis illuſtre eſt, cum difficillimis temporibus, quibus ſchiſma tot clades orbi Chriſtiano, diſciſſis fidelium animis, nil prætermiſerit, ut integra dignitatis jura ſervaret. Multa ille damna, injuriaſque a Friderico Imperatore tulit, quod prædeceſſoris exemplo Alexandri III. partes amplexus eſſet, ſuamque poſtea egregie pro conciliandа inter eos pace operam collocavit. Summo deinde ſplendore idem Ubaldus Piſis excepit eundem Fridericum an. 1178. plurimaque ab eo privilegia ornandæ ſuæ Eccleſiæ comparavit, occaſionemque injecit Friderico, ut Villano Archipresbytero, canoniciſque ſuis am- D pliſſimum ad promerendam, ineundamque eorum gratiam, privilegium impertiretur, quo ſua auctoritate privilegia ab aliis Regibus, atque Imperatoribus olim eis conceſſa ſulcivit. Illorum ego ſeriem ab authographis deſumptam, tum ob ſuam dignitatem, tum ob nonnullorum procerum Piſanorum, ut inter cæteros Paganellorum de monte Magno, qui ex eadem, qua Eugenius III. ſtirpe genus duxere, inſinuata nomina adducere in medium decrevi.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.
Federicus, divina favente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Ad æterni regni meritum, & temporalis Imperii proſperiorem decurſum proficere credimus, ſi Chriſti Eccleſiis per noſtræ auctoritatis clementiam benefacere ſtudeamus, jura ipſarum confirmando, & bona earum ab injuriis violentorum defenſando. Noverit igitur fidelium Imperii noſtri præſens ætas, & futura, quali-

A eer nos induƈti monitis, & petitionibus venerabilium fratrum noſtrorum canonicorum ſanctæ Mariæ Majoris Piſanæ Eccleſiæ, & præcipue interventu honerabilis viri Villani ejuſdem Eccleſiæ Archipresbyteri, ac dilecti capellani noſtri Gotefredi Viterbien. ejuſdem Piſanæ Eccleſiæ canonici, tradimus, concedimus, & confirmamus prædictæ Piſanæ M. Eccleſiæ canonicis in perpetuum dominium, & proprietatem, atque poſſeſſionem ſylvæ tumulum Piſano a faucibus veteris ſercli uſque ad flumen Arni, & a foſſa Cincii uſque ad mare, ſicuti eadem foſſa in directum reſpicit verſus fluvium Auxeris. Item concedimus, & confirmamus Imperiali auctoritate tertias Piſcariæ de ſtagno, videlicet ut nulli alii perſonæ Eccleſ. vel ſeculari, vel laicæ in aqua de ſtagno cum lintribus, & navibus liceat piſcari, niſi canonicis ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Majoris Eccleſiæ Piſanæ tam præſentibus, quam futuris, vel aliis pro eis conſenſu, & voluntate ſua conceſſionis. Adhoc concedimus eis, & imperiali auctoritate confirmamus omnia, quæ juſte, & legaliter poſſident, id eſt prædia, decimas, domos, & familias, & Guaringas omnes, B quæ eorum prædiis adhærent, & omnino omnia, quæ juſte, vel juſtis modis canonice, & legaliter acquiſiverint, vel in futurum acquirent. Inſuper largimur, & confirmamus præfatis canonicis centum ſolidos de ripa, & rubum de tota civitate Piſana, ut nemo ſine ipſorum permiſſione præſumat appendere, vel librare. Curtem quoque de Pappiana cum omnibus pertinentiis ſuis in perpetuum dominium, & proprietatem, atque poſſeſſionem eiſdem canonicis concedimus, & confirmamus, quemadmodum eamdem curtem a Rogerio Piſano Archiepiſcopo per publicum inſtrumentum ipſis canonicis in perpetuum, & irrevocabiliter cognovimus eſſe donatam, traditam, atque conceſſam, & ſi quid poſt ipſius Archiepiſcopi donationem, vel poſt hanc noſtram confirmationem canonici in eadem curte acquiſierunt, vel acquirere poterunt, quiete, & libere poſſideant, & cum ipſa curte per eandem auctoritatis confirmationem, & banni noſtri tuitionem teneant, & poſſideant, & plena juriſdictione ad uſum ſuum nullo unquam contradicente, vel impediente diſponant; ipſos, & ſanctæ C Piſanæ Eccleſiæ ſupradictos canonicos ſub noſtra tutela, ac defenſione recipimus, ita videlicet, ut nullus Archiepiſcopus, nullus Epiſcopus, nec dux, marchio, vel comes, nec vicecomes, nec conſules, nec Cheuptani, nec aliqui officiales civitatis, nec miſſi, nec curatores, nec aliqua magna, vel parva perſona audeat ipſos canonicos, vel clauſtrum eorum, vel domos, aut res, vel familias, vel aliquem ipſorum, poſſeſſiones infra, vel extra civitatem inquietare, moleſtare, vel fatigare præſumat, nec aliquam exactionem in bonis eorum facere, vel datum tollere audeat, nec ulla ſecularis perſona contra Regalium legum ſanctionem poteſtatem habeat eos judicare, nec ad placitum, nec ad caſum forenſem habere tentet eos, vel appellare, ſed ſecure abſque omni perturbatione divinis poſſint vacare ſervitiis, & pro ſtatu Imperii protectorem regnorum noſtrorum propenſius exorare. Præterea ſtatuimus, ut ſupradicti canonici, nulla unquam præſcriptione jura ſua perdant, nec poſſeſſiones ſuas amittant. Si quis autem temeraria præſumptione hu- D juſmodi præcepti decretum infringere attentaverit, noſtræque conſtitutionis violator extiterit, ſciat ſe noſtram offenſam incurſurum, & banni noſtri pœnam compoſiturum, ſcilicet centum libras auri optimi, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem ipſis canonicis, qui pro tempore ibi fuerunt, quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius obſervetur, præſentem paginam conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri: teſtes hujus rei ſunt, Otho Bambergenſis electus, Vuillelmus marchio Montis Ferrati, Henricus Vverziæ marchio de Vvaſto, Morvel Malaſpina marchio, Gerardus marchio de Pavio, Vuillelmus marchio de Palot, Macarius comes S. Miniatis, Franco filius ejus, comes Hebrandinus de Maritimis, comes Gerardus de Piſis, Hermarnus Paganellus, & nepos ejus Paganellus, Vvido de Monte magno, & filii ejus, Ingheranus, & Paganellus, Vvido de s. Nazario, Ranuccius Saſſo de Cedem, Ranuccinus da Gumula, & alii quam plures.

A Sign. D. Federici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.



Ego Gotefridus Imperialis aulæ cancellarius vice Philippi Colonien. Archiepiſcopi, & Italiæ archicancell. recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis 1178. indictione undecima Reg. domino Federico Roman. Imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus xxvi. Imperii autem ejus xxiv. Dat. in palatio Archiepiſcopali, in civitate Piſa tertio Kalend. Februarii feliciter in Chriſti nomine amen.

B In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Fridericus, divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

Si venerabilium petitiones perſonarum circa augendas Eccleſiarum commoditates clementer admittamus, credimus nobis apud Regem Regum ad æterni regni meritum, & temporalis Imperii proſperiorem decurſum proficere, & eos quos effectibus ſuarum honoramus petitionum non dubitamus nobis, & Imperio fideliores de cætero, ac magis devotos exiſtere. Ea propter omnibus Chriſti, & Imperii noſtri fidelibus tam futuris, quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos ob animæ noſtræ ſalutem, & propter dilecti, ac fidelis noſtri Ubaldi Piſanæ Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopi petitionem ipſi jam dicto Archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum Imperiali noſtra munificentia dedimus, & in feudo, & beneficio conceſſimus, & pragmatica ſanctione eis confirmamus, & inconvulſa ſtabilitate eis permanere decernimus omnia bona illa, & poſſeſſiones, & jura, quæ dilectus patruus, & prædeceſ- C ſor noſter piæ memoriæ Rex Conradus ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo Balduino, ac ipſius ſucceſſoribus dignoſcitur tradidiſſe, conceſſiſſe, & confirmaſſe. Hæc enim credimus Imperio diminutionem inferre, cum Imperii Eccleſias donis noſtris augere ſtudemus, & exaltare. Ex his autem quædam propriis ſuis exprimere vocabulis dignum duximus, ſcilicet curtem de Avane cum bovario, & in morlo, & omnibus ſuis pertinentiis, terras in palude Piſana juxta Burrai poſitas. Item unam petiam de terra, pratum in præfata palude prope campum de Arſule poſitam, quæ cohæret ab uno capite terræ monaſterii ſancti Viti, ab altero fluvio Auſeris: latus unum extenditur in paludem, alterum latus in ducaria, quæ dicitur Cula, ſicut ipſa ducaria defluit verſus præfatum fluvium Auſeris, curtem de Blentina cum omnibus terris, & rebus ad curtem ipſam pertinentibus, placitum, & fodrum de Butis, placitum, & fodrum, de vico Auſuriſſole, placitum, & fodrum de Sylva longa, Gunſum vetus, & novum, placitum, & fodrum, & albergariam de Pugnana, & Valtriana, pla- D citum, & fodrum de Vada, & Raſſinnano, & omnes res, & terras in ſupradictis curtis Marchiæ pertinentes, paludem totam de Mortajolo, & tertiam in ſtagno poſitam, fenaum ſpectatorium, qui morantur in burgo ſancti Pauli in Chintica, preſas Caſſianenſium, & illorum de Ripulc in campo Lepojano poſitas. Prædictas igitur curtes cum omnibus ſuis pertinentiis, & omnibus terris, vineis, montibus, & planis, cultis, & incultis, ſylvis, buſcariis, ſterpetis, pratis, paludibus, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcariis factis, & faciendis, ſalinis, molendinis in jam dictis curtibus, & prænominatis locis, & eorum finibus regio, ſeu Imperatorio juri pertinentibus, præfato dilecto, ac fideli noſtro Ubaldo Piſanæ ſedis venerabili Archiepiſcopo, & ſuis in perpetuum ſucceſſoribus conceſſimus, tradidimus, & confirmavimus. Confirmamus etiam noſtra auctoritate contractum habitum inter Piſanum Archiepiſcopum Ubertum, & Abbatem de Morrona, ſcilicet de Marrona, & Vviario, & co-

rum pertinentiis. Præterea irritum decernimus feudum de Livurna conceſſum irrationabiliter marchionibus. Decernimus etiam, ut de his omnibus nulli perſona eccleſiaſtica, vel ſeculari feudi nomine, vel alio aliquo titulo liceat aliquid ab Eccleſia alienare. Quod ſi factum fuerit, irritum habeatur. Præterea donamus, & concedimus præfato Archiepiſcopo Ubaldo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum tributum, quod ripaticum vocatur, & ab omni parte Piſanæ civitatis debetur, atque ſtatuimus, ut a quibuſcumque petitur, & exigitur ab eo, ſuiſque ſucceſſoribus, ad partem Piſanæ Eccleſiæ petatur, & exigatur. Concedimus etiam, & confirmamus eidem Archiepiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus donationem, quam fecit Berta Batrienis, ſalva in omnibus prætaxatis imperiali juſtitia. Siquis igitur Archiepiſcopus, Epiſcopus, dux, marchio, comes, conſul, commune, vel aliqua perſona eccleſiaſtica, vel ſecularis contra hanc noſtra conſtitutionis, & donationis paginam, aliquatenus venire præſumpſerit, centum libras auri puriſſimi, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem Archiepiſcopo Piſano, qui ibidem pro tempore fuerit, componat. Ut autem hæc noſtris, & futuris temporibus rata ſemper, & inconvulſa Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopis permaneant, præſentes privilegii paginam facimus inde ſcribi, & aurea noſtra Majeſtatis bulla inſigniri. Aliquos etiam de teſtibus, qui aderant, juſſimus adnotari, qui ſunt Lanfrancus Epiſcopus de Brumiano, Rodulphus notarius, Magiſter Metellus, Vuillelmus marchio Montis Ferrati, Henricus Vuertio, marchio Vuaſto, Munruellus, Marchio Malaſpina, Vuillelmus marchio de Paloth, comes Macharſus de S. Miniate, & filius ejus Francho, comes Fredericus de Amberch, Burchardus junior præfectus de Megeburch, Federicus de Anvore, Vuido de ſancto Nazario, Petrus Epiſcopus Papienſis, & alii quamplures.

Sign. D. Friderici  *Romanorum Imperatoris invictiſſimi.*

Ego Gotefridus ſacri Imperii cancellarius vice Domini Philippi Colonienſis Archiepiſcopi, & Italici regni archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo, indict. undecima, & regnante D. Friderico Romanorum Imperatore Auguſto, anno regni ejus vigeſimo ſeptimo, Imperii vero vigeſimo quarto.

Datum apud Papiam 7. id. Martii feliciter in Chriſti nomine. Amen.

Anno 1186. quo Ubaldus Piſanam Eccleſiam gerebat, Villanus Archipresbyter, & Metropolitanæ ſedis Canonici ab Urbano III. Papa, ut privilegia, & immunitates, quibus hactenus potiti eſſent, ſua auctoritate fulciret, eblanditi ſunt, qui ipſorum votis, lato diplomate, iiſdem fere verbis alterius Anaſtaſii ſupra recitati, benevolum ſe impertiit.

Datum Veronæ per manum Moyſis Lateranenſis canonici vicem agentis cancellarii 7. Idus Novembris Indict. 4. Incarnat. Domin. ann. 1186. Pontif. D. Urbani Papæ III. anno 1.

Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Paulus Præneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Petrus presbyter Card. tit. ſancti Silveſtri ſſ.
Ego Laborans presb. Card. tit. S. Mariæ Tranſt. ſſ.
Ego Pandulphus presb. tit. SS. xii. Apoſt. ſſ.
Ego Melior presb. Card. SS Joannis, & Pauli tit. Pamachii ſubſcripſi.
Ego Adelardus tit. S. Marcelli presbyter Card. ſſ.
Ego Gratianus diac. Card. tit. SS. Coſmæ, & Damiani ſubſcripſi.
Ego Lofredus diac. Card. tit. S. Mariæ in Via lata ſſ.
Ego Petrus diac. Card. tit. S Nicolai in Carcere Tul. ſſ.
Ego Rodulphus diac. Card. tit. S Georgii in Velabro ſſ.

Eodem anno 1186. Ubaldus liberaliter conceſſit Alberto Bethlemitano Epiſcopo, Eccleſiam S. Martini prope Piſanam civitatem poſitam in loco, qui dicitur Vetula, una cum juribus, & pertinentiis ſuis, ut loquitur donationis documentum, quod hic ex originali capitulari ſubiiciam.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.
Anno ab incarnatione ejus 1186. x Kalend. Januarii indictione quarta.

Ad veritatis evidentiam in perpetuum, cujuſdam dationis, atque ceſſionis factæ a domino Ubaldo, divina gratia Piſanorum Archiepiſcopo, totius Sardiniæ primate, & Romanæ Eccleſiæ legato, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Bethleem ſcriptum memoriale firmiter valiturum tale, & hujuſmodi, nos ſiquidem præ memoratus Ubaldus, Dei gratia, Piſanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, ob reverentiam ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Bethleem, per præſentis ſcripti paginam tibi dilecto fratri Nicolao ſubdiacono, & canonico ipſius Eccleſiæ nomine ejuſdem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Bethleem recipienti, & pro dilecto fratre noſtro Alberto Epiſcopo prædictæ Eccleſiæ, damus, atque concedimus Eccleſiam ſancti Martini ſitam prope Piſanam civitatem in loco, qui dicitur Vetula cum ſuis bonis, & rationibus, ut ipſe Epiſcopus, & ejus ſucceſſores poſſint in eadem cum ſuis clericis habitare, & Eccleſiam illam, & res, ac bona ejus regere, & cuſtodire, & ea, & bonis, atque rebus ejus ad utilitatem ipſius Eccleſiæ de Bethleem uti, ſalvo in omnibus, & reſervato nobis jure patronatus, & tu fr. Nicolaus, & alii clerici, qui in ipſa Eccleſia de Vetula erunt, debeant nobis, noſtriſque ſucceſſoribus obedientiam promittere, & facere, ſalva reverentia prædicti Epiſcopi, & canonicorum ejus, & tu, vel alii clerici, qui ibi erunt, non debeant impedire, vel moleſtare Eccleſiam ſancti Petri de gradu de decimis, & pœnitentiis, atque ſepulturis totius populi de Vetula, vel de tota parochia ſancti Petri de gradu, quin habeat ea omnia Eccleſia ſancti Petri, & omni anno ſemper per totum menſem Auguſti tu, & cæteri clerici, qui in ipſa Eccleſia ſancti Martini præerunt, debeant nobis, noſtriſque ſucceſſoribus dare cenſum bonos biſantios Maſſamutinos quatuor, & omnia prædicta præfatus Epiſcopus cum ſuo capitulo debeant rata habere, & ſcripto publico firmare, & ſi omnia, quæ ſupra leguntur, obſervata nobis, noſtriſque ſucceſſoribus non erunt, hæc datio, & ceſſio irrita fiat, & ad nos revertatur, niſi noſtra concordia, & voluntate remanſerit. Hæc omnia prædictus dominus Archiepiſcopus per ſe, ſuoſque ſucceſſores præfato fratri Nicolao obſervare per ſtipulationem promiſit. Et ipſe fr. Nicolaus ſimiliter per ſtipulationem ipſi domino Archiepiſcopo obſervare, & firma tenere promiſit, & ad hujus rei confirmationem hæc omnia prænominatus D. Archiepiſcopus, & fr. Nicolaus me Uguccionem familiatum judicem, & notarium ſacri palatii ſcribere rogaverunt. Actum Piſis in curia D. Archiepiſcopi præſentibus D. Mariniano presbytero, & capellano D. Archiepiſcopi, & presbytero Guidone ſancti Chriſtophori de Ponte, & presbyteris Guidone, & Rainerio canonicis Eccleſiæ ſancti Sixti, & Ildeprando Villano canonico, atque cancellario clerico filio q. Orzarelli, & Nigello cauſidico filio q. Petro Pagani, Matthæo, atque Rolando juriſperitis de ſancto Geminiano, qui ad hæc intervenerunt rogati teſtes intelligendum eſt, quæ hæc omnia jam dictus D. Albertus Epiſcopus debeat cum ſuo capitulo publico ſcripto firmare infra hinc quinque annos, & dare, vel dari facere præfato D. Archiepiſcopo, vel ſuo nuncio.

Ego Uguccio familiatus vice D. Ubaldi Archiepiſcopi, qui præfatam crucem fecit, ejus præcepto ſſ.

Ego Uguccio familiatus D. Imperatoris Federici judex ordinarius, & ſacri Lateranenſis palatii notarius præſcriptis omnibus interfui, & mandato prælibati D. Archiepiſcopi, & Nicolai prædicti ſubdiaconi ad perpetuam memoriam, ac firmitatem omnia ſcripſi, & complevi.

Anno vero 1188. celeberrima eſt donatio, quam Conradus marchionis Montisferrati filius, & Tyri dominus Piſanis contulit, Ubaldo Archiepiſcopo, tunc in illis partibus Apoſtolicæ ſedis legato, Piſanorumque exercitus inclyto duce, qua non mo-

doomoia, quæ Raymuodus Tyri comes Piſaois conceſſerat, corroboravit, verum conſpicua privilegia ob ſuſceptos labores in reparanda Terra ſancta, & è Sarraceoorum tyraonide vindicauda, ſuſom ſanguioem, ac maxime pro ipſa Tyro, contra eorum impetus propugnara navatam operam impertiit. Qui ſane rerum Orientalinm, Terræque ſanctæ hiſtoriam perlegerit, nullum Italiæ populum inſpiciet tanta auxilia Chriſti fidelibus Syris ſuppeditaſſe, ac Piſaoi pro fide in lis regionibus, quas ſuo Chriſtos ſaoguine perſudit, attulere. Teſtis eſt tot Piſanorum civium in eis pro Chriſto ſuſus ſanguis, ad quam deſcodendam maris ſprevere pericula, ſubmotas illas penetravere regiones, ac triumphalia crucis ſigna intulere. Iocitabat illorum pietatem Piſanorum Archipræſulum zelus, & propagandæ religionis ardor, qui in eo Dagoberti prædeceſſoris præclaris veſtigiis iuhæſere, qoi ſub Urbano II. ut ſupra delibavimus, ipſos impulit, ut cum floreotiſſimis copiis ad expugnaodas Hieroſolymas ſe Duce Gotiſredo conjungereot, quo facto ab Urbano Eccleſiæ ſuæ inſignia privilegia promeruit. Simillima laus oostro Ubaldo Archiepiſcopo adſcribenda eſt; is eoim ſomma conteotione incubuit, ut Piſani concives conflata potentiſſima triremium claſſe quinquaginta ad defendendam Terram ſanctam proſilirent, quorum virtuti ſamulata eſt fortuna, ac liberata Tyro, Conradus comes, ut gratiam ipſis reponeret, hoc nobili privilegio ipſos decorandos ceoſuit, quod ex tabulatio Florentioo Reformationum deprompſimus.

In nomine ſancta, & individua Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.

Ego Conradus, divina providentia, marchionis Montis Ferrati filius.

Dignum, & rationabile fore duxi mecum Tyrum defendentes remunerare, & beneficiis ad obſequium civitatis allicere, ideoque remunerans labores, & varios ſudores, ac ſanguinis effuſionem civium Piſanorum, conſilio, & conſenſu magiſtri Monachi Cæſarienſis Archiepiſcopi, & domini Letardi Nazareni Archiepiſcopi, & D. Odonis Epiſcopi Sidonia, conſilio, & conſenſu fratris tertii domus militia Templi magni præceptoris Hoſpitalis, & aliorum fratrum, & conſilio militum, & burgenſium Tyri, & totius communis civitatis, do, concedo, & confirmo, atque corroboro in perpetuum communi Piſanorum omnes dationes, & cōceſſiones Piſanis factas a D. Raymūdo bona me. Tripol. comite in Tyro, & in partibus Tyri de quibus habent privilegia, & de quibus privilegia non habent, ne ſunt domus, qua fuerunt templi cum turre, & platea coram ipſis uſque ad mare, & ſunt poſita, & fundata prope fundacum Piſanorum ſuper murum civitatis, & earum pertinentia, & domus, qua fuerunt filiorum q. Balduini Piſani cum platea coram ipſis domibus uſque ad mare, & ſunt poſita, & fundata juxta fundacum Piſanorum, & domus, qua fuerunt Gutti Piſani cum omni earum pertinentia, & cum platea uſque ad mare, & ſunt poſita inter jam nominatas domus, & domus, qua fuerunt Regis, ubi fiebant chartula cum omni earum pertinentia, & ſunt poſita poſt fundum Piſanorum, & concedo, & confirmo eis plateam portus undique liberam, ut nihil in ea poſſit ædificari extra muros domum in mari, vel in terra Logia eorum excepta, & confirmo, & concedo dicto communi Piſanorum furnum Bucciaria, quod fuit Regis cum omni ſua pertinentia, & eſt poſitum in ruga Bucciariæ, & balneum, quod fuit Regis cum omni ſua pertinentia, & eſt poſitum in ruga templi prope rugam S. Juliani, & concedo, & confirmo eis, ut poſſint facere duo molendina equis in Tyro, & furnum in ſuis domibus ſicut continetur in privilegio Regis Balduini bona memoria, quod habeat, & concedo, & confirmo dicto communi Piſanorum ſtateram, & penſas, & media, & menſuras vini, & olei, & omnium rerum, qua ponderari, & menſurari poſſunt, conceſſa ei a dicto comite Raymundo, ut libere poſſint inter ſe ponderare, & menſurare, & extraneis ab eis comparantibus. Praterea extra Tyrum, & in partibus Tyri do, & concedo, atque confirmo d. Piſanorum communi unum molendinum aqua cum domo, & aqua, & omni ſua pertinentia, conceſſum ei a dicto comite Raymundo, & caſale, quod nominatur Talobie cum duabus guaſtinis, & cum omni ſuo territorio, & pertinentia, & Raſalame cum ædificiis omnibus, & molendinis, & aqua, & jure molendinorum, & cum omni ſuo territorio, & pertinentia, & cum guaſtina montis, & Ainebeddelle cum aquis, & omni ſuo territorio, & pertinentia, & jardinum, quod fuit Regis cum aqua, & omni ſua pertinentia, & concedo, & confirmo Piſanis, & eorum communi in Tyro, & in partibus Tyri omnes libertates, & curiam, quam antiquitus habuerunt, & Raymundus Tripolis comes eis firmavit, & amplius eis concedo, ut omnes Piſani, & qui Piſanorum nomine cenſentur tam ſcapuli, quam burgenſes, ſeu etiam milites, & comites, ſeu cujuſcunque conditionis laici in Piſanorum curia judicetur de omnibus cauſis, & factis, & foris facientibus, qua dici, vel excogitari poſſunt præterquam de feudis, & aſſiſiis, & qua ad feuda, & aſſiſias pertinent, de quibus omnibus in clericorum curia judicentur, de nulla autem alia re Piſanus judicetur in Regali curia in Tyro, & ejus partibus, nec etiam in toto regno, de domibus autem burgenſium Piſanorum extra honorem Piſani communis poſitis Rex taliam poſſit percipere, ſi pro communi civitatis Tyri taliam receperit, nihil autem nomine alicujus dirictura, aut hoſtel. expeditionis, vel ſui averis occaſione ab eis poſſit extorquere, & ut a Piſanis, aut ab his qui Piſanorum nomine cenſentur nomine Terciaria, aut alicujus dirictura poſſit exigi concedo, & concedo eis vicecomitatum, ſive conſulatum pro regenda curia & eorum honore in Tyro, & concedo eis, ut pro ſuo communi ponantur homines pro ſuo velle ad catenam, & fundum, & portas civitatis Tyri, qui habent curam de omnibus Piſanis, & de his, qui Piſanorum nomine cenſentur, & ut nullus homo Regis ſe intremittat de aliquo Piſano, vel de his, qui Piſanorum nomine cenſeantur, aut de eorum avere ad catenam, vel fundum, vel portas civitatis intrando, vel exeundo, & ut omnes Piſani per quaslibet partes Regni cum ſuis rebus ſecure, & libere poſſint ire, & a nullo poſſint impediri nomine Regis, aut alicujus baronis occaſione, & ut de nulla re ſiat eis devetum, nec ab eis occaſione alicujus deveti aliquid poſſit extorqueri; ſiquis autem Piſanus, vel Piſani naufragium ſuſtinuerint in Regno, aut in partibus Regni, cum omnibus rebus ſuis ſint ſecuri, & nihil eis auferatur. Inſuper do, & concedo eis dictas domos, & furnos, & balneum, & caſalia, & molendina, & ſtateram, & penſas, & modia, & menſuras omnes liberas, & abſolutas ab omni tributo, & exactione, & ut nihil nomine ſupraſcriptarum rerum, & conceſſionum aliqua occaſione ab eis poſſit exigi, nihil etiam a Rege vel ejus nuncio poſſit inveniri, vel machinari per devetum, vel aliqua arte, vel ingenio, unde jus eorum lædatur, vel redditus eorum in Tyro, vel ejus partibus minuantur in furnis, vel in molendinis, vel in balneo, vel in caſalibus, aut in aliquo honore eis conceſſo: & quia quidam Piſani in obſequio Chriſtianitatis deceſſerunt, quidam autem ſunt ſuperſtites, concedo, ut Piſani, & eorum heredes & qui Piſanorum nomine cenſentur, feuda, & aſſiſias ſuas recuperent, & per regnum totum feudis, & aſſiſiis ſuis reſtituantur. Ad hæc concedo eis, & eorum Eccleſia, quicquid juris, & libertatis eis concedere poſſum. Promitto etiam, quod in libertate quærenda eorum Eccleſia in Tyro, & ejus partibus conſilium, & adjutorium præſtabo. Ideo autem omnia prædicta dedi, & conceſſi eis in Tyro, & per regnum totum, quia in Tyro remanſerunt, & pro defenſione civitatis contra Sarracenos pugnaverunt, ullaque de cætero pro dd. dationibus in Tyro, aut in aliqua regni parte debeat præſtare ſervitia. Ut autem hæc mea datio, & conceſſio, confirmatio, & corroboratio omni tempore inviolata conſervetur, ac in poſterum firma permaneat, præſens privilegium teſtibus ſubſcriptis, & ſigilli mei plumbei impreſſione juſſi communiri.

Actum in Tyro in domo Hoſpitalis præſentibus his teſtibus, videlicet

Fr. Gaufridus Mo... præceptor domus Templi in Tyro

Fr. Bertram del Zana miles Templi.
Fr. Petrus Iteris miles.
Fr. Ucchilm. de Vondobro miles.
Fr. Ugo Gioſroi miles.
Fr. Achardus templi capellanus.

Domus Hoſpitalis ſunt iſti:

Dominus Vgu Tyberiadis, &
D. Adulphus frater ejus.
D. Galterius Caſarea.
D. Helias vicecumes.
Nazareth, & Euſtachius vicecomes legionis.
Raynerius de Marone.
Vbertus de Orgiolo.
Iterius de Manni.
Amalricus Godercalci.
Vvillelmus de Carnetu.
Vbertus nepos Seneſcalcus marchionis.
Anſaldus Bonincunus, &
Balduinus frater ejus.
Bernardus templi in Tyro vicecomes.
Vvillelmus Cacc.
Matthaus Ju. Gnidi &
Simon de Faleſia.

Anno ab incarnatione Domini noſtri 1187. menſe Octobris indict. 6. Dat. Tyri per manum Baldoini D. Marchionis ſcriba.

Conradi donationem, cæteraſque immunitates ab Hieroſolymitanis Regibus, aliiſque Terræ ſanctæ principibus Piſanis conceſſas Cœleſtinus III. an. 1192. ſequenti diplomate cenſuit confirmandas.

COELESTINVS EPISCOPVS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Piſanis civibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sedis Apoſtolica circumſpectio circa eos benigniori cura verſatur, & ipſorum commodis propenſius intendere conſuevit, quorum fidem, & devotionum certiori experimento cognovit, & ſtudium etiam plorium noſcit utilitatibus inſervire. Hac igitur conſideratione inducti nihilominus precibus inclinati, libertates, & immunitates, ac catera, qua vobis dilectus filius noſter nobilis vir G. quondam Hieruſolymitanus Rex cum Sibylla uxore ſua per regnum ipſum veſtro conſideratu multiplici ſtudio, ac labore indulſit, & ſcripti ſui munimine confirmavit. Qua inſuper chariſſimus in Chriſto filius noſter Ricc. illuſtris Anglorum Rex, & bona memoria C. quondam Marchio Muntisferrati rata habuerunt, & firma, ſicut ab eis conſulte, ac provide facta ſunt, & in ſcriptis exinde confectis plenarie continentur, auctoritate duximus Apoſtolica roborando, & praſentis ſcripti patrocinio munienda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtra paginam communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attentare praſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani 6. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno II.

Anno 1200. Gallorum virtute Conſtantinopoli expugnata, in cujus expugnatione Piſanorum non paucæ cohortes bellicam gloriam explicuere, cum late graſſata, ac fuſa incendia non modo prophanas ædes, verumetiam ſacras magna ex parte abſumpſiſſent, Piſanorumque Eccleſia non minus Patriarchæ, quam Ubaldo Archiepiſcopo Piſano obnoxia conflagraſſet, Benenatus Piſanorum, qui ibi verſabatur, prior ab aliquibus Epiſcopis, qui tunc delegatorum Apoſtolicorum munere fungebantur, ſupplex expetiit, ut S. Salvatoris templum ipſorum ædibus proximum attribuerent, ab iis benigne, ut ex ſubjecto monumento conſtat, obtinuit, pauloque poſt a Petro Card. Apoſtolicæ ſedis in Oriente legato ratum firmumque habitum eſt, cui poſtea plures Apoſtolici legati, ac demum Honorius III. ſuam auctoritatem adjecerunt, ut in eorum mox adducendis documentis è Vaticano archivio deſumptis inſpici poteſt.

A *Rivelo, Dei gratia, Sueſſionen. G. Trecenſis, P. Bethleemitanus Epiſc. omnibus, ad quos praſentes litera pervenerint, ſalutem in Domino.*

Noverint univerſi, quod cum urbs Conſtantinopolitana capta Dei virtute à Francis fuiſſet, Piſani, qui captioni urbis interfuerant, propter incendium Eccleſiis, & eccleſiaſticis indigentes ſacramentis a nobis eccleſiam S. Salvatoris Apologotheta ſitam prope campum eorum cum omnibus pertinentiis ejus circa ſe poſitis humiliter poſtularent, in qua eis competenter divina poſſint officia miniſtrari. Quorum petitionibus intuitu probitatis eorum, & devotionis, quam ergo ſacroſanctam Romanam Eccleſiam habere noſcuntur, benigniter annuentes dictam Eccleſiam cum omnibus ejus pertinentiis circa illam poſitam pro jam dictis Piſanis priori eorum ſacerdoti ſcilicet Benenatu, & cleru, qui Romano Pontifici in dicta urbe tunc temporis erat obediens, conceſſimus, ita quod ipſi, & eiſdem in praſata Eccleſia ſubſtituendi, & dictis Piſanis, & eorum ſucceſſoribus ſacramenta debeant eccleſiaſtica miniſtrare,
B *ſalva in omnibus ſummi Pontificis, & omni auctoritate majori; quod ut notum omnibus habeatur, & ratum, praſentem paginam noſtrorum ſigillorum teſtimonio communimus.*

Dominica incarnationis milleſimo ducenteſimo quinto. Ind. 8. menſis Sept.

Petrus, divina permiſſione tituli ſancti Marcelli presb. Card. Apoſtolicæ ſedis legatus
Dilecto in Chriſto filio Benenato, priori Eccleſiæ Piſanorum ſalutem in Domino ſempiternam

Sacroſancta Romana Eccleſia humiles, ac devotos filios propenſius diligere, & ipſorum utilitatibus providere ex ſolito pietatis officio conſuevit. Eapropter dilecte in Chriſto fili attendentes devotionem tuam, quam ad Romanam Eccleſiam habere dignoſceris, ut ex tua devotione gratum fructum tibi ſemper gaudeas proveniſſe, poſtquam recepimus litteras domini Papæ per venerabilem patrem I. Conſe patriarcham, in quibus idem dominus Papa impoſuit nobis legationem in Imperio Romaniæ Eccleſiam S. Salvatoris, quæ dicitur Apologotheto prope campum Piſanorum
C *ſitam cum omnibus pertinentiis ſuis tibi auctoritate legationis, qua fungimur, duximus canonice concedendam, ipſamque tibi eadem legationis auctoritate confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & confirmationis infringere, vel ei temere contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Conſtantinopoli anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo quinto, menſe Septembris.

Benedictus, dignatione divina tituli ſanctæ Suſannæ presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto in Chriſto filio Benenato priori Piſanorum ſalutem in Domino ſempiternam.

Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere aſſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter dilecte in Domino fili prior tuis juſtis poſtulationibus benigno concurrentes aſſenſu, conſiderantes devotionem, quam ad
D *Romanam Eccleſiam te fideliter habere cognoſcimus, attendentes quoque obedientiam, & fidem, quam tu inter ſpinas Græcorum poſitus eidem Romanæ Eccleſiæ omni tempore obſervaſti, Eccleſiam S. Salvatoris Apologotheto ſitam prope campum Piſanorum cum omnibus pertinentiis ſuis, quam venerabilis in Chriſto frater noſter Petrus tituli ſancti Marcelli presbyter Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus tibi conceſſit, nos auctoritate legationis qua fungimur in Imperio Romaniæ tibi, & ſucceſſoribus tuis perpetuo poſſidendam concedimus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalva tamen canonica juſtitia de ipſa Eccleſia patriarchæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem contra hæc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Conſtantinopoli XII Kal. Martii anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexto, indict. 10.

Joannes, permiſſione divina, tituli ſanctæ Praxedis presb. Card. Apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto filio . . . priori Eccleſiæ campi Piſanorum Conſtantinopolit. ſalutem in Domino.

Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecte in Domino fili tuis juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu Eccleſiam ſancti Salvatoris Apologotheto, ſitam prope campum Piſanum cum clauſtro, & omnibus pertinentiis ſuis, quas habere debet ex initæ pacis forma, quam bonæ memoriæ B. Portuenſis Epiſcopus tituli ſanctæ Suſannæ presbyter Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus Eccleſiæ tuæ conceſſit, ſicut in ejus litteris inſpeximus contineri, tibi, & per te tuæ Eccleſiæ auctoritate legationis, qua fungimur, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Conſtantinopoli XV Kalendas Maii, Pontificatus D. Honorii Papæ III anno V.

Joannes, permiſſione divina, tituli ſanctæ Praxedis presb. Card. Apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto filio . . . priori Eccleſiæ Piſanorum Conſtantinopolit. ſalutem in Domino.

Sacroſancta Romana Eccleſia devotos, & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſuæ protectionis munimine confovere. Eapropter dilecte in Domino fili tuis juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, paternitatem tuam, & Eccleſiam ipſam, in qua divino es obſequio mancipatus, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſides, ac in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poteris adipiſci, auctoritate legationis, qua fungimur, ſub B. Petri, & Apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem poſſeſſiones, terras, vineas, præſentia monaſteria, & alia bona, quæ ipſa Eccleſia juſte poſſidet, & quiete tibi, & per te ipſi Eccleſiæ auctoritate confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Conſtantinopoli, X Kalendas Maji, Pontificatus domini Honorii Papæ Tertii anno quinto.

HONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Priori Eccleſiæ Piſanorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sacroſancta Romana Eccleſia devotos, & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſuæ protectionis munimine confovere. Eapropter dilecte in Domino fili tuis juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu paternitatem tuam, & Eccleſiam cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſides, ac in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poteris adipiſci, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem redditus, & poſſeſſiones eidem Eccleſiæ a dilecto filio noſtro I. tituli ſanctæ Praxedis presbytero Cardinali tunc Apoſtolicæ ſedis legato, pia, & provida liberalitate collatas, prout in ipſius litteris dicitur plenius contineri, ſicut ea omnia juſte, canonice, ac pacifice poſſides, tibi, & per te ipſi Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Signiæ Idibus Julii, Pontif. noſtri anno ſeptimo.

Joannes, permiſſione divina, tituli ſancta Praxedis presb. Card. Apoſtol. ſedis legatus, dilecto filio priori Eccleſia S. Petri Piſanorum Conſtantinopolit. ſalutem in Domino.

Cupientes monaſteria, & metochia relevari deſtructa, & relevata illaſa ſervari, monaſterium ſancti Angeli Jachirelimi, & Metochium Jurectores Chalcedonion. diœceſis, quod Metochium quondam ad monaſterium Maſſuchi pertinuit cum ſuis juribus, & proprietatibus, quæ habere debet ex inita pacis forma Eccleſia ſua in ſuarum poſſeſſionum recompenſationem, ut per ipſam Eccleſiam valeant fideliter conſervari, auctoritate legationis, qua fungimur, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate confirmamus jure perpetuo poſſidenda, ſic tamen, ut ab ipſo monaſterio monachi nullatenus expellantur in Apoſtolicæ ſedis devotione, ac diœceſani obedientia perſiſtentes. Et cum monaſterium, & Metochium memorata nuper cum nimia difficultate ſint extracta de manibus laicorum, ſub anathemate prohibemus ne ipſa amodo cuiquam laico committantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & prohibitionis infringere, vel ei auſo temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Conſtantinopoli XIX. Kalendas Januarii, Pontificatus domini Honorii Papæ III. anno V.

Joannes, permiſſione divina, tituli ſancta Praxedis presb. Card. Apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto filio . . . priori Eccleſia Piſanorum Conſtantinopolit. ſalutem in Domino.

Cum ſicut per vos intelleximus Metochium ſancti Helia . . Gitro Nicomedienſis diœceſis Eccleſia tua ſancti Salvatoris Apologotheto fuerit ex antiqua, nos Metochium ipſum ereptum de manibus laicorum cum ſuis juribus, & proprietatibus, quæ habere debet ex forma pacis inita, auctoritate legationis, qua fungimur, tibi reſtituimus Eccleſia memorata. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtra reſtitutionis infringere, vel ei auſo temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Conſtantinopoli decimo Kal. Maji Pontificatus domini Honorii Papæ iij. anno quinto.

Ego Balduinus Barda ſacroſancta Apoſtolicæ ſedis auctoritate notarius ſingula horum omnium authentica vidi, & legi ſapius diligenter, & caute munita ſingula ſigillis veris ſingulorum ſupraſcriptorum venerabilium patrum, & ideo ea omnia fideliter ſicut reperi in eis nihil addens, vel minuens tranſcribendo exemplavi, meoque ſigno roboravi.

Interfuit Ubaldus Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. anno 1179. cujus decreta etiam ſua manu ſubſcripſit. Hic ingenti, validaque Piſanorum claſſe ſuccinctus, ut Ænobarbo illic belligeraturo ſuppetias ferret, navigavit in Orientem. Sed cum toties fœdifragum Ænobarbum ſe lavantem flumen abſorpſiſſet, Ubaldus Terra ſancta navibus oneratis Piſas reverſus eſt, unde poſtea celebris Campus ille ſanctus efformatus eſt. Ingentis animi fuit, mordicuſque eccleſiaſticam libertatem defenſavit, quamobrem Othonem Imperatorem tanquam patrimonii S. Petri uſurpatorem in cathedrali Piſana publice excommunicavit. Sed cum deinde Otho Piſas veniſſet, Ubaldus, ut iram furentis declinaret, in inſulam Gorgoniam aufugit, ut narrat Volaterranus lib. 5. Geographiæ c. 126. Ad hunc Ubaldum Urbanus III. ſcribit capit. 12 de jurejurando capit. 8. Hujus etiam temporibus Piſis deceſſit Gregorius VIII. ſepultuſque eſt in cathedrali anno 1188. Obiit vero Ubaldus anno 1209 a. 13. Kalendas Julii ex veteri menologio S. Zenonis, quo Præſule octavo (t) Kalendas Maji ad cœlum evolavit B. Bona virgo Piſa- a 1208. Troncius.

(t) In Actis hujus Sanctæ relatis à Papebrochio in Actis 25. Maji tom. 7. dicitur hæc ſancta obiiſſe die tertio exeuntis Maji, ideſt die tertio ante finem Maji, qui eſt 29. ejuſdem Menſis anno 1208. Et quia Piſanis eos eſt communis anni initium novem menſibus prævenire, ideoque anno, qui illis erat 1208. nobis erat 1207. At quoad diem obitus in tranſlatione corporis hujus Sanctæ anno Piſano 1281 facta, dicitur inventa tabula plumbea cum hac inſcriptione: *Anno Dom. Incarn. 1208. IV. Kal. Junii venerabilis nomine Bona, Devota hujus Eccleſiæ & Magiſtra requieſcit.* Et dies *IV. Kal. Junii* idem eſt, qui ſupra dies tertius exeuntis Maji, & convenit in 29. Maji. Vide Acta SS. loco citato.

ſaoa, multis poſt mortem miraculis coruſcans, de qua Bzovius ad aooom Chriſti 1208. Ferrarius io catalog. ſanctorum, & Piſana mooumenta.



XLIX. 48 LOTHARIUM Roſarium civem Cremoneoſem, & Epiſcopum Vercellienſem Innocentius III. ad Archiepiſeopatum Piſanum tranſtulit anno 12094. eodemque anno meoſe Octobri cum Romæ eſſet, ab eodem miſſus fuit ad Othonem Imperatorem, ut illum hortaretur ab infeſtatione Eccleſiæ, & ab iniquitatibus, juxta juſiurandum in ſua corooatione; ſed Otbo vilipendens ab Innocentio excommunicatus eſt, de qua re chronic. Ceccaoi. Eo ipſo anno, quo Lotharius Archiepiſcopatu auctus eſt, Michael Abbas cœnobii S. Michaelis de Verruca in Piſana diœceſi ſiti, tunc ordinis Ciſtercienſis ad Innocentium confugit, ut privilegia ab aliis ſummis Pontificibus monaſterio indulta, ipſius auctoritate corroborarentur, obtineret, tum maxime, ut certæ permotationi ab Ubaldo Archiepiſeopo Lotharii prædeceſſore cum cœnobio factæ firmitatem adiiceret, cui facilem ſe, ac placidum Innocentius impertiit, ac non modo tranſacta Ubaldum inter, ac cœnobium confirmavit, verum omnibus aliis immuoitatibus gaudere, bonaque nmuia ab Ugone Hetruriæ marchione, qui Abbatiam condidit, firma, ac rata eſſe juſſit. Hæc una è ſeptem illis Abbatia eſt, quas idem marchio in Hetruria excitavit, atque Benedictinis monaebis attribuit, quibus Ciſtereieoſes ſocceſſere, qui in iis longo tempore religioſam vitam excoluerunt, dum tandem inductis commendatariis, ea obſoleſcente, & omnino proſtrata abſceſſere monachi, pauloque poſt monaſterium cum ſuis redditibus militari ordini equitum S. Stephani Piſis a Coſmo magno Hetrutiæ Duce ad frænandas Turcarum excurſiones inſtituto addita eſt. Porro Ionocentii privilegium, cujus authographum in tabulario capituli Piſani aſſervatur in libro Campione prædictæ Abbatiæ inſcripto, hujus eſt ſententiæ.

a. 1208. Troncim.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servas ſervorum Dei.

Dilectis filiis Michaeli Abbati S. Michaelis Verrucen. ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Cum omnibus Eccleſiis, & perſonis ecoleſiaſticis debitures, ex Apoſtolica ſedis auctoritate, & benevolentia exiſtimamur, illis tamen attentius pruvidere nos convenit, ut eas a pravorum incurſibus hominum defonſando arctiori debemus charitate diligere, quas beato Petro, & ſancta Romana Eccleſia non eſt dubium ſpecialius adhærere, & tanquam jure proprio ſubjectas eſſe. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & B. Mariæ ſemper Virginis, ac ſancti Michaelis monaſterium, in quo divino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum fel. mem. Paſchalis, Innocentii, Eugenii, Adriani, Alexandri, Urbani, & Clementis Romanorum Pontificum ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut idem cœnobium, & monachi ad ipſum pertinentes ab omni ſecularis ſervitii ſint infeſtatione ſecuri, omnique mundana oppreſſionis gravamine liberi in ſancta religionis obſervantia Domino cooperante perſiſtant, nec ulli alii, niſi Romanæ, atque Apoſtalicæ ſedi, cujus juris eſt locus ipſe, aliqua teneantur occaſione ſubjecti. Prætorea quæcunque bona, quæcumque poſſeſſiones a bon. mem. Ugone duce, atque marchione ipſius cœnobii fundatore, ſeu ab aliis Dei fidelibus eidem loco pro animarum ſuarum remedio ſunt collata, univerſa etiam, quæ in præſentiarum idem cœnobium juſto, & canonico poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, cum omnibus decimis tam dominicatuum, quam earum rerum, quas coloni poſſident, duntaxat ex proprio iure, ſive eas a quadraginta retro annis præfatum monaſterium quiete, & inconcuſſe habuiſſe dignoſcitur, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Nicolai ſecus muros Piſanæ civitatis, cum cœmeterio, parochia, & oblationibus, cæteriſque ad eam pertinentibus, Eccleſiam S. Leonardi poſitam in præſtuſcello, ſalvo iure Piſanæ Eccleſiæ, hoſpitale Sancti Niculai juxta eandem Eccleſiam Sancti Leonardi poſitum, Eccleſiam Sanctæ Vivianæ juxta fluvium Serchi, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Monticulo, Eccleſiam S. Mariæ de Ponticulo ſuper fluvium Arni, Eccleſiam S. Chriſtophori in Pedemontis, Eccleſiam S. Laurentii in ſylva longa montis, Eccleſiam S. Hilarii in ſylva longa, capellam S. Petri in Valle, capellam S. Bartholomæi de Gucciano, patronatum Eccleſiæ S. Petri a Farneti, quicquid iuris habetis in Eccleſia S. Martini de Creſpignano, villam de Monte magno, Callare de ſtagno quod dicitur Burdeno, & quicquid in præſentiarum loco veſtro pertinere cognoſcitur, in vico, in Bevisi, in ſelcia, in cintoria, in blentina, in monticulo, in territorio, in vada, in collinis, in aqua viva, in caprona, in criſpignano, in macagio, in ſambra, in grocciano; placitum quoque de villa de Monte magno, & de Bethano, & totum placitum, quod habetis a Calci, a Caprona uſque ad Calne, tibi, tuiſque ſucceſſoribus regularibus regendum, diſponendum, poſſidendumque firmamus. Pratum quoque Vicalteri, & id quod bonæ memoriæ Baldus q. Piſanus Archiepiſcopus veſtro monaſterio in concambium noſcitur tradidiſſe, nos vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus. Ita quod nullus Archiepiſcopus, vel aliqua perſona ſuper his deinceps vos moleſtare præſumat, ſalvo ſuper decimis moderamine concilii generalis. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos, & abſolutos a ſeculo fugientes recipere & eos ſine contradictione aliqua in veſtro collegio retinere. Prohibemus, ne ulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem niſi arctioris religionis obtentu ſit fas ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communi literarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis januis clauſis non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis, & interdictis, ſuppreſſa voce, dummodo cauſam non dederitis interdicti, divina officia celebrare. Chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes monachorum, ſeu clericorum veſtrorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, a quocunque malueritis Catholico ſuſcipietis Epiſcopo. Ad hæc adiicimus, ut nulli Epiſcoporum facultas ſit prædicti cœnobii, & ejuſdem Eccleſiarum monachos, & converſos, ſeu familiam regulari profeſſioni obnoxiam, quæ intra ipſam Verrucæ arcem ad monaſterii cuſtodiam commorantur, interdicto, vel excommunicationi ſubjicere, ſiquidem in debita ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidelitate perſiſtant. Prohibemus etiam ne ullus in dicta Eccleſia S. Michaelis, & ſanctæ Mariæ, aut ejus officientis aliquam violentiam audeat exercere: ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri voluerint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publici uſurarii,

A B C D

rii,

rii, nullas obſiſtat, ſalvatamen juſtitia illarum Eccleſiarum, n quibus mortoorum corpora aſſumontur, obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nollus ibi qoalibet ſobreptionis aſtotia, ſeo violentia præponatur, niſi qoem fratres commoni conſenſo, vel fratrom major pars conſilii ſanctioris ſecundom Dei timorem, & beati Benedicti regolam, ſive de ſuo, aut de alieno, ſi opportunum fuerit, collegio providerint eligendum. Electos autem ad ſedem Apoſtolicam benedicendos accedat. Decernimos ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam, ſeu monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minoere, ſeo quiboslibet vexationibos fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur eorum, pro quorom gobernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſont, uſibus omnimodis profotora, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & in ſupradictis Eccleſiis diœceſanorum Epiſcoporum canonica juſtitia. Ad indiciom autem hojus à ſede Apoſtolica percepta libertatis, & qood idem cœnobiom beati Petri joris exiſtat, nobis, noſtriſque ſocceſſoribus duos aureos annis ſingolis perſolvetis. Si qua igitor in futurom eccleſiaſtica, ſecolaris ſive perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſoi dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſobjaceat. Conctis aotem eidem loco ſoa jora ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſo Chriſti quatenos & hic froctum bonæ actionis percipiant, & apod diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Joannes Albanus Epiſcopos ſobſcripſi.
Ego Joannes Sabinen. Epiſc. ſubſcripſi.
Ego Nicolaos Tuſculanus Epiſc. ſubſcripſi.
Ego Cencius SS. Joannis, & Pauli presb. Card. & Pammachii ſobſcripſi.
Ego Petros tit. S. Marcelli presb. Card. ſſ.
Ego Benedictos tit. S. Soſannæ presb. Car. ſſ.
Ego Rogerios tit. S. Anaſtaſiæ presb. Card. ſſ.
Ego Gregorios tit. S. Georgii ad velum aureum diac. Card. ſubſcripſi.
Ego Guido tit. S. Nicolai in carcere Tul. diac. Car. ſſ.
Ego Joannes SS. Coſmæ, & Damiani diac. Card. ſſ.
Ego Pelagios tit. S. Luciæ Septiſolio diac. Card. ſſ.

Datum Viterbii per manom Joannis S. Mariæ in Coſmedin diac. Card. S.R.E. Cancellarii 7. Idus Junii, indict. 12. Incarn. Dom. anno 1209. Pontificatos vero D. Innocentii Papæ III. anno 12.

Ex lib. antiquo dictæ Abbatiæ vocato Campione.

Lotharius demum cum in Orientem illic bellantibus Chriſti fidelibus opem laturus cum ſuis Piſanis tranſiiſſet, Patriarcha Hieroſolymitanus creatus eſt anno 1216.

L. 49 ALEPRANDINUS electus reperitur Piſanus Archiepiſcopus anno 1216. in quodam capituli Piſani inſtrumento, quo in Vitalem, Bartholomæum, Gallumque canonicos procuratorum munus apud ſedem Apoſtolicam obeundum tranſfuſum eſt, ut Aleprandini à ſe in Archiepiſcopali dignitate deſignati, electionem ratam, firmamque haberi flagitarent. An vero ſummus Pontifex Honorius III. electionem refutarit, an ſua auctoritate communierit, altum ſilentium eſt, nec ulla alia ipſius viget memoria ex ejus Eccleſiæ monumentis expiſcata, quam quæ in hoc documento ex ipſius ſanctiore archivo, ab archetypo deſcripta celebratur. Non vero levis ſuſpicio obrepit animo, Aleprandinum in ipſo dignitatis limite diem ſuum obiiſſe, vel certe a Pontifice repulſam paſſum, ejuſque electione reſciſſa, ejus vice M. Vitalem capituli procuratorem electum extitiſſe, cum Piſana monumenta illum ſequenti anno 1217. delectum ab Honorio multis privilegiis, beneficiiſque auctum, ornatumque fuiſſe commendarint. Inſtrumentum porro, in quo electi Aleprandini mentio fit, ita jacet.

In nomine Domini. Amen.

Anno incarnationis Chriſti 1216. Pontificatus D. Honorii Papæ Tertii anno 1. menſe Decemb. die 16. inductione quinta.

Nos Bartholomæus Archipresbyter, magiſter Vitalis, & Gallos canonici Eccleſiæ Piſanæ nuncii, & procuratores capitoli Piſani apud ſedem Apoſtolicam conſtituti pro confirmatione electionis domini Aleprandini facta ad Eccleſiam Piſanam ex poteſtate, & mandato nobis conceſſo a dicto capitulo Piſano accipiendi mutuo profacto, & occaſione Eccleſiæ, & Archiepiſcopatus Piſani, profitemur nos mutuo recepiſſe a vobis Bramazone, Ugoccione, & Lupo mercatoribos Senenſibos pro vobis, & aliis ſociis veſtris ſolventibus viginti libras bonorum proveſinorum Senarom, de qoibos plene nos qoietos vocamus nomine dicti capituli, & Eccleſiæ, & Archiepiſcopatus Piſani exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciantes, pro qoa prætaxata ſomma viginti librarum proveſinorum promittimus nomine dicti capitoli, & Archiepiſcopatos Piſani, & etiam noſtro proprio nomine ſolvere, & reddere vobis, vel alicui veſtrom, vel certo nuncio veſtro abhinc ad Kalendas Februarias proximo venturas apod Piſas qoadraginta & duas libras bonorum, & novorom Piſanorum ſali vero tenore: Qood ſi in prædicto loco, & termino prætaxata pecunia vobis, ut dictum eſt, integre ſoluta non foerit, ex tunc per ſingulos menſes pro ſingulis decem libris Piſanis viginti ſolidos ejuſdem monetæ promittimos vobis nos datoros, & expenſas unios mercatores com uno equo, & uno ſerviente, & hæc omnia pœnæ nomine pro dicto capitulo, & Archiepiſcopato Piſan. uſque ad ſolutionem integram debiti prætaxati, eadem tamen pœna vobis in ſortem minime computata, pro qoibus omnibus firmiter, & plenarie obſervandis, nos nomine dicti capituli, & Archiepiſcopatos Piſan. & etiam noſtro proprio nomine obligamos vobis mercatoribus memoratis, & conſtituimus nos ſingulos in ſolidum prædictorum omnium debitores, obligantes etiam omnia bona noſtra mobilia, & immobilia, eccleſiaſtica, & mondana, & promittentes in verbo veritatis omnia ſopradicta nos firmiter ſervaturos, & renunciamus omni joris auxilio, privilegio fori, & omni exceptioni, & rei, quæ poſſent obiici contra inſtrumentum, vel factum. In hujos autem rei teſtimoniom, & cautelam, ego prædictus Archipresbyter huic publico inſtromento ſigillum doxi proprium apponendum.

Actom eſt hoc coram ſobſcriptis teſtibus ad hoc ſpecialiter rogatis, ſcilicet

Bernardo Plebano de Caſcina ſobſcripſi.
Petro de Baerchi ſubſcripſi.
Gualobio de ſancto Celſo ſubſcripſi.

Et ego Riccardus Imperialis aulæ notarius viſa, & lecta charta dictorum canonicorom de mandato eis dato in capitulo Piſan. ſuper motuo contrahendo hanc chartam utriuſqoe partis conſenſu ſcripſi, & complevi rogatos.

50 M. VITALIS de Martiis nobilis Piſanus. LI.
Contendunt nonnulli ex iis Piſanis Martiis gentem illam nobilem Martiam, quæ hodie Florentiæ floret, ſuam traxiſſe originem. Alii ex vetuſto familia Cajetana Vitalem proſeminatum narrant. Ut res ſit, Vitalis inſignis doctor fuit, aſcenditque ad ſuæ patriæ Archiepiſcopatum anno 1218. quo ipſo tempore Honorius Pontifex ad Sardinienſes Epiſcopos literas dedit, ut illum pro Primate venerarentur, legatoque nato S.R.E ut ex ſubjectis literis perſpici poteſt, quas ex regeſt. Vatic. ejuſdem Pont. pag. 125. ex fide nos ipſi deprompſimus.

Archiepiſcopo Turritano.

Licet ven. fratri noſtro Piſanum Archiepiſcopum, & ejos Eccleſiam non velimos ſoper collato ſibi a prædeceſſoribus noſtris privilegio legationis, & primatus, qood nos poſtmodum confirmavimus, moleſtare, pati tamen nec volomus, nec debemus, ut beneficio ſedis Apoſtolicæ abutator. Cum igitor certis temporibus auctoritate noſtra legationis officium in Sardinia valeat exercere, F. T. P. A. S. M. quatenus com terram ipſam juxta tenorem privilegii Eccleſiæ Piſanæ conceſſi datis

tem-

temporibus viſitaverit, quamdiu in eadem provincia fuerit, ei tanquam legato ſedis Apoſtolicæ intendat, abſenti tamen, vel alio tempore venienti, non tenebetis auctoritate legationis aliquatenus reſpondere: auctoritate vero primatis non plus poteſt in provincia Turritana, quam primatibus univerſis concedunt canonicæ ſanctiones.

Dat. Laterani 5. Nonas Julii.

Archiepiſcopis, Epiſcopis, & nobilibus viris Turritani & Gallurnen. judicibus, aliiſque nobilibus per Sardiniam conſtitutis.

Cum quidam prædeceſſores noſtri Piſanis Archiepiſcopis contulerint in Turritanæ, Arborenſis, & Callaritan. provinciis primatus, & in Sardinia legationis honores. Nos V. F. N. Vitali Piſano Archiepiſcopo benigne conceſſimus, quod noſtri prædeceſſores ipſius Archiepiſcopi prædeceſſoribus conceſſerunt. Ideoque V. V. attente monemus P. A. S. M quatenus eidem Archiepiſcopo in iis, quæ in prædicta terra ſibi ſunt ab Apoſtolica ſede conceſſa, tamquam primati veſtro, ac Apoſtolicæ ſedis legato debitum honorem, & reverentiam impendatis, ejuſque ſalubribus monitis curetis devote, ac humiliter obedire.

Dat. Laterani Non. Febr. anno 2.

Capitulo, clero, & populo Piſano.

Quod circa Eccleſiam, & civitatem veſtram exuberet noſtræ ſinceritatis affectus, poteſtis perpendere per effectum, nam præter alia, in quibus vos multipliciter honoravimus, V. F. N. Vitali Archiepiſcopo veſtro conceſſimus in Turritana, Arborenſi, & Callaritana provinciis primatus, & in Sardinia legationis honores, ſicut prædeceſſores noſtri ejuſdem Archiepiſcopi prædeceſſoribus conceſſerunt, &c.

Diuturnitas lites Vitalis cum clero ſuo diu exercuit, quæ in variis iuribus a capitulo in nonnullas Eccleſias, locave prætenſis vertebatur, adeo ut ab Archiepiſcopi auctoritate nullatenus penderent, quæ pluribus privilegiis ſibi ab Imperatoribus, ſummiſque Pontificibus irrogatis deberi contendebant, quibus etiam multa alia tempore vindicata addiderant, jamque longo temporis ſpatio lites cum Archiepiſcopo agitarant, cum ille conciliandæ cum illis concordiæ cupidus, rem omnem tribus exploratæ prudentiæ viris, nimirum Abbati de Inſula, Archipresbytero Collenſi, ac Senenſi Archidiacono dirimendam permiſere. Ii vero re mature deliberata, ac partis utriuſque diſcuſſo jure, hanc ſententiam graviſſimam protulere, quæ cum maximum huic Eccleſiæ lucem afferat, ex ipſo Vaticano tabulario adducenda viſa eſt.

In nomine Domini. Amen.

*Cum controverſia verteretur inter capitulum Piſanum ex una parte, & dominum Vitalem Archiepiſcopum ex alia ſuper plebe de Arena, & capellis ad dictam plebem, & capitulum pertinentibus, ſcilicet capella S. Hilaris de Piro, & capella S. Stephani de Rilvon. & capella S. Martini de Albero, & capella, & Eccleſia S. Michaelis de Orboala, & capella, & Eccleſia S. Pontiani de Orboala, & Eccleſia S. Jacobi de Coſagioregio, & capellanis, & capella de valle Auſeris, ſcilicet S. Joannis de monte Piſano, & S. Chriſtophori de Borcano, & capellis S. Petri, & S. Donati, & S. Proſperi de villa Mathadi, & S. Nicolai Hoſpitalis Manni, & S. Joannis de Campo longo, & S. Laurentii de Burgo novo, & S. Michaelis de Caſodio, & S. Martini de Rise, & capellanis, & capellis de Ciſanello, ſcilicet S. Juſti, & S. Blaſii, & S. Petri, & capellanis, & capellis S. Stephani de Faſiano, & S. Vermedii de Oſticaria, & S. Salvatoris de Pontignano, & S. Laurentii de Embolo pelleporiorum, quos capitulum dicebat ad ſe pertinere, & in quaſi poſſeſſione eſſe inſtituendi, deſtituendi, excommunicandi, interdicendi, ſuſpendendi, corrigendi, viſitandi, cauſas matrimoniales tractandi, & etiam percipiendi decimas, primitias, oblationes, collectas, & procurationes, & ſuper viginti libris, quos dicebat dominum Archiepiſcopum ab eiſdem Eccleſiis extorſiſſe. Et ſuper ordinationibus, & deſtitutionibus clericorum, Abbatum, priorum, plebanorum, & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum celebratione concilii, excommunicatione, ſuſpenſione, ſive conſilio capituli, vel majoris partis non proferendis ſuper alienationibus rerum Archiepiſcopatus, obligationibus, infeudationibus, impoſitionibus, & exactionibus clericis, & Eccleſiis Piſanæ civitatis, & diœceſis ab eodem Archiepiſcopo ſine capitulo faciendis ſuper inſtitutionibus Prælatorum in conſilio capituli factis ab ipſo Archiepiſcopo irritandis, ſuper reſtitutione trium procurationum, quas dictum capitulum L. libras exiſtimabat, & ſuper eo, quod non liceat Archiepiſcopo ordinatum in majori Eccleſia officio, vel beneficio privare, vel ipſum capitulum interdicere ſine admonitione legitima, & canonico judicio, ſuper M. libris, quos capitulum dicebat Archiepiſcopum a clericis Archiepiſcopatus extorſiſſet ſuper inventione, & inſtitutione operarii in opera ſancti Joannis Baptiſtæ, & ratione adminiſtrationis ſuæ reddenda, quæ capitulum ad ſe pertinere dicebat, & ſuper reſtitutione centum librarum oblationum in una parte quadraginta, pro alia, quæ Archiepiſcopo in miſſarum celebratione obvenerant. Item pro domino Archiepiſcopo ſuper centum libris Piſanorum, & ſuper centum quinquaginta barilibus vini, & ſex ſcalis plaſtrum, & ſuper ſexaginta libris denariorum, & ſuper viginti vaſis argenteis, quæ omnia dominus Archiepiſcopus dicebat capitulo poſt mortem domini Lotherii vacante ſede Archiepiſcopali de bonis Archiepiſcopatus uſurpare, & ſuper ornamentis Epiſcopalibus, ſcilicet planeta, pluviali, dalmatica, & tunicella de ſerico albo, & una tunicella de ſerico rubeo, quæ ſimiliter dicebat capitulum uſurpaſſe, & ſuper ſexcentis libris denariorum, quos dictum capitulum tempore vacationis habuit de collecta a clericis Archiepiſcopatus facta, & ſuper ratione reddenda de rebus, & redditibus Archiepiſcopatus, quorum adminiſtrationem habuit capitulum tempore vacationis prædicta, & ſuper alienationibus, obligationibus, & infeudationibus a capitulo ſine licentia Archiepiſcopi non faciendis, ſuper lxx. libris ipſi Archiepiſcopo de ſua præbenda a capitulo detentis, ſuper obedientia ipſi Archiepiſcopo a canonicis exhibenda, & ſuper juriſdictione voluntaria, ſeu contentioſa in Eccleſiis a capitulo petitis, & opera ſancti Joannis a capitulo non vindicanda, nec exercenda, quæ omnia in libellis partium plenius continentur. Placuit utrique parti, nos Abbatem de Inſula, & Archipresbyterum de Colle, & M. archidiaconum Senenſem judices ſuper his deliberatis, arbitros eligere, & prædictam litem ſub pœna centum marcarum argenti noſtro arbitrio committere decidendam. Ideoque nos prefati arbitri pro bono pacis, & concordiæ arbitramur, laudamus, & pronunciamus, quod excepta Eccleſia ſancti Laurentii de Embolo Pellipariorum ſine contradictione domini Archiepiſcopi Piſani, capitulum Piſanum de cætero habeat, & poſſideat Eccleſias ſuperius poſitas, quoad jus confirmandi, inſtituendi, interdicendi, ſuſpendendi, excommunicandi, corrigendi, viſitandi propria prædicta, & recipiendi decimas, primitias, & oblationes, & procurationes ratione prædictorum neceſſarias imponendi, & exigendi moderatas collectas ex aliqua rationabili, vel neceſſaria, vel utili cauſa impoſitas, vel imponendas, & iis tantum ſcilicet in ſacramentis ab eo recipiendis in cognitione criminalium cauſarum, quando ageretur ad depoſitionem, in correctione ſi capitulum fuerit negligens, & hoc admonitione præmiſſa capitulo in viſitatione generali cum totum Epiſcopatum viſitaverit, & appellatione ad eum interponenda dominum Archiepiſcopum debita reverentia, & canonica juſtitia reſervata. Item arbitramur, & pronunciamus, quod prohibitio, quam fecit dominus Archiepiſcopus clericis prædictarum Eccleſiarum, ne capitulo reſponderent, ſit irrita, & inanis, & quod illam dominum Archiepiſcopum revocaret, & nec de cætero impediat capitulum, quo minus impedite Eccleſiis utatur jure ſibi conceſſo. Item arbitramur, & pronunciamus, quod domino Archiepiſcopo cum fuerit in Epiſcopatu Piſano, requirat capitulum, & cum eorum conſilio, & aſſenſu ordinationes clericorum ſolemnes faciat, Eccleſias, & Epiſcopos conſecret, electiones Abbatum, priorum, canonicorum, ſive ple-

bano-

banorum examinet, & confirmet, & inſtituat, & deſtituat clericos ratione criminum, & concilium celebret. Item arbitramur, & pronunciamus, quod capitulum ad prædicta ad ejus requiſitionem cum ipſo conveniat, ſi commode poterit, vel aliquos pro capitulo mittat. Verum ſi requiſitum cum convenerit, vel veniens non conſenſerit niſi ſufficienti, & rationabili cauſa aſſignata dominum Archiepiſcopum, nihilominus ſine eo prædicta exerceat illa vice, & ſufficiat dominum Archiepiſcopum per ſe, vel per alium Archipresbyterum, vel camerarium, vel alios de canonicis inventos, ſi ipſi eſſent abſentes pro capitulo requiſiſſe. Item arbitramur, & pronunciamus, quod dominus Archiepiſcopus aliquem ordinatum in majori Eccleſia non privet officio, vel beneficio, nec capitulum interdicto ſupponat, vel excommunicatione canonico judicio præeunte, & legitima admonitione præmiſſa, quod ipſi capitulo Apoſtolico privilegio noſcitur eſſe conceſſum. Item arbitramur, & pronunciamus, quod capitulum, & quilibet de capitulo D. Vitali Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis debitam reverentiam impendant, & obedientiam promiſſam obſervent. Item arbitramur, & pronunciamus, quod in venditione rerum immobilium, & alienationibus ab utraque parte jus commune ſervetur, ſed ſi in hoc articulo contra factum fuerit, quod fieri non debet, pœna non omittatur. Item arbitramur, & pronunciamus, quod dominus Archiepiſcopus ter in anno procuret capitulum, ſcilicet in Nativitate Domini, Reſurrectione, & Aſſumptione B. Mariæ Virginis, ordine hactenus conſueto. Item arbitramur, & pronunciamus, quod capitulum eligat capellanum in Eccleſia S. Laurentii de Embulo pelliparíorum, & præſentet domino Archiepiſcopo confirmandum, & per capitulum auctoritate domini Archiepiſcopi inſtituatur in ea. Item arbitramur, & pronunciamus, quod capitulum operarium in opera S. Joannis inveniat, & inventum Archiepiſcopus, & capitulum ſimul inveniant & obedientiam ſimul recipiant, & idem operarius rationem ſuæ adminiſtrationis capitulo reddat, & dominus Archiepiſcopus inſtitutum in aliquo non moleſtet. Item arbitramur, & pronunciamus, quod omnes aliæ petitiones, quas ſibi invicem faciebant, ſint irritæ, & inanes, & quod ulterius exinde utraque pars alteri nullam moveat quæſtionem, exceptis petitionibus de curte Pappiana, & canonica pertione donationum Archiepiſcopatus nomine Eccleſiæ factarum, de quibus in vos non fuit a partibus compromiſſum. Et hæc omnia præcipimus utrique parti in perpetuum ſub pœna centum marcharum argenti pro quolibet articulo firmiter obſervanda, quam pars quæ controverterit parti ſervanti ſolvere teneatur, qua ſoluta arbitrium nihilominus ſuam obtineat firmitatem.

Latum eſt hoc arbitrium Piſis in palatio Archiep. ſcopali a ſupradictis arbitris coram domino Bernardo priore Siſti.

Franciſco plebano de Rado.
Arnulpho monacho de Inſula.
G. Rectore Eccleſiæ S. Martini de Sevolo.
Presbytero Bonocorſo capellano S. Georgii.
Magiſtro Orlando capellano S. Blaſii.
Presbytero Angelo capellano D. Archiepiſcopi.
Bonaldo notario.
Bernardo notario.
Riccardo notario.

& aliis pluribus rogatis teſtibus. in an. D. milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto, die . . Kal. Junii, Indict. XII.

Ego Fratellanus notarius prolationi dicti arbitrii interfui, & de mandato dictorum arbitrorum ſubſcripſi, & in publicam formam redegi.

In Honorii Vaticano regeſto terribilem, zeloque plenam oſtendimus ejuſdem Pontificis epiſtolam ad Vitalem noſtrum Archiepiſcopum, cujus favore, conſiliove Piſani cives Ubaldum quemdam virum potentem, Eccleſiæ inimicum, & excommunicatum, in Poteſtatem elegerant. Epiſtolæ tenor taliseſt.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Piſano Archiepiſcopo.

Si ad tribunal mentis acceſſeris, & ante te ſtatueris temetipſum, cogitationemque accuſatoris vice, ac defenſoris utatur, inveſtigetque ratio ſancta tua, numquid non te tua conſcientia condemnabit, & judicabit non tantum Eccleſiæ Dei membrum inutile, verum etiam putridum, & ob hoc ab ea merito abſcidendum, qui oblitus fidelitatis exhibitæ nobis, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ in ſuſceptione pallii præſtito corporaliter juramento, filium Belial Ubaldum in iniquitate patentem, perfidum, & Dei Eccleſiæ inimicum, traditumque cum complicibus, & fautoribus ſuis propter multiplices, & graves ejus exceſſus in Apoſtolicam ſedem commiſſos in carnis interitum Sathanæ, permiſiſti, ne fecerisſi dicamus verius in Piſanæ civitatis poteſtatem aſſumi, non ſine ſcrupulo forſitan ſocietatis occultæ: nec ſufficit ſi ad excuſandas excuſationes in peccatis forſitan dixeris, quod tu illum nequaquam elegeris, ſed potius electores, qui elegerunt eumdem cum ſibi de providendo rectore, ſeu poteſtate civitati Piſanæ libera fuerit tributa facultas, & illis potuiſſes electoribus inhibere, ne prædictum eligerent reprobum, eo quod eſſet ab eccleſiaſtica unitate præciſus, & ipſius contagio infici poſſet populus univerſus. Præterea multos alios in electores potuiſſes eligere, qui nequaquam elegiſſent eumdem & ideo fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum. Rurſus conſule temetipſum, utrum ſcelus incurreris idololatriæ contra obedientiam nobis promiſſam temere veniendo, & deferendo homini contra Deum. Cum enim tibi noſtras litteras dederimus in mandatis, ut niſi populus civitatis prædictæ a te monitus diligenter ſæpedictum reprobum removerent a ſuo regimine civitatis, tam civitatem ipſam auctoritate noſtra eccleſiaſtico interdicto concluſam, quam ſæpe dictum Sathanæ membrum, & omnes intendentes eidem, ſeu præſtantes auxilium, vel favorem, excommunicationis laqueo innodatos, ſub cujuslibet contradictionis, & appellationis obſtaculo nunciares, & per civitatem eamdem, & ejus diœceſim faceres nuntiari, tu oculos tuos ſtatuens declinare in terram, obedientiæ nexu dirupto, non ſolum id efficere contempſiſti, verum etiam noluiſti litteras ipſas recipere, & quod deterius eſt, nuncios adferentes eoſdem, non ſine contemptu Apoſtolicæ ſedis, & noſtro in tuis ſuſtinuiſti domibus acriter verberari, quod non ſine tua connivencia merito præſumitur fore factum. Vide, & apud te ipſum recogita, quam in hoc nobis fueris obediens, quam fidelis. Si ſedes iſta Apoſtolica mater tua, ubi eſt honor ejus? ſi Domina, ubi timor? Nonne in iis, & c. honorem, & reverentiam ſubtraxiſti, & fœdus iniiſſe videris cum morte? Attende iterum, & conſidera, ſi Epiſcopale convenit tibi nomen, cum ad extrahendum de lacu perverſitatis gregem tibi commiſſum, ne in profundum veniat, & contemnat, prout interpretatio dicti nominis, & officium exigit non intendens, ſed ipſum in illo permittas immergi potius, & immergas. Numquid non populum ipſum in ſua videris perverſitate fovere, dum præſentibus vinculo excommunicationis ligatis, ſolemniter celebras in civitate auctoritate noſtra ſuppoſita interdicto. Nec allegare potes profecto, quod ignores civitatem eamdem interdicto concluſam, eo quod non receperis litteras illas, per quas id tibi fuerat demandatum, cum talis ignorantia non ſolum ſit craſſa, ſed etiam affectata, & nihilominus eadem littera poſtmodum per clericum venerabilis fratris noſtri Bethleemitani Epiſcopi, cui fuerunt exhibitæ, ut eas faceret tibi præſentari, in tua fuerint præſentia recitatæ, cui ſic diceris reſpondiſſe, quod idem Epiſcopus de iis hoc tempore ſe intromittere non deberet. Cum ergo ſic ad te mandatum Apoſtolicum venerit iterato, & obſtinato corde non acquieveris, & facie indurata nonne incurriſti quaſi Ariolandi peccatum, & in Balahal filii Beor conſortium incidiſti. Præterea, & ſi ſuper hoc noſtrum non recepiſſes mandatum, nec tamen deberes illis celebrare divina, nec participare cum eis, præterquam in illis, quæ pertinent ad ſalutem, cum ſcias illos excommunicationis ſententiam incurriſſe, quam præd-

ctus Bethleemitanus Epiſcopus tulit in eos, ſi a nono Kalendas Julii uſque ad feſtum beati Jacobi proximo tunc venturum Lucanis in perſonis, & rebus per ſe, vel ſubditos ſuos offendere attentarent, & ex eo nihilominus excommunicatione ligatos non ignores eiſdem, quod communicant reprobo memorato, intendendo ſibi, & parendo ipſius diſpoſitionibus, & mandatis. Denique cum deberes ex officio paſtorali reducere propriis humeris aberrantes oves ad cauſas, tu de paſtore ne proprius dicamus in lupum, in mercenarium commutatus expoſuiſti gregem tibi commiſſum luporum rapacium morſibus laniandum, dum eis talem in rectorem præfici permiſiſti, cujus contagio maculati tendant ad interitum ſalutis æternæ. Ecce quomodo diligis gregem tuum, ecce qualiter exequens officium paſtorale, quod eſt infirmum conſolidas, & ſic quod ægrotum eſt ſanas, necnon ita quod confractum eſt alligas, & abjectum reducis, & quod de ipſo grege periit, ſic requiris? Diſciplinam namque videris, ut conſilio perditus abjeciſſe, ſic tuis ovibus providendo, & ſubtrahendo obedientiam, & reverentiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri tuæ. Utinam ſaperes, & intelligeres, ac noviſſima providens non hæc ei retribueres, quæ te creavit, & ad tantum provexit apicem dignitatis, quæ quoque nunc dicere de te poteſt, filium enutrivi, & exaltavi, ipſe autem me contemnit, & ſpernit, propter quod dolentes compellimur exclamare, pœnitet nos hominem hunc feciſſe, cum prropter hæc de te non modicum confundamur, & adverſarii tui contra nos, qui te promovimus, materiam habeant inſultandi, nonnulli fratrum noſtrorum nobis in faciem jam pluries inſultarint, ex eo quod Apoſtolicæ ſedi, & nobis te indevotum ſic exhibes, & ingratum. Et quidem pœnitentiam noſtram in te celeriter ſortiri faceremus effectum exceſſus hujuſmodi taliter caſtigandu, quod pœna docente cognoſceres, quam temerarium ſit Apoſtolicis non obedire mandatis, brachia contra torrentem extendere, contraque ſtimulum calcitrare, niſi manſuetudo motum noſtri animi temperaret, & non minus noſtra, quam tuo pareremus pudori, cum vix ſine noſtra, qui te nonnullis contradicentibus, & invitis promovimus, poſſes confuſione confundi. Adhuc igitur experiri volentes utrum in te ſaltem ſynderesis remanſerit inextincta ita quod hujuſmodi objurgationis vexatio tuo auditui tribuat intellectum, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus, quatenus mandatum præſcriptum omni gratia, & timore mundano poſtpoſitis, illud infra octo dies poſt ſuſceptionem præſentium qualibet occaſione, contradictione, ac appellatione ceſſantibus plene, ac fideliter exequaris, & ad ſæpedicti perfidi confuſionem majorem, & ejus contumaciam confutandam, ipſum cum complicibus, ac fautoribus ſuis ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis anathematizatum, & ab eccleſiaſtica unitate præciſum, & tu ipſe denunties, & facias per totam civitatem Piſanam, & ejus diœceſim publice nuntiari. Attentius proviſurus, ut in civitate prædicta interdicto concluſa, quamdiu ſæpedictus reprobus eidem præfuerit, nullum prorſus eccleſiaſticum Sacramentum præter baptiſma parvulorum, & pœnitentias morientium miniſtretur, alioquin ex nunc te noveris ab officio Pontificali, & ſacerdotali ſuſpenſum, & ſic uſque infra menſem unum noſtro te conſpectui repræſentes, reſponſurum de tanta inobedientia, & contemptu, & recepturum, quod de te noſtri conſilii circumſpectio providerit decernendum.

Datum Signiæ . . Septembris, Pontif. noſtri anno octavo.

Eidem Vitali Gregorius IX. anno 1231. partem Lucani Epiſcopatus contulit, ut ibi munia Epiſcopalia exercere valeat ad beneplacitum Apoſtolicæ ſedis, ut legitur in ſequenti epiſtola, quæ 128. eſt in ordine in regeſto Vaticano.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Archiepiſcopo Piſano, &c.

Meminimus olim partem Epiſcopatus Lucani tibi quoad ſacramenta omnia commiſiſſe, reſervatis in ea Epiſcopali-

A *bus juribus venerabili fratri noſtro Epiſcopo Florentino, nunc autem fraternitati tuæ facere volentes gratiam ſpecialem, præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus in eadem parte vice noſtra pleno jure ſacramenta omnia, & Epiſcopalia jura ſtudeas de cætero exercere, donec noſtræ proceſſerit beneplaciti voluntatis, non obſtantibus litteris ſuper hoc a nobis eidem Epiſcopo deſtinatis. Contradictores, &c.*

Datum Reat. 8. Kalend. Octobris, pontif. noſtri anno quinto.

Anno 1234. Romam confugit Vitalis ad Gregorium Pontificem, ut jura, immunitateſque olim per Romanos Pontifices ſuis anteceſſoribus conceſſas in Inſula Sardiniæ illibata conſervaret contra nonnullos ejuſdem provinciæ prælatos. Super iis ſcripſit Gregorius capitulo, & clero Piſano epiſtolam, quam modo ex regeſto Vat. deſumptam proferemus, nolens nec Archiep. ullum inferre præjudicium, neque Sardiniæ Prælatis denegare juſtitiam.

B *GREGORIUS EPISCOPUS*
ſervus ſervorum Dei.
Capitulo, & Clero Piſano, &c.

Venientem ad ſedem Apoſtolicam venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum veſtrum ſolita benignitate recepimus, & quæ coram nobis pro Eccleſia ſua proponere voluit, intelleximus diligenter. Cæterum licet idem Archiepiſcopus a nobis cum inſtantia poſtulavit, ſuper juribus, & honoribus in inſula Sardiniæ Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris Eccleſiæ Piſanæ conceſſis, prout in eorum privilegiis nobis oſtenſis evidenter apparet, ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, & clerum ejuſdem inſulæ ſub certa forma litteras Apoſtolicas ſibi dari, nihil de contingentibus omittendo, & nos ob ſuæ devotionis fervorem, necnon & affectionem, quam ad eamdem Eccleſiam & civitatem Piſanam ſpecialiter gerimus, petitionibus ſuis quantum cum Deo poſſumus libenti animo intendamus, quibuſdam tamen pro Prælatis aliquibus ipſius inſulæ inſtanter petentibus juſtitiæ ſibi plenitudinem exhiberi, quia ipſis nequivimus denegare juſtitiam, qui ſumus in ea omnibus debitores, & idem Archiepiſcopus moram noluit trahere longiorem. C *Nos volentes jura ipſius Eccleſiæ illibata ſervari, ac nihil juri ſuo ſuper præmiſſis quoad proprietatem, vel poſſeſſionem penitus ſubtrahentes, nec inhibentes eidem quominus utatur libere jure ſuo, ipſum cum noſtræ gratiæ plenitudine ad propria duximus remittendum.*

Datum Reat. decimoquarto Kalendas Auguſti anno octavo.

Sequenti anno 1235. Vitalis excelſi animi vir, inconſulta Apoſtolica ſede in Sardinia officium legationis obivit, de qua re certior cum factus fuiſſet Gregorius, Vitalem redarguit ſequenti epiſtola, non potuiſſe namque Piſanum Archiepiſcopum, niſi prius ſpeciali ad hoc a ſede Apoſtolica impetrata licentia officium legationis ea in inſula exercere. En epiſt. quæ 256. in reg. Vat. eſt fol 20. anno 9.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Archiepiſcopo Piſano, &c.

Si tua diſcretio prout convenit diligentius attendiſſet, D *quod honorem ſuum ſibi merito ſubtrahit, qui honorem debitum alteri non impendit, ſi tui exercuiſſes officii debitum, dignitatis ſedis Apoſtolicæ per te non eſſet in aliquo derogatum. Nam cum ſit moris, & conſuetudinis approbatæ, ut nequaquam Archiepiſcopus Piſanus in Sardiniam accederet, aut ibi legationis officium exerceret, niſi prius ſpeciali ſuper hoc a ſede Apoſtolica licentia impetrata, tu nullatenus hoc attendens, & ex eo indebitam occaſionem aſſumens, quod capitulo, & clero Piſano quaſdam direximus litteras continentes, quod jura tua, & Eccleſiæ Piſanæ volentes illibata ſervari, non inhibueramus tibi, quin poſſes uti libere jure tuo, a nobis, nec petita licentia, nec obtenta Sardiniam ipſam tanquam legatus Apoſtolicæ dignitati derogare non veritus intraviſti. Verum cum jura ſedis Apoſtolicæ noſtris temporibus minui nequaquam a nobis deceat tolerari, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de cætero nullatenus in Sardinia legationis officium exercere præſumas, niſi a ſede Apoſtolica licentiam obtineas ſpecialem, alioquin indignationem ſedis Apoſtolicæ poteris non immerito formidare.*

Datum Fulgin. ſecundo nonas Octobris, Pontif. noſtri anno nono.

Cæterum ſub noſtri Vitalis Præſulatu, Piſana civitas diu eccleſiaſtico interdicto innodata manſit, aliiſque cenſuris afflicta, a Gregorio IX. ob retentionem nonnullorum bonorum Lucanæ Eccleſiæ. Rem totam narrat Innocentius IV. ad cives, & populum Piſanum; quæ cum ſatis ſit pulchra, hic ex regeſto Vaticano retulimus.

INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Poteſtati, Conſilio, & populo Piſanenſi &c.

Habet hoc intentio noſtra potiſſimum, ut ad Dei gloriam pax, & concordia vigeat ubique terrarum. Digne igitur ad vos, qui præ ceteris conſiſtitis Eccleſiæ, oculos mentis dirigimus, ut ad ſalutis, & rectitudinis ſemitam vos de invio reducamus, ita quod noſtris contenti juribus vicinis, aut proximis nullam indigne moleſtiam, vel injuriam. Sane venerabilis frater noſter Lucanus Epiſcopus nobis expoſuit, quod vos propter gravem diſcordiam, quæ inter vos, & Lucanos cives diu verſa fuerat, afflicti graviter, & attriti in manibus piæ memoriæ Cœleſtini Papæ prædeceſſoris noſtri tunc tituli S. Mariæ presbyteri Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legati abſolute, & præciſe juraſtis, quod impleretis, & ſervaretis toto tempore vitæ veſtræ omnia, & ſingula præcepta, arbitria, pronunciationes, ſententias, atque dicta, quæ idem legatus vobis per ſe, aut literas ſuas, vel nuncium faceret uno tempore, vel diverſis pro facienda, & obſervanda pace de guerra, quæ inter Lucanos eoſdem, & vos hinc inde, tunc temporibus exiſtebat, & ſuper iis, quæ occaſione ipſius guerræ alterutro facta erant. Quare idem legatus inter cetera parti veſtræ præcepit, ut poſſeſſionem, & quam poſſeſſionem caſtrorum montis Topari, Pratilionis, S. Gervaſii, montis Caſtelli, & Palariæ cum villis, & pertinentiis ſuis, & medietatis Colliſcelli, & Tojani, ac eorum jurium uſque ad certum terminum ab ipſo legato expreſſum reſtitueretis Epiſcopo Lucano & Epiſcopatui ſuo, & eis libere uti permitteretis, ſicut utebantur eo tempore, quo guerra ipſa inter eos, & vos fuerat inchoata. Cum autem parere præcepto hujuſmodi minime curaſſetis, idem legatus in vicarios A. quondam poteſtatis veſtræ tunc apud ſedem Apoſtolicam exiſtentis, & totum civitatis veſtræ conſilium excommunicationis ſententiam promulgavit, comminando ſe contra vos durius proceſſurum, ſi diutius in veſtra duritia duraſſetis. Deinde vobis accedentibus ad dicti legati præſentiam, & interpretationem præfati præcepti petentibus ipſe illud fuerit interpretatus hoc modo, videlicet, ut vos amoveretis de dictis locis omnes poteſtates, baiulos, caſtaldiones, & generaliter omnes officiales, quos habebatis in illis quocumque nomine cenſerentur, & tunc dictus Epiſcopus apprehenderet poſſeſſionem, & quaſi quam tempore inchoatæ guerræ in eiſdem habebat; quæſtione ſi qua inde poſtmodum oriretur, coram ipſo legato, vel ejus nuntio, ſeu arbitro electo communiter ventilanda. Licet autem dicta poteſtas, quæ interim ab Apoſtolica ſede redierat, a procuratore ipſius Epiſcopi requiſita utrum vellet juxta interpretationem ipſius legati poſſe reſtituere antedictam, reſpondiſſet, quod pro ea facienda per Conradum de Aldanis judicem, & aſſeſſorem ſuum ad loca eadem acceſſiſſet, ipſo autem Conrado offerente ſibi dicto poſſeſſionem, facto autem penitus denegante, idem Epiſcopus rediit omnino ſpe ſua in hac parte fraudatus, unde legatus ipſe contra vos aggravans manum ſuam, Poteſtatem, & Conſilium iterum vinculo excommunicationis aſtrinxit, necnon judices, cabelliones, & officiales, ac quoslibet alios civitatis Piſanæ, qui vobis in hoc præſtarent conſilium, auxilium, vel favorem, niſi uſque ad feſtum omnium ſanctorum proximo tunc venturum poſſeſſionem dictorum locorum juxta interpretationem jamdictam reſtitueretis Epiſcopo ſupradicto, expreſſo quod illi, qui durante hujuſmodi contumacia vobis ſuccederent in eiſdem officiis ipſo facto vinculo eſſent excommunicationis aſtricti. Ipſamque quondam civitatem Eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, aſtrictius inhibens, ne interim ibi ce-

A *lebraretur aliquod divinum officium, vel exhiberetur eccleſiaſticum ſacramentum, exceptis dumtaxat pœnitentiis morientium, & baptiſmatibus parvulorum. Porro Epiſcopus ipſe conſiderans, quod vos prædictam interpretationem pro veſtra voluntatis arbitrio pervertentes manifeſte illuſeratis eidem, petiit a legato, ut interpretationem ipſam apertius declararet, qui eam declarando expreſſit, quod ejus intentionis erat, & fuerat, ut ſicut nulli cives Piſani, vel aliqui pro eis erant in caſtris prædictis ante guerram inceptam, ita nulli remanerent in illis, ſed dimitteretis ipſi Epiſcopo poſſeſſionem eorum, & pertinentiarum ſuarum liberam, vacuam, & pacificam, ſicut ante habebat, ſalvo vobis jure, ſi quid habebatis in illis, ita tamen, quod hujuſmodi jus retinere, vel auctoritate veſtra apprehendere minime deberetis. Piæ vero recordationis G. Papa prædeceſſor noſter, quia vos hujuſmodi ſententias damnabiliter contemnentes, ad mandatum Eccleſiæ redire minime curabatis, decrevit eaſdem ſententias ad petitionem dicti Epiſcopi obſervandas, &*
B *per ſuas literas mandavit eaſdem uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari, proceſſum venerabilis fratris noſtri Pandulphi Pactenſis Epiſcopi tunc notarii ſedis Apoſtolicæ ſuper hoc habitum irritum judicando. Ceterum idem Gregorius Papa poſtmodum ſperans, quod eo libentius Apoſtolicis curaretis obedire mandatis, quo vobiſcum ab ipſo benignius ageretur, dictas ſententias de ſedis ejuſdem ſolita clementia relaxavit, ſed vos Apoſtolica patientia minus prudenter abuſi, prædicta caſtra Eccleſiæ Lucanæ reſtituere, longo expectati tempore non curaſtis, quare jam dictus prædeceſſor vobis per Apoſtolica ſcripta mandavit certis ſuper hoc monitoribus deputatis, ut vos prædicta caſtra cum villis, juribus, & pertinentiis ſuis juxta præceptum, interpretationem, & declarationem prædictas præfatis Eccleſiæ, & Epiſcopo Lucano, vel ejus procuratori reſtituere abſque difficultate qualibet curaretis; ſed vos ſicut eodem Epiſcopo accepimus referente hujuſmodi, & alia directa ſuper hoc vobis ejuſdem prædeceſſoris mandata complere in aliquo non cu-*
C *raſtis, propter quod dictus prædeceſſor noſter vos poteſtatem, & conſilium, necnon judices, cabelliones, & officiales, ac quoslibet alios civitatis Piſanæ, qui vobis in hoc præſtarent conſilium, auxilium, vel favorem, in priſtinas excommunicationis, & civitatem veſtram interdicti ſententias Apoſtolica fecit auctoritate reduci. Nos quidem ex nimietate obſtinationis hujuſmodi admirationem multam incurrimus, & dolorem, præſertim cum evidentibus ſignis appareat, quod vos Dei, & hominum reverentiam non habentes, propriam bonam famam contemnitis, & animarum ſalutem, quam pro nihilo reputatis de promulgatis dudum & pluries, & cauſis pluribus in vos interdicti, & excommunicationis ſententiis non curantes, propter quod forte apud aliquos notam incurritis, quod de puritate Catholica in vobis modicum habeatis. Cum igitur cordi nobis ſit, vos, Deo propitio, ad ſalutem dirigere, ac civitati veſtræ pacis, & proſperitatis materiam procurare univ. V. affectione, qua poſſumus exhortamur, obſecrantes in Domino, & in remiſſ. vobis peccat. in-*
D *jungentes, quatenus penſato prudenter, quod ſit indecens, & iniquum vos dici hoſtes Eccleſiæ, & ipſius clavium contemptores, memorata caſtra cum villis, juribus, & pertinentiis ſuis juxta præceptum, interpretationem, & declarationem præfata, & omnia, quæ a tempore, quo idem legatus præcepit illa reſtitui uſque ad hæc tempora exinde percepiſtis memoratis Epiſcopo, & Eccleſiæ Lucanæ, vel procuratori ejuſdem infra terminum vobis a venerabili fratre noſtro Epiſcopo Florentino, cui ſuper hoc dirigimus ſcripta noſtra, præfigendum, ac juxta taxationem ipſorum, ſi forte inter partes de perceptis differentia fuerit, reſtituere procuretis præſtantes infra jam dictum terminum idoneam cautionem coram ipſo, quod in terris eiſdem nullam de cetero juriſdictionem exercebitis, nec ſuper eis aliquam ipſi Epiſcopo, vel Eccleſiæ Lucanæ moleſtiam inferetis. Alioquin ne perditionis veſtræ quodammodo videamur auctores, ſi vos ſub labe perjurii, & excommunicationis periculo ulterius perſiſtere permittamus*

ſ. t.

prædicto Epiſcopo noſtris damus literis in mandatis, ut in vos excommunicationis, & in civitatem veſtram interdicti ſententias omni occaſione poſtpoſita non differat promulgare, ac in omnes, qui vobiſcum præſumpſerint habere commercium, vel vobis contra Lucanam Eccleſiam in aliquo, præſtabunt conſilium, auxilium, vel favorem, ferat excommunicationis ſententiam generalem, ſententias ipſas, per Tuſciam, & ubicunque viderit expedire, publicari ſolemniter, & uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari per cenſuras eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita faciendo. Cæterum illis omnibus de civitate veſtra, & ad quatuor milliaria extra ipſam, qui ex indulto ſedis Apoſt. poſſunt celebrare divina diſtricte præcipiant, ut illa ſic ipſi celebrent, quod extra ipſorum Eccl. nullatenus audiantur; auctoritate noſtra etiam interdicat expreſſe, quod nullus ex vobis abſolvatur in mortis artic. niſi prius præſtiterit juram. quod efficacem dabit opem, & operam, ut eidem Epiſcopo fiat prædictorum reſtitutio, ac præſtetur præfata cautio ſine mora, & quod tacite, aut expreſſe contrarium non faciet, vel tractabit, & confici faciet ſuper hoc publicum inſtrumentum, quod infra octo dies a præſtatione hujuſmodi juramenti eidem Epiſcopo, vel ejus certo nuntio faciet aſſignare, a prædicto etiam Epiſcopo expreſſe mandavimus interdici, ne aliquis clericus interſit alicujus ſepulturæ Piſanæ, vel eorum, qui extra civitatem ipſam ſunt infra quatuor milliaria conſtituti, & quod ipſi Eccleſias poſitas infra idem ſpatium extra civitatem eamdem eccleſiaſtico interdicto ſupponat, & clericis Piſanæ civitatis, ac diœceſis, ut ſententias memoratas ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis pulſat. campan. & cand. accenſ. ſolemniter publicent, injungat, omni poſtpoſita gratia, & timore, &c. Quid plura? ne nobis imputetur ad culpam, ſi aliud quid vobis prædixerimus proceſſu temporis faciamus, noveritis, quod niſi ſuper præmiſſis prompta devotionis ſtudio noſtris mandatis, & monitis pareatis, contra vos in ſpiritualibus, & temporalibus, ſicut gravius poterimus, procedemus, ut ant cervicis veſtræ duritia, quæ fomentis lenitatis non flectitur, aſperis remediis inclinetur.

Dat. Laterani 2. Idus Maji Pontific. noſtri anno 1.

Anno 1247. ipſe idem Innocentius ſcripſit ad Vitalem Archiepiſcopum, & capitulum Piſanum, ut ob ſummum ſtudium, atque amorem, quem erga Eccleſiam Romanam præ ſe tolerat, cum maxime Federicus II. graviſſimas in eum tempeſtates excitaret, Albertum Uguccionis comitis filium Campiliæ plebanum canonicorum collegio aggregarent, qui dum fureret perſecutio graviſſimas injurias acceperat, ob quas conſtanti, & imperterrito animo exceptas, in ſedis Apoſtolicæ clientelam admiſſus fuerat. Literarum exemplar ita jacet in ſanctiore illius Eccleſiæ tabulario.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Ven. fr. Archiepiſcopo, & dilectis filiis Archipresbytero, & capitulo Piſano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Benignitatem Apoſtolicæ ſedis propitiam ſentire merentibus, nos libenter benevolos exhibemus. Sed tunc præcipue quando proviſionis noſtræ ſubſidium eis eſſe dignoſcitur opportunum. Sane dilectus filius Albertus plebanus de Campilio natus dilecti filii nobilis viri Uguttionis loci ejuſdem, ac nepos dilecti filii nobilis viri Guilielmi comitum pro ſinceræ devotionis affectu, quem circa dictam ſedem habuiſſe dignoſcitur, ſtudendo ſollicite, ut ejus promovere poſſet honorem, illam indignationem Friderici quondam Imperatoris incurrit, ut per poteſtatem civitatis Piſan. cum de ipſa, & diſtrictu Piſan. in opprobrium Eccleſiæ perpetuo fecerit forbanniri; Cum itaque dignum ſit, ut eumdem A. pro ſuis, & ſuorum meritis proſequamur favore gratiæ ſpecialis, univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eumdem pro Apoſtolicæ ſedis, & noſtra reverentia in fratrem, & canonicum admittatis, & de præbenda, quam cito ſe facultas obtulerit, liberaliter provideatis eidem. Non obſtante certo canonicorum numero juramento, ſeu quacumque firmitate vallato, vel ſi vobis pro aliis ſcripta noſtra direximus, quibus auctoritate præſentium volumus præjudicium generari, ſive aliqua indulgentia de qua ſpecialem in literis noſtris oporteat fieri mentionem preces, & mannos poſſet exinde provenire. Alioquin dilecto filio priori ſancti Petri majoris Lucan. per literas noſtras injungimus, ut ipſe ſuper hoc mandatum Apoſtolicum exequatur contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Datum Lugduni Id. Maji, Pontificatus noſtri anno IV.

Deceſſit autem Vitalis anno 1253. ſepultus eſt in Metropolitana prope altare S. Luciæ in marmoreo tumulo cum hoc epitaphio.

Cum tribus & quinque decies cum mille ducenta
Tempora currebant, Dominuſque concipiebatur,
Ecce proceres, lachrymas deducite, luctus
Solvite, Vitalem mecum deplangite, cujus
Ardua vita fuit, vivendi formula recta;
Sanguine clarus erat, ſed morum lampade major,
Ingenuos præceſſit avos de fonte Sophiæ:
Pariſias potavit aquas, quas prodigus imber
Inde Bononias large diffudit in agros.
Piſanas ita pavit oves, ita præfuit ipſis,
Ut pariter prodeſſet eis, obſequia noſtra,
Dicite ſi ſimilem noſtro vidiſtis in ævo.
Præſidium cleri, dux pacis, amator honeſti.
Quas invenit opes a ſacra ſede receptas
Providus immenſo pater augmentavit acervo;
Pauperibus conquaſſa fuit pia dextera patris.
Quantus erat pater iſte putas dum tranſit æquor
Inclyta Primatis oſtendens cornua Sardis.
Denique Turris erat nullo concuſſa pavore.
Metra nepos Guido tuus eſt pater iſta tibi do.



51. FRIDERICUS Vicecomes Piſanus, Innocentii IV. capellanus, Vitali in Archiepiſcopatu ſucceſſit anno 1254. ejuſdemque plura condita inſtrumenta cernuntur uſque ad ann. 1278. quo è vivis ſublatus eſt. Ad ipſum electum Alexander IV. Pontifex, & ad alterum Præſulem in Hetruria favorabile diploma direxit erga Abbatiam S. Galgani Volaterranenſis diœceſis ordinis Ciſtercienſis. Ejus intuitu Alexander cives, civitatemque Piſanam eccleſiaſticis cenſuris innodatam abſolvit, anno primo Præſulatus, cujus reconciliationis hiſtoriam præterea, quæ ſupra retulimus, tradit breviter Anonymus noſtri chronici his verbis. *Reconciliatio Piſanæ civitatis facta fuit ſacroſancta Romana Eccleſia matri noſtra piiſſima, videlicet religioſo viro fratri Manſueto de ordine Minorum primario, & capellano domini Papæ, ejuſque legato, & nuncio recipiente pro ſanctiſſimo patre, & domino noſtro Alexandro Papa Quarto, & ſancta Romana Eccleſia, tempore domini Bonifacii, de Gorſano de Mutina capitaneo Piſani populi, & Piſanæ poteſtatis poſt obitum domini Alemanni de ... Piſis poteſtatis in domini Petri Ingundi judex, Euptini de Scampo, & ſociorum.* Eodem anno 1255. omnium in Piſana republica addictiſſimus Alphonſi Regis Caſtellæ partibus extitit noſter Fridericus Archiepiſcopus, dum poſt Imperato- LII.

ris Federici II. obitum, extincto Vvillelmo Hollandiæ comite, qoi a Friſiis inſidiis appetitus, cum conctetam glacie paludem equo calcaret, miſere occubuerat, diſiunctis electorum principum ſuffragiis, quorum pars Richardum Cornubiæ comitem, Henrici Aoglorum Regis fratrem, Joannis filium, ad Romanotum Ioiperium exciverat, pats alia Alphonſum Legionis, & Caſtellæ Regem elegerat; cumque civili bello arderet Imperium, ac diſcordia in Italia prætervolaſſet, ſcidiſſetqoe urbium, populorumque ſtudia, Piſani Fridetici Atchiepiſcopi, qui maxima apud Alphonſum Legionis gratia florebat, auctoritate impulſi, Hiſpanum Regem, Impetatorem ſalutatuot, ſuoſque ad illum ttanſmiſerunt. Fonctus ea eſt legatione Benedictus Lancius magnæ exiſtimationis vir, una cum Stephano Turritano Archiepiſcopo, qui Friderici Piſani Atchiepiſcopi Ptimatis ſui vices teferebat, Lancius vero, uti Piſani populi procurator Alphonſum Imperatotem elegit, eumque Imperio cruce, & gladio porrectis induit, ſuamque fidem ſacramento adſtrioxit. Rem gtatiſſimo aoimo excepit Alphooſus, publicave documenta cooſecit, quæ cum veoeraodæ antiquitatis amantibus acceptiſſima crediderim, ex Florentino tabulatio decerpſimus, & hic exſctibenda cenſuimus. Quotum tenor eſt hujuſmodi.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen.

*Quia vos excellentiſſimum, & invictiſſimum, & triumphatorem dominum Alphonſum, Dei gratia Regem Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galleciæ. Siviliæ, Cordabæ, Murciæ, & Gieanæ, commune Piſanorum, & tota Italia, & totus fere mandus cognovit excelſiorem ſuper omnes Reges, qui ſunt vel fuerunt unquam temporibus recolendis, præſertim gratia Spiritus ſancti vobis divinitus inſpirata, vos dote multiplici decorante, & vos etiam ſciverint præ aliis pacem, veritatem, miſericordiam, & juſtitiam diligere, & eſſe præ aliis Chriſtianiſſimum, & fidelem, & cognoverint etiam vos ad ampliationem honoris matris Eccleſiæ Romanæ, bonum ejus ſtatum, necnon etiam Romani Imperii toto animo aſpirantem, & Imperium nimis vacaſſe, & ab æmulis dilaniatum, & vos cognoverint eſſe natum de progenie domus ducum Sueviæ ad quam de privilegio principum, & de conceſſione Romanæ Eccleſiæ Pontificum Imperium juſte, & digne dignoſcitur pertinere, & ſucceſſive ad vos cum ſuccedatis ex Manueli olim Romanotum Imperatore, Imperia abaſive diviſa in unum videantur poſſe colligi, & in vobis divine counivi, ſicut tempore Cæſaris, & Conſtantini Chriſtianiſſimi fuit unam, & propter prædicta a motionem animoram, & ocalis ſanctorum, & diſcretorum hominum, & principum, & baronam, dominorum, & communium, & totius populi Italici, & etiam Theutonicorum, & aliorum de Imperio in habendo vos dignum in Romanorum Regem, & in Imperatorem ſunt directi. Ideo ego Bandinus Lancea filius q domini Guidonis Lanceæ de Caſalei de Piſis Miſſaticat, ambaſciator, ſyndicus, & procurator communis Piſarum, ſyndicatus nomine pro ipſo communi, & ex balis, & poteſtatibus, & mandatis mihi conceſſis publica inſtrumenta ad gloriam Dei, & ad honorem glorioſiſſimæ Virginis Mariæ matris Chriſti Dei viventis, & omnium ſanctorum, & ſanctarum Dei, & ad honorem ſanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ, & ejus Antiſtitis, ſuorumque fratrum, & ad honorem, & bonum ſtatum principum, baronum, comitum, marchionum, procerum. & aliorum omnium dominorum, & civitatum, terrarum, & omnium communium, & totius populi Chriſtiani, & Imperii Romanotum, invocata gratia ipſius Dei, & individuæ Trinitatis, Vos dominum Alphonſum prædictum præſentem pro toto Imperio Romanorum, & ejuſdem Imperii nomine, & totius populi de Imperio ejus negotium utiliter gerendo, in Romanorum Regem, & Imperatorem Romani Imperii nunc vacantis eligo, & aſſumo, promoveo, atque voco: quare nos prædictus Alphonſus Rex, prædictam electionem, aſſumptionem, promotionem, & vocationem, & omnia prædicta Spiritus ſancti gratia invocata, ad gloriam Dei, & ad honorem Virginis ſanctæ Mariæ, & omnium ſanctorum, & ſanctarum, & ad honorem ſanctæ Matris Romanæ Eccleſiæ, & ejus Antiſtitis, ſuorumque fratrum, & ad honorem, & bonum ſtatum principum, baronum, comitum, marchionum, procerum,

A & aliorum omnium nobilium, & civitatum, terrarum, & omnium communium, & totius populi Chriſtiani, & Imperii Romanorum, acceptamus, percipimus, volumus, & firmamus, & in ſignum, & inveſtituram dicti Imperii ego jam dictus Bandinus, ſyndicus, ſyndicario nomine, pro communi Piſarum, & pro omnibus ſuprascriptis, ut ſervus Jeſu Chriſti, per vetus, & novum teſtamentum, & crucem, & enſem, vos prædictum D Alphonſum inveſtio, & flexis genibus oſculum pacis, & fidelitatis pedi veſtro porrigo, & ex nunc vos pro communitate Piſarum, & pro omnibus prædictis pro Rom Rege, & Imp recipio, & ab hac hora in antea habebo, & tenebo, & ut modo legitimo Imp adhæreo, & toto tempore adhærebo, etiam veſtris filiis, & heredibus vobis in hoc honore ſuccedentibus, & ſic ad ſancta Dei evangelia juro. Quam inveſtituram, & omnia prædicta nos prædictus Alphonſus Rex, ſicut dictum eſt, recipimus, & ad veritatis memoriam de prædictis perpetuo conſervandam dictus ſyndicus, & prædictus D. Rex me Matthæum notarium filium quondam Salvii de civitate Piſarum, de præfatis omnibus, ut ſupra B ſcripta uni. chartam, & chartas publicas unam, & plures, & ſemel, & pluries ſcribere, & firmare, & in publicam ſcripturam redigere rogaverunt.

Acta ſunt hæc omnia in villa de Soria de Hiſpania regni Caſtellæ in palatio Regali ſupradicti D. Regis, in præſentia mei Matthæi notarii ſupradicti, & in præſentia DD. fratris Stephani de ordine fratrum Prædicatorum Archiepiſcopi Turritani (alii dicunt Trenaoii) *fratris Laurentii de Portugallia de ordine fratrum Minorum, pœnitentiarii D. Papæ, & proſecutoris negotii crucis in tota Hiſpania, & Suerii Petri Epiſcopi de Zamorra, jam dicti D. Regis notarii, & Garzia Petri Archidiaconi Marrochitani teſtium, ad hoc ſpecialiter vocatorum, & electorum D. I. anno 1256. ſecundum curſum Piſarum, indictione decima quarta 15. Kal. Aprilis.*

Ego Matthæus Salvii q. filius ſereniſſimi Romanorum Imperatoris notarius prædictis omnibus interfui, & hæc omnia rogatu prædicti D. Alphonſi in Romanor. Regem, & Imperatorem electi, & præfati ſyndici ad C *veritatis memoriam perpetuo conſervandam ſcripſi, & meo ſigno firmavi.*

Ea etiam de re ita ſctipſit, reſcripſitque Alphonſus eadem die, & anno in Piſanorum gratiam.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Nos Alphonſus, Dei gratia, in Romanorum Regem, & Imperatorem electus Rex Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galletiæ, Siviliæ, Cordubæ, Murciæ, & Giennæ, cognoſcentes devotionem ſinceram, & fidei puritatem, quam commune Piſarum erga Romanum Imperium, & anteceſſores noſtros Romanoram Imperatores, & majeſtatem noſtram ſemper habuit præ cæteris clariorem, & ſervitia magna, & excelſa, quæ hactenus præſtitit, & in antea dante Domino habebit, & affectuoſe præſtabit nobis, & noſtris filiis, qui honore Imperii fuerint decorati, convenimus, & promittimus tibi nobili viro Bandino Lancea filio quondam domini Guidonis Lancea de Caſales de Piſis miſſatico, ambaſciatori, ſyndico, & procuratori communis Pi- D *ſarum ſyndicatus nomine pro ipſo communi, & civitate Piſarum recipiente, quod faciemus, & curabimus ita toto conamine, & poſſe noſtro, quod dante Domino, ejuſque favente clementia Imperium Romanum conſilio, & auxilio communis Piſarum, & alioram noſtrorum fidelium obtinebimus, & manu tenebimus univerſum, & quod tempore noſtræ coronationis Romam, vel ad D. P P. ſecundum quod alterum magis de conſilio noſtro, & ipſius communis Piſarum, & aliorum fidelium Imperii, & Regnoram noſtrorum proceſſerit utile, veniemus magnifice, ac potenter, ut noſtram decet majeſtatem. Et quod ad Imperium manutenendum, & augendum erimus ſtudioſi pro poſſe noſtro, & operam dabimus efficacem, & quod Imperii fideles noſtros manutenebimus juſtitia, commodo, & honore, & infideles ſubjugabimus nobis juxta divinam potentiam nobis datam; & præcipue Piſanos, ut fideliſſimos honorabiliter tractabimus, & eos ex nunc ſub noſtra cuſtodia, tutela, protectione, omnimodaque defenſio-*

A ne recipiemus contra omnem perſonam, & locum, & omnes ſuos honores, & jura, dignitates, poſſeſſiones, privilegia, bona, conſuetudines, comitatum, & diſtrictum eis ſervabimus, & ſervari faciemus, & mandabimus per officiales noſtros, prout nunc habent, & tenent, & eiſdem a Divis Romanorum Imperatoribus ſunt conceſſa, & ex nunc ea omnia auctoritate qua fungimur confirmamus, & tempore noſtræ Imperialis coronat. per privilegium promittimus confirmare. Et ex nunc comitatum, diſtrictum, civitates, caſtra, villas, loca, & inſulas prout communi Piſarum a Divis Romanorum Imperatoribus ſunt conceſſa, tibi pro communi Piſ. & ipſi communi Piſarum in feudum, & in nomine feudi damus, concedimus, & largimur, & ea auctoritate defendere ab omni perſona, & loco tibi pro dicto communi Piſano promittimus. Et inde te per vexillum, quod in manu tenemus, de noſtris armis inveſtimus, & tempore noſtræ coronationis enſem, & vexillum eidem communi concedemus. Quare ego ſupradictus Bandinus ſyndicat. nomine pro dicto communi Piſarum, & omnibus adhærentibus dicto communi B convenio, & promitto vobis ſupradicto domino Alphonſo, Dei gratia, in Romanorum Regem, & Imperatorem electo, quod commune Piſarum, Majeſtatem veſtram, & perſonam veſtram, & filiorum veſtrorum, & omnium nuntiorum, qui pro vobis, fuerint, ſalvabit, & cuſtodiet in terra, & mari, & ubique juxta ſuum poſſe, & ſcire omni tempore bona fide Et quod commune Piſarum non erit in conſilio, conſenſu, vel facto, quod veſtra Majeſtas, vel filii veſtri, vel vicarius veſter in Italia, vel capitaneus veſter in Tuſcia, ſive nuncii, atque officiales perdant vitam, vel membrum, vel capiantur mala captione, aut perdant Imperium, vel honorem, regnum vel terram quam nunc habetis, vel in antea dante Domino acquiſiveritis, & ſi ſciret vos, & ipſos inde eiici defendet juxta ſuum poſſe, & ſi non poſſet veſtræ Majeſtati, & filiorum veſtrorum, & cuilibet prædictor. citius quam poterit nuntiabit, & vos, & ipſos recipiet honorabiliter debita reverentia, & honore, & quod omnia, & ſingula conſilia, quæ vos, vel C aliquis pro vobis petieritis a dicto communi fideliter, & recte dabit prout divina gratia miniſtrabit, & quod omnes credentias, quas ſibi mandaveritis, vel vicarius veſter in Italia, ſibi mandaverit, ſive capitaneus in Tuſcia ſervabit, & tenebit, & ad damnum credentia non manifeſtabit. Et quod operam, & ſtudium, & juvamen dabit commune Piſarum juxta ſuum poſſe, ut anteceſſoribus Imperatoribus fecit, vel facere conſuevit, quod Imperium univerſum in tranquillitate, & pace habeatis, & poſſideatis in perpetuum vos, & veſtri filii legitimi, qui vobis in hoc honore ſucceſſerint bona fide ſicut Romanorum anteceſſ. Imperatores etiam ſi aliqui de Imperio, vel pro Imperio contradixerint. Et quod omnia, & ſingula, quæ aliqui Romanorum Imperatorum anteceſſorum veſtrorum dictum commune fecit, vel tenetur facere, ſeu conſuevit, faciet vobis, & veſtris filiis legitimis, qui vobis in hoc honore ſucceſſerint, tam per mare, quam per terram bona fide, ſine fraude, & remota omni malitia. Et quod D ſacramentum fidelitatis Imperatoribus conſuetum, tam per poteſtatem, quam per capitaneum populi, & antianos, & ſenatores, & capitaneos militum, & conſules ordinis maris, & conſules mercatorum terræ, & conſules artium, & omnes officiales, & populum univerſum, tam de civitate, quam de diſtrictu, & inſulis per ſacramentum populi Piſis præſtare conſueverunt dictum commune præſtabit ad veſtram, veſtrorumq; nuntiorum requiſitionem, & ex nunc ego dictus Bandinus ſyndicat. nomine pro dicto communi invocata Chriſti gratia, & auxilio, ad gloriam Dei omnipotentis., & ad honorem glorioſiſſimæ Virginis S. Mariæ, & Archiepiſcopali, & Archiepiſcopatus Piſani, & Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Majoris, ejuſque capituli, & aliarum Eccleſiarum, & dictorum poteſtatis, capitanei, antianorum, & aliorum omnium prædictorum in animas dicti communis, & omnium, & ſingulorum Piſanorum ex licentia, & poteſtate mihi data per publicum inſtrumentum bulla cera Piſani communis bullarum ſacramen- A tum fidelitatis facio, ſicut Piſani conſueti ſunt facere Imperatoribus Romanorum, vobis domino Alphonſo prædicto excellentiſſimo, & invictiſſimo Romanorum Imperatori, & juro ex nunc comitatum, diſtrictum, civitates, caſtra, villas, loca, & inſulas, prout communi Piſano a divis Imperatoribus ſunt conceſſa a M. V. pro communi Piſarum ſyndicat. nomine me in feudum fateor recepiſſe, & ad veritatis memoriam de prædictis in perpetuum conſervandam præfatus dominus Imperator, & dictus ſyndicus me Matthæum notarium filium q. Salvii de civitate Piſarum de præfatis omnibus, ut ſuperius ſcripta ſunt, chartam, & chartas publicas unam, & plures ſemel, & pluries ſcribere, & firmare, & in publicam ſcripturam redigere rogaverunt.

Acta ſunt hæc omnia in villa de Soria de Hiſpania regni Caſtellæ in palatio Regali ſupraſcripti D. Regis in præſentia mei Matthæi notarii ſupradicti, & in præſentia dominorum fratris Stephani de ordine fratrum Prædicatorum Archiepiſcopi Tremani, & fratris B Laurentii de Portugallia de ordine fratrum Minorum Pœnitentiarii D. Papæ, & proſecutoris negotii crucis in tota Hiſpania, & Suerii Petri Epiſcopi de Zamerra jam dicti domini Regis notarii, & Garcia Petri Archidiaconi Marrochitani teſtium ad hæc ſpecialiter vocatorum, & electorum D. I. anno 1256. ſecundum curſum Piſanorum indictione 14. decimo quinto Kalendas Aprilis.

Matthæus q. Salvii filius D. ſereniſſimi Imperatoris Romanorum notarius prædictis omnibus interfui, & hæc omnia rogatu prædicti D. Alphonſi in Romanorum Regem, & Imperatorem electi, & præfati ſyndici ad veritatis memoriam perpetuo conſervandam ſcripſi, & meo ſigno firmavi.

Præſule Frederico anno 1257. Piſani nobile xenodochium ad pauperes excipiendos liberaliter fundarunt, nomeoque Alexandri impoſuerunt, Alexandro IV. Pontifice ita cenſente, in pœnam ſuſceptarum partium Federici II. a fidelium communione olim depulſi, qui maximum Prælatorum nume- C rum, duoſque Cardinales legatos ad concilium ab Innocentio IV. Romæ indictum, confluentium, Piſanorum opera ceperat, juſſitque Pontifex, ut ſolemni ſacramento oratores Piſani ſe adſtringerent, nunquam ipſius Eccleſiæ hoſtibus adhæſuros, atque omnia Prælatis erepta reſtitutum iri, xenodochiumque excitaturos, quod ab Archiepiſcopi auctoritate liberum eſſe impetravit. Subjectam epiſtolam Alexander ad fratrem Manſuetum ordinis Minorum Pœnitentiar. de iis omnibus dedit, quæ Piſani ad rem abſolvendam præſtare deberent, cujus exemplar in xenodochii tabulario aſſervatur.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Pœnitentiario noſtro fratri Manſueto de ordine Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Clemens ſemper & mitis in ſuis actibus mater Eccleſia illum circa ſuos filios tenet modum, ut tanquam vehementer in operibus pietatis exultans, quaſi amœ- D nas ſibi delicias exiſtimans miſereri, eligit magis ſervare manſuetudinem, quam rigorem, & ignoſcere potius, quam ſævire, unde ſi culpam in quoquam reperiat, vel offenſam, quia delectabile, ac jucundum eſt ſibi dimittere delinquentem in pœna dimiſſione, vel moderatione jucundum, libentius parcit, quam feriat, & plus ſe illi propitiam exhibet, quam ſeveram, nam & agnoſcit, quod tunc vera de aliquo egregie vindicta ſumitur, cum ei magnanimiter indulgentur, id enim in ſuis præcipue quærit, & optat Eccleſia, quod cum ſuo benigno collecti gremio, amore, ac devotione proficiant, & in ſuorum dulcedine uberum continuo delectentur. Sane accedentes ad præſentiam noſtram ambaſciatores, & ſyndici communis Piſ. ex parte ipſius communis nobis ſupplicarunt, ut dictum commune paratum mandata noſtra ſuſcipere, ac ſervare per omnia reverenter, in noſtram, & Apoſtolicæ ſedis gratiam admittere curaremus, offerentes nobis, quod dictum commune nullum in Regem Romanorum, ſeu Impera-

A torem recipiet, niſi eum quem Romana Eccleſia approbabit, & quod dictum commune dictam Eccleſiam, legatos, & nuntios ejus, ac familias eorundem in perſonis, vel rebus nunquam offendet, nec ullo tempore in aliquo contra Eccleſiam erit eamdem, nec adverſus ipſam inimicis ejus, vel adverſariis adhærebit, aut contra eam præſtabit auxilium, vel favorem, ſed Eccleſiæ legatos, & nuncios humiliter, & devote ſuſcipiet, & eos congrua reverentia, & honorificentia pertractabit. Dictum quoque commune in civitate Piſana, & diſtrictu ipſius res, & bona, quæ fuerunt Prælatorum, & familiarium ſuorum, & illorum omnium, qui dudum in galeis capti fuerunt, diligenter, & ſine fraude inquirere, ac ea de quibus invenire poterit, quod ad illos de civitate, & diſtrictu prædictis præſentes, abſentes etiam pervenerint per eos, aut hæredes, vel ſucceſſores eorum, ſi forte deceſſerint, reſtitui facere teneantur. Ad hæc prædictum Piſ. commune in civitate ipſa, vel circa eam in loco apto, quem ad hoc duxerit deſignandum, quoddam hoſpitale conſtrui faciet, in quo tam pro ædificiis, quam pro donatione ipſius uſque ad quinquennium decem millia libras Piſ. parvarum, videlicet duo millia quolibet anno expendet. Hujuſmodi autem hoſpitale curæ, gubernationi, diſpoſitioni, & defenſioni nullo medio ſubjacebit ab omni jure, & juriſdictione diœceſani Epiſcopi, & cujuſcumque alterius prorſus exemptum. Nos itaque more patris, qui offendentes filios odiſſe non poteſt, te, de cujus circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad partes illas propter hoc duximus deſtinandum. Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus poſtquam prædictum commune de prædictis omnibus faciendis, & plenarie adimplendis & obſervandis cautiones, & ſecuritates idoneas, & ſufficientes curaverit exhibere, & de ſtando præciſe mandatis noſtris ſuper omnibus injuriis, & offenſis Eccleſiæ legatis, & nunciis prædictis, & familiis eorundem, ac etiam quibuſcumque aliis occaſione ipſorum, & diſcordia orta dudum inter Eccleſiam, & quondam Fred. olim Romanorum Imperatorem illatis, corporale præſtiterit juramentum, ac nihilominus de non offendendis Eccleſiæ legatis, ac nunciis prædictis, & eorum familiis, & de ſuſcipiendo eos humiliter, & devote, ac ipſis reverenter, honorifice pertractandis, & quod nullo tempore contra Eccleſiam ipſam erit, atque adverſus eam ipſius inimicis, & adverſariis adhærebit, aut contra ipſam præſtabit auxilium, vel favorem, prout ſuperius eſt expreſſum. Statutum fecerit poſt capitulum de fide catholica in ſuis capitularibus adnotandum, quod ſtatutum poteſtates civitatis ipſius, qui pro tempore fuerint in eadem in principio ſui regiminis, ac univerſi, & ſinguli civitatis prædictæ obſervare jurabunt, & de quo fideliter obſervando quilibet poteſtas Piſ. civitatis ſucceſſorem ſuum præſtare faciet in perpetuum juramentum, & de hoc etiam cautionem, & ſecuritatem idoneam, & ſufficientem ipſum commune exhibuerit. Præfatum commune, & omnes clericos, & laicos, viros, & mulieres civitatis, & diſtrictus prædictorum, abſentes, & præſentes, & quoslibet, qui nomine Piſ. cenſentur ab omnibus excommunicationum, & interdictorum ſententiis quas incurrerunt, & quæ in eos fuere probata occaſione captionis, & ſpoliationis Prælatorum, & familiarium ſuorum, & aliorum, qui dudum in galeis cum Prælatis capti fuerunt eiſdem, ac etiam ſervitii ſui obſequii præſtiti ab ipſis, q. Fred. olim Rom. Imperatori, & ejus filiis, ſeu nunciis, vel officialibus, aut fautoribus, vel coadjutoribus, ſive complicibus eorumdem, & pro quibuſcumque injuriis, vel offenſis illatis, vel factis ubi eis, eidem ſedi, ſeu legatis vel nunciis ipſius, ſive aliis pro eadem ſede quacumque occaſione, vel cauſa, & pro eo, quod inobedientes prædictæ ſedi, vel legatis ipſius, ſive nunciis extiterunt, pœnis quoque quibuslibet eis pro præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum debitis, vel quibus ſunt obnexii occaſione Eccleſiæ legatorum, & nunciorum prædictorum, ac familiarum eorundem, & perſonarum eccleſiaſticarum juxta formam Eccleſiæ abſolvas auctoritate veſtra interdicto in civitate, & diſtrictu prædictis propter præmiſſa poſito, relaxato. Injungens nihilominus eidem communi pœnitentiam publicam, ad quam devote recipiendam ſe obtulit, & humiliter peragendam. Ad hæc omnia privilegia prædicto commune a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, aut ab eodem Frederico antequam in eum eſſet ſententia depoſitionis promulgata ſive a quibuſcumque Imperat. Romanorum conceſſa etiam ſi eorum aliquibus per Eccl. eandem occaſionem præmiſſorum privati fuerint, ſibi auctoritate veſtra confirmes, ſine juris præjudicio alieni. Contradictores autem, ſi qui fuerint, vel rebelles monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compeſcendo.

Datum Laterani Kalen. Aprilis Pontificatus noſtri anno 3.

Lapſis abhinc duobus annis confirmavit Alexander omnes immunitates, bona, ac privilegia eidem xenodochio a Friderico Archiepiſcopo, aliiſque conceſſa, cujus religioſi viri D. Auguſtini inſtituta ſectabantur; eoſque ſeſto Dominicæ reſurrectionis ad libram ceræ in acceptorum beneficiorum memo-
B riam Romano Pontifici offerendam adſtrinxit. Hæc vero diplomatis in eodem tabulario contenti ſententia eſt.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis magiſtro hoſpitalis Spiritus ſancti Piſarum, quod Papa Alexandri nuncupatur, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

*Etſi univerſæ orbis Eccleſiæ Apoſtolicæ ſedi, quæ diſponente Domino ſuper illas ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, ſubeſſe noſcantur, aliquas tamen interdum de ſua auctoritatis plenitudine ſpecialius ſibi ſubdit, ſic eas a cujuslibet juriſdictione prorſus eripiens, ut nullum niſi Romanum Pontificem ſuperiorem, & Dominum recognoſcant conſtituendo ipſas quodam ſingulari privilegio liberas penitus, & exemptas. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris poſtulationibus grato occurrentes aſſenſu, hoſpitale Spiritus ſancti ſitum in civitate Piſana, quod hoſpitale Papæ Alexandri nuncu-
C patur, & in quo eſtis divino obſequio mancipati, cum capella, & omnibus membris ſuis, in jus, & proprietatem B. Petri, & prædictæ ſedis aſſumimus, tam hoſpitale ipſum, quam membra eadem cum perſonis in eis Domino ſub regulari habitu ſervituris ab omni juriſdictione, poteſtate, ac dominio tam Archiepiſcopi Piſani, qui pro tempore fuerit, & ſui capituli, quam cujuslibet alterius Prælati, ſeu Eccleſiaſticæ, ſecularisve perſonæ totaliter & perpetuo eximentes, ita quod nec idem Archiepiſcopus, nec quævis alia perſona eccleſiaſtica ea utpote prorſus exempta, vel vos, aut perſonas ipſas Deo futuris temporibus inibi ſervituras, interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare valeat, ſeu quocunque modo alias in præfatum hoſpitale, ac membra, & perſonas ipſas poteſtatem, vel juriſdictionem aliquam exercere, & ſi contra forſan præſumptum fuerit, ſit vacuum, & inane. In primis itaque ſtatuimus, ut ordo canonicus, qui ſecundum Deum, & beati Auguſtini regulam in eodem hoſpitali inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabili-
D ter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem hoſpitale in præſentiarum juſto, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum in quo præfatum hoſpitale ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, omnia hoſpitalia civitatis, & diœceſis Piſan. ad Eccleſiam Piſanam olim ſpectantia cum omnibus pertinentiis eorundem hoſpitali veſtro conceſſa a venerabili fratre noſtro Friderico Archiepiſcopo Piſano capituli ſui accedente conſenſu cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis in boſco, & plano, in aquis, & molendinis, in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane laborum veſtrorum de veſtris poſſeſſionibus, ac etiam novalium, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de*

qui-

quibus novalibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos, & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere; prohibemus inſuper, ut nullum fratrum veſtrorum poſt factam in hoſpitali veſtro profeſſionem faſſit, ſine magiſtri ſui licentia niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terra fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, dummodo cauſam non dederitis interdicto, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare, chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a ſupradicto ſuſcipietis Archiepiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, & communionem ſacroſanctæ Romanæ ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate qualibet exhibere, alioquin liceat vobis quemcumque malueritis Catholicum adire Antiſtitem communionem, & gratiam Apoſtolicæ ſedis habentem, qui nimirum noſtra fultus auctoritate, vobis, quod poſtulatur, impendat. Ad hæc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis, archidiaconis, ſeu decanis, aliiſque omnibus eccleſiaſticis, ſecularibuſve perſonis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſam liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, aut etiam publici uſurarii, nullus obſiſtat, ſalvo tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea, & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ a laicis detinentur, redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias, ad quas pertinent, revocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te ejuſdem loci magiſtro, vel ſuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum, & beati Auguſtini regulam providerint eligendum. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates a præfato Archiep. Piſano ſui capituli . . conſenſu hoſpitali veſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a communi Piſano, vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Ad judicium autem hujus perceptæ a prædicta ſede libertatis, memoratum hoſpitale unam libram ceræ in feſto Reſurrectionis Dominicæ nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annuatim perſolvat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, &c. Cunctis autem, &c.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego Otho Card. Epiſcopus Tuſculanus ſſ.
Ego Stephanus Card. Præneſtinus Epiſcopus ſſ.
Ego fr. Joannes tt. S. Laurentii in Lucina pres. Card. ſubſcripſi.
Ego fr. Ugo tit. S. Sabinæ presb. Card. ſſ.
Ego Riccardus tit. S. Angeli diaconus Card. ſſ.
Ego Octavianus tit. S. Mariæ in Via lata diac. Card. ſſ.
Ego Petrus tit. S. Georgii ad Velum aureum diac. Card. ſubſcripſi.

Datum Anagniæ per manum magiſtri Jordani S. R. E. notarii, & vicecancellarii ſeptimo Kal. Febr. Indictione II. Incarnationis Dom. anno 1259. Pontiſ. vero D. Alexandri Papæ IV. anno V.

Sequenti vero anno idem Alexander ſignum dedit magiſtro, & fratribus prædicti xenodochii ex panno rubeo conficiendum, ut a cæteris religioſis diſcernerentur, ut ſubjecta epiſtola loquitur ex eodem tabulario deſumpta.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Magiſtro, & fratribus hoſpitalis Piſarum, quod Papæ Alexandri dicitur ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis ſalutem, & Apoſtolicam bened. Ut fratres hoſpitalis veſtri a religioſis aliis diſcernantur, veſtris ſupplicationibus inclinati ſignum hujuſmodi . . de panno rubeo hoſpitali veſtro concedimus a vobis, & ſucceſſoribus veſtris in cappis floccis, & mantellis perpetuo deferendam. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c.

Datum Anagniæ Kal. Junii, Pontific. noſtri anno 6.

Poſt hæc in Piſana diœceſi nobile cœnobium canonicorum regularium, quidam Hugo Nicoſienſis Epiſc. circa ann. D. 1268. quod nunc a canonicis regularibus S. Salvatoris Bononienſis congregationis poſſidetur favore Julii II. Pontificis Max. ab an. 1504 de qua re legendus Joſeph Mozzagrugnus lib. 7. de rebus geſtis canonicorum regularium. De occaſione vero fundationis hujus monaſterii talem hiſtoriam refert Penottus l. 2. c. 20. tripartitæ hiſtoriæ, quæ quoque in antiquis monumentis ejuſdem monaſterii reperitur.

In diœceſi Piſana vetus, ac nobile monaſterium ſancti Auguſtini de Nicoſia nuncupatum, quod fundavit Ugo Epiſcopus Nicoſiæ in Cypro inſula, genere quidem obſcurus, ſed doctrina, probitate, ac dignitate clariſſimus. Nam cum puerulus in valle Arni Piſanæ diœceſis ovibus paſcendis operam daret, ab illius loci plebano ad ſcholas deſtinatus, brevi optimus philoſophus, ac Theologus evaſit, nec minus pietate, & religione, quam doctrina omnibus ſe amabilem, & admirabilem exhibuit; cujus virtute commotus Romanus Pontifex Nicoſienſem Epiſcopum illum deſtinavit, quo munere per aliquod tempus laudabiliter abſoluto cum ſub Clemente IV. in patriam eſſet reverſus, inter alia pietatis opera, quæ præclare ab illo geſta fuerunt, monaſterium apud Piſas in valle Calcis vocata, ſub invocatione ſancti Auguſtini ædificavit, in quo etiam canonicos ſecundum beati Auguſtini regulam viventes conſtituit, quam eleganter expoſuit, additis etiam conſtitutionibus, juxta quas in eodem monaſterio vitam componere deberent. Accidit hoc circa annum Domini 1268.

Eodem Friderico ſedente Piſani cives cum Corradino Friderici Imperatoris nepoti adhæſiſſent contra Carolum Andegavenſem Neapolitanum Regem, a Clemente IV. fuerunt excommunicati, civitaſque Archiepiſcopali dignitate privata a Gregorii X. uſque tempora ſpoliata manſit. Tandem idem Gregorius an. 1272. Piſanorum ſupplicationibus, humilibuſque votis clementer aures pietatis aperiens, populum ab excommunicatione abſolvit, civitatique Archiepiſcopalem dignitatem cum omnibus juribus, honoribus, privilegiis ab Apoſtolica ſede conceſſis, reſtituit; cujus rei hoc æternum monumentum extare voluit, quod habetur in reg. Vatic. ejuſdem Pontiſ. ep. 52. fol. 92. anno 2.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei,
Ad perpetuam rei memoriam.

Sicut magni beneficii indicium eſt in devotorum exceſſibus, medicinalis ultionis antidotum obiter adhibere, ut quos a filialis devotionis debito culpa propriæ temeritatis avertit, ad ipſius obſervantiam unguentis ſalutem, ſervitutis diſciplinam convertat, ſic maternæ pietatis eſt debitum illi, qui poſt indevotionis lapſum, & perſecationis exceſſum firmiores in obſequendi propoſito, & continuandæ in poſterum devotionis exhibitionem reſurgunt, nec pietatis ſinum procludere, nec miſerationis ubera denegare. Sane dudum fel. record. Clemens Papa Quartus prædeceſſor noſter Eccleſiam, & civitatem Piſanam, exigentibus culpis, & pertinacia incolarum civitatis ipſius, qui contra monitiones, inhibitiones, & comminationes prædeceſſoris ejuſdem dudum Corradino quondam Fred. olim Romanorum Imperator. nepoti pertinaciter adhærendo præſtitere eidem auxilium, conſilium, & favorem contra Romanam Eccleſiam, & devotos ipſius, una cum illo, & ejus fautoribus, gravibus afficiendo moleſtiis, ac moleſtis injuriis

A *aggravando, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Siciliæ Regem illuſtrem primo Patiarum, & poſtea vicarium Imperii per eandem Eccleſiam in Tuſcia deſtinatum, non ſolum recuſaverunt admittere, verum etiam ſe illi præſumpſerunt opponere, ac ipſum multipliciter impugnare, Archiepiſcopalis dignitatis honore privavit. Verum iidem incolæ, tangente Domino cor ipſorum, poſt tantorum exceſſuum culpam magna humilitationis prætendentes indicia, ejuſdem matris Eccleſiæ miſericordiam, continuata diutius inſtantia, implorarunt, devotionis ad eandem Eccleſiam irrevocabiliter obſervandæ ſupplicantes oblationibus, & oblatis devote ſupplicationibus inſiſtentes, ut ad ſinum ejuſdem matris Eccleſiæ, a quo ipſi ſua, quam recognoſcebant humiliter, perverſitate receſſerant, ſolu miſeratio materna reduceret, & circa filios pœnitentes ſuperexaltata judicio benignitatis piæ matris, Eccleſiæ Piſanæ, ac civitatis prædictæ de reſtitutione dignitatis Metropolitanæ miſericorditer provideret. Nos itaque more pii patris offenſarum immemores, ubi ad id pœnitentiæ ſignis congruentibus invitamur, deſiderantes civitatem prædictam in oblatæ ad eandem Eccleſiam devotionis propoſito multæ benignitatis exhibitione firmare, Syndicos, & pro-*
B *curatores civitatis ipſius ad mandatum recepimus, & civitati, ac incolis memoratis circa excommunicationis, & interdicti ſententias occaſione præmiſſorum latas in ipſos, de abſolutionis, & relaxationis beneficio fecimus provideri, & ut eo plenius ſedis apoſtolicæ ſinceræ affectionis vinculis aſtringantur, quo erga ſe ipſius benevolentiam in remiſſionis promptitudinem ſenſerint promptiorem, de fratrum noſtrorum conſilio, Eccleſiam Piſanam reſtituentes in integrum, ipſi Eccleſiæ, necnon & civitati prædictæ Archiepiſcopalem dignitatem omnibus juribus ſuis, immunitatibus, privilegiis, & quibuscumque honoribus a ſede Apoſtolica Eccleſiæ conceſſis, eidem prout eodem tempore privationis hujuſmodi obtinebit, de gratia reſtituimus ſpeciali. Nulli ergo, &c. noſtræ reſtitutionis &c. ſiquis erga, &c.*

Datum Florentiæ 12. Kal. Julii. Pontificatus noſtri an. 2.

Poſt hæc autem Fridericus populum, clerumque Piſanum in Romanam Eccleſiam, qua pietate, qua devotione excitaverit, teſtis erit ſolemnis illa le-
C gatio ad eundem Gregorium Florentiæ agentem, cujus legationis princeps fuit ipſe Fridericus, qui pro ſenatu, clero, populoque Piſano luculenta oratione in publico purpuratorum fratrum conſeſſu gratias egit maximas, & ad ſuos cum exultatione, privilegiis, & immunitatibus exornatus remeavit. Anno 1276. cum poſt obitum Ugonis Calaritani Archiepiſcopi capitulares Canonicos in eligendo ſucceſſore diſcordes, & in ſingularia odia ſciſſos videret, ſua auctoritate, qua ſummopere apud omnes pollebat, ad unitatis, amoriſque ſtudium revocavit, effecitque ſua dexteritate, ut Gallus civis, Piſanuſque canonicus unanimi conſenſu eligeretur in Præſulem, cujus eximiæ virtutis, ac ſapientiæ haud ignarus Joannes XXII. Pontifex ſuo diplomate Canonicorum electionem roboravit, ſtatuitque Gallum Calaritanum Archiepiſcopum 5. Kalend. Decemb. Pontif. ann. 1. ut in regeſto Vaticano ejuſdem Pontificis legimus epiſt. 18. fol. 7. Ugonis, Gallique Calaritanorum Archipræſulum altum tenuit ſilen-
D tium Ambroſius Machinus in tractatu defenſionis ſanctitatis beati Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, ubi plura de primatu Calaritanæ Eccleſiæ, de qua, deque Calaritanis Præſulibus plura Deo dante alibi dabimus. Præfuit utiliſſime Fridericus Piſanæ Eccleſiæ annis vigintiquatuor; debitum naturæ tandem Piſis abſolvit anno ſalutis 1278. ubi honorifice ſepultus eſt, Vicecomitæ gentis germen illuſtris, Galgani ſecundi Volaterrani Epiſcopi, Pancaldi Vicecomitis præpotentis civis Piſani filii, propior affinis, de quo in primo noſtro tomo, cujus partem, gentemque expiſcatus eſt ex antiquis monumentis Abbas Antonius Libanorus nobilis Ferrarienſis amicus noſter vir eruditus, & antiquitatis ſtudioſus, in vita ſancti Galgani, quam nuper Senis in lucem emiſit. Pancaldi Vicecomitis Galgani parentis me minit etiam Jugurtha Thomaſius par. prima hiſtor. Senenſis.



52. ROGERIUS Duraldus, quem alii de gente Ubaldina contendunt eſſe, Friderico in ſede Piſana ſucceſſit. Ex Archidiacono Bononienſi, a Nicolao III. eligitur 6. Idus Auguſti anno 1278. ita habetur in regeſt. Vaticano epiſtola 57. fol. 13. anno primo. Vir utique efferati, & inexorabilis animi. Hic ille eſt, qui è Gherardeſca gente comitem Ugolinum, ſive ob initum cum Florentinis victoribus fœdus, ſive cædem nepotis ulturus, Antianorum Turri incluſum, cum innocentibus filiis crudeliſſime fame necavit. Quem merito Dantes Aligherius in ſua divina comœdia in ultrices inferni flammas detruſit, crudeliſque facinoris his carminibus meminit. LIII

Tu de' ſaper chi ſo'l Conte Ugolino,
E queſto è l'Arciveſcovo Ruggieri,
Hor ti dirò perch' io ſon tal vicino.
Che per l'effetto de' ſuoi mai penſieri,
Fidandomi di lui io fuſſi preſo,
E poſcia morto dir non è meſtieri.


Conſtat hanc Archiepiſcopi Rogerii crudelitatem cætera ejus præclara geſta mirum in modum obſcuraſſe. Deceſſit Viterbii 1296. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ ad Gradus in lapideo ſepulchro prope Templi principem portam, ubi hæc ſimplicia verba inciſa ſunt.

Hic requieſcit Venerabilis Pater Dominus
Rogerius Duraldus Archiepiſcopus Piſanus.

In ſententias adeo ancipites diſtracti ſunt auctores, è qua familia Rogerius Piſanus Archiepiſcopus ſatus eſſet, ut hiſtoriæ veritati ſummam caliginem offundant. Volaterranus ex Ubaldis proſeminatum aſſerit, contendunt alii ex Lanfranchis, alii ex Ubaldinis nobiliſſimis Florentinis oriundum, ajuntque aſperrimis illis temporibus, quibus Guelphorum Gibellinorumque ſeditiones ardebant, ſuſque, deque evertebant civitates, illius familiæ ſurculum transfugiſſe Campillium oppidum ditionis Piſanæ, ac poſtea ad primos honorum gradus Piſis admiſſos, indeque Ubaldinorum Campillii nomen traxiſſe, ut Joannes Baptiſta Ubaldinus in ejus familiæ hiſtoria prodit. Ipſius epitaphium, quod Viterbii perlegimus, non Ubaldinum, Ubaldumve, ſed Duraldum illum appellat ſi ea vox nomen ſignificet, ac ſonet, in hunc modum Rogerius Duraldus, cognomen vero de Ubaldinis ſilentio ſit prætermiſſum, explorandum, diſcutiendumque lectori permitto. His poſitis aſſerere certiſſime poſſumus, ſepulchrum, quod Viterbii viſitur, Rogerii hujus Archiepiſcopi eſſe, nec moveri quæſtio poteſt ad Rogerium Archiepiſcopum, qui anno 1130. obiit, pertinere, cum eo tempore Eccleſia S. Mariæ, cui a Gradibus nomen impoſitum, Viterbii excitata non eſſet, quam deinceps Raynerius Capoccius Cardinalis Innocentii IV. temporibus extruxit.

53 THEODORICUS Raynerius Urbevetanus, cum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius eſſet, Archiepiſcopus Piſanus ſublectus eſt a Bonifacio VIII. anno 1295. 12. Kalend. Octob. ex regeſt. Vatic. epiſt. 399 fol. 90. anno primo. Potuit autem ſuam diſtuliſſe aliquandiu inaugurationem. Reperi LIV.

ſiqui-



ſiquidem illius fieri mentionem in quadam epiſtola ad Abbatem S.Salvatoris de monte Amiato, in qua ita ſubſcribit, Papæ Camerarius, & Piſarum electus 1298. die 17. menſis Martii; anno vero 1299. factus eſt presbyter Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem, mox Epiſc. Card. civitatis Papalis, ſeu Præneſtinus ab eodem Bonifacio VIII. de quo vide in Epiſcopis Præneſtinis tom. prim. quæ de ipſo diximus.



LV. * Ex App. tom. 3. a Ordinis Prædicatorum, de quo Fontana in Theatro, & Razzius de viris Illuſ. Ord. Prædic.

54. JOANNES de Provincialibus * ſeu de Cajetanis nobilibus, Piſanus, quem alii de Polo appellant, ex nobili genere procreatus *a*, electus eſt Archiepiſcopus Piſanus 1299. Idibus Februarii ex regeſto Vaticano ep. 8. fol. 136. anno quinto Bonifacii VIII. quo ipſo anno ampium indulgentiam conceſſit Eccleſiæ S.Mariæ Campi regii fratrum Prædicatorum die 8. menſis Martii. Sedit ad annum uſque 1312. quo ad Archiepiſcopatum Nicoſienſem translatus eſt 6. Id. Maji, ut habetur in reg. Vatic. epiſt. 346. fol 69.

Inter latas a Joanne Archiepiſcopo ſententias, quæ in tabulario Piſani Archiepiſcopatus continentur, ea a Tancredo ipſius vicario contra Gaitelinenſem in Sardinia Epiſcopum fulminata reperitur; cum enim illi diem, ut ſe primati Archiepiſcopo ſiſteret, de more indixiſſet, renuentem contumaciæ nomine anathemate defixit anno 1302. è quo illuſtre eſt iis temporibus Archiepiſcopos Piſanos jus auctoritatemque in Sardinia tenuiſſe, probatque ſententia ex ſuo originali delibata in hunc modum.

In æterni Dei nomine. Amen.


Cum nos Tancredus de monte Raynaldi vicarius venerabilis patris domini Joannis Piſani Archiepiſcopi citari fecerimus, & moneri per noſtras literas ſpeciales venerabilem patrem dominum Epiſcopum Galtelinenſem Inſulæ Sardiniæ, ut certo termino ſibi a nobis pro primo, ſecundo, & tertio peremptorio aſſignato Piſis coram nobis per ſe, vel legitimum reſponſalem comparere deberet, & reſpondere de jure Sponſino clerico familiari bonæ memoriæ domini Rogerii olim Piſani Archiepiſcopi conquerenti coram nobis de ipſo domino Epiſcopo de quadam pecuniæ ſumma, quam ab ea

A *recipere debere aſſerebat, qui dominus Epiſcopus dicto termino non venit, nec miſit legitimum reſponſalem, ſed contumax extitit dicto Sponſino comparente, & domini Epiſcopi contumaciam accuſante, & petente contra eum procedi, prout poſtulat ordo juris.*

Hoc igitur contumacia dicti domini Epiſcopi exigente, ipſum dominum Epiſcopum reputamus merito contumacem, & ne de ſua contumacia glorietur, ipſum dominum Epiſcopum excommunicamus in his ſcriptis, & a gremio ſanctæ Eccleſiæ ſeparamus.

Data, & lata eſt dicta ſententia Piſis præſentibus Bindo & Joanne Quatri notariis, & ſcribis publicis ſupradictæ curia anno 1302. Ind. XV. die 6. Februarii.

B



LVI. *b* De hoc item Fontana in Theatro, & de Rom. Prov p 318 Altamura in Bibl. Domin. p. 117. *Mandoſ.*

55 Fr. ODDO de Sala *b*, ex Ordine Prædicatorum, Polenſis antea Epiſcopus in Iſtria, mox etiam Archiepiſcopus Arborenſis, ad Eccleſiam Piſanam denique translatus eſt, anno 1312. ſexto Idus Maji, ex regeſto Vaticano epiſt. 352. fol. 71. adminiſtratorque fuit aliquando monaſterii montis Caſini, ac Patriarcha Alexandrinus. De quo
C altum ſilentium tenuit M. Antonius Scipio in elogiis Abbatum montis Caſini.

Ipſis adeptæ dignitatis initiis, quam ſemper Oddo ſumma virtute tum erga patriam, tum cæteras Eccleſias geſſit, cum Henricus VII. Imperator Piſanis addictiſſimus in ea Urbe verſaretur, oblata eſt Oddoni egregia occaſio, ut in Imperatoris gratiam ſe inſinuaret, a quo privilegiorum Eccleſiæ ſuæ, ac prædeceſſoribus conceſſorum ampliſſimam confirmationem eſt eblanditus, in quam Henricus omnia illa, ut jacebant, referri voluit. Hos vero nonnulla diplomata, quæ ex aſſervato exemplari in eodem tabulario, omiſſis omnibus aliis privilegiis, quæ inſerta ſunt, ac non ſuis in locis ſervata temporum ratione conjecimus, hoc in loco in lucem edenda exiſtimavimus; ſic enim habent.

Henricus ſeptimus divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Venerabili Odoni Piſano Archiepiſcopo principi, & ſecretario ſuo dilecto gratiam ſuam, & omne bonum.

D *In literis, ſeu privilegiis divæ memoriæ Henrici Tertii, Henrici Quarti, Conradi Secundi Regis, & Friderici Romanorum Imperatorum prædeceſſorum noſtrorum, necnon G. ducis, & marchionis, atque uxoris ejus Beatricis, quarum literarum, ſeu quorum privilegiorum tenores ſuis precibus inclinati præſentibus inſeri fecimus, ſicut vidimus contineri.*

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia, tertius Romanorum Imperator Auguſtus. Curtem Papianam, & Livurnam jacentem in valle Sarda ſub comitatu Piſano cum omnibus appendiciis ad eam pertinentibus, id eſt utriuſque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, terris cultis, & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, exitibus, & redditibus, viis, & inviis, quæſitis, & inquirendis tradidimus ad utilitatem, & ædificationem Piſanæ Eccleſiæ Hildeprando ejuſdem civitatis vicecomi-

A *te cum fratribus ſuis monente, & impetrante, ſed hoc quidem præcipue fecimus ob amorem ſanctæ Mariæ pro remedio animæ noſtræ, dein ob fidem civium ballearis nobis ab eis bene ſervatam, ſperantes eos amodo fore fautores, ac defenſores honoris noſtri. Quam donationem ſi qua perſona magna, vel parva infringere tentaverit, centum libras auri optimi ſciat ſe compoſiturum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem ipſi matri Eccleſiæ ſanctæ Mariæ. Cujus donationis teſtem chartam præſentem ſcribi, & propria manu noſtra, ut infra videbitur, corroboratam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.*

Signum D. Henrici Tertii Romanorum Imperatoris Auguſti.

Ego Herimannus cancellarius recognovi. Data eſt autem Kalendis Februarii anno Dominicæ incarnationis milleſimo octuageſimo nono, indictione duodecima, anno ſecundo, ordinationis domini Henrici trigeſimo ſexto Imperii quidem anno quinto.

Actum Ratiſponæ, in Dei nomine feliciter. Amen.

B Item. *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia, quartus Romanorum Imperator Auguſtus.*

Quod & aliis Eccleſiis intuitu religionis nonnunquam impertiri ſolemus, & cæt. ut ſupra.

Hoc ſignum domini Henrici quarti Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Buriardus cancellarius, & Monaſterienſis Epiſcopus recognovit.

Data octavo Kalendas Junii, indictione nona, anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo ſextodecimo, regnante Henrico quinto Rege Romanorum anno decimo, imperante ſexto.

Actum eſt in Chriſto feliciter amen.

Item. *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia, quartus Romanorum Imperator Auguſtus. Imperialis eſt Majeſtatis & ſacroſanctis Eccleſiis reverentiam, & fidelibus noſtris deferre clementiam, utriſque noſtræ liberalitatis munificentiam exhibeamus. Unde notum fieri cunctis Chriſti, noſtriſque fidelibus tam præſentibus, quam* C *futuris volumus Piſanæ civitatis legatos, hoc eſt Petrum filium Albici conſulem, virum clarum, nobiſque ſatis charum, Petrum Vicecomitem noſtrum virum nobilem, & ſapientem, & Tiapaldum jureconſultum fidelem noſtrum, noſtram adiiſſe benignitatem, ſuorumque concivium protuliſſe petitionem, quorum precibus duplici ratione moti decrevimus indulgendum eſſe, vel quia pro Eccleſia beneficiis, quod religioſum erat, intervenirent, vel quoniam ipſis digne, meritoque tribuenda eſſet audientia, qui eodem anno non parum gloriæ noſtro Imperio, ſed cuncto Chriſtiano populo ſuis & laboribus, & impenſis periculis addidiſſent, cum Majoricam copioſam civitatem, nec minus populoſam vi bellica devictam cum aliis locis adjacentibus funditus everterent. Quapropter eorum poſtulationi libenter annuentes curtem Livurnam, & Pappianam in valle Sorcli jacentem cum omnibus ſuis appendiciis, & acceſſionibus, hoc eſt utriuſque ſexus mancipiis, ædificiis, areis, agris, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus,* D *molendinis, exitibus, & reditibus, viis, & inviis, quæſitis, & inquirendis concedimus, & tradimus ad utilitatem, atque ædificationem Piſanæ Eccleſiæ beatæ, & glorioſæ Virginis ſemper, & Dei genitricis Mariæ, ut ex noſtra liberalitate jam dictorum prædiorum ſubſidio . . . . ſubſtententur. Quam largitionem noſtram, & donationem, ſi qua perſona parva, vel magna violare, vel quoquo modo infringere tentaverit, trecentum librarum auri optimi pœna ſe ſciat obnoxium, cujus dimidium quidem noſtræ cameræ, dimidium vero præfata ſacroſancta Eccleſia perſolvat. Cujus donationis argumentum huic inſtrumento inſcribi, atque hoc noſtra manu propria, quod inferius apparet corroboratum ſigilli noſtri impreſſione muniri mandavimus. Signum domini Henrici IV. Romanorum invictiſſimi. Boriardus cancellarius, & Epiſcopus Monaſterienſis recognovi. Data ſeptimo Kalendas Julii, indictione nona, anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo ſextodecimo, regnante Henrico*

A *V. Rege Romanorum anno decimo, imperante ſexto. Actum eſt Paſilian. in Chriſto feliciter. Amen.*

Item. *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Conradus, divina favente clementia, Romanorum Rex ſecundus. Dilecto, & venerab. Balduino Piſanorum Archiepiſcopo, & cætera, ut ſupra.*

Item. *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Federicus, divina favente clementia, Romanorum Imperator Auguſtus. Si venerabilium petitiones, &c.*

Item. *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. G. diſponente Dei gratia, dux, & marchio, atque uxor ejus Beatrix omnibus fidelibus noſtris in Chriſto ſalutem. Notum fieri volumus omnibus noſtris fidelibus tam minoribus, quam majoribus, qualiter nos iſtius Epiſcopi Piſani, & univerſa, quæ ad ejus Epiſcopatum pertinent, ſub noſtro mundiburgio defendendas recepimus, tali ſcilicet lege, ut nulli noſtrorum miniſterialium, vel eorum ſubjecti, aut quiſquam mortalium hunc præfatum Epiſcopum immo Piſanum in ſuis bonis hoſpitando, prædando, incen-* B *dendo, aut in placito fatigando, ſeu foderum tollendo, ſive quolibet genere vaſtationis, aut in perſonis hominum laicorum, ſive clericorum moleſtare præſumat. Addimus etiam hoc noſtræ auctoritatis banno, ut quiſquis viventium hoc præceptum noſtrum tranſgreſſus fuerit, cumque vel in una re contra iſtius paginæ ſcripturam moleſtaverit, debitor centum libras auri componere, medietatem noſtræ Cameræ, alteram vero partem Epiſcopo. Et ut hoc melius credatur, firmiuſque obſervetur, ſignum noſtri ſigilli ſubtus imprimi mandavimus. Nos autem Henricus ſeptimus Imperator prædictus tuis Odonis Archiepiſcopi ſupradicti ſupplicationibus annuentes tibi propter hoc in noſtra præſentia conſtituto, & nobis de prædictis omnibus, & ſingulis, quæ a nobis, & Imperio recognoviſti, & recognoſcis homagium facientibus per te dictæ Piſanæ Eccleſiæ confirmamus, & de gratia uberiori de novo donamus omne jus, quod per litteras, & privilegia prædicta tibi, & eidem Eccleſiæ competit, ac illud illæſum, & integrum perpetuo volumus conſervari. Præ-* C *tereacum eadem Eccleſia tam propter reverentiam majeſtatis Altiſſimi, quam tua devotionis laudandæ merita, & magna fidelitatis obſequia, non ſolum in ſuis juribus, & immunitatibus conſervare, ſed & gratioſis largitionibus proſequi cupientes, tibi præſentium tenore concedimus, quod in terris Eccleſiæ prædictæ ſitis citra Eccleſiam S. Petri ad Gradus verſus Piſas, & ultra verſus portum Piſanum, & fauces Arni poſſis domificare, villamque conſtruere. Cujus habitantes, & heredes eorum, ut ad manendum in loco illo, qui ſilveſtris, & infirmus eſſe dicitur, libertatis alliciantur dulcedine, tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum totaliter ſubjecti exiſtant, & ab omni juriſdictione Piſani communis, & quorumcumque aliorum penitus ſint exempti, ita tamen, quod nemo de civitate, vel diſtrictu Piſano natus, villam prædictam inhabitet, ſed tu, & ſucceſſores præfati in ipſa villa pro divinis myſteriis exercendis poſtquam dicti habitantes centum, vel plures ibi commorantes extiterint, ſex ſacerdotes, & unum guardianum cum decenti familia teneatis. De-* D *mum, ut gratia noſtra plenitudine potiaris, tuos, & ſucceſſorum tuorum familiares, domeſticos, & commenſales continuo tuis, ſeu ipſorum ſucceſſorum, ac Eccleſiæ Piſanæ prædictæ ſervitiis in tuis, vel ejuſdem ſucceſſorum, & ipſius Eccleſiæ continuis ſumptibus, expenſis, & veſtibus inſiſtentes, quos nunc habes, & quos in futurum, fraudibus, & dolis ceſſantibus ad ſervitia prædicta, tu, vel iidem ſucceſſores receperitis uſque ad numerum quinquaginta famulorum laicorum, ab omnibus, & ſingulis civitatis Piſanæ, & quorumcumque aliorum perſonalibus oneribus collectis, datiis, præſtantiis, angariis, perangariis, & exactionibus quibuſcunque, ac omni juriſdictione, & poteſtate quamdiu ſervitiis prædictis, ſicut dictum eſt, extiterint, eximimus, & tibi, & eiſdem ſucceſſoribus juriſdictionem, & poteſtatem prædictas ſuper ipſos familiares per tempus ſervitiorum hujuſmodi committimus per præſentes. Volumus tamen, quod neminem ad hujuſmodi famulatum tu, vel iidem ſucceſſores intentione ipſum*

a ju-

Digitized by Google

juriſdictione ſecnlari eximendi, aut aliter malitioſe, ſed ſolum conſideratione ſui perſonalis ſervitii recipere valeatic, quod ſi ſecus factum fuerit, nos id decernimus irritum, & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtra confirmationis, donationis, conceſſionis, & exemptionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem id attentare præſumpſerit, indignationem noſtram, & pœnam quingentarum librarum auri pro medietate Cameræ noſtra, & pro medietate eidem Eccleſiæ Piſanæ perſolvendam ſe noverit incurſurum.

A

Hujus autem rei teſtes ſunt
Venerabiles fratres Nicolaus Botentinus, &
Bonifacius Epiſcopi, &
Spectabiles viri Amedeus Sabaudia.
Comes Manfredus de Claramonte,
Comes de Meach,
Vvernherus comes de Hemberch.
Henricus de Flandria mariſcalcus noſter.

Et quamplures alii nobiles, & Barones. In cujus rei teſtimonium præſentes literas exinde conſcribi, & Majeſtatis noſtræ bulla aurea juſſimus communiri. B

Datum Piſis decimo quarto Kalendas Junii, indictione undecima, anno Domini milleſimo treceteſimo tertio decimo, regni noſtri anno quinto, Imperii vero primo.

Et ego frater Henricus Tridentinus Epiſcopus ſacra Imperialis aulæ cancellarius vice domini Henrici Colonien. Archiepiſcopi per Italiam Archicancellarii recognovi.

Piſanæ Eecleſiæ felicia ſub tanto Pontifiee in ea tempora paulo ante incidere, quibus Henrieus VII. florentiſſimo ſuccinctus exercitu, ex delibato Germanicæ nobilitatis flore collecto, ſuperatis Alpibus, diffuſoque ſui per Italiam terrore, Romam advolavit, ut ſolemni pompa a Cardinalibus legatis, quibus a Clemente V. id muneris impoſitum erat, imperiali diademate eingeretur: quo peracto ritu, Roberti Regis utriuſque Sieiliæ, eui Florentini, aliique Guelphi fortiſſimo fœdere ſeſe eoniunxerant, armis eompulſus recedere, ac in Tuſciam recluſus, C Piſanorum fultus potentia, Ghibellinorumque fretus auxiliis Florentinos Guelpharum partium principes perdomare meditatus, Florentinorum opera, apud Boneonventum agri Senenſis oppidum veneno extinctus. Ab Odone Archiepiſcopo duobus poſt annis Piſas exanime corpus delatum, juxta fores Metropolitanæ Eccleſiæ conſuetis honoribus elatum, in nobili marmoreo tumulo conditum, atque hoc epitaphio Piſanæ reipublicæ juſſu inſignitum.


Hoc in Sarcophago non quidem ſpernendo,
Henrico olim Lucemburgenſis Comitis, &
poſt hac ſeptimi ejus nominis Romanorum Imperatoris oſſa continentur, qua ſecundo poſt
ejus fatum anno videlicet M.CCC.XV.
Die vero xxv. Sextil. Piſas translata
ſummo cum honore fuere, hoc in Fano ad
hanc uſque diem collocata permanſere. Quid-
quid ſatimus venit ex alto.

Hoc illi ſepulchrum, pro temporum illorum more, arte, & magnificentia magna conſtructum excitavere Piſani ad acceptorum ab eo beneficiorum memoriam conſecrandam, in quorum numero collocabant celeberrimam illam Academiam, quæ poſtea omnium artium gloria, virorumque doctiſſimorum commendatione ad majeſtatem effloruit. D

Odonem vero ingentis animi virum fuiſſe oportet, ſplendidæque familiæ alumnum: reperio enim in Florentino archivio, quod Præſtanzonem vulgo appellant in Piſanos criminalem proceſſum condidiſſe anno 1322. colligiturque inde Odonem exilio a ſuis mulctatum, Florentiæ commoratum fuiſſe, ejuſdemque domum a publica ira injectis flammis deflagraſſe, quam per id tempus Jacobus frater incolebat poſitam in platea ad ſacellum S. Petri ad curtem.

Eodem anno, ex deceſſu Arrighi ſublegit in Epiſcopum Adiacenſem in Corſica fratrem Vitalem Grachium Piſanum, ex ordine Eremitano S. Aug.

A hortatuſq; eſt per literas Gerardum Orlandinu Piſanum, Epiſcopum Alerienſem, ut Florentiæ intereſſe vellet conſecrationi dicti electi ſub Dat. Florentiæ die 22. menſ. Novemb. In monte Caſino vitam finivit anno 1 2 2 3. v. Non. Julii, ubi & conditus requieſcit. De eo Seraphinus Razius, Arnoldus Vvion lib. 2. ligni vitæ, & alii.



56. Fr. SIMON Salterellus, filius Vvidonis, nobilis Florentinus, ſed virtutibus, probitateque nobilior. Adoleſcens adhuc apud S. Mariam Novellam Florentiæ cucullo indutus Dominicanum inſtitutum diligentiſſime percoluit, eo quidem maxime tempore, cum eidem pater in ſpem futuræ ſucceſſionis pulchram, ac eximiæ nobilitatis deſpondiſſet puellam. Itaque Simon cum celeri, conſtantique fuga mundi laqueos deluſiſſet, clauſtro concluſus, ita nobiliores diſciplinas cum probitate vitæ conjunxit, ut in Theologia inſigniter lauream tulerit, pronunciatuſque ſit ſui cœnobii primum præfectus, tum & provincialis Romanus, nec multo poſt Parmæ Epiſcopus; anno vero 1323. 8. Idus Junii ſub Joanne XXII. Archiepiſcopus Piſanus, quam ille Eccleſiam ad multos annos ſumma cum laude adminiſtravit. Bavari tamen duriorem tyrannidem expertus eſt, cum enim Piſas pſeudopontificem ſecum deduxiſſet Corbarium, Simon ne cogeretur ſchiſmaticum adorare, profugit Florentiam, ideoque a Bavaro rebellis declaratus eſt, atque proſcriptus, Piſanæque Eccleſiæ Gerardus Rolandus Alerienſis Epiſcopus in locum profugi adminiſtrator admotus, ann. 1328. Hic ille eſt Alerienſis Epiſcopus, qui Romæ poſtea Bavarum regni corona inſignivit. Anno vero 1329. cum Gerardus ad Eccleſiam ſuam Alerienſem meliori conſilio reverſus fuiſſet, Nicolaus pſeudopontifex ira cenſente Bavaro, quemdam Joannem Lanfranchum in Piſanam Eccleſiam irruſit. Cæterum cum deinde Corbarius coniectus fuiſſet in carcerem, Simon ad Eccleſiam ſuam rediit anno 1334. ibidemque eximiæ pietatis operibus clarus, cumulatuſque meritis quievit in Domino octuagenarius anno 1342. die 24. menſis Septembris. Tumulatuſque eſt non ſine lachrymis populi Piſani apud ſuos Dominicanos in marmoreo ſepulchro, quod cum ejuſdem ſtemmatibus gentilitiis, hoceſt cum cruce, quæ tribus montibus inſidet, adhuc ſpectatur. Simon autem inter Inſtituti Dominicani beatos a ſcriptoribus numeratur. Ejus vitam ſcripſit Joann. Caroli, fr. Leander Albertus de viris illuſtribus S. Dominici, Razius, & alii, de quo etiam chronic. cœnobii S. Mariæ Novellæ c. 34. inter cætera hæc habet. LVII.

Dum fr. Paganus Adimarius prior, templo erigendo intenderet, multos nobiliſſimos cives recepit ad ordinem, quos inter alios recepit juvenem quendam Guidonis Salterelli filium, quem fratrem Symonem vocavit. Hic cum eſſet admodum dives, & unicus patri, & jam vigeſimum ageret annum, nobilem quandam puellam per verba (ut dicitur) de præſenti jam deſponſaverat. Sed ſuperno lumine illuſtratus, tanquam alter Alexius patre, ſponſa, ac ampliſ-

ſimis

ſimis facultatibus Chriſti amore relictis ad noſtrum ſecenobium contulit anno 1281. Cumque optima eſſet indole præditus, probitate, ac ſapientia in eum virum evaſit, quod primo cœnobii hujus præpoſitus, deinde totius Dominicani ordinis in Romana curia fuerit factus procurator; in quo ſane munere tantum conſilio, prudentia, ac probitate valuit apud Joannem Vigeſimumtertium Caturcenſem, quod ad Parmenſem Epiſcopatum illum promoverit. Sed viri meritis dietim creſcentibus, majorique magiſtratu dignum illum clamantibus ab eodem Pontifice poſt ſenentium Archiepiſcopus Piſanus, Corſicæ, Sardiniæque primas, comeſque Palatinus efficitur. Digniorem itaque dignitatem adeptus templum hoc bonis organis decoravit, quorum una ſupra portam, altera contra ſacrarium poſuit, quatenus eorum ſuavitate illectus populus, huc numeroſior conveniret. Quaſdam inſuper argenteas cruces in ſacrario collocavit, & ſingulis Romanæ provinciæ templis argenteum calicem pro ſua donavit magnificentia. Aedificavit campanariam turrim, campanaſque dulciſſimi ſonitus in eam evexit, & in magno clauſtro prope ſancti Nicolai ædem quaſdam extruxit, ſeu inſtauravit teſtudines, uti gravior illa in angulo erecta, ac Salterelliæ domus decorata inſigni teſtatur columna. Contra eam . . ſibi fabricatus eſt domicilium, ne cui de fratribus eſſet incommodo, ſi quando Piſis adveniret Florentiam. Ad montem Lupum ſub ſancti Nicolai invocatione quoddam hoſpitium coadidit, cui etiam largos aſſignavit proventus, cum ad commodam fratrum receptionem, tum ad pauperum eleemoſynarum ſubventionem. hunc locum multos incoluit annos quidam fr Nicolaus a monte Lupo, qui agros et quoſdam adjunxit, qui cum multa veneratione D Catharinam virginem, & martyrem eſſet colere ſolitus, petiit, atque obtinuit, quod annua ejus virginis dies in ea ſancti Nicolai æde quotannis feſtive celebraretur, ſicut & continue fit. Fr. Symon autem hujus hoſpitii conditor, ubi Piſanæ Eccleſiæ ſexdecim annos præfuiſſet, in lethalem incidit ægritudinem, qua ad extrema brevi deductus poſt devotam ſacramentorum receptionem, octuogenarius è vita deceſſit die 24 Septembris anno 1342. Corpus ejus in Eccleſia ſanctæ Catharinæ virginis, & martyris, quam Piſis Dominicani tenent, honorifica pompa ſepultum fuit.

Ad Simonem Archiepiſcopum, ejuſque ſuffraganeos ſequentes litteras ſcripſit Joannes XXII. dum pro recuperatione Terræ ſanctæ expeditionem moliretur, cui Philippum Gallorum Regem præfecerat; quamvis nulla re magna geſta, ea expeditio tum ob Pontificis obitum, tum ob emergentes inter Gallorum Angliaque Reges ſimultates evanuerit. Nec Simon Archiepiſcopus obiicientibus ſe iis difficultatum repagulis deſpondit animos, ſed tum opes, tum milites cogit, ut ſuſceptum opus, quod ad æternitati Piſanorum gloriam conſecrandam, majorumque decus illuſtrandum ſucceſſurum videbatur, ad optatum finem perducere niteretur. Suſpexere enim ſemper Romani Pontifices Piſanorum, ipſorumque Archipræſulum virtutem, qua ſæpius ad elidendos Saracenos in Oriente feliciſſime uſi fuere: nec minus illi promptis animis ad ſacra Imperia exarſere, comparatiſque numeroſiſſimis claſſibus, florentiſſimis exercitibus inſtructis, Hieroſolymitanis Regibus laborantibus, non ſemel ſuppetias tulere. Sed tandem aucta infidelium potentia, depulſiſque Chriſti fidelibus, eandem cum cæteris aleam Piſani ſubjere; pluribuſque locis, quæ obtinebant, ædibus, ac templis in diverſis maritimis Orientis Emporiis exuti fuere. Quæ Joannes Pontifex dum recoleret ad Simonem Archiepiſcopum ad ſuppetias ferendas, literas, ut diximus, ſequentes exaravit, quas nos in Vaticano tabulario reperimus, & in lucem cenſuimus collocandas.

JOANNES EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Piſano, ejuſque ſuffraganeis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad commemorandum recentius cunctorum fidelium mentibus, quomodo Salvator noſter Unigenitus Dei Filius Jeſus Chriſtus in Terra ſancta ſuo purpurata ſanguine ſalutem humani generis dignatus eſt miſericorditer operari, necnon qualiter ipſe poſt contumelias, flagella varia, ſpinas, & ſputa, languoreſque ineffabiles innocens ſine cauſa damnatus, ſaturatus opprobriis, clavis affixus, aceto, ac felle potatus, ac foſſus lancea in crucis patibulo pro redemptione noſtra tam diræ mortis ſubiit paſſionem, ſic minam Redemptor ipſe ſuo lumine in eiſdem fidelibus oculos hominis interioris illuſtret, quod zelus eorum ad ſubveniendum ipſius Terræ calamitatibus, & ſtatui, proh dolor: miſerabili accendatur, ut ignis concaleſcant corda, & inflammetur affectus, ac prompta operis executio commendet effectum. Si enim ipſi fideles præmiſſa, & alia innumerabilia ipſius Redemptoris beneficia in dicta Terra ſancta humano impenſa generi, necnon quam opprobrioſe ſpurcidi Agareni perfidi hoſtes Chriſti, dum Terram ſanctam funiculum hæreditatis Dominicæ ab eis tam longo tempore occupatam ipſorum nefandis actibus continue dehoneſtant, & polluunt in injuriam, & blaſphemiam nominis Chriſtiani, frequenter infra clauſtra pectoris attenta meditatione revolverint, & qua decet attentione penſarint, quem de eiſdem fidelibus non pudebit nota ingratitudinis argui, vel potius quodammodo de infidelitate notari, ſi creatori proprio tam benefico Domino ad recuperationem hæreditatis ſuæ Terræ prædictæ potenter, & viriliter non aſſurgant? Quis quoque fidelium prædictorum pia compaſſione non movebitur ad relevandas ab olim continuatas, & jugiter, quod dolenter referimus, augmentatas ejuſdem Terræ ſanctæ contumelias, & preſſuras, quas Terra ipſa coinquinatorum pedibus tanto tempore conculcata cunctis fidelibus clamoribus validis, & voce gemebunda lamentationis exponitur. Præmiſſis itaque chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Francorum illuſtris, velut Chriſtianiſſimus princeps claræ memoriæ Chriſtianiſſimorum Regum Francorum anteceſſorum ſuorum, qui charitatis, & devotionis fervore ſuccenſi tanquam fideles pugiles, & Chriſti athletæ conſtantiſſimi Terræ ſanctæ negotium per retroacta jam tempora cordi ſpecialiter habuerunt, illudque fuerunt ferventer, & favorabiliter proſecuti, veſtigia imitando, debita conſideratione diſcuſſis, volens eidem Redemptori noſtro, qui eum ſublimavit in Regem, per debitum obſequium in hoc ſeculo gratitudinem exhibere, ac ſe ſibi reddere acceptabilem in excelſis, cunctiſque fidelibus ad dictæ Terræ ſuccurſum exemplum præbere, ac viam etiam præparare, necnon ſummum deſiderium, quod a longo tempore habuit, etiam priuſquam Orthodoxi regni Franciæ gubernacula ſuſcepiſſet, ſubveniendi calamitatibus, & miſeriis d. Terræ, ac in ejus ſubſidium transfretandi cupiens deducere in effectum, per ſuos ſolemnes procuratores, & nuncios ad ſedem Apoſtolicam pluries deſtinatos ſolitis, & continuis inſtantiis nobis fecit humiliter ſupplicari, quod pro pleniori dictæ Terræ ſuccurſu paſſagium generale indicere, ac pro illo celebrius, & utilius peragendo verbum Crucis cunctis Chriſti fidelibus cum indulgentiis conſuetis prædicari mandare, ejuſque paſſagii, & totius exercitus Chriſtiani, qui in illo inſpirante Domino tranſfretabitur, præfatum Regem generalem rectorem, & capitaneum conſtituere, ac pro hujuſmodi faciendo paſſagio certa concedere ſubſidia dignaremur. Nos itaque ſanctam intentionem ejuſdem Regis, & ferventem compaſſionis affectum, quem ad ſtatum, proh dolor! miſerabilem dictæ Terræ habere dignoſcitur, multipliciter in Domino commendantes, necnon gaudentes, & exultantes in eo, ſibique laudes, & gratias humiliter exhibentes, quia dignatus eſt tam pium, tamque ſalubre propoſitum regalibus præcordiis inſpirare. Cupientes quoque ut hujuſmodi ſanctum negotium, Deo, cujus agitur cauſa, faveate, felicibus proſperetur eventibus, & votivis proficiat incrementis, ſuper his per nos cum noſtris fratribus matura, & diligenti deliberatione præhabita ipſius Regis piis, & ſanctis annuentes affectibus, & ſupplicationibus inclinati, ad honorem omnipotentis Dei, exaltationem, & dilatationem Catholicæ fidei, cunctorum fidelium animarum profectum, liberationem præfatæ Terræ, ac exterminium hoſtium prædictorum, eiſdem nunciis, & procuratoribus, necnon prælatorum in curia Romana exi-

ſten-

A ſtentium, & aliorum fidelium multitudine copioſa præſentibus auctoritate Apoſtolica de dictorum fratrum conſilio paſſagium generale ad Terram ipſam indiximus, ac præfatum Regem ipſius, & totius exercitus Chriſtiani, qui transfretabit in illo, rectorem conſtituimus, & capitaneum generalem. Et nihilominus per univerſas mundi partes decimam eccleſiaſticorum redituum impoſuimus ſexennalem colligendam ſub certis modis, & formis, ac in utilitatem dicti paſſagii Terræ prædictæ ſubſidium, & alias contra infideles, ac inimicos fidei convertendam, nec quædam alia ſubſidia pro ipſo paſſagio fieri per alias noſtras litteras ordinavimus, & levari, quæ in eiſdem noſtris litteris plene, & particulariter exprimuntur, dictique procuratores, & nuncii Regis ejuſdem ad hoc per ipſius patentes litteras coram nobis, & fratribus noſtris per ipſos exhibitas ad hoc ſufficiens, & ſpeciale mandatum habentes pro Rege ipſo, ac ejus nomine in noſtra fratrum noſtrorum, & aliorum prædictorum præſentia ipſum paſſagium per nos, ut præfertur, interdictum il-
B lico aſſumpſerunt, & capitaneatum, & rectoriam illius, & dicti exercitus acceptaverunt, & in animam dicti Regis, prout poterant, ex eodem mandato tactis ſacroſanctis evangeliis, juraverunt, quod ipſe Rex in Kalendis Auguſti, quæ erunt anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſexto, quas tam eidem Regi, quam cæteris crucesignatis, & crucesignandis pro termino ad transfretandum in dicto paſſagio duximus aſſignandas, iter arripiet dicti paſſagii, illudque deinde proſequetur realiter, & perſonaliter juſto, ac legitimo impedimento ceſſante, ſub certis tamen conditionibus, modis, & formis in aliis noſtris literis inde confectis ſerioſius annotatis. Et quia nemini venit in dubium decimam, & alia ſubſidia memorata ad tanti proſecutionem negotii non ſufficere, ipſumque negocium longe majoris ſubventionis beneficio indigere, ac ad illud coadjuvandum cunctorum fidelium grata ſubſidia exiſtere opportuna, fideles eoſdem ad hoc quibuſdam ſpiritualibus munificentiis, indulgentiis videlicet, & remiſſionibus providimus invitandos. Quocir-
C ca fraternitati veſtræ de dictorum fratrum conſilio per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, vos nihilominus obſecrantes per aſperſionem pretioſi ſanguinis Jeſu Chriſti, quatenus commemorantes ante ſtatum lugubrem dictæ Terræ, ac proinde conſiderantes, quod cum fidelium ſuorum regiminis nos velut in ſollicitudinis partem aſſumptos præfecerit Dominus ad promotionem hujuſmodi ſancti negotii plus cæteris tenemini ex officio paſtorali tanquam præcones fideles, & fortes athletæ fidei contra præd. perfides hoſtes Chriſti ſinguli vid. veſtrum in ſingulis veſtris civitatibus, & diœceſib. contra prædictos blaſphemos Chriſtiani nominis per vos, & alias perſonas eccleſiaſticas, ſeculares, & regulares ordinum quorumcumque, quas ad hoc idoneas fore noveritis cunctis Chriſti fidelibus juxta datam vobis, & eis a Deo prudentiam proponatis publice verbum Crucis, & venerabile ſignum ejus quibuſvis fidelibus, illud ſuſcipere devote volentibus, quos ad hoc utiles fore credideritis concedatis, ipſorumque humeris imponatis fideles eoſdem, quos ad audiendum
D propoſitionem ipſam, quoties expedierit ad loca idonea convocare poſſitis ſollicitis exhortationibus, & opportunis inſtantiis inducentes, ut ſuſcipientes cum reverentia ſignum crucis, ipſamque ſuis cordibus imprimentes contra hoſtium prædictorum perfidiam, & ad ejuſdem Terræ ſanctæ ſuccurſum aſſurgant viriliter, ac negocium ipſum magis viriliter, & ferventius proſequantur. Porro, quia dignus eſt operarius mercede ſua, ſinguli veſtrum, & eorum quos ad prædicationem crucis, ut dictum, eſt duxeritis aſſumendos in hoc divino fideliter laborantibus opere, præter mercedem æternam, quam merito ſperare poteſtis, quotieſcunque populis ad hoc ſpecialiter convocatis propoſueritis verbum Crucis, unius anni, & quadraginta dierum, necnon fidelibus ipſis, qui ad verbum hujuſmodi audiendum devote convenerint, centum dierum vere tamen pœnitentibus, & confeſſis indulgentiam elargimur. Volumus autem, quod omnes, qui ſignum crucis hujuſmodi hactenus in dicto Terræ ſancto ſubſidium receperunt

A auctoritate Apoſtolica moneatis, & inducatis attente, ac nihilominus ſi opus fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam compellatis, ut illud ſi forte dimiſerint reſumentes alacriter votum Domino reddere ſtudeant, quod voverunt dictæ Terræ ſubveniendo cum efficacia ut tenentur, & ut cuncti fideles tanto libentius, & efficacius promiſſa exercere ſtudeant, quanto ex ſuis laboribus potiorem gratiam ſe noverint percepturos. Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ac illa, quam nobis Deus licet immeritis ligandi, atque ſolvendi contulit poteſtate, omnibus Chriſti fidelibus, dicto Rege hujuſmodi paſſagium perſonaliter proſequente in ejuſdem Terræ ſanctæ ſuccurſum ad recuperationem ejuſdem laborem ipſum in perſonis propriis ſubierint, & expenſis, plenam ſuorum peccaminum, de quibus fuerint veraciter corde contriti, & ore confeſſi, veniam indulgemus, & in retributione juſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem, qui licet in alienis expenſis, in pro-
B priis tamen illuc perſonis acceſſerunt, & illis ſimiliter, qui juxta qualitatem, & facultatem ſuam idoneos ex penſis propriis deſtinabunt, quamvis perſonaliter ipſi non vadant, plenam concedimus ſuorum veniam peccatorum, pœnitentias quoque omiſſas, vel recte non factas per aliquos ex prædictis niſi peregrinationem aliam, aut aliquod pium opus, vel reſtitutionem, ſeu aliquam realem præſtationem, aut erogationem concernerent eiſdem miſericorditer remittentes omnibus ipſis concedimus . . . confeſſionem generalem peccatorum, de quibus memoriam non habuerint, quæ tamen ſi de illis in ſpeciali recolerent, confiterentur libenter, indulgentiam plenam obtineant taliter confitentes, ita tamen, quod ſi poſtmodum ad eorum memoriam hujuſmodi peccata redierint, illa confiteri ſpecialiter teneantur. Eos præterea, qui licet non juxta qualitatem, & facultatem ſuam, aliquem tamen, vel aliquos, ut præmittitur in ſubſidium dictæ Terræ propriis ſumptibus deſtinaverint, vel de ſuis temporalibus bonis contribuerint ad aliquos deſtinandos, & illos, qui ad ſubven-
C tionem ipſius Terræ de bonis eiſdem congrue miniſtrabunt, prout ſingulis fuerit divinitus inſpiratum, necnon conſiliarios Teſtatorum, qui teſtatores eoſdem ad ſubveniendum dictæ Terræ cum efficacia hortabuntur, & qui pro hujuſmodi ſancto paſſagio laborabunt, vel hactenus laborarunt, & alias ad promotionem hujuſmodi negocii conſilium, & auxilium impenderunt, ſeu impenderint opportunum juxta qualitatem ſubſidii, & devotionis affectum, & menſuram laboris participes eſſe volumus indulgentiæ memoratæ. Cæterum deſiderantes hujuſmodi ſanctum negocium votivo, & felici exitu conſummari, ne fideles Chriſti, qui habent propoſitum in iſto paſſagio transfretandi timentes forſitan ex aſſumptione Crucis, vel emiſſionem voti hujuſmodi hæredes eorum, ſi eos præmori contingeret, ad iſtum paſſagium obligari, ex hoc ab hujuſmodi ſancto propoſito retrahantur in majorem favorem ipſius paſſagii, quantum condicere poſſumus de præſenti auctoritate concedimus ſupradicta, quod ſi aliqui prætextu paſſagii ſæpefati vovendo, vel crucem ſumendo intellexerint, vel
D voluerint hæredes ſuos, ex hoc nullatenus expreſſe, vel tacite obligari, & infra dimidium annum a voto, vel aſſumptione hujuſmodi numerandum coram diœceſanis ſuis, vel aliis deputandis ab eis intentionem, ſeu voluntatem ſuam hujuſmodi declaraverit, & per eos non ſteterit, quominus transfretando compleverint votum ſuum, nec hæredes eorum, nec bona in aliquo ſint, vel remaneant obligati, niſi forſan ipſi crucesignati, vel voventes aliquid pro paſſagio hujuſmodi dum viverent recepiſſent, quo caſu ad hoc reſtituendum ſint, & remaneant, niſi obſiſtat aliud obligati, verum ad illos, qui jam crucem aſſumpſerunt, vel qui quoviſmodo ad crucem ſumendam, ſeu alias ad transfretandum in dictæ Terræ ſanctæ ſubſidium jam obligati exiſtunt, præcedentem conceſſionem extendi nolumus, ſed in ipſis ſtatuta canonica obſervari, non tamen noſtræ intentionis exiſtit, quod ex his, quæ in præcedenti clauſula proxima continentur aliquis in pluſquam antea tenebatur quomodolibet obligetur. Vobis quoque, & ſingulis ve-

ſtrum,

ſtrum, necnon & illis, quos ad prædicationem Crucis hujuſmodi aſſumetis, mandamus, quod antequam crucem concedatis eandem cunctis illam recipere volentibus in veſtris prædicationibus exponatis, ut infra prædictum dimidium annum intentionem ſuam de non obligando heredes eorum, ſi eam talem habuerint coram diœceſanis prædictis, vel deputandis ab eis debeant declarare. Quod ſi infra dictum dimidium annum intentionem ſuam hujuſmodi non duxerint taliter declarandam, heredes eorum ad executionem dictorum aſſumptionis, & voti remanere decernimus obligatos. Rurſus illos, qui crucem aſſumpſerint, vel aſſument, aut votum de transfretando in iſto paſſagio emiſerint, vel emittent, ſi moriantur antequam iter arripiant, dum tamen pro ſubſidio dicti paſſagii tantum dimiſerint, quantum expenſuri fuiſſent ſecundum ſui ſtatus decentiam, eundo, morando, & redeundo per annum, ſi perſonaliter transfretaſſent, & quantitatem hujuſmodi in vita eorum, juxta ſuas declaraverint conſcientias, quas ſuper hoc oneramus, necnon & eos, qui poſt aſſumptionem, ſeu votum hujuſmodi declaraverint plenam indulgentiam obtinere ſe velle, ac dare in dictæ Terræ ſubſidium, ſi eos contingeret præmori, quantum eſſent per annum eundo perſonaliter, ut de aliis præmittitur expenſuri, etiam ſi quantitatem eandem viventes non declaraverint, quo caſu quantitas ipſa per legatum ſedis Apoſtolicæ, vel taliter decedentium ordinarios debeant declarari plene conſequi volumus indulgentiam memoratam, retenta nihilominus ſedis Apoſtolicæ poteſtate, quod facultatem declarandi quantitatem prædictam poſſit aliis committere, vel transferre in alios, ſi hoc viderit expedire. Volumus inſuper, quod illi ex cruce ſignatis, ſeu voventibus ſupradictis, quod de intentione ſua non obligandi, ut præfertur, heredes declaratione non facta intra dictum dimidium annum poſtea mori contigerit, plenam indulgentiam conſequantur, heredes tamen ipſorum, & bona ad quantitatem, quam illi ſi transfretaſſent, fuiſſent per annum, ut de aliis prædicitur expenſuri convertendi in dictæ Terræ ſubſidium remaneant obligata. Si autem aliqui ex cruceſignatis, ſeu voventibus memoratis infra dimidium annum præfatum priuſquam declaraverint ſe velle plenam indulgentiam obtinere, ac dare pro dicto paſſagio quantum eſſent expenſuri per annum decedant, nullam habeant indulgentiam dictarum aſſumptionis, ſeu prætextu voti, ſed ſi forſitan aliquid dederint pro paſſagio ſæpedicto juxta quantitatem ſubſidii, & devotionis affectum ſint participes indulgentiæ memoratæ, heredibus, & bonis eorum alias in nullo remanentibus obligatis. Circa morientes vero poſt iter arreptum dicti paſſagii, & bona, quæ tempore mortis eorum habuerint, vel habere ordinaverint pro ſuo paſſagio faciendo ſic duximus ordinandum videlicet, quod in caſum, quo heredes taliter decedentium taliter remanſerint ad faciendum pro ipſis paſſagium obligati, utpote quia priuſquam taliter decedentes crucem aſſumerent transfretare tenebantur ex voto, vel quia votum eorum non fuiſſe perſonale conſtabat, ſeu quia cruceſignati hujuſmodi, vel voventes intentionem ſuam de non obligandis heredibus infra præfatum dimidium annum per modum non declaraverint ſupradictum bona hujuſmodi decedentium, de quibus per eos dum viverent, non fuerit ordinatum penes eorum heredes debeant remanere, ipſique heredes exequi teneantur vota hujuſmodi defunctorum, ita videlicet, ut vel perſonaliter juxta ſtatus ſui decentiam transfretare, vel expenſas, & ſubſidia, quæ transfretando fuiſſent facturi mortui ſi vixiſſent, mittere in ſubſidium dicti paſſagii teneantur, ipſique decedentes plene hoc caſu indulgentiam habeant ſupraſcriptam. In caſibus quoque, in quibus heredes poſt arreptum iter dicti paſſagii decedentium ad dictam proſecutionē ipſius non remanſerunt obligati, concedimus, quod decedentes hujuſmodi plenam indulgentiam conſequantur, ſic tamen, quod omnia, quæ tempore mortis eorum habuerint, vel ſe habere ordinaverint, prout in ſuo paſſagio faciendo, & de quibus ſpecialiter in vita, vel in morte non diſpoſuerint, remaneant, & cedant in ſubſidium paſſagii antedicti. Proviſo tamen de bonis eiſdem familiaribus

A defunctorum, & eis qui cum illis transfretare debebant, & hoc de bonis hujuſmodi taliter paſſagio applicandis in perſonis locum habere volumus laicorum. De clericis autem, & perſonis eccleſiaſticis ſic morientibus ordinamus, quod poteſtas diſponendi de bonis eorum in ſubſidium dicti paſſagii ad legatum ſedis Apoſtolicæ, qui cum d. Rege in d. paſſagio transfretabit, debere pertinere rebus ad cultum divinum pertinentibus, ut ſunt cruces, calices, ac paramenta, & alia ſimilia, quæ ad Eccleſias, ad quas pertinuerunt, reſtitui volumus, dumtaxat exceptis. Verum quia dignum eſt ut cœleſtis Imperatoris obſequiis inhærentes prærogativis ſpecialibus, & libertatibus ſint muniti, univerſis, & ſingulis, qui in dicto paſſagio transfretabunt ipſo Rege illud perſonaliter proſequente auctoritate Apoſtolica concedimus, quod ipſi a tempore arrepti itineris uſque ad eorum reditum, vel obitum a collectis extraordinariis nullo jure ſcripto, vel non ſcripto debitis ſint immunes, quorum etiam perſonas, & bona poſt crucem aſſumptam ex tunc ſub beati B Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, ſtatuentes, ut ſub Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ac aliorum Prælatorum Eccleſiæ ſanctæ Dei defenſione conſiſtant propriis ad hoc protectoribus ſpecialiter nihilominus deputandis, quodque donec de ipſorum obitu, vel reditu certiſſime cognoſcatur integri ab omni violentia, & injuria permaneant, & quieti, & ſi quis contra præſumpſerit, cenſura Eccleſiaſtica compeſcatur. Si qui vero proficiſcentium illuc ad uſuras præſtandas juramento teneantur aſtricti, creditores eorum, ut remittant eis hujuſmodi juramentum, & ab uſurarum exactione deſiſtant præcipimus eadem diſtrictione compelli. Quod ſi poſt abſolutionem prædictam creditores ad ſolutionem ipſos coegerint, uſurarum creditores hujuſmodi ad reſtitutionē earum ſimili cogi animadverſione mandamus. Judæos vero ad remittendas uſuras per ſeculares compelli præcipimus poteſtates, & donec illas remiſerint ab univerſis Chriſti fidelibus per excommunicationis ſententiam eis omnino communio denegetur. Cæterum quia curſarii, & piratæ nimis impediunt ſubſi- C dium Terræ ſanctæ capiendo, & ſpoliando tranſeuntes ad eandem illam, & redeuntes ab ea, ipſos, & adjutores, & fautores eorum excommunicationis vinculo innodamus ſub interminatione anathematis inhibendo, ne quis ſcienter communicet cum eis in aliquo venditionis, vel emptionis contractu, ac injungendo rectoribus civitatum, & locorum ſuorum, ut eos ad hac inquietatione revocent, & compeſcant. Alioquin in perſonas, & terras eorum per Eccleſiarum Prælatos volumus ſeveritatem Eccleſiaſticam exerceri. Quia vero ad hoc negotium exercendum eſt permaxime neceſſarium, ut Principes, & populi Chriſtiani ad invicem aſtringantur vinculo charitatis, & pacis, injungimus Eccleſiarum Prælatis, ut diſcordantes ad veram pacem reducere ſtudeant, aut ad firmam treguam inviolabiliter obſervandam. Et qui acquieſcere forte contempſerint, per excommunicationis in perſonas, & interdicti ſententias in Terras eorum arctiſſime compellantur, niſi forte tanta fuerit inimicorum malitia, quod ipſi non debeant tali pace gaudere. Quod ſi forſan cenſuram D Eccleſiaſticam vilipendant, poterunt non immerito formidare, ne per auctoritatem Eccleſiaſticam contra eos tanquam turbatores negotii crucifixi ſecularis potentia indicatur.

Verum, quia præſentes literæ nequirent forſan propter viarum diſcrimina, vel alias veſtrum ſingulis commode præſentari, volumus, quod per te frater Archiepiſcope dictarum litterarum tranſumptum manu ſcriptum publicetur, tuoque munitum ſigillo vobis prædictis ſuffraganeis tranſmittatur, cui adhiberi volumus per vos, velut originalibus plenam fidem.

Datum Avenione 7. Kal. Auguſti, Pont. noſtri anno 17.

Cæterum ex hac item Simonis Salterella familia duo alii illuſtres Epiſcopi prodiere; alter ſcilicet Simon Epiſc. Comaclii, ac Nicolaus Epiſcopus Tergeſtinus. Hujus etiam nobiliſſimæ gentis alumnus fuit Lapus ille magnus Juriſconſultus, cujus alicubi in ſua comœdia meminit Dantes. Hodie hæc tan-

ta ſamilia quondam, propeniodum extincta eſt, cujus poſtremum ſunus, Damaſus Salterellus Monachus Ciſtercienſis, Braccii filius, in eoque inſtituto noſter ſocius haud pœnitendo fine deducet; quippe qui cæteris virtutibus, quæ ingenuum Monachum decent, illuſtrem picturæ artem, ad quam ſuopte ducebatur ingenio, cum laude conjunxit. Ab exceſſu Simonis, Piſanus clerus, Marcum Roncionum Archiepiſcopum Piſanum dixit, ſed irrito omnino effectu, ſiquidem Clemens VI. haud ratam habuit electionem, electumque ad Urbinatem promovit Eccleſiam. Verum dum ille ad deſtinatum ſibi Epiſcopatum proficiſceretur, abſorptus flumine, quod ſiniſtro ſidere fuerat tranſuadare conatus, utroque throno caruit, inſigne poſteritati documentum, nil tam certum eſſe, quod incerti, inſortunatique noſtræ mortalitatis caſus non abrumpant, & rapiant. Temporibus autem Simonis Salterelli, e vivis ſublatus eſt B. Petrus Gambacurta Piſanus, ordinis S. Hieronymi ſive ſundator, ſive reſtaurator, anno 1340 (r).

LVIII 57. DINUS a è Radicoſano, * filius Ponæ filii Schiattæ, filii Jacobini de Vicecomitibus, Domini Radicoſani, ut nos monuit nobilis vir Beliſarius Bulgarinus, Senenſis Patritius, ex ſchedis Senenſis tabularii, Hetruſcæ ditionis oppido Januenſis antea Archiepiſcopus ad Piſanam Eccleſiam translatus eſt anno 1342. die 29. menſis Octobris. Deceſſit autem 1349. Hunc Dinum (quem Celſus Cittadinus Senenſis antiquarius, aliique periti è Dina familia fuiſſe, quæ nunc Piſis Troncia vocatur è Radicoſano a Dini Archipræſulis quondam nepote illic translata, & inter nobiles recenſetur, ſuis in monumentis ſcriptum reliquerunt) alterius illius è Radicoſano Dini arbitror fuiſſe conſanguineum, qui Cluniacenſem Abbatem ad delicatiores cibos jam nauſeantem, ideoque acrioris appetitus acquirendi gratia, ad Caſſiana balnea properantem, faba, fruſtuliſque aridi panis cum aqua ad moderationem ciborum appetentiam lepido ſane commento traduxit. Memorabile factum in ſuas fabularum decades retulit Joannes Boccaccius, ſerio poſteritatem docturus, nihil æque appetitum acuere ad cibum, quam ſobrietatem. Ad hunc Epiſcopum Clemens Pontifex literas dedit, in quibus Bernardum Sagonenſem Epiſcopum Piſani ſuffraganeum maxime commendatum volebat, anno 1346. Fato conceſſit anno 1349 b. apud ſuos conditus eſt.

a De eo Ugurgerius in Pompis Senen. t. 5.
Mandoſ.
* Ex App. tom. 5.
b 1328. Troncius.



LIX. 58. JOANNES Scherlattus Piſanus, cum eſſet electus Coronenſis, & in Diaconatus ordine conſtitutus, atque ad Conſtantinum Regem Armeniæ una cum Antonio Epiſcopo Cajetano legatus, ad Piſanam Eccleſiam translatus eſt anno 1349 c. 8. Kalendas Julii, ex regeſto Vatic. ep. 180. fol. 110.

c 1348. ut ex electionis bulla, quæ ſervatur in Archivio Archiep. Piſano atque 8. Kal. Julii 1349. Pallium à Pontifice accepit. Tronciu.

A

C L E M E N S   E P I S C O P U S
ſervus ſervorum Dei.
Venerabili fratri Joanni Archiepiſcopo Piſano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum nuper te tunc Coronen. electum a vinculo, quo tenebaris, Eccleſiæ Coronen. cujus regimini præſidebas, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, ad Eccleſiam Piſanam tunc vacantem duxerimus transferendum, præficientes te illi in Archiepiſcopum, & paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Piſanæ Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, liberam tibi dando licentiam ad prædictam Piſanam Eccleſiam transfrundi, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur, ac deinde tibi fecerimus per venerabilem fratrem noſtrum Bernardum Epiſcopum Portuen. apud ſedem Apoſtolicam manus conſecrationis impendi, & ſubſequenter cum pallium inſigne plenitudinis videlicet Pontificalis officii pro parte ſua fuiſſet a nobis cum ea, qua decuit inſtantia poſtulatum.

B

Nos hujuſmodi ſupplicationibus annuentes pallium ipſum de corpore beati Petri ſumptum per dilectos filios noſtros Gallardum S. Luciæ in Silice, & Bernardum S. Euſtachii diaconos Cardinales tibi fecimus aſſignari, ut illo infra Eccleſiam tuam illis duntaxat diebus utaris, qui expreſſi in ipſius Eccleſiæ Piſanæ privilegiis continentur, recepto per eos a te poſtmodum noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ juramento. Ut igitur ſignum non diſcrepet a ſignato, ſed quod geris exterius, intus ſerves in mente, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Apoſtolicæ ſedis beneplacitis te conformans, ad prædictam Eccleſiam Piſanam, cum noſtræ benedictionis gratia te perſonaliter conferens, humilitatem, & juſtitiam obſervare ſtudeas, quæ ſuum ſervant, & promovent ſectatorem, ſic te in prædictæ adminiſtratione Eccleſiæ diligenter, & ſollicite habiturus, quod Eccleſia ipſa utili adminiſtratori, & provido non immerito gaudeat ſe commiſſam, ac famæ laudabilis tuæ odor ex tuis probabilibus actibus latius diffundatur, & præter retributionis æternæ præmium, noſtræ benevolentiæ gratiam, & favorem exinde uberius conſequaris.

C

Datum Avenion. 8. Kal. Jul. Pontificatus noſtri anno octavo.

Piſis è vivis exceſſit Joannes an. 1363. atque apud ſacrarium Metropolitanæ cum hoc epitaphio tumulatus in marmoreo ſepulchro.

SEP. JOANNIS SCARLATTI
C. PISA. ARCHIEP.
OBIIT ANNO DOMINI
M. CCC. LXIII.

D




59. FRANCISCUS d Piſanus, quem aliqui è Puccia nobili Piſana familia fuiſſe tradunt, Metropolitanæ Canonicus, patriæ Archiepiſcopus electus eſt anno 1363. cum in minoribus tantum ordinibus conſtitutus eſſet. Ei Urbanus V. an. 1370. poteſtatem fecit in Orientem ad ſancta loca cum duodecim tantum ſociis peregrinandi, nec de eo alia memoria extat: quippe qui in longiori itinere potuit obiiſſe

d Hic idem cum ſequenti.

(r) Non obiit B. Petrus temporibus Simonis Saltarelli anno 1340. ſed integro ferme ſeculo poſt, ſcilicet anno 1435. Vide Acta SS. Junii tom. 1 pag. 551. & ſeqq. ubi de eo fuſe agitur.

obiiſſe eodem anno, cum ejus ſucceſſor repetiatur an. 1371. in Piſanis tabulis.

Quamquam ego non mediocrem operam, diligentiamque adhibuerim, nunquam reperire potui, an hic Franciſcus, quem de Pucciis vocant, alter ab illo Franciſco ſucceſſore fuerit, qui è Maricottis traxit originem, dignitate Cardinalitia efloruit: in obligationum, Prælatorumq; promotionum codicibus nulla alia, quam unius Franciſci mentio fit, qui ab Urbano V. quamquam annis impar tantæ dignitati, ad Piſanam Eccleſiam adminiſtrandam admotus eſt, nec illius, alteriuſque alia meotio reperitur; quod ſane mihi opinionem injecit, unum tantummodo Franciſcum nomine, illumque Maricottorum proſapia oriundum fuiſſe, cum certiſſimum videatur illius electionem anno 1371. ſi ab eo Franciſco Puccio alter foret, monumentis commendatam repertum iri: tandem poſt ancipites cogitationum æſtus, in eam opinionem illum Puccium gratis adjectum, ac unicum Franciſcum Moricottum, Urbanique VI. ex ſorore nepotem iis temporibus viguiſſe. Cæterum cuilibet quid in ea re ſentire velit, liberum relinquimus, eumque Archiepiſcoporum nomina in tabulas referrem, duos Franciſci nomine aſſignatos appoſui, quamquam me ea imbuerit opinio, unum tantummodo Franciſcum Moricottum gerendæ adminiſtrandæque Piſanæ Eccleſiæ præfectum fuiſſe, atque illius clavum ab an. 1363. ad 1380. tenuiſſe. Scutum Pucciæ Piſanæ familiæ tribus rubeis circulis in area argentea exornatur.




LX. 60. FRANCISCUS Moricottus de Vico Piſanus, Urbani VI. ex ſorore nepos, ex primicerio ſublectus fuit Archiepiſcopus Piſanus anno 1363. atque * ab avunculo vocatus ad purpuram ad titulum S. Euſebii an. 1378. inde S. Romanæ Eccleſiæ Cancellarius, poſtea Epiſcopus Card. Præneſtinus, tum & totius Campaniæ legatus. Eumdem avunculus Pontifex individuum, perpetuumque comitem itinerum habuit, Patrimonium S. Petri fideliſſime adminiſtravit. Deceſſit Aſſiſii 8. Idus Febr. anno 1394. a nativitate, more vero Piſano 1395. ejuſque cadaver Piſas delatum, in marmoreum ſepulchrum apud ſacrarium in Metropolitanam intulerunt, ubi adhuc à prætereuntibus hæc inſcriptio lectitatur.

* In App. tom. 3.

Sep. Franciſci Moricotti Piſani Card. S. R. E. Vicecancellarii Patria Archiepiſcopi obiit anno Domini M. CCC. XCV.

LXI. 61. BARNABAS è Marchionibus Maleſpinis, Epiſcopus Adrienſis, & Peonenſis, ex ceſſione Cardinalis Franciſci, ſublectus eſt Archiepiſcopus Piſanus anno 1378. Piſas primo ſolemni ritu ingreſſus die 12. Aprilis anno 1381. ubi omnium mœrore 7. Novembris ejuſdem anni defunctus eſt, & in Metropolitana ſepultus hoc habuit epitaphium.

Ex nobilibus de Foſdenovo venerabilis olim Canonicus primus Sarzanæ, poſtque Eccleſiæ Antiſtes Adrienſis ſedis, & idem Pennenſis miniſter, & tandem Piſanæ Archiepiſcopus. Is pater, & dominus ingens fuit Bernabas incluſus tumulo qui pauſat, quique in eodem Archiepiſcopatu deceſſit M.CCC.LXXXI.



Inter Præſules hujus familiæ recenſentur Aragonius Bernabonis propior affinis Archiepiſcopus Brundiſinus, mox Hydruntinus ſub Martino V. defunctus, Gherardinus, Barnabas, & Gabriel Lunenſes, Horatius Albingaunenſis, Germanicus S. Severi, & Joannes Baptiſta Maſſanus Epiſcopi, de quibus ſuis in locis. Porro Maleſpinæ gentis hiſtoriam ſcripſit Thomas Porchacins Veronæ Typis editam, ſed ſatis jejunam. Bernabæ vero noſtri Piſani Archipræſulis ſumma cum laude meminit Anonymus in Chronica Piſana M.S. quam nobis pro ſua humanitate communicavit Carolus d'Aſte vetuſtæ nobilitatis Albingaunenſis ornatiſſimus civis, & Acernæ civitatis Baro, & in omni literarum eruditione verſatus.



62 LOTTUS Gambacurta, Gerardi filius, Petri Piſanorum tyranni nepos, ex Canonico Metropolitanæ Eccleſiæ a Capitulo die 7. Aprilis 1382. deſignatus Archiepiſcopus 21. ejuſdem menſis primum ſacrum peregit, & per urbem equitavit magnifice: annuente deinde Pontifice Urbano VI. rite Piſanus Archiepiſcopus renũciatus eſt 5. Id. Sept. an. 1382. ut habetur in Regeſto Vat. Sedit fere annos undecim, nec laudabiliter, nec bene, cum eſſet natura ferox, & ſuperbus; tandem cum cæteris ſuæ familiæ viris expulſus in gratiam Florentinorum, qui jam rerum Piſanarum potiti fuerant, ad Tarviſinam Eccleſiam translatus eſt anno 1394. de quo in 5. noſtro tomo. Hujus meminit Anonymus Piſani Chronici. Hic ille Lottus eſt, qui cum aliis Ghibellinis inita conſpiratione, Piſas revocare ad libertatem conatus eſt, ut Scipio Ammiratus in Florentinis hiſtoriis narrat. LXII.


63 JOANNES Gabrielius, Pontremulenſis, ex Epiſcopo Maſſano, & Piſanæ Eccleſiæ ſuffraganeo ſucceſſit Lotto juſſu Bonifacii IX. Pontificis Maximi, tertio Idus Septembris anno a nato Chriſto 1394. Fuit Joannes omnium ſcientiarum genere optime eruditus, ac prudentia præditus, inſignisque in Eccleſia Dei Præſul, quippe qui ab eodem LXIII

Bo-

Bonifacio in Poloniam , Lithuaniamque legatus miſſus, Regem, magnumque Magiſtrum Theutnicorum militum inter ſe diſſidentes mira dexteritateſedavit. Hic cum ſatis tranquille ſex aonis Piſanæ Eccleſiæ præfuiſſet, charus omnibus, ac præcipue reipublicæ Florentinæ, valedixit huic mortali vitæ anno milleſimn quadringenteſimo: ſepelitur in ſommo templo,de quo io Martii Mileſii claræ memoriæ amici noſtri notis ſequeos reperimus elogium, forte ad ejos tumulum io patria, nunquam, quod ſciam, editum, quod hic libeoter adſcribo.

D. O. M.

Joanni Gabrielio Pontremulenſi viro nobili omniumque virtutum genere cultiſſimo, quem ob ſingularem fidem animique candorem Boniſacius IX. Pontif. Max. Maſsana Epiſcopum fecit, mox in Poloniam, & Lithuaniam ad Ladiſlaum Regem equiteſque Theutonicos legatum miſit. Legatione feliciter obita ad metropolitanam Eccleſiam Piſanam evexit. Deſiit eſſe omnibus eximie charus an. reparata ſal. M.CCCC. gentiles ejus PP.



64 LUDOVICUS Bonitus, Siculus, patria Agrigentinus, origine Neapolitanus è Scalenſi civitate, cujus majores nobiles, & patritios cum Andrea de Bonito Sichlæ in Meſſana Regio magiſtro anno 1272. è Scala in Siciliam demigraſſe creditur, Agrigenti, alibique in ea Inſula ſe diffudiſſe: hi honores, & dignitates aſſequuti, non ſecus ac in patrio ſolo à Neapolitanis Regibus eorum pervetuſta LXIV




gens, abunde receperant, ut inter cæteros recenſeatur Odo nobilis vir, ſub Roberto Rege ao. 1336. Sedilis Nili (ut vocant) procurator magnæ exiſtimationis miles, regi io paucis charus, dominuſ-

que Boniti Oppidi, à quo vel ejus familia, vel Oppidum ipſum nomen retinuiſſe exiſtimatur. Ex hac nobili gente Ludovicus Agrigenti ortus, humanioribus litteris, boniſque artibus delibatis, juris utriuſque doctor evaſit, Regio favore, ſatiſque juvenis Panormitanæ Eccleſiæ præficitur ann. 1383. pallioque donatus ab Urbano VI. Novem omnino annos vario eventu eam adminiſtravit, nec parum ſub ipſo detrimenti paſſa eſt, ob bellum Martini Regis in Claramontanos, quibus Ludovicus, in hoc parum ſapiens, favebat. Ut ergo Martinus Panormum recepit, Ludovicus à ſua pellitur ſede an. 1391. teſte Fazello: exul ab Inſula Romam transfugit ad Bonifacium IX. Pontificem, benigne ab ipſo receptus, apud eum, alioſve Pontifices in Romana claruit aula, variiſque muneribus egregie functus. Poſt quartum ſui exilii annum Panormitanæ Eccleſiæ remiſit titulum, recepto Antibarenſi in Albania anno 1395. inſequutoque anno ab eodem Pontifice 11. Kalend. Junii Theſſalonicenſis conſtitutus eſt Archipræſul; anno vero 1399. Nonis Septembris ut lib. Proviſionum, Obligationumque Prælatorum Vaticani Archivi narrant, ad Bergomenſem Epiſcopatum in Inſubria ex deceſſu Branchini Beſuti tranſlatus eſt, quem nec vidit, nec longo tempore adminiſtravit, cum anno 1400. die vero 15. Novembris ad hanc Piſanam Tuſciæ Metropolim iterum eum tranſtulerit Bonifacius, & apud ſe ad ardua explicanda negotia retinuerit, ita ut per alios oportuit quintam ſponſam quinque fere annis moderare, donec Innocentio VII. ita cenſente, cum Tarentina invitus commutavit ann. 1406. Hanc retinuit ad mortem uſque, quæ nec ipſa ſponſi faciem videre meruit, ille enim ad Ladislaum Regem Neapolitanum Apoſtolicus nuncius ab Innocentio miſſus, eodemque munere ſub Gregorio XII. functus, perſpectaque ejus virtute ab ipſo Senis commorante anno 1408. decimoquarto Kalend. Octobris ad purpuram evocatus ſub titulo S. Mariæ Tranſtyberim, Cardinalis Tarentinus in honorem ſextæ ſuæ ſponſæ nuncupari voluit. Infracto deinde per varios caſus, per tot Chriſtiani orbis diſcrimina rerum, & portentoſo illo ſchiſmatis tempore, Gregorium ſuum, tametſi in concilio Piſano, una cum pſeudopontifice Benedicto, abrogatum hinc inde vagantem ſecutus. Arimini tandem omnibus mœrentibus febri abſumptus eſt an. 1413. die 13. Septembris, ſolemnique pompa elatus in æde S. Franciſci die 15. ejuſdem funebri oratione a Joanne Dominico Cardinali Raguſino laudatus, in medio Eccleſiæ conditus eſt. Tumulo, qui adhuc extat, marmorea Ludovici effigies, & gentilitia ſtemmata ut vides hoc titulo eminent.

Non ſum neſcius, Ludovicum Cardinalem Tarentinum, quem ex Piſano Primate, Tarentinum Archipræſulem, & ex Boneta Agrigentina, tum apud Siculos, tum verò apud Scalenſes in Amalphitana provincia nobili familia profeminatum diximus ex epitaphio, quod adhuc ad ejus tumulum Arimini extat, a pleriſque Neapolitanis ſcriptoribus cum Ioan. Juvene, Ciaconio, Victorello, noſtriſque Ciaconianis notis inter Brancacciæ prothonobiliſſimæ Neapolitanæ gentis Cardinales recenſeri. Sed huic errori fundamentum præbuiſſe potuit primus Joann. Juvenis, dum Neapolitanum pro Agrigentino, & Brancaccium pro Boneto, Ludovicum ſuppoſuit, quem forte Ludovici apud Ariminenſes ſepulchri, inſcriptioniſque notitia ſubterfugerat, dum de illo in ſuo variæ Tarentinorum fortunæ libro ſermonem inſtituiſſet.

Tu quoque ſi vis lumine claro cernere verum
Additur ecce fides, nec me mea luſit imago,
Irrita nec falſum ſomnia miſit ebur.

Ludovici obitus, funeris, ejuſque ſepulchri meminit Cæſar Clementinus in hiſtoria Ariminenſi par prima, ubi ex monumentis patriæ addidit Joannem Bononienſem Epiſcopum ſacra feciſſe, dum Ludovici cadaver ſolemni pompa funeraretur, adſtante ſacro ſenatu; de eo etiam mentio habetur in lib. proviſionum Prælatorum ſub Bonifacio IX. Innocentio VII. & Greg. XII. Pontiff. Maxx.



65 ALEMANNUS Adimarius, nobiliſſimus Florentinus, Philippi, & N. Forteguerræ filius, vir a publico maximo habitus in honore, celebris doctor fuit, Canonicuſque ſuæ patriæ, ornatuſque iis omnibus virtutibus, quæ ad prothonotariatum Apoſtolicum, Florentinum Epiſcopatum, deinde ad Archiepiſcopatum Tarentinum, tum etiam ſub Innocentio VII. ad Piſanum illi gradum fecerunt anno 1406. die 3. menſis Novemb. Renunciatus poſtea Referendarius Apoſtolicus a Joanne XXIII. ad Gallorum Regem legatus eſt. Cujus legationis Pontifex cum tuliſſet fructus uberrimos, ſenatoria purpura illum condecoravit anno 1411. ex merito, iterumque in Hiſpaniam direxit, ut illic regnum illud cum Romana Eccleſia fœdere jungeret. Conſtantienſi Concilio interfuit, interque primores Cardinales Martinum V. Columnam ad Pontificatum promovit. A quo in Aragoniam ideo legatus eſt, ut intentato religionis telo Petrum de Luna cogeret ad deponendam uſurpatam dignitatem, unde patrum Concilii Conſtantienſis publico decreto, conſenſuque exciderat. In favorem S. Romanæ Eccleſiæ hic Præſul ubique & ſemper egregia præſtitit. Quamobrem optimo jure a Garimberto inter Eccleſiæ Romanæ amantes Cardinales reponitur, lib. 1. cap. 3. Rediit poſtea Romam tot legationum prope laboribus fractus, Tyburique ex graſſante contagio è vivis ſublatus eſt an. 1422. die 17. menſis Septembris. Ejus corpus Romam relatum apud S. Mariam Novam tumulatum eſt, ubi in prægrandi tabula marmorea hoc epitaphium legitur.

Corpus Alemanni Cardinalis Piſani Florentia ex Adimariorum antiqua, & nobili familia ortus, Utriuſque Juris Doctor, & omni literarum genere eruditus. Primum Prothonotarius, deinde Tarentinus, poſt Piſanus Archiepiſcopus, ad Cardinalatus apicem provectus, dum pro Rom. Eccl. legatione fungeretur in Galliis, doctorum virorum amator, & cultor, vir ipſe doctiſſimus, zelator juſtitia, & communis Reipub. bonis, qui pro Eccleſia amore apud Piſanum, Conſtantienſeque concilia, uſque ad optatam concluſionem neminem veritus laboravit intrepide obiit ex peſte Anno ætatis ſua LX. menſe Septemb. xvii. M.CCCC.XXII.

Alemannum Raphael Volaterranus, Platina, Jo. Juvenis in antiquit. Tarentinorum, Jacobus Gaddus odarum lib. 2. Eurotas Mieſcolus in ſuis ad Gaddi libros notis, Alexander Adimarus in ſua Clio, aliique recentiores auctores commendarunt, idque jure merito, cum ſumma prudentiæ, probitatiſque inter cæteros ſuæ ætatis clariſſimos Antiſtites excelluerit, tantamque gratiam, benevolentiamque apud Piſanos collegerit, ut ſuaviſſimo parentis nomine illum compellarent, nec ille minori eos amore, beneficiiſque eſt proſecutus, ſacræque purpuræ honoribus exornatus, Cardinalis Piſani nomen ſibi adſcivit, ut quam alte in eos pectori impreſſus, fixuſque amor hæreret, ſignificaret: quin etiam in gentilitio ſcuto Piſarum inſignia, crucem nimirum candidam in rubra area adjecit. Quantos

vero labores ad funeſtum illud ſchiſma, quod Chriſtianorum animos tot annis diſciderat, ac lacerarat, extinguendum, conficiendùmque adjerit, pulcherrimo argnmento eſt in egregiè navatæ operæ ſignum, ac præmium Cardinalitius apex attributus, ad quem, perfecto Conc. Piſann, a Jo. XXII. Alexandri V. ſucceſſore in eodē Concilio creati, evectus eſt.

Celebratum eſt hoc Piſanum Concilium Alemanno Archipræſule anno 1409. indictum, & congregatum a Cardd. Greg. XII. & Benedicti XIII. ad ſchiſma tollendum, inchoatum die 25. Martii, abſolutum vero 7. Auguſti. Res ita geſta eſt teſte Biondo, D. Antonino, aliiſque ejus ævi ſcriptoribus. Cardinales obedientiæ Gregorii XII. videntes negotium extirpandi ſchiſmatis paulatim ad nihilum reduci, & non ſolum Gregorium, ſed etiam Benedictum concordiam recuſare contra juſiurandum, & fidem in ipſorum electionibus datam, Gregorium quoque contra idem juſiurandum, & fidem alios Cardinales, abſque ulla neceſſitate, & ipſis invitis creare; hanc nacti occaſionem, ab eo tunc Lucæ commorante recedentes, Piſas petiere. Quod cum plerique eorum, qui Benedictum ſequebantur, vidiſſent, ſimili exemplo ipſum Benedictum deſerentes, cæteris Cardinalibns Gregorii, qui Piſis erant, ſeſe adjunxerunt, ibique indicto Concilio generali, & cum maxima Prælatorum frequentia inchoato, uterque Pontiſex ab eis damnatus eſt, & utroqne tamquam perjuro, ſchiſmatico, hæretico, colluſore, & ſchiſmaticorum fautore, publico omnium decreto nonis Jnnii anno 1409. è Pontificatu ejecto, in utriuſque locum vigeſimo poſt abrogationem die, tertium elegerunt, Petrum de Candia Ordinis Minorum, & ſacræ Theologiæ doctorem eximium presb. Card. Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum, & Alexandrum V. vocarunt, præſentibus Regum, Principum, rerumpnblicarum Chriſtiani orbis oratoribus, magnoqne Prælatorum numero. Quidam viginti duo, quidam viginti tres, alii viginti quatuor Cardinales interfuiſſe narrant; delectum Pontificem a viginti tribus teſtatur Panvinus in chronico, & in Alexandri elogio. Maſſonus viginti duo Cardd. tres Patriarchas, centum Archiepiſcopos, vel Epiſcopos, 300. cœnobiorum patres, 282. Theologos, Europæ Principum legatos ei concilio interfuiſſe ſcribit. Coriolanus in Breviario chronolog. viginti tres Cardinales, Patriarchas tres, Archiepiſcopos, & Epiſcopos 300. monaſteriorum præfectos 280. alioſque Theologos, Principumque legatos refert. Acta vero hujns Concilii manuſcript. quorum unicum tantum exemplar vidimus apud Felicem Contelorium humanarum, divinarnmque literatum virum clariſſimum, viginti duos Cardinales, quatuor Patriarchas, Archiepiſcopos 13. Epiſcopos ſexagintanovem, procuratores Epiſcoporum 110. reliquoſque, ſumma fide ad poſteros tranſmiſeruot, quorum nomenclatnram nobis humaniſſime ab eodem Contelorio exhibitam, hic depromere, & in lucem proferre viſum eſt, ut eorum memoriam a temporis oblivione, hominumque ſilentio vindicaremus.

Sequuntur Prælati, Ambaſciatores, & Procuratores, qui in hoc ſacro Concilio Piſano comparuerant.

Et primo Reverendiſſimi in Chriſto Patres, & domini ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales.

Epiſcopi Cardinales.

Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & dominus D Guido Epiſcopus Prænestinus.

Reverendiſſimus in Chriſto pater, & dominus D. Henricus Epiſcopus Tuſculanus.

Reverendiſſ. in Chriſto P. & dominus, D. Nicolaus Epiſcopus Albanen.

Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & dominus, D. Joannes Epiſcopus Oſtienſis, dictus Vivarienſis, S. Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius.

Reverendiſſimus in Chriſto pater, & dominus, D. A. Epiſcopus Prænestinus, dictus Aquilejen.

Reverendiſſimus in Chriſto pater, & dominus, D. P. Epiſcopus Tuſculanus, dictus de Podio.

Presbyteri Cardinales.

Reverendiſſimus in Chriſto pater, & dominus, D. P. tit S. Suſannæ, dictus de Tuneyo.

Reverendiſſimus in Chriſto pater, & dominus, D. A. tit. S. Pudentianæ, dictus Lauden

Reverendiſſimus in Chriſto pater, & dominus, D D. P. tit. S. Praxedis, dictus de Hiſpania.

Reverendiſſimus in Chriſto pater, & dominus, D Conradus tit. S. Chryſogoni, dictus Militen.

Reverendiſſ. in Chriſto pater, & D D F. tit SS. Quatuor Coronatorum, dictus Burdegalen.

Reverendiſſ. in Chriſto pater, & D. D. Jor tit S Martini in Montibus, dictus de Urſinis

Reverendiſſ. in Chriſto pater, & D D Joan. tit S. Crucis in Hieruſalem, dictus Reveanaten

Reverendiſſ. in Chriſto pater, & D. D. P. tit SS. XII. Apoſtolorum, dictus Mediolanen

Diaconi Cardinales.

Reverendiſſimus in Chriſto pater, & dominus, D. Amedeus ſanctæ Mariæ Novæ, dictus de Saluciis, ſacri Collegii Camerarius.

Reverendiſſ in Chriſto pater, & D. D. S. Viti in Macello, dictus de Brancaciis.

Reverendiſſ in Chriſto pater, & D. D. Landulphus S. Nicolai in carcere Tulliano, dictus Baren.

Reverendiſſ in Chriſto pater, & D D Balthaſſar S Euſtachii, dictus S Euſtachii.

Reverendiſſ in Chriſto pater, & D D Odo S Georgii ad Velum aureum, dictus de Colonna.

Reverendiſſimus in Chriſto pater, & dominus, D. L. ſanctæ Agathæ, dictus de Bar.

Reverendiſſimus in Chriſto pater, & dominus, D. P ſancti Angeli Ultramontan.

Reverendiſſimus in Chriſto pater, & dominus, D P. ſancti Angeli Romanus.

Sequuntur Ambaſciatores Regum, & primo Illuſtriſſ. Romanorum, & Bohemiæ Regis.

Reverend in Chriſto pater dom Vvenceslaus Patriarcha *Antiochenus.*

Reverend pater D Simon Epiſcopus Miſſinen.

Mag Baro Bonec us Chormeli Miles.

Ambaſciatores Domini Francorum Regis.

Reverend. in Chriſto pater D Simon Patriarcha Alexandrin.

Reverend. pater D. P. Epiſc Melden.

Reverend pater D Ægidius Epiſcopus Conſtantien.

Venerabilis vir D. Vvillelmus Bouraterii legum Doctor.

Venerab. vir D. Joffredus de Peruſia.

Ambaſciatores Domini Anglorum Regis, & omnium ipſius Regni Prælatorum, & Capitulorum, Eccleſiarum, ac totius Eccleſiæ Anglicanæ.

Reverend. pater D. Robertus Epiſcopus Saresberien.

Reverend pater D Henricus Epiſcopus Meaeven.

Reverend. pater D. Thomas Abbas monaſterii S. Mariæ Eboracen ordinis S Benedicti.

Reverend pater D. R Abbas monaſterii beatæ Mariæ Jorevallis ord ſancti Benedicti.

D. Thomas prior Cantuarien. Ciſtercien ordinis.

D Comes Sucfolechiæ D Joannes Colvil Miles.

Dominus R Cangagſton legum doctor, canonicus, & officialis Eboracen.

Ambaſciatores Regis Ludovici.

Reverend. pater D. Joannes Epiſc Vapincen.

D Vvillelmus de Rupibus miles, & cambellanus.

D Joann. Gevrardus legum doctor conſiliarius.

Magiſter Lucas de Caſtellione ſecretarius.

Ambaſciator Regis Poloniæ.

Reverend pater D. P. Epiſc. Cracovien.

Procurator Regis Cypri.

Reverend. in Chriſto pater, & D D. P. Card. ſancti Angeli ſenior.

Ambaſciatores Ducum, & primo Ducis Brabantiæ.

Venerab. vir D P Candonis legum doctor cancellarius.

Venerabilis pater D. A. monaſterii de Gemilous Ciſtercien. ord.

Venerab. pater D. Otho A monaſterii B. Mariæ de Villeiis Ciſtercien ord.

Vener. pater D Jo. A monaſt. de Congielle ord. S. Benedicti.

Venerab D.A.de Becumonte in ſac.Theolog.Licentiatus.
Venerab. vir D. Godefridus de Zecberus licentiatus in legibus.
Venerab.vir D.Jo de Chyronontb licen in legib.
Ambaſciatores Domini Ducis Erneſti Auſtriæ.
Magiſter Franciſcus ordinis Prædicatorum ſacræ Theologiæ profeſſor.
Venerab vir Petrus de Kruger vicecancellarius, univerſitatis ſtudii Vvieunen magiſt.in artibus.
Ambaſciatores D Ducis Vvillelmi Bavariæ.
Venerab. vir D.Jo A.monaſterii ſancti Ghiſlerii in Cella ord ſancti Benedicti Cameracen. diœceſis ſacræ Theologiæ profeſſor.
D Thomas de Lisle,D Thomas de Faxino miles.
D. Henricus de Reyngbeſitte licent. in legibus ſcolaſticus Eccleſiæ S.Petri Lurboſen Cameracen diœceſ.
Ambaſciator D. Ducis Stephani de Bavaria.
Rever.pater D Joaaner Abbas monaſterii Cæſarien.
Ambaſciator D Buguzlavii Ducis
Stetiaen.Pomeraniæ, & Caſcrviæ, Principiſque Ruyanor.
B Dominus Henricus de Vvalde miles.
Ambaſciatores D.H. Ducis Lotharingiæ, & Marchioncu.
Venerab vir dominus H.Troule licentiatus in decretis decanus Eccleſiæ beatæ Mariæ in Tvodio dicti Ducis conſiliarius.
Venerab vir D. Gerſelus de Loalderfruga Paſtor Scuz Treverea. diœceſ. Capp. & Ambaſciator dicti domini Ducis.
Ambaſciatores D.Ducis Mazoviæ Servorum.
Venerab. vir D Paulus . . Præpoſitus Eccleſiæ beatæ Mariæ Magdalenæ extra muros Placen. ord. Præmonſtraten
Ambaſciatores Comitum, & primo D. Comitis Cliven.
Reverend in Chriſto pater. & D. Guido miſeratione divina, Cardinalis Præneſtinus.
Venerab. vir D Peerus Scalpipæ canonicus Zancten Colonien. diœceſ.
Ambaſciatores D.Ducis Blandralæ.
C Rever.pat D Joannes Epiſcopus Novarien.
Ambaſciatorer DD H. & G fratrum Comitum de Scoartzenburghen.
Venerab vir D.Jo. de Goth præpoſitus Eccleſiæ ſancti Sebaſtiani Magdeburgen.
Ambaſciatores D.Federici Comitis in Oetembrug, & Steruberg.
D.Ulricus in Viſſen.) Eccleſiar rectores d.D.
D.Jodocus in foreſtru)) Comitir Secretarii.

Ambaſciatores Marchionum, & primo D.Jodoci Marchionis Brandeburgea & Moraviæ Archicamerarii S. R Imperii.
Reverend pater D Joannes Epiſcopur Lubricen.
Ven vir D Theodoricus decanus Eccleſiæ Stemben.
Venerab vir D Jo præpoſitus Taregarimunden.licentiatus in decretis.
Ambaſciator DD Federici, & Vvillelmi german. Lantgravii Thuringiæ Marchionum Miſnen.
Venerab. vir D Nicolaus LubicK decanus B. Mariæ Goſſordiæ dictorum Marchionum cancellarius.
D Ambaſciatorer R.P. D. . . . Archiepiſcopi Colonien.
Magnificus vir D. Joffridus de Limunchiæ Præpoſitus Moguntinus, & Theſaurarius Eccleſiæ Colonien, Comes.
Magn ſ vir D Theodoricur de Muſne præpoſitus Bunen. & Archidiaconus Eccleſiæ Colonien. Comes.
D Joannes de Lucepe Subdecanus Eccleſiæ Colonien.
D.Henricus Vveſterholcz U J. D ſacri palatii Auditor Decanus Eccleſiæ Collegiatæ Colonien.
Dominur Ugo de Hervoſt miles.
Dominus Chriſtianus de Herpil legum Doctor canonicur Eccleſiæ ſancti Gereonis Colonien.
Dominus Henricus de Herpil leg Doctor, canonicus Eccleſiæ ſancti Caſſii.
Dominus Valdebonus de Dicbe canonicus Eccleſiæ ſancti Andreæ Colonien.

A Ambaſciatorer R.P.D. Archiepiſcopi Maguntini.
Magiſter Jo.Stempen præpoſitus S.Bartholomæi Francforden Maguntinæ diœceſ
Dominus Philippus Flach canonicus Maguntin.
Dominus Hercaſels decretorum doctor.
Dominus Vveiſu præpoſitus Iecbeburgen.
Dominus Conradus Ouros decanus B. Mariæ ad Geadus Maguntin
Ambaſciatores R.P.D. . . . Patriarchæ Aquilejen.
R.P.D.Jo Epiſcopur in univerſali Eccleſia.
Nobilis vir Franciſcus de Paathera.
D.A de Monticulis licentiatus in legibus.
Ambaſciatores R P D.Jo. Electi Leodien.
Venerab pater ſacræ Theolog.Magiſt..Gerardus Rondelli.
Ven.vir.D Lambertus de Stipite decret doctor.
Ven. vir. D. Ægidius de Vecemolle in, utroque jure licentiatur.
Ven.vir D.Andrear Fordeman licentiatus in legibus.
B Ven. vir dominus Paulus de Clotinghen in utroque jure licentiatus.
Ambaſciator R.D.Archiepiſcopi Salzeburgen
Ven.vir D. Fredericus Reys decretorum doctor decanus Pidelmen.
Ambaſciator Magiſtri ord de Pruſſia.
D.Petrus . . . procurator generalis ſancti Joan. Hieroſolymitani.
Sequuntur R.Patres DD. Patriarchæ præſentes.
R.P.D Simon Patriarcha Alexandrinus.
R p.d H Patriarcha Hieroſolymitanus.
R p d Vvenceslaus Patriarcha Antiochenus.
R p.d.Franciſcus Lando Patriarcha Graden.
Sequuntur Prothonotarii.
D.Aragonus de Maleſpinis.
D.Dominicus de Fliſco.

R.PP. Archiepiſcopi præſentes.
R.p.d.Franciſcus Archiepiſcopus Narbonen. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius.
R.p.d.Philippus Archiepiſcopus Lugdunen.
C R.p.d.Petrur Archiepiſc.Bitur.
R.p.d.Nicolaus Archiep. Sypontinus.
R.p.d. Franciſcus Archiep. Smyrnen.
R.p.d. Ametius Archiep. Turonen.
R.p.d.Pileus Archiep.Jannen.
R.p d.Vitalis Archiep. Tholoſan.
R.p.d. Alemannus Archiep. Piſanus.
R.p.d.Bertrandur Archiep. Arboren.
R p.d. Joannes Archiep. Viennen.
R.p.d. . . . Archiep.Smyrnen.
R.p. d.Joannes Archiep.Ulyxbonen.
Sequuntur Epiſcopi præſentes.
R.p.d. Petrus Epiſcopus Melden.
R.p.d.Vvillelmus Epiſcopus Lexovien.
R.p.d. . . . Epiſc. Albingeaen.
R.p.d. Domiaicur Epiſc. Albien.
R.p.d.Gentiler Epiſc.Neocaſtren.
R.p.d.Helias Epiſc. Anicien.
R.p.d.Bertrandus Epiſc. Appamiar.
R.p.d. Julianus Epiſc. Marſicaa.
D R.p.d.Nicolaus Epiſc.Botentinen.
R.p.d. Epiſc.Vigintimillien.
R.p.d.Vvillelmus Epiſc. Vicen.
R.p.d.L. Epiſc. Bethleemitan.
R p.d.P. Epiſc. Beluacen.
R.p.d.P. Epiſc. Famaguſtan.
R.p.d. Ludovicus Epiſc.Volaterranen.
R.p.d G. Epiſc.Veſtanus.
R.p.d.Jacobus Epiſc.Florentiaus.
R.p.d.E.Epiſc.Nemauſen.
R.p.d P. Epiſc. Lomberien.
R.p.d.N.Epiſc.Naſanten.
R.p.d. Alvarus Epiſc. Oveten.
R.p.d.P.Epiſc.Cracovien.
R.p.d.Nicolaus Anton.Epiſc. Lucionen.
R.p.d.P.Epiſc.Cameracea.
R.p.d.A.Epiſc.Calamonen.
R p.d.Ray Epiſc.Peteagoricea.
R.p.d Joann.Epiſc.Lubricen.

R.p.

Digitized by Google

R.p.d.P. Epiſc. Aſtea.
R.p.d.B.Epiſc. Sulcitan.
R.p.d.G.Epiſc. Laudemen.
R.p.d.G.olim Epiſc.Carleolen.
R.p.d.S. Epiſc.Caſſen.
R.p.d.M.Epiſc. Piſtorien.
R.p.d.B.Epiſc. Mirapicea.
R.p d.Vvalterus epiſc. Boven.
R.p.d.G.epiſc.Ebroicen.
R p.d.Jo.Epiſc.Forolivien.
R.p.d Jacobus epiſc. Adrien.
R p.d.P.epiſc. Cosmen.
R.p.d. . . epiſc. Aretinen.
R.p.d.Chriſtianus epiſc. Iſoceren.
R.p.d.Paulus epiſc. Maſſilien.
R.p.d.Joaan. epiſc. Comaclea.
R.p.d.N.epiſc. Siſtaricen.
R.p.d.Braada epiſc. Placentin.
R p.d.Philippus epiſc.Saonen.
R.p.d Jo.epiſc.Vapinen.
R.p.d.Leonardus epiſc. Firmanus.
R.p.d.B.epiſc.Digaea.
R.p.d.S.epiſc.Dolen.
R.p.d.B.epiſc.Alarien.
R.p.d.Marcus epiſc.Naulen.
R.p.d.M.epiſc. Atrebaten.
R.p.d. Alexius epiſc.Bobien.
R.p.d.Jo.epiſc. Landea.
R.p.d.B.epiſc.Xantoa.
Reveroadiſs.D. D. P. Card. Hiſpaniæ pro Eccleſ. ſua Oxomen.
Reveadiſs. D.D.card Ravennat.pro Eccleſ.ſua Ravea.
Reverondiſs.D.D.Card.Mediolanen.pro Eccleſia ſua Mediolanen.
Rovereadiſs.DD.Card.Militen.pro Eccleſia ſua Militen.
Reverendiſs.DD.Card.Burdigalea. pro Eccleſia ſua Burdegalen.
R.P.D.Jo.epiſc.in univerſali Eccleſia.
R.p.d.Bertrandus epiſc. Tutellen.
R.p.d. Ægidius epiſc. Forojulıea.
R.p.d.Vvillelmus epiſc.Conſtantien.
R.p.d.Joaanes epiſc. Aggeaaea.
R.p.d.Franciſcus epiſcopus Ciren.
R p.d.Franciſcus epiſc. Vivarien.
R.p.d.Guritheus epiſc.electus Scaurgmen.
R p.d.Nicolaus epiſc. Trojanea.
R.p.d.Joaanes epiſc.Sarienneu.
R.p.d.Joanaes Electus Famaguſtan.
V.p.d.L.Adminiſtrator Eccleſia Chien.
Venerab.p. Magiſter Nicolaus adminiſtrator eccleſiæ Tergeſten.

Sequuntur R.patres DD. Abbates præſentes.

Venerab. pater D. B. Abbas monaſteris S. Mariæ Vallis Umbroſa Feſulan. diœceſ.
V.p.d.Jo. Abb. monaſterii Ciſtercien. Magiſter in Theologia pro ſe, & toto ſuo ordine.
V.p.d.P. Abbas monaſterii Grandimonten.
V.p.d.Honuphrius Abbas Generalis ord. Camaldulen.
V.p.d.Joan. Abb. monaſterii de Agaano ord. Camaldulen.
V.p.d.Zenobius Abb. Monaſteris S Mariæ de Fabioae ord.S.Benedicti Florentin. diœceſ.
Vea.p.d.G. Abbas monaaſterii SS. Sergii, & Bacchi prope Anden.ord.S. Benedicti.
Ven.p.d.S. Abb.monaſteriis Gematicea. Rothomagen. diœceſ.
Ven.p.d.Felix Abbas monaſt.S. Salvatoris de Septimo ord.Ciſtercıea.Florentıa. diœceſ.
Vea.p.d.Vvillelmus Abbas b.Mariæ de Nucariis Turon.diœceſ.
Vea.p.d.G. Abbas monaaſterii Craſſea. Caccaſſonea. diœceſ.
Vea.p.d.P. Abbas monaſt. de Ivomo Caraotea.diœceſ.
Vea.p.d.Jo. Abbas monaſterii S. Juſtinæ de Padua.
Ven.p.d.Io. Abbas monaaſt.de Grignano de Prato Piſtorien.diœceſ.
Ven.p.d.B. Abbas monaſt.S. Michaelis de Podio Bonzi Florentin. diœceſ.

A Ven.p.d. M. Abbas monaſt.S.Bartholomæi de Bono ſolatio ord.Ciſterc. Florent. diœceſ.
Ven.p.d.P. Abbas monaaſt.Camporum Bonorum ord.Ciſter.Vivarıea. diœceſ.
Vea.p.d.M. Abbas monaſt.S.Salv.de Florentia.
Ven.p d.Balthaſſar Abbas monaſt. S. Michaelis de Paſſignano Flor.
Vea.P.D.Io. Abbas monaſterii S. Petri ſuprad. ord.S. Benedicti Saginen.diœceſ.
Ven.p.d. Abbas monaſterii B.Mariæ Foroval.ord Ciſtercien.
V.p d. A.monaaſterii S.Mariæ de Moriona ordinis Camaldulea. Aret. diœceſ.
V.p.d.Io. Abbas monaſterii S. Michaelis de Fureul de Piſterio ord.Vallisſumbr.
V.p.d.Philippus A.monaſt. Amana Magalon. diœc.
V.p.d.Ant. Abbas.monaſt.S. Mich. de Burgo Piſano.
V.p.d Stephanus A.monaſt. Trudatii Vivarien. diœc.
V.p.d M. Abb.Claravallis S. Theologia Magiſter.
V.p.d.P. Abbas monaſt.S.Maxentii Or. S.Benedicti.
B R.p.d.P. Abbas S. Auguſtini Lemovic. pro clero civit. & diœceſis Lemovicen.
V.p.d.F. Ab.monaſteris S. Mariæ de Pamana Piſter. diœceſ.
V.p.d.G. A.monaſt.de Gimoade ord.Ciſtercien.
V.p.d.P. A.monaſteris S. Anaſtaſia de Amaadula Firman.diœceſ.
V.p d.Paulus Ab. S. Martini Apium Aretia. diœceſ.
V.p.d.Ste. Ab. monaſt.de Charitate Biturıia. diœceſ.
V.p.d G. Abb.monaſt.S. Ægidii Noviomen.ord.S.Benedicti.
V.p.d.P. Abbas monaaſterii S.Victoris Maſſilien.
V.p.d. Aat. Abbas monaſt. S. Pauli de Reſuello Feſul. diœceſ.
V.p.d.Io. Ab. monaſt. Caſarica Ciſter. ord. Auguſten. diœceſ.
V.p.d.Ioa. Abbas monaaſterii S. Criſpiai Majoris Sueſſion.
V.p.d G. Abbas monaaſterii de Carmoliis Lexovien. diœceſ.
C V.p d.F. Abb.monaaſt.de Ripolis ord.Vallis umbr. Florent. diœc.
V.p.d.Gaſpardus Abbas monaſt. S.Trinitatis de Florentia.
V.p.d.Fr. Abbas monaſt.S.Genovefa Pariſiea.
V.p d.Riccardus Abbas monaſt. S. Paacratii de Florentia.
V.p.d.Sebaſt. Abb.monaaſt. S.Salvatoris Camaldulen.
V.p.d. . . Abb.monaaſt. de Saxo ordinis S. Beaedicti Aretia.diœceſ.
V.p.d. Ab.monaaſt. S. Benedicti Villalta ord. Camald. Pergamen.diœceſ.
V.p.d.Chriſtoph. Ab.monaaſt.S.Salvat.de Spoagia.ordiais Vallisſumbr.Volaterran. diœceſ.
V.p.d.Ab monaaſt.S. Angeli de Bigareto ordinis S. Benedicti Sarſinaten. diœc.
V.p.d.N. Abbas monaaſt.S. Mariæ de Floreatia.
V.p.d.Ioan. Abbas monaſt. S. Ghisleaii in Cella Cameracen.
V.p.d.Jo. Abbas monaſterii S. Domaiai Piſaa.
D V.p.d.Jo. Abbas monaſt.S.Baronti Piſtorıea. diœceſ.
V.p.d. Laurentius Abbas monaſt.S.Petri Geveto.
V.p.d. Philippus Abbas monaſt. S. Caſſiani Volaterran.diœceſ.
V.p.d. G. Abbas monaſter. S. Salvatoris de Sylva mnada.
V.p.d.Jo. Abbas monaaſt.S. Petri de Micheto Florent. diœceſ.
V.p.d. Jo. Abbas menaſt.S.Stephani de Centorio.
V.p.d. P. Abbas monaſt.S. Mich.in periculo Maris ordinis ſancti Beaedicti Abricea.diœceſ.
V.p.d. Abbas monaſt.S.Frediani de Piſis ord.Camaldulen.
V.p d. Salvator Abbas monaſt. S. Ægidii Nemanſen. diœceſ.
V.p.d.R. Abbas monaaſterii omnium Sanctorum Andegavis.
V.p.d. Rufinus Abbas monaaſt.S.Laurentii extra muros Novarien.

V.p.

V.p.d. An. Abbas monaſt. Galliaci Albien. diœceſ.
V.p.d. Orlandus Abbas monaſt. S. Mariæ de Marona.
V.p.d. Jo. Abbas monaſt. de Cangiello Cameracen. diœceſ.
V.p.d. Abbas monaſt. de Gerblons ord. Ciſtercien.
V.p.d. Otho Abbas monaſt. S. Mariæ de Villers.
V.p.d. Andr. Abbas monaſt. S. Bart. de Aglata ord. Camaldulen.
V.p.d. P. Abbas monaſt. Urſiliacen. Æduen. diœc.
V.p.d. Bart. Ab. monaſt. Moliſmen. Langon. diœc. Mag. in S. Theologia.
V.p.d. F. Abbas monaſt. de Conco ordinis Vallis umbroſ. Volaterr. diœceſ.
V.p.d. Abbas monaſt. S. Mariæ de Conghea ord. Præmonſtraten. Cameracen. diœceſ.
V.p.d. Io. Abbas monaſt. B. Mariæ de Mulceto ordinis Ciſtercienſis Piſan. diœceſ.
V.p.d. Jo. Abb. monaſt. xij. Apoſt. Belvediens Leodien. Præmonſtraten. ord.
V.p.d. Bar. Ab. monaſt. S. Bart. de S. Gunda ordinis Camald. Lucan. diœceſ.
V.p.d. Joan. Abbas monaſterii S. Donati de Senis.
V.p.d. G. Abbas monaſt. Vveſtren. ex. mur. Londien.
V.p.d. Bar. Abbas monaſt. S. Fidelis Puppio Aretin. diœceſ.
V.p.d. Laur. Abb. monaſt. Sagonen. Uratislavien. diœceſ.
V.p.d. Ant. Abbas monaſt. SS. Fauſti, & Fauſtæ Bituricen. diœceſ.
V.p.d. Merslaus Abbas monaſt. Tuitien. Cracovien. diœceſ.
V.p.d. Amedeus Abbas monaſt. de Cluſa ordinis ſancti Benedicti Taurin. diœceſ.

Sequentur Generales ordin. & primo Generalis Prædicatorum.

Rev. P. ſac. Theolog. Magiſter Thomas de Firmo ordinis fr. Prædicat. generalis dicti ord. partis Citramont. pro ſe, & toto ſuo ord. una cum infraſcriptis Magiſtris videlicet.
Mag. Simone de Piſis Regente Florentiæ.
Mag. Michaele de Florentia vicario nationis Tuſciæ.
Mag. Jacobo de Piſis.
Mag. Leonardo de Florentia.
Mag. Ubertino de Florentia priore Florentino.
Mag. Andrea de Florentia.
Mag. Andrea de Provincia Poloniæ Regen. Cracoviæ.
Mag. Ardizono de Padua priore Paduan. & vicario generali provinciæ ſancti Dominici.

Generalis fr. Minorum.

Rev. p. fr. Ant. de Preto miniſter generalis Minorum partis Citramont. pro ſe, & ordine ſuo, una cum infraſcriptis Magiſtris in Theologia, videlicet.
Mag. Franciſco de Crepa Miniſtro provin. Mediolanen.
Mag. Joanne de Bononia miniſtro provin. Bononien.
Mag. Matthæo de Palma miniſtro provin. Romanæ.
Mag. Vitale Valentini de provincia Provinciæ.
Mag. Jo. Joannis de Florentia.
Mag. Nicolao de Trigeſto.
Mag. Bartholomæo de Bononia.
Mag. Sarzaletto de Placentia.

Generalis ord. fr. Carmelitan. partis Citramont.

R. p. fr. Matthæus de Bononia ſac. Theol. profeſſ. generalis ord. beatæ Mariæ de monte Carmeli pro ſe, & ſuo ordine una cum infraſcriptis Magiſtris in Theologia, videlicet.
Mag. Andrea de Luca procuratore dicti ord.
Mag. Io. de Florentia vic. generali in provin. Tuſciæ.
Mag. Bart. de Florentia ſyndico univerſ. Bonon.

Generalis ord. Carmelit. partis Ultramont.

R. p. S. Theolog. mag. Jo. Graſſi generalis ord. Carmelit. una cum
Mag. Raymundo procur. gen. ordinis.

Generalis fr. Eremit. Citramont.

R. p. ſacræ Theologiæ mag. N. de Caſſia gen. ord. fr. Eremit pro ſe, & toto ſuo ordine una cum infraſcriptis magiſtris in Theologia, videlicet
Mag. Boethio de Tolentino proc. d. ord.

A *Mag. Simone de Florentia Regen. Floren.*
Mag. Bart. de Piſis regente Piſis.
Mag. Gabriele de Spoleto Regen. Bononiæ.
Mag. Jacobo de Gueſſa provinciali provinciæ Vallis Spolet.

Generalis B. Mariæ Servorum part. Citramont.

R. p. ſac. Theol. Mag. Ant. de Bononia gener. ord. beatæ Mariæ Servorum pro ſe, & ordine ſuo, una cum infraſcript. Magiſt. videlicet
Mag. Antonio de Alexandria.
Mag. Urbano de Bononia.
Mag. Antonio de Paſignano.

Generalis ord. Camaldulen. Citramont.

Ven. p. fr. . . . generalis ord. Camald.

General. fr. Eremit. S. Auguſtini.

R. p. ſac. Theol. Magiſt. P. de Vena gen. fr. Eremit. S. Auguſtini, una cum
Fr. Raymundo de Eroſio.

Miniſtri Ordinum.

Primo Miniſter Turon. provinciæ fratrum Minorum.
B *Ven. fr. Alanus David miniſter provinc. ord. Min. provinciæ Turon. nomine ſuæ provinciæ, & ut nominatus inter electos pro dicta provincia.*

Præceptores præſentes præceptoriarum infraſcript. & primo.

Nobilis vir fr. Jacobus de Aglis miles, præceptor domus, ſive hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolym. de Florentia, & procur. gen. d. ord. S. Jo. nomine ſuo, & ut Vicarius locumtenens D. Nicolai de Urſinis militis prioris Venetiarum locumtenen. Mag. domus hoſpit. d. ord.
Religioſus vir fr. Joan. . . præceptor domus S. Antonii de Rinverſo, & cellorarius generalis monaſt. Vienn. pro ſe, & præceptoribus d. ſuæ præceptoriæ ſubjectis.
R. vir. fr. Vvillelmus de Brione præceptor præceptoriæ, ſive domus de eleemoſynariis ord. ſancti Antonii Biſuntin. diœceſ. nomine ſuo, & ſua præceptoria.
Priores, & procuratores generales ordinum præſentes.
C *R. vir fr. Honuphrius gen. totius ord. Camald. pro ſe. & xli. Abbatib. & lxx. priorib. d. ord.*
R. vir fr. Nicolaus de Baleonibus de Peruſio prior. gen. S. Sepulchri Dominici.
R. vir fr. Galterus Graſſi prior Eccleſiæ, & conventus Rhodi ord. S. Jo.
R. vir fr. P. prior gen. ord. beat. Mar. Theutonicorum nomine ſuo, ac nomine procuratoris Mag. generalis dicti ordinis.

Sequuntur priores prioratuum, tam Conventual. quam aliorum, & tam Citramont. quam Ultramont. videlicet.

R. prior D. Ludolphus prior prioratus S. Io. in monte.
R. vir fr. Jo. prior priorat. S. Sebaſt. Piſtorien. diœc.
R*ev. vir fr. Jo. de Griffomonte prior Vallis viridis prope Piſas Pariſins.*
R*. vir fr. Jo. Caelli prior fontis noſtræ Dominæ ordin. Carthuſien. Sveſſionen. diœc.*
R*. vir fr. Dominicus prior prioratus S. Bart. prope Januam omnes tres eorum propriis nominibus, & pro toto ordine Carthuſien. in regno Franciæ exiſten.*
D R*. vir fr. G. de Sayſſet prior prioratus Conventualis S. Arnulphi de Chriſpejo Silvanecten. diœceſ.*
R*. vir fr. Franciſcus prior monaſterii de Popiena ord. Camaldulen.*
R*. vir fr. Joann. prior prioratus S. Mariæ de Serra.*
R*. vir fr. . . . prior prioratus de Salmatia.*
R*. vir fr. . . . prior prioratus Conventualis de Boudolona.*
R*. vir fr. P. Morandi prior prioratus beatæ Mariæ de Chichorio Dignen. diœceſ.*
R*. vir fr. . . . prior prioratus Conventualis de Podio Caperii.*
R*. vir fr. . . . prioratus Conventualis de Voloncha.*
R*. vir fr. P. Charronis prior Turris Vien. diœceſis.*
R*. vir fr. P. Dachies prior prioratus Abb. Villæ Rhomen. diœceſ.*
R*. vir fr. Ant. de Reſtis præpoſitus domus Vertelinæ*

Me-

Mediolanen.ord.Humiliator.

Ambaſciatores univerſitatum ſtudiorum Generalium.

Primo ſtudii Pariſien.

Venerabiles, & circumſpecti viri magiſtri

Dominicus Pini.

Petrus Planot. in ſac. Theologia magiſtri.

Robertus de Queſvoyo.

Petrus de Pumir. decretorum doctores.

Joannes Petri in Medicina.

Euſtachius de Frauquenberghe in Art. & licent. in decretis.

Pontius Simonetti in Art. & licentiatus in Theologia.

Petrus Carpenetti in Art. & Baccalarius . . . in Theologia.

Arduus Vvinctome in Art. & licentiatus in Theologia.

Joannes Baurilleci dictus Franc. in Art. magiſtri, & licent. in decret.

Univerſitatis ſtudii Bononien.

Univerſitatis ſtudii Oxonien.

Univerſitatis ſtudii Tholoſa.

Venerab. vir magiſt. Io: Garſia ord. fr. Min. ſac. Theologia profeſſor dicta univerſit. procur. & ambaſciator.

Univerſitatis ſtudii Andegaven.

Venerab. vir D. Vuillelmus Maligeneris utriuſque juris doctor.

Venerab. vir dominus Nicolaus de Maleyo legis doctor, dicta univerſitatis ambaſciator.

Univerſitatis ſtudii Cracovien.

Univerſitatis ſtudii Viennen.

Sac. Theolog. Magiſter fr. Franciſcus ordinis Prædicatorum.

Ven. vir Magiſter P. de Kuger Vicecancellarius dicta univerſitatis.

Univerſitatis ſtudii Monſiſp.

Ven. vir dominus B. Alemannus licentiatus in decretis.

Univerſitas Cantabrigia.

Univerſitas ſtudii Pragen.

Univerſitas ſtudii Colonien.

Sequuntur Archiepiſcopi, qui miſerunt Ambaſciatores, & procuratores.

RR. PP. DD. Archiepiſcopi.

Colonien. Maguntin. Aquen. Arelaten. Ebredunen. Senonen. Turritan. Rothomagen. Rhemen. Theobaldus Biſuntin. Eberardus Salzeburgen. Gunterus Magdeburgen. Cantuarien & Eboracen.

Sequuntur Epiſcopi, qui miſerunt ſuos ambaſciatores, & procuratores.

RR. PP. DD. Epiſcopi

Pariſien. Aymo Gratianopolitan. H. Lemovicen. G. Regen. B. Graſſen. Io. Vencion. Io. Glandacen. Ioann. Apten. Ioan. Tholonen. Ulricus Lavoriten. B. Jannen. B. Lughemen. B. Montisalſnni. Joan. Ratiſponen. ſancti Pauli, S. Vnbren. Conradus Olomucen. H. Nannecten. G. Cariſopicen. G. Rithen. Joan. Caſtren. G. Leonen. Joan. Malacen. G. Lucien. Germanus Epiſcopus Lucionen. Joan. Laudimenſis, Joan Bajocen. Abrincen. Sagien. Ioan. Noviomen. B. Buten. Sicardus Cuſſan. Har. Andegaven. Sator Sueſſionen. Ioan. Silvanetten. Ar. Tornacen. Ioan. Ambianen. Cathalanen. M. Merinen. Adam Conomanen. M. Carnoten. Ulricus Buxinen. Vvenceslaus, Ioannes Electus Leodien. F. Terra Albnn. N. Tullen. Fer. Trajecten. Milo Eduen. H. Electen. P. Papien. P. Tardanen. B. Alexandria P. Pacen. Antonius Iuden. G. Lauraten. Ioan. Bajocen. M. Antiſioderen, Ioan. Trecen. P. Matiſconen. R. Meten. N. Nivernen. G. Pictavien. Ioan. Plocen. Ar. Culmen. Io. Pomeſarien. N. Vvarmiin. H. Sambien. H. Claromoncen. Philibertus Cabilonen. G. Prasnien. Nuburgen. VV. Mazeburgen. Vigintimilien. Ioan. Epiſcopus Virdunen. P. Auraycen. Pomezanien. Plocen. Banduren. Aſſanen. Vvigornien. Lichefelden. Nereforden. Roſſen. Cliſſen. Vvintonien. Ludonen. Bathonien. & Voeſſen.

A *Sequuntur Abbates, qui miſerunt procuratores cum plena poteſtate.*

Venerabiles patres domini Abbates monaſteriorum S. Antonii Veronen. ord. S. Benedicti Cluniacen. pro ſe, & toto ſuo ordine.

Eſtedus Siſtarpicen. decretorum doctor ord. S. Benedicti Rothomagen. diœceſ.

Helias Burgidolen. ord. S. Benedicti Bituricen. diœc.

De Lezaco ordinis S. Benedicti Ruen. diœceſis.

Ioan. S. Cypriani extra muros Pict. Ord. S. Bened.

Ay. ſancti Benedicti de Quintiaco prope Pict. ordinis S. Benedicti.

P. ſancta Crucis de Anglia ordinis ſancti Auguſtini Pictavien. diœceſis.

Io. Montiſmajoris ord. S. Benedict. Arelaten. diœceſ.

B. S. Hilarii ordinis S. Benedicti Carcaſſonen. diœc.

Io. beata Maria de Quadraginta ord. S. Auguſtini Narbonen. diœceſ.

Io. Fontis frigidi ordinis Ciſtercienſis B. S. Juſti de Vulturnis ordinis Camaldulen.

B *Leo S. Petri de Trieso Ciſtercien. ord. Lauden. diœc.*

M. Montis Iuliaci ord. S. Auguſtini Arcinten. diœc.

Philippus S. Canonici ord. S. Bened. Ebroicen. diœceſ.

G. de Belloco ord. S. Auguſtini Cenomanen diœceſ.

Io. de Imbricio ord. S. Benedicti Ebroicen. diœceſ.

G. S. Petri de Cultura ordinis ſancti Benedicti Cenomanen. diœceſ.

Jo. ſancti Georgii de Nemore ord. ſancti Auguſtini Cenomanen. diœc.

P. de Baldo Alvets ord. S. Benedicti Cenomanen. diœc.

Io. de Poliſia ord. S. Benedicti dicto diœceſ.

S. de Eorono ordinis S. Benedicti ejuſdem diœceſ.

Dominus Prior, & Conventus monaſterii de Loulayo Abbate ipſius monaſterii in remotis Agente ordinis, & diœceſis prædictorum.

G. ſancti Andrea Avenionen. ordinis S. Benedicti, Io. Præmonſtraten.

Io. ſancti Petri ad Montes ordinis ſancti Benedicti Cathalan. diœc.

A. omnium ſanctorum in Inſula ord. S. Benedicti.

C *Io. ſancti Memmii in Suburbio Cathalan. ordinis ſancti Benedicti.*

G. Oſarchia ordinis S. Benedicti Lemovicen. diœceſ.

Io. beata Maria ſancti Euſebii de Cellis ord. ſancti Auguſtini Bitenen. diœceſ.

Io. de Untiono ordin. S. Benedicti Bituricen. diœceſ.

G. de Caſalibene ord. S. Benedicti Bituricen. diœc.

G. Fontis Combrandi ord. S. Benedicti dicta diœc.

Io. ſancti Genulphi ord. & diœc. prædictorum.

Io. ſancti Petri Villa de Nanco ordinis ſancti Benedicti Vabren. diœceſ.

Prior, & conventus de Nullevero ordinis ſancti Benedicti Bituricen. diœceſ.

Ay. ſancti Ambroſii ord. S. Auguſtini dicta diœc.

R. Miſeracen. ord. S. Auguſtini dicta diœceſ.

Rny. Conclen. ord. S. Benedicti Rhuten diœceſ.

Ay. Pſalmodien. ord. s. Benedicti Nemonſen. diœceſ.

Joan. Condracen. ord. s. Benedicti dicta diœceſ.

Jo. s. Landi de s. Lando Ord. s. Auguſt. Conſtan. diœc.

Michael s. Salvatoris Vicecomitis ord. s. Benedicti dicta diœceſ.

D *Steph. beata Maria de Monteburgo ordinis s. Benedicti dicta diœc.*

Jo: ſancti Joannis Angeliacen. ordinis s. Benedicti Xanctonen. diœceſ.

M. de Villomancle ord. s. Bened. Bituricen. diœceſ.

N. ſancti Leodegarii ord. s Bened. Xantonen. diœc.

R. Jocunden. ord. s. Benedicti Electen diœceſ.

G. beata Maria de Veteclis ordinis s. Benedicti Rothomagen. diœc.

Ar. Abbas monaſterii de Juncellis ordinis s. Benedicti Bituricen. diœceſ.

Io. de ſancto Amano ordinis ſancti Benedicti Bituricen. diœceſ.

M. ſecularis Eccleſia s. Affrodiſii Biterren. diœc.

B. s. Tyberii ord. s. Benedicti Agath. diœceſ.

Io. ſancti Mauri ſupra Ligerim ordin. ſancti Benedicti Andegaven. diœc.

Theobaldus s. Albini Andegaven. ord. s. Benedicti.

Io: s.

Ie:s. Petri de Burgolio ord. s. Bened. dicta diœc.
Germondus ſancta Trinitatis de Mallino ordinis ſancti Auguſtini Lucionen. diœceſ.
P. beata Maria loci Dei in Iarde Præmonſtraten. ord. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinen.
Ie. ſancti Martini . . alias de Boſco ordinis ſancti Auguſtini Belvacen. diœc.
S. ſancti Nicolai prope Andegaven. ord. s. Benedicti.
R. ſancti Vicomi Virdunen. ord. S. Benedicti.
R. beata Maria de Roſa ordinis ſancti Auguſtini Andegaven. diœceſ.
Zabulen. ord. s. Benedicti Leodien. diœceſis.
Guide B. Maria Ingroſſi ord. s. Auguſt. Eduen. diœceſ.
Gemblacen. P. B. Je. Evangeliſta ordinis ſancti Auguſtini Andegaven. diœceſ.
Sancti Trudonis ord. s. Benedicti Leodien. diœceſ.
Sancti Lamberti ord. s. Bened. Leodien. diœceſ.
Alven. Ciſtercien. ordinis dicta diœceſ.
G. de Cadoena prior monaſterii beata Maria de Caſſiane Bituricen. diœceſ. a monaſterio ſancti Rufi prope Valen. immediate dependen.
Villarien. Vallis ſancti Lamberti ordinis Ciſterclenſis Leodien. diœceſ.
Vallis Dei ordinis Ciſtercienſis dicta diœceſis.
Magni pradicti ordinis Ciſtercien. dicta diœceſ.
Floreffien. ordinis Præmonſtraten. dicta diœceſis.
Sancti Gerardi de Liomo ordinis ſancti Benedicti dicta diœceſ.
Vualchiadonen. & Naſarien. ordinis S. Benedicti dicta diœceſ. Florien. dicta diœceſis, & ordinis.
Sancti Jacobi Leodiecen. ordinis ſancti Benedicti. S. Laurentii extra muros Leodien. ordinis s. Benedicti.
P. Abbas monaſterii xii. Apoſtolorum Velliroden. ord. Præmonſtraten.
H. Sancti Ægidii in publico monte prope Leodien. ordinis ſancti Auguſtini.
Averbodina. ord. Præmonſtraten. Leodien. diœceſ.
Pucen. Præmonſtraten. ordinis dicta diœceſis.
Sancti Leſſion. ordinis, & diœceſis prædict.
Helcincen. ordinis, & diœceſis prædictorum.
Novi monaſterii ordinis s. Auguſtini dicta diœceſ.
Florien. ordinis, & diœceſis prædictorum.
Malomien. ordinis, & diœceſis prædictorum.
P. de Nobiliaco ordinis s. Benedicti dicta diœceſ.
Beata Maria de Bellefonte ord. ſancti Benedicti Malleocen. diœceſ.
Lunoſſin. ordinis s. Benedicti Pictavien. diœceſ.
Jo. Ss. Flora, & Lucilla ordinis ſancti Benedicti Aretin. diœceſ.
Sancti Jammalis de Campolen. dicta diœceſ.
Je: ſancti Ægidii de Carpano Camaldulenſis ord. dicta diœceſis.
De Sexto Januen. diœceſ. beata Maria de Puello Januen. diœceſ.
S. Benigni Januen. diœceſ.
B. Barc. de Feſſato Januen. diœc.
S. Maria de Jubino.
S. Andrea de Lenzo Januen. diœc.
De Maſſiyo,
De Lermiſſa.
De Mareſiis.
Sancti Sulpitii.
B. Trinitatis de Londioco ordinis ſancti Benedicti Car. diœceſ.
Ad Romanam Eccleſiam nullo med. pertin.
B. S. Polycarpi ordinis s. Benedicti Narbonen. diœceſ.
Je. S. Trinitatis de Exaquino ordinis s. Benedicti Conſtan. diœceſ.
S. Honorati, de Croſſio, de Toronete. Salvaina, ſancti Salvatoris Ludona ordinis ſancti Benedicti.
Sequuntur demum Abbates de Anglia, qui miſerunt ambaſciatores, ſive procuratores.
Primo Abbas S. Auguſtini extra muros Cantuarien.
De Fareſan. de Bello, de Colcheſtor, de Hycda, de Berumvidech, de Cartheſt, de Abbundone, de Redruge, de Therbone, de Multare, de Seme, Albotyſime, de Malmiſan. de Caneſtela, de Evershan, de Glenſeſtria, de Barthere Zrucecenle, Alceſtre, de Ienubresbem, de Gleſtoma, de Hadruneth, ſancti Albano, de Euſhan, de Ramſey, de Burgo ſancti Petri, de Trouland. de Bardem. de Ceſtria.
A *Abbas monaſterii de Sellopia, de Bureen, de Corvoy, de Burg. ſancti Edmundi, omnes ſupradicti ſunt ord. ſancti Benedicti.*
Abbas monaſterii de Vuaaeyſtayn.
de Fornifa, de Simutanis, de Ranalle, de Valla loenda, de Melſa, de Kiliſtoll, de Adrallay, de Novo monaſterio, de Kalniveltan. de Caldua. de Rochfort, de Rupe, de Kaaliſced. de Stroſerdien. de Cumba, de Salbie, de Seoular, de Palcelude, de Strata florida, de Haylis, de Valle regis, de Culmet, de Regali loco, de Doze, de Viliſter, de Blande, de Lihiſſil. de Gran. de Vualbor, de Latres, Narnien.
Omnes ſupradicti ſunt ordinis Ciſtercien.
Abbas monaſterii Vualcham,
De Leyteſtere, de Turecon. de Notucon, de Oſevay, ſancti Jacobi Northamtene, de Darle, de Rucetre,
B *de Oſtry.*
Omnes iſti ſupradicti ſunt ordinis S. Auguſtini.
Priores prioratuum, & Eccleſiarum infraſcriptarum in regno Anglia, & primo.
Prior monaſterii de Denoyn.
De Horten. Eccleſia Roſſen. de Levven. de Boſgune, de Colve, Eccleſia Vintonien. Sancti Herti, de Vualmisfond de Daventure, Eccleſia Conventren. de Lenere. Eccl. Elien. Homvvicen. ſancti Nicolas Exonien. Eccleſia Barneſcalpe, Eccl. Vuigornien. de Derbeſt. de Malverne magn. Eccl. Bathonien. de Spaldian. de Terſordi, de Carslabe, de Bronelme, de Sconſcere. de Suapis. Vunsham, prior monaſt. de Briſcahaa.
Omnes ſupradicti ſunt ordinis S. Benedicti.
Sequuntur Capitula Eccleſiarum, qua miſerunt procuratores.
Tholeſan. Rigen. Apten. Nivernen. Albien.
Electen. Ambian. Folqualquerien. Siſtancen.
Sancti Petri de Barreria, Uticen. Narbonen.
C *Graſſen. Maſſilien. Carcaſſonen. Cenomanen.*
Noviomen. Pnniacen. Vapincen. Sevaſten.
Atrebaten. Aquen. Vencien. Nannetten.
Tarvinen. Carnoten. Arelat. Digaen. Glandacen.
Jannen. Burgen. Ebredunen. Tholonen.
Lamberien. Dolea. Tutellen. Vabren. Bonolien.
Forojulien. Toraacen. Ebrecen. Ruthen.
Mimaten. Valentin. Nimauſen. Leodien.
Floren. Silvanect. Pariſien. Senonen. Agathen.
Cameracen. Rothomagen. Bituricen. Eduen.
Conſtantien. Aretinen. Bonenien. Novarien.
Andegaven. Mirapiſcen. Tullen. Matiſconen.
Metea. Cabilonen. Lingonen. Claromoncen.
Dunelmen. Lugdunen. Viennen. Anicien.
Magalon. Vigintimilien. Virdunen. Vivarien.
Auracen. Beati Martini Turonen. Vapincen.
Londonien. S. Flori. Exonien. Saresberien.
Elien. Bathonien. & Voellen. Roſſen. Ciceſtr.
Lichefelden. & Corveten. Vigornien. Lincolnien.
Laudanen. Nerinen. Meaeven. Bangoren.
D *Aſſanen. Culmen. Pomezanien. Vvarmien. Sambien.*
Procuratores civitatum, & diœceſ. qua miſerunt ad iſtud Concilium, & primo,
Clerici civitatis, diœceſ. Ambian. Sueſſionen. Bonon. Januen. Leodien. Silvanecten. Novarien. Vvratislavien. Lemovicen.
Sequuntur provincia, qua miſerunt procuratores, & primo.
Rothomagen. Turon. Rhemen. Senonen. Lugdunen. Ebredunen. Arelaten. Aquen. Mediolanen. Ravennaten. Burdegalen. Piſan. Cantuarien. Eboracen.
Sequuntur communitates, qua miſerunt ambaſciatores
Civitas Janua.
Communitas Florentin.

Hactenus Codex.

En catalogus licet amplus, non tamen uſquequaque reſpondens ſcriptoribus propter nonnullos Epiſco-

ſcopos, alioſque deſideratos, quos potuit eorum properantia excupere. Cæterum dubitatum eſt valde, an canonice, & legitime convocatum eſſet hoc Concilium, eo quod ſine ulla Rom. Pontiſ. auctoritate eſſet indictum. De ea re, teſte *s. Antonino par. 3. tit. 22. l. 5. §. 2.* Florentiæ Laurentius Rodulphus triduo diſputavit, & tandem concluſit Concilium eſſe legitimum. Joan. Gerſon in libello, *an Papa exauctorari poſſit*. Hi, *Dei natu*, inquit, *& Spiritus ſancti, ſicut credendum eſt, inſpiratione tacti fuerunt*, qui Piſanæ ſynodo celebrandæ operam dederunt. Legitimum, & œcumenicum appellant Blondus, Severinus Bonetis, & quotquot Alexandrum, & Joan. xxiii. in recta Pontificum ſerie annumerant. Card. Ægidius Viterbienſis, Theodorus Niem, & alii verum agnoſcunt. Card. Bellarminus eam ſynodum neque approbatam, neque reprobatam videri dixit, communemque ſententiam tradere Alexand. V. & Joann. XXIII. veros Pontifices extitiſſe. S. Antoninus loco citato Concilium Piſanum legitimum fuiſſe opinatus non eſt; idem ſenſiſſe videtur Cajetanus, Turrecremata, & alii plures pii, doctique homines Antonini aſseclæ. Sed de hac re alii judicent.



LXVI 66 PETRUS Riccius a Florentinus, filius Jannozzii, Aretinus antea Epiſcopus, ex promotione Adimarii, ad Cardinalatum, ad Archiepiſcopatum Piſanum translatus eſt 1411. vii. Idus Octobris, quam ille Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1418. quo ipſo anno deceſſit, ſepultuſque eſt in ſumma æde in pulchro marmoreo ſepulchro, quatuor cubitis a terra ſublato, cum hoc epitaphio.

Hoc celebri tumulo Petri de Ricciis de Florentia Aretini, deinde Piſani Antiſtitis benemeriti ſita ſunt oſſa, qui feliciter è vita migravit pridie Kal. Decemb. anno M. CCCC. XVIII.


Incidi in quemdam Joſephum Bethuſium, qui nobile palatium Cathai in agro Patavino accurate deſcribit: qui cum nobiliſſimæ gentis Obizzæ præconia, quæ olim a Sanſovino fuerant enarrata, in ſua monumenta tranſtuliſſet, ſimul attulit elogium Jacobi Obizzi, quem ex Adrienſi Epiſcopatu ad Piſanum Archiepiſcopatum translatum fuiſſe contendit, anno 1416. reique, quam dicit, fidem facere conatur ex quadam epiſtola, quam a Florentina publica re narrat Patribus Conſtantienſis Concilii in favorem Jacobi Obizzi fuiſſe directam. Hæc opinio falſa eſt, epiſtolaque, quæ affertur, omnino commentitia. Siquidem ſi Petrus Riccius Antiſtes Piſanorum fuit ab anno 1411. uſque ad annum 1418 ut ex ejuſdem epitaphio, actibuſque Conſiſtorialibus liquido perſpici poteſt, qui poteſt fieri, ut anno 1416. Piſana ſedes ex deceſſu Riccii vacua fuerit, poſtulariuſque per literas Florentini a Conſtantienſi Concilio, ut iſte Jacobus fictitius in ſede illa collocaretur? ſed nec in aula Piſana repereris ullam inſcriptionem de hoc Jacobo. Conſtat omnibus ex regeſto Vaticano, defuncto Petro, Julianum item Riccium ejuſdem nepotem in Archiepiſcopum Piſanum fuiſſe ſublectum a Martino V. Noverit interim Sanſovinus clariſſimam Obizziorum gentem alieno non indigere teſtimonio, ut iterum inclareſcat. Sed nimium fortaſſe credulo Sanſovino danda venia eſt, quod in ea tempora incidiſſet, quæ ſcripturarum falſariis maxime abundabant. Quorum ſuus Alphonſus Ciccarellus ne iterum peccaret, capitis pœnas luit. Cæterum Iacobus Obizzius Epiſcopus Adrienſis obiit anno 1444. ut ſupra vidimus.



67 JULIANUS Riccius, nepos anteceſſoris, Petri Jannozzii filius, ex Canonico Florentino, ad Archiepiſcopatum Piſanum aſſumptus eſt an. 1419. in locum defuncti patrui, die 24. menſis Martii ex regeſto Vaticano. Hic duas capellanias, ut vocant, in Metropolitana fundavit ad titulum SS Joannis Chryſoſtomi, atque Hieronymi ſuorum protectorum, illaſque gentis Ricciæ juris fecit, voluitque jus illud redundare in clerum, ubi illa clariſſima gens contigiſſet deficere, ea tamen lege, ut non niſi ex Metropolitanæ clericis ad illarum poſſeſſionem promoverentur. Deceſſit Julianus ann. 1461. ſepultuſque eſt in Metropolitana cum hoc epitaphio. LXVII.

Hic ſita ſunt oſſa Iuliani de Ricciis de Florentia Archiepiſcopi Piſani, qui in Archiepiſcopatu vixit annis quadraginta duobus menſibus decem, diebus duobus; migravit autem ex hac vita die xxvj. Decembris M. CCCC. LXI.

De hac Ricciorum nobiliſſima familia Scipio Ammiratus ſcribit, hodieque adhuc ſplendida viget, & in Antonio Epiſcopo Aretino, qui nuper exaggeratione virtutum, ſuos majores viſus eſt, dum viveret, potuiſſe æquare. Ac non ita pridem nitidiſſimum illud lumen emiſit, hoc eſt Catharinam Ricciam, adeo in monaſtica vita perſpicuæ ſanctitatis, ut piis, ac vere catholicis illius divini amoris radiantis flammæ eſſe non poſſint non admirationi.



68 PHILIPPUS Mediceus, Florentinus, Vierii filius, Epiſcopus Aretinus, ad Piſanam Eccleſiam translatus eſt an. 1461. die 14. menſis Ianuarii, LXVIII.

Pio

Pio II. ſedente. Ingentem Philippus in republica Florentina apud omnes exiſtimationem collegit non ſolum ob claritatem natalium, verum etiam ob ſingularem prudentiam, qua effulſit, atque a republica in pluribus obeundis legationibus, dum Aretinum Epiſcopatum gereret, adhibitus fuit. Cum vero poſtea ad Piſanum Archiepiſcopatum evolaſſet, in Galliam ad Carolum Delphinum Galliæ recens Regem legatus collegas habuit Bonaccurſium Pythium Lucæ filium, & Petrum Pactium cives nobiliſſimos: mox ad Paulum II. ut nuper adeptum dignitatis apicem gratularetur, una cum ſupra memorato Bonaccurſio, aliiſque primariis civibus eodem munere functus, ſummam apud cives famam, gratiamque ſibi conciliavit, adeo ut reſpublica ſummis precibus, repetitiſque literis a Pio II. flagitaret, ut ipſum ad Cardinalatum eveheret; atque a Sixto IV. dignitatem obtinuiſſet, ni mors importuna ea cõ-

A ſilia obruiſſet anno 1474. Inſpexi ego in Franciſci Gualdi Ariminenſis S. Stephani Equitis muſæolo nummum ex ære conflatum, iſtius Philippi effigie forma elegantiſſima inſignitum, in quo gentilitia ipſius arma orbiculis octo diſtincta viſebantur, ut pari numero vetuſtiſſima Mediceorum familia, interdum vero ſeptem, alias novem præferebat, tandemque ad numero ſex redegit, uti in Magni Hetruriæ Ducis inſignibus conſpicimus. In adverſa illius nummi parte, extremi Judicii ſpecies egregio artis lenocinio ad ſpectantium terrorem admirationemque inciſa conſpiciebatur; cumque eximia illius Præſulis forma, qui ex ea ſereniſſima domo proſeminatus fuit, me ſui admiratione perculiſſet, viſum eſt ad imprimendam hominum memoriæ tanti viri egregiam effigiem Typis ad lectoris avidi delicias proponere commendatam, ne muſæoli abdita receſſu, ſepultaque oblivione deliteſceret.




Meminit Philippi eruditiſſimus Jacobus Gaddus in ſuo elogiographo, Thomas Dempſterus in catalogo, & in lib. de Hetruriæ Regibus, ejuſdemque honorificam mentionem egit Antonius Cardinalis Puccius in libello de viris prudentia claris, qui in patria floruerunt. Hic liber typographyco necdum prælo commiſſus fuit, quem apud Martium Mileſium claræ memoriæ amicum noſtrum aliquando legimus.



LXIX. *a* De hoc videndus Ammiratus in hiſt. Florent. p. 3. pag. 116. & ſeqq. *Marg.*

69 FRANCISCUS Salviatus *a*, nobilis Florentinus, a Sixto IV. ſublectus eſt Archiepiſcopus Piſanus anno 1474. Etenim cum Pontifex ille Salviati audaciſſimum animum introſpexiſſet, aptiſſimum inſtrumentum illum arbitratus eſt mutandi ſtatum Florentinæ reipublicæ, unde expulſis Mediceis, ſibi ad gerenda bella certiora præſidia compararet. Conjuravit ergo Franciſcus cum Jacobo Pazzio, aliiſque perditiſſimis civibus in Julianum, Laurentiumque Mediceos fratres, collocatiſque inſidiis in ſumma æde, dum incruenta, ſalutariſque Hoſtia in ſacrificio elevaretur, ad ſacrilegum ſignum expeditis armis conſpiratores ſuſtulerunt Julianum, fugienti, obluctantique Laurentio circa guttur haud contemnendum vulnus inflixerunt. Periculo defunctus Laurentius, in ſacrarium, quod prope erat, aufugit, tumultuante interim populo, atque conſpiratores ad necem quærente. In iis Franciſcus Salviatus fuit, qui cum ad dominorum palatium ſe contuliſſet, ut ibidem Conſulibus oppreſſis, conjurationis partes promoveret, detectus ex inconſtantia ſermonis, vultuſque, eorum juſſu, qui ſedebant ad clavum, è feneſtra laqueo ſuſpenſus miſere, indignaque morte interiit anno 1478. quinto Kalendas Maii, cæteris funeſtum exemplum futurus, nullibi parricidium, impietatemque ſecuram eſſe, tametſi ad tiaram, ſacrumque eccleſiaſticum cultum confugiſſet. Narrat Simon Majolus, ſuperſtitioſus alioquin ſcriptor, hujuſmodi Franciſci infortunatum, infamemque exitum aſtrologos non latuiſſe. De hujuſmodi conjuratione plures ſcripſere, præcipue autem Angelus Politianus, qui de hujuſmodi re edidit commentariolum, cui titulum fecit: De conjuratione Pactiana. Cæterum miſerabilis Pactiorum, ac Salviati caſus non modo mortalium miſericordiam non excivit, ſed inexpiabile etiam damnatis odium conflavit: quippe qui nefarie in clariſſimos viros conſpiraſſent, quorum præter cæteram felicitatem, eo provehenda fortuna erat, ut uterque ſummum Romanum Pontificem generaret. Laurentius videlicet Leonem X. Julianus vero VII. Clementem.



70 RAPHAEL Galeottus Riarius Savonenſis, LXX

de-

deſuncto Franciſeo ſublectus eſt ann. 1479. Hic ille eſt, qui Sixti IV. nepos, ac Cardinalis diaconus, Pactianæ conjurationi, in favorem patrui exiſtimatus eſt faces ſubdidiſſe, ideoque parum abſuiſſe, quin populo ſurenti pœnas daret, niſi prudentia, benignitaſque Laurentii Medicei intervenifſet. Piſanam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1499. deinde eo munere ſe exſolvit. Opulentis ſacerdotiis abundavit propemodum uſque ad nauſeam. Fuit enim Epiſcopus Imolenſis, Maleacenſis in Hiſpania, Archiepiſcopus Tarentinus, Salernitanus, aliarumque Eccleſiarum præfectura fulſit. Admodum ſenex ſub X. Leone deſunctus eſt Neapoli anno 1521. ſub quo iterum capitis periculum adiit, quod in Leonem conſpiratori Petruccio ſtuduiſſe crederetur. Itaque Galero roſeo ſpoliatus eſt, iterumque ingenti pecuniæ ſumma mulctatus, eidem dignitati reſtitutus, exemplum ſane nunquam ſatis ſimpliciter arridentis fortunæ. Corpus ejus Romam delatum in templo SS. duodecim Apoſtolorum in marmoreo tumulo ſeclusum brevi inſcriptione exornatum, quam leges in primo noſtro tomo in Epiſcopis Oſtienſibus.



LXXI 71 CÆSAR Riarius Savonenſis, Patriarcha Alexandrinus, electus eſt Archiepiſcopus Piſanus anno 1499. die 3. menſis Junii, quam Eccleſiam ad decem & novem annos adminiſtravit. Anno vero 1518. cum Maleacenſi in Granatenſi regno commutavit. Obiit Paduæ; ſepultus jacet in capitulo Fratrum S. Antonii, habetque in marmoreo tumulo hoc epitaphium.

Cæſari Riario Patriarchæ Alexand. Epiſcopo Malacitano F. Firmus Comes Mag.

Porro hoc ſedente Archipræſule anno 1511. inceptum hic Conciliabulum aliquot Cardinalium adverſus Julium II. quæ res cum populo innotuiſſet, arreptis, quæ ſuror ſubminiſtrabat, armis omnes eos proſugere coegit, qui ea de cauſa illic convenerant.



LXXII. 72 HONUPHRIUS Bartolinus, Zenobii fi-

A lius a, nobilis Florentinus, Leone X. ita cenſente, Piſanum in adminiſtrationem obtinuit Pontificatum anno 1518. decimo die Septembris; deinde ab eodem Leone creatus Archiepiſcopus, ab Adriano VI. confirmatur. Vexillifero, ac prioribus reipublicæ Florentinæ hiſce literis commendatur, quibus Pontifex reipublicæ gratiam ille conciliare ſtuduit.

Dilectis filiis Vexillifero juſtitiæ, & prioribus Florentinæ reipublicæ.

ADRIANUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Dudum felicis recordationis Leo Papa X. prædeceſſor noſter dilectum filium Honuphrium electum Piſan. tunc in decimoſeptimo, vel circa ſuæ ætatis anno conſtitutum adminiſtratorem in ſpiritualibus, & temporalibus Eccleſiæ Piſanæ certo tunc expreſſo modo apud ſedem Apoſtolicam Paſtoris ſolatio deſtitutæ, donec
B *vigeſimumſeptimum dictæ ætatis annum attingeret de fratrum ſuorum, de quorum numero licet abſentes tunc eramus, conſilio Apoſtolica auctoritate conſtituit, & deputavit, & deinde cum vigeſimum ſeptimum annum ætatis hujuſmodi attigiſſet ex tunc, prout ex ea die, & è contra de perſona ſua ſibi, & eiſdem fratribus ob ſuorum exigentiam meritorum accepta eidem Eccleſiæ de ſimili conſilio auctoritate prædicta providit, ipſumque illi in Archiepiſcopum præfecit, & paſtorem, curam, & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenario committendo, prout in noſtris inde confectis literis cum dictus prædeceſſor antequam ejus literæ deſuper conficerentur, ſicut Domino placuit rebus fuiſſet humanis exemptus, plenius continetur. Nos igitur ipſum Honuphrium electum ſuis exigentibus meritis paterna benevolentia proſequentes, & cupientes, quod dicta Eccleſia ſub ejus regimine in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus felicia ſuſcipiat incrementa, devotionem veſtram rogamus, & hortamur attente, quatenus eundem Honu-*
C *phrium electum, & Eccleſiam prædictam ſuæ curæ commiſſam habentes pro noſtra, & dictæ ſedis reverentia propenſius commendatos, &c.*

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarn. D. 1522. *pridie Kal. Sept. Pontif. noſtri anno primo.*

Hic in præcipuis Clementis VII. Pontificis familiaribus fuit, in iiſque Præſulibus connumeratus, qui pro obſidibus, apud Cæſareum exercitum poſt inſignem illam Romæ populationem fuere, adieruntque manifeſtiſſimum vitæ diſcrimen; cum a militibus veræ pietatis oſoribus ad furcam deducti fuiſſent, quos deinde immani periculo perſunctos, Pompejus juvit ad fugam per tubam camini arripiendam, cum prius prudentiſſimus Cardinalis potenti mero milites cuſtodes dementaſſet. Nobilem S. Galgani Abbatiam Honuphrius commendatam habuit. Eo præſule renovatum eſt Nicomedis Gamalielis, & Abdiæ ſepulchrum in Metropolitana, quod indicat ſequens titulus in marmore.

D *Gamalielis, Nicomedis, & Abdiæ patris,*
filii, & nepotis, ut Eccleſia docet civium
terrenæ, ac cœleſtis Hieruſalem felici tempore traducta cadavera marmore ſub hoc novato conduntur M.D.XXXV.

Vitam produxit Honuphrius uſque ad annum 1556. cumque prudentiæ, ac probitatis laude deinde exceſſit.


Familiæ Bartolinæ ſua vetuſtate clariſſimæ, perhonorificam mentionem edidit Verinus noſter lib. 3.

Ex hac Syllana tua Bartolina propago,
Nomine mutato Salibeni venit in urbem:
Ex hac Pariſiam primus de gente coronam
Accepit: doctorque Italas remeavit ad oras.

Pro gentilitiis inſignibus præfert hæc domus rapantem leonem media corporis parte rubeo colore ardente, altera candido in rubea area effulgente, peperitque duces ſummæ in rebus bellicis exiſtimationis, graviſſimoſque in pace Senatores.

a Leonardi Zanobii filii filius, Canonicus Florentinus, de quo Salvinus in hiſt. Canon. Florent.

LXXIII. 73. SCIPIO poſt hunc Rebiba Siculus Piſanum tenuit Pontificatum, cum Pauli IV. eſſet familiaris, prothonotarius Apoſtolicus, Epiſcopus Motulenſis, Romæque gubernator an. 1556. die 10. menſis Aprilis. Qui proxime elapſo anoo ab eodem Pontifice creatus fuerat Cardinalis ad titulum S. Pudentianæ, hoc eſt 1555. quam Eccleſiam cum ad quatuor aonos adminiitraſſet, illam cum Epiſcopatu Trojæ commutavit aono 1560. in Apulia. Fuit patriarcha Conitantinopolitanus, cauſarum fidei ſupremus Inquiſitor, ad Philippum Regem munere legationis functus eſt, vir utique ſummæ, reconditæque doctrinæ, ac libertatis. Septuagenarius ſupra tres ab multo abdomine Romæ deceſsit anno 1577. die 14. menſis Julii, ſepultuſque eſt apud S. Sylveſtrum in monte Quirinali, ubi legitur epitaphium ſupra allatum in Epiſcopis Sabinenſibus.



LXXIV. 74. JOANNES Medices, Coſmi magni Ducis Hetruriæ, & Eleonoræ de Toledo Hiſpanæ filius, decem & ſeptem natus aonos a Pio IV. creatus Cardinalis ſanctæ R. E. diaconus S. Mariæ in Domnica, anno 1560. Roſeo pileo Florentiæ condecoratus eſt adſtantibus Cardinalibus Vidone Aſcanio Sfortia, Ludovicoque Guiſio, ac paulo poſt ab eodem Pio Archiepiſcopus Piſanus deſignatus eſt, ad cujus adminiſtrationem, dum interim inter momenta prudentiæ adoleſceret, Ludovicum Beccadellum Bononienſem virum doctrina, & ſanctimonia clarum Archiepiſcopum Raguſinum admovit, ac pro exornandis ſuæ Metropolitanæ Eccleſiæ canonicis has Apoſtolicas literas exoravit.

PIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei.

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ad ea, per quæ Cathedralium præſertim Metropolitanarum Eccleſiarum, & perſonarum inibi Deo famulantium ſtatui, decori, & honori cum divini cultus augmento conſulitur, libenter intendimus, illiſque quantum cum Deo poſſumus, favorem Apoſtolicum impertimur. Sane cum, ſicut dilectus filius noſter Joannes S. Mariæ in Domnica diaconus Cardinalis de Medicis nuncupatus, qui Eccleſiæ Piſarum perpetuus adminiſtrator in ſpiritualibus, & temporalibus per ſedem Apoſtolicam deputatus exiſtit, nobis nuper expoſuit, canonici dictæ Eccleſiæ, quæ inſignis eſt, & antiquiſſima Metropolis exiſtit, qui fuerunt, & aliæ perſonæ, quæ dignitates in ea obtinuerunt, hactenus quibuſvis horis canonicis, ac miſſis, & aliis divinis officiis, necnon funeralibus, & proceſſionibus, ſinguliſque actibus capitularibus, quandoque cottas, quandoque vero cappas rubeas, ſeu mantella rubea, quaſi ad inſtar Cardinalium, ſine tamen rocchetto lineo ab immemorabili tempore forſan ex privilegio, ſeu indulto Apoſtolico, aut alias deferre conſueverant, prout dilecti filii moderni ipſius Eccleſiæ canonici, & aliæ perſonæ dignitates in ea obtinentes adhuc deferunt, & gerunt, illiſque utuntur; ſi quilibet ipſorum canonicorum, & perſonarum, & eorum ſucceſſorum canonicatus, & præbendas, & dignitates in eadem Eccleſia pro tempore obtinentes rocchettum lineum ſubtus illius cappam rubeam, aut mantellum rubeum tem- A *pore quo ipſi canonici, & perſonæ illam, vel illud deferre conſueverunt, & tempore vero, quo Cotta linea utuntur ſine hujuſmodi cappa, vel mantello, mozzettam rubeam horis canonicis, ac miſſis, funeralibus, proceſſionibus, & actibus capitularibus præfatis deferrent, & illis uterentur, profecto ipſi canonici, & perſonæ in laudem divini nominis digniori, & decentiori veſtium ornarentur, & ipſa Eccleſia magis decoraretur, ac a Chriſti fidelibus ad eam pro tempore confluentibus amplius veneraretur. Nos igitur, qui decus, honorem, & venuſtatem quarumlibet cathedralium Eccleſiarum, præſertim Metropolitanarum, & perſonarum in eis Deo famulantium augere noſtris potiſſimum temporibus ſinceris exoptamus affectibus, eoſdem modernos, & pro tempore exiſtentes canonicos, & perſonas ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt,* B *ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, contemplatione dicti Ioannis Cardinalis eiſdem modernis, & pro tempore exiſtentibus canonicis ejuſdem Eccleſiæ, ac aliis perſonis dignitates in ea pro tempore obtinentibus, & eorum ſingulis quatenus rocchettum lineum ſubtus cappam rubeam, aut mantellum rubeum hujuſmodi tempore, quo ipſi illam, vel illud deferre, tempore vero, quo cotta linea uti conſueverunt, mozzettam rubeam ſine hujuſmodi cappa, ſeu mantello in dicta Eccleſia ſingulis horis canonicis, ac miſſis, & aliis divinis officiis, necnon funeralibus, & proceſſionibus tam intra, quam extra eandem Eccleſiam faciendis, ac actibus capitularibus publicis, & privatis, & aliis juxta ſtatuta, licita tamen, & honeſta, & conſuetudines per eos deſuper edenda, & edendas, ac facienda, & faciendas, quæ poſtquam edita, necnon facta fuerint, Apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata ſint, & eſſe cenſeantur, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita publice, vel occulte defer-* C *re, & gerere, ac illis uti libere, & licite valeant, plenam, & liberam auctoritate prædicta, tenore præſentium concedimus licentiam, & facultatem, non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in provincialibus, & ſynodalibus conciliis, editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac fundationibus ſingulorum canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum ejuſdem Eccleſiæ, illiuſque etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Eccleſiæ, nec non collegio dilectorum filiorum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper veſtimentis ad eorum inſtar per alios non deferendis, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam forſan per nos etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſis, approbatis, & innovatis, ac concedendis, approbandis, & innovandis,* D *quibus omnibus illorum tenore præſentium pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuis permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini 1560. 12 Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno 1.

Cæterum ſpes, quas de nobiliſſimi adoleſcentis egregia indole mortales conceperant, mors importuna corrupit. Siquidem Piſis deceſſit anno 1562. die 12. Decembris, ætatis ſuæ xix. delatuſque Florentiam apud S. Laurentium, non ſine civium lacbrymis tumulatus eſt, cum hoc epitaphio.

Mariæ Salviatæ Coſmi Medicis Florentiæ,

& Se-


& Senarum Ducis Mater, & Ioannes S. R. E. Cardinalis, unacum Gratia Fratre ambo mirifica indolis adoleſcentes, & ejuſdem Coſmi filii, hic ad tempus quieſcunt.

In Ioannia, Gratiæ, matriſque eorum Eleonoræ Toletanæ obitu hos verſus edidit Paganus a Licianenſis.

[a] Pagandus Paganinus.

GRATIA cum moritur pulcher, magnuſque
JOANNES,
Optima cumque parens ELEONORA perit.
Tum vere, æſtate, autumno ſpoliatus ut eſſet,
Annus, deformis TUSCIA facta fuit.

Præclariſſimi adoleſcentis elogium ſcripſit Hierimas Martius medicus Auguſtanus, Petrus Victorius, oratione jam cuſa Florentiæ, quo cadaver rranslatum, in Lauretana Mediceorum æde habita, nonnullas laudes expreſſit. Joannes virtutum ſuarum ſpem commoverat, ſingularis ingenii, indolis optimæ, non vulgaris eruditionis ſpecimen dedit, a Victorio optimus, caſtiſſimus, innocentiſſimus appellatus, a Pio IV. non tam, ut Coſmo parenti rem gratam faceret, quam quia futurum ſperabat, ut quemadmodum nomine, & vultu, ita doctrina, prudentia, pietate, & rebus geſtis Leonem X. referret, in Vaticanum Senatum fuit adlectus. Romæ Joannes aliquaudo vixit, ſed corporis voluptates, lethales juvenum ſirenaa, magno animo contempſit. Cum diem è mortali carcere abeundi Piſis adveniſſe perſpiceret, ſacroſanctos terræ Principes Petrum, & Paulum intimis ſenſibus exoravit, ut perennem in cœlo ſedem ſibi obtinerent a Deo: cum Pontifice abſente, quaſi præſente verba faciens, ut ſe indulgentia, & benedictione donaret, obſecravit: moriena autem dixit: Noli pie Pontifex hoſtium impetum reformidare, conſpirent in Romani principatus, veræque religionis perniciem Germania, Britannia, Gallia, ſtabit tecum ſuo rectore, quamvis procellis agitata, Petri navia invicta, & inclyta: hoſtes autem & hic, & apud inferos, poſt obitum, neſarii parricidii pœnas dabunt.



LXXV. 75 ANGELUS Nicolinus [b], Florentinus, Matthæi filius, doctor, ac eloquentiſſimus Senator, ad Paulum III. Carolumque V. ſæpius legatus pro Magno Duce Coſmo, deinceps Senarum propter ſpectatam prudentiam factus adminiſtrator, cum extulisſet uxorem, ſub Pio IV. Archiepiſcopus Piſanus evaſit anno 1564. die 14. menſis Iulii. Anno vero 1565. etiam Cardinalis ad titulum S. Calliſti. Ejus favore, & beneficio poſt tot bellorum turbines reſloreſcente pace apud Hetruſcos, & renaſcentibus literarum ſtudiis tum in Piſana, tum in Senenſi academia, multi doctrina excellentes viri, & eruditione clariſſimi floruerunt: cujus prudentiam admiratus Paganinus Licianenſis eum Senenſium præſidem, & Piſanorum Archipræſulem ſic affatur.

[b] De familia Nicolina Gamurrinus vol. 2. p. 5.. & pag. 518. de Angelo fusè ſcribit. *Mandoſ.*

Eſt in te virtus, in te prudentia ſumma,
Qua recte, ac juſte te, populoſque regis.
Nil igitur mirum eſt, tantum virtutis amanti
Coſmo: & prudenti ſi ANGELE docte places;
Si te hic divitiis, ſi te auget honoribus, ac te
Si FLORA, & SENAE, totus & orbis amat.
Si te Pontifices mirantur, debitajamque
Si caput exornat purpura pulchra tuum.
Si vox una hominum te dignum dicit honore,
Qui ſuperas claudit, qui reſeratque fores.
Vos Florentini, & Senenſes diſcite, tuque
Orbis, quem ſurgens ſol videt, atque cadens,
Tanta virtuti quanta eſt ſapientia juncta,
Qua nobis tanta, & talia ferre poteſt.

Senis tandem repentino fato è vivis ſubductua eſt eſt 18. Kal. Sept. anno 1567. ejuſdemque cadaver delatum Florentiam in ſuorum majorum ſacello apud Eccleſiam S. Crucis tumulatum eſt cum hoc epitaphio.

Angelo Nicolino Matthæi filio, Angeli nepoti I. C. D. ac Senatori clariſſimo, Coſmi Hetruria Magni Ducis Conſiliario, qui primo ad Paulum III. Pont. Max. & Carolum V. Imp. legationibus egregie functus, deinde Senarum gubernationi præpoſitus, itemque Piſana Eccleſia Archiep. poſtremo a Pio V. in Cardinalium collegium cooptatus, integritatem, & innocentiam ſuam omnibus probavit. Obiit anno ſalutis M. D. LXVII. Joannes filius legitimo matrimonio procreatus patri optimo poſuit.

Hæc nobiliſſima familia in omni memoria protulit viros egregios, præcipue autem, qui divinum cultum impenſius perurgerent, ſtuderentque eccleſiaſtico decori. Inde enim traxit originem magnus ille [c] Otho Archiepiſcopus Amalphitanus, hodieque in Florentina ſede viget, ac floret Petrus Nicolinus, qui ob ſpectatiſſimam vitæ probitatem, ac lenitatem morum promeruit eo faſtigii promoveri, nepos ſupra memorati Angeli Card. Nec minorem eidem familiæ ſplendorem videntur adſerre duo germani fratres, Nicolinii marchiones, Franciſcus alter pro Ferdinando II. Magno Duce legatus ordinarius ad Pontificem Urbanum VIII. alter ſereniſſimi principis Io. Caroli Card. Hetruriæ aulæ præfectus, de quibus merito illud uſurpari poteſt.

[c] Ille Joannes Othonis filius.

Non cenſus locuples, vel clarum nomen avorum
Sed magna probitas, ingeniumque facit.

LXXVI. 76 JOANNES Riccius Montis Politiani Cardinalis ſubiectus eſt Piſanus Archiepiſcopus 1567. die 4. menſis Septembris. Petrus Antonius Riccius ob ſuam probitatem, fidemque domi, foriſque clarus, hunc Joannem, de quo modo loquimur, progenuit, qui vix annos pubertatis egreſſus, hoc eſt quindecim tantum natus annos, Romam profectus eſt, illumque Joannes Maria de Monte, qui poſtea fuit Iulius III. inter familiarea, aulicoſque honorarios excepit. Apud quem Riccius aulæ magiſter conſtitutus eſt, digniorique deinceps munere apud Alexandrum Farneſium perſunctus, omnibus ſolertiam ſuam, conſiliumque probavit. Inde cum tamquam vir probus, & doctus inclaruiſſet, ad Franciſcum Regem Gallorum, Carolumque V. ſemel & ſæpius de rebus graviſſimis legationem obivit. Quamobrem tantum apud Paulum III. gratiæ collegit, ut illum Apoſtolicæ Cameræ clericum creaverit, ac in regno Laſitaniæ collectorem ſpoliorum, ac non multo poſt totius Hiſpaniæ eidem legationem detulerit. Interea Paulus fato ceſſerat, reverſumque Romam Riccium Iulius III. Generalem Eccleſiæ Theſaurarium declaravit, Sypontinum Archiepiſcopum, adminiſtratoremque Epiſcopatus Cluſini, anno vero 1551. etiam presbyterum Cardinalem ad titulum S. Vitalis. Cæterum Riccius Montis Politiani, ſuæ patriæ primus Epiſcopus fuit, promotoſque Piſanæ Eccleſiæ, Riccium collegium fundavit, auxitque cenſu, ut ibidem octo Politiani juvenea a gente Riccia nominandi, divino cultui ſubſervituri, imbuendique nobilibus diſciplinis alerentur. Suffraganeum habuit in Eccleſia Piſana Antonium de Laurentiis Montis Politianenſem Epiſcopum Cæſareenſem,

A qui poſtea ſuit Epiſcopus Aſſiſienſis. Fuit idem dives. ac ſplendidus, quæ duo raro ſedus contingit inire. Etenim rum Poliriani, tum Romæ conſtituendis magnificis ædificiis opes effudit. Romæ deceſſit, vir utique magnæ perſpicacitatis, habiliſque ad omnia ingenii, jam Albanenſis Cardinalis Epiſcopus factus, ſepultuſqoe eſt apod S. Petrum in Monte Anreo, in ſacello a ſe ibidem magnifice extructo, cum hoc epitaphio,

Joannes Riccius Politianus S, R. E. presbyter Card. S. Vitalis, memor officii ſui ſacellum hoc Deo dicatum, quo moneantur omnes inter humana negotia antiquiſs. Dei curam habend. pon. cur. anno ſalutis M. D. LXXIII.



LXXVII. 77 PETRUS Jacobus Borbonius *a*, ex Marchionibus montis S. Mariæ, filius marchionis Bartholomæi, ac Paotaſileæ Vitelliæ, S. Chryſogoni Abbas commendatarius, poſt aliquot civitates ſtatus Eccleſiaſtici prudentiſſime adminiſtratas, unus ex iis Præſulibus, qui ſacram implent conſultam, renunciatus eſt Archiepiſcopus Piſanus die 17. menſis Maji anno 1574. atque a Gregorio XIII. Pontifice Maximo inauguratus. Piſas interdicto ſuſpenſas tanquam Apoſtolicus legatus ea cenſura exſolvit. Brevis Ponrifex fuit, qnod vix annum in ea dignirare expleverit. Deceſſit enim 1575. cum a mortalibus, qoi illum noveraot, maximam gratiam promeruiſſet.


a De hoc Pldoinus in Athen. Aug. & Jacobillius in Bibl. Umbriæ. *Mand.*



LXXVIII. 78 LUDOVICUS Antinorius, nobliis Florentinus, antea Volaterranenſis Epiſcopus, tum & Piſtorii ad Archiepiſcopatum Piſanum translatus eſt a. die Decembris 1575. Ipſe per ſe ejos Archiepiſcopatus poſſeſſionem iniit, die aa. menſis Januarii 1576. eodemque die cum ex inſperato incidiſſet in morbum, die 13. menſis Februarii fato ceſſit, inconſulabile ſui deſiderium relinquens, ob perſpectam pieratem, prudentiamque, quibus uſus fuerar, dum Volaterranum, Piſtorienſemque Epiſcnpatus adminiſtraſſet,



B 79 BARTHOLOMÆUS Junius, Florentinus, filius Dominici, adhuc decem & octo annorum juveois, vividæ indolis, habiliſque ingenii, canonicatum Florentinæ Metropolitanæ obtinuit, mox & decanus, ac S. Romuli rector; ſub Pontificatu vero Pauli III. ſecretarius Nicolai Ardinghelli, Cardinaliſque Farneſii, tum & magiſter aulæ Ferdinandi Cardinalis Medicei, qui poſtea Magnus Dux Herruriam ſapieotiſſime ſrænavir, ac demum in grariam Franciſci I. magni Ducis Hetruriæ, ad Archiepiſcopatum Piſaoum ſubvehitur anno 1576. die 20. menſis Februarii, cum jam provectæ eſſet ætatis. Cærerum breviori mora Piſanam Eccleſiam adminiſtravit. Deceſſit eoim aono 1577. die 20. menſis Junii, cum octuageſimum quartum ætatis ſuæ annum expleſſet, ſepultuſque eſt in Piſana Metropolitaoa. Marcello II. Pontifici Maximo Cervioo familiaritate conjunctiſſimus fuit, a quo poſt aſſumprioοem ad Pontificatum Romam vocatus, eundem in Tiara videre non potoit, cumque ſepulto Pontifice ſpes ſuas funeratas in- C venit. LXXIX.



D 80 MATTHÆUS Rinuccinus, *b* Florentinos, lireratura ciarus, præſtaotiſſimique conſilii, Archiepiſcopus Piſanus ſublectus eſt anno 1577. die 14. menſis Auguſti, cum prius in aula Romana trepida, implicitaque negotia ſapientiſſime explicuiſſet. Deceſſir anno 1582. die 8. menſis Junii, ſepultoſque eſt in Metropolitana lo ſepuichro, quod ei defuncto Alexaoder Rinuccious Magni Coſmi II. geoeralis depoſitarius erexerat, ubi hæc ſequentia verba in oigro marmore inciſa leguntur. LXXX.

Matthaeo Rinuccinio variis Eccleſiæ Romanæ muneribus in Italia, atque Hiſpania functo, deinde Archiepiſcopo Piſano, Alex. Rinucc. ſereniſs. Coſmi II. depoſit. General. patrao meritiſſ. P. Obiit anno Domini M. D. LXXXII.

b Hujus mentio in Notitiis Vir. Illuſt. Acad. Florent par. 1. p. 151. *Mand.*



LXX XI.

a De eo Roſſettus in ſyllabo Script. Pedemontii, & Baſellus in memoria Bernabit. t. 2. Alandiſ.

85. CAROLUS Antonius a Puteo *a*, Franciſei Marehionis Romagniani, comitiſque Ponderani, & Amodcæ ex comitibus Verveuſibus filius quarto genitus, Bugellæ in Pedemonte natus pridie Kalendas Decembris 1547. frater fuit Ludoviei Pedemontis primi præſidis, & comitis Fabririi pro ſereniſſimis Sabaudiæ Dueibus apud Venetos, magnoſque Herruriæ Duces oraroris, nepos Caſsiani, alteriusque Pedemontis primi præſidis: cujus etiam gentis fuir Jacobus Juriſeonſultus, & Senaror, celeberrimi Jaſonis magiſter, Humbertus ſub Joaune XXII. & Jacobus juris lumen ſub Julio III. Pontifieibus Maximis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Antonius Archiepiſeopus Barenſis ad Cæſarem pro Apoſtoliea ſede Nu. :ius, Joannes Lueas Regii Lepidi, & Alphonſus S. Donniui Epiſcopi. Clara enim, & perveruſta Putea familia, non ſolum apud Italos, verum & in Galliis ſemper habita eſt, & toga, & armis illuſtrium virorum genitrix, quorum virtutes egregie inſectatus noſter Carolus Antonius, facile ei fuit non ſolum in dignitatum ſimilitudine, ſed multo magis lu omnium virtutum genere, & morum ſuavitate anteire. A pueronamque literis ita imbutus eſt, ut Græce, Latineque eximie eruditus haberetur; Philoſophiam, divinamque Theologiam didieit, illa ut eorporis, hæc ut animi rueretur ſalutem. Piſas autem bono omiue eum ſe contuliſſet, juriſprudentia clarus evaſit, cujus facultatis Bononiæ poſtea ſub Hannibale Monterentio lauream tulit. Taurinum deinde eum revertiſſet, & eauſas ſeripſit, & peroravit egregie, nec multo poſt Florentiæ a Coſmo I. Magno Hetruriæ Duce vocatus, & ad ardua negotia accitus, tantam ab ſapientiſsimo illo principe, & a Franeiſco filio gratiam iniit, ut ſupremi Auditoratui Fiſci illum admoverir, ac deineeps eum ſedes Piſana vacarer, illius Eccleſiæ Arehiepiſcopum ſeligendum euraverit anno 1582. die 1. ineuntis Octobris: ſub Gregorio XIII. inaugurarus, primum apud ſacram Camaldulenſium Eremum ſacrum fecit. Qui non modo deinde Eccleſiæ ſibi ereditæ regendæ ſuffecit, ſed etiam cum Ferdinando I. magno Duee Hetruriam totam adminiſtravit, & ad publicum commodum ejuſdem jus dixir, ut olim ſub Coſmo vere Magno Ferdinandi patre, famoſus ille Juriſconſultus Lælius Torellus Hetruſei Imperii molem ſuſtulerat. Non deſuir in Ferdinando maximorum prineipum ſui ſeculi prudentiſsimo, erga præſtantiſſimum virum nec amor, nec gratia, adeoque ejus virtutes, fidemque adornavit, ut non ſemel apud Pontifices Maximos per ſuos legatos exoraverir, ur purpura cohoneſtaretur. In victu ſobrius, In pauperes liberalis, rigiduſque Eccleſiaſticæ ſuæ diſeiplinæ conſervator fuit. Literatorum virorum familiaritate uſus, coluitque quam maxime Cæſarem Mazzonium, & Bonamicum inſignes Philoſophos, Rodericum Fonſecam, Borumque medicæ diſciplinæ famoſos, comitem Alexandrum Raudenſem, Jacobumque Angelium Bargæum juriſpradentiæ excellentes, & in academia Piſana primarios viros. Nulla fere dies fuit, in qua per octo ad minus horas literis non vacarer. Tractatum compoſuit *de poteſtate principis*, alterumque *de feudis*, in tredecim libros plures, curioſaſque quæſtiones digeſsit, unde perſpicaciſſimi ingenii haud ſane mediocrem laudem tulir. Nec deſuir in religioſo Archipræſule pietas, nec charitas: ſummam ædem Piſanam magna ex parte labeſactatam munificentiſſime refecit, palatium Archiepiſcopale inſtauravit, Eccleſiæ S. Fridiani Piſas nobile lacunar obduxit, Sacramentoque altaris eiborium, ut vocant, erexit, illamque clericis regularibus Barnabitis illue advocatis attribuit. Fratres Minimos S. Franciſei de Paula in Eccleſia S. Torpetis introduxit. A fundamentis tum ſignis, tum picturis viſendum ſacellum ſubſtruxit in campo ſancto, illudque D. Hieronymo protectori ſuo dicavit; ſacrarium ſuperba ſupellectile ditavit. Equeſtris ordinis S. Stephani nobilem, divitemque commendam inſtituit, Puteanæ ſuæ gentis juſpatronatum fecit, quam hodie tenet Eques Caſsianus Abbas S. Mariæ de Caburro, morum ſuavitate, eruditione, exaggeratiſque virtutibus vir illuſtris, filius Antonii Caſsiani primi Pedemontis Præſidis filii, & Caroli Antonii Archiepiſcopi conſobrini Magnorum Hetruriæ Ducum Ferdinandi I. & Coſmi II. ſupremi octovirorum magiſtratus, Hetruriæque militiæ generalis Auditoris. Puteanum fundavir Piſis collegium commodis eidem attributis redditibus, ut illic Pedemontana juventus inſtitueretur. Infirmis honeſtis viris paupertate laborantibus, quibus per verecundiam publica Xenodochia petere non liceret, perpetuo ſumma pietate, ſummaque ad id pecunia relicta inſtituit, ut medici, chirurgi, vitæque neceſſaria gratis in poſterum tribuerentur. Denique vere pater pauperum, juſtitiæ amator, cleri lumen, eccleſiaſticæ diſciplinæ propugnator, Hetruſcis Principibus fidus Conſiliarius, ſexagenarius deceſſit, cunctis bonis mœrentibus anno 1607. die 18. menſis Julii, ſepultus in campo ſancto in ſacello S. Hieronymi a ſe conſtructo, in tumulo, quod ſibi vivens paraverat cum hoc epitaphio.

D. O. M.


Carolus Antonius Puteus Franciſci Comitis Ponderani filius Archiepiſcopus Piſanus, diem mortis, & univerſalis reſurrectionis cogitans, locum hunc vivens ſibi ſtatuit pro cadavere ſuo reponendo, quando divina clementia viſum fuerit ipſum ad hoc ſeculo nequam eripere. Anno Domini M. DC.

Ejus funus oratione lugubri proſecutus eſt Curtius Centoletra Canonicus Piſanus; ejuſque laudes non tacuit doctor Atrilius Curſus Florentinus pereleganti oratione in academia Florentina die 30. Septembris ejuſdem anni, & Franciſcus Bocchius peroravit, Antonius vero Theſaurus in præfatione ſuarum deciſionum, Vivianus Vivianus Canonicus, & Archidiaconus Piſanus, & Epiſcopus Inſulanus in tractatu de jure patronatus, & Ludovicus Comes Landius de vetuſtis numiſmatibus honorificam digniſſimi Archipræſulis mentionem fecerunt, cui dicat tractatū de comparatione Ariſtotelis cum Platone, Jacobus Mazzonus inſignis philoſoph.



82 SALUSTIUS Taruſius Politianus, nepos LXX XII.

A Francifci Taruſii Cardinalis Archiepiſcopi Senenſis, ex utriuſque Signaturæ Referendario tertius ſuæ patriæ Antiſtes evaſit, atque a Clemente VIII. ſancti Spiritus in Saxia Commendator adſcitus, a Ferdinando vero Magno Hetruriæ Duce ad Regem Catholicum in Hiſpaniam legatus, demum ſumma probitate, ac fide eo munere functus, ad Piſanam ſedem ſubvehitur anno 1607. prima die exordientis Octobris. In ea dignitate ad ſeptem annos ſuperſtes fuit, cumque recuperandæ valetudinis gratia conceſſiſſet Politianum, ibidem poſtremam diem obiit die 10. menſis Auguſti anno 1613. ſepultuſque eſt in Cathedrali non ſine bonorum lachrymis.



LXX XIII. 83 FRANCISCUS Boncianius, Florentinus, nobilibus parentibus, Paulo, & Honeſta de Naſis Florentiæ natus, Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus, & Archidiaconus, varia literatura exornatus, morumque comitate præcipuus, ad Archiepiſcopatum Piſanum aſſumptus eſt ann. 1613. die 6. menſis Novembris. Hujus magna fuit inter Hetruſcos Principes propter multiplicem rerum uſum auctoritas. Deceſſit autem 1620. die 28. menſis Novembris, ſepultuſque eſt in Metropolitana, Fratreſque Dominicanos ſuæ nobilis bibliothecæ apud S. Mariam Novellam hæredes inſtituit. Ipſius gentilis fuit Joannes Baptiſta Epiſcopus Caſertanus ſub Leone X. clarus, de quo in noſtro 6. tomo poſtea nonnulla enarrabimus. Bocianæ familiæ meminit Verinus noſter l.3. de illuſtratione urbis Florentiæ.



LXX XIV. 84 JULIANUS Medices præcipuæ prudentiæ laude notiſſimus, & apud Hetruſcos principes maxime gratioſus, Raphaele Mediceo clariſſimo Senatore, ac S. Stephani equite prognatus eſt. Pluribus pro Magno Hetruriæ Duce inclaruit legationibus ad Imperatorem, ad Regem Gallorum, extra ordinem vero ad Regem Poloniæ. A Paulo V. Archiepiſcopus Piſanus ſublectus eſt die 15. menſis Junii anno 1620. Eccleſiæ ſibi creditæ amantiſſimus fuit, quippe qui ad rectam clericorum inſtitutionem in ea ſeminarium divendita ſua ſupellectili argentea munificenter erexit. Suis etiam impenſis monaſterium S. Petri ad Gradus ædificavit: Operæ magiſtratui crucem adamantino lapide intertextam in ornamentum Archiepiſcoporum dono dedit, auxitque ſacrarium cultu ſerico, auroque contexto. Graſſante vero contagio, oves ſibi commiſſas, poſthabito vitæ periculo clementer inviſit, multa pauperibus erogata pecunia, cujus cum ad mille ſcutatos Ferdinandus Magnus Dux Archiepiſcopo Juliano cenſuiſſet reſtituendos, ipſe abnuit accipere, ratus ſatius fore, ſi in Florentino Pietatis Monte ad lucrum collocarentur, ut ex eo cenſu in Eccleſia Inſulæ Gorgoniæ ſacerdos animarum curator poſſet ſuſtentari. Barnabitas clericos in Liburnum Portum induxit, duobus ex illis pœnitentiariis, ducentis attributis ſcutatis; quingentis inſuper eiſdem erogatis, ut ædificandæ deinde Eccleſiæ pares forent. Quotannis ſuis impenſis plures in matrimonium collocabat puellas. Sacroſanctam Spinam, quæ in ſancti Spiritus ſacello aſſervatur, affabrefacto argento incluſit. Demum ita conſilio valuit,

B ut Magni Hetruriæ Duces de rebus politicis ubique & ſemper adhibuerint conſultationi. Viſus Julianus eſt cum Joanne Mediceo marchione S. Angeli bellatore egregio fratre decertaſſe. Etenim ſicut ille apud exteros Reges armis inclaruit, ſic iſte domi, fotiſque ob ſummam prudentiæ laudem evaſit longe clariſſimus. Fato demum conceſſit Julianus populo Piſano mœrente, ſepultuſque eſt in Metropolitana ann. 1636. die 6. menſis Januarii 22. diei hora. Procera ſtatura fuit, macilento, & pleno dignitatis aſpectu, affabili, commodo, ac peracuto ingenio, ita ut ad magna natus videretur, & altus. Ad ſepulchrum hoc ei deſignarunt epitaphium.

D. O. M.

Julianus Medices Florentinus Archiepiſc. Piſanus poſt legationes ad Rodulphum Cæſarem, Matthiam Ungarorum, Sigiſmundum Polonorum, Philippum Hiſpanorum Reges prudentiſſime obitas: poſt Ludovici Gallorum victorioſiſſimi Regis arma prudenti eloquentia ab Italia, cui domitis alpibus minabantur, feliciter depulſa, poſt operam Reſpub. C *ex teſtamento Coſmi II. conſilio navatam: poſt defenſam opibus periculiſque ſuis a pauperibus peſtilitatem, paternamque in omnes ordines charitatem, virtutibus omnibus ſua par vigiliæ, quod mortale habuit, hic depoſuit immortalitatis conditus. Obiit ætatis anno LXII. ſalutis M. DC. XXXVI. Octavo Id. Januarii.*

D



85 SCIPIO ex Comitibus Elciis, a Senenſis, filius illius magni comitis Urſii, cujus paulo antea prudentia, conſilioque Ferdinandus II. Hetruriam ſuam prudentiſſime adminiſtraverat, ex Pientino Epiſc. ad Piſanam ſedem ſubvectus eſt ann. 1636. m. Febr. Juvenis adhuc annis, ſed maturus judicio, & unde cordati poſſint magna ſperare, quæ egregiam indolem illam, nobilitatemque addeceant. LXX XV.

a De eo Ugurgerius in Pompis, tom. 1. p. 116.

A D D I T I O.

(„ *Factus deinde S.R.E. Presb. Cardinalis tit. S.*

Sa-

„ *Sabina Eccleſiam Piſanam dimiſit an.* 1663. Menſe Auguſto.

LXXXVI „ FRANCISCUS *Elcius, presbyter nobilis Florentiæ natus, Alexandri Papa VII. intimus Cubicularius, & Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe Canonicus, J. V. D. cum annum ageret ætatis ſua 36. evectus eſt ad ſedem Archiepiſcopalem Piſanam 27. Auguſti 1663. Diutiſſime præfuit, donec ætate, laboribuſque fractus poſtremum diem obiit in reſidentia menſe Junio an.* 1702.

LXXXVII „ FRANCISCUS *Froſini ex Epiſcopo Piſtorien. & Praten. ubi de eo plura diximus, ad Eccleſiam Metropolitanam Piſanam translatus eſt die 2. Octobr. 1702. Vivit.*

ADJACENSES EPISCOPI.

ADJACENSIS civitas in primoribus Corſicæ inſulæ oppidis numeratur, milliario tantum ab antiqua diruta diſtat, ubi olim inſulæ Domini ſedem fixere. Pulchra in planitie conſtructa eſt, videturque recentem redolere architecturam, ibique ultra montes pro republica Januenſi Locumtenens, ut vocant, jus civile pronunciat. Territorium admodum fertile habet. Hujus civitatis Epiſcopus ſuffraganeus jam inde a ſuo exordio Archiepiſcopi Piſani eſt. Ejus diœceſis quatuordecim plebanias continet, ſive mavis oppida appellare. Raro utitur clero, egetque ſacerdotibus, ut narrat Antonius Petrus Philippinus in hiſtoria Corſicæ, in eaque unum tantum Ordinis Servorum ſpectatur monaſterium. Cathedralis eſt, quæ dum hic auctor ſcriberet, vix per quinque palmos ſundamenta ipſa exceſſerat; jam oportet ad faſtigium perveniſſe; nec quicquam occurrit aliud, quod de hac ipſa Eccleſia enarrandum eſſe videatur. Series Epiſcoporum, qui in ea ſederunt, ſequens eſt, quam ex diverſis monumentis eruimus, ſcripturiſque, quas tamen Adjacenſis Eccleſia haud nobis ſubmiſit.

ADDITIO

(„ *Sixtus V. cum Adjacenſis Eccleſia duas tantum dignitates Archipresbyteratum videlicet, & Archidiaconatum, ac tres Canonicatus, & totidem præbendas haberet, ad majorem Dei cultum, & beneficium animarum, & Epiſcopalis dignitatis ornamentum, & ut augeretur clerus, qui in Civitate Adjacenſi ob paucitatem beneficiorum nullus erat, in eadem Eccleſia quinque alios Canonicatus, ac totidem præbendas pro quinque aliis Canonicis, qui una cum aliis reliquis tribus, Archipresbytero, & Archidiacono prædictis, Capitulum dictæ Eccleſia conſtituerent, quique dictæ Eccleſia deſervirent juxta Concil. Trident. ſanctiones, perpetuo erexit, & inſtituit; nec non a menſa Epiſcopali tot fructus, & redditus, qui valorem annuum* 250. *Scutorum efficerent, perpetuo diſmembravit, ex quibus, & ex redditibus trium Canonicatuum, præbendarum, & dignitatum hujuſmodi fieret menſa Capitularis dictæ Eccleſia, & inter omnes decem pro Epiſcopi Adjacen. prudentia dividerentur, ita ut qualibet dignitas obtineret decem Scuta ſupra cæteros Canonicos.* Ex Cedula 1587. *Porro Menſa Epiſcopalis fructus taxantur in libris Cameræ ad Flor.* 300. *aſcendunt autem ad Scuta* 1200. *Moneta Romana.*)

I. 1.* EVANDER Epiſcopus ab Urſino: idem eſt, & Adjacenſis, cujus meminit Optat. lib. 1. & Greg. Magnus epiſt. 74. lib. 9. Indict. 4. meminit Eccleſiæ Adjacenſis tunc vacantis.

* Ex App. tom. 7.

II. („ BENEDICTUS *Epiſcopus S. Ajacenſis Eccleſiæ interfuit Concilio Lateranenſi ſub Martino I.* „ *an.* 649.)

III. 2.* GUILLELMUS florebat anno 1126. 3 Aprilis, ut in donatione facta Eccleſiæ Adjacenſi à Comite Pulverello de Comitatu Fraſſa.

* Ex App. tom. 9.

IV. 3. ARDIZUS Epiſcopus Adjacenſis an. 1128 ſubſcripſit privilegio Honorii II. Eccleſiæ Piſanæ indulto.

V. 4. JOANNES Epiſcopus Adjacenſis interfuit concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato anno 1179.

VI. 5. ANDREAS Hiſpanus monachus Benedictinus, ex Civitatenſi Epiſcopo factus eſt Epiſcopus Adjacenſis: vir plane doctiſſimus, ut ſcribit Trithemius de Scriptoribus eccleſiaſticis lib. 4. c. 43. V vion. lib. 2. ligni vitæ, tametſi quo floruerit, non indigitent tempus.

VII. 6. AMERICUS deceſſit 1322.

VIII. 7. Fr. VITALIS Grachius Piſanus, Ordinis Eremitani S. Auguſtini, ex deceſſu Americi electus eſt Epiſcopus ab Odone de Sala Archiepiſcopo Piſano anno 1322. atque ab eodem Florentiæ inauguratus, menſe Decembri. Deceſſit autem Vitalis anno 1342. ex libro Proviſionum Prælatorum.

IX. 8. Fr. MANFREDUS de Calcinaria Ordin. Minorum electus anno 1342. Id. Novemb. Deceſſit 1345. ex regeſt. Vatic. ep. 81.

X. 9. Fr. BERNARDUS, ſeu Bertrandus Eſcarpiti Gallus, Ordinis Minorum, in Epiſcopatum Adjacenſem ſucceſſit anno 1345. 12 Kal. Junii. Hic tandem ad Aſſiſii Eccleſiam translatus eſt anno 1348.

XI. 10 F. PHILIPPUS de Urſone Meſſanenſis, ad hanc eandem ſedem ſubvectus eſt anno 1348. 4. Idus Novembris ex regeſto Vatic. ep. 152. fol. 95.

XII. 11 Fr. VINCENTIUS Laſſaro Ord. Minorum electus anno 1351. 13. Kal. Junii ex regeſt. Vatic. ep. 11. ſol. 6. Obiit 1369.

XIII. 12 SIMON ad eundem Epiſcopatum electus eſt anno 1369. 14. Kalend. Januarii, ex regeſt. Vatic. Deceſſit autem anno 1401. Huic ſcribit Gregorius XI. anno 1373. VII. Kalend. Septembris, ut reconciliare poſsit hæreticos, &c.

XIV. 13 PETRUS Epiſcopus Ampurienſis, ad hanc Eccleſiam translatus eſt a Bonifacio IX. Pont. anno 1401. 3. Id. Februarii. Deceſsit autem 1411.

XV. 14 MAURUS Ss. Apoſtolorum Abbas de Celinis, Ordinis S. Benedicti diœceſis Piſanæ. ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1411. 12. Kal. Apr. Joanne XXII. ſedente.



XVI. 15 Fr. PAULUS Albertius Florentinus Ordinis Minorum Ortanenſis Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1420. die 5. menſis Junii, qui etiam deinceps Anconitanæ Eccleſiæ Præſul fuit anno 1422. Scutum cæruleum cum catenis argenteis habet Albertia gens pro inſigni.

XVII. 16 ANDREAS, ex Epiſcopo Civitatenſi,

huc

huc tranſlatus eſt anno 1422. pridie Non. Septemb. A
Deinde anno 1427. tertio Nonas Maji ad Epiſcopatum Megarenſem; de qno in ſuſpicionem incidi, an idem ille eſſet, de qno ſupra commemoravimus, ſed cum mibi nulla certior conjectura oceurreret, putavi relinquendum in medio.

XVIII 17 Fr. LUCAS de Offredo (1), Ordinis Eremitani S. Auguſtini, tranſlato Andrea ſublatus eſt an. 1429. ſeptimo Kal. Februarii. Obiit 1438.

XIX. 18 VALERIANUS de Calderinis Ianuenſis, electus 7. Kal. Junii 1438. Epiſc. Adiacenſis ad Sagonenſem Eccleſiam tranſlatus eſt ann. 1438. 14. Kal. Auguſti.

XX. 19 RAPHAEL Spinula, Ordinis Minorum, Savonenſis, electus eſt ab Eugenio IV. ſummo Pontifice anno 1438. die 22. menſis Auguſti, quam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1457. deinde eo munere libens, volenſque abivit; * abiitque in cœlum die 17. Auguſti, ſepultus in Eccleſia S. Franciſci oppidi S. Florentii. Sub marmore jacentis Epiſcopi, circumcirca hæc leguntur. B

* Ex Appꝯ tom. 3.

Hic jacet R. in Chriſto Pater DD. Raphael de Spinalis Dei, & Apoſtolica Sedis gratia Epiſcopus Adiacenſis, ſacra Theologia Doctor Magiſter, & Comes Palatinus Ord. Minorum. Anno Domini MCCCCLVII. *die xvij. Auguſti.*

XXI. 20 Fr. DEODATUS Bacconius *a*, ex Ordine Servorum, ad Epiſcopatum hunc aſſumptus eſt an. 1457. die 2. menſis Maji, de quo Archangelus Gianius in Annal. Servorum.

a De eo Oldoinus in Athen. Ligust. p. 546. *Mandoſ.*

XXII. 21 NICOLAUS ad eandem ſedem vocatus eſt an. 1477. id. Februarii

XXIII 22 PAULUS Cardinalis Fregoſius Januenſis, Adiacenſem Eccleſiam ſumpſit regendam, an. 1481. qua quidem adminiſtratione, cum cæteris dignitatibus, quas aliquando fuerat conſecutus, a Sixto IV. in publico conſeſſu Patrum purpuratorum ſpoliatus eſt, deinde ab eodem Pontifice in integrum reſtitutus.

XXIV 23 * JACOBUS de Marco erat Adiacenſis Epiſcopus an. 1488 die 6. Iunii, qua in ſua Cathedrali Synodum habuit, quæ extat in tabulario Epiſcopii; pauloque poſt vel mortem obiit, vel ad aliam Eccleſiam tranſlatus eſt. C

* Ex App. tom. 9.


XXV. 24 GABRIEL de Franchis Jacobi ſucceſſor fuit, qui & ipſe Synodum celebravit ann. 1489. die 5. Septembris. Acta ſynodalia hæc in eodem tabulario aſſervantur. Poſt ejus obitum Paulus Card. Fregoſius per regreſſum hanc eandem Eccleſiam iterum adminiſtrandam ſuſcepit, quam deinde transfudit in Philippum Pallavicinum nepotem, vel ut alii volunt, germanum fratrem.




XXVI 25 Fr. PHILIPPUS Pallavicinus Jannenſis Antoniotti Cardinalis Pallavicini nepos, ex deceſſu Cardinalis Fregoſii hunc obtinuit Epiſcopatum anno 1498. die 21. menſis Maji. Haud ſatis mihi conſtat, an hic ille idem Epiſcopus ſit, qui anno 1539. fato ceſſit.

XXVII. („ JACOBUS *de Pallavicinis*, *Philippi nepos*,

A „ *& in alma urbe Præſidens Annonæ, die 30. Julii* „ 1518 *deputatus Coadjutor patruo eſt, illique defuncto ſucceſſit. Obiit an.* 1539.



B 26 LEONARDUS Tornabonus nobilis Florentinus, olim Epiſcopus Burgenſis, ad hanc Eccleſiam tranſlatus fuit anno 1539. die 24. menſis Martii. Deceſsit autem anno 1540. XXVIII.



C 27 ALEXANDER Guidiccionius, Lucenſis, Pauli III. Magiſter aulæ, electus eſt an. 1541. *b* die 10. menſis Januarii. Vir ſane a Pontificibus in pretio habitus, ideoque graviſsimis negotiis explicandis ſemel, & ſæpius admotus, creatuſque S. Spiritus in Saxia Commendator *c*. Obiit diem poſtremum Romæ ann. 1552. die 7. menſis Octobris, ſepultuſque eſt in illa Eccleſia apud quoddam ſacellum ab eo exornatum, atque dotatum, cum hoc epitaphio. XXIX

b 1540. die 9. Janu. ex Actis.

c Præceptor.

D. O. M.

Alexander Guidiccionius Adiacenſis Præſul, Xenodochii hujus Præſ. vir in omni vita clarus, legationibus ad Reges, ac curia muneribus aliquot honorifice functus, communis ſortis, & humana inconſtantia mem. ſepulchrum in ſacello hoc dote per ipſum aucto ſibi vivens poſuit M. D. LII. Vixit ann. LXIIII. Obiit 7 Octobris M. D. LII.

D 28 JOANNES BAPTISTA de Bernardis Lucenſis electus anno 1548. die 22 *d*. menſis Martii, ex ceſsione Alexandri, illamque Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1578. ac deinde eo munere volens abiuit. Concilio Tridentino dicitur interfuiſſe. Ad quem Pii V. ſequens extat epiſtola, in qua ad Epiſcopalis curæ munia diligenter obeunda eumdem cohortatur. XXX.

d Die 11. Aprilis ex Actis. Le Joanne tractat Ludovicus Jacob. in Bibl. Pontif. l. 1. *Mandoſ.*

Venerabili fratri Joan. Epiſcopo Adiacenſi in Corſica.

Venerabilis frater, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Commiſſi nobis officii ſollicitudo, divinique honoris zelus coegit nos, hoc tempore, quo data a dilectis filiis, Duce, & Gubernatoribus republica Januenſis, populis iſtius Inſula pace, omnipotentis Dei miſericordia diuturno, luctuoſoque bello finem impoſuit; fraternitatem tuam, & cæteros ejuſdem Inſulæ Epiſcopos

(1) De Offida ſcribendum monet Gandulphus in diſſert. de 100. Script. Auguſ. p. 247. ubi fusè agit de noſtro Luca.

pos fratres noſtres, & ſingulos ad officium ſuum Eccleſiæ propria præſtandum, ſuique gregis cuſtodiam, hortari, atque excitare. Id autem eo etiam ſtudioſius, tibi, cæteriſque fratribus, Epiſcopis noſtris faciendum eſſe judicamus, quo propter diuturni belli mala & creviſſe populorum iſtorum peccata, & eorum licentiam magis auctam non dubitamus: ut apud quos peccatis eorum, ac noſtris id facientibus, tot animarum vulnera, morbique invaluerunt, ut ſpiritualium medicorum, paſtorumque propriorum cura magnopere indigere videantur. Hoc utique conſiderans fraternitas tuas, officii tibi a Deo commiſſi memor, omni ſtudio, cura, atque induſtria ad gregem fidei tuæ creditum paſcendum invigilet: corruptos, depravatoſque cleri tui, cæterorumque hominum, in tua diœceſi mores tam lenitate, tum ſeveritate, prout res ipſa poſtulare videbitur, adhibita, corrigere, atque emendare conetur: Tridentini concilii decreta, quorum intereſt, in uſum adducere curet: peccata publica, ſi quæ forte, ut fit, diſſolutis nimia licentia moribus corroborata ſunt, extirpare conetur. Illud præterea omnibus viribus, ac diligentia niti debes, ut inſtituendorum in tua diœceſi puerorum, atque etiam ætatu grandiorum, paternam, bonoque Paſtore dignam, quam maximam curam ſuſcipias, Ad eam rem utiliſſimum erit, ut per eos, quos oportet, quique idonei ſunt, doctrinam Chriſtianam edoceantur, catechiſmus vulgari ſermone editus, legendus illis proponatur, populus ipſe ad audiendum Dei verbum, præcipue diebus feſtis, ad aliaque Chriſtianæ pietatis opera, hortationibus paternis incitetur. Hæc, & ſi quæ alia tibi, paſcendo gregi tuo utiliora videbuntur, ſedulo age, dieſque ac noctes meditare, ſciens, æternum illum judicem, cuncta, quæ egeris, quæque omiſeris, in illo ultimo judicii die diligentiſſime, ac ſubtiliſſime requiſiturum; atque unumquemque noſtrum, non ex ſublimioris gradus prærogativa, ſed ex operum meritis approbaturum. Obſecramus ergo te, frater, & per viſcera Dei noſtri etiam, atque etiam obteſtamur, ut quoniam paſtor conſtitutus es, dominaſque ab his, quos paſtores conſtituit, fructum multiplicati gregis expectat, de creditorum tibi populorum moribus ſollicitus ſis, hortationibus, monitis, prædicatione, futuri judicii terrore proponſo, relictis peccatis, ad Deum converti ſuadeas, ut ad æterni judicis tribunal conſtitutus, ſuaviſſimam illam vocem audire merearis: Euge paſtor bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Hæc pluribus fraternitatem tuam hortati ſumus, non voluntati, aut ſtudio erga Eccleſiam tibi creditam diffidentes, ſed paterni animi noſtri affectum, omniumque Eccleſiarum ſollicitudinem, quam in nobis eſſe debet, teſtificantes.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 4. Maji 1569. Pontificatus noſtri anno 4.

XXXI 29 CHRISTOPHORUS Guidiccionius Lucenſis, ad hunc eundem Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1578. die 13. menſis Maii. Deceſſit autem * anno 1582. die 18. Novemb. Jacet in ſua Adjacenſi Cathedrali, habetque hoc epitaphium,

* Ex Append. t. 30

D. O. M.

Chriſtophoro Guidiccionio Patritio Lucen. Adjacen. Epiſcopo, eximia erga Deum pietate, erga omnes humanitate ſingulari, generis ſplendore, morum ſuavitate, multiplicique doctrina inſigni, Sereniſs. Senatus decreto. Vix. annos XLVI. Obiit anno à Nativitate Domini MDLXXXII.

* Ex Appen. 31.

* Poſt cujus obitum Gregorius XIII. ad novam Cathedralem à fundamentis erigendam Epiſcopatus redditus ad tempus attribuit, & pro Epiſcopo Apoſtolicum Vicarium Joſeph Maſcardum Sarzanenſem dedit, ille ipſe, qui, ut erat vir doctiſſimus, de probationibus ſcripſit, & à Sixto V. hujus Eccleſiæ Præſul deſignatus ann. 1587. Romæ defunctus eſt, antequam conſecraretur.

XXXII. 30 * JULIUS Juſtinianus a poſt Guldiccionem, Adjacenſem Epiſcopatum iniit ann. 1587. die 28. menſis Septembris. Is ex dominis Inſulæ Chio Petri & Mariæ ſororis Card. Vincentii Juſtiniani fi-

* Ex Appen. 3.

a De eo Oldoinus



lius, Balthaſſaris Venuſini Epiſcopi, Scipionis, Cornelii, Herculis, & Hippolyti germanus frater, eorum videlicet, qui à Solimanno Turcarum Imp. poſt ſubactam eam Inſulam ann. 1566. Conſtantinopolim cum decem & octo aliis Juſtinianæ familiæ ſpectatæ virtutis adoleſcentibus in ſervitutem abductus, cum fidem Chriſti abnegare renuiſſent, verberibus, & flagellis laniati, vitam pro Chriſto fortiter conſumarunt, de quibus Boſius in hiſt. Milit. Hieroſolymit. p. 3. lib. 36. & Spondanus in Annalibus Eccl. tom. 3. ann. 1566 num. 8. *Cum unus & viginti (ait) Juſtinianæ familiæ pueri ex alacrioribus, & magis vividis Conſtantinopolim abducti, inter Solimanni ephebos enutriendi tenti fuiſſent, & circumciſi, nullus tamen eorum in tenera illa ætate induci potuit ad fidem abnegandam. Unde virgis duriſſime caſi, pene omnes interierunt, quorum unus ſub morte adſtrictus digitum attollere in ſignum abjuratæ fidei, e contrario digitos ad pugnum ſtrinxit, ut neque vivo, atque mortuo manus amplius aperiri potuerit.* In Athen. Liguſt. Mand.

Sed de iis quatuor Julii fratribus ita cecinit Octavianus Saulius Toga, & Sago vir eximius lib. 2. ſelectiorum de Juſtiniana familia loquens.

Ante alios celebres divino numine Divi
Scipio, & Hippolytus, Cornelius, Hercule juncto,
(Quos cernis fratres) fera poſt tormenta, cruentum
Martyrium paſſi, immanis quo Thracia tellus
Sævit in mites agitata furore fideles.

Cæterum Julius una cum Parentibus, cæteriſque ſuperſtitibus fratribus è patrio ſolo apud Theodoſiam urbem (vulgo Caffam vocant) a Solimanno relegatus, pauloque poſt ab exilio liber factus Romæ ſub avunculi Card. diſciplina adolevit, omniumque virtutum genere imbutus, ex Abbate ſeculari, a Sixto V. ad Epiſcopatum evocatus, eam urbem humili comitatu ingreſſus eſt die 12. Maji 1588. Ita pietatem coluit, ut inter ejus ævi optimos Præſules recenſeretur. Nec deſunt, qui ſcribunt, & vivum, & mortuum ſigna dediſſe præcipuæ beatitatis inſignia. Gregem ſibi commiſſum pavit, & verbo, & exemplo ad ſtuporem, clerum Eccleſiaſticis diſciplinis erudivit, populum ad pietatem enutrivit, cujus eximiæ in pauperes liberalitatis æterna apud poſteros erit memoria. Religioſos viros præcipue ſocietatis Jeſus Patres ad pietatem, & eruditionem natos fovit quam qui maxime, evocavitque ad eam urbem propriis in ædibus ad clerum populumque erudiendum, Collegiumque deſtinarat, quod ſucceſſor Fabianus deinde fundavit. Franciſcanos ſodales ſtrictioris obſervantiæ amplexus locum dedit extra urbem ad cœnobium ædificandum. Cathedralem Eccleſiam pretioſis indumentis, aliiſque ex auro, & argento donariis nobilitavit: menſæ Epiſcopalis redditus liberaliſsime diſperſit in pauperes, & in Clericos Seminarii alumnos velut pater: ſynodis, quas ſæpe coegit, pravorum hominum mores legibus ſanioribus compeſcuit, & luſtratione ſuæ diœceſis aſsidua Eccleſiam ſuam Inſulæ totius Corſicæ ſpectabilem reddidit. Præfuit novem, & viginti annis utiliſsime, & ſumma cum ſui nominis laude. Liburnii in Hetruriæ nobili portu deceſsit, dum Romam peteret, anno ſalutis 1616. die 28. Aprilis, ibique ad tempus in majori Eccleſia tumulatus, ad

tumus

funus ob probitatis & ſanctimoniæ famam toto concurrente populo, ubi jacuit quatuor omnino ann. translatus deinde anno 1620. opera Fabiani ſucceſſoris in ſua cathedrali, adhuc non ſine divinæ gratiæ dono integrum, & in carne cadaver, de quo inter cæteros extant Octaviani Saulii eodem lib. a. ſelectiorum carmina.

Julius hos ſequitur caput Adjacenſis Ovilis,
Inter perdures traxis qui luſtra laberos,
Inſignis pietate, & ſervantiſſimus aqui.

In ejus corporis translatione Patres Societatis Ieſu ſequentem inſcriptionem, eo in loco ubi Julii cubiculum fuerat, nunc Collegii Eccleſia appoſuere.

Viator ſuſtine gradum, dolorem, lachrymas, & vide divini amoris artes; ubi olim Julius Juſtinianus, ibi nunc habitat Jeſus. Decertat cum amore amor in Jeſu Julius videns, & in Julio Jeſus habitavit. Pro Julio in Cælum diſcedente hic habitat Jeſus.

* Ex App. tom. 5.

* In Cathedrali Adiacenſi nuper hoc cænotaphium ad Julii tumulum poſuere.

D. O. M.

Jacet hic beata ſopitus quiete Julius Juſtinianus. Jacentem diſcernis à mortuis incorruptum corpus, quem, dum vixit, a vivis diſcrevit integra vita. Mors, & ſi cæca, dignoſcis prebes. Piis ſubſcripſit non dolet. Sixtus V. Adiacis firmavit Epiſcopum, ſed purpuram meruit virtutibus Emin. His quia multis non una vox fuit ſatis acclamantibus patrem pauperibus patronum Clero, & Principibus oraculum ſimul, & magiſtris. Liburni Militantis Eccleſia ſedem navi dum peteret, Spiritus appetentis ad triumphantem divertit. Fratres Martyres, quos ſibi quondam Barbarus exterſere chalybs in cælum, ſed alia via ſecuti Anno Domini MDCXVI. ætatis ſuæ LXXVII. die xviij. Aprilis impenſis Joannes Baptiſta de Vus.

Ad parietes Cathedralis, hæc legentibus poſtrat Inſcriptio.

D. O. M.

Votis Adiacen. devoti populi Senatu Genuenſe favente R. Q. P. Gregorio XIII. annuente Epiſcopali menſa per quinquennium Præſule conſulto deſtituta, cenſum miniſtrante ædibus hiſce ſacris erectis Julius Juſtinianus Sixto V. S. P. A. electus Epiſcopus extremum poſuit lapidem, utinam poſuiſſet & primum Anno MDXCIII.

XX XIII. * Ex App. tom. 5. a Die 23. ex Actis. b Leonardi filius è Leonarda Rivrea conjuge Nobili Adiacenſe, Aiacii natus an. 1578.

31 *FABIANUS deinde Juſtinianus Januenſis, defuncto Julio creatus eſt Epiſcopus Adiacenſis a Paulo V. anno 1616. die 5. a menſis Julii. Is b ex eadem Juſtiniana familia Januæ natus vir apprime doctus, & ſumma bonitate, & prudentia præditus, Romæ inter Patres Oratorii S. Philippi Nerii adſcitus, a Paulo emunctæ naris Pontifice pro Adiacenſi Eccleſia inter multos ſelectus, ut deceſſoris dignisſimi memoriam moribus, doctrina, & exemplo ſolaretur, id etiam petente Benedicto Card. Juſtiniano, qui hominem ex intimo noverat. Hic cum ad hujus Eccleſiæ gubernationem vocaretur, honorem ſibi oblatum primum humillime deprecatus, obedientia deinde coactus invitus ſuſcepiſſet. Deceſſoris ſui ſpirantia adhuc ſectatus veſtigia, Patres Societatis Jeſu in urbem Adjacenſem inducens locum ad Collegium erigendum a Julio deſignatum conceſſit, ut eorum doctrina, & bonitate cletus, cæterique cives erudirentur, impellerenturque ad virtutes, ubi unanimi conſenſu cum gaudio receptus eſt. Nil ille habuit ſanctius, quam quod labore continuo, & diligentia paſtorali vetuſta, tum ex ſuggeſtu docendo, tum clerum ad Eccleſiaſt. diſciplinas alliciendo, ſynodi frequentia, & diœceſis luſtratione, cæteriſque Chriſtianis imbuerentur moribus. Fecit, quod docuit; præfuitque aſſidua vigilantia, pater pauperum, cleri lumen annos undecim laudabiliter, & utiliter, ut poſteris ſucceſſoribus boni Paſtoris exemplar futurus ſit. Obiit anno 1627. ætatis ſuæ 49. relinquens poſt ſe, & bonitatis adhuc ſpirantia exempla, & ingenii ſui perplura monumenta: *Commentaria* ſcilicet *in ſacram Scripturam, ejuſque uſu atque precibus; Tobias explanationibus hiſtoricis, & documentis moralibus explanatus: Index univerſalis Alphabeticus in quacunque materia: Conſtitutiones Eccleſiaſtica ex ſelectioribus canonica divinaque legis monumentis.* Quæ extant typis excuſa Romæ in celebri Vallicellana bibliotheca, quam ipſe dum ibidem Deo ſerviturus maneret, non ſine labore diſtinxit in pluteos.

* Ex App. tom. 5.

* Jacet Fabianus in Cathedrali prope Julium prædeceſſorem ſuum, ubi in marmore legitur ſequens inſcriptio.

Fabianus Juſtinianus

Anno ætatis ſuæ XXXVIII. à Paulo V. ad Epiſcopatum Adiacenſem à Congregatione Oratorii Romani aſſumptus, poſt confirmatum ſuæ Cathedralis Capitulum, renovatum ſeminarium Clericorum, palatio Epiſcopali proprio ære ædificato, choro Eccleſiæ Cathedralis ſcamnis ornato, Eccleſiis fere omnibus ſuæ diœceſis ſua diligentia reſtauratis, & de novo erectis, ad ſuam regendam Eccleſiam decretis publicis, & pluribus voluminibus in lucem editis ad communem utilitatem hunc ſibi locum ſepulturæ cum adhuc viveret delegit. Obiit iii. Januarii anni MDCXXVII. Stephanus Vincentius ejus mæſtiſſimus Frater P. C.

32 OCTAVIUS Rivarola, Dominici Cardinalis nepos („ I. U. D *nobili genere exortus*, 33. *an*„ *num agens, V. Sign. Referendarius, Vicelegatus* „ *Romandiola, Locumtenens Civilis Curia cauſarum* „ *Cameræ Apoſtolica Auditoris, Vicegubernator Ci*„ *vitatis Firmana, aliiſque muneribus ſumma cum* „ *laude perfunctus, Abbatia S. Nicolai de Caſulis* „ *Hydruntina Diœceſis perpetuus Commendatarius,*) electus 5. Julii 1627. *obiit ann. 1652. XX XIV.

* Ex App. tom. 5.

33 JOANNES STEPHANUS Durazus Patritius Ianuenſis ſucceſſit Riccarolæ die 27. Novemb. 1651. XX XV.

34 IO. STEPHANUS Card. Dongus hujus Eccleſiæ fuit Epiſcopus, translatus deinde ad Imolenſem Eccleſiam 1655. XXX VI.

35 SYRUS Stratoneæ b Clericus Regularis Theatinus hunc obtinuit Epiſcopatum die 9. Octob. 1655. ſequenti anno exceſſit. XXX VII.

b Stratenſis.

36 IO. GEORGIUS Ardizonus, ejuſdem Congregationis Clericus, electus Epiſcopus die 28. Aug. 1656. XX XVIII

A D D I T I O.

[„ *Obiit Ardizonus in reſidentia menſe Novem*„ *bri 1685.*

„ IOANNES *Paulus ab Inurea, Congregationis* „ *Eremitarum Camaldulenſium alumnus, nobilis* „ *Januenſis, cum Ordinis ſui plures præfecturas ſtre*„ *nue exercuiſſet, ſexagenarius ad Inſulam Adja*„ *cenſem vocatur 12. Auguſti 1686. Octo annis lauda*„ *biliter præfuit, deceſſitque in reſidentia die 10.* „ *Martii 1694.* XXX IX.

„ IO. BAPTISTA *Gentilis, Nobilis Januen*„ *ſis, S. Benedicti Congregationis Caſinenſis Mo*„ *nachus, Philoſophiæ, ac ſacræ Theologiæ Doctor,* „ *egregiuſque divini verbi præco, Ordinis ſui Deca*„ *natu perfunctus, annorum 36. factus eſt Epiſcopus* „ *Adjacenſis die 13. Septembris 1694. At vix an*„ *num in hac Cathedra ſederat, cum illum mors ra*„ *puit eodem Septembris menſe inſecuti anni 1695.* XL.

FRANCISCUS *Maria Sacco, Nobilis Saonen*„ *ſis, Clericus Regularis Theatinus, cum Theolo*„ *giam Scholaſticam æque ac moralem per plures an*„ *nos docuiſſet, Præpoſituramque Ravennenſem, ac* „ *Romanam Ordinis ſui præclare adminiſtraſſet, A*„ *diacenſem tandem Eccleſiam ſuſcepit regendam die* „ *28. Novembris 1695. nec diu poſt ad Brugnatenſem* „ *translatus die 27. Martii 1697.* XLI.

„PE-

XLII. „ PETRUS *Spinula, Ordinis S. Franciſci ſtri-*
„ ctioris Obſervantia Sacerdos, nobilis Jannenſis,
„ Concionator, ac Miſſionarius Bergomenſis Epiſco-
„ pi, poſtquam Lectoris Philoſophia, & S. Theologia
„ munere functus fuerat, tandem Adjacenſis Epiſco-
„ pus creatus eſt die 10. *Martii* 1698. *Anno vero*
„ 1715. *menſe Decemb. in reſidentia defunctus eſt.*

XLIII „ AUGUSTINUS *Spinula, nobilis Jannenſis,*
„ Congregationis Somaſcha Presbyter, Philoſophia,
„ ac ſacra Theologia Lector, Rector jam Collegii S.
„ Georgii in Diœceſi Terdonenſi, deinde Clementini
„ de Urbe, ac Prapoſitus Domus SS. Nicolai, & Bla-
„ ſii ad Caſarinos de Urbe, & Viceprocurator genera-
„ lis, decoratus eſt hac infula die 30. *Martii* 1716.

ALERIENSES

EPISCOPI.

ALERIA in Corſica perantiqua civitas, elapſiſque temporibus potens, colonia quoodam Romanorum, quam Sylla Dictator excidit, cujuſque alicubi meminerunt Plinius, ac Ptolomæus. Super collem ſuperbe faſtigium extulerat, quem undequaque jucundiſſimus terræ tractus circumdabat; ejus modo tantummodo ſpectantur ruinæ. Cathedralis funditus exciſa, contuentium videtur lachrymas poſſe excire. Narrat Antonius Petrus Philippinus Archidiacoous in hiſtoria Corſicæ lib. 1. haoc civitatem cum aliis Corſicæ ſacra Chriſtiana ſuſcepiſſe temporibus Paſchalis I. Pontificis, qui miſſis illuc aliquot ſacerdotibus fidem Chriſtiaoam extendit, ac quinque ibidem Epiſcopatus inſtituit, qui partim Piſanæ, partim Januenſis Eccleſiæ arbitrium præſtolarentur. Conſtat tamen, quicquid Philippinus enarret, a Gregorio VII. Urbanoque II. Pontificibus, hanc Alerienſem Eccleſiam, cum aliis duabus Archiepiſcopu Piſano fuiſſe ſubjectas, atque hoc tempore etiam Piſarum Præſulem ſuum in illis exercere imperium. Duorum millium ſcutatorum redditibus hæc Eccleſia gaudet, decemque & novem continet piebanias. Atque hoc ipſum eſt, quod de hujuſmodi Eccleſia enarrari poſſe videtur. Etenim defuerunt illi ſcriptores, qui, quæ digna erant, jacerent in commentarios. Itaque niſi regeſta ſummorum Pontificum, librique Proviſionum Prælatorum me juviſſent ſcribentem, pauci, qui in Alerienſi ſede fulſerunt, emerſiſſent ad lucem.

ADDITIO

(„ Aleria urbs quondam celebris, & Regum Cor-
„ ſica antiqua ſedes, à Corſo Trojano, ut volunt,
„ poſt Troja excidium condita, & à Phocenſibus
„ Gracis deinde readificata, vocataque Alalia, *ſeu*
„ Aliiia, *bis ab Etruſcis, atque Carthaginenſibus*
„ expulſis, paruit deinde victoribus Romanis, facta
„ eorum Colonia. Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſe pluribus
„ ſeculis ante Paſchalem I. ex eo patet evidenter,
„ quod à D. Gregorii Magni temporibus proprios ha-
„ buerit Paſtores, eoſque, ut aſſerunt nonnulli, Ar-
„ chiepiſcopali dignitate fulgentes, licet deinde urbe
„ diruta Archiepiſcopalis titulus Baſtia Praſuli ſit
„ attributus. Nunc jacet in ruinis, ejuſque antiqua
„ Cathedralis D. Marcello ſacra penitus exciſa ve-
„ neranda antiquitatis ſolum praſert veſtigia. Ale-
„ rienſis autem Epiſcopus Curia reſidet, ubi peram-
„ plum, ſatiſque commodum exſurgit Epiſcopale Pa-
„ latium, & pro Cathedrali utitur Eccleſia D. E-
„ raſmo dicata, cui prater Parochum, qui e Capitu-
„ larium numero non exiſtit, inſerviunt XII. Cano-
„ nici, ſex Prabendati, totidemque Diſtributiona-
„ rii, qui ſcilicet prater diſtributiones nullum alium
„ redditum percipiunt. Hos inter nulla eſt dignitas,
„ quique electionis tempore, is etiam loco cateris pra-
„ cedit: adeſt tamen utraque prabenda Theologalis
„ nempe, & Pœnitentialis. Tota Alerienſis diœce-
„ ſis ſexaginta circiter Parochiis coaleſcit, quarum
„ quælibet ſuam habet laicalem confraternitatem. In
„ hac 14 Religioſorum monaſteria viſuntur, & Cle-
„ ricorum ſeminarium. Fructus hujus Epiſcopatus
„ taxantur in libris Camera ad flor. 300. *aſcendunt*
„ autem ad 4000. *ſcuta moneta Romana.)*

1 * PETRUS Epiſcopus Alerienſis ad quem ſcribit S. Gregorius Papa epiſt. 22. l. 2. Indict. 14. I.

* Ex App. tom. 5.

2 BONOSUS Epiſcopus Alerienſis ſubſcripſit Concilio Romano ſub Martino I. Papa celebrato anno 646. II.

3 N. . . . Aleriæ Epiſcopus, cujus nomen non extat, cum anno 1252. frequentibus Aleriæ cladibus, quibus miſera civitas ob excurſionem piratarum afficiebatur, mederi vellet, perfecit induſtria ſua, ac ſtudio, ut plures Hetruſci ad incolendum illud oppidum in maris littore ſitum confluerent; utque eos ipſos alliceret ad defendendum illud, munieadumque contra barbarorum, ac maris prædonum impetus ab Innocentio IV. ampliſſimam criminum condonationem iis comparavit, qui ad incolendum locum ſe conferrent. Confirmant dicta Apoſtolicæ literæ ad Epiſcopum ea de re exaratæ, atq; a nobis ex Vaticano archivio depromptæ. III.

* Orlandus Corſicanus, ut ajunt aliqui.

Epiſcopo Aleriens. inſula Corſica.

Expoſuit nobis tua fraternitas, quod ex eo, quod caſtrum Aleria, quod eſt juxta mare, in quo ſedes tua Epiſcopalis conſiſtit, raris incolitur habitatoribus, illud pirata frequenter euntes per mare obſident, teque, ac homines dicti Caſtri ſpoliantes bonis veſtris, ac nonnulli magnates, & homines tua diœceſis illud idem Dei timore poſtpoſito facientes graves tibi, & tuis inferunt injurias. Quare nobis humiliter ſupplicarunt, ut vicini multi de Tuſcia, & aliis partibus ad inhabitandum ipſum caſtrum venire deſiderent, teque, ac jura tua, & eccleſiaſticam libertatem ab hujuſmodi perſecutoribus defendere, dummodo aliquam ſuorum peccatorum indulgentiam per ſedem Apoſtolicam conſequantur, ſuper hoc providere ſalubriter curaremus. De tua igitur circumſpectione plenam in Domino fiduciam habentes, concedendi vice noſtra venientibus illuc, & tibi aſſiſtentibus in pramiſſis, illam ſuorum peccaminum veniam, de quibus vere contriti fuerint, & confeſſi, quam ſecundum Deum ipſorum animarum ſaluti expedire videris, auctoritate tibi praſentium concedimus facultatem.

Datum Peruſii 10. *Kal. Martii anno* 10.

4 Fr. NICOLAUS Forteguerra Senenſis, ex Ordine Prædicatorum Epiſcupus Alerienſis effectus eſt aono 1270. de quo Michael Pius lib. de vir. illuſtr. ord. Prædic. (*„ De eo Ugurgerius in Pompis Se-„ nen. p.* 1. *Marac. in Bibl. Mar. p.* 2. *p.* 166. *Fontana „ in Theatro p.* 120. *& Rom. Prov. p.* 369. *& in opere, „ cui titulus Faſti Senenſ. p.* 15. Mandoſius.) IV.

5 Fr. BARTHOLOMÆUS de Benevento Ord. Prædicatorum Epiſcopus Alerienſis tranſlatus ad Amelienſem Eccleſiam ab Urbano IV. an. 1264. ex regeſto Vaticano epiſtola 113. fol. 33. V.



6 Fr. GHERARDUS Orlandinus Piſanus, Or- VI.

dinis

Digitized by Google

dinis Eremitarum S. Auguſtini, Epiſcopus Alerienſis anno 1322. Ludovico Bavaro favit, eundemque Romæ coronavit 1328. ſecutus noxioſiſſimas partes Antipapæ Corbarii, a quibus, ſcilicet Bavaro, Corbarioque in ſedem Piſanam intruſus fuerat, inde per ſolemnem injuriam Simone Salterelio ſanctiſſimo homine deturbato. Quamobrem Gherardus iſte a Joanne XXII. Pontifice omni honore ſpoliatus eſt die 2. menſis Martii anno 1330. Piſiſque electus miſere diſperiit. Parma aureis, cæruleiſque taxellis expreſſa eſt gentis Orlandæ apud Piſanos.

VII. 7 Fr. GALGANUS Blaſii filius quondam Buccæleonis (1) Florentinus, ex Ordine Minorum; depoſito Gerardo ſuffectus eſt anno 1330. 2. Id. Martii, annoque 1342. translatus eſt ad Eccleſiam Cephaludenſem.

VIII. 8 Fr. UUILLELMUS Arcumbaldi Ordinis Eremitarum S. Auguſtini electus 1342. 18. Kalend. Februarii, ex regeſt. Vatic. ep. 77. anno 1. Clementis VI. Translatus ad Signienſem Eccleſiam an. 1345.

IX. 9 Fr. ARNALDUS Epiſcopus Signinus, ad hanc ſedem evectus 1345. 3. Kal. Aug. ex reg. Vat. ep. 13. fol. 21. anno 4.


X. 10 RAYMUNDUS 1354.

XI. 11 JOANNES. Obiit anno 1362.

XII. 12 Fr. BLASIUS autem Ord. Prædic. electus anno 1362. 6. Id. Novemb. ex lib. 3. proviſ. Prælat. Urbani 5. anno 1.

XIII. 13 SALVINUS de Nebio, ex Canonico electus Epiſcopus Non. Novembris 1366. Obiit 1406.

XIV. 14 BARTHOLOMÆUS ex Archidiacono Volaterranenſi electus eſt 1406. Idus Januar. Deceſſit 1411.



XV. 15 OTHOBONUS de Lomellinis Jannenſis, creatus eſt 1411. 12 Kal. Martii è vivis autem exemptus eſt 14.2.

XVI. 16 AMBROSIUS („ *Columna Corſus*) Canonicus Maranenſis Eccleſiæ, Othobono ſucceſſit 1412. 18. Kalendas Februarii.

XVII 17 Fr. LEO Ordinis Prædicatorum, electus anno 1440. 15. Kal. Octob.



XVIII 18 JOANNES ANTONIUS de Buxiis Viglenavenſis, Sixto IV. a ſecretis, vir doctus, atque a Volaterrano laudatus lib. 21. Antipologiæ. Romæ deceſſit 1475. ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Petri ad Vincula in prægrandi arca marmorea, ubi ſequens epitaphium legitur.

Joanni Antonio Epiſcopo Alerienſi gente de Buxiis, patria Viglevanenſi, Sixti IV. Pontif. Max. Ref. Biblioth. Secretarioque venerando Senatus, ac toti Eccleſiæ charo, qui fuit pietate, fide, literis inſignis, de patria, parentibus, amicis, & omnibus benemeritus, Jacobus frater germanus pientiſs. Vix. ann. LII. menſ. VI. dies II. Obiit anno Jubilei M. CCCC. LXXV. prid. Non. Febr.

XIX. 19 ARDICINUS a Porta *a*, Novarienſis, Junior appellatus, alterius Ardicini quondam Cardinalis nepos, nobilibus ortus parentibus, literiſque egregie cultus, jam inde ab adoleſcentia adeo fuit in pretio, ut concives ſui eundem habere Epiſcopum exoptarent. Cum Archiepiſcopi Florentini Vicarius eſſet, magnam infracti, invictique animi famam collegit, quod Pauli II. minaciſſimum monitorium contra Florentinam Rempublicam in publico affigere, evulgareque fuiſſet auſus. Sixti IV deinde Datarius fuit; anno vero 1475. X. Kalendas Maji, eumdem Alerienſem Epiſcopum creavit, legavitque adminiſtratorem ad diverſas, pluresque ditionis eccleſiaſticæ civitates. In quibus adminiſtrandis cum ſe prudentiſſime geſſiſſet, juſto deinde munere legationis functus eſt inter Matthiam Pannoniorum Regem, Fridericumque III. Imperatorem invicem intentantes arma, illiſque auctor fuit ponendi arma, jungendique fœderis, ut evenit feliciter. Reverſus ergo ad curiam mirum quantum apud omnes inclaruit. Conſtat deinde implicatiora, gravioraque Pontifices ſummos ad Ardicinum detuliſſe negotia. Itaque cum omnes viro de univerſali Eccleſia optime merito purpuram deſtinaſſent, diſtuliſſetque Sixtus IV. id facere, VIII. Innocentius omnium votis ſemel ſatisfacturus illum vocavit ad purpuram. Quæ dignitas omnium maxima, non modo Ardicinum ſuperbe non extulit, ſed etiam variantis ſortis humanæ ſalutariter tandem admonuit, ita ut Camaldulenſem Eremum ſerio cœperit cogitare. Adit ergo Pontificem ab ea dignitate, quæ nuper ei delata fuerat, miſſionem impetraturus; ad poſtulata difficilem Pontificem offendit; quem tandem repetitis ſuæ poſtulationis vicibus expugnat, poſitaque purpura jam ad Eremum pergebat, cum datæ veniæ ſero ſubiit pœnitentia Papam. Mittit ergo providos viros, qui virum inſignem ex profectione retraherent. Rediit ille, ſed ægre, obtemperaturus Pontifici, purpuraque iterum indutum, involutumque negotiorum ambagibus tanta mœſtitia cepit, ut mœrentibus cunctis, haud multo poſt ſub Alexandro VI. è vita diſceſſerit anno 1493. 5. Non. Novembris, ſepultuſque eſt apud S. Petrum cum hoc epitaphio.

Ardicino de la Porta Ardicini Cardinalis nepoti Epiſcopo Alerienſi I. V. præſtantiſſimo, Conciliatori Matthiæ Hungariæ Regis cum Federico III. *Auguſto, Gratiarum Juſtitiæque Referendario, ac Signatori ſedente Sixto IV. & Innocentio VIII. & ab hoc ſponte ob merita Presb. Card. electo, qui vixit annos LIX deceſſit ſub Alexandro Sexto ab ſalute noſtra M. CD. XCIII. pridie Nonas Novembris domeſtici clientes hæredes ſacello ornato monumentum Hoc pari exemplo poſuerunt.*

XX. („ IOANNES *Andreas, Apoſtol. Bibl. ſecreta-*
„ *rius, Nicolai Cuſa quondam contubernalis, vir in*
„ *divinis ſcripturis ſtudioſus, & in ſecularibus lite-*
„ *ris eruditiſſimus, juriſconſultus, & Orator eloquen-*
„ *tiſſimus, vita, & converſatione præclarus moritur*
„ *Epiſcopus Alerienſis an.* 1493. *ut teſtatur Trithe-*
„ *mius de ſcriptoribus Eccleſiaſ. Oportet ante obitum*
hac

a De eo Cotta in Muſæo Novarien. p. 72. Mandoſ. Novarien. Canonicus enunciatur an. 1467. in inſtrum. exiſtente in Archivo gen. Florent. rogat. à Paulo Amerel Graſſ. Salvinus.

(1) Hujus Epiſcopi cognomen erat dubio procul *Bocca di Bue*: ſic enim appellatur in contractu quodam in Archivo generali Florentino exiſtente, an. 1338. a Silvio Gino rogato, in quo hæc habentur: *Dominus Frater Galganus filius q. ſer Blaſii q. ſ. Joannis Bocca di Bue Ordinis S. Franciſci, Epiſcopus Alerienſis*. Salvinus.

„ *hac inſula ſe ſpoliaſſe Ardicianum, & ſi non ante,* „ *ſaltem cum depoſita Purpura ad Eremum ſe contulerat.*)

XXI. 20 HIERONYMUS Pallavicinus Januenſis, nepos Cardinalis Antoniotti Pallavicini, ad hanc ſedem aſſumptus eſt anno 1493. Hic duos inſignes fratres habuit, Philippum Epiſcopum Adjacenſem, & Joannem Baptiſtam Epiſcopum Caballicenſem, qui poſtea purpura Senatoria decoratus eſt.

XXII. 21 ANTONIUS è vivis ſublatus eſt an. 1503.

XXIII. 22 Fr. JACOBUS Pettuccius *a*, Ordinis Fratrum Minorum electus 1503. die 24. menſis Aprilis. Deceſſit autem 1517.

a Senenſis dicitur ab Ugurgerio in Pomp. Senen. t. 1.

XXIV. 23 INNOCENTIUS Cardinalis Cibo, hanc Eccleſiam adminiſtrandum ſuſcepit an. 1517. die 14. menſis Junii, eoque munere functus eſt ad tres annos.

XXV. 24 FRANCISCUS Pallavicinus Ianuenſis, („ *Cauſarum Palatii Apoſtolici Notarius*) creatus anno 1520. die 19. menſis Decembris. Ad multos annos Alerienſem Eccleſiam adminiſtravit, provectæque ætatis Petrum Franciſcum nepotem ſuum coadjutorem adſcivit anno 1551 *b*.

b 1550. Ex Actis.

XXVI. 25 PETRUS FRANCISCUS Pallavicinus („ *miles S. Petri, I. U. D.*) à patruo cum ſpe futuræ ſucceſſionis coadjutor Eccleſiæ Alerienſis adſcitus eſt anno 1551 *c*. die 30. menſis Maji.

c 1550.



XXVII. 26 ALEXANDER Saulius *d* Januenſis, tametſi Mediolani natus, parentes habuit Dominicum Patritium Januenſem, ac Thomam Spinulam nobiliſſimam fœminam. Jam inde ab adoleſcentia juriſprudentiæ operam dedit Ticini, ſed inſtinctu deinde divino, clericalem vitam excolere aggreſſus eſt, ex regula Clericorum regularium S. Pauli decollati, quos vulgo Barnabitas appellant, anno 1551. apud quos cum alacritate mirabili humanas, divinaſque nobiliores diſciplinas percurriſſet diſcendo, eo pervaſit exiſtimationis, ac famæ, ut publice deinde, quod peritiſſime hauſerat, profiteretur. Quamobrem Pius V. illum in Alerienſem Epiſcopum cooptavit anno 1571. inauguratuſque eſt Ticini *e* ab Hippolyto Rubeo, qui poſtea Senatoria purpura fulſit. Viginti omnino annos Alerienſem Saulius adminiſtravit Eccleſiam, miro charitatis, pietatiſque exemplo. Inſtituit enim, alitque redditibus clericorum ſeminarium, ac publice ipſe per ſe ſibi creditas oves Chriſtiana doctrina imbuebat. Epiſcopatum ſubſtruxit, itaque ampliavit, & ornavit, ut commode jam illic ſucceſſores Epiſcopi commorari poſſe videantur. Catechiſmi Romani capita præcipua, ſcituque digna in dialogum compoſuit, quo commodius parochorum ſubſerviret memoriæ. In ſumma ubique, & ſemper Saulius ita ſe geſſit, ut cum deinde ex arbitratu Gregorii XIV. Pontificis ad Ticinenſem Eccleſiam transferretur anno 1591. & exultarent, qui paſtorem illum excepturi erant, & Alerienſes, unde diſcedebat, ex corde mœrerent. De eo plura in Ticinenſibus Epiſcopis. * Cæterum quod attinet ad Eccleſiam Alerienſem Alexander ſub Gregorio XIII. ac Sixto V. pro bene moderanda Cathedrali, ac divino cultu augendo, numerum Canonicorum auxit, ac debitos redditus pro ipſis miniſtris aſsignavit; Sixtus vero V. ſuis diplomatibus ea omnia Apoſtolica auctoritate confirmavit, quæ hic ex tabulario ejuſdem Eccleſiæ deſumpta exhibemus.

d De eo Picinellius in Athen. Liter. Mediol. p. 15. Oldoinus in Athen. Ligust. p. 21. & Gabutius in vita Pii V. l. 4. c. 9. *Mansf.*

e Mediolani teste Barellio in memor. Barnab. t. 1. p. 316. *Mansf.*

* Ex App. tom. p.

SIXTUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Æquum reputamus, & rationi conſonum, ut ea, quæ de Rom. Pont gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu literæ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum conſequantur effectum. Dudum ſiquidem felicis record. Gregorio Papæ XIII. prædeceſſori noſtro pro parte vener. fratris noſtri Alexandri Epiſcopi Alerienſis expoſito, quod ante ipſe conſiderans Eccleſiam Alerienſem, cui præeſſe dignoſcebatur, à pluribus jam ſeculis, quibus piratæ, & Turcæ civitatem Alerien. depopulati fuerant, miniſterio Eccleſiæ divino prorſus deſtitutam manere, & propterea collapſam inibi diſciplinam eccleſiaſticam pro viribus reſtitui cupiens, dilectos filios ejuſdem Eccleſiæ Canonicos ſex tantum numero exiſtentes ad ſe convocare, & unam aliam Eccleſiam, in qua divina officia celebrare, ſacrificia, & laudes Altiſſimo offerre, ac benefactorum, necnon fundatorum piis voluntatibus ſatisfacere poſſent ad Omnipotentis Dei gloriam, populorumque excitandam devotionem in aliquo ſuæ Diœceſis loco ſibi beneviſo, donec & quouſque civitas & eccleſia prædicta in priſtinum ſtatum reſtituerentur, eligere decreverat; ſed cum dicti Canonici ex illorum Canonicatibus & Præbendis tam exiles redditus perciperent, ut illis decem ducatos auri de Camera annuatim non excedentibus, ſe nullo modo ſuſtentare poſſent, Eccleſia vero, aliaque dictæ Diœc. pia loca in ſuis ſtructuris maxima adium reparatione egerent; ac propterea, ſi ducenta & quadraginta ſcuta de decem juliis pro quolibet ſcuto hujuſmodi computatis à menſa Epiſcopali Alerien. illiuſque fructibus, redditibus, & proventibus, ac proprietatibus diſmembrarentur, necnon ejuſdem Eccleſiæ menſæ Capitulari pro diſtributionibus quotidianis applicarentur, ex eo profecto eorundem Canonicorum congruæ ſuſtentationi, divinique cultus incremento plurimum conſultum foret, nec propterea eadem menſa Epiſcopalis plurimum gravaretur, quandoquidem mille & trecenta ſcuta ſimilia annuatim ſupereſſent, quæ prad. Eccleſiæ Præſuli pro tempore exiſtenti abunde ſufficere poſſeat. Quare pro parte dicti Alexandri Epiſcopi eidem prædeceſſori humiliter ſupplicat, ut dicta ducenta & quadraginta ſcuta hujuſmodi à dicta menſa Epiſcopali diſmembrare, & eidem menſæ capitulari applicare, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur, idem prædeceſſor, qui Eccleſiarum quarumlibet præſertim Cathedralium decorem & venuſtatem, ac perſonarum in eis divinis laudibus inſiſtentium ſubventioni & commodo, cum divini cultus in illis augmento omnibus, quibus poterat, rationibus procurabat, eundem Alexandrum Epiſcopum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtebat ad effectum infraſcriptorum duntaxat conſequen. abſolvens & abſolutum fore cenſens, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus ſub dat. 5. Idus Martii pontificatus ſui anno tertiodecimo, ducenta quadraginta ſcuta annua prædicta ab eadem menſa Epiſcopali, illiuſque fructibus, redditibus, & proventibus ac tot bonis, & proprietatibus, quæ dicta ducenta, & quadraginta ſcuta annuatim conſtituerent, illa reliquis bonis, & proprietatibus ejuſdem menſæ Epiſcopalis ſeparando Apoſtolica auctoritate perpetuo diſmembravit & ſeparavit, illaque ſic diſmembrata, & ſeparata eidem menſæ Capitulari, ita quod liceret eidem Alexandro Epiſcopo dicta ducenta, & quadraginta ſcuta proximis futuris ſex annis in Eccleſiarum, aliorumque dictæ Diœc. piorum locorum reparationem, ſacræque ſupellectilis, & ornamentorum emptionem convertere, & deinde Capitulo præfatis per ſe, vel alios poſt eorundem ſex annorum lapſum illa annis ſingulis debito tem-

pore exigere, percipere, levare, & in diſtributiones quotidianas pro præſentibus, & divinis intereſſentibus tantum convertere ejuſdem Alexandri Epiſcopi, vel pro tempore exiſtentis dictæ Eccleſiæ Alerien. Præſulis licentia minimè requiſita, etiam perpetuo applicavit, & appropriavit, ac eidem Alexandro Epiſcopo, ut ſingulos Canonicatus, & Præbendas dictæ Eccleſiæ Alerien. cum primum illi & illorum ſinguli, prima tamen vice per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel in favorem etiam in manibus d. prædeceſſoris, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis pro tempore facta, ſeu facienda, vel per deceſſum, aut privationem, ſeu religionis ingreſſum, vel matrimonium contractum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem cujuſcunque, vel quorumcunque illos tunc obtinentium, aut alias quovis modo etiam apud ſedem Apoſtolicam, ſeu etiam in aliquo ex menſibus eidem prædeceſſori, vel dicto Romano Pontifici, aut Sedi præfatæ per quaſcunque conſtitutiones Apoſtolicas, aut etiam Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, ſeu alias quomodolibet tunc & pro tempore reſervatis vacarent, etiamſi devoluti effecti ſpecialiter, vel alias ex quavis cauſa generaliter reſervati eſſent, quibuſvis perſonis idoneis ſibi beneviſis conferre, & de illis etiam providere, ac alias diſponere: quod ſi contingeret quempiam ex dictis Canonicis ad exercitium curæ animarum in eadem Diœc. per ipſum Alexandrum Epiſcopum ad aliquod tempus deputari, ille ſic deputatus animarum curam hujuſmodi exercendo omnes, & ſingulas diſtributiones quotidianas, quas in dicta Eccleſia Alerien. reſidendo lucraretur ex integro lucrari & percipere libere & licitè valeat ſimiliter perpetuo conceſſit, & indulſit, nec non literas tunc deſuper conficiendas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis ejuſdem prædeceſſoris, vel quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, ad terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari, aut adverſus eas quodcunque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari poſſe, ſicque per quoſcunque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari & diffiniri debere, ac quidquid ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decrevit; Non obſtan. prædictis, ac dictæ Eccleſiæ Alerien. juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem Eccleſiæ Alerien. illiuſque Præſuli, Capitulo, & Canonicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis in contrarium quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſerti forent, pro ſufficienter expreſſis habens, illis alias in ſuo robore permanſuris, ea vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogavit, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Ne autem de abſolutione, diſmembratione, ſeparatione, applicatione, appropriatione, conceſſione, indulto, decreto, & derogatione præmiſſis pro eo quod ſuper illis ipſius prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu literæ confectæ non fuiſſent, valeat quomodolibet hæſitari, ipſeque Alexander Epiſcopus illorum fruſtretur effectu, volumus, & Apoſtolica auctoritate prædicta decernimus, quod abſolutio, diſmembratio, ſeparatio, applicatio, appropriatio, conceſſio, indultum, decretum, & derogatio prædeceſſoris hujuſmodi perinde a dicta die Id. Martii ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ejuſdem prædeceſſoris literæ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur, quodque præſentes literæ ad probandum plene abſolutionem, diſmembrationem, ſeparationem, applicationem, conceſſionem, indultum, decretum, & derogationem prædicta, ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1585. Kal. Maji Pontif. noſtri anno primo.

SIXTUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Cœleſtis Principis providentia ad ſummum Apoſtolatus apicem meritis licet imparibus evecti ad ea libenter intendimus, per quæ menſæ Capitulares Eccleſiarum quarumlibet præſertim Cathedralium congruis proventibus pro perſonarum in eis divinis laudibus inſiſtentium ſuſtentatione, ab onerum illis incumbentium ſublevamine, & aliis ſuis neceſſitatibus communiri valeant. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte venerab. fratris noſtri Alexandri Epiſcopi Alerien. & dilectorum filiorum Capituli Eccleſiæ Alerien. petitio continebat, quod alias ipſe Alexander Epiſcopus conſiderans Eccleſiam prædictam à pluribus jam annis, quibus piratæ, & Turcæ civitatem Alerien. depopulati fuerant, miniſtris, cultuque divino prorſus deſtitutam eſſe, ac his inconvenientibus occurri cupiens, unum Seminarium Eccleſiaſticum, juxta Concilii Tridentini formam, in dicta civitate inſtituit, ac cultum divinum in eadem Eccleſia cum maxima fidelium illarum partium ædificatione reparavit; & deinde fel. record. Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter, ut dilecti filii Canonici ejuſdem Eccleſiæ, qui numero ſex tantum erant, & non ultra decem ducatos auri de Camera ex fructibus eorum Canonicatuum, & præbendarum annuatim percipiebant, ut commodius apud dictam Eccleſiam reſiderent, & illius obſequiis libentius inſiſterent, de ipſius Alexandri Epiſcopi conſenſu, & ad illius ſupplicationem ſummam annuam ducentorum & quadraginta ſcut. à menſa Epiſcopali Alerien. illiuſque fructib. redditibus & proventibus Apoſtolica auctoritate diſmembravit, ac illam ſic diſmembratam menſæ Capitulari ejuſdem Eccleſiæ pro diſtributionibus quotidianis inter præſentes, & divinis officiis intereſſentes tantum diſtribuendis applicavit, & appropriavit, prout in Alexandri parentibus, & Gregorii prædeceſſoris prædictorum literis deſuper confectis plenius continetur. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, dicti ſex Canonici pro celebratione divinorum officiorum longè non ſufficiant, nec debitis ceremoniis, aliiſque muneribus Eccleſiaſticis, & præſertim dignitati ejuſdem Eccleſiæ reſpondere valeant, & ſi S. Mariæ de Talcini, & s. Joannis de Bobio, & ejuſdem s. Joannis de Venaco, necnon s. Reparatæ, & s. Laurinæ de Aleria, ac ejuſdem S. Laurinæ de Curſa, necnon etiam s. Laurinæ de Omiſſa, & s. Laurinæ de Vivario, eccleſiæ, ſeu capellæ Plebaniæ, & Canonicatus reſpectivè, nuncupatæ in Diœc. Alerien. conſiſtentes ex nunc cum primum illas vacare contigerit eidem menſæ Capitulari pro ſex præbendis totidem Canonicatuum in dicta Eccleſ. Alerien. per eundem Alexandrum Epiſcopum erigendorum unirentur; ex hoc profecto divinis cultus, ac miniſtrorum Eccleſiaſticorum augmento, necnon decori ipſius Eccleſiæ Alerien. plurimum conſuleretur. Quare pro parte eorundem Alexandri Epiſcopi, & Capituli, aſſerentium Eccleſias, & Capellas prædictas ſine cura exiſtere, & perſonalem reſidentiam non requirere, ac earum inſimul, & illis forſan annexorum fructus, redditus, & proventus ducentorum, & quadraginta ducatorum ſimilium ſecundum communem extimationem valorem annum non excedere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum votis annuere, ac alias in præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum extimationem prædictam etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſ-

ſet,

ſet, quique divini cultus incrementum noſtris potiſſimum temporibus ſinceris deſideramus affectibus, Alexandrum prædictum Epiſcopum, & ſingulares perſonas Capituli hujuſmodi à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, nec non quarumcunque aliarum unionum, annexionum, applicationum, appropriationum, vel aſſignationum dictæ menſæ Capitulari hactenus quomodolibet factarum, & inde ſecutorum quorumcunque tenores præſentibus pro expreſſis habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati Eccleſias, ſeu capellas prædictas cum primum illas per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel in favorem etiam in manibus noſtris, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis factum, ſeu faciendum, vel deceſſum, aut privationem, ſeu Religionis ingreſſum, vel matrimonii contractum, aut quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem cujuſcunque vel quorumcunque illas nunc obtinentis, vel obtinentium, aut alias quovis modo, & apud Sedem Apoſtolicam, ſeu & in aliquo, vel aliquibus, & quibuſcunque ex menſibus, nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, vel Sedi prædictæ per quaſcunque conſtitutiones Apoſtolicas, aut etiam Cancellariæ Apoſtolicæ literas, ſeu alias quomodolibet nunc, & pro tempore reſervatis, vel affectis, aut etiam ordinariis Collatoribus, & per eaſdem, vel alias Conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore editas, ſeu literas alternativarum, vel alia privilegia, & indulta, ac alias quomodolibet hactenus conceſſis, & in poſterum concedendis, aut etiam de antiquo, & antiquiſſimo communi, vel particulari, aut quovis alio iure competentibus, vel competituris, ſimul, vel ſucceſſive vacare contigerit, ex nunc, prout ex tunc & è contra, etiamſi iam ad præſens ille quovis modo, quàm etiamſi ex illo quavis principalis reſervatio, & in corpore iuris clauſa reſultet præſentibus haberi volumus pro expreſſo, aut ex cujuſcunque, ſeu quorumcunque perſonis vacent, & tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio iuxta Lateran. ſtatuta Concilii ad ſedem prædictam legitime devoluta, ipſaque Eccleſiæ, ſeu Capellæ diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel ex quavis cauſa generaliter reſervata exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum, etiam præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem menſæ Capitulari pro ſex præbendis totidem Canonicatuum in dicta Eccleſia Aleria. ut præfertur erigendorum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus; ita quod liceat ex nunc prædictis Capitulo, ſeu illorum Oeconomo, per ſe, vel alium, ſeu alios eorum, & dictæ menſæ Capitularis nomine corporalem poſſeſſionem Eccleſiarum, ſeu Capellarum, juriumque, & pertinentiarum prædictarum propria auctoritate libere apprehendere, & etiam perpetuo retinere, omneſque, & ſingulos illorum fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcunque perpetuis futuris temporibus percipere, exigere, & levare, ac in dictæ menſæ Capitularis uſus, & utilitatem convertere, necnon eiſdem Eccleſiis, ſeu Capellis per Presbyteros idoneos ad eorum nutum ponendos, & amovendos in divinis deſerviri facere; Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita; Decernentes unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, ac præſentes literas nullo unquam tempore, etiam ad quorumvis inſtantiam ex quacunque etiam rationabili, & juridica cauſa, etiam ſub prætextu quod in forma juris facta non fuerint, revocari, alterari, limitari, modificari, aut ad juris communis terminos reduci, vel quempiam adverſus illa in integrum reſtitui, ſeu ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, vel impugnari non poſſe, cauſamque ſeu cauſas, propter quas illa emanarint etiam coram loci Ordinario, etiam tanquam à Sede prædicta delegato verificari non debere, ac propterea, aut ex eo quod intereſſe prætendentes vocati non fuerint per ſubreptionem, vel obreptionem præſumi, vel alias viribus carere, ac quaſvis illarum revocationes, ſuſpenſiones, derogationes, vel limitationes pro tempore emanatas, pro nova illarum conceſſione haberi, & cenſeri; ſicque per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & deffiniri debere, nec non irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis Hieroſolymitan. & Alexandrin. ac Epiſcopo Amerin. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel per alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Epiſcopi, & Capituli prædictorum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi ab iis, ad quos ſpectat & pro tempore ſpectabit, firmiter, & inviolabiliter obſervari, ac Epiſcopum, & Capitulum prædictos iiſdem pacifice frui, & gaudere; non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, eaſdem cenſuras, & pœnas aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta, ac Lateran. Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus à iure præmiſſis fieri prohibentis, necnon piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. & Prædeceſſoris noſtri, etiam qua cavetur, ne quis extra ſuam civitatem, vel Diœc. &c. niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœc. &c. ad iudicium evocetur, ſeu ne Judices à Sede prædicta deputati extra civitatem, & Diœc. &c. in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere præſumant, ac de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate earundem præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarent, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, ac inde ſecuta quæcumque ad dictas Eccleſias, ſeu capellas volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuſvis aliis privilegiis, & indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, volumus, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi dictæ Eccleſiæ, ſeu Capellæ debitis non fraudentur obſequiis, ſed earum congrue ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarn. Dom. 1586. VII. Kal. Novemb. Pontificatus noſtri anno 2.

Alexandri Sauli vitam fuſius ac uberiore ſtylo nuper ſcripſit, ac edidit Ioannes Auguſtinus Gallicius Clericorum S. Pauli, quos Barnabitas vocant, Præpoſitus Generalis, eamque inſcripſit D. N. A-

lexandro VII. Pontifiei Maximo, pluraque de eodem ſervo Dei clariſſimo Præſule ſparſim commemorat Abbas Michael Juſtinianus, ſuis in conſtitutionibus Eccleſiaſticis, ſummopere à doctis laudatis.

XXVIII. 27 OCTAVIUS Belmoſtus Ianuenſis, electus anno 1591. die 31. menſis Iulii, quam Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1608. deinde eo munere ſponte abivit, verſatuſque in aula Romana, iis muneribus functus eſt, quæ illi ſub Paulo V. Pontifice Maximo purpuram conciliarunt anno 1616. die 19. menſis Septemb. ſub titulo S. Blaſii ad Annulum. Paulo poſt è vivis exceſſit Romæ 1618. die 16. menſis Novembris, ſepultuſque eſt cum hoc epitaphio apud ſuum titulum.

D. O. M.

Octavio Belmoſto Januenſi S. R. E. Card. primo hujus Eccleſiæ titulari, quem ex Alerienſi Epiſcopatu per graviſſima Romanæ aulæ munera ſub Paulo V. Pont. Max. ob eximiam virtutem ad Cardinalatum evectum propera mors ſpei florentiſſimæ ſubduxit Anno ſal. M. DC. XVIII. ætatis LIX. Auguſtinus Belmoſtus hæres ex teſtamento fratri optimo mœrens P.

XXIX. 28 DOMINICUS Rivarola, Januenſis, nobilibus ortus parentibus, adhuc juvenis literis nobiliter excultus eſt. Quamobrem ſuæ patriæ canonicatum obtinuit; ſed cum ea dignitas impar Dominici celſo animo eſſet, relicta patria, Romam profectus eſt. Ibi cum favore Gallorum legati acceſſum habuiſſet ad aulam Scipionis Burgheſii nepotis Pontificis, inque ejuſdem rebus domeſticis adminiſtrandis ſe geſſiſſet egregie, ad vacuam Alerienſem ſedem promotus eſt die X. menſis Decemb. anno 1608 Sed cum promptus, alacerque animus Rivarolæ Paulo V. Pontifici maxime placuiſſet, non modo non ſivit illum Aleriam proficiſci, ſed Romæ juſſum morari, Auditorem Cardinalis Burgheſii illum pronunciavit, tranſtulitque ad Archiepiſcopatum Nazarenum, deſtinavitque legatum ad Henricum IV. Regem Gallorum; qua legatione tametſi haud functus fuerit, cæſo Rege, Pariſios tamen pervenit; inde Romam reverſus a memore Pontifice ad purpuram evectus eſt ſub titulo S. Martini in Montibus, anno 1611. die 7. menſis Auguſti, neque bene elapſo anno Æmiliana legatione illum condecoravit, qua uſque ad obitum Pauli V. egregie perſunctus eſt. Comitiis interſuit, ubi duo ſummi Pontifices, Gregorius ſcilicet XV. ac Urbanus VIII. evaſerunt ad ſedem. Unus è Patribus ſacræ Conſultæ fuit, ac Epiſcoporum, & Regularium. Romæ deceſsit anno 1627. die 3. Ianuarii, cum quinquaginta omnino annos vixiſſet, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Scala, mox inde ad S. Mariam de Victoria tranferendus.

XXX. 29 Fr. JOANNES Scalus a, Ordinis S. Dominici, electus die 15. menſis Junii ann. 1609. è vivis exemptus eſt 1611.

a Saullus. Vide Oldoinum in Ath. Lig. & Fontanam in Theatro. Mandoſ.

XXXI. 30 JOANNES FRANCISCUS Myrtus Neapolitanus, Clericus regularis Theatinorum, a Paulo V. ad hanc ſedem ſubvectus eſt anno 1611. die 18. menſis Sept b. cum antea fuiſſet egregius concionator. (,, *Obiit anno ſequenti 1612.*)

b Aprilis.

XXXII. 31 Fr. DECIUS Juſtinianus Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Alerienſis. *Natus eſt Decius Meſſanæ in Sicilia an. 1580. patre Anſelino, & Hieronyma Juſtiniana ex condominis Chiæ inſulæ a Solimanno Turcarum Imp. ab ea inſula exturbatis. Ordinem Prædicatorum amplexus eſt in conventu S. Dominici Meſſanæ quinto decimo ſuæ ætatis anno; ex Jo: Baptiſta Decii nomen accepit, in omni optimarum virtutum genere excelluit, idcirco per varias ordinis præfecturas excurrens omnibus charus fuit. c A Paulo V. nec ipſo cogitante Alerienſis declaratus Antiſtes anno 1612. Egregiè auxit, & illuſtravit cultu divino eam Eccleſiam, vir ut eximie doctus, ac prudens & præcipua bonitate, ac vitæ ſanctimonia clarus erat, eloquentia conſpicuus tanta, ut qui aſſidue in cathedrali concionantem audirent, alterum Chriſtianæ fidei in ea inſula fundatorem appellarent. Pauperes fovit, ita ut ipſe pauperrimus appareret, in eos enim redditus ſuos diſperſit liberaliſſime, clerum ad Eccleſiaſticas diſciplinas allexit exemplo magis quam verbo, die noctuque ad divinas laudes canendas aſſiſtens; Sacrarium, Eccleſiamque Cathedralem auxit indumentis precioſis, & illuſtravit liberaliſſime. Ad graviſſimas ſimultates, quæ in ea inſula nimium familiares ſunt, non ſolum delendas, verum ad animos in mutuum amorem demulcendos impiger fuit. Alia plura laudabiliter operatus eſt, Julii, & Fabiani Adjacenſium Epiſcoporum exemplo, quæ recenſentur inter varia monumenta, quæ extant apud Abbatem Michaelem Juſtinianum olim ejuſdem Decii affinem, & generalem Vicarium virum doctum, & eruditum amicum noſtrum, qui Juſtinianæ ſuæ, inſulæque Chiæ hiſtoriam molitur. Deceſſit, ut vixerat ſanctiſſime die 21. Novemb. 1642. ſepelitur in ſacello S. Michaelis Archangeli a ſe conſtructo, & annuo cenſu dotato apud Eccleſiam S. Anſelmi Campilaurei, quæ pro Cathedrali habetur, non ſine populorum dolore, & lachrymis, cujus memoria apud poſteros in benedictione erit. *Hoc ad Decii ſepulchrum publico Canonicorum aſſenſu apponendum cœnotaphium.

* Ex App. tom. 3.


c Laudatur ab Oldoino in Athen. Liguſt. Fontana in Theatro Domin. p. 110. & Mongitor in Bibl. Sicul. to. p. 151. Mandoſ.

* Ex App. tom. 3.

D. T. O. M.

Decio Juſtiniano Patritio Genuenſi Acellini, ac Hieronymæ ex Dominis Chii digniſſimo filio, quem animi candore, vitaque pietas adoleſcentem religioſe Prædicatorum cœlo addixere, virtutibus deinde, ac ſanctimonia eximie expolitum anno à Virginis partu MDCXII. Paulo V. Pontifice eum ſacra dignitate non cogitantem Epiſcopum Alerienſem dedere. Fuit Decius moribus ſuavis, ſapientia conſpicuus. Prodigus erga pauperes, in Eccleſiaſticis muneribus aſſiduus, in componendis odiis Corſicæ miraculum. Eccleſiam regali ſupellectili, novoque ſacello S. Michaelis dicato, & dotato locupletavit, exornavit: Ædificium in uſum Canonicorum inſtruxit, & Seminarium Clericorum ampliavit; ipſum Clerum, & populum celebribus concionibus, ac piis conſtitutionibus pavit, ac reformavit: tandem meritis, ac diebus oneratus ad æthera evolavit anno MDCXLII. die xxi. Novembris, ætatis ſuæ LXII. m. ix. Huic ergo parenti pientiſſimo, Antiſtiti munificentiſſimo, univerſus Capitularis cœtus, ne diurno funere ſatis feciſſe videatur, hoc diuturnum cœnotaphium in teſſeram grati animi non minus ad Canonicorum, quam Præſulum incitamenta P.C.

Obiit anno 1642.



32 *OCTAVIANUS Cardinalis Raggius vocatur ad Alerienſem Epiſcopatum die 12. Januarii 1643. Hic ex utroque ſtemmate claro de ſanguine natales habuit, parentes quidem Jacobum Raggium XXXIII.

* Ex App. tom. 7.

Januæ Senatorem clariſſimum, matrem Hieronymam Nigram. Juvenis litteris, moribuſque nobilioribus excultus, tum animi præcipuè candore exornatus, ingentibuſque opibus ſuffultus contulit ſe Romam ſub Paulo V. ibique omnes dignitatis gradus aſſequutus eſt, qui illi iter expeditum ad ſummum aperire poſſe viderentur. Itaque Prothonotarius Apoſtolicus à Paulo renunciatus, Gregorii deinde XV. promeruit gratiam; a quo Cameræ Apoſtolicæ Clericus declaratus, majora recepturus, ſi diutius optimo Pontifici vivere datum fuiſſet. Urbanus VIII. ſucceſſor vix cœperat imperare, cui jamdiu Octaviani probitas, & in omnibus par ſimul perſpecta & approbata virtus nota erat, illum ad ſuprema Urbis munia obeunda admovit, & abſente Card. Aldobrandino Procamerarium fecit; quibus cum fideliter ac ſtrenuè operam ſuam navaſſet, Cameræ Apoſtolicæ Gen. Auditor effectus eſt. Quo quidē in munere difficillimo tempore ita prudenter, ita candidè ubique, & ſemper ſe geſſit, ut emunctæ naris Pontifici, cæteriſque ſummopere complacoerit: quamobrem Urbanus ſumma omnium acclamatione ei detulit jamdiu promeritum purpuræ decorem. Cardinalis itaque die 16. Decembr. 1641. titulo S. Auguſtini creatus, magno deinde ob prudentiam, plenaque decoris, candoriſque conſilia non modo Urbano, ſed ferè omnibus etiam Purpuratorum Patrum Congregationibus uſui fuit, & charus. Secundo ſuæ promotionis anno Alerienſi opimo in Corſica Epiſcopatu donatus, novam dignitatem pio ardore aggreſſus, ad eam benè regendam mare trajecit; jucundum ingreſſum fecit in eam Inſulam, & Eccleſiam. Nec ſegnius, poſtquam omnia perluſtraſſet, in Alerienſium curam animum intendit; lapſum enim à priſtino decore Clerum ad puriorem vitæ normam verbo, & exemplo traduxit; Eccleſiaſticos jugulavit abuſus, pauperes profuſa liberalitate recreavit, præcipuè eos, quos magis verecundia, quam indigentia premit, quod proprium, ac ſuum fuit, dum in Romana etiam verſaretur curia. Cathedralem ſuam, cæteraſque Eccleſias adornandas curavit, omniaque peregit, quæ bonum Paſtorem decere viderentur. Verum cum pleraque digniſſima ad Sponſæ ſuæ decorem præmeditaretur, cumque animarum jucunditate, & fructu præeſſet, Romam revocatus, incredibilem gregi ſuo attulit mœrorem, & collachrymantibus cunctis ex Inſula ſolvit. Patriam inviſurus appulit, à civibus pro fuſa benevolentia, munificentiaque exceptus; poſt paucos dies cum Pontificiis triremibus, quibus Generalis Commiſſarius Marchio Thomas ejus frater præerat, è Janua ſolvens, iter per æquora arripuit. Inſequuta deinde immani tempeſtate itaut hac, illac cum claſſe percurrens penè ultimum ſubiiſſet periculum, ni Dei miſericordia adfuiſſet, ad portum tandem ſalutis, inde Romam incolumis, turbatus tamen, pervenit; ac vix ſalutato Pontifice, & ab eo benignè amplexus, febri correptus, cum ſe morti propiorem intellexiſſet, miro devotionis ardore exitum ſuum ſacramentis munivit, & poſt curriculum quinquaginta, & unius annorum, eodem die, eademque omnino hora, qua hanc lucem ingreſſus fuerat, ex ipſa dicitur migraſſe, ſepultuſque eſt in Eccl. Nominis Jeſu ſub hac inſcriptione.

Tibi Octaviano Cardinali Raggio tuoque nominis candore, quem Roma rarum ſtupuit, & amavit, Laurentius Raggius S.R.E. Card. ex fratre nepos, Thomas Apoſtolicæ Claſſis Commiſſ. Generalis. Joannes Baptiſta Eccleſiaſt. Peditum legionis Præfectus alter ex fratre nepos poſuere. Obiit anno MDCXLIII. ætatis LI.

Optimum Cardinalem ante diem deſideratum, ſummis laudibus inter cæteros extulerunt Baptiſta Anſelmus inſignis artis medicæ Doctor in dedicatoria operum ſuorum ad Marchionem Thomam Raggium, & Petrus Joannes Capriata, ævi noſtri hiſtoriarum celebris ſcriptor, quas eidem Card. attitulavit; impensè enim Octavianus litteras, litteratoſque homines ubique, ac ſemper dilexit, eorumque ſtudia fovit. Sed magis emicuit in divinis operibus agendis, atque erga viros præcipua ſanctimonia vitæ claros ejus propenſio, & devotio. Teſtis erit nobilis tumulus ejus juſſu, ac ſumptibus Romæ ad Divæ Mariæ ſuper Minervam excitatus piæ memoriæ Mariæ Raggiæ Chienſi illuſtris ſanctitatis fœminæ Romæ defunctæ 1600. die 7. Januarii, cujus oſſa in eadem Eccleſia jacent, cujus etiam admirabilem vitam more ſuo eruditiſſimè ſcripſit, ac publici juris nuper fecit noſter litteratorum clariſſimus Leo Allatius. Tumulum exornat Inſcriptio hæc in rubro lapide exarata.

Mariæ Raggiæ Chiæ ex tertio Dominicanæ familiæ Ord. Octavianus Card. Raggius Januen. religioſam fœminæ virtutem ad ſtuporem eximiam & ſub eodem agnomine cariorem admiratus conditorium legavit Anno reparatæ ſal. MDC. XLIII. Laurentius Card. Raggius ex fratre nepos, & executor curavit. Thomas Raggius Pontif. Claſſis Commiſſ. Generalis frater, & heres P.

Cæterùm Octavianus fratres habuit Joannem Antonium eximium patriæ decus, Laurentii Cardinalis Patrem in ipſo ætatis flore extinctum, Thomam Marchionem Illuſtriſſimum, Pontificiæ Claſſis Generalem Commiſſarium, Senatorem, & Reipublicæ moderatorem, excelſi, infractique animi virum, Marcellum, & Jacobum Capuccini Ordinis alumnos, qui duobus abhinc annis ex contagioſa lue abſumpti, pro patria vitam libentiſſimè conſecrarunt. Jacobus cum eſſet in omnium ſcientiarum genere egregiè doctus ſcripſit, ediditque centurias tres de Regularium Inſtitutione. Horum conſanguineus Thomas celebratiſſimus vir, domi, foriſque clariſſimus quondam Philippi II. Hiſpaniarum monarchæ in paucis charus, ob egregia facta, & ad gratæ poſteritatis exemplum decreto publico meruit ſtatua marmorea in aula Ducali perpetuo celebrari. Ex hac etiam Raggia perantiqua, nobiliſſimaque familia (quam ferè quadringentis abhinc annis Sigifredi ex Comitibus Rubeorum Parmenſibus, viri præclariſſimi gentiles in Liguria, inque Janvenſi urbe diſſeminaſſe ferunt) plures alii Antiani, Senatores, ad Reges Oratores illuſtres prodierunt, quorum divitiis, primæ notæ familiis conſanguinitate, prudentia, ac virtute non ſemel acceſſit Janvenſis Reipublicæ ſalus. Sed maximè omnium ex iis viſus eſt, floruiſſe Nicolaus ille Antonii filius, bellica arte illuſtris, qui anno ſalutis 1465. pro Veneta Republica adverſus Amuratem Turcarum Tyrannum in Peloponneſo cum eſſet militum Tribunus, non ſemel ſua virtute hoſtiles confregit conatus, pluraque qua ferro, qua flammis eidem ademit Caſtella: demum accepta clade cum aliis magni nominis Ducibus in ſervitutem abductus, immaniſſimè in odium virtutis, juſſu Amuratis per medium ſtipite infixus, ſpiritum conſtantiſſimè exhalavit. De quo, deque aliis fuſius in noſtro de vetuſta Chriſtiana Italica nobilitate opere. Interim hæc pauca de hac præclariſſima familia, occaſione digniſſimi Cardinalis Alerienſis Epiſcopi ſint dicta.

33 AUGUSTINUS Donghus Januenſis, Jo. Stephani Donghi Card. frater, Clericus Regularis Theatinus, ſucceſſit Card. Raggio, ad infulam vocatus 18. Aprilis 1644. Munus conſecrationis accepit die 13. Maji ejuſdem anni in Eccleſia S. Andreæ de Valle per manus Dominici Card. Spinulæ Epiſcopi Mazzarienſis. Sedit aliquandiu apud ſuam Eccleſiam, Romam digreſſus ibidem fato ceſſit florente adhuc ætate die 29. Januarii 1648. in eadem Eccleſia S. Andreæ terræ mandatus eſt. Quinque deinde annos Alerienſis Eccleſia Paſtore vacua fuit. XXXIV.

34 JOANNES BAPTISTA Imperialis, Januenſis, Clericus Regularis ejuſdem Theatini Ord. vir nobilis, & doctus, Dongho datus eſt ſucceſſor die 24. Novemb. 1653. XXXV.

A D D I T I O.

(„ *Deceſſit Imperialis die* 13. *Aprilis* 1674. *in ſua*
„ *reſidentia.*
XXXVI „ MARIUS *Emanuel Duratius, nobilis Januen-*
„ *ſis, J. U. D. & patria Metropolitana Archidiaco-*
„ *nus, ornatus eſt mitra Alerienſi die* 26. *Junii* 1674.
„ *ætatis ſuæ an.* 35. *Vixerat jam in Aula Cardinalis*
„ *de Alteriis, & pileum Cardinalitium ad Card.*
„ *Baſadonnam detulerat. Triginta prope annos hanc*
„ *rexit non ſine laude, & prudentia, & pietatis Ec-*
„ *cleſiam, translatusque deinde fuit ad Marianen.*
„ *& Accien. die* 29. *Maji* 1704.
XXXVII „ RAPHAEL *Raggius, nobilis Januenſis, Pres-*
„ *byter Congregationis Clericorum Regularium S.*
„ *Pauli, vir doctus, & pius, illaſtriſque conciona-*
„ *tor, & præpoſitura Collegii S. Pauli Januæ perfun-*
„ *ctus, renunciatus eſt Alerienſis Epiſcopus die* 2.
„ *Martii* 1705. *Fato raptus eſt* 20. *Septemb. an.* 1712.
XXXVIII. „ CAROLUS *Maria Joſeph de Furnariis, nobi-*
„ *lis Januenſis, I. V. D. Sacræ Inquiſitionis contra*
„ *hæreticam pravitatem Januæ Conſultor, & Protho-*
„ *notarius Apoſtolicus, creatus eſt Aleriæ Epiſcopus*
„ *die* 30. *Ianuarii* 1713. *biennio poſt ad Albingau-*
„ *nenſem Eccleſiam tranſlatus die* 20. *Februar.* 1715.
XXXIX „ AUGUSTINUS *Salutius, nobilis Januenſis,*
„ *I. V. D. Miſſionarius Congregationis Miſſionis Ur-*
„ *bana ejuſdem Ianuenſis Civitatis, evectus eſt ad*
„ *Epiſcopatum Alerienſem die* 18. *Martii* 1715.

SAGONENSES

EPISCOPI.

SAGONA Corſicæ perantiqua civitas, ut fabulantur quidam, a Savino quarto Corſi filio poſt Trojanam ruinam ædificata eſt. Utut res ſit, antiqua fuit, & in fertili ſolo ſita, olim a Turcis devaſtata; vix hodie ejus conſpiciuntur veſtigia: nec fere quicquam aliud occurrit, quod de ea vere efferri poſſit, quod nullus fere ſcriptor reperiatur, qui res Corſicas monumentis ad memoriam futurorum extenderit. Decem omnino plebanias ſubjectas habet, atque Epiſcopali dignitate condecoratur, cujus Præſul Archiepiſcopi Piſani ſuffraganeus eſt. Epiſcopus reſidere ſolet in terris Vici, & Calvi; in eiſdem locis Eccleſiæ cathedrales mediocris ſtructuræ viſuntur, prima ſub invocatione B. Mariæ Aſſumptæ, & altera Calvi S. Ioanni Baptiſtæ dicata. Conſtat temporibus Paſchalis I. Pontificis, quinque Epiſcopatus in Corſica poſt Sarracenos fugatos, fuiſſe erectos, in quibus Sagonenſis fuit. In hanc etenim inſulam plures partim Piſani, partim Iannenſes demigrarunt ſacerdotes, qui a Sarracenis exhauſtam ibidem fidem Chriſtianam inſtaurarent, quam jam olim illic plantatam ab Apoſtolorum alumnis veroſimile eſt. Ejus Epiſcopatus cenſus vix ſexcentos ſcutatos exceedit. Cæterum Sagonenſium Præſulum ſeriem, monumentis ſcriptorum deſtituti, delumbatam dabimus, talem tamen, quæ arguat nobis haud defuiſſe ſtudium demerendi poſteritatem.

A D D I T I O.

(„ *Inter celebris quondam urbis Sagonæ, nunc fun-*
„ *ditus exciſa veſtigia remanet adhuc pars muri vete-*
„ *ris Cathedralis S. Appiano Epiſcopo, & martyri*
„ *ſacra, ubi hodie quoque noviter electi Sagonenſes*
„ *Præſules obtentæ dignitatis poſſeſſionem inire ſolent.*
„ *In locum verò dirutæ veteris Cathedralis auctorita-*
„ *te Pauli IV. ſummi Pontificis ſuffecta eſt pagi pro-*
A „ *ximi, quem Vicum appellant, Eccleſia, ſub in-*
„ *vocatione B. M. V. in Cœlum Aſſumptæ erecta, in*
„ *qua ſacris incumbunt duæ dignitates, Archidiaco-*
„ *nus ſcilicet, & Archipresbyter, & quinque Ca-*
„ *nonici, præter duo alios, qui ob redditum inopiam*
„ *ad reſidentiam minime ſe teneri profitentur. Hic*
„ *exſurgit ſatis commodum Epiſcopale palatium, li-*
„ *cet plerumque Calviæ reſideat Epiſcopus, atque in*
„ *hujus oppidi Parochiali Eccleſia, D. Ioanni Bapti-*
„ *ſtæ dicata, in qua tamen nulla dignitas, nullus be-*
„ *neficiatus presbyter præter Parochum exiſtit, exer-*
„ *ceat Pontificalia, quibus cum Parocho interſunt ſa-*
„ *cerdotes ſimplices, qui in hoc oppido complures de-*
„ *gunt. Præter autem Parochialem prædictam Cal-*
„ *viæ viſitur Oratorium publicum confratrum ſecula-*
„ *rium, & alterum privatum Patrum ſcholarum*
„ *Piarum, unicum Xenodochium, & mons Pieta-*
„ *tis. At in Calviæ ſuburbio extat altera Parochia-*
„ *lis ſub titulo S. Mariæ, & Oratorium in D. Caro-*
„ *li honorem; nec longe inde abſunt duo Regularium*
B „ *Cœnobia, alterum Fratrum minorum de obſervan-*
„ *tia, & alterum Capuccinorum, quatuorque Ora-*
„ *toria campeſtria. Tota Diœceſis coaleſcit ex* 29.
„ *Parochialibus Eccleſiis, in quibus* 9500. *circiter*
„ *mortalium capita enumerantur. Loca præcipua ſunt*
„ Calvia, Vico, *in quo Fratrum Minorum de Ob-*
„ *ſervantia adeſt monaſterium;* Calcazana 3500.
„ *circiter animabus conſtans, ubi Parochialis Eccle-*
„ *ſia, S. Reſtitutæ ſacris lipſanis inſignis, & quin-*
„ *que Oratoria,* Monte Maggiore, Renno, Gua-
„ gno *balneis celebris,* Sarri, *ubi Fratrum S. Fran-*
„ *ciſci de Obſervantia conventus noviter exſtructus,*
„ & Paomia, *quam incolunt Græci, eo è Leuctra*
„ *adjacente tractu anno* 1676. *traducti, ubi Paro-*
„ *chialis Eccleſia S. Salvatoris, in qua ritu Græco,*
„ *illique adhærens ſacrarium, in quo Latino ritu ſacra*
„ *conficiuntur, quinque Oratoria, & Monachorum*
„ *S. Baſilii Cœnobium. Fructus hujus Epiſcopatus*
„ *taxantur ad flor.* 66. *certum verus valor eſt* 900.
„ *Scutorum.*)

C 1 N. . . . Epiſcopus Sagonenſis Concilio Lateranenſi interfuit ſub Alexandro III. ann. 1179. I.

2 Fr. FATIUS ex Ordine S. Dominici, Epiſcopus Sagonenſis, Eccleſiam Fratrum S. Dominici Senenſis indulgentia quadam ditavit anno 1298. die 18. menſis Martii. Hic anno 1301. cum ad monaſterium S. Mariæ de Maximo prope Bibonam Ordinis S. Benedicti Volaterranenſis Diœceſis humilitatis cauſa acceſſiſſet, ac in conſortium monachorum petiiſſet admitti, receptus benigne, more tyrannico Abbatiam invaſit. Abbas ad Boniſacium VIII. confugit, a quo epiſtolam contra ipſum impetravit Epiſcopo Maſſenſi directa, ut contra rapacem lupum procedere non dedignetur. Datum Lat. Kal. Martii an. 7. ep. 35. fol. 11. regeſt. Vatic. II.

3 BONIFACIUS Epiſcopus Sagonenſis tranſlatus ad Chiron enſem Eccleſiam an. 1306. ex regeſto Vatic. forte idem eſt cum ſuperiori Fatio. III.

4 Fr. GAVINUS, ſive Guarinus Gallus, ex Ordine Prædicatorum anno 1306. 3. Non. Julii ex D reg. Vatic. epiſt. 13. fol. 15. Pariſiis vitam finivit anno 1323. IV.

5 Fr. VVILLELMUS ex Ordine Minorum apud Tartaros, ubi Chriſtianam fidem diſſeminaverat, ad Eccleſiam hanc tranſlatus eſt anno 1323. 12. Kal. Maji. Deinde anno 1328. ad Eccleſiam Tergeſtinam. V.

6 Fr. ANTONIUS, ex Ordine Minorum, electus anno 1328. Deceſſit 1331. apud Apoſtolicam ſedem. VI.

7 Fr. IACOBUS ex Ordine Minorum, electus 1331. octavo Kal. Octobris. VII.

8 PAGANUS obiit anno 1343. VIII.

9 Fr. BERNARDUS de Monteſio, ex Ordine Minorum, in eadem ſede floruit an. 1343. 5. Idus Junii ex regeſto Vaticano epiſt. 15. fol. 45. IX.

10 GUALTERIUS ejuſdem civitatis Epiſcopus. Deceſſit 1361. X.



XI. 11 PETRUS * Guaſconus Florentinus, ex plebano S. Mariæ de Fileſtore diœceſis Florentinæ, Canonicorum doctor, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Capellanus, Auditorque ſacri palatii, a Bonifacio IX. ſubvectus eſt Epiſcopus Sagonenſis an. 1391. Idib. Septembris. Clauſit diem poſtremum 1411.

* Ex App. tom. I.

XII. 12 MICHAEL Bartolus Bononienſis, à Joanne XXII. Pontifice Epiſcopatum obtinuit ann. 1415. 6. Kal. Aug. Deceſſit autem 1419.

XIII. 13 JOANNES Albertinus rector parochialis SS. Coſmæ, & Damiani de caſtro Columbani Mariacenſis diœceſis, ad Sagonenſem ſedem ſubvectus eſt anno 1412. quarto Kalendas Februarii a Gregorio XII. in Piſano concilio jam depoſito, qui tamen ut ſemel habitum jus ſuum Pontificium tueretur, Epiſcopos ſeligebat, ut ſupra de Albertino vidimus. Quem tamen tanquam vitio electum deturbatum de ſede fuiſſe oportet, quod Michael anteceſſor commemoratus in ſede Sagonenſi vixiſſe reperitur poſt Conſtantienſe Concilium. Deceſſit vero 1419.

XIV. 14 JACOBUS Rodinus Januenſis Canonicus, ſedis Apoſtolicæ notarius, ſub Martino V. Columna Sagonenſis Epiſcopus pronunciatus eſt anno 1419. Idib. Martii, ex Michaelis deceſſu. Obiit autem 1432.

XV. 15 Fr. GABRIEL Abbas S. Mariæ Eugubinæ diœceſis, Ordinis S. Benedicti, hunc Epiſcopatum obtinuit 1432. X. Kal. Auguſti.

XVI. 16 VALERIANUS de Calderinis Savonenſis, ex Epiſcopo Adiacenſi, Sagonenſis effectus eſt an. 1438. die 16. menſis Auguſti. Translatus ad Savonenſem 8. Idus Februarii 1443.

XVII 17 GREGORIUS Cardinalis de Fliſco, hanc Eccleſiam commendatam habuit 1443. die 7. menſis Martii.

XVIII 18 Fr. JOANNES ex Ordine Minorum electus eſt, ex conceſſione ſupra memorati Cardinalis an. 1445. 12. Kal. Junii.

XIX. 19 DOMINICUS Boerius Savonenſis ſub lectus eſt; deceſſitque 1478.

XX. 20 LAURENTIUS Regina Savonenſis, eidem Eccleſiæ Sixto IV. ſedente jus divinum dixit 1479. Nonis Novembris; è vita deceſſit 1481.

XXI. 21 Fr. VVILLELMUS Savonenſis, a Sixto IV. ad eandem dignitatem aſſumptus 1481. Idib. Martii. Deceſſit autem 1493.

XXII. 22 Fr. LAURENTIUS * Ordinis Prædicatorum ejuſdem Eccleſiæ Præſul pronunciatus 1493. die 33. menſis Auguſti. Romæ deceſſit 1509. * Hic ille eſt Laurentius Sagonenſis Epiſcopus, ad quem extat Ode de Laudibus Italiæ Antonii Geraldini Amerini Poetæ laureati, & Prothonotarii Apoſtolici, Hiſpaniarum Regis a ſecretis, nepos Angeli Epiſcopi Sueſſani, & Caminenſis viri clariſsimi, frater Alexandri Epiſ. Vulturarienſis, & primi inſulæ S. Dominici Antiſtitis, quorum egregia monumenta extant m. ſ. apud Honophrium Geraldinum de Catenacciis J. U. D. Amerinum, qui ſcripſit, ſed non edidit, de dignitatibus Eccleſiaſticis tractatus aliquot erudite ad Jo. Coſmum S. Stephani equitem Umbriæ, & Priorem, Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriæ Domus magnum Præfectum, virum nobilitate generis, prudentia, & bonitate eximium.

* Ex Append. t. 9.

* Ex App. tom. I. C

A Sed ode in Laudibus Italiæ Antonii ad Laurentium noſtrum Sagonenſem Epiſcopum in lib. 1. Lyricorum ode 15. eſt hujuſmodi eruditiſſima,

Suſpirat tenues ruſticus hortulos,
Et fumoſa nigris tecta palilibus,
Una luce moratus
Inter delicias toga.
Sic Romam petens mœnia barbarus,
Seu ſit Sarmaticam natus ad Euxinum:
Seu ſit verna nivalis
Ryphoo genitus jugo:
Feſtinat tumulos acer in aſperos,
Et praceps patrias proruit ad nives:
Qui mox alpibus heret
Humanas negligens opes.
Quid mirum eſt igitur frater Laurenti
Si deſiderio non minus intima
Annis pluribus abſens
Natalis moveor ſoli.
Medorum ſilvis id Maro pratulit,
B *Eois opibus ditius aſſerens,*
Pulchro Gange, vel Hermo,
Bactris prorſus & Indicis.
At qua Nilus agros fertiles irrigat,
Et qua ſe Tanais lubricus exerit,
Vel qua littora veneus,
Uſque a Gadibus allait,
Non vidi peragrans quiſquam pulchrius:
Non uſquam invenio, quod mage luceat:
Seu fœlicia Cœli,
Seu terra numeros bona.
Nam cœlum tenero lumine blandiens
Orbi purpureum temperat Aetherem:
Quem nec congelat Arctos:
Diſſolvit neque Syrius.
Hic ſe temperies ſuavior inſerens
Per mentem hominum latius influit:
Clarique Aetheris hauſtus
Illuſtrant animos virum.
Hic ver florigeris flatibus intepet,
C *Hic latas variis meſſibus arbores*
Pomis bisgravat annus:
Binis horrea meſſibus.
Glauca flava Ceres amula Palladi
Certat muneribus vincere Liberum.
Et natura repertis
Prudens vincitur artibus.
Nam quid per medios mœnia gurgites
Aeternis referam condita molibus?
Summis rupibus urbes
Mirando celebres ſita?
Quid fontes memorem? ſtagna, lacus, ſinus?
Et conſtructa novis aquora portubus?
Quid deducta remotis
Narrem flumina ſedibus?
Vix ades populis, vix locus adibus:
Vix ſunt reddita navalia claſſibus.
Stant armenta per agros.
Nec ſylva capiunt greges.
Hinc bellatorum equus plurimus exilit,
D *Hinc cultus, & opes largius effluunt,*
Hinc evulſa metalla
Laſſant artificum manus.
Armis Heſperia eſt undique nobilis.
Hac terras alias armat, & inſtruit.
Hac ſe viribus effert
Altis ingeniis potens.
Quid qua tota ſuis aurea turribus
Munitur gemini margine litteris?
Apenninus & arce
Nativum imperium notat?
Nimirum ergo plagis ſi caput omnibus
Si princeps regio gentibus Italia eſt
Si dat jura ſubactis
Tellus regibus Auſonis.
Nec mirum, quo amor me patrie gravis
Affecta renovat ſape ſolubili.
O gens cognita divis.
O tellus ſuperum parens.

23 AU-

XXIII 23 AUGUSTINUS de Fliſco Januenſis, creatus eſt 1510. proſtrema die abeuntis Octobris. Vitam autem finivit 1528. („ *Præſens fuit Concilii Lateranenſis ſeſſioni IX. an. 1514.*)

XXIV 24 IMPERIALIS Doria Januenſis, eadem Eccleſia potitus eſt 1528. die 25. menſis Auguſti. Clauſit diem poſtremum 1544.



XXV. 25 EDUARDUS Cicada Jannenſis, ad hanc eandem dignitatem aſſumptus eſt 1544. die 8. menſis Februarii. Romæ deceſſit 1545. V. Kalendas Decembris; ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Populo in nobili ſepulchro cum hac inſcriptione.

D. O. M.

Eduardo Cicade patritio Januenſi, Epiſcopo Sagonenſi, pietate, innocentia, & vita integritate univerſa curia Romana cariſſ. Qui quod diu cum Laurentio Cardinale conſanguineo è regione ſepulco conjunctiſſime vixerat, aſſentient. ejus haredibus, in eodem ſacello aucto illius cenſu, humari juſſit. Joannes Baptiſta Cicada Epiſcopus Albingaun. Pont. Fiſcalibus cauſis audien. præfectus, patruo benemerenti poſuit Vixit ann. LXXII. dies viij. Obiit anno M. D. XLV. quinto Kalendas Decemb.

XXVI 26 JOANNES MARIA Butinonius Mediolanenſis, dignitate Sagonenſi perſulſit anno 1545. die 14. menſ. Decembris. E vivis exemptus eſt 1550.



XXVII. 27 JOANNES BAPTISTA Cicada Cardinalis tit. S. Clementis, Eccleſiam Sagonenſem perpetuo ſuſcepit regendam anno 1551. die 12. menſis Februarii; eodem die eo munere ſe exſoluit, cum regreſſu tamen, ut evenit 1565. Is natus eſt Januæ anno 1510. ſexto Kal. Junii. Non diſſimilis moribus, & vita fuit ab Eduardo patruo anteceſſore Epiſcopo, & a quo educatus majorum imaginibus, & propria virtute clarus evaſit. Sub Paulo III. utriuſque juris doctor, Signaturæ Referendarius, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Ingaunorum Epiſcopus, Concilio Tridentino interfuit. Præſul omnino religioſus, juſti, & æqui ſtudioſiſſimus, ſub Julio III. an. 1551. pervenit ad purpuram ſub titulo S. Clementis,

A factuſque eſt Campaniæ legatus; cujus laudes non tacult Ubertus Folieta in elogiis Ligurum illuſtrium. Eundem laudarunt Antonius Vacca in epigrammate, Janus Vitalis, Filiuccius, Cabrera, Petramelarius, Victorellus, & alii. Debitum naturæ Romæ ſoluit Cicada an. 1570. die 6. Aprilis. Ad S. Mariam de Populn in ſacello Ruvereo cum tali inſcriptione jacet.

D. O. M.

Joanni Baptiſta Cicada Januenſi Epiſcopo Sabinenſi, S. R. E. Cardinali S. Clementis, viro ingenii acumine, & ubertate conſilii admirabili, omnium officioſiſſimo, juris, rerumque bonarum, ac forenſium uſu, ac intelligentia peritiſſimo, libertatis Eccleſiaſtica defenſori ſtudioſiſſimo. Carolus Cicada Epiſcopus Albinganenſis hares ex teſtamento patruo ben. mer. poſuit. Vixit annos LX. Obiit die 8. April. M. D. LXX.

28 HIERONYMUS Federici de Butinonlis, XX

B nepos Joannis Mariæ ſublectus eſt an. 1551. die 12. VIII.

menſis Februarii. Hic Gubernator Romæ fuit, habituſque in pretio apud Curiam. Deinde ad Eccleſiam Marturanam translatus eſt anno 1562.

29 CAROLUS Grimaldus Januenſis, eandem XXIX

Eccleſiam Præſul adminiſtravit anno 1562. die 6. menſis Julii. Hic inter Tridentini Concilii Patres numeratus eſt, Sagonenſemque Eccleſiam cum Vigintimiliana commutavit an. 1565.

Idem Joannes Baptiſta Cicada Cardinalis S. Clementis; cujus ſupra meminimus, hanc Eccleſiam iterum ſuſcepit regendam ex regreſſu, quem ſibi reſervaverat, illamque ad duos annos adminiſtravit, iterumque eidem adminiſtrationi nuncium remiſit 1567.

30 HIERONYMUS Leonis *a* Anconitanus, XXX

a Pio V. hanc eandem obtinuit Eccleſiam an. 1567. die 10. menſis Januarii; qui deinde translatus eſt ad Theatinum Archiepiſcopatum anno 1578. die 25. menſis Octobris.

a De eo Sacerius in hiſt. Ancon. p. 218 Manuſc.

C 31 CÆSAR Contradus *b* Januenſis, Epiſcopus Nebienſis, Hieronymo ſucceſſit die 6. menſis Aprilis, an. 1578. Deceſſit autem 1585. in patria in Eccleſia S. Franciſci hoc habet cœnotaphium. XXXI

Eccum viator tibi ſepulchrum Cæſaris
Qui Nebienſis inter omnes Præſules
Virtute, & eruditione præſtantes:
Illum locuta ſunt priora ſecula,
Illum deinde non tacebunt poſtera.
Hic permeavit alitis penna ingeni,
Libris, & una amplexus eſt perennibus,
Quicquid patente claudit ambitu Themis,
Quaſcumque ſalebras, atque teſqua continet,
Et quid gemendum diva quod rerum parens
In bruta quaque nata brutis cedere
Tam liberalis temporum; mortalibus
Ratione fultis, ignoque mentium
Vigore mundi pervagatis ardua
Præſcripſit avi tam minutos limites?

b De eo Oldoinus in Athen. Ligust. & Juſtinianus de Script. Ligur. & alii Manuſcr.

32 JOSEPHUS Godonus, ad eandem ſedem

D ſubvectus eſt 1585. die 21. menſis Octobris. Succeſ- XX

ſit Contradio. Præfuit fideliter, ac ſatis utiliter XII.

pro temporum ratione, ac fortunæ annis viginti uno. Synodum celebraſſe dicitur, cujus intuitu, & hortatu Antonius Petrus Philippinus Archidiaconus hiſtoriam Corſicæ in lucem emiſit. Fuit Gordonius Præſul eximie doctus, majori loco digniſſimus, & apud omnes in ſummo pretio habitus, qui tandem ſenio affectus, fato deinde functus eſt 1606.



XXX III. 33 PETRUS Lomellinus avitæ nobilitatis vir, Januæ natus, monaſticam vitam ſub D. Benedicti regula amplexus, liberaliter in ſacris literis inſtitutus, ad Epiſcopatum aſcendit Pauli V. Pont. Max. judicio an. 1606. die 20. menſis Novemb. 19. omnino annos ſatis laudabiliter hanc rexit Eccleſiam, liberèque reſignavit anno 1625. fatoque deinceps ceſſit, quievitque in ſenectute bona. B

XX XIV. 34 SEBASTIANUS Albanus Savonenſis, ejuſdem civitatis Epiſcopus declaratus eſt anno 1625. Deceſſit autem 1631. * Romæ. Jacet in medio Eccleſiæ S. Nicolai de Tolentino ſub marmorea tabula, ubi hæc legentibus proſtat inſcriptio.

* Ex Append. 5.

D. O. M.

Sebaſtiano Albano Saonenſi ab Urbano VIII. Pont. Max. cui doctrina, ac morum integritate intimus erat ad Eccleſia Sagonenſis Epiſcopatum evecto, cum ad Apoſtolorum limina adveniſſet, Cælum aſcendit anno Domini MDCXXXI. Jo. Baptiſta, & Alexander fratres de Syris executores teſtamentarii M. M. P. P.

XX XV. 35 JOANNES Stephanus Syrius a Saonenſis anno 1632. die nona menſis Januarii. Vita functus eſt 1635.

a De eo Niceus in Pinac. 2. Imag. ít. Mandoſ.

XX XVI. 36 BENEDICTUS Rezzanius b, ad hoc ipſum C

b De eo

A dignitatis faſtigium evectus 1635. die 17. menſis Septembris. Obiit 1639.

XXX VII. 37 Fr. RAPHAEL. Pizzurnus, ex oppido Ruſſilionis Terdonenſis diœceſis, Ordinis Minimorum Generalis, electus Epiſcopus Sagonenſis ab Urbano VIII. anno 1640. XI. Februarii. * Mortuus eſt ann. 1655.

† Oldoinus in Athen. Ligur. Marr.

* Ex Append. 5.

XXX VIII. 38. IOANNES BAPTISTA Federicus electus Sagonenſis 9. Octob. 1655.

XXX IX. 39 PAULUS MARIA Spinula, Januenſis, Clericus Regularis Congregationis Somaſchæ, electus Sagonenſis anno 1657. Sedit menſes octo, & Januæ mortalitatem explevit menſe Aug. 1658.

A D D I T I O.

XL („ MARTIUS *de Marinis, nobilis Januenſis,* „ *in Diœceſi Theatina natus, J. U. D., & Archiepiſcopi Theatini Vicarius generalis, factus* „ *eſt Sagonenſis Epiſcopus die 17. Septembris 1658* „ *Cum vero 53. ætatis ageret annum obdormivit in* „ *Domino menſe Decembri an. 1676.*

B XLI. „ ANTONIUS *de Martinis, Presbyter Albingaunenſis diœceſis, Præpoſitus Metropolitanæ* „ *Eccleſiæ Januenſis, Examinator Synodalis, &* „ *S. Officii Conſultor, cum prius Parochialis Eccleſiæ S. Viti Jannen., ac etiam Seminarii Rector extitiſſet, vir ſacra Theologia apprime in-* „ *ſtructus, hac infula decoratur die 28. Februarii* „ *1678. Obiit è vivis menſe Auguſto 1687.*

XLII. „ JO. BAPTISTA *Coſta, presbyter Januenſis,* „ *S. Theologia Doctor, Canonicus patriæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Carignano, Miſſionarius, ac ſuperior Congregationis Miſſionum Urbanarum Jannen. Civitatis evectus eſt ad Sagonenſem Cathedram die 14. Junii 1688. Fato ceſſit Baſtiæ 15. Auguſti 1714.*


XLIII „ JO. DOMINICUS *Cavagnari, Januenſis* „ *presbyter J. V. D. & ſacra Theologia Magiſter,* „ *Canonicus Pœnitentiarius Metropolitanæ patriæ* „ *Eccleſiæ, Judex & Examinator ſynodalis Curiæ Archiepiſcopalis aſſumptus eſt ad hanc ſedem* C „ *die 7. Decembris 1714.*

Digitized by Google

METROPOLIS SENENSIS,

Cujus nunc Suffraganei ſequentes ſunt

Epiſcopatus (Cluſinus. Groſſettanus Maſſenſis, & Populonienſis, Saonenſis.



NOBILISSIMÆ Civitatis Senenſis antiqua origo in cauſa fuit, cur plerique ſcriptorum, cum de ea commemorant, abierint in diverſa, ac plerumque contraria. Multi enim fabellis pluſquam par eſſet, addicti, Semum filium Noe Senarum auctorem fecerunt, impoſituri incautis ex illa affinitate nominum Sem, & Senæ, quod ſcirent antiquos nomina ſua vocaſſe in terris ſuis. Alii volunt a Senio, & Aſchio, Remi fratris Romuli Romæ fundatoris, nepotibus Senas habuiſſe principium. Alii antiquis Tyrrhenis, priſciſque Hetruſcis eam fundatæ urbis gloriam ſolent adſcribere, ut autem iſti de rebus a noſtra memoria longe poſitis more Græcorum fabulantur audacter, ſic alii in aſſerendis veris religioſiores, a vero timide ſatis recedunt. In iis Blondus eſt, atque Joannes Villanus cum recentiorum pleriſque, qui ſub Joanne I. Pontifice contendunt Senarum muros exſurrexiſſe. Præteritis igitur primis, exploſiſque ſecundis, cum Pio II. Senenſi in ſuis commentariis candido ſcriptore, & vero aſſerere viſum eſt a Romanis fuiſſe ædificatam, ideoque Senenſes Lupam, Romuli, Remique quondam altricem publico ſchemate in ſcuto geſſiſſe. Nec rejiciendum putaverim, ſi quis aſſereret, a Gallis Senonenſibus ſub duce Brenno Senas ſuam traxiſſe originem, dum ille fractus, fugatuſque a Romanis, in Hetruriam deſcendiſſet, locique amœnitate delectatus, parvum primum a Polycrate narretur conſtruxiſſe oppidum, aliique poſtea junctum ſuos extendiſſe fines, atque duorum exercituum reliquiis auctum, qui invicem præliabantur: Ita ut haud deinde difficile fuerit, ſub Carolo Magno in eam magnitudinem potuiſſe exereſcere. Cæterum item fabula eſt, ſub Furio Camillo Senas ſumpſiſſe vires. Siquidem illius temporibus nondum Romani Montem Ciminum tranſierant, neque in Hetruriam penetraverant. Origo itaque prima Senæ, ut narrant, a priſcis Hetruſcis fuit, illumque in locum a Romanis deducta prima colonia eſt, poſtea in eandem civitatem Romanus Senatus Cæſaris Auguſti juſſu alteram deduxit coloniam, quam coloniam Juliam, Senamque Juliam appellarunt. Conſtat fere apud omnes a Gallis Senonenſib. Senas fuiſſe appellatas. Scribit Patritius Beſſam a Græcis, cum deſcenderent, in Hetruriam, fuiſſe vocatam, ſed fabuloſe, meo quidem judicio. Si quis autem de Senarum origine, ac nomine ampliorem cognitionem deſiderat, conſulat Jugurtam Thomaſium hiſtoriarum Senenſium libro 1. ac libro 2. Cæſarem item Orlandum, qui de ejuſdem civitatis antiquitate, atque Epiſcopatu diligenter enarrat, Jordanum in chronicis, Landulphum Columnam, Joan. Salesburien. Joan. Biſdominum, Natalem Comitem, Volaterranum, Jov. Pontanum, Æneam Silvium, Franciſcum, & Auguſtinum Patritios, quorum hic Pientinus, ille Cajetanus Epiſcopus fuit, Bartholomæum Benvolientem, necnon Orlandum Malavoltam in fnis hiſtoriis, & alios; antiquorum ſcriptorum pauci repeniuntur, qui Senarum meminerint. De ea commemorat Tacitus in lib. 20. Ptolomæus lib. 3. tab. 6. Pliniuſve lib. 3. cap. 5. Si qui præterea ſunt, qui illius mentionem fecerint, vel dubie loquuntur, vel cum Senogallia oſcitanter confundunt. Aſſerit Apollodorus lib. 2. cap. 10. Senenſes Panem percoluiſſe, atque Minervam, eique ſpectabile, viſendumque ædificaſſe templum, ubi modo Chriſtiana illorum Metropolis ſuperbe extollitur. Sylvanum etiam adoraſſe Senenſes, teſtis erit ſemeſus lapis, non longe ab urbis mœnibus inventus, ubi conſtans fama eſt, vetus fuiſſe fanum Sylvano ſacrum, verba in eo inſculpta adſcribam.

SYLVANO SAC.
C. VICTRICIUS

ME-

MEMOR VI. VIR
AUGUSTALIS.

Aliæ vetuſtæ inſcriptiones, & frequentes ibi nuper inventæ hujus civitatis antiquitatem probare videntur. Addam ſepulchrale fragmentum Viciri Flaminis Hetruriæ Senis defuncti.

D. M.
A. VICIRI A.F. ARI....
LEG. IIII. SYTHICÆ...
ETRURIÆ FLAMINIS...
O.D. FUNUS PUB. DECREVIT
OB MERITA.

Romanos faſces, dum illorum floreret Imperium, Sena diu venerata eſt; illo ruente, cum aliis Italiæ civitatibus & ipſa ſe in libertatem aſſeruit, atque per multa ſecula in reipubl. formam redacta liberis ſuis populis imperitavit, tanta autem acerbitate diſcordiarum, ac factionum, ut plerumque extremum deſolationis periculum adiiſſe ſit viſa. Siquidem de Imperio invicem contendentibus civibus, modo hujus, modo illius potentioris familiæ patiebatur tyrannidem; ut evenit patrum noſtrorum memoria, cum Pandulphus Petrucius potens, ac factioſus civis, ita diſcordanti patriæ ſuæ frænum injecit, ut ne liberum quidem ſpiritum Senenſes cives poſſe ducere viderentur. Prolatis victricibus armis plures circumvicinas civitates, oppidaque imperio ſuo adjecit, ita ut etiam Florentinis ipſius potentioribus memorabiles & intulerint, & ab ipſis retulerint clades, donec Mediceus Coſmus is ille, qui primus Hetruriæ Magnus dux appellatus eſt, ita eam ſubegit, ut omnino poſitis armis eas pacis artes excolere didicerit, quas eidem olim falſa libertatis imago fœde ademerat. Jam uti & cæteræ propinquæ civitates Ferdinando II. Magno Hetruriæ duci piiſſimo paret.

Hæc nobiliſſima civitas Roma diſtat s 300. ſtadiia; edito ſita eſt loco cis Arbiam flexu tortuoſo propter montis dorſum lateribus anguſtior, & proclivior, tria habens quaſi cornua, quorum quod meridiem ſpectat, latius eſt iis, quæ ad ortum ſunt, & occaſum. Nam ea urbis pars, quæ Septentrioni obverſa, exigua præ cæteris, & plana; valles intermediæ ab hortis fere occupantur. Cœlo utitur benigno, & ſalubri, niſi quod ſubinde noxiis infeſtantur ventis: aere temperatiſſimo, ut Facius Ubertus canit lib. 3. cant. 8. Italiæ delitias multi vocant Poetæ: uberrimo ſolo gaudet, cui nobilitando omnes naturæ opes conſpiraſſe videntur. Etenim præter amœnitatem collium, rerumque omnium annuum proventum, paſſim ſcatet ſalubribus aquis inteſtinis morbis levandis aptiſſimis; inque omni memoria illuſtribus viris gravis, ac fœra fuit. Siquidem Alexander ille III. è nobiliſſima Bandinella gente memorabilis Pontifex fuit Senarum alumnus; tum duo Piccolominei Pii nobilitatis, ac literarum prodigia, noſtriſque temporibus mortalium delitiæ, Paulus V. Burgheſius. Cives elegantiſſimis moribus ſunt, ingenii acumine ditati ad miraculum. Idioma Senenſibus præ cæteris Tuſciæ populis elegans, & auditu gratum. Pulcherrimis ædificiis nitet, ſupra quam credi poteſt de civitate, quam extulere colles. Plateæ, tot turres, tot è candidis marmoribus perſpicuæ proſilientes aquæ, cum viis coctο latere conſtratis illam undequaque ſpectabilem reddant; nobilium diſciplinarum inſignis Academia nulli Italicarum ſecunda eſt; nec amœniores literæ ibi ceſſant, Hetruſcæque linguæ facundia etiam externæ nationes ibi erudiuntur. De Sena vere canit Julius Scaliger.

Quum premere invictis vicinas viribus urbes
Martius Imperii ſollicitaret amor,
Abſtinui, & juſtam colui ſub pace quietem,
Summaque judicii maxima nolle fuit.
Quotnam oblita ſui, quæ regna aliena petebant?
Ut mea ſint, proavis ſit potuiſſe ſatis.

Et Jacobus Gaddus in elogiographo.

Illuſtrent doctas illuſtria ſtemmata Senas.

Sed jam, quæ ad divinas res pertinent, de Senenſi civitate proferamus. Ea igitur civitas ſacra Chriſtiana ſuſcepit, quæ olim e Martiale Petri Apoſtoli diſcipulo audierat, Anſano nobili Romano Tranquilli filio, ac martyre prædicante, eo ſcilicet tempore, dum Diocletianus, ac Maximilianus in Chriſtianos crudeliſſime deſævirent, anno a condita ſalute 303. Anſanus igitur cum multos convertiſſet ad Chriſtum, laviſſetque ſacro fonte baptiſmatis, tentus ob id a Lyſia Præſide, carcereque maceratus, demum ad ripam Arbiæ, nobili coronatur martyrio, ubi Senenſes poſtea ejuſdem nomini templum conſecrandum curarunt. Conſtantino autem Magno imperitante perſecutionis procella reſedit, Chriſtianuſque cultus mirum in modum adauctus eſt, ita ut noviter initiati Chriſtiani expugnata idololatria, Templa Redemptori Chriſto, veroque Deo alacriter conſecrarent, ut Senenſes narrant in ſuis chronicis: & templum quidem Romuli dicti Quirini, S. Quirico dedicatum eſt, fanum Jovis in Trivio D. Petro Apoſtolorum principi, illudque in quo veſanæ gentes Minervam venerabantur, Deiparæ Virgini conſecrarunt, quod hoc tempore omni elegantia exornatum, in juſtam totius civitatis Senenſis Metropolim evaſit. Tanta autem Senenſis populi erga Virginem Chriſti matrem ubique, & ſemper pietas fuit, ut merito præ omnibus ea civitas tulerit titulum.

Sena vetus civitas Virginis.

Cæterum ibidem fidem Chriſtianam ſemel plantatam altas radices egiſſe ingens numerus illuſtrium ſanctorum, qui inde prodierunt, pleniſſime refertur; in illis maxime nitent Catharina Senenſis Virgo Sanctiſſima ex ordine Dominicano, quæ ſacratiſſimis vulnerum Chriſti ſtigmatibus meruit inſigniri: S. Bernardinus ordinis S. Franciſci reformator egregius, non voce magis, & ſcripto, quam maximarum virtutum exemplo: B. Ambroſius Sanſedonus Dominicanus, beatuſque Joannes Columbinus, unde Jeſuatorum ordo profluxit. Nec Senis minus decori fuit ordinem Montis Oliveti, S. Benedicti generoſam propaginem protuliſſe, beatumque Sororium famoſi Xenodochii de Scala, ut vocant, fundatorem. Opus ſane memoria dignum cœptum ab ſutore, auctumque lapſu temporis variorum collatione, & liberalitate, & ipſius redditus ad octuaginta ducatorum millia exurgere eſt fama. Spectantur Senis, omnium pene Ordinum, quos Chriſtiana pietas alit, viſenda templa, ac monaſteria, tam virorum, quam mulierum. Adeo ea civitas pietatem ſemper excoluit; adeo quæ ad majorem Dei gloriã ſpectare viderentur, contente promovit.

Ut autem de hujus civitatis origine non una opinio eſt, ſic non ſatis conſtat, quo tempore Epiſcopali dignitate condecorata fuerit. Crediderim tamen non longe ab obitu Anſani, eum dignitatis gradum fuiſſe aſſecutam, ut Sigiſmundus Tintus in Senenſibus hiſtoriis narrat, quæ apud Flavium Guillelmum ornatiſſimum civem, manuſcript. aſſervantur. Potuit autem de hujuſmodi rebus in illo perſecutionis æſtu intercidiſſe memoria. Quamobrem ab Lucifero Epiſcopo, qui paulo ante Sylveſtrum I. floruit, coacti erimus ſeriem Senenſium Præſulum exordiri. Hic Epiſcopatus amplam diœceſim poſſidet, Præſulque diuturniori mora pro reſidentia vetus caſtellum incoluit. ubi modo S. Margaritæ pauperes commorantur, donec Forteguerri, Azolinique ejuſdem nobilitatis conſortes, turri, palatioque, quod prope eſt, ſummam ædem Epiſcopatui attributis, ſub titulo Vicedominorum ſibi jus reſervarunt, dum Epiſcopi ſolemni ritu poſſeſſionem inirent, in civitatem, in templum, in illas domos illos introducendi, Epiſcopo interim certum cenſum ſolvente illis familiis, quibus reſidentiæ beneficium ſub quibuſdam cæremoniis, ac recognitionibus ſolent acceptum referre. Epiſcopus olim Senenſis Romano Pontifici immediate ſubjectus erat, donec a Pio II. Senenſis Pontifex Archiepiſcopus declaratus eſt, eidem pro ſuffraganeis attributis, Cluſino, Groſſetano, Maſſenſi ac Soano

Digitized by Google

Præſulibus. Metropolis, ſummaque elegantia exornatiſſima ædes Deiparæ Virgini, ut ſupra diximus, dedicata eſt, in qua numeroſus clerus, atque Canonici ſumma cum dignitate divinum penſum exſolvunt; in eo aliquot dignitatum gradus ſunt, in quibus Archidiaconatus, ac Primiceriatus præſulgent; nobilibus reliquiis abundat, picturiſque elegantiſſimis, ut in pavimento perſpicitur, quod Duccius ſplendidi nominis pictor exorſus eſt, ac Buccafumus perfecit. Ante Sacramentum altaris octo ex candida cera funalia perpetuo ardent ex piu legato Avæ nobiliſſimæ Magdeburgenſis fœminæ, quæ cum olim Senas veniſſet, non procul a civitate cœnobium ſub regula S. Benedicti conſtruxit, ejuſdem ſancti habitu induta, & mirabili abſtinentiæ exemplo vitam traduxit, & ſanctiſſime vitam finivit. Senis adhuc ſpectatur famoſa Pii II bibliotheca, ſed librorum vacua; ut elegantiori ædificio parceretur, inſignis pictura fecit. Series Præſulum Senenſium ſequens eſt, quam ex variis ſcripturis, monumentiſque eruimus, dum in ea civitate, ut graſſans contagium an. 1631. devitaremus, commorari coacti ſumus (1).

I. 1 LUCIFER Senenſis Epiſcopus; hic ille eſt, qui in veteri caſtello parvum Epiſcopale ſubſtruxit palatium, eidemque adiecit templum S. Mariæ ſacrum cum xenodochio. Vixit circa annum Domini 306. (2)

II. 2 FLORIANUS ſub Melchiade ſummo Pontifice interfuit Rom. Concilio 313. ut refert Optatus Milevitanus lib. 1. Nam quod vulgo nunc editur a Cæſena, id non ab ipſo Optato, neque ex vetuſtis codicibus profertur, ſed a Franciſci Balduini conjectura, vel potius mala correctione; ipſe enim in notis ad eundem Optatum teſtatur in antiquis exemplaribus legi Florianum a Sinna, quod cum neſciret quid eſſet, ipſe Cæſenam ſubſtituit. Floriani fortaſſe tempore Senis conſecrata eſt Eccleſia S. Antonii a D. Donato Aretino Epiſcopo; extat ibidem ſequens inſcriptio ab ignaro quodam exarata, cum ano. 335. pro 375. appoſitus ſit.

Has ſacras ædes D. Ant. dicatas
Blaſius eremita conſtruxit,
ſanctuſque Epiſcopus Donatus conſecravit.
D. Damaſo ſumm. Pont. & Valentiniano Imp.
anno ſal. CCC.XXXV.

Hoc fere tempore tertio ab urbe lapide ad ſylvam locus vetuſtum eremitarum cœnobium initium ſumpſit, quod poſt multa ſecula propter ilicum abundantiam, & Eccleſiam D. Salvatoris de Iliceto cognomen fecerunt. Primi cultores priſci illi Senenſes cives fuiſſe narrantur, qui relicto ſeculo illic Deo famulaturi ſub regulari diſciplina eremiticam vitam traduxerunt, pluraque per Hetruriam fundarunt cœnobia. Hujus monaſterii eremitæ ex Gregorii IX. indulto anno 1231. ab Epiſcopo Bonfilio Senenſi, relicta S. Benedicti vivendi norma, S. Auguſtini regulam accepiſſe colligitur. Evaſit deinde nobile hocce cęnobium caput Ilicetanæ congregationis circa annum 1385. ſub Ptolomæo Veneto Eremitani, Ordinis S. Auguſtini generali Priore, unde poſtea tot viri qua ſanctimonia, qua doctrina illuſtres prodierunt. Religioſiſſimi cęnobii hiſtoriam concinnavit Ambroſius Landuccius Senenſis eruditus Ilicetanus alumnus, Priorque Romani cęnobii S. Auguſtini; ejuſdemque meminit noſter Lucas Waddingus in Apologetici defenſione de prætenſo monachatu Auguſtiniano S. Franciſci.

3 DODUS floruit 440. III.

4 EUSEBIUS Chalcedonenſi Concilio interfuit contra Eutychianos anno 465. ſub Hilario ſummo Pontifice. IV.

5 MAGNUS vixit anno 520. quem Tintus virum egregium, ſanctiſque moribus appellat. V.

6 MAURUS Senenſium Præſul fuit anno 565. Hic ille, qui templa S. Petri, ac S. Clementis Volaterris conſecravit, unde quorumdam ortus eſt error illum aſſerentium Volaterranum fuiſſe Epiſcopum, de quo Volaterr. Georg. lib. 5. (3) VI.

7 AYMUS eandem ſedem obtinuit anno 597. VII.

8 ROBERTUS 612. VIII.

9 PERITHEUS anno 628. IX.

10 ANTIFREDUS, vir ſplendidi nominis, ac literatus, anno 642. X.

„ MAURUS *interfuit Concilio Lateranenſi à* XI.
„ *Martino contra Monothelitas habito an. 649. in-*
„ *ſcribiturque*, Maurus Epiſcopus s. Senatis Ec-
„ cleſiæ. *Fortaſſe hic idem eſt Mauro, de quo ſu-*
„ *pra Ughellus n. 6. Et Azzolinus quidem in Pom-*
„ *pis Senenſibus par. 1. pag. 119. unum, eumdemque*
„ *exiſtimat, in hoc tamen devius, quod ad an. 562*
„ *illum referat, ſicut & Concilium Lateranenſe,*
„ *quod conſtat celebratum anno, ut diximus, 649.)*

11 ANDREAS anno 658. XII.

12 GUALTERANUS 670 (4). XIII.

13 GERARDUS *b* 674. XIV.

b Al. Caſſinus.

14 VITELLIANUS ſexta Romanæ ſynodo interfuit ſub Agathone Pontifice an. 679 (5). XV.

15 LUPUS ad eandem ſedem provehitur anno 689. XVI.

16 CAUSIRIUS anno 722. XVII

17 ADEODATUS ex eadem ſede jus dixit (6). XVIII

Hunc inter, & Lupertianum Aretinum Epiſcopum, graves de diœceſi exarſere lites temporibus Luitprandi Regis, ut ex bulla Alexandri II. perſpicitur ſupra in I. tomo relata.

Adeodati temporibus anno 731. Vvanfredus Senenſis civitatis pro Luitprando Rege Caſtaldius non procul ab ea urbe fundavit Eccleſiam S. Eugenii Abbatis, excitavitque monaſterium ibidem, pro monachis ad expiandas patrum ſuorum animas, quod monaſterium ſumma pietate coluit, multiſque donis nobilitavit, ut habetur in donationis documento, multis tamen in locis exeſo ob vetuſtatem, quod Jugurta Thomaſius retulit ſuis in hiſtoriis, aſſeritque in Metropolitanæ operis archivo, una cum authographo extare ejuſdem confirmationis diploma Alexandri III. Pontificis. Tabulæ vero donationis hæ ſunt, ut jacent, ineptæ.

In nomine Domini Dei, ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti regnante excelſum Regem Chriſtum Filium Dei perpetuum Regem, & Salvatorem Chriſtianorum, atque domino præcelſo Luitprandum Longobardorum, ac famulum cœleſtis poteſtatis, anno regni ejus xix. die Calend. Decembrium, indict. xiv. feliciter.

te

(1) Sixtus Senenſis in Bibl. Sancta meminit Brunonis Senarum Thoſciæ Epiſcopi, qui in Apocalypſim non aſpernendam ſcripſerit explanationem. Quando vero floruerit, non aſſerit. De eo nulla mentio apud ſcriptores vel profanos, vel ſacros Senenſium rerum.

(2) Vel temporum antiquitas ſcripturas noſtras abſumpſerit, vel multa aliter ſeſe habeant, ac antiqui noſtri Majores arbitrati ſunt; hoc pro certo habemus nos ſcripturis nullis Epiſcopatus exiſtentiam niſi nimis ſeram probare non poſſe. Alii ac alii primorum temporum Epiſcopi ab Ughello ponuntur, de quibus dum loquitur, vel nihil probat, vel aberrat, vel falſis, & nullius fidei utitur ſcripturis, quod facile ad condonandum ob argumenti novitatem, & amplitudinem. Et quidem nulli conſentaneum videbitur Florianum, veluti Ughellus ſentit, ſecundum Senæ Epiſcopum fuiſſe. Balduinus hunc in Optato Milevitano aſſerit Cæſenæ fuiſſe, Ouppinius autem Urbis Æſinæ fuiſſe dubitat. Ego vero nihil video, de quo dubitandum ſit, quoniam antiquitus Cæſena Sena appellabatur, & illius Epiſcopatus ſubjectus reperitur Eccleſiæ Mediolanenſi, valuti ex antiquis quibuſdam verſibus intelligimus relatis a Ludovico Antonio Muratore 213. tomi 1. ſuorum Anecdotorum, in quibus hunc inter alios verſus legendum præbet, *Gradus, Aquilegia, Ticinum, Placentia, Sena.* Ex quo deducere poſſe videmur, quod quotieſcumque eodem tempore in præteritis ſeculis noſtræ ſalutis duæ non reperiuntur Senæ ſedem Epiſcopalem habentes, Epiſcopum, qui ab Urbe Sen. nominatur, attribuendum eſſe Cæſenæ, non Senæ Hetruriæ. *Benevolentius.*

(3) Mauro Gualteranum, ſeu Gauteranum ſucceſſiſſe ex Catalogo refert Azzolinus: Aymoni vero Vitalianum: Antifredo, quem Anſifredum appellat, Gualfredum, tum Joannem, denique Peredeum; cui cum Ughello conſentit ſucceſſiſſe And eum an. 658. Horum tamen Præſulum ab Auctore noſtro præteritorum cum nullum profertur ab antiquitate petitum teſtimonium, nos quoque libenter omittimus.

(4) Hic juxta populares traditiones primus eſt Civitatis Epiſcopus, veluti legitur in Chronicis Bitlomini, quæ profecto nil aliud ſunt, quam collectio quædam popularium traditionum. Equidem pauca ante annis Senarum Urbem hac dignitate ornatam fuiſſe arbitror. Licet enim Perpoſitus Benevolentius aſſerat Epiſcopatum Senenſem originem habuiſſe ipſo fere tempore Divi Anſani, fatetur tamen circa Epiſcopatum nihil antiquius invenire tranſlatione corporis B. Creſcentii. *Quod circa annos 940 Stephanus VIII. Romanus Pontifex ad muniendam martyris patrocinio Eccleſiam noſtram, omnemque Civitatem Anſifredo Epiſcopo largitus eſt ipſius nominis veluti præſagium, Divina proſequente gratia, quod ex eo tempore mirum in modum creſcere, ut legitur, noſtra Civitas cœpit.* Benevolentius.

(5) Anno 680. ſubſcripſit Epiſtolæ Agathonis Papæ pro ſexta Conſtantinopolitano Concilio.

(6) Adeodatus quando fuerit Senarum Epiſcopus, ſcripturæ profecto, in quibus nominatur ſinium cauſa, nihil probant, cum nullius ſint auctoritatis. *Benevolentius.*

A

Quiſque in hoc ſeculo, dom advivere meruit ſemper de æterna vita cogitare, & peragere videatur, ut dum venerit adveniente ſancti Dei judicio, de gratia ſua poſſidenda leviter poſſit ad vitam æternam feſtinare, qood in hoc ſeculo meliora eſſe cognoſcitur, qoam in Deo vivere ſemper, ut aliis Chriſtianis etiam meliore mente ad vitam æternam feſtinent. Ideoque ego Magniſicus Vuarnefred Caſtaldius civitatis Senenſe Eccleſias beatiſſimi ſancti Eogenii Abbatis, & ſanctorum ſingulorum beneficia, qoa in ipſa Eccleſia reconditi eſſe inveninntur, & quia certom eſt, Deo, & omni eorum ſacerdotio, vel exercitom Senenſiom civitatis. Notom eſt eo, qaod ante hos dies pro redemptione animarom genitoris, & genitricis noſtræ, & in remedium animæ noſtræ, & pro animabus pareatum noſtrorum, qui jam ſuere, & qui per futura tempera fuerint, Eccleſias ſoprafcriptorum ſanctorom a fondamentis ædificavimus, etiam ibidem aliquantulum de propriis rebus noſtris pro noſtra redemptione offerimus, & per chartulam præſentem confirmamus, & in ſacro altario ejuſdem ſancti Eugenii, manibus noſtris poſoimos. Modo qoidem cœleſtis miſericordia nobis inſpiravit, & adhuc iterati de propriis rebus noſtris ad ipſo ſancto, & venerabili loco monaſterio S. Eogenii offerre, & conera dare deberemus pro redemptione animarum noſtrarum. In Chriſti nomine, in primis in corte noſtra, quod prope fluvio Merſa in caſali, quod nomiaatur Tauriſiano, de quantum in præſenti die ad ipſa curte pertinet, omnia, & integrum, ac ubi ego Vuarnefred Caſtaldius una vobiſcum, & monachi S. Eugenii in Chriſti nomine ædificare debeamus Eccleſiam beatiſſimorum martyrum, & confeſſorum Anaſtaſii, & Hilarie, & tamen ut ipſo monaſterio de iis permiſerit noſtra adimplere devotione, ut ſub regula S. Benedicti, & poteſtate S. Eugenie, & de Rectoribus ejus vivere, & permanere debeant, quia in Dei nomine damos ad ipſo monaſterio, vel ad ſoprafcriptorum ſanctorom virtutibus cicimari actor noſter, unacom caſas, vel abiacentia ſua, qood a præſeati die . . . habere, & poſſidere viſus eſt, cum omnia integra parte ſoa, vel cum omni ratione ſoa, quæ a præſenti die, mana ſua tenoit, vel excoloit, de noſtra propria pecunia ad eandem curtem pertinente, omnia in integrum, una com caſa ſervantor, atque aldiariva . . . ſingula caſalata ad ipſa corte pertinente . . . in ſimul dicem, & octo, id eſt in Orgia . . . Bariſiano ſimiliter Montecepraio in primis in Orgia . . . caſa Babula, caſa Tederiſcipoli . . . . item in . . . caſa Gnngula Alchon in . . . caſa ſinguli Maſſario . . . Item in Bariſiano caſa Lucifridi Maſſario, & caſa . . . ſeu præſcriptum caſa tam aldiaricios, quam & ſervulos, quia ad ipſa cum noſtra pertinnere, obi . . . . Manos ſoas, vel laboravere, cum omnia integras partes ſuas ſimiliter ad ipſo venerabili loco . . . Alia porticella noſtra in caſali, qoi nomiaatur Feriano prope moatem Liſtina, qoa & ipſa curticella excolere, & regere videtur per ſe . . . Actor noſter, & ona cum caſa ipſios tende . . bamaria vel com omni portioacula ſua ubi . . ſuateaerit, vel com caſes maſſar . . . . . ad eadem curticellam pertinentes nono qoatuo, doas, obi in Boltriviano una . . . exerceates per Gadolo Alfredolo, Miſangeilo, Fracculo Maſſariis . . ſimiliter Aldione . . . . ſupra ſcripto, caſe, ubi com omnia abiacentia ſoa, quod in præſente die ad manus ſuas poſſeſſit, vel juſto ordine tenoere, ſimiliter Gagiolo illo . . . & Gagiolo illo prope ipſa curte, ora præſepe circumdatos, una cum caſa de fine Bultriviano, quæ ad ſingulos homines comparare viſus ſom . . . Sora oſque Fileſta, qoa mihi in comparatione advenit de Partulo ..duſino, & Urſulo de Oppiaaa, omnia in integra hac ſupra ſcriptas curtes duas cum omnia, & in omnibus, quæ in præſente die ſob ſe habere, vel ſupra ſcripts . . . cum omnia ad ipſo ſancto, & venerabili loco tradere viſi ſomus, ſimul & de Gagiolo noſtro hic da Surra campo nao &c.

B C D

Reliqua pene corrupta, deformata, & vetuſtate exeſa legi non poſſunt.

18 GROSSUS Senenſibus præfuit 743. ex Baronio. XIX.

19 JORDANUS 761. cujus item meminit Baronius („ *Subſcripſit Conſtituto Pauli Papæ de Eccle-* XX.
„ *ſia & moaaſteriis à ſe erectis in paternis ædibus ſub*
„ *tit. SS. Stephani. Vide Hard. Conc. tom. 3. p. 2002.*)

(„ PEREDEUS *Jordano debet ſuccedere. Huac* XXI.
„ *nominatum legimus in qoodam Inſtrumeato Caroli*
„ *Magni tempore facto, quod quidem accidit anno*
„ *Chriſti 776. In eo legitur.* Regnante Domino no-
„ ſtro Carolo Rege Francorum, & Langubardorum,
„ quo cepit Laogubardiam anno Regni ejus ter-
„ tio.)

20 IOANNES floruit anno 792. XXII.

(„ GHERARDUS *poſt Joannem ſedem obtinuit* XXIII.
„ *juxta Teophilum Gallaccinum in ſuo Memoriali iae-*
„ *dito rerum Senarom, qoemque dicit reperiri in In-*
„ *ſtrumento qoodam poſito in Caleffo nigro, ubi In-*
„ *ſtrumenta, quæ ad Senaram urbem pertinent, colli-*
„ *guntor. In hoc libro Gallaccini Chronologia Epiſco-*
„ *porum Senarum habetur, ſed valde differt ab illa,*
„ *quam edidit Ughellius. Nos vero ei penitus fidem non*
„ *habemos, ſed ei ſolum aſſentimur, quando ſenten-*
„ *tiam ſoam com auctoritate probat* Benevolentius.)

21 ANDREAS rexit anno 795. Caroli Magni temporibus (1), litigavitque cum Ariperto Epiſcopo Aretino ob diœceſis confinia, ut in quadam ſententia prodit Carolus Magnus, quam ſupra retulimus in Aretinis Epiſcopis in I. noſtro tomo. XXIV.

22 PERITHEUS ad eandem ſedem Senenſem eſcendit anno 800. XXV.

Creditur ſub Peritheo nobile cœnobium S. Anthymi in Senenſi territorio exædificatum a juriſdictione Epiſcopali exemptum fuiſſe, illud ipſum, quod Pius II. Pont. Maximus novæ cathedrali Montis Alcini perpetuo univit, ut ſupra in I. noſtro tomo retulimus, cum de Epiſcopis Montis Alcini ſermonem inſtitueremus. Inter antiqua hujus cœnobii documenta extat donatio Ludovici Pii Imp. an. 814. eidem vetuſto cœnobio in gratiam Apollinaris Abbatis liberaliter conceſſa, quæ cum multum juvet ad cognoſcendos ejus ſeculi mores, locorumve diſtinctiones, hic exſcribendam curavimus, quam ex vetuſtiſſimo copiali tranſumpto ad me miſit Alexander Sergrandius Montalcinenſis Epiſcopus, quam etiam refert Jugurtha Thomaſius lib. 4. Senenſis hiſtoriæ. Donationis tabulæ ſunt in hunc modum, hiſceque verbis conceptæ.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Hludovicus Procis Caroli Magni Imperatoris, divina ordinante clementia, Imperator Auguſtus.

Competitionibos ſervorum Dei juſtis, & rationabilibus divini coltos amore faveamos, ſuperna nos gratia moairi noa diffidimus. Igitur cumparent omnium noſtrorom fidelium magnitudine, eoque ſecundum petitionem viri venerabilis Apollinaris Abbatis, conceſſimos ad monaſterium ſancti Anthymi vicum, qoi vocatur de Cilcario, de ratione Senenſis civitatis, id eſt per confinia loca denominanda. Ab oriente fluvius Axo, ab occideate fluvius Umbrone, a ponte oſque in vado, qui dicitur Urſi. A meridie de vado Urſi per viam, qua ducit ſub Monte Lucinii uſque in viam S. Anthymi. Ab Aquilone Geſſa per Pontgaſtaldi, deinde via publica oſque ad poatem de Umbrone: cum duo oratoria infra ipſa fine poſita, id eſt ſancta Chriſtina, & ſancta mater Eccleſia, cum ona corte prope ipſa ſancta Eccleſia, com omnia quicquid ad ipſa curte pertinet. Et infra luca denominata. In cuitu in fine Cluſtria, Piſcaria Ameſa medietate, com medietate de ipſa Piſcaria pertinentes, qoi fuerant de publico civitatis Cluſina, id eſt per coafinia, & loca nominanda. Ab oriente ſtagao, qui dicitur Moreccia, ubi Eccleſia eſt S. Pancratii. Inde perveaat per campum S. Petri per medium montem ſuper Cordoliario; inde a

Z Caſ-

(1) Andream Senarum Epiſcopum fuiſſe non probatur, niſi Caroli Magni privilegio Aretino Epiſcopo conceſſo, ſed hoc ut falſum, nulliuſque arbitror fidei. *Benevolentius.*

Caſſeratas uſque ad Ampla; ad Ampla pervenit ad Montera, qui dicitur Marmianus de Marmiano. Ex altà parte contra occidentem, pergit per ſummitatem montis Tili deſcendente uſque ad lutum, de luto a valle Impia ad Laterbe. De Laterbe venit in mare. Deinde juxta litus maris, pervenit ad locum ubi ſtagnus in mare mittit. Ex illo loco pervenit ad terram S. Laurentii, una cum ipſa mortaria ex angularique, atque cum ipſo ſtagno ex barcariis ſuis cum omata ſuper ſe habentes, quicquid ad ipſam caſtodiam pertinet. Et infra loca determinata, cultam, & incultum, cum ſervis, & aldionibus. Propterea has literas praeceptionis noſtra in eodem ſancto monaſterio conſcribere juſſimus, ubi ab hoc die jam frater Apollinarius Abbas, ſuique ſucceſſores habendi, tenendi, dandi, commutandi, vel quicquid exinde apud ſeſtum jam facta Eccleſia, elegerint faciendi, in omnibus liberum perfruantur arbitrium. Nullus ex fidelibus noſtris, vel cujuslibet ex judicaria poteſtate tam dicto Apollinario Abbati, aut ſucceſſoribus ſuis de ſupradicta confinia inquietare, aut calumnia generare, vel aliquid ex hoc per nos pro remedio animae noſtra ad praedictum ſanctum locum ex noſtra munificentia conceſſimus abſtrahere, adminuere quoque tempore praeſumantur. Sed nobis, Deo auſpice, futuris temporibus, in eleemoſyna noſtra ibidem inaugurato proficiat, quantum melius delectat ipſos ſervos Dei, qui ibidem Deo famulare videntur; pro nobis uxoreque ac liberis fungeatis noſtra jugiter miſericordiam Dei attentius exorare. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem, quod non credimus, quoquo modo violare praeſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri obrizi 60. medietatem palatii noſtri, & medietatem ad ſupradictum monaſterium S. Anthymi. Et ut verior, ac firmior habeatur, vel pro tempore Chriſto propitio, obſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & annulo noſtri ſigilli juſſimus inſigniri,

Signum Hiludovici  *potentiſs. Imp. qui recognovit,*

Datum xv. Kal. Januarii anno Chriſto propitio primo Imperii D. Hiludovici piiſſimi Auguſti, indict. viij Actum Aquiſgrani, in palatio regio. In Dei nomine. Amen.

a Vel 829. 23 PETRUS (1) Epiſcopus Senenſis an. 826 *a*. in Concilio Romano ſub Eugenio II. ex Baronio.

XXVI 24 THOMAS autem 830.

XXVII 25 GERARDUM 841. reperi in notis Celſi Cittadini illuſtris antiquarii, qui noſtris temporibus non ſine lachrymis doctorum fato functus eſt.

XXVIII 26 CONCIUS *b* anno 844. adſtitit Sergio II. Pontifici coronanti Ludovicum Lotharii filium in Regem Longobardorum, ex Anaſtaſio Bibliothecario. Hujus etiam Baron. meminit ad annum 853.

b Concius ex Baronio & ex Synodo Leonis IV. ab Holſtenio edita.

XXIX (,, GHERARDUM *Epiſcopalem obtinuiſſe ſedem invenimus anno 855. in Inſtrumento quodam,* ,, *quod Pater Philippus Bondelmontius in ſuis ineditis miſcellaneis Senarum aſſerit apud ſe habere.* Benevolentius.) *Forte hic ille idem cum ſuperiori.*)

XXX 27 AMBROSIUS eodem Epiſcopatu condecoratus eſt anno 864.

XXXI (,, ANSIFREDUS *poſt Ambroſium poni debet,* ,, *de quo infra Ughellius, dum Fabii Benevolentii ſententiae partim aſſentitur, aberravit. Res vero ita* ,, *ſeſe habet. Bartholomaeus Benevolentius Senarum* ,, *Praepoſitus anno 1506. Senis de urbis Senae origine*

A ,, *librum typis mandavit, in quo aſſerit Anſifredum* ,, *Senarum Epiſcopum circiter annum 940. floruiſſe* ,, *tempore Stephani VIII. Fabius autem Benevolentius praedictum libellum in vulgare idioma convertens, & Praepoſitum aberraſſe cognoſcens ſententiam* ,, *illius mutavit, dixitque Anſifredum vixiſſe tempore Stephani VIII. circiter annum 1046 Sed nec* ,, *haec quidem jure placuit chronologia Ughello, ideo* ,, *Anſifredum poſuit anno 1058. ſub Stephano Papa* ,, *IX. ſed cum alter alterius ſententiae non acquievit,* ,, *omnes ſe deceptos eſſe oſtenderunt. Praepoſitus Benevolentius hanc notitiam ex antiquis lectionibus* ,, *excerpſit D. Creſcentii, quibus olim utebatur Senenſis Eccleſia, & tempus addidit hujus facti, quod* ,, *vere non intellexit. En igitur, quod legitur in nona* ,, *lectione.* Martyrizatus eſt autem Beatus Puer ,, Creſcentius XVIII. Kalendas Octobris, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto. Poſt vero multis ,, temporibus tranſactis venit Carolus Primus ſub ,, tempore Stephani Pontificis, cui retulerunt iſta,

B ,, & multa alia. Audivit quoque Epiſcopus Senenſis Anſifredus nomine, Petivit ergo corpus Sanctiſſimi Creſcentii Martyris per charitatem Stephani Papae, & in Senam Civitatem attulit 4. ,, Idus Octobris, atque cum magno honore condidit, ubi fulgent ejus mirabilia uſque in praeſentem diem Ieſu Chriſto Domino noſtro regnante, ,, cujus eſt honor, & gloria per infinita ſaeculorum ,, ſaecula Amen. *In hac lectione fit memoria Caroli I.* ,, *ſed hic haud eſt Carolus Magnus, quia dum vixit* ,, *alius Pontifex nomine Stephanus non reperitur;* ,, *quapropter alius eſſe non poterat, quam Carolus* ,, *Craſſus, qui a Stephano V. Pontifice vocatus fuit,* ,, *ut Romam veniret anno 886. & anno eodem Hermannus Contractus ait.* Imperator a Papa invitatus Italiam venit. Ex hoc igitur clarè apparet ,, Anſifredum Senarum Epiſcopum fuiſſe an. 886. ,, *Benevolentius.*]

28 UBERTINUS anno 900. XXXII.

29 ÆGIDIUS 906.

C 30 THEODORICUS 913. XXXIII.

31 GERARDUS 932. (,, *Hunc Gerardum ad* ,, *annum 947. perveniſſe colligitur ex inſtrumento quodam, quod in Caleffo Nigro legitur, ubi haec habentur:* In nomine Domini Dei, & Salvatoris ,, noſtri Ieſu Chriſti Hugo, & Lotharius filius ejus ,, gratia Dei Reges anno Regni eorum Deo propitio Hugoni 20. & Lotharii XV. menſe Iulio. Indictione 3. Ideo ego in Dei nomine Gerardus Venerabilis Sanctae Senenſis Eccleſiae Epiſcopus ,, &c. *Juxta Sigonium in libro de Regno Italiae Hugo* ,, *regnare ſuſcepit anno 927., & Lotharius anno 932.* ,, *Itaque cum factus fuerit contractus anno 20. Regni* ,, *Hugonis, hoc fatendum eſt fuiſſe anno 947., quo* ,, *tempore Guidus illius frater mortuus fuerat; quod* ,, *ſi aliter accidiſſet, Tuſciae Notarii, Guidi annos,* ,, *& non Hugonis numeraviſſent.* Benevolentius.) ,, *Et fortaſſe hic ille Gherardus, quem ex Theophilo Gallaccino ſupra retulimus.*) XXXIV. XXXV.

32 VITELLIANUS hujus nominis ſecundus. XXXVI

D 33 PISANUS (2) interfuit Concilio Romano contra Joannem XII. ab Othone Imperatore coacto anno 963. apud Baronium, ubi male Stephanus Senenſis ibidem inſcribitur pro Signinenſi, & Piſanus Senenſis in eodem ſuo loco inter Tuſciae Epiſcopos commemoratur. XXXVII

34 LUCIDUS. Sed Lucido huic, nullum reperi ſcriptorem, qui aliquam lucem temporis, quo floruerit, adferret, ſed reponitur poſt Piſanum ante Adeodatum II. XXXVIII.

(,, ILDEBRANDUS *fuit Epiſcopus anno quarto Othonis III. Imperatoris. In inſtrumento tabulario Domini Abbatis Guigani Bichi de Comitibus* XXXIX

Scor-

(1) In noviſſima Conciliorum editione, quam Harduinus concinnavit, legitur Concilio Romano ſub Eugenio II. an. 826. interfuiſſe *Petrus Senenſis*. Unde patet hunc Petrum, quem Ughellius male legentem ſecutus Baronium refert, eumdem eſſe cum Petitho proximè ſupra ab Auctore recenſito: alias Petteo, & ſi vis Petto juxta varietatem Codicum appellato.

(2) Piſanus an fuerit Epiſcopus, non parum dubitandum videtur. Hic enim Epiſcopus ſuſceptus eſt e nominibus Epiſcoporum illorum, qui Romano Concilio praefuerunt, a Luitprando relatorum. Textus vero Luitprandi videtur hoc in loco ab amanuenſibus depravatus. Ego enim valde ſuſpicor in hoc Textu, Piſanum non fuiſſe nomen Epiſcopi Senenſis, ſed Epiſcopatus. Quando Luitprandus hoc dictavit, fortaſſe non meminit nominum Epiſcoporum Piſarum, ac Senarum, vel potius Amanuenſis cum non intelligeret in Scriptura horum Civitatum Epiſcoporum nomina cum lectorum damno reliquit. *Benevolentius.*

„ *Scorgiani n. 115. legitur.* In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti regnante Othone III. gratia Dei Imperatore Auguſto anno Imperio ejus Deo propitio in Italia quarto 7. Idus Aprilis, Indictione XIII. *Quod tempus juxta diligentem chronographum Saxonem accidit anno* 987. Benevolentius.) A

XL. 35 ADEODATUS II. cujus Præſulatus tempore Ava Mathilda relicta Ildebrandi Inſulanam Abbatiam ædificavit anno 1001. iovidioſiſque opibus locupletavit ad Inſulnoum lacum in Senenſi territorio. Eam S. Benedicti monachis attribuit perpetuo poſſidendam, quam Eugenius IV. Pontifex anno 1446. monaſterio S. Eugenii congregationis S. Juſtinæ de Padua perpetuo uniendam duxit. * Avæ vero donationis monumentum eſt hujuſmodi, ex originali deſumptum in Archivio ejuſdem monaſterii.

* Ex App. tom. 1.

IN NOMINE DOMINI ÆTERNI.

Anno ab Incarnatione ejus 1001. *regnante Domino noſtro Othone, gratia Dei Imperatore Auguſto, filio item Othonis glorioſiſſimi Imperatoris, nepote item Othonis Sereniſſimi Imperatoris anno imperii ejus in Italia quinto pridie nonas Februarii Indictione decima quarta. Quoniam dignum eſt ad majorem Dei gloriam conditum hominem, non ſolum corporeum terminum cogitare vitæ, ſed cum quo fructu operum hinc exeat in æternum victurus, ſedulo pertractare, debet quiſque agere, quo feliciter in beato Regno & eſſe valeat, & vivere.* B *Quapropter ego in Dei nomine Ava filia bonæ mem. Zenovii, qui fuit comes, relicta, bonæ memoriæ Ildebrandi filio, bonæ mem. Jalfredi, qui fuit vir meus, & modo velamen ſanctæ Religionis induta ſum, & in domo permaneo prædicti viri mei, & in Mundio Zegrini, Benzii germanis filiis, & Mundioldis meis permanere viſa ſum per miſericordiam Dei, & per eorum conſenſum, una inſimul in propriis rebus noſtris a fundamentis ædificare fecimus ſanctam Aulam in honorem Domini, & Salvatoris I CH. & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, B. Jo. Evang. & beati Benedicti, & etiam ipſa ſancta Aula poſita in loco, quod dicitur Inſula prope Burgo novo juxta lacum; modo vero recogitantes de Dei magna miſericordia, & retributione æterna, S. Monaſterium ibi conſtituimus, & confirmamus, & donamus, atque offerimus, & tradimus ad ipſum ſanctum & venerabile Monaſterium per hunc ſcriptum, dotis, de rebus noſtris propriis I. Eccleſia ſancti Chriſtophori monaſteriis, quæ eſt poſita prope ipſo Burgo cum omni pertinentia, & adjacentia ſua, una cum Caſia, & Caſinis, & rebus maſſariciis, quæ ſunt quadraginta, & duo.* C *Quinque ex ipſis fortes, & rebus ſunt in loco Traſqua, una regitur per Joanne, alia per Stephano, tertia per Joanne, quarta per Martino, quinta per Silveſtro, & Petro, & ipſo Donicato pro una forte quæ regitur per prædicto Stephano, ſeptima in Cerna, quæ regitur per Petro, & Martino, octava, nona, & decima in Norellito, una regitur per Petro, alia per Sutlico, & tertia ſimiliter undecima Donicato, quæ regitur per Martino, duodecima, decimatertia in monte Rotundo, una regitur per Giojolo, alia per Dominico, decima quarta in Sutlico regitur per Urſo, decimaquinta, decima ſexta in valle Majore, una regitur per Petro, alia per Joanne,* D *decima ſeptima in Lapidito, regitur per Andolpho decima octava in Caſale, regitur per Joanno, & Stephano, decima nona in Comano, regitur per Leo. Vigeſima in Alli, regitur per Leo.* 21. *&* 22. *in ipſo loco Alli, una regitur per Azzo presbytero, alia per Leo,* 23. *&* 24. *in Albarito, una regitur per Azzo, alia per Petro,* 25. *in Donicato, in ipſo loco Albarito,* 26. *&* 27. *&* 28. *in cap. una regitur per Martino, alia per Petro, tertia Ab.* 29. 30. *&* 31. *in ipſo loco Inſula prope ipſo monaſterio,* 32. *&* 33. *una regitur por Petro presbytero, alia per Leo,* 34. 35. *&* 36. *in Coranano, una quæ recta fuit per Oddo, alia per Joanni clericis,* 37. *in Caſale regitur per Joanni* 38. *in Catinajo longo, recta fuit per Gerardo* 39. *per in Agreſto, regitur per Alducio,* 40. *in Seſticlo, regitur per Paſquali, & Bonatto,* 41. *in ſorra Cava, regitur per Martino* 42. *in Ribatta, recta fuit per Martino. Simulque damus, & offerimus omnes decimationes de noſtris Donicatis, in curte de Strove, quos modo habemus, vel in antea nos, vel noſtri Hæredes habuerimus. Similiter etiam donamus, & offerimus, atque tradimus, ad ipſum ſanctum, & univerſalem locum id ſunt inter ſervis, & ancillis otto. Nomina eorum Urſo, & Baroncello, Nerizo, & Ermingadda germanis filii Rezzi, Martino filii Amiezza, Sigizzo, & Amiza, filii Miza, cum filiis, & filiabus, qui de eis nati fuerint in perpetuum cum omni conquiſito, & peculiare, quod nunc habent, & in antea habere potuerint. Similiter etiam promittimus per Dei timorem, & remedium animæ noſtræ, & omnium parentum noſtrorum, & pro deſiderio vitæ æternæ, ſtabilitatem, ſecuritatem, ac defenſionem, ad ipſum ſanctum, & venerabile Monaſterium, & omnibus ſervis Dei, ibi Deo ſervientibus præſentibus, & futuris per hoc ſcriptum dotis, & cartulam noſtræ conſtitutionis, & promiſſionis deponimus, pollicemur, & promittimus. Eo vero ordine, vel ſtatu ab hac die in antea, non habeamus licentiam, nec poteſtatem, neque nos quatenus Ava, Tegrino, & Berizo, neque noſtri filii, & hæredes, neque qui de filiis noſtris nati fuerint in perpetuum prænominatam Eccleſiam, & Monaſterium, atque locum illum, alia Eccleſia, vel monaſterio, per quodlibet ingenium ſubjicere, vel delegare, neque bona illius mobilia, & immobilia per nos, ſive per noſtros neque per ſummiſſam perſonam, tollere, ſubtrahere, minuere, irremiſſibiliter mutare, tractare, diſtringere, vel occupare, aut in uſum ſecularem convertere. Similiter non habeamus licentiam, neque poteſt. Abb. vel fratres, qui ibidem pro tempore ordinati fuerint, vel ibi habitaverint, neque per nos, neque per noſtros, neque per ſummiſſam perſonam lædere, damnare, vel per aſſaltum, aut inſidiam, vel incurſionem moleſtare, vel exinde expellere, vel ſtudioſe dehoneſtare. Quod ſi forte factum fuerit damnum aliquod de rebus tam de mobilibus quam immobilibus in ipſo monaſterio, & cognitum fuerit ſine mora, ut citius potuerimus, ipſum damnum intra* 30. *diebus emendare debeamus. Si autem per noſtros homines, ſive noſtro conſenſu damnum factum fuerit, & ille qui damnum fecerit apud nos, aut in noſtra virtute, vel diſtrictione ſteterit in ſupradicto termino, ipſum damnum emendare debeat, ſi abbas vel monachi recipere voluerint. Tamen ſi res aliquæ de ipſo S. loco ab aliquo ablata, vel invaſa fuerint nulla negligentia habeamus ab iis, in quibus monaſterii poteſtas fuerit, ſed reſtituantur, & revocentur ad utilitatem fratrum. Remota tamen ab ipſo ſancto Monaſterio uxorum, & filiarum noſtrarum, ac pro hærede noſtrarum, atque omnium fœminarum ſublata denominatione. Nam poteſt. atque domin. in ordinat. Abb. qui a fratribus fuerit electus, decernimus, ac ſtatuimus, atque firmamus poſſe unquam venire, niſi in iis qui de nobis maſculini ſexus legitimi nati fuerint uſque in ſempiternum, niſi pro irrecuperabile, & optata utilitate, ac defenſione monaſterii, & manifeſtum ſacri loci profectum, ita tamen ſi notitia, & conſenſu, vel etiam petitionem, & ſubſcriptione monachorum fuerit roboratum. In ord. autem Abb. illud ante omnia obſervare ſtatuimus, & cenſemus, ut nullus ibi Abbas, niſi canon. & regulariter ordinetur. Quod ſi forte interveniu pecunia, aut per ſimoniacam hæreſim promotus fuerit, mox ſine mora dejiciatur, & alter qui dignus eſt ordinetur & qui conſentiens in hoc per conſcientiam fuerit quam infra conſtituemus pœna ſubdatur. Similiter pro Dei timore promittimus, ut ipſum monaſterium, & omnia ejus bona, tam præſentia, quam futura, & ipſos fratres, qui ibidem Deo ſervierint, cum recta & bona fide debeamus ſuſtentare, & defendere, vel adjuvare. Et ibi noſtra corpora, & hæredum, ac prohæredum noſtrorum ex mandan. quatenus noſtris ſepelire, & adjutorio in præd. S. loco, ſtatum, juſtitiam, & S. Religionis ſtabilitatem omni tempore reddere, ac retinere. Quatenus ibi abbas cum monachis ſemper regulariter vivant, & pro animabus noſtris omniumque parentum noſtrorum, atque omnium Chriſtianorum aſſidue intercedant, ut ſit remedium noſtrarum animarum, & parentum noſtrorum, omniumque Chriſtianorum vivorum, ac Defunctorum. Ut diurna, & nocturna officia, Miſſæ, & orationes, pſalmi, & hymni, luminaria, & incenſes, largitates bo-*

ne, & hoſpitales, atque Eleemoſyna, & lectiones, & Dei ſervitium, & obſervatio Regula S. Benedicti ſit nobis, & praceſſoribus noſtris, atque poſteris, omnibuſque Chriſtianis ad ſalutem, & defenſionem animarum, ac corporum, uſque in finem ſeculi, & poſt finem ſeculi vitam aternam accipere a Domino mereamur. Hac igitur omnia, qua hujus conſtitutionis, & dotis, vel promiſſionis noſtra cartula continet tam à nobis, quam a noſtris haredibus & prebaredibus ſicut ſupraſcriptum eſt in perpetaumſervandam firmamus. Si quis vero tam de nobis, quam de filiis, & poſteris noſtris, & qui de nobis nati fuerint uſque in perpetuum hanc noſtra promiſſionis, & dotis paginam non obſervaverit, & eam ſtuduerit infringere, vel corrumpere praſumpſerit, & de hoc ſtatuta removere, vel diſtollere tentaverit, & ſicut ſupra legitur non emendaverit, tunc a ſ. Dei Eccleſia ſit excommunicatus, & ſeparatus, & anathematizatus, & omnem poteſtatem, & denominationem Monaſterii perdat, & ad ipſos deveniat, qui in fide permanſerint, & inſuper componituras & daturus eſſe debeat, ipſi S. Eccleſia, & Monaſt. D. S. N. J. C. & ad ipſum abbatem, & fratres qui ibidem pro tempore fuerint, vel eorum advocaturibus, aut cui ipſi conceſſerint, pœna de optimo auro libras centum, & hoc ipſum ſcriptum omni tempore firmum, & inviolatum permaneat ſemper. Actum intus caſtello noſtro de Stagia, territorio Volaterenſe.

Signum † manus ejuſdem Ava veſte S. Religionis induta, qua hoc ſcriptum dotis, & promiſſionis ſicut ſupra legitur ſcribere rogavit.

Signum † manus ſupradictorum Thegrini, & Berozzi Germanis, qui hoc ſcriptum dotis, & promiſſionis in omnibus, ut ſupra legitur conſenſere, & ſcribere rogavere.

Signum † manuum Curradi, & Theuzi filii Renzi, & Theuderiobi filii b. m. Erberti rogati teſtes.

Ego Erbertus judex D. Imp. aſſenſi mater, & filiis rog.

Ego Berardus not. ſcriptum interfui, & poſt traditionem complevi.

XLI. („ GISELBERTUS *an.* 1013. *ſubſcripſit Bulla Benedicti VIII. pro Eccleſia Urgellenſi. Extat Bulla apud Petrum de Marca in Marca Hiſp. p.* 994.)

XLII. 36 LEO ad Senenſem thronum ſubvectus eſt anno (1) 1031. (*n*) Hic in Canonicos ſuos multas fortunas contulit, canonicamque ſubſtruxit, cenſuque plebaniæ Corſani illam ditavit, ut ibidem ex regula, normaque morum poſſent traducere vitam.

XLIII 37 * ADELBERTUS Epiſcopus Senenſis floruit ſub Benedicto IX. Papa ſub quo an. 1036. die 4. Nonas Novemb. Ind. 5. interfuit ſynodo Romæ habitæ, ut in fragmento habetur, quod ſupra retulimus in 1. tomo in Epiſcopis Peruſinis.

* Ex Append. t. 9.

XLIV 38 JOANNES Epiſcopus Senenſis, monaſterium in honorem Deiparæ Virginis fundavit prope fontem Beccium, ut ibidem ad Dei laudes S. Benedicti moniales alerentur. Quod ſucceſſu temporis Ciſtercienſibus attributum, hodieque propemodum exciſum eſt, præter Eccleſiam, in cujus areu trabali hæc adhuc carmina inſcripta leguntur.

Praſules ad votum primus hac fundata Joannis
Virginis ad laudem dant illuſtranda Maria
Virgineis ſanctis in Chriſti ſorte dicandis,
Ut precibus ſacris locus hic ſalvetur, & urbis,
Anno incarn. D. M. XLIII.

Sigiſmundus Tintus *a* aſſerit hunc Joannem vixiſſe anno 1063. obiiſſe vero 1103. Kalend. Septembris: ſed fallitur, nam illis temporibus conſtat Gualfredum in eo Epiſcopatu, & quidem longiori mora vixiſſe, ut poſtea dicemus, reperioque hunc ipſum Joannem floruiſſe anno 1050. * Cæterum ex veteri documento, quod extat in libro veterum inſtrumentorum penes nobilem virum Beliſarium Bulgarinum fol. 1. percepi Ioannem hunc Senenſem Epiſcopum, cum Joanne Lucenſe, & Widouo Cluſino Epiſcopis anno 1037. Conradi II. Imp. interfuiſſe ſolemni conventui ab Hermanno Colonienſi Archiepiſcopo miſſo à Conrado ad juſtitias habendas: in eo Ubertus Abbas S. Salvatoris de Fontebona conqueſtus eſt contra detentores bonorum ſui monaſterii, & ab Hermanno, cæteriſque Judicibus bona, & jus ſuum recepit; documento ſuper iis confecto, ſubſcribit inter cæteros Joannes Epiſcopus, cujus documenti hæc ſunt verba.

a Titius.

* Ex App. tom. 9.

Dum in Dei nomine, in comitatu Senenſi locus prope Burgu, qui dicitur Arbia, in judicio reſidebant D. Hermannus Colonienſis Archiepiſcopus, & Archicancellarius S. Palatii una cum Bertulfus Comes miſſi Domini Conradi invictiſſimi Imperatoris ad ſingulorum hominum juſtitias faciendas, & adminiſtrandas, reſidentibus cum eo Teuzo item comes fil. bon. mem. Bernardi, qui fuit comes, & Joannes VV. ſancta ejuſdem Senenſis Eccleſia Epiſcop. & alius Joannes Lucenſis Epiſcopus, & Vvido Clutienſis Epiſcopus, & Raynerii comes fil. bon. mem. Vvidoni, qui fuit comes, & Gherardus, & Albertus, & Dembaldus, & Gecbeltus, & Farolfus Judicibus Domini Imperatoris, & Bambertus, & Petrus Notarii Domini Imperatoris, & Raynerii, & Valfredi quondam fil. bon mem. item Vvalfredi, qui fuit comes, Rayneri de Roſtica filio bon. mem. item & Petro Rayneri Ugone fil. bon. mem. Ubaldi, fil. bo. mem. Vvinitii comes, & . . . . . fil. bo. mem. Supponi, & Raymundus filius bon. me. Supponi, & Raymundus fil. b. me. Raineri . . . & reliqui plures, ibique in eorum veniens praſentia Dom. Ubertus ven. Abbas ex monaſterio ſancti Salvatoris ſito in campo, ubi dicitur Fontebona una cum Vvido Notario advocato ſuo, & oſtenderunt ibi in eorum judicio monimen unum, ideſt doctum de pradicta Eccleſia, & monaſterio, in qua continebatur caſis, caſtris, Eccleſiis, ſeu terris, & rebus & maſſaritiis, ſimulque ſervis, & ancillis mobilias, & immobilibus omnia, & in omnibus, & inſuper ibi continebatur curte, & integra res illa, qua eſt . . . . . una cum Eccleſia S. Petri ibidem poſita, & omnes res, & ſubſtantias, ſicut bon. mem. Vvinizi, qui fuit comes fil. bon. mem. Raghinatiuna . . . Richilda ejus conjuge in pradicta Eccleſia, & monaſterio per ipſum donum per eorum anima redemptionem donaverunt, atque conceſſerunt in ipſum ſanctum, & venerabilem locum monimen. ipſum oſtenſum, & ab ordine relectum. Interrogatus eſt ipſe pradictus Ubertus Abbas una cum ipſo pradictus advocato ſuo ab ipſis Judicibus, & auditores, per quod monimen ipſum ibi in judicio oſtendiſſet, qui dixerunt vero monimen ipſum veſtris oſtenſimus praſentiis, ut omnibus vobis congruum ſit, ut integra pradictas caſas, & res in pradicto loco Clatinam una cum pradicta Eccleſia S. Petri ibidem poſiti, qui in pradictu monimen legitur, ut ipſe pradictus Winiſi comes una inſimul cum pradicta Richilda ejus conjuge in pradicta Eccleſia, & monaſterio per ipſum doctum dederant, atque concederunt jure proprio nomine, & cum taliter retulerunt ipſe pradictus Ubertus Abbas cum pradicto ſuo Advocato cœperunt dicere, ac redare. Jam plures vices nos reclamati ſumus ad vos Dominus Hermannus Archiepiſcopus, & Dom. Bertulfus comes ſuper Raynerius fil. bon. mem. Ghiſolfi, & ſuper Hildeprando, & Vvido qq. fil. bon. mem. Valfridi eo quod malo ordine, & contra legem ipſa pradicta Eccleſia, & monaſterio diveſtivit de integra pradicta curte, & res illa de Clatina, & de pradicta Eccleſia ſancti Petri ibi poſita, quod ſunt ſub jure de jam dicta Eccleſia,

(1) Ægidium autem Leonem Epiſcopalem ſedem obtinuit ex Titio in tomo 1. Hiſtoriarum ineditarum, ubi hæc dicit. *Ægidius interea Senenſis Epiſcopus moritur, cui Leo Epiſcopus ſucceſſit.* Benevolentius.

(2) Leo juxta annorum ſupputationem Epiſcopatus dignitatem conſecutus fuit anno 1027. In quadam antiqua pagina de eo ſic legitur: *Leo Epiſcopus Senenſis tempore Conradi* II. Et Bullam ejus ego legi, qui donat partem omnium, quæ habebat in Plebe Coſinni ad uſum Canonicorum. Conſtruit fecit domum pro fratribus Canonicis, & Clauſtrum, ut ipſe in Bulla ſua dicit hoc fecit tempore Conradi II. anno IV. quo regnavit in Italia. Conradus fuit anno Chriſti 1027. & Bullam iſtius confirmat Innocentius II. Papa, & Eugenius III. id ipſum aſſerit Titius in tom. 1. ſuarum Hiſtoriarum. *Benevol.*

(3) Joannes erat Epiſcopus anno 1037. In quadam ſententia, quæ lata fuit loco, qui vulgo dicitur Burgus Arbiæ anno XI. Imperatoris Conradi, quod fuit anno 1037. inter alios Judices Joannes etiam Senarum Epiſcopus reperitur. Hæc verò ſententia extat inter alia inſtrumenta Abbatiæ S. Salvatoris Berardenghæ, quibus etiam inſtrumentis uſus eſt Abbas Puccinellus in Hiſtoria Abbatiæ Florentinæ. *Benevolentius.*

ſia, & monaſterio ſancti Salvatoris. Unde ipſa prædicta Eccleſia, & monaſterio legibus, & per ipſum prædictum doctum inveſtita fuit ad ſuam proprietatem, & vos prædicti Dominus Hermannus Arch. & Bertolfus comes ad prædictus Raynerius, & à prædictis multos direxiſti nuncios, & vos nullo modo poteſtis habere placitum. Unde nos, qua . . . ipſa ſupradicta curte, & res illa de prædicta Eccleſia ſancti Petri in eleemoſyna Dom. Conradi Imper. & undecunque mercedem inveſtiatis cum ipſe prædictus Ubertus Abbas una cum prædicto Advocato ſuo taliter retuliſſent. Tunc ipſo D. Hermannus Archiepiſcopus, & dictus Bertolfus comes, & Judices, qui ibi aderant recordati ſunt, & dixerunt, quod ipſe prædictus Ubertus Abbas cum prad. advocato ſuo per plures vices reclamare vidiſſent, & eos nullo modo ad noſtrum placitum habere potuerimus, tunc ipſe Hermannus Archiepiſcopus, & prædictus Bertolfus comes fecerunt prædictus Raynerius & Vuido, & Henrico, & Ildebrando per ipſum placitum ivens, & foras quærere, & vociferare, & eos nullo modo habere potuit, & eos ibi minime invenerunt, tunc ipſe jam dictus Hermannus Archiepiſcopus per fuſtem, quam in ſuis tenebat manibus ipſe prædictus Ubertus Abbas una cum prædicto Advocato ſuo de integra prædicta curte, & res illa, & de jam dicta Eccleſia ad ſalva querela inveſtiebant, & inſuper miſit bannum Dom. Imp. ſuper ipſa prædictas res, & ſuper ipſa jam dicta Eccleſia, ſimulque, & ſuper ipſe Abbas in auro optimo libras centum, ut nullus quislibet homo magna, parvaque perſona ipſe prædictus Abbas, ſuoſque ſucceſſores de ipſa jam dicta curte, & res illa, & de ſupradicta Eccleſia ſine legale judicio deveſtire audeat. Quis vero fuerit, ſciat ſe compoſiturum prædictas libras auri, medietatem per Camera D. Imp. & medietatem a pars prædicta Eccleſia, & monaſterio, & ad illo, qui pro tempore ibidem fuerit; unde hac notitia per ſecuritatem eidem Eccleſia, & monaſterio, & illos alibique pro tempore ibidem fuerit, & futura oſtenſio eidem Eccleſio, & monaſterio oſtendendam fieri juſſimus. Quidem & ego Lambertus Notarius, ex juſſione de ſupradicto Hermannus Archiepiſcopus, & miſſo & judicium amonitionis ſcripſit. In anno Domini Conradi invictiſſimi Imperatoris anno Imperii ejus Deo propitio undecimo, 5. Nonas Maji Indictione 5.

Hermannus Dei gratia Archiepiſcopus Colonienſis, & S. P. Archicancell. ſubſcripſi.

Joannes Epiſcopus interfui, & ſcripſi.

Ego Gerardus gratia Dei Rom. Judex Imperii interfui, & ſcripſi.

Ego Vitalis Judex S. Palatii interfui, & ſubſcripſi.

Ejuſdem Joannis Epiſcopi mentio habetur in veteri membrana monaſterii S. Michaelis de Paſſiniano Ord. Vallis Umbroſæ Florentinæ diœceſis temporibus Henrici III. Imp. ſcripta, præſentibus cum Joanne, Gherardo Florentino Epiſcopo, illo, qui poſtea ſub nomine Nicolai II. evaſit ſummus Eccleſiæ Pontifex anno 1058. & Vvidone Cluſino Præſule, aliiſque nobilibus viris, ac Judicibus ſcripta ad favorem Letti Abbatis, cujus exemplum ab ipſo Archiepiſcopo præ vetuſtate in pleriſque locis exeſum libuit exſcribere, ut ſaltem pauca illa, quæ ſuperfuerunt, hic conſerventur.

In Dei nomine . . . . . Eberardus Dei gratia Epiſcopus, qui Eppo vocatus ſum D. Enrici Imp. Cancellarius, Dominus Gherardus ſancta Florentina Eccleſia Epiſcopus, & Joannes S. Senenſis Eccleſia Epiſcopus, ſeu Vvido Cluſinenſis Epiſcopus, nec non & Bulgari comes fil. quond. Lutteris; & Vvido fil. bo. mem. Teudici, qui fuit comes . . . . us filius bon. mem. Ardinghi, qui fuit comes, atque Gottifredus, Petrus, Rodilandus & alius Petrus . . . & Donatus Florentinus Gaſtaldius Dom. Imperatoris, Petrus qui Bonhomo vocatur fil. q. Joannis . . Geraldus fil. Ruſtici, & Ruſtico fil. q. Griſſ. & Bonifacio fil. . . . fil. quond. Raimberti, & Signerello de Paſſignano fil. quond. Raimberti, & reliquos plures . . eorum iſtorum præſentia veniens Dominus Lettus venerab. Abbas ex monaſterio ſancti Michaelis Angeli de Paſſignano petiit mercedem a prædicto Domino Eberardus Dei gratia Epiſcopus Auguſt. . . . eligere ſibi, & donaret ſua Eccleſia, & monaſterio duos advocatos, hi ſunt nomina, ... fil. bo. mem. Joannes, & Petrus filio Joannis, itaut da modo in antea habeant licentiam . . . cum prad. Abbas, vel per ſe in placito ambulandi, & ſtandi, actiones agendi, & recipiendi, fines faciendi, & recipiendi, & res. . . . . monaſterio per pugnam, & ſacramentum agendi, diſcutiendi, & hec quod ipſis . . . . . cum prædicto Abb. & ſuis ſucceſſoribus, vel per ſcriptis de rebus præfata Eccleſia, & monaſterio . . . firma, & ſtabilis permaneant, cum & taliter prad. Abbas taliter retuliſſet prod. Epiſc. . . advocatorib. in ſua præſentia eligere fecit . . . .

Eberardus iſte Henrici III. Imp. Cancellarius, qui & Eppo, & Henricus aliquando vocatus, adlectus eſt Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus ann. 1047. ut Stengelius ſcribit. Deſiit eſſe anno 1064. Gherardus vero Florentinus Epiſcopus creatur circa annum Domini 1046. ad Petri Cathedram aſcendit 1058. Hoc temporis ſpatio ſcriptum fuit ſemiexeſum relatum documentum, ex quo colligi poteſt Joannem Senenſem Epiſcopum ibi memoratum longo temporis ſpatio Senenſem rexiſſe Eccleſiam, cum anno 1037. eidem præerat Cathedræ. Cæterum haud ſatis miror, cur Iſidorus Ugurgerius in lib. 1. quem attitulavit *le Pompe Seneſi* gratis ſcripſerit Gherardum, qui Nicolaus II. Pontif. Max fuit, Senenſem fuiſſe Epiſcopum, antequam Florentinam Eccleſiam moderandam ſuſcepiſſet, cum ſatis conſtet Joannem in throno Senenſi ſediſſe ab an. 1036. ad annum uſque 1058. Actonem vero Florentinum Epiſcopatum tenuiſſe ab anno 1032. ad annum 1046. cui immediate ſucceſſit Gherardus. Lambertus Actonis anteceſſor electus eſt ann. 1025. in locum Ildebrandi, qui Epiſcopus Florentinus evaſerat circa annum ſalutis 1008. ut vetera oſtendunt monumenta in ſerie Florentinorum Præſulum relata: quo vero anno Gherardus potuerit transferri è Senenſi ad Florentinam Cathedram doceat ipſe.

(„ *Nobile hujus Joannis documentum, quo Alber-*
„ *to, aliiſque Eccleſiam, & plebem S. Agnetis an-*
„ *no 1056. dilargitur, non pigeat hic inſerere ex fol.*
„ *3. Caleffi veteris, ubi aſſervatur, tenoris ſequentis.*
„ *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. An-*
„ *no ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1056*
„ *Henrico II. gratia Dei imperante, anni Imperii*
„ *ejus, Deo propitio in Italia XIV. Iduum Apri-*
„ *lium, Indictione IX. feliciter. Ad quem omnes,*
„ *qui in æterna Beatitudinis manſione ſedem habere*
„ *deſiderent, anhelare oportet. Non eſt enim aliud no-*
„ *men ſub Cœlo datum ſecundum Apoſtolum, in quo*
„ *oporteat nos ſalvos fieri. Ad ipſum autem perve-*
„ *nire non poſſumus, niſi deſudando in obſervatione*
„ *mandatorum ejus quotidiana obedientia fructum in*
„ *ejus, & Proximorum dilectione per patientiam*
„ *conſequamur. Unde ego Joannes Sancta Senenſis*
„ *Eccleſia, Deo diſponente Epiſcopus ad Chriſtum*
„ *feſtinantibus, ut omnis debet Chriſtianus, maxi-*
„ *me Sedis Eccleſiaſtica Præſul favere deſiderans, ut*
„ *ſaltem eorum conſortio junctus, vel minimum lo-*
„ *cum in æterna Beatitudine merear. Dilectiſſimis*
„ *mihi fratribus, Alberto ſcilicet, & Martino,*
„ *atque Omicio Presbyteris canonico ordine ſecundum*
„ *ſanctam Regulam e ſanctis Patribus editam cum*
„ *aliis fratribus eumdem habitum habentibus com-*
„ *munem vitam abjectaque alicujus, vel minimæ re-*
„ *gula, proprietate aut ambitione vivere deſideran-*
„ *tibus aſſignavi, & tradidi, atque confirmavi læ-*
„ *to animo, & prona voluntate Eccleſiam, & Ple-*
„ *bem Beatiſſima S. Agnetis Virginis, & martyris*
„ *ſita loco Tarciano, quatenus ibi manentes cum*
„ *aliis devotis clericis divinum ſervitium jugiter ce-*
„ *lebrent. Quod quia celebre, & firmum volumus*
„ *permanere in futuris temporibus, & nuſquam mo-*
„ *veri, aut minui, vel in aliquo lædi aliquo tem-*
„ *pore a noſtris ſucceſſoribus. Convocatis fratribus,*

,, & miniſtris noſtræ Eccleſiæ per communem volun-
,, tatem eorum maximè excitati a Domino, & pro-
,, vocati cura Paſtorali, quærentes miſericordiam
,, ejus nobis, & aliis, dum invenire poſſumus prædi-
,, cto loco Venerabili munus licet exiguum gratanter
,, offerimus pro remedio videlicet animæ meæ, ante-
,, marumque Deceſſorum, ſucceſſorumve omnium fra-
,, trum noſtrorum, Sanctæque Eccleſiæ Miniſtrorum.
,, Hoc eſt res in omnibus Caſis, Terris, vineis unam
,, ipſam Eccleſiam ejuſdem Juris cum omnibus Ter-
,, ris, & rebus, quas detenuerunt filii quondam Jo-
,, annis, & Alberti, & Abilonius filius quondam
,, Teuzonis, & filii Petri Clerici, & filii Donnuc-
,, cii, & filii Teuzzi, & filii Gulielmi & filii Mo-
,, recii ex parte ipſius Eccleſiæ, qui omnes eaſdem in
,, manu mea refutaverunt. Offerimus etiam ibidem
,, unam petiam Terræ, quæ eſt poſita in loco, qui di-
,, citur Lecieta, quam dudum tenuerunt filii quon-
,, dam Joannis. Atque donantes etiam offerimus in eo-
,, dem Sancto loco integras duas portiones de omni re-
,, ditu, & decimatione, quæ uſque nunc ad decretum
,, ipſius Eccleſiæ, & Plebis pertinent ex omnibus lo-
,, cis, & villis ad hoc conſtitutis. Seu etiam primi-
,, tias cum omni oblatione, quam dicunt obortam tam
,, vivorum, quam & mortuorum, vel etiam integrum
,, id, quod dicunt judicium, quod ſolet fieri Plebi
,, a mortuis. Necnon & Eccleſiam Sanctæ Mariæ de
,, Selte, & quidquid jamdudum aut nunc aut in futu-
,, rum aliqua datione, vel donatione datum, vel con-
,, ceſſum fuerit præfatæ Eccleſiæ, & Plebi totum in
,, tegerrimè deveniat, & permaneat in poteſtate præ-
,, dictorum fratrum Alberti, & Martini, & Omi-
,, cii, eorumque ſucceſſorum, ut habeant, & teneant
,, ad eorum uſum, & ſumptum, & faciant exinde ad
,, utilitatem ipſius Eccleſiæ quidquid eis melius eſſe
,, videtur. Hæc omnia roboramus permanentibus in
,, ſancto propoſito ſecundum regulam in eodem loco ſub
,, noſtra ditione, atque licentia. Si autem, quod ab-
,, ſit, aliquis ibi manens a ſancta Regula exorbitans
,, omnia ſuperius definita obſervare noluerit, damus
,, licentiam in obſervatione manentibus eiiciendi il-
,, lum extra, abſque alicujus contradictione, vel
,, damni timore. Si vero, quod futurum eſſe non cre-
,, do, ego, qui ſupra Joannes Epiſcopus, aut aliquis
,, meorum ſucceſſorum, vel Rectorum noſtri Epiſcopii
,, Diaboli inſtinctu actus hoc munus noſtræ oblationis,
,, & donationis violare præſumpſerit, decem libra-
,, rum argenti pœna mulctetur ad partem prædictæ Ec-
,, cleſiæ, & Plebis, vel Clericorum, Deo ibidem
,, ſervientium, atque inſuper cum Juda Domini Tra-
,, ditore in Infernum habeat portionem, & cum Da-
,, tan, & Abiron, quos vivos terra deglutivit, &
,, cum Anania, & Saffira, qui de pretio agri fraudem
,, fecerunt, & a Petro Apoſtolo damnati ſunt, ma-
,, neant condamnati, & a trecentis decem, & octo
,, ſanctis Patribus, qui ſanctos Canones conſtituerunt,
,, anathematizatus perſiſtat. Hæc itaque ut prædicta
,, ſunt inviolabiliter omni tempore ſervari ſtatuimus,
,, ac pro futuri temporis firmitate, ut nullus audeat
,, violare, quod facimus noſtra manus ſubſcriptione
,, hanc paginam confirmamus.
,, Actum Senæ in Domo Epiſcopii noſtri feliciter.
,, Joannes Epiſcopus in hac decret. pagin. ſſ.
,, Jo. Primicerius, & Vicedominus ſubſcr.
,, Jo. Archidiaconus ſubſcripſi.
,, Petrus Presbyter ſubſcripſi.
,, Azo Presbyter ſubſcripſi.
,, Wido Presbyter ſubſcripſi.
,, Rolandus Clericus, & Prior Scholæ ſubſcr.
,, Jo. Presbyter ſubſcripſi.
,, Farulfus Presbyter ſubſcripſi.
,, Maizo medicus rogatus Teſtis
,, Rolandus filius Rapi rogatus Teſtis.
,, Etego Humbertus Cardinalis Epiſcopus Sanctæ
,, Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ rogatus præſens
,, pagina relicta ſubſcripſi.
,, Ego Accarſius Scriniarius ſanctæ Romanæ Eccle-
,, ſiæ, & Lateranen. ſacri Palatii hoc ſupraſcriptum
,, & vidi, & legi, & veraciter exemplavi, & ni-
,, hil addidi, neque mutavi .... Benevolentius.)

39 ANTIFREDUS a Epiſcopus Senenſis, cui Stephanus IX. Pontifex corpus divi Creſcentii martyris dono dedit, qui illud ipſum auguſtiori pompa condidit ſub confeſſione 4. Idus Octobris an. 1058. Hanc translationem antiqua in Metropolitana pictura oſtendit, cui aliquot ſubſcripti verſus ſunt, quos vorax antiquitas omnino corrupit, quo minus legi poſſint, atque hic deſcribi. Hujus Epiſcopi temporibus, poſt exceſſum Stephani IX. Senis celebratum Concilium eſt, in quo evexerunt ad Apoſtolicam ſedem Nicolaum II. qui antea Gerardus Epiſcopus Florentinus vocabatur, eodemque anno Antifredus fato ceſſit.

a De hoc ſupra.

40 ROFREDUS b interfuit concilio a Nicolao II. Romæ celebrato anno 1059. cujus decreta ſubſcripſit. XLV

b Al. Nofredus, ut apud Harduinum.

XLVI

(,, AMADEUS ſecundum a Joanne locum obti-
,, net; & hunc ſane locum ei concedit Gallaccinus, qui
,, eum Epiſcopum fuiſſe aſſerit an. 1062. Hunc idipſum
,, fuiſſe arbitror, qui ſcriptus reperitur ſub prima tan-
,, tum ſui nominis littera in quadam ſententia lata an-
,, no 1072. & hæc cernitur in Xenodochio s. Mar. de
,, Scala n. 3. ibiq; legitur. Dum in Dei nomine in lo-
,, co, qui vocatur Calcerazi, reſideret Domina Bea-
,, trix Comitiſſa, ac Ducatrix, & Mathilda ejus fi-
,, lia, ibiq; aderat Raginerius, & Bernardus Comites
,, ipſius Comitatus Cluſini, & Epiſcopus Cluſinus,
,, necnon A. Senenſis, ſcilicet Epiſcopus. Benevo-
,, lentius.)

41 RADULPHUS, ſeu Rodulphus ſucceſſit Rofredo circa ann. 1068. natione Germanus fuit, patria Colonienſis. Hic è Colonia corpus S. Severi tranſtulit Senas, condiditque honorifice ſub confeſſione ſuæ cathedralis in altari S. Sebaſtiani, præſentibus P. Epiſcopo Soano, atque G. Præpoſito cum canonicis Senenſibus. Retulere factum Titius, atque Jugurtha Thomaſius, qui hunc Rodulphum ſanctiſſimum virum appellant, ac Senenſi Eccleſiæ ſalubrem Præſulem. Hic ille idem eſt, qui Henrico Regi ditis innodato communicaverat, & a Gregorio VII. abſolutionem petierat, pro qua Gregorius ann. 1076. ad Epiſcopos Tuſciæ ſcripſit Epiſtolam, quæ extat lib. 4. ep. 18. apud Binium (s). XLVII.

42 GUALFREDUS Rodulpho ſucceſſit ann. 1080 c. Hic natione Longobardus fuit, vir ſane doctus, & eloquens, ſive luderet carmine, ſive ſoluta oratione gravis incederet. Sacram Gothifredi Bulionis in Orientem expeditionem heroico carmine complexus eſt. Quod opus in ſummæ ædis ſacrario adhuc aſſervatur. Scripſit inſuper librum, cui titulum fecit, de Utroque Apoſtolico, ubi Urbanum II. Gilbertumque Antipapam introducit, ſubjecitque, quod ſcripſerat, cenſuræ Epiſcopi Florentini, viri in jure doctiſſimi, Conſtantini Epiſcopi Aretini, ac Præſulis Tridentini. Altero item libro Romanæ Urbis laudes eſt proſecutus; item alterum opuſculum de Annulo, & Baculo; deque Sacramento Corporis, & Sanguinis Chriſti: libellum item de Chriſtiana militia, tum & Rationale. Sub Paſchali II. Vaſtallenſi concilio interfuit 1106. ſequentique anno s. Anſani martyris corpus è loco, in quo cæſus fuerat, ſolemni pompa tranſtulit in cathedralem. Bullam Honorii II. Piſanæ Eccleſiæ indultam ſubſcripſit, anno 1126. inſecutoque anno fato conceſſit 6. Kal. Auguſti, ſepultuſque eſt in cathedrali. XLVIII.

c Post an. 1084.

Sed nec prætermittendum, quod eo Præſule Senenſis populus pro Terræ ſanctæ recuperatione cum Boemundo Apulorum principe in Orientem mille ſubmiſit ſelectos milites ex ſuis ſub Boniſacio Guiccio cive Senenſi viro ſtrenuo, quos bis mille fuiſſe ſcripſit Petrus Angelus Bargæus Piſanus in Syriade lib. 7.

At bis mille viros belli inſuperabile robur

Pror-

(s) Rodolphus vixit ſaltem uſque ad annum 1084., quod probatur ex inſtrumento, quod in Metropolitano noſtro Tabulario ſervatur ſub numero 38. Benevolentius.

Prorſus agunt, quos Sena agri ditiſſima paſcit,
Sena Camœnarum cultrix, & Martis alumna.

Senenſium virtus in Antiochiæ expugnatione apparuit mirabilis, primuſque, qui mœnia deturbatis viriliter Inimicis, aſcenderit, cruciſque vexillum intulit, quidam Salimbenus de Salimbenis inter eos nobilitate illuſtris perhibetur a Joanne Biſdomini in chronica, qui cum militari fortitudini pietatem, cæteraſque laudes, virtuteſque Chriſtianas conjunctas haberet, Antiochiæ cunctis acclamantibus primus Patriarcha effectus eſt, ubi & pie, & ſancte, ut vixerat, fato abreptus eſt, & in Patriarchio conditus, de quo legendus Jugurtha Thomaſius lib. 3. hiſt. Senenſis, Titius, aliique.

(„ *Gualfredus non fuit Longobardus appellatus, quod ab Inſubria originem traheret, ſed quia erat ex progenie Magnatum, cum idem fuerit temporibus illis Longobardus, ac nobilis. Ughellus, quod de Gualfredo nſſeruit, ex tomo 1. hiſtoriarum ineditarum Titii ferè deſumpſit. In tabulario noſtræ Metropolitanæ narratio vitæ, ac translationis Divi Aaſani ſervatur; nos verò ſolummodo translationem ponemus, quæ ſub præſenti Epiſcopo accidit.*

„ *Iſte quoque Venerabilis Patronus Beatus Anſanus multa mirabilia operatus eſt per diverſa loca, ut ſupra diximus, & cum in prænominatam Urbem relatus eſt, non eſt numerus miraculorm, & beneficiorum, quæ Deus ibi per illum uſque in præſentem diem contulit. Quia igitur inſtabat dies translationis ejus Senam, ſecundum Divinam Providentiam, quæ nunquam falli poteſt, exortus eſt ingens clamor, & quaſi vehemens Tuba de Cœlo intonans omnes Cives Senenſes celeriter inſpiravit, ut filii Patrem, ſervi Dominum, ſubditi Patronum in ſuam Civitatem reportarent. Dum vero aliquantulum hæſitareat, an eos tantùm, qui ad aſportandum Sacrum Corpus convenerant, proſequerentur, an & ipſum Corpus ſui Apoſtoli cum glorioſiſſima pompa in Civitatem ſuam reportarent, ſinguli divinitus confirmati ſunt in una eademque voluntate, quatenus cum feſtinatione ſuum ſibi Apoſtolum, & Martyrem reſignarent. Erecto itaque ſigno ſanctæ Crucis, & triumphali ſubſequente Vexillo honorabilis Clerus Senenſis, qui tunc erant, ſuccinctè, proceſſionaliter tamen ad locum Tumuli Beati Anſani pervenit. Cæterum quidam de militibus prædictæ Civitatis tanquam excurſores, & apparitores pervenerant illuc omnem Clerum, & Populum facturi atrocem impetum in eos, quos audierant, congregatos fuiſſe ad aſportandum ſacras reliquias, ut prædiximus. At illi quam ſtatim Cives Senenſes præſentarunt, velociſſima fuga cœperunt hac, & illac diffugere, non obſervantes viam, vel ſemitam, ſicut viri fanatici, ne dicam ut canes Lymphatici. Illis igitur ſic fugatis Senenſes munierunt ſepulchrum, & in brevi adveniēte Clero qualiter prædiximus, diſcooperuerunt illud. De quo ſiquidem tantus odor emanavit mox, ut hiare cœpit, ac ſi de omni genere aromatum maxima copia ibi incenderetur. Ergo ſuſcepto in integrum toto Corpore Beatiſſimi Martyris Aaſani præter illam verticis ſummitatem, quam Carnifices præputaverant, univerſus Clerus, & Populus, qui aderat cum omni lætitia cantantes, & pſallentes cœperunt ad propria remeare. Omnis autem Populus virorum, & mulierum Senenſium cujuſcunque ætatis, vel conditionis, qui remanſerant, velociſſima feſtinatione obviam ibant, Sacroſanctis reliquiis omnes una voce pariter conclamantes. Veni Pater Anſana, redi ad nos Domine, noli amplius tardare, ad tuam regredi Civitatem, quam fidei primordiis inſtruxiſti, & conſerva locum per tuo nomini, & titulo Jeſu Chriſto ſignatum. Huc Pater, huc redeas, hic munera ſuſcipe noſtra, quæ tibi devoti reddere concupimus. Tibi enim Pater nobis ammodo venerande Beatiſſime Aaſane ſupplicantes ſupplicamus, ut impetres nobis famulatus apud Jeſum Chriſtum, quod in tuo nomine intelligimus. Aaſanus namque interpretatur ammodoſanus. Ergo tuis precibus, tuiſque meritis fac nos quæſumus mente, & corpere ammodo, & uſque in ſempiternum ſanos. Interea vero dum Senenſes Clerus, & Populus ad ſuam Civitatem ſic triumphantes, ſic tripudiantes cum Sacroſanctis reliquiis proximarent, multitudo inſtitorum, & Peregrinorum, qui tunc apud eos hoſpitio fungebantur, videntes magnalia, quæ fiebant ad honorem ſancti martyris, cœperunt & ipſi gratias agere ſuper his, quæ Deus operabatur per ſervum ſuum. Nam infirmi curabantur, Dæmonia fugabantur, Cæci viſum, ſurdi auditum recipiebant, & quicunque alii quibuſcunque languoribus detinebantur, quam citò ſacras contingebant reliquias, ſtatim reſtituebantur ſanitati. Porrò & ipſi Peregrini, qui de die in diem ſuperveniebant, poſtquam in Patriam ſuam regreſſi ſunt, ſinguli præconiali laude profitebantur præclara facta virtutum, quæ meritis hujus ſancti martyris Anſani eveniſſe viderant, & audierant. Unde factum eſt, quod nonnulli Populorum Lombardiæ, & de ſuperioribus Tuſciæ partibus annuatim viſitent Senenſis limina Eccleſiæ cum devotione orationum, & munerum uſque in præſentem diem. Sicut enim in diverſis Corporum membris per hujus ſancti Martyris invocationem, & auxilium recipiunt ſanitatis, . . . facturas in ejuſdem laudem, & venerationem Senam deferunt, quemadmodum ibi cernere poteſtis. Verumtamen quia tota Senenſis Civitas in excubiis die ac nocte ſacris reliquiis exhibendis ſupramodum laborabat, ſapiens, & valde diſcretum adinvenit ſibi conſilium. Inſtabat enim ſibi condenſa, & ineffabilis miraculorum jubilatio, & nimius Populorum concurſus inceſſanter undique ſuperveniebat. Quam aliam igitur Senenſis Populus de ſe ipſo inſtituit diviſionem. Cæterùm in illis quinque partitis excubiis ſic ſpatia horarum ſupputando, & calculando ſingula ſubdiviſit, ut nec uno momentorum minime quinta prima, quarta ſecundam, tertia quintam excederet, & ſanctæ reliquiæ nunquam vacarint a frequenti Cleri, & populi cuſtodia. Ad has etiam vigilias ſupplendas conveniebant cum integra devotione Monaſteria Monachorum & Monialium, Plebes, & Capellæ cum Populis ſuis, ſicut unicuiq; prædictarum quinque partium adjacebant. Quot vero, vel quanta, ſeu qualia miracula Divina Omnipotentia per Beatiſſimum Martyrem ſuum Anſanum interim ſint operata, & quot ditia dona ſuper illata ſint, ſicut manus hominis tranſcribere, ita nec lingua promere, neque commeditare ſufficit. Locus autem ille, de quo ſacrum Corpus in Urbem Senenſem allatum eſt, ſolum ſibi nomen Martyris retinuit. Translata etiam inde omni illa ubertate, quæ uſque ad id temporis ſibi præſtita fuiſſe videbatur. Senenſium vero Civitas feliciſſimis auſpiciis Patroni ſui corpus accepit. Nam ex tunc cœpit rerum affluentiis augeri, multitudine virorum, & mulierum pollere, qui ad invocationem hujus Sanctiſſimi Patroni eorum ſæpè cum paucis multos in bello triumphaliter ſuperaverunt. Denique cum jam ſpatio ferè trium annorum excubiis in digeſtum fuiſſet, ut prædiximus, Senenſis Clerus, diſponente unacum eis Gualfredo eorum Pontifice viro utique directiſſimo ſub diligentiſſima cura nobile Altare de marmoribus lapidibus compoſitum ſuper Sacroſanctas reliquias extruxere. Alterum tamen brachiorum in capſide denotabiliter ſibi reſervaverunt in defenſiones contra ignes, & fulgura. Certum eſt enim, ſicut experiendo expertum eſt, quod ad ejus brachii exhibitionem maxima incendia in Senenſi Civitate ſtatim decederunt, & in brevi extincta ſunt. Tandem aliquando miracula, quæ noſtris contigere temporibus, ſuccinctè tranſcribimus. Mulierem a Dæmonio vexatam, quod ſeipſum appellabat Nano, coram Altare Beati Anſani, liberari vidimus. Quidem dum cœnaret, bolus tam grande ſeſe oppoſuit in gutture illius, quod tam ipſe, quàm omnes amici ejus plus de morte, quàm de vita ipſius ſperabant; verùm ubi appoſitus eſt cancellis Altaris*

Beati Anſani, facta oratione, & exhibito voto, ſomno deductus eſt, & evigilans invenit ſe in ore habere interventu Beati Anſani, quod ſic coarctaverat guttur illius. Alius quidam, dum detineretur in duriſſimo compeditus carcere, & inſtaret celeberrimus dies feliciſſimæ retranslationis Beati Anſani, pia devotione invocavit eum, ut ipſe liberaret ſe de Carcere illo, in quo injuſtè miſſus fuerat. Cumque diutius pernoctaret in oratione, ecce quidam ſpecie tenus adoleſcentulus, ſubito eduxit eum de carcere, & apprehenſa ejus dextra, expoſuit ipſum extra fortiſſimas, & undique in girum concluſas munitiones. Jamdiu verò deduxit eum, donec ſuis redditus eſt amicis. Quamvis autem aſperrima hiems eſſet, & per loca valde ſentibus, & paludibus impedita nudis pedibus nocte illa pertranſiſſet; tamen Divina illum per interceſſionem Martyris ſui Anſani cuſtodia protegente nullam corporis paſſus eſt læſionem. Quædam mulier diu laboravit in ipſa urbe Sena præ ariditate brachiorum, & manuum; hæc apud reliquias Beatiſſimi Patroni Anſani integram conſecuta eſt Divina cooperante gratia, ſanitatem. Facta eſt tranſlatio Beati Anſani ad Urbem Senam octavo Idus Februarii, Henrico Imperium Romanorum gubernante, Domino Paſchali ſummæ Sedis Apoſtolicæ Pontificatum tenente, Gualfredo beatæ memoriæ Senenſis Eccleſiæ Antiſtite, Gregorio in ejuſdem Eccleſiæ canonicam Dignitatem Præpoſituræ feliciter obtinente anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

In Epiſcopatu autem Bononienſi Eccleſia eſt Baptiſmalis in honorem Beati Anſani Martyris conſecrata. In cujus ſiquidem conſecratione dum Senenſis Epiſcopus Principi in expeditione obſequeretur, interfuit. Ad hanc ergo Eccleſiam Baptiſmalem omnes circum habitantes in die natalitio jam ſæpè martyris nominati devote, & frequentiſſimè conveniunt. Erat vero eo tempore quidam Puer Matri ſuæ dilectiſſimus, qui dum luderet in quodam alto monte, ubi olim Caſtellum fuit, circa eadem loca nimis incautè proſiliens per prædicti montis prærupta cecidit, & expiravit. Quod cum mater Pueri jam nominati audiſſet, maximis vocibus plorando ſe miſeram clamare cœpit, & accipiens defuncti Pueri corpus filii ſui, ex intimo cordis affectu Omnipotentis cœpit exorare clementiam, ut per merita, & interceſſionem Beati Martyris Anſani doloris ſui tam maximi deſideratam acciperet conſolationem; factumque eſt, quod Omnipotentis pia miſeratione, & Beati Martyris Anſani interceſſione filium, quem mortuum viderat, recepit incolumem, quia exaudivit Dominus vocem pauperis, & gemitum ejus audivit. Tunc mulier pro recuperato filio omnium Creatori, & triſtium Conſolatori immenſas retulit gratias, & gratiarum indeſeſſas reddidit actiones.

Epiſcopus hic non vulgaris fuit litteraturæ, veluti ex Titio colligitur. Bartholomæus Benevolentius Gualfredi libellos in ſua Bibliotheca fuiſſe affirmat, ſed ipſe utpote Præpoſitus fortaſſe de Metropolitanæ Eccleſiæ Bibliotheca intelligit. Hodie vero vel temporis voracitate, vel Cuſtodum incuria talia hujus Viri opera non inveniuntur. Benev.)

XLIX 43 RAYNERIUS, quem alii Raynaldum appellant, Gualfredo ſuffectus eſt anno 1127(1) Hic cum Senenſes collatis ſignis, plures Piſanorum abduxiſſent in ſervitutem, in quibus erat Ubertus Piſanorum Antiſtes, ita apud victores precibus egit, ut captum Præſulem ad ſuos remitterent. Podium Bonitium Eccleſiæ ſuæ adjecit. Canonicis regularibus S. Frigidiani Lucenſis Eccleſiam S. Martini cardinalem tunc in ſuburbiis civitatis ſitam ab Olderico Præpoſito, Joanneque ſummæ ædis Archidiacono conceſſam confirmavit, anno 1168. quamdiu in ea regularis ordo viguiſſet, quem ad annum uſque 1497. in ea perſeveraſſe ſcribit Gabriel Pennotus lib. 2. cap. 20. tripartitæ hiſtoriæ. Deturbatis inde Canonicis, Eremitani Fratres S. Auguſtini congregationis Ilicetanæ tunc magni nominis viri, Eremitanam coloniam fundaturi in eam feliciter ingrediuntur. Raynerii Senenſis Epiſcopi documentum pro Frigidianis canonicis eſt hujuſmodi.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo octavo, XV. Kalendas Octobris, Indictione ſecunda. Pia poſtulatio voluntatis, effectu debet proſequente compleri. Eapropter ego Raynerius, divina providentia, ſanctæ Senenſis Eccleſiæ Epiſcopus, dilecte in Domino frater Verne Eccleſiæ S. Frigidiani Lucanæ civitatis prior, tibi, tuiſque fratribus recte poſtulantibus, ut privilegium religionis intuitu, prædeceſſori tuo Attoni beatæ memoriæ priori a nobis conceſſum firmaremus, clementer annuimus & firmius vobis, & illibatum veſtræ in perpetuum Eccleſiæ permaneat volumus, & deſtinavimus. Statuimus ergo, ut ſicut Oldericus S. Dei Genitricis Mariæ Senenſis canonicæ præpoſitus, & Joannes ejuſdem Eccleſiæ archipresbyter, tuorumque fratrum conſilio Eccleſiam S. Martini Cardinalem juxta burgum Senenſis civitatis poſitam, ejuſque Eccleſiæ xenodochium cum ſuis poſſeſſionibus, ejuſque pertinentiis omnib. Attoni Lucanæ S. Frigidiani Eccleſiæ priori, ejuſq; ſucceſſoribus conceſſerunt. Nos quoq; eorum optatu, & conſilio presbyterum Petrum clauſtralem priorem prædictæ Eccleſiæ S. Frigidiani vice præfati prioris poſtea inveſtivimus, & per noſtrum privilegium ſub proprio ſigillo, & propria manus ſubſcriptione in perpetuum valitura firmavimus. Ita nunc vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, quouſque in ea canonicus ordo viguerit, per præſentis ſcripti paginam in perpetuum valituram ſtabilimus, atque firmamus, & liberam tribuens facultatem omnium, quæ in noſtro Epiſcopatu, ſive nunc juſte poſſides, vel de cætero acquirere Dei favente gratia potueris, firma et, & illibata poſſidere noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum ſalva reverentia Epiſcopalis matricis Eccleſiæ Senenſis, ſynodi videlicet, & generalis capituli, & ut de ejuſdem S. Martini Eccleſiæ fratribus aliqui ad majorem Eccleſiam in feſtivitatibus ſanctæ Mariæ Annunciationis, & Aſſumptionis, & ut in die cœnæ Domini, atque in ſabbato ſancto Reſurrectionis veniant, & cenſum trium ſolidorum Lucenſis monetæ in feſtivitate ſancti Martini, ſi Epiſcopus illuc ad celebrandum miſſam venerit, perſolvant. Addentes prœterea, ut nulli, præter eos in ſua parochia liceat ædificare Eccleſiam, vel venerabilem domum, ſine conſenſu Epiſcopi, & canonicorum ejuſdem Eccleſiæ S. Martini voluntate, & aſſenſu. Si qua ergo eccleſiaſtica, ſæculariſque perſona hujus noſtræ inſtitutionis paginam violare tentaverit, ſui honoris periculo ſubjaceat, ac Corporis, & Sanguinis Domini acceptione indignus exiſtat, atque ultimi examinis judicio damnatus pereat. Actum quidem hoc fuit in Epiſcopatu Lucenſi in caſtro videlicet, quod vocant Caſtillione Vallis Violæ, coram Auguſtino divina gratia presbytero, & priore clauſtrali jam dictæ Eccleſiæ S. Frigidiani, & Bernardino diacono ejuſdem Eccleſiæ, & Ubaldo clerico . . jam dicti Raynerii Epiſcopi, & ſine nomine filio ejuſdem Bernardini, atque Græco camerario ejuſdem Epiſcopi.

Hanc conceſſionem Romani Pontifices confirmarunt, Alexander III. qui Priorem, Canonicoſque prædictæ Eccleſiæ a juriſdictione, & ſubjectione Epiſcopi, & capituli Senenſis exemit, Lucius

(1) Reinerius electus non fuit veluti quidam affirmare conantur anno 1127. ſed anno ſequenti, veluti in libello quodam, qui poſitus reperitur in principio cujuſdam libri Metropolitanæ Eccleſiæ, legitur. *Die quarta, & vigeſima Julii obiit Gualfredus Epiſcopus anno Domini 1127. ſed anno ſequenti Rainerius Epiſcopus, qui hunc quinternum fieri fecit, Senas venit, & eodem anno a Senenſibus captus eſt Archiepiſcopus Piſanus. Hic non primus in ſpirituali acquiſivit terram Podii Bonitii Eccleſiæ Senenſi.* Podium enim Bonitii etiam tempore Joannis Senenſem Eccleſiam, veluti matrem ſuam recognoſcebat, quin in inſtrumento apud Xenodochium n. 1150. clarè apparet Reinerium Senarum Epiſcopum concedere Rolando S. Agnetis Prioris, *quidquid felicis memoriæ Patres noſtri Joannes, Rodulphus, & Gualfredus Epiſcopi conceſſerunt. Inſuper jam dictæ Eccleſiæ dimittimus, & indulgemus, quicquid Lambardi de Seſſa pro jure Plebis Epiſcopis Matrici Eccleſiæ, aut prædeceſſoribus, dare ſolebant, videlicet penſionem, & ſervitium decimationis, & terrarum per Epiſcopos habebant, excepto quam filii Petri Lituli de Capellis 3. Quinci nobis ſolvant.* Benevolentius.

cius III. anno 1181. Nonis Novemb. Urbanus III. & Honorius III.

Raynerius deinde ceſſit vita 1170. Kal. Maji, ſepultuſque eſt in cathedrali apud matrem Sibyllam, quam paulo ante extulerat. In bulla Innocentii II. erectionis Archiepiſcopatus Januenſis ſubſcripſit Raynerius an. 1133. 14. Kal. Aprilis. * Eidem Raynerio, ac ſucceſſoribus ſuis per ſuum diploma conceſſit Adrianus IV. ut in fundo montis Bonizi, quod Guido comes B. Petro Apoſtolo elargitus fuerat, ædificare poſſet Eccleſiam, & elericos in ea ſtatuere, & ordinare. Exemplum diplomatis exſcriptum ex m. ſ. lib. quem Kaleffum Annunciatæ vocant, Archivii Reformationum civitatis Senarum, communicavit nobilis Beliſarius Bulgarinus. Tenor eſt hujuſmodi.

* Ex Arg. num. 3.

Adrianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Raynerio Senen Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, canonicè ſubſtituendis in perpetuum

Cum ex injuncto nobis à Deo ſummi Pontificatus officio, cunctis Chriſti fidelibus, debeamus nos exhibere propitios, & ipſos in ſuis poſtulationibus exaudire, præſertim fratribus noſtris Epiſcopis oportet nos paterna ſollicitudine providere, & eos in ipſa operis exhibitione ampliori affectu diligere charitatis. Quocirca venerab. in Chriſto frater Rayneri Epiſ tuis juſtis poſtulationibus gratum impartientes aſſenſum fraternitati tuæ duximus concedendum, ut in fundo, quem dilectus filius noſter nob. vir Guido comes in Montebonizi beato Petro, & nobis, qui vicem ejus, licet indigni, gerimus, dignoſcitur conceſſiſſe, liceat tibi Eccleſiam conſtruere & conſtructam ſine contradictione aliqua conſecrare, clericos quoque in ea juxta suæ voluntatis arbitrium ponere, & liberè ordinare. Sanè, ut hæc noſtra conceſſio majorem in poſterum obtineat firmitatem, auctoritatis noſtræ præſidio ipſam duximus confirmandam, & præſentis ſcripti pagina muniendam. Statuimus autem, ut quicunque de ſua diœceſi ad locum illum tranſierint in omnibus ſpiritualibus, tibi tantum, & ſucceſſoribus tuis debeant reſpondere, & eandem, quam prius in eis habeatis omnino poteſtatem. Cæterum ad hujus noſtræ conceſſionis, & confirmationis indicium unum bizantium nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & confirmationis auſu temeritatis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si qua vero in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hoc attentare præſumpſerit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Servantibus autem ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

† *Ego Ubaldus presb card tit. S Praxedis ſubſcr.*

† *Ego Manfredus presb. card tit S. Sabinæ ſubſcr.*

† *Ego Ubaldus presbyt. card tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem ſubſcr.*

† *Ego Johannes presb card. SS Johannis, & Pauli tit. Pammachii ſubſcr.*

† *Ego Johannes presb. card. tit. ſanctorum Silveſtri, & Martini ſubſcr.*

† *Ego Bernardus presbyter cardinalis tit. ſancti Clementis ſubſcripſi.*

† *Ego Johannes diac card SS. Sergii, & Bacchi ſubſcripſi.*

† *Ego Gerardus Diac Card. S. Mariæ in Via lata ſubſcripſi.*

Data apud civitatem Caſtellanam per manum Rolandi S.R.E. presb. card & cancellarii 12. Kalen. Auguſti, Indictione tertia, Incarnationis Dominicæ anno 1155. Pontif. vero Domini Adriani Papæ IV. ann. 1.

(„ Sub hoc Rayneiio Comes Ugolinus Ranucci „ anno 1151. conceſſit Epiſcopo, & Populo Senen- „ ſi terras, & poſſeſſiones, quæ pro majori parte „ hodie Epiſcopatum appellant. En inſtrumen- „ tum, quod conſervatur apud Xenodochium n. „ 423.

„ *Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti „ 1151. menſe Maji, Indictione XIV. Manifeſtus „ ſum ego Ugolinus Comes filius Ranucci Comitis, „ qualiter per hanc cartam, conventione inter nos ha- „ bita dare, & tradere nomine pignoris previdi tibi „ Rainerio Venerabili Epiſcopo ſanctæ Mariæ Senen- „ ſis Eccleſiæ omnes terras illas, & vineas, & Syl- „ vas, & Caſas, & Caſtella, & villas, & Burgos, „ quæ ego habeo, & teneo, vel alius per me aliquo „ Jure, vel titulo, videlicet a flumine Ombroni uſ- „ que ad montem Groſſols, & a flumine Meſſa, uſque „ ad Elſa, excepto Campiano, & ejus Curte. Quam „ autem terram, & vineam, & ſylvam, & Caſas, „ & Caſtella, & Villas, & Burgos ſic denominatas, „ ut prædixi in te Rainerium Epiſcopum nomine jam „ dictæ Eccleſiæ, ſucceſſoreſque tuos in integrum do, „ & trado, & concedo ad habendum, tenendum, „ regendum, colendum, fruendum, faciendum ex- „ inde Jure proprietatis quicquid volueris tu, ſucceſ- „ ſoreſque tui, tranſacto tempore, & hoc promitto „ ego Ugolinus Comes una cum meis heredibus tibi „ Ranerio Epiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus prædictum „ pignus ab omni homine defendiſſe, quod ſi eum ab „ omnibus hominibus non defenſavimus, vel ſi nos ipſi „ præfatum pignus vobis tollere, vel contendere, vel „ ſubtrahere quæſierimus ingenio qualicunque, tunc in „ duplum præfatum pignus vobis reſtituamus, quo- „ niam taliter nobis placuit. . . . prænominatus „ Ugolinus Comes, qui hanc cartam pignoris, ut ſu- „ perius legitur, ſcribere rogavit ante Eccleſiam S. „ Mariæ in præſentia Senenſes Epiſcopi.*

„ *Arnolfinus de Caſtellione, & Ritoado, & Ugo- „ linus filius Benni, & Scamiolus filius Uguccionis, „ & Paccinellus filius Tranſmundi, & Ranuccinus fi- „ lius Pacci, & Breſa filius Tracca, & Guido filius „ Arnolfini, & Martinellus filius Maizzi, & Lo- „ do, & Binardinus de Vevona, & Judicellus de „ Campriano, & Rolandinus Teſta, & Joſeph, & „ Jacop filii Aldobrandini, & Malavolta filius Phi- „ lippi & Baroncellus filius Panti, & Mariſcotto fi- „ lius Guidonis, & Aldobrandinus filius Martinuc- „ ci, & Aldobrandinus filius Guaſca, & Otius filius „ Marchiſelli, & Burnettus filius Ugolini, & Ro- „ landinus filius Benectoli, & Jordanus filius La- „ mandina, & Gilius filius Mardelma & Benardi- „ nus Arvieri rogati ſunt Teſtes.*

„ *In tali verò tenore rogavi ego jam dictus Comes U- „ golinus ſcribi hanc cartam, & poſui tibi Rainerio „ Epiſcopo in pignus jam dictas res, quod ego ab hac „ hora in perpetuo ſalvabo, & defendam perſonas, „ & avere, & bona hominum habitantium in Civita- „ te Sena, & in ejus Burgis, & bona eorum, qui cum „ eis erunt ſub fiducia eorum ubicunque potero per me, „ & per meos filios, vel heredes, qui retinuerint, & „ poſſidebunt bona mea, quæ ſunt in Senenſi Comita- „ tu. Cum autem filii mei venerint ad legitimam æta- „ tem faciant illud idem Sacramentum, quod inferius „ legitur; quod ſi facere noluerint, poſtquam inquiſiti „ fuerint infra xxx. dies per Epiſcopum, vel per Con- „ ſules, aut per balitores, ſeu Rectores jam dictæ Ci- „ vitatis, tunc proprietas prædictarum rerum penitus „ deveniat in poteſtate præfati Epiſcopi nomine jam „ dictæ Eccleſiæ, & ejus ſucceſſoribus ſine aliquo im- „ pedimento legis. Item eam ego jam dictus Comes „ Ugolinus, quam filii, vel heredes mei adjuvabi- „ mus per noſtros bonos homines Senenſem Populum de „ litibus, quas modo habet, vel in antea habebit per „ bonam fidem contra omnes homines, excepto con- „ tra Imperatorem, & Marchionem deprecando, & „ non contrariando. Et ſi aliquod damnum datum „ fuerit, excepto de Vitallia a me, vel a meis filiis, „ vel heredibus infra xxx. dies emendabimus, vel „ emendari faciemus per bonam fidem ſine fraude, niſi „ pactor emittatur. Et ego jam dictus Comes, vel fi- „ lii, vel heredes mei habitabimus in iam dicta Ci- „ vitate Sena ſingulis annis tempore pacis, vel guer-*

A
,, *ro per duos menſes, niſi impediti fuerimus aliquo*
,, *manifeſto impedimento, & poſt impedimentum ſup-*
,, *plebimus; quod ſi hæc omnia, ut ſupra legitur, ego*
,, *vel filii, vel hæredes mei non obſervaverimus, &*
,, *firmum, & ratum non tenuerimus ſine fraude, &*
,, *malo ingenio tunc proprietas liberè deveniat, in præ-*
,, *fata Eccleſia, ut dictum eſt. Hæc omnia ſicut ſo-*
,, *pra legitur, iuravit iam dictus Comes Ugolinus ſuper*
,, *ſancta Evangelia in præſentia totius Senenſis Popo-*
,, *li, & Domini Scudarolli, qui tunc regebat Se-*
,, *nenſem Civitatem iuravit dico tenere, & obſerva-*
,, *re in perpetuum ſine fraude, & malo ingenio.*
,, *Actum eſt tempore Scudacolli Domina Senenſis*
,, *Civitatis*
,, *Ego Guitto Tabellio Domini Imperatoris Fride-*
,, *rici hoc inſtrumentum, ut ſupra ſcriptum eſt, ut*
,, *melius potui, exemplavi, & complevi, & dedi.*
,, Ipſe non ultimam obiit diem Kalendis Maii an
,, no 1170. ut ſentit Ughellus, ſed die 27. ipſius
,, menſis, ut in ſupradicto libello die jam dicta le-
,, gitur. *Obiit Reinerius Epiſcopus Senarom anno Do-*
,, *mini* 1170. Benevolentius.

B
44 GUNTERONUS, quem plerumque Galfranum, Gualfredumque appellant, adlectus eſt anno 1170. Intereſt conſecrationi majoris Eccleſiæ per Alexandrum Papam III. ex Bandinella nobili familia Senenſi natum, ſolemni ritu factæ anno 1171. menſe Novembris. In eujus rei, tantique coneivis memoria Senenſes in eadem Cathedrali cœnotaphiom, una cum ſtemmate Alexandri familiæ io marmore exeitarunt.

L.

Alexander III. ex Bandinella familia
Pont. Max. reſtituta Chriſt. Rep. & Roma-
na Eccleſia pacata, Regibus, Venetiſque
de ea B. M. decoratis, hanc Virginis ædem
Deo ſacravit, nonnullis indulgentiis dita-
vit. Iogurtha Thomaſius æditus repetita
memoria M. D. XCI.

Inter Gunteeonum vero, Florentinumque Epiſcopum diuturnior lis interceſſit ob Podii Bonitii juriſdictionem,* quæ tandem accedente Alexandri III. auctoritate, & privilegio ad favorem Senenſis Eccleſiæ ſedata eſt. Alexandri diploma ita ſcriptum ex eodem libro tabularii Senenſis.

C

* Ex App. tom. 7.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. dilecto filio Gunteramo Senen electo, ciuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Communi, & ſpeciali debito, tuis cogimur petitionibus condeſcendere, & effectum congruum indulgere, ut qui tenemur univerſos in juſis juſtis poſtulationibus exaudire, tanto tibi amplius videamur eſſe propitii, quanto te, & Eccleſiam tibi commiſſam, abundantiori diligimus charitate. Eapropter dilecte in Domino fili tuis juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu Eccleſiam in monte Bonizi à b. m. Rayaerio prædeceſſore tuo in fundo videlicet quem b. m. q. comes Guido conceſſit beato Petro, & piæ recordat. prædeceſſori noſtro Adriano Papæ, de ipſius prodeceſſoris noſtri auctoritate, & conceſſione conſtructam de communi conſilio fratrum noſtrorum tibi, & tuis ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus dantes vobis liberam facultatem, ſicut idem præceſſor noſter dediſſe dignoſcitur, eandem Eccleſiam, ſine contradictione qualibet conſecrandi, & in ea clericos juxta veſtræ voluntatis arbitrium ponendi, & libere ordinandi, non obſtante retractatione, quam præfatus Præceſſor noſter ſuper hoc levi, & vano errore ductus, ea conſideratione feciſſe dignoſcitur, quod locus in Epiſcopatu Florentino conſiſtit, cum in privilegio ipſius Prædeceſſoris noſtri contineatur fundum ipſum à memorato comite ſupra fuiſſe conceſſum, & ab eodem Prædeceſſore noſtro ad Eccleſiam ibi conſtruendam ſub annuo cenſu unius bizantii tuo prædeceſſori collatum. Statuimus autem ſicut præfatus præceſſor noſter noſcitur ſtatuiſſe, ut quicumque de tua diœceſi ad locum illum tranſierit, in omnibus ſpiritualibus tibi tantum, & ſucceſſoribus tuis debeant reſpondere, & vos eandem, quam prius, habeatis in eis omnino poteſtatem. Cæterum ad hujus noſtræ conceſſionis, & confirmationis indicium unum Bizantium nobis, noſtriſque ſucceſſorib. annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæculariſque perſona, hanc noſtræ conceſſionis, & confirmationis paginam, ſciens contra eam, temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco jura ſervantibus ſit pax Dom. noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen, Amen.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
† *Ego Ubaldus Oſtienſis Epiſcopus ſub.*
† *Ego Bernardus Portuenſis, & S. Rufinæ Epiſcopus ſubſcrip.*
† *Ego Iohannes presbyter card SS. Johannis, & Pauli tit Pammachii ſubſcr.*
† *Ego Vuil. presb card tit S. Petri ad Vincula ſubſcr.*
† *Ego Boſo presb car. S Pudentianæ tit Paſtoris ſub.*
† *Ego Iohannes presb. card S Marci ſubſcr.*
† *Ego Theodoſius presb card S Vitalis Veſtinæ ſubſcr.*
† *Ego Manfredus presb card tit S Cæciliæ ſubſcr.*
† *Ego Petrus presb card. tit S Suſannæ ſubſcr.*
† *Ego Iacinthus Diac. card S. Mariæ in Coſmedin ſub.*
† *Ego Cyntius Diac. Card S Adriani ſubſcr.*
† *Ego Hugus Diac. Card S. Euſtachii juxta templum Agrippæ ſubſcr.*
† *Ego Laborans Diac. Card S Mariæ in Porticu ſub.*

Datum Anagni per manum Gratiani S R E Subdiaconi, & Notarii 10. Kal Iulii Ind 9 Incarnationis Dominicæ an. 1175. Pontificatus vero Dom. Alexandri Papæ III. anno 17.

Eodem modo, iiſdemque omnino verbis eidem Gunteramo ſuo diplomate aſſeruit Clem. III. quod etiam libet hic ad verbum exhibere, ex eodem tabularii libro.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Gunteramo Senen Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Communi, & ſpeciali debito tuis cogimur petitionibus condeſcendere, & effectum congruum indulgere, ut qui tenemur univerſos in ſuis juſtis poſtulationibus exaudire, tanto tibi amplius videamur eſſe propitii, quanto te, & Eccleſiam tibi commiſſam abundantiori diligimus charitate. Eapropter venerabilis in Chriſto frater tuis juſtis poſtulationibus, grato concurrentes aſſenſu Eccleſiam in Montebonizzi à b. m. Raynerio prædeceſſore tuo in fundo videlicet, quod bon. mem. q. comes Guido conceſſit beato Petro, & piæ recordationis prædeceſſori noſtro Adriano Papæ de ipſius Prædeceſſoris noſtri auctoritate, & conceſſione conſtructam de communi conſilio fratrum noſtrorum tibi, & ſucceſſoribus tuis ad exemplar piæ mem. Alexandri Papæ anteceſſoris noſtri concedimus, & confirmamus. Dantes vobis liberam facultatem, ſicut iidem prædeceſſores noſtri dediſſe noſcuntur, eandem Eccleſiam ſine contradictione qualibet conſecrandi, & in ea clericos juxta veſtræ voluntatis arbitrium ponendi, & liberè ordinandi; non obſtante retractatione, quam præfatus Prædeceſſor noſter Adrianus ſuper hoc levi, & vano errore ductus, ea conſideratione feciſſe dignoſcitur, quod locus ille in Epiſcopatu Florentino conſiſtit, cum in privilegio ipſius Prædeceſſoris noſtri contineatur fundum ipſum à memorato Comite ſupra fuiſſe conceſſum, & ab eodem prædeceſſore noſtro ad Eccleſiam ibi conſtruendam ſub annuo cenſu unius bizantii tuo Prædeceſſori collatum. Statuimus autem, ſicut præfati anteceſſores noſtri ſtatuiſſe noſcuntur, ut quicunque de tua diœceſi ad locum illum tranſierint, in omnibus ſpiritualibus tibi tantum, & ſucceſſoribus tuis debeant reſpondere, & vos eandem, quam prius habeatis in eis omni modo poteſtatem. Cæterum ad hujus noſtræ conceſſionis, & confirmationis indicium unum bizantium nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ con-

D

ceſſionis, & confirmat. infringere, &c. Si qua igitur, &c. Eccleſiaſtica, &c. ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiovè commonita niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen, Amen.

Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego Laborans presb. card. ſanctæ Mariæ Tranſtyberim tituli S. Calixti ſubſcripſi.

† Ego Octavianus ſanctorum Sergii, & Bacchi D. Card. ſubſcr.

† Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano D. Card. ſubſcr.

† Ego Bobo Sancti Georgii ad velum aureum D. Card. ſubſcr.

Data apud S. Quiricum per manum Moyſi Lateranenſis canonici vicem agentis cancellarii 5. Kalen. Februarii, Indict. 6 Incarnat. Dominicæ, anno 1187. Pontif. vero Domini Clementis Papæ III. an. 1.

Revocatio conceſſionis Adriani, de qua fit mentio in ſupra relatis bullis Alexandri & Clementis, facta fuit, & ſcripta ad favorem Florentini Epiſcopi 3. Non. Decemb. anno 1156. Hujus meminit vetus liber m. ſ. in membranis, quem Bollectonem vocant, ſancteque ſervant in tabulario Florentini Epiſcopatus, ubi jura, bona, & privilegia memorantur à ſummis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Principibuſque Eccleſiæ Florentinæ recenſentur. In eo legi num. 16. de Parochia Podii Bonitii hæc verba. *Qualiter Innocentius Papa III. Viſis & intellectis jurib. in cauſa vertentib. inter Epiſcopum Florentinum ex una parte, & Epiſcopum Senenſem ex alia de Eccleſia, & jure Parochiali de Monte Bonitii pronunciavit in favorem Epiſcopi Florentini ſuper facto Parochiæ anno Pontificatus 12. 13. Kal. Julii.* Originalia privilegia, & monumenta, eorundemque exemplaria, quæ eo in libro ſummatim recenſentur, fortuito igne cremata ſunt.

Lateran. deinde concilio *a* interfuit ſub Alexandro III. anno 1179. Exceſſit è vita 1189 *b*. Id. Decembris, ſepultuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

Anni ſunt Domini, trahe bis ſex, mille ducenti,
Quod tumulo corpus concluſum menſe Decembri
Eſt Gunteroni Senenſis Præſulis almi.

* Hic vero libet referre privilegium à Friderico I. Imper. conceſſum Monaſterio & Oddoni Abbati S. Eugenii prope Senas, vivente Guntero ne Epiſcopo anno 1185. exſcripto ab exemplari Archivii ejuſdem Monaſterii.

a Ubi Gulfremus Senenſis dicitur in novis Concil. editione. *b* 1188. ut conſtat ex Epitaphio. * Ex App. tom. 9.

In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis.

Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

Serenitas Imperatoriæ Majeſtatis noſtræ ex innata nobili pietate, Eccleſias Dei, & Eccleſiaſticas perſonas libenter fovere conſuevit, & regere, & eis jura ſua debite in honore conſervando, injurias & onera, quibus ab iniquitate malignantium aporiari ſolet alleviare: quatenus ſuffragiis orationum ſuarum in conſpectu divini Judicii accipere poſſimus meritum æternæ retributionis. Eapropter cognoſcat tam præſens ætas fidelium Imperii, quàm ſucceſſiva poſteritas, quod nos attendentes honeſtatem, atque religioſam converſationem fidelis noſtri Oddonis Venerabilis Abbatis Monaſterii S. Eugenii, quod eſt ſitum in Comitatu Senenſi, in loco qui dicitur Pilodianus, nihilominus quoque commendantes ordinem, & vitam Congregationis ejus, ipſum Abbatem cum monaſterio & perſonas inibi Deo dicatas præſentes, & futuras, & omnia eorum bona mobilia & immobilia, quæ nunc habent, vel impoſterum, autore Domino, juſtè poterunt adipiſci, ad imitationem prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Henrici Imperatoris III. aliorumque divorum Regum & Imperatorum ſub protectione defenſionis noſtræ ſuſcepimus, & cum eorum privilegiis, nominatim eccleſiam S. Petri quæ dicitur Campus, cum omnibus appenditiis ſuis, & curte Drovinciana, Eccleſiam ſancti Sabini cum corticella, in Andrina, & in Citinella, & in Guagona, & Eccleſiam S. Petri in Arganello cum appenditiis ſuis, in Tatiano, in Grigi: & Eccleſiam S. Michaelis Archangeli in Verounula & in Ticali cum appenditiis earum: Eccleſiam quoque ſanctæ Cæciliæ in Meadina: Eccleſiam S. Angeli in Nucinola, in Centina, in Calcino, & curte in Velcona; Terram in Tavina & in Arbiola: Eccleſiam S. Agnetis, Eccleſiam ſancti Petri in monte Sinderi, & curte de faſtine cum ipſa poio: eccleſiam S. Anaſtaſii in Paginaria cum curte, quæ eſt in plebe de ſancto Petro in Valle: eccleſiam S. Angeli in Vajano Eccleſiam S. Angeli in Certano: Eccleſiam ſancti Petri in Barcinitulo cum ipſo poio in Cerralia: eccleſiam S. Pauli in Burgho de Sena: Eccleſiam S. Miniati: Eccleſiam ſancti Archangeli, & medietatem eccleſiæ S. Romuli cum omnibus appenditiis & utenſilitatibus earum; & locum S. Auguſtini, in quo Caſtrum ædificatum eſt: Terram de Curſinano, & duos manſos in Campriano, concedimus eis, & Imperiali auctoritate confirmamus ſalva in omnibus dignitate Imperialis Juſtitiæ. Ad hæc annuimus eis, & auctoritate noſtra firmamus, ut incolæ præſcripti Monaſterii decimationes de manſis, terris, vineis, & de omnibus rebus ad prædictum monaſterium pertinentibus, ſicut hactenus anteceſſores ipſorum (propitio prædeceſſore noſtro Henrico invictiſſimo Imperatore) viſi ſunt habuiſſe, ſæpe dicto monaſterio dare non recuſent. Inſuper ad augmentum Imperialis gratiæ ſæpe dicto Abbati & ſucceſſoribus ejus indulgemus, ut juramentum calumniæ per advocatum in animam ipſius advocati, in cauſis Monaſterii ſui in agendo & excipiendo poſſint exhibere, ita quod adverſario non liceat adverſus eos eodem jure uti, niſi iis quibus lex Henrici Divi Imperatoris ex officio Eccleſiaſticæ profeſſionis indulſit. Ad hæc etiam concedimus eis, ut libellarias poſſeſſiones, & emphyteoticas, penſione per triennium non ſoluta, per ſanctionem legum liceat recuperare.

Inhibemus etiam ne præſignificatus advocatus poſt præſtitum ſacramentum calumniæ poſſit ſibi propter hoc aliquod jus in Monaſterio uſurpare. Ut autem hoc noſtræ Celſitudinis edictum ratum conſiſtat, & omni ævo inconvulſum permaneat, præſens inde privilegium conſcribi juſſimus, & Excellentiæ noſtræ ſigillo communiri, Statuentes, & Imperiali auctoritate ſancientes ut nullus Dux, nullus Marchio, nulla civitas, nullum commune, nulla denique perſona humilis vel alta, ſæcularis vel Eccleſiaſtica, hanc noſtræ conſtitutionis paginam audeat violare, nec aliquibus calumniarum injuriis, ſeu damnis præſumat attentare; Quod qui fecerit in ultionem præſumptionis ſuæ componat centum libras auri puri, dimidium Imperiali Cameræ, & dimidium injuriam paſſis. Hujus rei teſtes ſunt,

Conradus Maguntinus Archiepiſcopus Gulielmus Aſtenſis Epiſcopus. Bonifacius Novarienſis Epiſcopus Fridericus Præpoſitus de Argcatina. Otto Bellus, Groſſus, Albertus Ferrarienſis Judices Imperialis Curiæ. Rodulfus Camerarius.

Signum Domini Friderici Romanorum.  *Imperatoris Invictiſſimi.*

Ego Gotifridus Imperialis aulæ Cancellarius vice Filippi Colonienſis Archiepiſcopi & Italiæ Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1185 Indictione 3. regnante D. Federico Romanorum Imperatore Glorioſiſſimo: anno regni ejus 33 Imperii vero ejus 31. Datum apud Montem Alcinum ſexto Idus Auguſti feliciter Amen.

(„ Gunteramus electus fuit anno 1176. non anno
„ 1170. veluti credit Ughellus. Hoc anno Alexan-
„ der III. huic Epiſcopo epiſtolam mittit, quæ ſic

„ in-

„ incipit. *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Guntarama Senarum electo.* Pontifex hic in ſequenti Bulla, quæ in Reformationum Archivio ſolio 78. veteris Caleffi habetur, Senenſis Epiſcopatus terminos deſcribens ita ait. *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Conſulibus, & Populo Senenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex tenore publici Inſtrumenti nobis exhibiti, & relatione dilecti filii noſtri Plebani ſanctæ Agnetis plenius intelleximus, quod in compoſitione pacis veſtræ, & Florentinorum, iidem Florentini Eccleſiæ, & Civitati veſtræ reſignaverunt, quicquid infra terminos Epiſcopatus veſtri continetur, & reſignationem ſuam juramentis, & inſtrumentis publicis roborarunt. Ut autem de terminis inter vos, & eos contentio in poſterum nequeat ſuſcitari, ipſos vobis auctoritate Apoſtolica confirmari, at conſtanter, & ſollicitè poſtulaſtis, quos duximus propriis vocabulis exprimendos; Vallem Sen. Stratam poce, montem bifunicum, Aſtragum de Cagnano, ubi fuit Eccleſia S. Damiani. Gallianum. Caſtellum pinungum. Foſſatum de Bolſano. Pelagus Stregas. Prunum de Campo tatoli. Podium S. Mariæ. Pium ferreum. Bucone Georgii. In Ciparello duos terminos, unum juxta Eccleſiam, alium prope Domum filiorum Malaren. & terminos Plebis S. Agnetis, videlicet donicatum in Ciſpiano quondam Soſti. Rivum Joannis, qui currit ad pedes Mortennani, & Donicatum ipſius Plebis in Villole. Domum quondam filii Leoli in monte, ut ſuit cornus fontem in Strata & terminos ſupra deſignatos in Ciparello, Valle Senenſe, & Stratam Poti, & Plebem Sanctæ Agnetis in Podio Bonizi cum Populo ejuſdem Plebis rebus aliis aſſignatis. Nos itaque veſtris juſtis poſtulationibus benignius inclinati, & de Concordia veſtra gaviſi compoſitione inter vos, & Florentinos de aſſenſu Partium, conſentientibus Venerabili fratre noſtro Florentino Epiſcopo, & dilecto filio Senen. electo facta, & juramentis, & cartis hinc inde firmata, & receptam inter vos ſupradictos, & quicquid intra ſe conſiſtit, ſicut Inſtrumentis publicis continetur, Eccleſiæ, & Civitati Veſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripto patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtram confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Data Laterani xvi. Kalend. Junii.*

„ *Ego Joannes Judex exemplar ſicuti vidi in privilegio ita fideliter ſcripſi, nec plus, nec minus ſuperimpoſui.*

„ Ab anno 1170. ad annum 1176. credendum non videtur Eccleſiam Senenſem proprio viduatam fuiſſe Paſtore, imo conſiderans Ughellum pluribus, variiſque nominibus appellaſſe Epiſcopum hunc pro certo habeo non omnia hæc nomina ejuſdem Epiſcopi fuiſſe.

„ Ipſe Monachis Camaldulenſibus Roſæ donationem Capellæ S. Chriſtinæ confirmavit anno 1181. veluti aſſerit Pater Bondelmontius, & Auguſtinus Monachus Camaldulenſis in ſuæ Religionis hiſtoria. Anno autem 1186. cum Comitibus Ardeoghenſibus, ac Gulieſchis litem habuit; huic cauſam dederunt Podium Lucinianenſe, ac Mons Caprilis, veluti clarè apparet in Inſtrumento Xenodochii n. 1046. Hic non obiit 1189. ut aſſerit Ughellus, ſed anno 1188., veluti legitur in libello Metropolitanæ Eccleſiæ,

„ cujus ſupra memoriam fecimus. *Benevolentius.*)

45 M. BONUS a unus ex primis Monachis, qui S. Galgani cœnobium ordinis Ciſtercienſis incoluerunt (1) vir doctus, & ſanctimoniæ vitæ præclarus, invitus a Clemente III. Epiſcopus Senenſis declaratus eſt 1189. Abbatia de Turri potitus eſt. Hic Cathedralem conſecravit, condiditque ſepulchrum ſuorum ſucceſſorum, in quo decedens ſepultus fuit anno 1216. Kal. Novembris cum hoc epitaphio. LI.

Pontifices ſacri Senenſes hic tumulantur
Subrepti cœlo cum ſanctis ſanctificantur.
Quod fuerant, non ſunt, ſed tamen carne futuri
In regno Pacis cum ſanctis ſunt fruituri.
Cœtibus angelicis feliciter aſſociantur:
Atque beatorum ſibi cœlica regna parantur.

46 BONFILIUS adlectus eſt anno 1216. Hic ſaluberrimas tulit leges, ut clerum ſuum quam emendatum haberet, quarum meminit Titius in ſuis hiſtoriis. Hunc ob probitatem morum, vitæque ſanctimoniam cum Martino Archidiacono, Bandinoque Primicerio Romam vocaſſet Gregorius IX. voluit apud ſe in aula Romana commorari; quorum Martinus Vicecancellarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ effectus eſt, Bandinus autem Apoſtolicarum literarum corrector. Martinus extremam clauſit diem Reſurrectionis Dominicæ anno 1232. Bandinus vero ad patriæ inſulam aſcendit ſub Gregorio X. ut infra videbimus. Bonfilius autem diligens Eccleſiæ ſuæ Antiſtes, cum didiciſſet Albigenſium impietatem Senas è Galliis a quibuſdam ejuſdem ſectæ novatoribus delatam, altas radices egiſſe, indoluit, ſtuduitque omni prorſus labore eam ex urbe eliminare. Fretus itaque Prædicatorum, Minorumque Fratrum auxilio illam ex voto jugulavit, præcepitque eoſdem Fratres, quibus intra civitatem locum deſignarat, favorabili procuſo diplomate Quæſitores fidei eſſe. Quod ego originale diploma membranaceum cum ſigillo Bonfilii obſignatum elapſis annis Lucæ Vaddingo Annalium Fratrum Minorum diligentiſſimo, eruditiſſimoque ſcriptori dono dedi. LII.

Noningentos Senenſes cives ſelectos ſua prædicatione Bonfilius excitavit ad ſacrum bellum contra Sarracenos, illoſque adſtante Ugolino Epiſcopo Card. Oſtienſi Honorii III. Hetruriæ legato, cruce ſignavit, tradiditque Guidoni Palatio ſtrenuo duci Alexandri III. conſanguineo, & in Orientem ſuppetias allaturos ſubmiſit, Honorii Pontificis incredibili gaudio, qui Senenſem populum in crucis inimicos per ſequentem epiſtolam ſuccenderat, quæ extat apud Jugurtham Thomaſium lib. 2. Senenſis hiſtoriæ.

HONORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Dilectis filiis poteſtati, & populo Senenſi ſalutem,
& Apoſtolicam benedictionem.

Inter cæteros noſtræ mentis affectus, qui ſibi varii ſuccedentes animum rapiunt in diverſa, præcipuo, & ſingulari deſiderio ſalubriter anxiamur, quomodo exercitui Chriſtiano militanti feliciter in partibus tranſmarinis efficaciter ſuccurratur. Exurgens namque Dominus miſereri Sion, quia venit tempus miſerendi ejus, fidelium dexteram exaltavit, & uſque adeo exterruit inimicos, quod Terram ſanctam, & circumſpectam regionem dimiſere deſertam, & alias devicti multoties vix audent Chriſtianis occurrere, Chriſto ejus in adjutorium exiſtente. Sed quanto Chriſtianus exercitus validius proficit contra illos terras eorum viriliter occupando, tanto ſuccurſu indiget potiori, ut qui neceſſe habet occupatus probos deputare cuſtodes, nec tutum eſt eis dividi ad terram, quam illi deſeruerunt, habi-

a Huc præcipit Honorius III. centuras ferre in Poteſtatem, ut quædam ſtatuta in ſubverſionem Eccleſ. libertatis edita retractaverunt.
c Gratium de fruct. canon.

(1) Bonum Ciſtercienſis Ordinis fuiſſe non arbitror, ſed potius unum ex Senar. Canonicis, & ipſum fuiſſe puto, de quo in memorato libello Metropolitanæ Eccleſiæ legitur. *Obiit Presbyter Guido Canonicus, pro cujus anima promiſit Magiſter Bonus, qui poſtea fuit Epiſcopus Senarum, annuatim de re undecim ſolidos.* Ipſe anno 1189 tempore Juti Abbatis ſanctæ Muſtiolæ ex ordine Vallumbroſæ cum aliis Epiſcopis interfuit dictæ Eccleſiæ conſecrationi, quæ denuo reficiebatur, veluti luculenter demonſtrat Titius. Idem a Clemente Pontifice Bullam obtinuit, qua mediante ſummum bonum protectionem ſuſcipiebat, quam Senarum Reipublica ſub Epiſcopatus nomine nuncupari valebat. Epiſcopus hic ſumma præditus erat eloquentia, veluti quiſque ſuæ poteſt ſatisfacere curioſitati epiſtolam legens Regi Othoni ab ipſo miſſam, cujus exemplar in Metropolitanæ Eccleſiæ Archivio aſſervatur, ſic incipit. *Epiſtola B. Sen. Epiſcopi miſſa Regi Ottoni. Reverendiſſimo Domino Ottoni Dei gratia glorioſiſſimo Romanorum Regi, & per virtutem Orientis ex alto de inimicis potentiſſimo Triumphatori Bonus immeritus Senen. Epiſcopus ſuorum fidem, integram devotionem, & continuas orationes ad Dominum.* Epiſcopi hujus mors accidit die 25. Octobris, ut in jam dicto libello legitur. *Anno Domini 1213. obiit Bonus Senen Epiſcopus.* Benevolentius.

bitandam, quia cum fortitudo totius in partibus conſiſtat en diviſione hujuſmodi univerſitatis, debilitas inevitabiliter ſequeretur, & ſic poſſet error pejor priore non immerito formidari. Unde cum tantum Chriſti negocium tot initiatum laboribus, & expenſis, tot promotum ſtudiis, & virtutibus, & tot Chriſti Martyrum ſanguine dedicatum, uſque adeo dentera Domini faciente virtute profecerit, quod jam in manibus, quaſi felicem finem, & glorioſum exitum habeamus, niſi, quod Deus avertat, in ultimo inſtanti refrigeſcente charitate fidelium enerviter deſeratur, quod eſſet totius populi Chriſtiani opprobrium ſempiternum, & deſperatio talis, quod vix unquam auderet aliquis de cætero diebus noſtris reſumere tantum opus. Quis audebit in hoc articulo gratis oblatam negligere gratiam, & Chriſti cauſæ deeſſe, a quo eſſe habet, & poſſe? Sperantes igitur, ut Apoſtolicis exhortationibus exciti & remiſſionibus peccatorum inducti, & mercede ſupernæ retributionis illecti ad militandum Domino exurgatis viriliter, & potenter, venerabilem fratrem noſtrum Oſtienſem Epiſcopum, virum utique plenum gratia, & fortitudine, ac Deo & hominibus gratioſum ad opus miniſterii hujus, commiſſo ſibi pleniſſimo legationis officio, providimus deputandum. Quocirca univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur per aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti, & in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, quatenus recipientes eundem humiliter, & devote, ipſius ſalubria monita, & mandata univerſi, & ſinguli ſtudeatis efficaciter adimplere, credentes indubitanter quæcumque vobis ex parte noſtra duxerit exponenda. Hoc autem a communi veſtro ex parte Dei pro dono ſpeciali petimus, ut aliquem certum numerum militum, ex parte communitatis in Terræ ſanctæ ſubſidium deſtinetis, ut ſic ſinguli Chriſto auxilium impendere videamini opportunum. Et nos vobis ex hoc conſtituamur in Domino debitores.

Dat. Laterani 3. Id. Martii.

Eccleſiam Eremi in ſylva lacus, nunc Illectum cœnobium vocant, in honorem B. Virginis, S. Benedicti Abbatis, aliorumque ſanctorum conſecraſſe Bonfilium oſtendunt ejuſdem cœnobii monumenta, pro qua dedicatione eidem Epiſcopo Gregorius IX. ſequentem ſcripſit epiſtolam ad fidelium pietatem excitandam.

GREGORIUS PAPA NONUS

Venerabili fratri Epiſcopo Senenſi, &c.

Cum Eccleſiam eremiticam in ſylva lacus dedicare diſponas, præſentium tibi auctoritate concedimus, ut indulgentiam, quam de more facturus es iis, qui in die dedicationis, & anniverſario ipſius Eccleſiæ, vel infra competentem terminum quantum duxeris præfigendum perſonaliter cum debita devotione ad ipſam accedent, extendas non ſolum ad eos, qui tibi ſunt lege diœceſana ſubjecti, ſed etiam ad quoſlibet alios illuc perſonaliter acceſſuros.

Datum Laterani Nonis Februarii.

Cæterum Bonfilius cum triginta ſex annos Senenſem adminiſtraſſet Eccleſiam cunctis merentibus fato functus anno 1252. Kal. Decembris; ſepultus eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

Senenſis Præſul Bonfilius obiit annos
Quinquaginta duos poſt mille, fereque ducentos.

(„*Sub Bonfilio Senis admiſſa fuit Servorum B. Ma-*
„ *riæ Religio anno 1239. veluti aſſerit Pater Bondel-*
„ *montius ipſius Religionis. Epiſcopus hic ſummæ fuit*
„ *æſtimationis apud Gregorium IX. quod quidem fa-*
„ *cile colligi poteſt ex eodem libercalo Metropolitanæ*
„ *Eccleſiæ, in quo de illius electione, & æſtimatione*
„ *ſic legitur.* Anno Domini 1216. redit Dominus
„ B. Senarum conſecratus Epiſcopus, quando pri-
„ mum miſſam cantavit in Epiſcopali Eccleſia,
„ qui conſecratus fuit 4. Idus Aprilis a Domino In-
„ nocentio Papa III. in Eccleſia S. Mariæ Majoris
„ in die Reſurrectionis.
„ *Et alibi ſecunda die Novembris legitur.* Anno
„ Domini 1227. Bonfilius Senenſis Epiſcopus ivit
„ Romam cum M. Archidiacono ſuo, & Magiſtro
„ Bandino Primicerio, & aliis pluribus vocatus a
„ Domino Papa Gregorio cum aliis Epiſcopis de
„ Tuſcia, & tunc remanſit ibi dictus M. Archi-
„ diaconus pro vicecancellario, & Magiſter Ban-
„ dinus pro Correctore literarum Domini Papæ.
„ *Anno 1237. ipſe ad Xenodochii Senarum utilita-*
„ *tem indulgentiam concedit, & anno 1250. juxta il-*
„ *lud, quod aſſerit P. Bondelmontius in ſuis inedi-*
„ *Miſcellaneis, ut Vicelegatus Apoſtolicus in Tu-*
„ *ſcia pro Petro Diacono, & Cardinali S. Gregorii*
„ *conceſſit, ut Florentiæ ædificaretur Templum, &*
„ *ſub titulo Annunciationis Beatiſſimæ Virgini dica-*
„ *retur.*
„ *Hic anno 1224. Capitulo Senarum varias poſſeſſio-*
„ *nes concedit, & quod Leo, & Gualfredus Sena-*
„ *rum Epiſcopi Capitulo reliquerant, confirmavit, ve-*
„ *luti apparet in ſequenti Inſtrumento Eccleſiæ Me-*
„ *tropolitanæ n. 984.*
„ *Bonfilius Divina Providentia Senenſis Epiſcopus*
„ *Venerabilibus in Chriſto fratribus Hugoni Præpo-*
„ *ſito Eccleſiæ Senenſis, ejuſque fratribus tam præ-*
„ *ſentibus quam futuris canonicè ſubſtituendis in per-*
„ *petuum. Officii noſtri nos admonet, & invitat au-*
„ *ctoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum*
„ *quieti, & tranquillitati ſalubriter auxiliante Deo*
„ *providere. Dignum namque, & honeſtati conve-*
„ *niens eſſe dignoſcitur, ut qui ad earum regimen, Do-*
„ *mino diſponente, aſſumpti ſumus, eas, & a pravo-*
„ *rum hominum nequitiis tueamur, & B. Mariæ Vir-*
„ *ginis, atque Epiſcopalis auctoritatis privilegio mu-*
„ *niamus. Eapropter dilecti in Domino fratres ve-*
„ *ſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, &*
„ *Prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Leonis,*
„ *Gualfredi, & aliorum Senenſium Epiſcoporum ve-*
„ *ſtigiis inhærentes præfatam Eccleſiam, in qua di-*
„ *vino eſtis obſequio mancipati, ſub Beatæ Mariæ Vir-*
„ *ginis, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis*
„ *ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſ-*
„ *cunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccle-*
„ *ſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut*
„ *in futurum conceſſione Pontificum, largitione Re-*
„ *gum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis*
„ *juſtis modis, præſtante Domino . . . . fir-*
„ *ma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata per-*
„ *maneant. In quibus hæc propriis duximus exprimen-*
„ *da vocabulis. Locum ipſum, in quo præfata Eccle-*
„ *ſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis; Canoni-*
„ *cam ſanctæ Mariæ Virginis cum pertinentiis ſuis;*
„ *Canonicam S. Martini de Caniſgiano cum omnibus*
„ *pertinentiis ſuis, Capellam ſancti Stephani in eodem*
„ *Caſtello cum omni Jure, quod habetis in ipſo Caſtel-*
„ *lo, & Curte, & in earum adjacentibus locis. Caſtel-*
„ *lum de monte Chiaro cum Capella cum omnibus per-*
„ *tinentiis ſuis, Capellam ſancti Petri in vico cum*
„ *omnibus pertinentiis ſuis, & omni Jure quod habe-*
„ *tis in eadem Villa. Quidquid Juris habetis in Ple-*
„ *be ſancti Juſti de Caſciano. Quidquid Juris habetis*
„ *in Capella ſanctæ Columbæ, & in villa de Roſcia-*
„ *no. Quidquid habetis in Plebe de Coppiano, & in*
„ *Plebe de Ancajano. Patronatum, & Jus, quod ha-*
„ *betis in Eccleſia ſancti Angeli de Vico. Patrona-*
„ *tum, & Jus quod habetis in Eccleſiam ſancti Joan-*
„ *nis de Cerreto, & Canonica ſancti Petri de Cerre-*
„ *to, & in Eccleſiam ſancti Stephani, & Capella*
„ *ſancti Chriſtophori . . . . cum Capella S.*
„ *Angeli de Miſciano. Item Jus, & Patronatum,*
„ *quod habetis in Eccleſiam de Valiano & in Capella*
„ *de Petriolo, & in Capella S. Mariæ de Lamino, &*
„ *in Capella de Leonina. Patronatum Plebis veſtræ*
„ *Civitatis acquiſitum a Malaſtruze, ſive ab quibus*
„ *aliis, & Jus quod habetis in eadem. Hoſpitale,*
„ *quod habetis ante gradus Eccleſiæ Majoris a vobis*
„ *conſtructum cum omnibus pertinentiis ſuis. Cuſto-*
„ *diatum ipſius Eccleſiæ Veſtræ, Secretarium, Guar-*
„ *dingum, Decimationes hominum habitantium in*
„ *veſtra Civitate, & Burgis ejus, ab Eccleſia ſcili-*
„ *cet ſancti Baſilii uſque ad Taſcem Caſtelli de Mon-*
„ *tone, & uſque ad Portam Caſtelli Vetris, & omnia,*
„ *quæ Leo quondam Senenſis Epiſcopus Prædeceſſori-*
„ *bus veſtris pia largitione conceſſit, ſicut in ejus ſcri-*
„ *pto autentico continetur; & quidquid tam a Gual-*
„ *fordo, quàm ab aliis Senenſis Eccleſiæ quondam*
„ *Epiſcopis Prædeceſſoribus noſtris, ex publicæ ſcriptu-*
„ *ræ notitiam vobis rationabiliter noſcatur eſſe conceſ-*

ſum. Praterea Parochiam, quam vobis extra Portam de Stallo Regis conceſſimus cum licentia, & auctoritate ædificandi Eccleſiam in eadem. Libertates etiam, & omnes dignitates, & antiquas, & rationabiles veſtras conſuetudines præſenti decreto integras, & illibatas eſſe ſancimus. Ordinationes quoque Eccleſiarum veſtrarum ſicut, eas hactenus habuiſtis, devotioni veſtræ Epiſcopali auctoritate confirmamus. Statuimus etiam, ut Capellani Eccleſiarum, quæ ſunt in Civitate veſtra, & ejuſdem Burgis conſtituta in Dominicis diebus, in Nativitate Domini, Epiphania, ſolemnitate Paſchali, in Rogationibus, Aſcenſione, Pentecoſten, in feſtivitatibus Beatæ Mariæ, ſancti Joannis Baptiſtæ, & in Dedicatione Eccleſiam veſtram viſitent, & Proceſſionibus veſtris interſint. Inſuper tam ipſi, quam alii Capellani & Clerici de Maſſa Plebis veſtræ Civitatis in initio majoris Quadrageſimæ, & in proxima ſexta feria ejuſdem hebdomadæ ad Capitulum veſtrum veniant, & ad ſcrutinium certis, & ſtatutis diebus & ad Baptiſmum in Sabbato Paſchali, & Pentecoſten celebrandum occurrant. Præterea Eccleſiaſticæ libertati pro noſtri officii debito intendentes Canonicam veſtram, & Miniſtros ejus Clericos ab exactionibus Laicorum abſolvimus, & ne vobis invitis a Conſulibus, vel aliis Laicis talia, vel alia exactio imponatur ſub terminatione anathematis prohibemus. Liceat quoque vobis in cauſis veſtris ſindicum idoneum conſtituere, qui cauſas ipſas agere, & in anima ſua ſubire valeat calumniæ juramentum. Sepulturam quoque ipſius Eccleſiæ liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen Juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Addicimus inſuper, ut ſi aliquem Parochianorum veſtrorum apud aliam Eccleſiam contigerit eligere ſepulturam, quarta vobis Teſtamenti portio conferatur. Ad hæc auctoritate præſentis ſcripti ſtatuimus, ut ſi ad aliquam ſepulturam fueritis invitati, abſente Epiſcopo per Archipreſbyterum, vel per alium Preſbyterum Canonicum in exequiis illius defuncti ſolemnis miſſa ſine contradictione aliqua celebretur, & in his, quæ oblata fuerint, ſolita vobis & ſucceſſoribus veſtris reverentia impendatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, & omnia illibata, & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum auctoritate & debita reverentia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit ream ſe Divino Judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine Divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua Jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Datum Senis in Palatio Epiſcopali, præſentibus Hugone Præpoſito, M. Archidiacono, Magiſtro . . . . Bono, & Domino Lambertino & Ugerio Canonicis Senenſibus, & Arnolfino ſcriba Domini Epiſcopi anno Domini 1224. Indictione XII. die xv. Kalend. Junii, reſidentibus Honorio Papa Tertio, & Federico Imperatore Romanorum, & ſemper Auguſto,

Hujus leges, quas ad Eccleſiæ ſuæ bonum regimen dedit, noſtris etiam temporibus in Metropolitanæ Eccleſiæ tabulario reperiuntur; ſed tempus in mſſ. plura verba exedit, & obliteravit, & ſunt.

In nomine Domini Amen. Anno Domini 1232. die 3. Idus Martii, Indictione . . . Nos Bonfilius Dei gratia humilis Senenſis Epiſcopus. In primis ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes Prælati, & Sacerdotes in officiis, & eundo per Civitatem habeant, & deferant ſuperana indumenta clauſa. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod alii Clerici, qui ſunt Canonici in Plebibus, & in Capellis Civitatis habeant in officiis veſtimenta ſuperana clauſa. Item ſtatuimus, quod ſervitores in Plebibus, in Canonicis, & in Capellis Civitatis habeant in officiis veſtimenta ſuperana clauſa. Item ſtatuimus, quod Servitores in Plebibus, in Canonicis, & in Capellis Civitatis habeant tonſuram Clericalem, & quando ſerviunt Altare, videlicet cum legunt epiſtolas, offerunt Calicem, & dant incenſum, habeant Cappam, vel Cottam. Item ſtatuimus, quod in Plebibus, Canonicis, & Capellis Civitatis in matutinis, in Miſſis, & in Veſperis, ſcilicet quando fuerit ibi Populus ſolemniter quicunque inceperit officium, habeat Cottam, vel Cappam, vel Camiſiam, vel ghramellum clauſum ſuperius, & hæc præcipimus ſub pœna lati Interdicti obſervare. Alii habeant Veſtimenta ſuperiora clauſa cum pellibus affiblatis, ut deportant tam in Eccleſia, quam in Clauſtro, & Refectorio, & ad legendum epiſtolam, vel lectionem, vel ad ſerviendum Altari in Plebibus, Canonicis, vel Capellis Civitatis, niſi ſit tonſuratus in Cappa, vel Cotta nullus accedat. Item nullus Prælatus de Civitate recipiat aliquem in oblatam, vel Converſam ſine concurrentia Epiſcopi de acceptatione, de quibus ſuſpicio eſt, vel oriri poteſt, non moveant de toto Cimiterio, & Circuitu Eccleſiæ, ſed illam, ex quibus filius, vel filium procreaverint, removeant de tota Parochia, alias vero mulieres nullo modo admittere ad ſervitia ſua in domibus ſuis, niſi invalida, ſive gravi infirmitate.

Item præcipimus, quod nullus Clericus portet veſtem de viridi panno, vel rubro.

Item præcipimus, quod nullus Clericus neget hoſpitalitatem Pauperibus ſecundum facultates ſuæ Eccleſiæ.

Item præcipimus, quod nullus Clericus recipiat Tutelam, vel Curam, nec interſit choreis, vel commixtionibus nuptiarum.

Item præcipimus, quod nullus Clericus ludat ad Tabulas, vel quoquomodo cum taxillis, vel ad ſcacos in Plateis, vel in viis publicis, & qui contrafecerit, ſit interdictus, & ſi perſeveraverit, excommunicatus.

Item præcipimus, quod nullus Clericus portet arma mortifera, nec etiam arma defenſionis ſine licentia ſui Epiſcopi; & quod nullus Clericus ſine juſta, & rationabili cauſa ſit nocturnus, & quod nullus Clericus fidejubeat pro aliquo ſine licentia Epiſcopi.

Item præcipimus, quod nullus Clericus intret Tabernam, vel loca ſuſpecta, unde honeſtati Clericali poſſit rationabiliter detrahi.

Item præcipimus, quod nullus Clericus faciat Compatrignum ſine licentia ſpeciali ſui Epiſcopi.

Item præcipimus quod nullus Sacerdos recipiat aliquam mulierem ad confeſſionem, niſi in loco publico in Eccleſia, & quod non plures ſimul, ſed ſingulariter audiat quamlibet, & examinet diligenter.

Item ſtatuimus quod omnes Clerici, & præcipue qui ſunt in ſacris ordinibus conſtituti tonſiones, & Coronas ſuis ordinibus deferant competentes.

Item ſtatuimus quod nullus Clericus patiatur joculatores tempore officii in Eccleſia joculari, nec cum Clericis in menſa comedere.

Item præcipimus in virtute obedientiæ Plebanis, & Prioribus, qui habent Capellanos publice tenentes focarias, ut infra quindecim dies poſtquam ſancitum denunciare nobis, & ſi poſt trinam admonitionem eas non rejecerint, ab Eccleſia ejiciamus eos.

„ Item

„ *Item præcipimus, quod nullus Prælatus retineat*
„ *Clericum alterius Epiſcopatus ſine litteris Epiſ-*
„ *copatus ſive literis commendatitiis.*
„ *Item præcipimus quod nullus Clericus . . . vadat*
„ *niſi invitatus.*
„ *Item præcipimus quod nullus Clericus aliquas Di-*
„ *vinationes faciat.*
„ *Item præcipimus quod Sacerdos ad minus addiſcat*
„ *. . . peccata mortalia, & modum pœnitentiæ, ut*
„ *ſciat diſcernere inter . . . lepram, & lepram,*
„ *& ſolvere, ac ligare.*
„ *Item ſtatuimus quod Altaris Veſtimenta ſint mun-*
„ *da, & palla, & Corporalia ſaltem bis in anno la-*
„ *ventur, & Corpus . . . & tuto loco ponatur,*
„ *& non ſub . . . ſed publicè cum reverentia*
„ *deportetur ad communicandos Infirmos.*
„ *Item præcipimus quod Prælati libros habeant com-*
„ *petentes, & alios circa cultum Altaris, & orna-*
„ *tam Eccleſiæ prius . . . quàm corporum ſuo-*
„ *rum vel aliarum. . . . . ut Deo, qui totum*
„ *dat, ſaltem aliqua pars reddatur.*
„ *Item præcipimus, ut Sacramentum . . . .*
„ *Chriſti, & Redemptoris noſtri immediatè conficia-*
„ *tur Altaris, nam Chriſtus pro toto oblatus eſt mun-*
„ *do. Ad quod Sacramentum conſulimus, ut qui-*
„ *quam Sacerdos et ſi minus dignus non tamen indi-*
„ *gnus accedat, quia Dominus eſt.*
„ *Item præcipimus, quod Sacerdotes. . .*
„ *Item præcipimus, quod nullus Sacerdos, vel Cle-*
„ *ricus loquatur cum. . . ſuper Altare, vel cir-*
„ *ca, nec.*
„ *Item præcipimus, quod nullus Clericus.*
„ *Item præcipimus quod nullus Prælatus faciat ali-*
„ *quam venditionem alicujus poſſeſſionis ſine licentia*
„ *Epiſcopi.*
„ *Item præcipimus, quod nullus Clericus faciat ali-*
„ *quam relationem ſuper vulneribus alicujus, vel. .*
„ *Item præcipimus, quod quilibet.*
„ Pater Ugurgerius in tertio Tomo ineditarum
„ pomparum ait ſe reperiſſe in mſſ. celebris Celſi
„ Cittadini, Epiſcopum hunc ex Ugurgeriorum
„ familia fuiſſe.
„ Sub hoc Epiſcopo Oderigus Senenſis Canoni-
„ cus eximium librum compoſuit, cujus inſcriptio
„ eſt. *Ordo officiorum Senenſis Eccleſiæ, qui inedi-*
„ *tus aſſervatur in Metropolitana Eccleſiæ Tabula-*
„ *rio.* In dicto libro legitur. *Anno Domini 1235.*
„ *Indictione nona, XV. Februarii obiit Dominus O-*
„ *derigus Canonicus Senenſis Eccleſiæ, qui compoſuit*
„ *ordinem officiorum Senenſis Eccleſiæ.* Ipſe filius
„ fuit Incontri, qui anno 1198. obiit, quem ex cla-
„ riſſima Incontrorum familia fuiſſe arbitror. Et id
„ ad denotandum tempus, quo magis, magiſque
„ floruit Eccleſia Senenſis, notandum duxi.
„ *Benevolentius.*)



LIII. 47 Fr. THOMAS Fuſconus (1) de Berta

A Romanus, ex O . . . . , electus Epi-
ſcopus Ceſaludenſis, ad hunc Epiſcopatum aſſum-
ptus eſt anno 1253. Idibus Decembris, ex regeſto
Vaticano epiſtola 591. fol. 36. vir in divina ſapien-
tia longe clariſſimus, ac ſingulari pietate erga Dei-
param Virginem, auctorque Senenſibus, ut ſingu-
lari voto ad ejuſdem tutelam confugerent. Eccleſiæ
Cathedralis operarios inſtituit, attribuitque ſum-
ptus non paucos ex menſa Epiſcopali ad templi ho-
neſtamentum, unde poſtea ſtupendum opus venit
ad poſteros. Ad eum ſcripſit Alexander IV. ut in
Poteſtatem, Capitaneum, Conſiliarioſque popu-
li Senenſis inquireret, & quæ in dedecus eccleſia-
ſticæ libertatis ſuis decretis publice ſanxiſſent, ſua,
pontificiaque auctoritate, eorumdem impietatem
imperterrite jugularet. Epiſtolam exhibet regeſtum
Vaticanum ſub dat. Anagniæ X. Kalendas Februa-
rii, Pontificatus 5. qui fuit Chriſti anno 1558. Idem
ab Urbano IV. Clementis ſucceſſore anno 1262. per
literas exoratus, graves lites compeſcuit, quæ in-
B ter ſe inhumaniter exercebant Senenſes, quorum
princeps habebatur Malitia Scottus dives, & præ-
potens civis. De hac re in ſpiritu ardoris ſcribit
Urbanus tum Epiſcopo, tum poteſtati Senarum li-
teras, quas legimus in eodem Vaticano regeſto,
dat. apud Montemflaſconem 2. Nonas Octobris
anno 2. Item Thomæ temporibus, Octavianus dia-
conus Cardinalis Ubaldinus quædam ſtatuta ad bo-
num regimen Capituli Senenſis ſancivit ſpeciali
mandato Alexandri IV. anno 1257. Quæ ab eodem
Pontif. ſequenti diplomate confirmata fuere, quod
extat in regeſto Vaticano epiſtola 293. fol. 39. anno
3. Pontificatus Alexandri.

Capitulo Senenſi.

*Quæ de mandato ſedis Apoſtolicæ ſunt provide ordi-
nata, ſeu reformata ſalubriter, decet opportuno mu-
niri præſidio, ut firma ſemper maneant, & optatum
proferre commodum non deſiſtant. Cum itaque dilectus
filius noſter O. ſanctæ Mariæ in Via lata diaconus Car-
dinalis, de ſpeciali mandato noſtro diligenti quoque de-
C liberatione præhabita quædam in Eccleſia veſtra ſta-
tuerit perpetuis futuris temporibus obſervanda, quæ ad
ampliationem cultus divini nominis, & ipſius Eccle-
ſiæ decorem, & decus redundare noſcuntur, prout in
patentibus literis ejuſdem Cardinalis confectis exinde,
ac ſuo ſigillo ſignatis plenius continetur. Nos quod ab
eodem Cardinale ſuper iis factum eſt, ratum, & fir-
mum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus,
& præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem
autem literarum ipſarum de verbo ad verbum præſenti-
bus fecimus annotari, qui talis eſt.*

*Octavianus, miſeratione divina, ſanctæ Mariæ in
Via lata diaconus Cardinalis, diſcretis viris Capitu-
lo Senenſi, ſalutem in Domino.*

*Ad audientiam Apoſtolatus ſanctiſſimi Patris, &
domini noſtri Alexandri, Dei gratia, ſummi Ponti-
ficis noveritis perveniſſe, quod dudum prædeceſſorum
veſtrorum vita, & induſtria Senenſe capitulum gra-
tum Deo, & hominibus recepit in ſpiritualibus, &
temporalibus incrementum. Cupiens igitur idem pater,
D & dominus ſic vos in eorundem prædeceſſorum veſtro-
rum propoſito annuente Domino conſervare, quod à
via prædeceſſorum ipſorum, quod abſit oculos nullatenus
avertatis, nobis injunxit, ut tam ſuper ſtatutis, &
conſuetudinibus veſtris rationabilibus, & antiquis à
vobis, & iis, qui vobis ſucceſſerint de cætero obſervan-
dis, quam aliis, quæ cultus divini nominis honeſtatis
veſtræ incrementum reſpiciunt, ordinemus, quæ ſecun-
dum Deum ordinanda videntur futuris temporibus in
veſtro capitulo duratura. Hinc eſt, quod nos ipſorum
prædeceſſorum traditionibus, & veſtigiis inhærentes;
eiſque pauca non adonus ſiquidem, ſed ad decorem,
& utilitatem potius adjungentes Spiritus ſancti gratia
invocata ad laudem Dei, & beatæ Mariæ ſemper Vir-
ginis, ſanctorumque martyrum Creſcentis, Anſelmi,*

(1) His temporibus Senenſem Epiſcopum fuiſſe Fr. *Thomam Balzettum*, Scottorum Senenſium conſortem ex inſtrumentis publicis, iiſque præci-
puè, quæ in Archiviis hoſpitalis de Scala, & S. Dominici Senenſibus ſervantur, evidentiſſime patet. Inde duos Thomas ex eodem Prædicatorum Ordine
ſucceſſive occupaſſe hanc ſedem autumat Azzolinus in Pompa Senen. t. 3. p. 135. alterum Thomam Fuſconum de Berta Romanum ex reg. Vatic. qui brevi
hac infula potitus ſit: alterum Thomam Balzettum Senenſem, cui omnia referenda ſunt, quæ de Fuſcono hic enarrat Ughellus. Cum Ugurgerio ſentit
Fontana in Theatro Dominicano: quod quidem à veritate alienum nequaquam puto.

Savini, atque Victoris, & aliorum ſanctorum, quorum corpora, & reliquiæ in veſtra requieſcunt Eccleſia, duximus ſtatuendum. In primis, quod ſicut paſcimini ex uno cellario, ſic in communi dormitorio paratis divinis intereſſe officiis locum, & lectum adjacendum ſimiliter habeatis. Adiicientes quia ordinem veſtrum canonici officii, tam in celebrandis miſſis majoribus, & proceſſionibus faciendis per clauſtrum, & circa Eccleſiam veſtram non alibi ſtatutis temporibus, quam in aliis, prout ibi plenius eſt expreſſum, & vobis priſca conſuetudo reliquit, necnon & ab anteceſſoribus veſtris fuiſſe recolitur obſervatum, teneatis, & obſervetis plene quantum cum Dei timore veſtra permiſerit valetudo. Si autem ex tractu temporis hujuſmodi obſervata forſan fuerint oblivione deleta, ad ipſum ordinem habeatur recurſus, Si qua tamen ſunt ibidem impoſſibilia quodammodo, & difficilia in cantando a nonnullis forcaſſis incognita, ea prout expedire videatis referetis. Illud autem, quod continet de obſervatione jejunii, diſcretioni veſtræ committimus moderandum. Quia vero Eccleſia nimium detrahitur in divinis, ſi ſtipendia paucioribus, quæ pluribus ſufficiunt, tribuantur, præcipientes ſtatuimus, ut ſinguli veſtrum clericos in choro habeant idoneos, & etiam competentes, qui velint, & poſſint divinis officiis intereſſe, & ne aliquis veſtrum ignoret, quid legere debeat, vel cantare, præcipimus, ut in capitulo veſtro tabulam, quæ alias matricularia dicitur habeatis, in qua per capellanos veſtros, vel ſacriſtas ſingulorum nomina in choro pſallentium conſcribantur, & per eoſdem capellanos, vel ſacriſtam ſingulis quid cantare debeant, vel legere, cum reverentia offeratur. Illud adiicientes, ut in altari beatæ Virginis miſſam niſi ſit Epiſcopus, vel canonicus Eccleſiæ nullus cantet, ſicut ab anteceſſoribus veſtris a priſcis temporibus dicitur obſervatum. In choro quilibet veſtrum ſecundum ordinem ſuæ receptionis habeat ſeſſionem, exceptis illis, qui habent in veſtra Eccleſia perſonatus, quibus in ſeſſionibus hujuſmodi, & aliis conſueta, & debita honorificentia impendatur. Ad hæc volentes, ne diverſitas habitus diverſitatem pariat animorum, præcipientes ſtatuimus, ut infra Eccleſiam in divinis officiis, & ſepeliendis corporibus mortuorum, qui apud Eccleſiam veſtram habuerint, vel ſibi elegerint ſepulturam, conſimilem habitum deferatis; Cappam apertam de ſaja ſcilicet & coccam, vel camiſiam ſuperaneam æſtivo tamen tempore, & hyemali infra Eccleſiam, & clauſtrum pellibus non diſcoopertis, vel mantello cum cocca, vel camiſia ſuperanea uti poteritis aſſiblatis. Ubilibet vero extra Eccleſiam, & clauſtrum in inceſſu, in ſtatu, & habitu eundo, & redeundo conſtitutiones, ſive præcepta vobis auctoritate felicis recordationis Gregorii Papæ Noni tempore promotionis ſuæ tradita inviolabiliter obſervetis. Illud autem diſtrictius inhibemus, ne aliqua fœmina intra portam clauſtri veſtri quantumcumque conſanguinea, vel affinis alicui canonicorum dicatur, jaceat, vel manducet: & ut in refectorio etiam honeſtatem debitam obſervetis, præcipimus ſtatuentes, quod quilibet veſtrum uno famulo ſit contentus ibidem ne lectionem clamor plurium impediat, vel tumultus. Nemo ibidem ullo unquam tempore clericus extraneus, aut laicus admittantur, niſi forſan canonicus fuerit cathedralis Eccleſiæ, vel religioſa exiſtat, ſeu alias ſublimis perſona, aut in aliqua poſita dignitate, quorum reſpectu illos etiam, quos ſecum habuerint, prout decens fuerit vobiſcum, & inter vos honoretis, exceptis illis diebus, quibus ratione feſtivitatum Eccleſiæ veſtræ invitare ſeculares, & laicos vos contingat. Beneficia veſtra inſuper, quæ cum officiis pariter convenit ambulare ad removendam omnem materiam ſcandalorum taliter inter vos providimus dividenda, ut. s. omnes denarios quocumque modo præbendæ hactenus deputatos in communem burſam fideliter reponatis, & ex eis per manus Cameræ interioris omnes, qui matutinis miſſis cum vigiliis mortuorum, & veſperis interfuerint, cum effectu quotidie in ſero denarios ſex exceptis præcipuis ſolemnitatibus, in quibus denarios decem & octo, & diebus Dominicis, & feſtis novem lectionum, & diebus quadrageſimalibus, in quibus denarios 12. recipiant, eos nempe divinis officiis cum effectu dicimus intereſſe, qui laborum officiorum ſuam in Eccleſia recipiunt, & peragunt, prout valent, & ſciunt ſine murmure portionem. Præbendam vero frumenti, quam vobis in feſto Aſſumptionis beatæ Virginis dari volumus, nullus recipiat, niſi per annum infra clauſtrum, vel in loco, a quo divinis officiis, & tractatibus capituli intereſſe valeant, reſidentiam cum effectu, ut ſuperius exprimitur, fecerint perſonalem; liceat tamen ſingulis per duos menſes, vel eo plus uſque ad tres menſes ſuis, vel amicorum ſuorum vacare ſervitiis, ita tamen, quod diebus ſolemnibus, & feſtivitatibus præcipuis Eccleſiæ veſtræ divinis officiis ſinguli exhibeant ſe præſentes. Famuli vero canonicorum, qui poſt receſſum dominorum ſuorum propriis commodis inhiantium in clauſtro remanſeriat, ſi laici fuerint, octo diebus ad expenſas familiæ capituli admittantur; ſi autem clerici, & volunt, & poſſunt in Eccleſia commode deſervire uſque ad regreſſum dominorum ipſorum, dummodo ultra duos menſes extra capitulum non morentur, expenſis ejuſdem familiæ ſint contenti. Excipimus tamen de prædictis omnibus infirmos, & quaſi graviter debiles potionatos, & ſanguine minutos, quibus tempus congruæ vocationis, prout honeſtati convenit ſecundum paſſionem, & ſanguinis minutionem diſcretionem capituli concedatur. Excipimus etiam peregrinos, qui ex devotione, vel voto iverint ultra mare ob reverentiam ſepulchri Dominici, vel ad S. Angelum, ſeu ad S. Petrum, aut ad S. Marcum, vel ad S. Jacobum capituli petita licentia: necnon & illos excipimus etiam qui domini Papæ ſervitiis, vel officiis, ſeu ſervitiis dominorum Cardinalium immorantur. Ad hæc ne ſimultates, aut ſocietates in capitulo veſtro de cætero fiant, diſtrictius inhibentes præcipimus, ut ea, quæ communiter omnes tangunt, & ab omnibus approbari convenit, vel etiam reprobari ſingulariter, & extra capitulum non ordinentur, nec aliquatenus approbentur. Adiicimus inſuper, ut tractatus capituli veſtri, & conſilia, quæ privata eſſe debebunt, ſive ponantur in credentia, ſive non, nullus ad damnum capituli, vel alicujus de canonicis revelare præſumat. Ut autem bona veſtra nequeant neglectu diminui, vel perire, diſtricto præcipimus ſtatuentes, ut quilibet de canonicis officium, quod ſibi capitulum, prout moris eſt, providerit committendum, humiliter recipiat, & fideliter exequatur. Præterea ne quis canonicorum elatus ſuperbia dare præſumat in commotionibus pedes ſuos, licitum ſit vobis de noſtra auctoritatis permiſſu in quemlibet de capitulo, vel familiarem ſuum, ſive capituli pro manifeſtis offenſis, niſi ſecundo, tertiove commonitus reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, excommunicationis ſententiam promulgare. Ad prædicta vero firmitate vallanda perpetuo duratura, & ne negotia veſtra communia ſine ſuſpicione procedant, præcipimus ſtatuentes, ut de cætero, tam vos, quam ii, qui vobis ſucceſſerint, promittatis per librum, & ſtolam jurantes verbo Domini, vos illa futuris temporibus ſervaturos: formam autem promiſſionis, & juramenti hujuſmodi præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt: Ego N. promitto, & juro in verbo Domini, quod ab hac hora in antea conſuetudines rationabiles, & antiquas, necnon bona jura, & libertates capituli Senenſis ſervabo, manutenebo, proſequar, & defendam bona fide quantum in me fuerit, & valetudo mea permiſerit contra hominem, auctoritate ſedis Apoſtolicæ, & ordine meo, in omnibus ſemper ſalvis, ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Evangelia. Ut autem præmiſſis omnibus major fides poſſit, & debeat adhiberi, ordinationem noſtram hujus ſigilli veſtri munimine fecimus roborari.

Datum Laterani 15. Kal. Aprilis, Pontificatus D. Alexandri Papæ IV. anno 3. Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Dat. Laterani 5. Kal. Aprilis anno 3.

Thomas denique cum bene Eccleſiam ſibi creditam adminiſtraſſet ano. viginti curriculo meritiſque plenus ann. 1273. ultimum diem clauſit, conditusque eſt in communi Epiſcoporum oſſuario in æde Cathedrali. Ejus honorifice meminit in vita B. Bonaventuræ de Ptolomæis, Gregorius Lombardellus, quem patria Senenſem appellat; nos vero Ro-

manum ex nobili Fuſcona de Berta ſamilia proſemi- A
natum, & ad hanc inſulam è cœnobio Dominicano
evocatum, ex reg. Vatic. ſupra retulimus.

48. BANDINUS (1), quem nonnulli Bernar-
dum appellant, filius Boncii, civis, ac Præpoſiti
Senenſis, Scriptor, Apoſtolicuſque Corrector, Gre-
gorio X. vocante ad Senenſem ſedem ſubvectus eſt,
anno 1273. die 7. Kalend. Junii. Hic cum Gibelli-
næ factionis propemodum princeps eſſet, Guelphoſ-
que per idem tempus accepiſſet de Gibellinis victo-
riam reportare, Bandinus tametſi paſtor, Guel-
phorum primoribus, ac potiſſimum præpotenti Ga-
zanæ genti cœpit eſſe ſuſpectus (hæc autem gens ita
de Epiſcopatu Senenſi olim bene merita erat, ut ob
id obtinuerit uſus non niſi præſentibus Gaziis Se-
nenſem Epiſcopum ad altare litare.) Bandinus igi-
tur, ſive vaniſſimum abominatus uſum, ſive ex
odio Guelphorum, cum contempſiſſet Gazios ad ſa-
crificium vocare, illi ſe deſpici rati Cathedralem
ſuccincti armis irrumpunt, litantemque Epiſcopum
ad altare ſacrilego auſu obtruncant. Senenſis popu- B
lus mox conſternatus ad arma, non modo ſicarios
ipſos, ſed totam Gaziam gentem, excifis ad infa-
miam domibus, minaciſſimo mulctarunt exilio,
ipſaque civitas ſub indignabundo, ex merito,
Pontifice diu viduata paſtore, alieni ſceleris pœnas
dedit. Conſule Titium, qui hanc tragicam hiſto-
riam ex propoſito narrat.

Poſt cæſum Bandinum B. Ambroſius Senenſis E-
piſcopus adlectus eſt, qui ex moderatione animi,
amoreque vitæ privatæ, ſibi delatum a Pontifice
onus ſubire contempſit.

LIV. * Ex App. tom 7.

49 * BERNARDUS olim Eccleſiæ Cathedra-
lis Præpoſitus, occiſo Bandino ſucceſſit, qui extre-
ma clauſit anno 1281. hoc manifeſtè declarat inſtru-
mentum Piſis factum die 12. Septemb. eodem anno
1281. quo Stephanus canonicus Piſanus, & Senen-
ſis, Piſis tunc agens, cum intellexiſſet vacanti
Eccleſiæ Senenſi per obitum bon. me. Bernardi Epiſ-
copi, Capitulum Senenſe concordibus ſuffragiis
Raynaldum canonicum delegiſſe Epiſcopum, aſ- C
ſenſum ſuum præbuit, & electionem publico eo do-
cumento ratam habuit, quod in Archivio Eccleſiæ
Piſanæ aſſervatur. Raynaldus tunc à capitulo ele-
ctus, ſequens à Martino IV. confirmatus ſequenti
anno, ut ex Reg. Vatican. ſcripſimus, cui tribuen-
dus eſt nu. 50. Hujus tamen Bernardi in Reg. Vatic.
electionem, ſeu confirmationem non vidimus, un-
de dubitavimus Bandinum, & Bernardum unum,
& eundem fuiſſe Senenſem Epiſcopum.

LV.

50 RAYNALDUS (a) Uguccionis Malavol-
tæ nobiliſſimus eques, ſuæ patriæ throno condeco-
ratus eſt anno 1282. ex Canonico Cathedralis, 16.
Kalendas Decembris. Confirmatur a Martino IV.
ex regeſto Vaticano epiſtola 61. fol. 63. ann. 2. Hic
ſummæ ædis interioris partis primum lapidem jecit
an. jubilei 1300. a Bonifacio VIII. indicto, de quo
ſupra. Ad ejuſdem ædis fores hæc in marmore in-
ciſa leguntur carmina.

Annus centenus Romæ ſemper eſt jubilens.
Crimina laxantur, cui pœnitet, ita donantur, D
Hec decrevit Bonifacius, & roboravit.

Abluit quoque Raynaldus in ſacro baptiſmatis
fonte filiam Caroli Valeſii Gallorum Regis fratris,



Catharinæque filiæ Imperatoris Philippi, quam
Senis peperat mater. Poſtremum diem clauſit Ray-
naldus anno 1307. die 8. menſis Julii, ſepultuſque
eſt in Cathedrali prope S. Bartholomæi altare. („*Hic*
„ *conceſſit an. 1287. ut miracula B. Ambroſii require-*
„ *rentur.*)

51 Fr. ROGERIUS a ex oppido Caſule, Or- LVI. a De eo Fontana in Theatro Domin. Mendic. b Die 11. Junii reconfirmatus menſe Decembri.
dinis S. Dominici Theologica facultate præclarus,
a clericali capitulo ſublectus eſt, cum in nullum
alium ſuffragia convenirent ann. 1307 b Cujus dein
de electio a Clemente V. conſtabilita eſt. Fuitque
ejuſdem Pontificis in urbe Vicarius, ut ex literis
Vatic. regeſt. patet. Dat. X. Kalendas Maji anno 9.
epiſtola 339. fol. 78. Romæ deceſſit anno 1317. die 6.
menſis Junii; ſepultuſque eſt apud S. Mariam ſupra
Minervam.

52 DONUSDEI de Malavoltis filius * Mei fi- LVII * Ex App. tom 7.
lii Roslandi, J. U. D. inſignis, ac eruditione præ-
clarus, ex canonico Epiſcopus declaratus eſt 1317.
Id. Julii. Hic diuturniores lites inter Salimbenios,
Ptolomæoſque compoſuit; xenodochiumque S. Ma-
riæ, multiſeidem attributis redditibus, ædificavit.
Plures ſynodos habuit, in quibus latis ſalutaribus
legibus, clerum ſuum in defæcatiorum morum di-
ſciplina continuit. Capellanias quinque in Cathe-
drali fundavit. Brachium S. Anſani cælato argen-
to, pretioſis gemmis inſperſo concluſit anno 1344.
Bindus de Petronibus Senenſis notarius Apoſtoli-
cus, Richardi de Petronibus Cardinalis conſangui-
neus, executorque teſtamenti, monaſterium Pon-
tinianenſe Ordinis Carthuſiani, non longe ab Ur-
be cœpit ædificare; abſolvit poſt aliquot annos, ubi
moriens humatus fuit, ubi vetus ſepulchrum ſpecta-
tur hac inſcriptione.

Bindus Senenſis domus hujus Carthuſienſis
Prudens fundator, domini Papæque notator,
Hanc Petro donavit, jacet hic, ſuper aſtra volavit
Anno milleno trecentum, luſtroque deno
Addas tres Maji pleno die tunc ſeptimo deno.

Quo etiam Præſule abſolutum eſt cœnobium S.
Michaelis de Quarto Ordinis Ciſtercienſis, tertio
ab hac civitate lapide exædificatum, ab eodem Car-
dinali Petronio invidioſis opibus ditatum. Mona-
chi è monaſterio S. Galgani evocati ſolemni pom-
pa poſſeſſionem inierant die 25. Octobris anno

Aa 3 1337.

(1) Bandinum nunquam Senenſem Epiſcopum fuiſſe puto. Hoc tempore alius non fuit, quàm Bernardus; & ideo inter Populi fabellas ponenda eſt Bandini hujus occiſio, cum hujuſmodi factum a nullo referatur ſcriptore contemporaneo. Gazzanorum familiam poſt Ughelli poſt talem necem Senis moratam reperimus, nec ullus eſt, qui ſcribat Gazzanos aliquod privilegium habuiſſe, quod Ughellus refert; attamen de Epiſcopi Advocatis, qui plurimi ante annis fuerunt, aliquid tenemus. Ughellus hos fuiſſe affirmat, Forteguerros ſcilicet, & Antolinos, & Antolinorum loco Antolinus dicere debebat. Hæ familiæ, quæ ex eodem ſtipite erant, Epiſcopatus protectionem habebant, ſed aliquid etiam actionis habebant Boſtuli, & Pontii, quos Boſtulos ex eodem ſtipite veniſſe arbitror, ac Forteguerri, & Antolini, & omnes ex Comitibus Ardengheſche fuiſſe arbitror. Sed Pontiorum familia e prædictis diverſa admodum fuit, conſpicua tum nobilitate, tum perſonarum qualitate, quas habuit. Primum noſtræ Eccleſiæ Advocatum inter laicos Antoninum puto, cum talis fuerit anno 1086. veluti legitur in inſtrumento noſtræ Metropolitanæ n. 615. Hoc nomen noſtri idiomatis gratia in Antolinum conversum fuit, & circa hoc tempus propter dona, quæ hi Domini Epiſcopatui impertiti ſunt, principalem Eccleſiam Epiſcopi ſtatuerunt illam, quæ in præſens eſt, identidem augentes, veluti cernitur. Sed ut ad Bandinum noſtrum redeamus, non dubitandum eſt differre Bandinum, et Benerdum, nam, ut idem eſſet, opus foret, ut ex anno 1217. quo tempore Eccleſiæ Senenſis Primicerius fuit, viveret annum 58, quod non veriſimile videtur. Bandinum non reperimus filium fuiſſe Boncii, veluti Bernardum, reperimus etiam Bandinum Primicerium fuiſſe, non Præpoſitum. Bandinus eſt Corrector literarum Domini Papæ, & Benardus ſolum Papæ Capellanus erat anno 1261. veluti apparet in inſtrumento Eccleſiæ Metropolitanæ n. 1391. Inſuper obſervandum eſt Rinaldum ſtatim ſucceſſiſſe Bernardo, & non tantum tempore Paſtore viduatam eſſe Eccleſiam noſtram quantum affirmat Ughellus [illegible] Ugurgerius in [illegible] tomo ineditarum pomparum aſſerit ſe vidiſſe inſtrumentum, quod anno 1281. Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ facit, quod dicit Bernardi loco in novum Epiſcopum Rinaldum elegiſſe, & eum mittere Piſas, ut conſenſum obtinerent a Stephano Piſarum, ut Senarum Canonico [illegible]

(2) Alterum Raynaldum è nobiliſſima Ptolomæorum Senenſi familia ad partes inſulam evectum circa an. 1281. [illegible] Ugurgerius in Pompis Senen. p. 1. pag. 127. ejuſque meminiſſe, quotquot Senenſes hiſtorias conſcripſere, quique hujus familiæ Genealogicum arborem concinnarunt. De eo alte ſilet Ughellus. Quod ſi revera, ut refert ex Reg. Vat. alter Raynaldus Malavolta an. 1281. electus Senenſis Epiſcopus ad an. [illegible] produxit, non video, quomodo hic poſſit inſeri Raynaldus Ptolomæus, de quo Ugurgerius, aut duos fortaſſe eundem dividere, eo quod binæ familiæ, ut ſæpe evenire ſolet, illuſtrem virum ſibi vindicent.

1337. de eo Jugurtha Thomaſius lib. hiſtor. Senenſis, Antonios Libanorus in vita S. Galgani, de quo etiam cęnobio Bzovius ad aon. 1264. Hoc quoque Præſule fundatum eſt cęnobium de Roſa Camaldulenſis Ordinis, & B. Booaventura de Ptolomæis Ordiois Prædicatorum ad cœlum evolavit ann. 1348. cujus vitã ſcripſit Gregorius Lombardellus. Diu tandem Donos Dei Senenſem Eccleſiam ſumma cum pietatis laude admioiſtravit. E vivis deinde ſublatus eſt anoo 1350. Cum aotea condidiſſet teſtamentum, ſepoltus ad aram divæ Victoriæ in æde majori, ubi adhuc ſpectantur ejus gentilitia ſtemmata: ſcala ſcilicet cum duabus infulis.

[„ *Donusdeus juxta Chronicon Angeli vulgo del „ Graſſo aſſumptus fuit die 21. Junii; & vocabatur „ Dominus Deus Mei Domini Orlandi de Malavol- „ tis. Hic Avenionem ſe contulit, & die 7. Decem- „ bris Epiſcopus fuit confirmatus a Joanne Papa „ XXII, & eodem menſe Senas rediit. „ Ipſe ferox fuit Epiſcopus, & ipſius cauſa vulneratus „ fuit Vaddus Benucci Piccolominei die 7. Maii anno „ 1332. & anno 1338. Epiſcopi famuli Caſtelionem „ juxta Umbronem intraverunt, ſed pulſi ſunt ab ho- „ minibus quibuſdam Salomonis Bartholomæi Picco- „ lominei, veluti habetur ex dictis Chronicis.*

„ *Sub hoc Epiſcopo die 2. Februarii 1339. cœpit ædi- „ ficari nova Eccleſia Metropolitana erga Plateam „ Manettorum, & ad eã conſecrandam venit Maſſa „ Epiſcopus, nomine Galganus, quia pars Eccleſiæ „ quæ diruta, vetus nominatur Eccleſia.*

„ *Anno 1324. Senis pugnorum cauſa Bacchanalio- „ rum Dominica ultima magnus excitatus fuit tumul- „ tus, quem Poteſtas reprimere non potuit, ſed ve- „ niente Epiſcopo cum ſuo Clero, reverentia, & e- „ xiſtimatione ſua Cives acquieverunt.* Benevo- „ lentius.)

LVIII 53 AZOLINUS[a] de Malavoltis a Canooicus Dooodeo ſucceſſit anno 1351. IX. Kalendas Decembris. Hic teſtis fuit juramenti fidelitatis, quod Abbas Bernardus S. Salvatoris Amiatini Montis ex ordioe Ciſtercienſi præſtitit in manu Herneſti Archiepiſcopi Pragenſis, ac pro Caroli IV. Imperatore geoeralis vicarii totius Hetruriæ anno 1355. coram oobili viro Cione xenodochii S. Mariæ de Scala rectore. Deceſſit autem 1370. die 3. menſis Jaouarii, ſepultuſque eſt io Cathedralis choro. Eo Præſule Carolus IV. Imperator ampliſſimo privilegio ſtudium generale Senenſe exoroavit. Authographum aſſervatur in archivio Cathedralis, cujus tenor eſt hujuſmodi.

[a] Hujus meminit Ammiratus in hiſt. Florent. p. 2. tom. 1. p. 561. Manduſ.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter. Amen.

Carolus IV. divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex. ad perpetuam rei memoriam.

Veneranda virtutum magiſtra, rectrix morum, & recta humanæ converſationis imbutrix, ſacrarum legum, & canonum, ac liberalium artium precioſa ſcientia, quam peſtilentis pridem mortalitatis rabies perampla orbis climata ſuffocavit, ipſo ſui ſilentio ad nos clamat, & invocat tacite nomen noſtrum, ut ad revelandum ipſius proſtrata lapſum Imperialis ei dexteram potentiæ porrigamus. Nos igitur cunctarum urbium, & totius orbis, cujus nobis Monarchia, licet immeritis, cœlitus eſt commiſſa, decus, & gloriam in perſonis prudentibus literarum notitia glorioſa præclarum relucere ſingulariter agnoſcentes, ad ſupplicationem duodecim pro majeſtate noſtra Imperialis vicariorum generalium, necnon concilii, populi, & communis civitatis, comitatus & diſtrictus Senarum noſtrorum, & ſacri Imperii fidelium dilectorum per religioſos Anthyonum de Ugeragerius lectorem Paduæ, & Petrum Franciſci de Senis ordinis fratrum Minorum, ambaſciatores ipſorum devotos nobis dilectos, majeſtati noſtræ tam humiliter, quam ſapienter oblatam in eadem civitate noſtra Senarum, quæ ſacri Imperii excellens inſigne membrum exiſtit, ſtudium, quod ibidem hactenus viguiſſe, ſed his temporibus permiſſu Dei, aliqualiter obſcuratum eſſe dignoſcitur, in lucem de-

A *cernimus erigere redivivam, ut ad ſacri ſplendorem Imperii cæterarum fiat urbium ſpeculum, & lucerna, quæ remota orbis tenebra variarum ſcientiarum radiis illuſtrentur. Hinc eſt, quod præfatæ civitati Senarum, & ejus communi generali perpetuum, atque glorioſum ſtudii generalis privilegium auctoritate Cæſarea damus, & concedimus liberalitate munifica tenore præſentium ex certa ſcientia, ac donamus, decernentes, ac edicto Cæſareo præſenti valituro perpetuo de imperialis poteſtatis plenitudine ſtatuentes, ut in ipſa civitate Senarum ſtudium perpetuo ſit, & habeatur in jure civili, ac canonico, & medicina, philoſophia, logica, grammatica, & quavis alia facultate, poſſintque omnes, & ſinguli doctores, & magiſtri per commune Senenſe ordinandi, & deputandi in civitate prædicta Senenſi, ut poſe in ſtudio generali ſolemniter, & publice in memoratis facultatibus legere, & docere, etiam una cum aliis ad ſubſcripta per ſuperiorem ipſius ſtudii evocandis ſcholares benemeritos licentiandi, & honorem Cathedræ, & alia doctoratus inſignia ipſis ſolemniter concedendi plenam habeant hac noſtra freti conceſſione Imperatoria, & liberam poteſtatem. Superiorem vero*


B *re hoc caſu Senenſẽ Epiſcopũ debere intelligi declaramus, qui promiſſa per ſe, vel aliũ exerceat, aũ nullo impedimento fuerit præpeditus. Vacãte vero Epiſcopali ſede, vel Epiſcopo ipſo quomodolibet impedito capitulum Senenſis Eccleſiæ plenã, & omnimodã exercendi præfata omnia, & ſingula obtineat facultatem. Cæterum, ut ſcholares, & ſtudentes in dictæ civitate Senenſi tanto valeant ſtudio vacare liberius, quanto a quarumlibet moleſtiarum impetu liberati uberiori fuerint libertate, de Imperiali liberalitate fulciti, de innata nobis clementia rectores, doctores, ſcholares, ſeu ſtudentes ſtudii Senenſis prædicti, eorumque univerſos, & ſingulos familiares, & miniſtros, necnon domus, & ſcholas in noſtram, & ſacri Romani Imperii protectionem, & tutelam, ac defenſionem recipimus ſpecialem, eoſque omnibus, & ſingulis privilegiis, libertatibus, gratiis, immunitatibus, & indultis, quibus aliorum generalium ſtudiorum rectores, doctores, ſcholares, ſeu*

C *ſtudentes, eorumque miniſtri, domus, & ſcholæ divorum Imperatorum, & Regum Romanorum prædeceſſorum noſtrorum largiſſima conceſſione, ſeu laudabilium conſuetudinum inductione frui, & gaudere ſunt ſoliti, de plenitudine noſtræ poteſtatis Cæſareæ ex certa ſcientia, ut, perfrui decernimus, ac ſtatuimus perpetuis temporibus gaudere. Præterea ſtudii Senenſis jam dicti incrementa felicia ferventius affectantes, & longinquarum incolas regionum ad ejus allicere cupientes acceſſum, univerſos, & ſingulos clericos, & laicos, ſeu ſcholares cujuſcumque conditionis, ordinis, aut ſtatus exiſtant, ad præfatam civitatem Senenſem, cauſa ſtudiorum futuris temporibus accedentes in acceſſu ad eam, & in receſſu ab ipſa, a quibuslibet datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, & oneribus quocumque nomine cenſeantur, ex certa ſcientia eximimus, & auctoritate Imperatoria liberamus, & una cum familiis, equitaturis, arneſiis, lenſiis, valliſiis, & rebus ſuis omnibus liberos eſſe decernimus, & de Imperialis poteſtatis plenitudine exemptos. Mandantes univerſis, &*

D *ſingulis vicariis, capitaneis, antianis, poteſtatibus, rectoribus, gubernatoribus, communibus, univerſitatibus, & officialibus, ac fidelibus noſtris, & ſacri Imperii firmiter, & diſtricte, quatenus contra præſentis noſtri Imperialis indulti tenorem, ſcholares, ſeu ſtudentes hujuſmodi moleſtare, vel inquietare non audeant, ſeu quomodolibet perturbare ſub pœna ſubſcripta, ac etiam Imperialis banni, quam omnes, & ſinguli ſcienter contrafacientes, niſi congrue ſatisfaciant infra menſem, toties, quoties contrafecerint, ſe noverint uſque ad ſatisfactionem condignam irremiſſibiliter incurſuros. Ne autem ſub habitu, & nomine ſtudentium a mercatoribus, vel aliis fraus in præmiſſis valeat exerceri, volumus in hac parte accedentium ad jam dictam civitatem aſſertioni, ſeu juramento credatur, ſi illud qualitate perſonarum attenta viſum fuerit exigendum. Recedentes vero literas teſtimoniales Epiſcopi Senenſis, vel rectoris univerſitatis ſtudii ſupradicti recipiant, quibus hoc caſu volumus fidem plenariam adhiberi.*

bers. Verum quia parum prodeſt, libertates concedere A *niſi ſit qui tueatur eaſdem, Senenſis Epiſcopus, qui eſt, & qui fuerit pro tempore, omnium, & ſingulorum privilegiorum, libertatum, & immunitatum, ac exemptionum ſtudii ſupradicti conſervatorem conſtituimus, eique plenam damus, & liberam poteſtatem, ea conſervandi, tuendi, & exequendi; ac in rebelles, & moleſtatores ſtudii, & ſtudentium prædictorum animadvertendi, pœnas, quas virtute præſentium, vel etiam ſecundum leges, & canones, ſeu ſtatuta locorum meruerint, exigente ipſorum contumacia, ratione prævia declarandi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Imperialis majeſtatis paginam infringere, vel ei quovis auſu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem contrarium attentare præſumpſerit, indignationem noſtram, & pœnam centum marcharum auri puri toties quoties contra factum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem Imperiali ærario, ſive fiſco, & reliquam vero partem, injuriam paſſorum uſibus decernimus applicandas.*

B


Signum ſereniſſ. D. Caroli 4. Rom glorioſiſſ. Bohe-  *principis, & D. Imp. invictiſſ. & miæ Regis.*

Teſtes hujus rei ſunt.

Venerab. Arneſtus Archiepiſcopus Pragenſis, Theodoricus Mindenſis, & Joannes Bliſincenſis Epiſcopi, necnon illuſtres Petrus Borbonienſis, Conradus Olesnenſis, Henricus Magnopolnenſis, Pizenko Beſſebaen. duces, necnon ſpectabiles Burgardus Burggujus Madeburgenſis Magiſter curiæ Imperialis, Albertus de Anhalt, Otho de Furſtembergh, & Joannes de Kenz. ac Fezenſimo, Fevezius de Prato comites, & nobiles, Vuillelmus de Strakonviz, Joannes Dacus, & Ulricus fratres Roſſembergh, Rodulphus de Varia, Simeo Lepus de Haſſembergh, & Haſco de Zuvierzes, Magiſtri Cameræ noſtræ Imperialis, Henricus C *Bavarus de Pobarata, & complures alii fide digni; præſentium etiam ſub bulla aurea Typario noſtræ Imperialis majeſtatis impreſſo teſtimonio literarum.*

Datum Pragæ anno Domini 1357. Indictione decima, 17. Kalendas Septemb. regnorum noſtrorum anno Romani XII. Bohemiæ XI. Imperii vero 3.

(„ *Azzolinus iuit anno 1355. in Marcam Anconitanam unacum Ægidio Cardinali S. Clementis* „ *Legati Sedis Apoſtolicæ; ita aſſerit Pater Bondelmontius. Nos vero cum Petro Ugurgerio reperimus filium fuiſſe Gaddi Malavoltì.* Benevol.)



LIX. 54 JACOBUS Ægidii de Malavoltis, ab XI. Gregorio Pontifice ſubvectus eſt ad thronum Senenſem anno 1370. die 24. menſis Januarii. Hujus Epiſcopi extant originariæ apud me literæ, quas de nova electione ad publicam Senenſem tem perſcripſit; quas, quia egregiam viri pietatem oſtendunt, hic exſcribendas curavimus.

A *Magnificis, & excellentibus dominis, & amicis meis prædilectiſſ. dominis . . defenſoribus . . .*

capitaneo populi civitatis Senarum.

Magnifici, & ſingulariſſimi domini, & amici mei prædilectiſſimi. Notum dominationi, & amicitiæ veſtræ facio per præſentes, quod audita creatione ſanctiſſimi Patris, ac beatiſſimi domini noſtri Gregorii Papæ Undecimi, atque negotiis Lucanorum in firma, & bona diſpoſitione dimiſſis, pro ipſorum etiam Lucanorum opportunitate Dominum noſtrum præfatum humiliter viſitaturus iter arripere die 13. hujus menſis, & dum hodie applicuiſſem prope burgum Urgonis per quinque leucas ab Avenione civitate diſtantem, per quamplures dominorum meorum literas de Avenione mihi portatas hujuſmodi nova certa qualiter externa die, quæ fuit dies Veneris 24. menſis Januarii in conſiſtorio conſueto de conſenſu omnium reverendiſſimorum Patrum dominorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium nemine diſcordante idem dominus noſter promovit me minimum ſervum ſuum licet immeritum, & B *indignum, ad regimen veſtræ Senenſis Eccleſiæ præficiendo eidem Eccleſiæ me in Epiſcopum, & paſtorem, quod utique licet importabilis ſit vi gravaminis, ex eo tamen conſolationis tantum mihi exiſtit, quanto per amplius video hæc non mei procuratione, non meis meritis, non meis virtutibus, ſed ſolum ex divinæ diſpoſitionis miſericordia, & Apoſtolicæ ſedis gratia tam liberaliter proceſſiſſe. Hæc utique, magnifici domini, vobis ſcribo ſciens pro firmo, quod de iis, & aliis meis honoribus, qui certiſſime veſtri ſunt, lætamini, & gaudetis, aſſerens dominationi veſtræ totis præcordiis mentis meæ, atque tota cordis intentione attentans per viſcera miſericordiæ Jeſu Chriſti, quod fideliſſimam, & conſtantiſſimam intentionem habeo, totis ſum diſpoſitus viribus, omni ſum uſque ad mortem diſpoſitione paratus, pro pace, & tranquillitate civitatis noſtræ, pro civium omnium unitate, pro ſtatu perpetuo Senenſis populi, atque veſtro divina operante, & adminiſtrante miſericordia operari; hoc pro firmo experientia docente videbitis, & quod iſte beatiſſimus dominus noſter Pa-* C *pa me minimum ſervum ſuum non de novo, ſed a diu ſpeciali devotione, quatenus omne ſuum poſſe in ſpiritualibus, & temporalibus ſit diſpoſitus ſemper ad conſervationem veſtri regiminis, atque ſtatus. Lætemini igitur, & confortari dignemini in Domino Jeſu Chriſto, quod paſtorem habetis, quamvis minus idoneum, tamen ab eo vobis traditum tanquam ad bonam conſervationem ſtatus, ad exaltationem quoque, & incrementum Senenſis Eccleſiæ ardentiſſimum, & fidelem, quam Eccleſiam meam, & me ipſum indigniſſimum ſponſum ſuum, per merita intemeratæ Virginis matris noſtræ, veſtræ dominationis protectioni, & brachiis ſtrictiſſimis cordis mei precibus recommendo. Altiſſimus ſtatum veſtrum ſemper in ſtatu felici dignetur per ſui miſericordiam incolumem conſervare.*

Datum in dicto burgo Urgonis die ſabbati xxv. Januarii, manu propria.

Veſter chariſſimus, & devotiſſimus civis Jacobus Ægidii de Malavoltis, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia electus veſtræ Eccleſiæ Senenſis, totum ſe ipſum &c.

D Cęterum Jacobus Avenioni inauguratus fuit, Senaſque reverſus die 29. menſis Junii ſolemni pompa obtenti Epiſcopatus poſſeſſionem iniit, populo Senenſi præ lætitia geſtiente. Sed brevis fuit ea lętitia, ſiquidem defunctus eſt an. 1371. die 8. menſis Novembris, morienſque eum magnum æs alienum contraxiſſet, ita duros expertus eſt creditores, ut defunctum etiam ponerent ſequeſtro, donec Ægidio patre redimente cadaver, ſupremo officio demandaretur.

55 Fr. VVILLELMUS Vaſco Gallus, ex Ordine Minorum, antea Clomachii Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1371. quod cum accepiſſent Senenſes, legarunt in Galliam ad Pontificem Lucam Ghini Bettini S. Martini Priorem, orantes, ne Pontifex Senenſi throno externum hominem imponeret, ſed civibus Senenſibus Senenſem civem potius præficeret, Lucamque, quem exiſtimabant ad id muneris aptiſſimum eſſe. Orantibus LX

can-

nequaquam Pontifex aſſenſus eſt, ſed cum Lucam ipſum Narnienſem declaraſſet Epiſcopum, apud Senenſes deinde ſcriptis literis conſilii ſui rationem humaniſſime probavit. Diſtulit interim Villelmus adventum ſuum uſque ad annum 1373. Senaſque demum perveniens, anguſtiori pompa, quam putarat, a Senenſibus exceptus eſt, poſtrema die Julii abeuntis. Menſe Januario deceſſit anno 1377(1).



LXI. 56 LUCAS Bettinus, civis Senenſis, Ghini filius, ex Epiſcopo Narnienſi Præſul ſuæ patriæ effectus eſt anno 1377. cujus Epiſcopatus poſſeſſionem iniit die 8. menſis Junii per Franciſcum fratrem; deinde 21. Septembris ſolemni ritu civitatem intravit: deceſſit vero poſtquam ſeptem omnino annos in adminiſtratione expleſſet 1384. & in Cathedrali ſepultus eſt. Vir fuit valde pius, ac doctus, & Eccleſiaſticæ puritatis peramator, qui cum incidiſſet in ea tempora, quibus ſchiſma illud nocentiſſimum in Romana Eccleſia cœpit poſt XI. Gregorii obitum partem Urbani VI. ſecutus, quantum valuit ſibi commiſſam provinciam ab ſeditioſorum rabie immunem fecit, cultumque ſacrum promovit mirifice; ſynodum in Cathedrali celebravit, in qua vanitates, luxuſque nimia pompa in Eccleſiaſticis ſunt interdicti, moreſque correcti. Tempore quoque hujus Præſulis Sanctiſſima Virgo Catharina Senenſis, patriæ gloria, Dominicani Ordinis gemma fulgidiſſima Romæ migravit ex hac vita anno a Chriſto nato 1380. qui tertius fuit Lucæ pontificatus, quam Pius Papa II. anno 1461. ſanctorum numero adſcripſit. Ejus acta nobiliſſima ſcripſit B. Raymundus Capuanus Ordinis Prædicatorum Generalis, aliique multi, quam etiam ſic ſalutavit in hymni principio, quem cecinit in laudem ejuſdem erudiriſſimus, & doctus amicus noſter Franciſcus Pona Veronenſis in 77 emblemate ſacro ſui Cordimorphoſei. Opus ſane pietate oppletum, & dignum, quod cordi ſculpatur Chriſtiano.

Salve Senarum Gloria,
Quas ſuper aſtra provehis,
Virgo ſalve lectiſſima.
Flos, Gemma, Sol Italiæ..
Roſam Te pudor efficit,
Puritas Lilium nivea,
Adamantem Conſtantia,
Pyropum Amor flammeus,
Illuſtras Orbem radiis,
Ordinis jubar nitidum
Fugas errorum tenebras
Cœleſti diffluа lumina,
Puella, &c.

LXII. 57 (2) CAROLUS, vel Carluccius Minutulus, nobilis Neapolitanus, ab Urbano VI. electus eſt Epiſcopus Senenſis ann. 1384. ſed a republ. Senenſi impeditus poſſeſſionem Epiſcopatus nanciſci non potuit. Hinc quieti intentus eodem ann. Epiſcopatu ſe abdicavit, & ad aliam dignitatem aſſumptus eſt ab eodem Pontifice, de quo hæc pauca in actis conſiſtor. & in monumentis Eccleſiæ Senenſis invenire potuimus.



58 FRANCISCUS Mormilius, nobilis Neapolitanus, ab eodem Urbano VI. ad eundem Epiſcoparum aſſumptus ali anno 1385. Id. Novembris. Solvit ſolitum penſum ſacro Collegio, ex lib. oblig. Hanc Eccleſiam abſens adminiſtravit an. undecim, tædioque affectus cum fere in eandem difficultatem incidiſſet, quam prædeceſſor ſuus Minutulus expertus fuerat, dignitati ſuæ nuncium remiſit ann. 1396. menſe Novembri (3) translatus deinceps ad Sarnenſem, mox ad Cavenſem Eccleſiam in regno Neapol. de quo alibi diximus, dicemuſque in 7. tomo hujus ſacræ hiſtoriæ. LXIII

59 GUILLELMUS, cujus patriæ, vel familiæ fuerit non exprimitur in lib. 1. de dignit. vacant. ſub Bonifacio IX. a quo anno 1396. in locum Mormilii Epiſcopus Senenſis renunciatus eſt. Decem omnino annos hanc rexit Eccleſiam, deceſſitque ann. 1407. quo Gregorius XII. Senas venit cum duodecim Cardinalibus, ut reipublicæ Chriſtianæ conſuleret. Manſit in eadem civitate, irrito conatu, a die 3. Septembris 1406. uſque ad 23. Januarii anni ſequentis, ut marmorea inſcriptio in Metropolitana Eccleſia parieti affixa loquitur, in qua ejuſdem Gregorii ſtemmata, una cum inſignibus duodecim illorum Cardinalium, qui tunc ſecum aderant, viſuntur, inſculpta, nempe Cardin. Angeli Acciajoli, Henrici Minutuli, Antonii Cajetani, Valentini Hungari, Angeli de Anna, Conradi Caracciolі, Franciſci Uguccionii, Jordani Urſini, Antonii Calvi, Raynaldi Brancacii, Odonis Columnæ, ac Jo. Ægidii Normandi; inſcriptio vero ſic proſtat legentibus. LXIV

Dominus G. PP. XII. intrat Sen. die iij. Septemb. cum xii. Card. ut ſchiſma tollant; hic moram traxit uſque hodie xxiii. Januarii. . . ipſorum D. PP. & Card. in iſta Eccleſia multa indulgentiæ ſunt conceſſa, quorum D. PP. & Card. ad perpetuam rei memoriam, arma hic ſunt poſita tempore egregii viri domini Catarini operarii dominæ majoris Eccleſiæ anno D. M. CCCC. VII.

„ Tempore hujus Epiſcopi venit Gregorius XII
„ & Lucæ poteſtatem laureandi in Theologia U-
„ niverſitati Senarum conceſſit. En Bulla, quam
„ non

(1) Gulielmus non obiit Senarum Epiſcopus, ſed Epiſcopatu ſe abdicavit, & juxta Cabriccinum factus fuit Epiſcopus Laurienſis. Die 25. Septembris 1380. erat adhuc hujus Civitatis Epiſcopus, veluti apparet in Caleſſo Nigro f. 383. *Benevolentius*.

(2) Luca Bettino Cathedralis Senenſis Capitulum ſucceſſorem elegerat Fr. Michaelem Pauli Pelegalli, Senenſem Ord. Prædicatorum; ut patet ex Inſtrumento exiſtente in Archivio Conventus S. Dominici ejuſdem Urbis, & relato ab Ugurgerio in Pompis Senen. p. 1. pag. 131. Quam electionem cum ratam non habuiſſet Urbanus VI. atque in ejus locum Carolum Minutulum Neapolitanum ad illum thronum evexiſſet, hinc indignati Senenſes dignitatis poſſeſſionem inire eumdem Carolum, ſicuti & ſequentem Franciſcum Mormilium haud paſſi ſunt, ut teſtatur idem Ugurgerius in loco citato. De Fr. Michaele vide Fontanam in Theatro Dominicano. Ceterum neſcio qua auctoritate ductus Ciaconius in Vita Sixti IV. dixerit Andream Nolanum, quem in ſacris literis doctorem habuit Sixtus in ſua juventute, ad Epiſcopatum Senenſem aſſumptum fuiſſe.

(3) Franciſcum Mormilium puto fuiſſe Epiſcopum etiam anno 1401., quia reperio in fol. 310. Caleſſi Nigri die 6. Maii 1401. factam fuiſſe mentionem contra nobilem Aloyſium Domini Cerracci ... Mormilii Neapolitanum fratrem Epiſcopi, qui morabatur Senis in Populo Abbatiæ ad Arcum, & erat Viccecomes in Terra Epiſcopatus. *Benevolentius*.

,, non invenere Compilatores Conſtitutionum Theologicatum Senenſis univerſitatis. A

,, *GREGORIUS EPISCOPUS*

,, *ſervus ſervorum Dei.*

,, *Ad perpetuam rei memoriam.*

,, *In Apoſtolicæ Sedis ſpecula licet immeriti conſtituti ad ea libenter intendimus, ut quæ per ſæculares Principes, locis, in quibus ſtudia vigore poſſe conceſſa ſunt, illibata ſerventur, & ut ſtudentes in ſtudiis ipſis conſuetudines bonas obſervent, privilegiis potioribus gaudeant, & provecti cum rigore examinis ad altiora conſcendant partes noſtræ ſollicitudinis adhibemus. Sanè ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Priorum, Gubernatorum, & Capitanei Populi Civitatis Senarum, necnon officialium ſuper generali ſtudio dictæ Civitatis Deputatorum petitio continebat. Quod olim claræ memoriæ Carolus IV. Romanorum Imperator Communitati ejuſdem Civitatis conceſſit, quod in dicta Civitate vigeret ſtudium generale in Jure Canonico, & Civili, & medicinis, Philoſophia, Logica, Rhetorica, Grammatica, & quavis alia licita facultate, Theologia dumtaxat excepta, prout in authenticis litteris ejuſdem Imperatoris ſigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Priorum, Gubernatorum, Capitanei, & officialium prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut privilegium hujuſmodi auctoritate Apoſtolica confirmare, necnon quod in Civitate prædicta in omnibus facultatibus ſupradictis, ac etiam in eadem Theologia auctoritate Apoſtolica vigeat, de cætero ſtudium Generale concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad Civitatem eamdem gerentes ſingularis dilectionis affectum hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac prædictum privilegium confirmantes prædicta auctoritate concedimus, quod de cætero in eadem Civitate in omnibus facultatibus antedictis, ac etiam in Theologia prædicta vigeat ſtudium generale. Volentes, quod in eodem ſtudio omnes bonæ conſuetudines, & rigoroſæ examinationes, quæ ſervantur in Bononienſi, & Pariſienſi ſtudiis pariter obſerventur.* C *Quodque illi, qui in eadem Theologia magiſterii, & aliis facultatibus Doctoratus gradus recipient, ſingulis privilegiis, indulgentiis, gratiis, immunitatibus, & Indultis gaudeant, quibus Magiſtrati, & Doctorati Bononiæ, & Pariſiorum gaudent, ſeu etiam potiuntur. Conſtituimus inſuper, & tenore præſentium facimus, & etiam deputamus Venerabilem fratrem noſtrum Antonium Epiſcopum Senenſem, ac ſucceſſores ſuos, Cancellarium ſtudii prælibati, prout etiam Imperiali auctoritate conſtitutus eſt, ſeu etiam ordinatus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, conceſſionis, Conſtitutionis, deputationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lucæ Nonis Maii, Pontificatus noſtri anno 2.* . . . . . D

,, Benevolentius.)

LXV 60 GABRIEL Coodolmerius Venetus, Angeli filius, ex Barlola Nicolai Corrarii filia, clariſſima fœmina, & omnibus ſeculis celebri, raro que felicitatis exemplo, ſratrem, filium, ac nepotem ſummos Pontifices vidit, Gregorium quippe XII. germanum ſratrem, Eugenium IV. filium, & nepotem Paulum II. ex Polixena filia, quæ Nicolao Barbo in matrimonium juncta hunc genuit Pontificem. Gabriel ab avunculo Angelo tunc Caſtellano Epiſcopo educatus, magnæ ſpei adoleſcens, una cum Antonio Corrario ſratrueli in ipſo juventutis flore Ordinis Canonicorum ſecularium S. Georgii in Alga auctor fuit, mox ab eodem Angelo ad Apoſtolicam ſedem ſub Gregorii XII. nomine evecto, Romam cum Antonio evocatus, ex canonico Veronenſi prothonotarius Apoſtolicus, Theſaurarius, variiſque locupletatus beneficiis, Epiſcopatui Se-



nenſi præficitur an. 1407. tametſi adhuc in legitima ætate conſtitutus non eſſet, quandoquidem nondum annos viginti quinque attigiſſet. Qui a Senenſi pu- B blica re, quæ è ſuis civibus unum, qui mores hominum, & ritus civitatis noſceret, in Epiſcopum exoptaverat, pene tulit repulſam. Sed vicit Pontificis auctoritas, probata Gabrielis integritate, ac prudentia confirmata, qui paulo poſt majoribus honoribus eum condecoravit. Senenſi namque Epiſcopali munere haud diu functus eſt. Siquidem annuente avunculo Pontifice, eo onere, honoreque ſe exſolvit anno 1408. deinde Apoſtolicæ Cameræ clericus evaſit, mox ſub eodem Pontifice etiam Cardinalis tituli S. Clementis, tum poſt Martini V. exceſſum ſub nomine Eugenii IV. ſummus Pontifex, cujus primordia, egregiaque facinora inter multos prodit nondum publici juris factus Veſpaſianus Florentinus in lib. de viris illaſtribus, Ægidius Card. Viterbienſis in manuſcript. hiſtor 20. ſeculorum, & Iacobus Philippus Thomaſinus Æmoniæ Epiſcopus eruditiſſimus in Canonicorum ſæcularium S. Georgii in Alga Annal. Cæterum ex ceſſione Gabrielis cum Senen. Eccleſia diu paſtore caruiſſet, Alexan- C der V. Pontifex in M. Antonium Caſinum Epiſcopum Piſaurenſem eam contulit dignitatem. Nec prætereundum, quod Vvaddingus noſter in 4. tomo Annal. Minor. ad ann. 1409. refert Senenſem quemdam Epiſcopum hoc ipſo anno a Benedicto XIII. pſeudopontifice, una cum Tarraconenſi Archiepiſcopo Seguntino, Mimateoſi Epiſcopo, Bonifacio Ferrerio Carthuſiano, & miniſtro Galleciæ Ordinis Minorum, Piſas ad concilium, quod tunc habebatur, miſſum fuiſſe, ut perſcrutaretur, quibus conditionibus Chriſtiana res in tot ſchiſmatis procellis fluctuans ad concordiæ pactionem deduci poſſet; is cum aliis Nemauſi a Francorum Regis miniſtris detentus Benedicti mandata haud potuit adimplere. Verum quis ille fuerit Senenſis Epiſcopus, cum nomen reticeatur, ſcire non potui. Gabriel quidem eſſe non potuit, cum ille jam Cardinalis creatus, Lucæ apud avunculum, partem ejuſdem ſuſtinebat, nec item Antonius, quem diximus in locum Gabrielis ad hanc ſedem ab eodem Gregorio evectum. Cre- D diderim certe alium quemdam Benedicti fuiſſe aſſeclam, ad hujuſmodi dignitatis titulum ab eodem intruſum, ut ferebat illorum temporum conditio miſerabilis.

61 ANTONIUS Caſinus *a*, ex Joanne patre inſigni medico, Florentiæ ortus, haud temnendi nominis doctor plebaniam Signanam primum obtinuit, poſtea Cathedralis Florentinæ canonicus eſt declaratus, vicariuſque illius Eccleſiæ, Tuſciæ ſubcollector, Cameræ Apoſtolicæ clericus ſub Innocentio VII. tum & Piſaurenſis Epiſcopus, deinde 1409. die 13. Kalend. Aug. ab Alexand V. ad Senenſem Epiſcopatum translatus eſt, habuitq; in Piſaurenſi ſede ſucceſſorem Bartholomæum germanum fratrem ex Abb. S. Muſtiolæ Ord. Valliſumbroſæ ad eam dignitatem evocatum. Eximiæ exiſtimationis Præſul fuit, diuque Bononiam adminiſtravit ſub Joanne XXIII. ac ſub Martino V. theſaurarii munere functus eſt, ab eodemque presbyter Cardinalis LXVI

a De eo fuſe Salvinus in hiſt. Canon. Florent.

crea-



creatus ad titulum S. Marcelli, unde poſtea vulgo S. Marcelli, & Senenſis Cardinalis appellabatur. Senenſem Eccleſiam eum Groſſetana commutavit anno 1427. In Cathedrali Senenſi erexit S. Sebaſtiani ſacellum, illudque pretioſis donariis locupletavit. In Cathedrali Florentina duas capellanias fundavit, perpetuoque cenſu dotavit. Poſtremum ſuum condidit teſtamentum 1439. Agnetemque S. Apolloniæ monialem Florentinæ ditionis inſtituit hæredem, multiſque aliis piis legatis diverſas inſperſit Eccleſias, præcipue autem ſanctiſſimæ Trinitatis Florentiæ, ubi fratres, ſuique majores tumulantur. Ipſe vero fato functus eſt Florentiæ anno 1439. Romam relatus, ut in teſtamento mandaverat, apud S. Mariam majorem cum hac brevi inſcriptione ſepulchrum accepit. B

S. Antonii tit. S. Marcelli presb. Card. de Senis, qui obiit An. M CCCC. XXXIX. die iv. Februarii.

Memini me dixiſſe in meis ad Ciaconium additionibus hunc Cardinalem e populari familia fuiſſe Florentinum a. Quod verum eſſe ne dubites, ſi te prius moneo, parentem habuiſſe Joannem illum Senenſem, Florentinumque civem, qui cum diuturniori mora Senis fuiſſet, civilitatem tandem aſſecutus, illam tranſmiſit ad poſteros, atque adeo in hunc Antonium Cardinalem, eandemque tum Senis, tum Florentiæ Caſinam gentem eſſe, cum eadem gentilitia ſtemmata geſtarent, ut ſepulchrum alterius Antonii Caſini Maſſenſis Epiſcopi, filii Franciſci celebris medici perſpicue prodit, quem aliqui tum nomine, tum tempore, quo ſimul vixere, decepti, ut noſter Andreas Victorellus in additionibus ad Ciaconium fol. 2027. l. ſ. patrem putarunt hujus Antonii Cardinalis, quem modo commemoravimus. Antonius item Cardinalis deceſſit anno 1439 Romæ jacet. Antonius Maſſæ Populonii Epiſcopus obiit 1429. ſepultus in ſua Cathedrali, ut infra videbimus. Ille patrem habuit Joannem Innocentii VII. hic Franciſcum Martini V. Pontiff. Maxx. inſignes medicos, ut certa produnt monumenta. Cæterum Caſina gens jam deſiit eſſe Florentiæ per mortem Agnetis ſororis Cardinalis Antonii, quam inſtituerat hæredem; Senis vero, per ejus exceſſum, qui nomine factioſi, capitis pœnas luit. Cæterum Antonio Præſule Senis ex decreto Martini V. inchoatum eſt Concilium generale ann. 1423. ſed poſt paucos menſes coorta diſſenſione inter patres diſſolutum eſt. Hinc lapis in Metropolitana ita proloquitur. C D

a Senenſem fuiſſe docet doctis. [illegible] in ſu. Canon Florent. hiſtoria. Ipſe Epiſcopatum Senenſem reliquit, & Groſſetanum ſuſcepit, [illegible] Senenſes Epiſcopatum hunc in commendam conſecuti. De Concilio Senis inchoato ſub hoc Epiſc. vide Franc. Thomaſius in ſua hiſt. inedita.

Hic Ann. M.LIX. Ildebrando Ildebrandeſco Archid. purpura curante, qui poſtmodum Greg. VII. Oecumenicum Concilium celebratum, ubi Antipapa Benedicto abrogato Gerardus Allobrus Epiſcopus Florent. adſumptus Nicolaus II appellatus, qui ſtatim L. G. D. ne amplius a Pop. vel a Clero ſed a Cardinalibus Rom. Pont. eligeretur. Hic rurſus Generale Concilium M.CCCC. XXIII. ſub Martino V. celebratur, ſed inter Concilii proceres pauces poſt menſes coorta diſſenſione, ut multis jam conſtitutis Canonibus ægre ferentes Senenſe diſſolvitur.


Anno 1427. Card. Caſinum Senen. ſedem cum Groſſetana commutaſſe ex actis conſiſtorialibus ſupra retulimus, In cujus vacuæ Eccleſiæ locum cunctis ordinibus per oratorem apud Martinum V. poſcentibus ab eodem Pontifice ad ejus Eccleſiæ gubernaculum adſcitus eſt Bernardinus Senenſis Sanctitate celeberrimus, ejus ævi Minorita, qui hoc habet laudis, ut paulo poſt a Nicolao V. Pontifice in ſanctorum numerum ſit relatus. Id conſtat ex epiſtolis ejuſdem Card. Caſini, quod olim authographum Lucæ Vvaddingo amico noſtro, viro doctiſſimo, & nunquam ſine laude nominando, dono dedimus, quod hic iterum exhibeo.

Magnificis, & excellentiſſimis D.D. Prioribus, conſilio, communi, ac capitaneo populi civitatis Senarum amicis noſtris chariſſimis

A Card. S. Marcelli.

Magnifici, & excellentes Domini. Hac mane ſanctiſſimus dominus noſter de Eccleſia Senenſi providit reverendo in Chriſto patri domino fratri Bernardino de Senis, de qua re ſua Beatitudini inſtantiſſime ſupplicavimus. Et ſicut in hoc operati fuimus, ita in omnibus vobis gratis, & juxta vota veſtra faciemus. Romæ die quarta Junii 1427.

Patriæ, aliarumque civitatum Inſulas, velut inanes fucos humilitatis gratia Bernardinum longius a ſeſe repuliſſe oſtendit Maffæus Vegius in lib. 3. ejuſdem ſancti patris vita, Jannottus Manettus in lib. contra Judæos, & Gentiles, Veſpaſianus Florentinus in ejus vita manuſcripta, & Vvaddingus tomo 4 Annal. Minorum hiſce verbis cauſam notavit, cur dignitati nuncium remiſiſſet. *Vocatus vere, ait, vir ſanctus, ut collatam admitteret dignitatem, ne civium ſuorum videretur vota aſpernari, & benevolentiam ingratitudine compenſare, plurimas egit gratias univerſis tanti honoris auctoribus. Dein Epiſcopalem dignitatem, dignaeque præferentes ſummopere commendans, multas ſubjunxit rationes, propter quas non poſſet oblatam amplecti. Non enim, inquit, me miſit dominus baptizare, ſed evangelizare, & majoris lucri reputo, ubicumque terrarum homines evangelica erudire doctrina, quam unius Epiſcopatus ambitu circumcingi. Reliquaque Epiſcopum ſpecioſe circundant, aulicos, & rerum affluentia, procul habeo, & malo cum pauperibus penuriam pati, quam inter opulentos Antiſtites honoribus efferri. Huic tanto oneri innumeris curis obnoxio me imparem ſentio, & in humili ſtatu, quem, Deo inſpirante, delegi, majori fide potero reddere, quæ promiſi.* Reſpuiſſe etiam Urbini, & Ferrariæ Epiſcopatus iidem, aliique auctores ſcriptum reliquerunt.



62 CAROLUS Bartolus Senenſis, filius Angelini eques, ac rector hoſpitalis S. Mariæ de Scala ad Epiſcopatum ſuæ patriæ aſſumptus eſt anno 1427. die 27. menſis Septembris; eodemque die populo fauſta acclamatione plaudente a Martino V. Pontifice inauguratus fuit; declaratuſque legatus ad publicam Senenſem rem ob trepida, difficillimaque negotia, Apoſtolicæ ſedi illam cum ſum- LXVII

ma


ma prudentiæ laude conciliavit. E vivis ſublatus eſt* 1446. (1) menſe Junio, ſepultuſque eſt in Cathedrali ante S. Creſcentii altare cum hac brevi inſcriptione.

* Ex App. tom. 3.

D. Caroli Cl. Equitis, & Pont. piiſſimi Senenſis D.


LX VIII. 63 (2) CHRISTOPHORUS de S. Marcello Vicentinus, ex Epiſcopo primum Cervienſi, deinde etiam Ariminenſi ad Eccleſiam Senenſem ab Eugenio IV. translatus eſt* 1446. (3) XIV. Kalendas Octobris. Hic eum ſanctiſſimis moribus eſſet, decedens meruit, ut per ſolidum diem in Cathedrali exponeretur, illumque ut plane ſanctum ſupplex Senenſis populus veneraretur.

* Ex App. tom. 3.



LXIX. 64 NERIUS de Monte Carulo Piſtorienſis diœceſis, Regio Lepidi oriundus, ſpectatæ nobilitatis vir, I. U. D. plebanuſque S. Laurentii in Collina Bononienſis diœceſis anno 1444. Epiſcopus ſublectus eſt 5 Kalendas Decembris, eodemque anno Picenam Provinciam Eugenius IV. illi demandavit regendam, gubernatoremque Patrimonii S. Petri aſcivit. Contagioſo morbo laborans deceſſit Viterbii *a*, tumulatuſque eſt in Eccleſia Paradiſi, olim Ciſtercienſium monialium monaſterio, nunc Fratrum Minorum de Obſervantia. Ob egregias animi dotes charus omnibus fuit. Ejus gentilitia ſtemmata in quodam ſigillo mihi videre contigit, quæ Montes tres cum tribus ſuperne roſis continent. Poſt Nerii exceſſum, poſtularunt Senenſes, ut ſibi in Præſulem ordinaretur comes Cacciacontius nobilis Senenſis monachus, ac Abbas inſignis monaſterii s. Galgani, ex Ordine Ciſtercienſi, qui per id tempus pro Senenſibus apud Nicolaum V. legationis munere fungebatur. Sed in irritum ceciderunt preces, cum dictus Pontifex Piccolomineum, qui proxime ſequitur, Senenſium Pontificem deſignaſſet.

a Senis diſceſſerat velut patrum acceptus.



LXX 65 ÆNEAS Sylvius Piccolomineus, nobilis

A Senenſis, Epiſcopus antea Tergeſtinus, a Nicolao V. ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1450. VII. die menſis Novembris, ac paulo poſt a Calliſto III. inter purpuratos Patres cooptatus; poſt cujus exceſſum ad ſummam Apoſtolicam ſedem evaſit, ſub nomine Pii II. Pontifex utique memorabilis ob vitæ probitatem, ſpectatamque doctrinam. Hic & Eccleſiam ſibi creditam inſignibus ſanctorum reliquiis, ſuperbaque ſupellectili locupletavit, & ad Archiepiſcopatus apicem cum ſupramemoratis ſuffraganeis evexit. Quæ ingentia Pii geſta proſtans in Cathedrali Senenſi lapis in hunc modum proloquitur.

Pius II. Piccol. Pont. Max. Cathedralem hanc Eccleſiam D. Jo. Baptiſtæ brachio dextero ſe ditatam Metropol. conſtituit. Hic purpuratos cum pluribus aliis Nicolaum Forteguerram, & Franciſcum Piccol. nepotem Archiepiſcopum Senenſem Pium Max.
B *III. nuncupatum creavit. Hic a Conventu in Turcas Mantua reverſus quotannis per tres Pentecoſtes dies exactam peccatorum expiationem rite precantibus indulſit, quam diu ſopitam Paulus ex Burgheſia gente PP. V. in perpetuum reſtituit.*

Quiſquis adoratum veniſti hic Chriſti Præcurſorem poſt Chriſtum ſupplex venerare, & libens hæc legito notas indices brachii, quod terris Dei Filium indicavit, proximo in ſacello dextrum Baptiſtæ brachium aſſervatur. Hoc Pius II. Pont. Max. ante maximam hujus Baſilicæ aram Purpuratis Patribus octo circumſeptus Senatu, ac Senenſium civitate in univerſa venerabunda in cantu patria ſua paterni amoris ſempiternum relicturus monimentum Pontificia poteſtate donavit Eccleſiæ prid. non. Maji M. CCCC. LXIV. Suſcipe Sena inquiens brachium nobis a Thoma Palæologo
C *Peloponneſi Rege dono datum, ac plane divinitus factum puta, ut cum in parentis alvo plauſus Joannes a fœcunda Virgine, dum in ventre fueras ſalutatus, nunc idem emortuus quaſi ſalutandæ Virginis cauſa in hanc Virginis deferatur ædem. Quod igitur in Jordane innocentem Servatorem abluit, nocentium animorum divina gratia impetrator ſordes eluat. Sic fatus, læto cum plauſu ſacro hujus templi Senatui obtulit. Quod graviſſimis juratis teſtibus verum comprobatum, ac pretioſiſſ. ornamentis honoratus luſtris pluribus circumactis ſumma cum veneratione colitur. Sancte nobis dexter adſis in hoc dexter.*

At in ſacello, in quo olim fuit bibliotheca Pii, hæc leguntur lemmata ſubrecta pictoria, hiſtoriam vitæ, rerumque ab eodem Pontifice geſtarum continentibus. Æneas Sylvius Piccolomineus natus eſt patre Sylvio, matre Victoria 8. Octobris anno
D 1405. Corſiani in fundis gentilitiis. Baſileam ad Concilium contendens, vi tempeſtatis in Libyam propellitur. Æneas Sylvius a Baſileenſi concilio in ulteriorem Britanniam orator, ac in Scotiam ad Regem Calliſtum miſſus, a tempeſtate in Norvegiam pulſus, & per Britanniam regios ſpeculatores eludens, Baſileam revertitur. Hic Æneas a Felice Antipapa legatus ad Fridericum III. Cæſarem miſſus laurea corona donatur, & inter amicos ejus, & ſecretarios annumeratur, & iis præficitur. Æneas a Friderico III. Imperat. legatus ad Eugenium

(1) Carolus Bartolus non obiit anno 1446., ſed anno 1444. In fol. 11. libri Conſiſtoriorum hujus anni reperio Senenſes conſtituiſſe die 22. Septembris facere aliquas impenſas ob mortem Caroli Agnolini Senarum Epiſcopi, & magnificos Dominos excelſos cum Populi Capitaneo, & Magiſtratibus adeſſe debere prædicto funeri; & id quidem jure fecerunt, quia benemeritus fuit Epiſcopus hic de Patria ſua: nam ſæpe ſæpius pro eadem legatione functus eſt. *Benevolentius*.

(2) P. Franciſcus de Terviſio Senenſem Eccleſiam regendam ſuſcepiſſe circa an. 1445. aſſirmant Padius, Razzius, & alii; ſubdentque ante hunc Antonium de Guardavalle eamdem Eccleſiam rexiſſe circa an. 1375. Utrumque excludunt Ughellius, & Ugurgerius. *Fontana in Theatro Dominicano*.

(3) Chriſtophorus de Sancto Marcello anno 1444. Epiſcopatum ſuſcepit. In prædicto Conciſtoriorum libro anni 1444. legimus Dominum Antonium Anconitanum Vicarium Reverendi Patris Chriſtophori novi Senarum Epiſcopi Epiſcopatus poſſeſſionem requirere, ſed hoc eodem anno Chriſtophorus Romæ obiit. In dictis libris ejuſdem anni legimus Dominum Comitem Martini Severinum Romæ ſcribere Epiſcopum Senarum mortuum eſſe. *Benevolentius*.

nium IV. miſſus, non ſolum ei reconciliatus eſt, ſed hypodiaconus, & ſecretarius, mox Tergeſtinus, deinde Senenſis Antiſtes creatur. Æneas Friderico III. Imper. Leonoram ſponſam exhibet, & puellæ, ac Regum Luſitanorum laudes complectitur. Æneas Senenſis Antiſtes ad Calliſtum III. orator a Friderico III. miſſus, Pontificem ad bellum Aſiaticum armat, & patrum, principumque omnium rogatione Cardinalis efficitur. Calliſto mortuo, Æneas Cardinalis Senenſis acclamatione patrum, apertiſque ſuffragiis Pontifex deligitur, & Pius II. nominatur. Pius II. Pont. Max. a Ludovico Mantuanorum principe claſſe in naumachię ſpeciem exceptus vi. Kal. Junii Mantuam ad indictum de expeditione in Turcas conventum ingreditur. Pius II. Pontifex Maximus Catharinam Senenſem ob innumera ejus miracula inter divos retulit. Pius II. cum Anconæ expeditionem in Turcas acceleraret, ex febre interiit, cujus animam eremita Camaldulenſis in cœlum efferri videt. Corpus vero patrum decreto in Urbem deportatum eſt.



LXXI I ANTONIUM Piccolomineum a, filium Andreæ ex Modonellæ dominis, monachum, & Abbatem S. Vigilii, ex Ordine Camaldulenſi, Pius II. Pontifex ſuum ſucceſſorem effecit anno 1458. die 18. menſis Septembris. Inſecutoque anno primum Archiepiſcopum Senenſem declaravit die 19. menſis Aprilis, eidemque detulit pallium, ut ex ſequenti bulla perſpicitur.

a De hoc ſcent, & de reliquis tum Epiſcopis, tum Archiepiſcopis tractat Ugurgerius in Pompis Senenſ. Manuſ.

PIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Triumphans Paſtor æternus, glorioſa ſanctorum traditione patrum, ut ſuum ſalvaret populum, directis in monte colloquiis, eruditionis ſacratiſſima præmiſit myſteria, quod ignis in altari ſacerdotis confoveatur officio, & ut ſine intermiſſione comburat, ligna ei ſubjicere illius non ceſſet myſterium ſtudioſum. A latere quippe Dei, cor fidelis habetur cujuslibet, in quo ipſis ardor ignis indeſinenter experitur, quo velut flammam ardentis neceſſe eſt incendere charitatis. Sancta vero, & immaculata (quam paſtor ipſe, adveniente temporis plenitudine, ejus unigeniti glorioſiſſimi aſperſione ſanguinis, fundare, conſecrari, & æternaliter ſtabiliri cenſuit) mater Eccleſia ignis ejuſdem ſacri ductu flammarum ſplendore veſtita, quos regeneravit in Chriſto nexus charitatis ipſius compage, fideles ſtringit univerſos, & Eccleſias alias ſuas, tanquam adoleſcentulas, ignis hujuſmodi confovet ardoribus, & ſcintillis adornat claritatis. Nos itaque illius ſummi directione Paſtoris (qui Eccleſiæ, ac fidelium eorundem noſtræ commiſit inſufficientiæ curam, noſque licet immeritos in ipſius montis verticem, ad ſummi ſacerdotis Pontificium conſcendere voluit) hujuſmodi inſtructi documentis, adoleſcentulas ipſas, earumque paſtores, in partem ſolicitudinis conſilii cœleſtis diſpoſitione vocatos, in charitatis viſceribus ardentius complectentes, ut ea ſummopere noſtri miniſterii dona con- A *geramus, noſtros continue diffundimus cogitatus, per quæ ad exaltationem, & incrementum intendenda ſtatus Eccleſiarum, quoque compunctionis antidotis, & amore fulcienda divino, corda fidelium eorundem, ignis hujuſmodi colans, & emundans quidquid humanæ fragilitatis ſuaſu offenſionis, aut contagionis irrepſerit, validiores evitare poſſit afflatus, & pro decoris adoleſcentulis eiſdem, quæ Regis habitatio ſunt æterni ſpecioſiora elargita inſignia, gratioribus ipſa mater Eccleſia munita propugnaculis; pulchra velut, & decora Hieruſalem filia, gregem depaſcat nitidum, charitatis, & virtutum radiis fœcundius illuſtratum. Ad venerabilem igitur Eccleſiam Senenſem agro irriguo (celebris videlicet, & inſignis congregationis, populique venuſtate) circumdatam, ſingulareſque hujuſmodi congregationis palmites, quos (eis de cœli rore, & terræ pinguedine benedicens, qui nunc candidior inter lilia paſcitur) munere, & meritis ampliavit, eorumque loca extendit Altiſſimus, paternæ non immerito dirigentes conſiderationis intuitum, ſperanteſque, quod* B *(eo, qui chariſmatum largitor eſt omnium, dirigente Domino, & Spiritus almifici, qui, prout vult, ſua diſpenſat dona, gratiarum imbre refecto, de virtute in virtutem, palmitibus ipſis, ad illorum ædificationem, tranquillum quoque, & proſperum ſub timore divino, confovendum ſtatum, mutuæ charitatis viciſſitudine) fructus dietim aſſiuant ampliores, tantoque Apoſtolicam (in qua cœleſtis clavigeri Apoſtolorum principis ſucceſſores exiſtimus) ſedem puris jugiter corde, & animo venerari, illiuſque votivum intendere, ſucceſſive accuratioribus debeant ſtudiis, quanto copioſiori ejus ubertate diſtenta Apoſtolicorum elargitione munerum, acceptiora congratulentur impendia liberalius accepiſſe. Præmiſſis, & nonnullis aliis rationabilibus, noſtrum ad id animum inducentibus cauſis, matura ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione præhabita, de illorum quoque conſilio, & aſſenſu, ac Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ad omnipotentis Dei, totiuſque curiæ ſupercœleſtis laudem, & glo-* C *riam, fidei propagationem, orthodoxæ Eccleſiæ univerſalis, divinique cultus, & omnium fidelium animarum ſalutis augmentum, Eccleſiam præfatam (quæ de provincia Romana eſſe dignoſcitur) a jure Metropolitico, & Romana provincia hujuſmodi omnino ſegregamus, & eximimus, necnon in Metropolim, & ſedem Epiſcopalem Senenſem in Archiepiſcopalem, auctoritate Apoſtolica erigimus, eandemque Senenſem Eccleſiam dignitatis Metropoliticæ honore, decoriſque titulis, ex ſpeciali dono gratiæ decoramus, ac etiam inſignimus. Necnon venerabili fratri noſtro Antonio Epiſcopo moderno, & ſucceſſoribus ſuis, dictæ Eccleſiæ Senenſis Præſulibus, qui erunt pro tempore, pallium inſignum plenitudinis videlicet Pontificalis officii, aſſignandum fore, Eccleſiamque Senenſem Metropolitanam, & præfatos Præſules Archiepiſcopos cenſeri, ac perpetuis futuris temporibus nuncupari debere. Archiepiſcopalia quoque, & Metropolitica inſignia gerere, jura, juriſdictiones, & cætera ſingula, prout Metropolitanis in eorum civitatibus, diœceſi-* D *bus, & provinciis a jure indultum exiſtit, facere, exercere, adminiſtrare, & exequi poſſe, eadem auctoritate concedimus. Necnon filias noſtras prædilectas Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſan. Eccleſias, cum ſuis civitatibus, & diœceſibus, juribus, & pertinentiis univerſis Eccleſiæ Senenſis, & Archiepiſcopis præfatis, tanquam illorum Metropolitanis, & de eorum provincia, ac moderno, & pro tempore exiſtentis Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſanen. Eccleſiarum præfatarum Epiſcopo, necnon Eccleſias ipſas, quo (videlicet Suanen. Cluſin. & Groſſetan.) Romanæ, necnon videlicet Maſſanen. Eccleſia hujuſmodi, Piſan. Eccleſiis ſubjectæ exiſtunt, ab eiſdem Roman. & Piſan. Eccleſiis, & eorum provinciis omnino ſegregamus, illaſque Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſan præfatis Archiepiſcopis pro eorum ſuffraganeis perpetuo ſubjicimus, & ſubjectas eſſe volumus per præſentes. Ita quod Archiepiſcopi Senen. in eiſdem Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſan. civitatibus, & diœceſibus, jus Metropolita-*

cum

cum ſibi vendicent, necnon Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſan. Epiſcopi præfati, eiſdem Metropoli, & Archiepiſcopis, ad omnia, & ſingula habeantur, & ſint adſtricti, ad quæ ſuffraganei ſuæ Metropoliticis Eccleſiis, ac Metropolitanis tenentur, & obligati judicantur ſecundum canonicas ſanctiones. Volentes præterea, & etiam ſtatuentes, quod Archiepiſcopi, & Senenſis Eccleſia præfati omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, gratiis, & indultis apoſtolicis, ac aliis quibuſcumque potiantur, & gaudeant, quibus de jure Archiepiſcopi, Eccleſiæque Metropolitanæ, & earum capitula utuntur, potiuntur, & gaudent, necnon Eccleſia Senen. præfata, & illi, qui ei hactenus præfuerunt ante erectionem hujuſmodi, etiam de conſuetudine, quomodolibet uti poterant, potiri, & gaudere. Quodque ſuffraganei præfati, ac earundem Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſan. civitatum, diœceſumque clerici, & laici, præfatis Archiepiſcopis, veluti ipſorum Metropolitanis debitos exhibeant obedientiam, reverentiam pariter, & honorem. Et inſuper irritum ex nunc decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quod Eccleſia ipſa, ut præfertur, ſubjecta fuerint, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, ſtatutis, conſuetudinibus Eccleſiarum præfatarum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo, &c. ſiquis autem, &c.

Datum Senis anno Incarn. Dominica milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono, 10. Kal. Maji, Pontif. noſtri anno 1.

Poſt inſtitutam Senis Archiepiſcopalem dignitatem, Pius II. Senenſem Eccleſiam per Agapitum de Ruſticis, virum conſilio promptum, ſacræque Rotæ Auditorem ſerio reordinavit, ſequentique Bulla, quæcumque Ruſticus cenſuiſſet, conſtabilivit, ac rata habuit.

PIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Inter cætera orbis terrarum univerſalis cura noſtræ commiſſa, & inter arduas, variaſque occupationes noſtras, quibus aſſidue premimur, Eccleſiæ Senenſis non immemores ſumus, cui dum eramus in minoribus conſtituti, paſtoralis officii cura, & regimini præeramus, & licet eam, ut decet, ſemper dilexerimus, nunc vero ad ſummum Apoſtolatus apicem divina diſpoſitione vocati, eam, ac perſonas Eccleſiaſticas in illa conſiſtentes, præcipua charitate complectimur, & ad ea libenter intendimus, quæ in ipſius Eccleſiæ canonicorum, & . . . . prædictorum in ſuis actionibus dirigendis, & inſtituendis laudabiliter ſervandis fore conſpicimus opportuna. Nos igitur cupientes diſſenſiones, & controverſias, quæ propter diverſitatem ſtatutorum, obſervationes, & conſuetudines varias in eadem Eccleſia pro tempore fuerunt, avellere, & abrogare, ac ut Eccleſia ſupradicta hujuſmodi, ad animarum ſalutem, & univerſi mundi ſalvatoris ſecundum ſalutaria inſtituta proſperè, & decenter regatur, & gubernetur, venerab. fratrem noſtrum Antonium tunc Epiſcopum, modo vero Archiepiſcopum Senenſem, & dilectum filium Agapitum Cencio de Ruſticis canonicum baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Referendarium, ac familiarem noſtrum, continuum commenſalem, ac cauſarum palatii Apoſtolici Auditorem, de quorum doctrina, ac prudentia, & vitæ integritate ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, ad nonnullas in eadem Eccleſia conſtitutiones perficiendas, & reformandas, tollendas, moderandas, & corrigendas, prout eis melius viſum fuerit, commiſſarios delegimus, & deputavimus. Qui quidem mandatis noſtris obſequentes, anno incarnationis Dominicæ 1459. xiv. Kalendas Maji, Pontificatus noſtri anno primo, quinquaginta ſex novas conſtitutiones, & ordinationes hujuſmodi, quarum prima incipit: Quoniam: & finit: ſucceſſerunt: ultima autem incipit: Proſpicientes, & finit, ad Epiſcopum, in quodam volumine viginti octo capita deſcriptos, noſtra auctoritate prudenter, fideliter, & diligenter inſtituerunt, prout in conſtitutionibus, ordinationibus, ac volumine prædd. latius continetur. Quocirca nos de præmiſſis omnibus, & ſingulis plenam, & veram notitiam habentes, ac conſtitutiones, & ordinationes hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerta forent, pro expreſſis habere volentes, omnes, & ſingulas conſtitutiones, & ordinationes præfatas per Antonium Epiſcopum, & Agapitum prædictos confectas, quas juſtas, & honeſtas eſſe non ignoramus, necnon omnia & ſingula in eis contenta, auctoritate Apoſtol. ex certa ſcientia, tenore præſentium approbamus, & confirmam. ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſiqui forſan adveniſſent in eiſdem. Mandantes omnibus, & ſingulis, quorum intereſt, ſeu quomodolibet intereſſe poterit in futurum, quatenus conſtitutiones, & ordinationes præſcriptas penitus obſervent, ac omnino faciant inviolabiliter obſervari, non obſtantibus aliis conſtitutionibus tam antiquis, quam novis, ac duabus, vel etiam pluribus literis noſtris in forma brevis in prædictis, & ante prædicta emanatis. Quæ omnia quantum prædictis conſtitutionibus contravenirent, vel in aliquo aberrarent, vel contradicerent, ex ſimili noſtra ſcientia tollimus, & annullamus, & caſſamus, ac pro ſublatis, annullatis, & caſſatis haberi volumus per præſentes. Nos enim irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam approbationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, mandati, ſublationis, annullationis, & caſſationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Senis anno incarn. Dominica 1459. xi. Kalen. Maji Pontif. noſtri anno 1.

Antonius vero brevis Pontifex fuit. Deceſſit quippe prope Philippea balnea, delatumque ejus cadaver Senas, in Cathedrali tumulatum eſt ſolemni pompa. Paulo poſt obitum Antonii, in Ilicetano cœnobio ad cœlum evolavit venerab. Chriſtophorus Landuccius nobilis Senenſis, vir ſanctimonia, & rerum geſtarum magnitudine inſignis Ilicetanæ congreg. Ord. Eremitarum S. Auguſtini alumnus, ætatis ſuæ 93. qui in vinea domini per annos 70. ſtrenue laborarat, fueratque, dum viveret, Pio II. Pontifici, Antonioque Archiepiſcopo in paucis charus, cujus meminit auctor alphabeti Auguſtiniani inter beatos Auguſtinianæ religionis. Porro de laudibus Ilicetani cœnobii extat epiſtola Ægidii Cardinalis Viterbienſis, nondum typis excuſa in bibliotheca Angelica ſatis pulchra.



2 FRANCISCUS Piccolomineus, ex ſorore Laudemia, Pii Pontificis nepos, ac Nannes Todeſchini filius, in familiam Piccolomineam cooptatus, educatuſque a patruo, adhuc adoleſcens Senenſium Præſul pronunciatus eſt an. 1460. die 19. menſis Februarii, Commendatariuſque Abbatiæ S. Vigilii, ac paulo poſt Diaconus Cardinalis ad titulum S. Euſtachii, deinde etiam toto propemodum Chriſtiano orbe plaudente ſummus Pontifex LXXII.

A conſalutatus eſt, cum Eccleſiam Senenſem uſque ad aooum 1503. adminiſtraſſet. In memoriam patrui voluit appellari Pius, ſed breviſſimus Pontifex fuit, cum vix vigioti ſex dies regnaſſet. Metropolim Senenſem exornavit, ibidem altare è Pario, caodidoque marmore conſtructo, ſub quo viveos, adhuc ſibi ſepulchrum deſtinaverat, ut ex hac inibi inciſa inſcriptione perſpicitur.

Sep. Franciſci Piccol. Card. S. Euſtachii Archiep. Senen.

LXXIII. 3 JOANNES Piccolomineus natus anno 1475 die IX. menſis Octobris, duorum Piorum Pontiff. propior affinis Archiepiſcopus adlectus eſt 1503. Lateranenſi Concilio interſuit ſub Julio II. Eundemque Cardinalem creavit ad titulum S. Balbinæ Leo X. anno 1517. Sub Paulo III. ad Carolum V, cum Alexandro Cæſarino Cardinali obiit legationem, cum victor rediiſſet a Tunetana expeditione. Senenſem Eccleſiam admioiſtravit uſque ad anonm 1529. illamque, reſervato tamen ſibi regreſ-
B ſu, Franciſco Bandino ceſſit. Senis demum defunctus eſt 1537. cum jam eſſet Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, ſacrique Collegii decanus; ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Franciſci in ſuorum majorum ſepulchro.



C

LXXIV. 4 FRANCISCUS Bandious, filius Salluſtii, nobilis Senenſis, Joanniſque Cardinalis Piccolominei ex ſorore Montanina nepos, ex ipſius Cardinalis ceſſione, ex Cameræ Apoſtolicæ clerico Archiepiſcopus adlectus eſt anno 1529 die 7. menſis Aprilis. Qua obtenta dignitate optimis ſuis civibus adeo charus fuit, ut ſæpe non ſolum ejus conſilia in publicis negotiis poſcebant, ſed etiam Marium fratrem ſuum ad maxima ſuæ civitatis opera ſubeunda revocabant. Poſtea Senis orta ſeditione, ſub Paulo IV. Romam ſe contulit, cognitaque ſuæ virtutis excellentia ab ipſo, & a Pio IV. Pio V. ac Gregorio XIII. ejus ſucceſſoribus multis honoribus, ac dignitatibus decoratus fuit. Primum nomine Prælati domeſtici
D inſignitus, & capellæ aſſiſtens, fabricæ Vaticanæ Baſilicæ deputatus, tum Romæ Gubernator electus eſt ſumma omnium beoevolentia. Quo Præſule collegium Societatis Jeſu, opera Franciſci Mendozæ Cardinalis inchoatum eſt an. 1555. Ejus opera Pii II. commentaria in lucem prodiere. Vir ſane doctiſſimus, variaque literarura præclarus. Ad ſexaginta annos Senenſem rexit Eccleſiam ſumma cum laude prudentiæ, effœtæque ætatis Romæ deceſſit 1588 ſepultuſque eſt apud S. Petrum prope ſepulchrum Pii Papæ II. & Pii III. ejus conſanguinei cum hac inſcriptione.

D. O. M.

Franc. Band. Archiepiſcopo Senarum, ut in S. Andrea oſſa hic requieſcunt.

GERMANICUS Baodinus, Franciſci nepos, a Pio IV. ſublectus eſt Archiepiſcopus Corinthi, patruique coadjutor, cum ſpe futuræ ſucceſſionis anno 1560. interſuit Tridcotino Concilio. Deceſſit antem ante patruum, ſepultuſque eſt io Metropolitana cum hoc epitaphio.

Germanico Bandino Marii filio, Archiep. Corinth. & Senarum Eccleſiæ coadjutori, doctrina, ac religione admirabili, qui poſt reditum a ſacra Trident. ſynodo, dum ad corrigendum cleri, & populi ſui mores totus incumbit, Deo vocante ex hac vita omnium mœrore diſceſſit. vix. ann. xxxvi. Franciſcus Band. Piccolomineus Archiepiſc. Senenſis fratri, & fratris filio B. M. D. C.


ALEXANDER Piccolomineus a, Senenſis, Franciſci Bandini ſecundus coadjutor fuit, cum ſpe futuræ ſucceſſionis 1574. die 28. menſis Julii, cum Archiepiſcopus antea Patrarum fuiſſet adlectus; qui item ante Bandinum defunctus eſt 1578. cordatis, & bonis mœrentibus, ſepultuſque in Metropolitana cum hoc epitaphio.

a De hoc Imperialis in Museo hiſt. p. 82. Ghilinus in Theatro vol. 1. p. 8. Mandoſ.

Alexandro Piccolomineo Patrarum Archiepiſc. Senen. Card. cui comitas cum gravitate, & morum ſanctitate, & amorem, & reverentiam omnium conciliaverat, incredibili autem in omni laudandarum artium genere doctrina copia, & in eiſdem erudiendis perſpicacitas nunquam morituris ab eo conſignata monumentis, ſummo toto terrarum orbe nominis celebritate comparaverat. Joannes Baptiſta hujus templi antiſtes, & Diæphebus Archipresbyter, fratreſque alii poſuerunt. Vixit annos LXX. obiit anno M. D. LXXVIII. quinto id. Martii.



LXXV. 5 ASCANIUS Piccolomineus, Æneæ, & Victoriæ Piccolomineæ filius, eximia doctrina, ac ſapientia præditus, quippe qui optimarum diſciplinarum cognitione, & vitæ moderatione ab ipſis ſere incuoabulis inclaruit, eligitur Tarſenſis Archiepiſcopus adhuc florenti ætate, ac Franciſci Bandini in Senenſi Eccleſia coadiutor, cum futura ſucceſſiooe datur in locum Alexandri Piccolominei immature ſublati, eidemque ſucceſſit anno 1588. Fuit Ferdinando I. Hetruriæ magno Duci tertio longe chariſſimus, cæteriſque emunctæ naris hominibus in pretio habitus. Condidit multa egregia monumenta, poſteriſque reliquit, quæ typis nondum edita præter unum egregium in C. Cornelium Tacitum commentarium, quod Politici omnes docti magni faciunt. Præfuit laudabiliter Senenſi Eccleſiæ magnus Eccleſiaſtici ordinis propugnator, rigiduſque Eccleſiaſticæ diſciplinæ obſervatur, annis novem. Conceſſit in patria ann. 1597. ſepelitur honorifice in majorum ſepulchro apud S. Auguſtinum, funus procurante Sylvio germano fratre equite illuſtriſſimo, Aſcanii Archiepiſcopi viventis, & Octavii Amalphitanorum ducis Italici Martis patre, Magni deinde Coſmi II. Hetruſcorum ducis aulæ præfecto.



LXX VI. 6 **FRANCISCUS** Maria Cardinalis Tauruſius *a*, ex Avenionenſi Archiepiſcopo, Senenſis Archiepiſcopus adlectus eſt anno 1597. die XV. menſis Septembris. Hic Politiani nobili Hetruriæ oppido natus eſt, ſpectabilis dignitatis parentibus, fuitque pronepos Cardinalis Antonii de Monte, nepos autem Joannis de Monte, Julii III. ſummi Pontificis nepotis, magnique Magiſtri Hieroſolymitanæ militiæ. Adhuc adoleſcens congregationi Oratorii nomen dedit, mirabileſque progreſſus fecit ſub diſciplina S. Philippi Nerii. Deinde Oratorii generalis *b* præfectus effectus adeo frequenter, ſalubriterque populis verbum Dei enunciavit, ut a Baronio dux divini verbi meruerit appellari. Neapoli Oratorium fundavit, rapuitque per ſex annos, quibus ibi commoratus eſt, tum pietatis, tum ſuavitate morum, omnium animos. *c* Romam illum Pius V. vocavit, Cardinalique Alexandrino nepoti, in Hiſpaniam, in Galliam, Luſitaniamque proficiſcenti adhibuit monitorem, ac itineris ſocium. Romam reverſus ad ſolita pietatis officia rediit, dumque illum ſuaviter divina meditantem cella concluderet, magno ſuo mœrore a Clemente VIII. Archiepiſcopus Avenionenſis renunciatus eſt, nec multo poſt presbyter Cardinalis S. Bartholomæi in Inſula 1596. tum ex Avenionenſi ad Senenſem Archiepiſcopatum translatus. Quam ille Eccleſiam ad decem annos prudentiſſime adminiſtravit. Merito Tauruſium Baronius ille virum Apoſtolicum vocat, ac cum priſcæ ætatis patribus comparandum. Defuncto Clemente VIII. in comitio, in quo Leo XI. evaſit ad ſedem, parum abfuit, quin Tauruſius ob egregiam virtutem Pontifex crearetur. Igitur Franciſcus Maria rerum humanarum pertæſus, etiam purpuratus, exſolutuſque Senenſi opere, ad Oratorium rediit propioris mortis exitum ſerio meditaturus. Ubi brevi deceſſit anno 1608. ſepultuſque eſt in eadem Oratorii Eccleſia in eodem ſepulchro, ubi non ita pridem magnus Baronius fuerat tumulatus, ne qui in vita conjunctiſſime vixerant, disjungerentur in morte. Sepulchro hoc epitaphium affixum eſt.

a De eo fuſe Marracius in Memoriis hiſtor. Congreg. Oratorii t. 1. l. 3. & t. 2. l. 2. Mendoſ.

b Nuſquam fuit Generalis Præfectus, ſed ſolum Rector Congregationis Neapolitanæ.

c Poſtquam a Legatione reverſus eſt, Neapolim conceſſit ad fundandam Oratorii Congregationem.

D. O. M.

Franciſco Mariæ Tauruſio Politiano, & Cæſari Baronio Sorano, ex congregatione Oratorii S. R. E. presbyteris Cardinalibus, ne corpora disjungerentur in morte, quorum animi divinis virtutibus inſignes in vita conjunctiſſimi fuerant, eadem congregatio unum utrique monumentum poſuit. Tauruſius vixit ann. LXXXIII. menſ. ix. dies xiv. obiit. iii. Id. Junii M. DCVIII. Baronius vixit ann. LXVIII. menſ. xviii. obiit pridie Kal. Julii M. DC. VII.



7 **CAMILLUS** Burgheſius, fratruelis Pauli V. Pontificis, Caſtrenſis antea Epiſcopus in Regno, tum & Montalcinenſis, Archiepiſcopus Senenſis renunciatus eſt anno 1607. die 24. menſis Januarii. Deceſſit anno 1612. ſepultuſque eſt in Metropolitana. LXX VII.



8 **METELLUS** Bichius Senenſis, vulgo Card. Soanæ appellatus, ad ſuæ patriæ Archiepiſcopatum translatus eſt anno 1612. illamque rexit Eccleſiam uſque ad annum 1615. deinde ultro eo munere abiit. Nobiles parentes Metellus habuit, Alexandrum ſcilicet, Coſamque Bandinellam. Senis litteris operam dedit, juriſque prudentiæ inſignem lauream tulit, ita ut deinde civile jus publice profiteretur. Romam profectum Horatius Cameræ Auditor, Camilluſque Burgheſii fratres tanquam veterem amicum exceperunt hoſpitio. Camillus defuncto fratre Cameræ Auditor ſuffectus eſt, atque ad Regem Philippum II. legatus, Bichium ſuæ domus reliquit curatorem. Reverſus deinde Burgheſius a Clemente VIII. qui illum in Hiſpaniam direxerat, cooptatus eſt inter purpuratos Patres; Metellus autem in gratiam Camilli Cardinalis Soanæ Eccleſiæ eſt Epiſcopus declaratus anno 1596. die 15. menſis Junii. Quam ille Eccleſiam contentiori cura per decem annos adminiſtravit. Cæterum cum Burgheſius ſummus Pontifex fuiſſet renunciatus, ſub nomine Pauli V. Metellum Romam vocavit, eundemque ſacræ Conſultæ Præſulem effecit, Canonicumque S. Petri, cum prius ille Soanenſi Epiſcopatui nuncium remiſiſſet, ac demum ſacra Senatoria purpura cohoneſtavit anno 1611. die 17. menſis Auguſti ad titulum S. Alexii, pauloque poſt eundem ad Archiepiſcopatum Senenſem promovit, cui curæ præfuit uſque ad annum 1615. eoque munere deinceps exſolutus explicandis gravioribus negotiis verſabatur in aula. Fato functus eſt Romæ 1619. ſepultuſque eſt apud S. Alexium, ubi Bernardinus frater, pater hujus Alexandri, qui ſumma expectatione hoc tempore purpuram geſtat, nobile ſepulchrum defuncto ſubſtruxit, cum proxime ſequenti epitaphio: ſuper corpus in pavimento hæc verba leguntur. LX VIII

D. O. M.

Oſſa Metelli Bichii S. R. E. Card. Senenſis.

Sopra vero in marmoreo, ac nobili tumulo, cum ſtatua ejuſdem Cardinalis hoc elogium viſitur.

D. O. M.

Metello Bichio patritio Senenſi tit. S. Alexii Card. ampliſſimo, cujus paris nobilitatis virtus Pauli V. Pont. Max. beneficio, & Suanenſi Epiſcopatu, ad Romana purpura lucem ad Senenſis Archiepiſcopatus evecta faſtigium, illuſtriſſima, ſed breviſſima effulſit,. Vincentius, & Bernardinus prærepto fratri mœſtiſſimi poſuerunt. Hoc tamen uno triſte mitigarunt deſiderium, quod virtus illuſtriſſima extincta cineres etiam purpurat,

Obiit annos LXXVIII. Kal. Julii

M. DC. XIX.



LXX IX. 9 ALEXANDER Petruccius Senenſis, Maſſenſis Epiſcopus, Archiepiſcopatum Senenſem obtinuit anno 1615. die 24. menſis Martii. Hic Pandulphi Petruccii, & * Euſtæ Bulgarinæ filiæ Alexandri, & Virginiæ Ghiſiæ Alexandri VII. Pont. Max. amitæ, filius fuit. Vir ſpectatæ probitatis, nec temnendæ doctrinæ, ſuæ genti ad miraculum charus: claudicavit nonnihil, eum tamen liberali facie eſſet. Synodum celebravit, ſplendoremque Eccleſiaſticum promovit, ſuper quam credi poteſt. Deceſſit anno 1628 die 7. menſis Junii, ſepultuſque eſt in Metropolitana.

* ex app. ...



LXX X. 10 ASCANIUS Piccolomineus, filius Sylvii clariſſimi equitis. Hic natus Florentiæ eſt, ingenuis diſciplinis exornatus, avorum memoria clarus, creatus eſt Archiepiſcopus Senenſis anno 1629. ejuſque Archiepiſcopatus iniit poſſeſſionem anno 1630. die 1. exordientis Januarii. Adhuc vivit, ſummaque prudentia Senenſem adminiſtrat Eccleſiam, videturque cum Octavio fratre Amalphitanorum duce, qui in Germania, Belgio, totaque Europa bellicis artibus maxime clareſcit, Eccleſiaſticis virtutibus, præcipuaque pietate in Deum certare.

A D D I T I O.

(,, *Aſcanius tandem ceſſit ad ſuperos ſequentis* ,, *die 15. Martii 1671.*

LXX XI. ,, COELIUS *Piccolomineus, S. R. E. Presbyter* ,, *Cardinalis, cedenti gentili ſuo die 18. Martii* ,, *1671. ſuffectus, Gregem hunc præſens fere ſemper* ,, *adminiſtravit, eo regiminis æquo pondere, ut* ,, *nec ſanguinis nexus, nec præpotentium favor quiverint unquam ejus animum dimovere ab illo Eccleſiaſticæ diſciplinæ tramite, quem puriores leges* ,, *indicant, factaque præclariorum Antiſtitum comprobant. Reviviſcente igitur in ipſo ſuorum gloria* ,, *majorum lethali perculſus morbo deceſſit ſeptuagenario altero ſuperior anno 24. Maii 1681. cum ſuffragio ſuo antea juviſſet in Vaticanis comitiis electionem Innocentii XI. ſupremo & ipſe Chriſtiani* ,, *Orbis eo Magiſtratu dignus adiudicatus. Poſt ſolemnes inferias in ſua metropolitana ſepultus eſt in* ,, *ſepulchro Avitorum.*

LXX XII. ,, LEONARDUS *e nobili gente Senenſi Marſilia natus, Alexandri, & Margaritæ Bichia filius, eximia eruditione, Cæſarei, & Pontificii* ,, *juris, ſacraque Theologiæ doctoratus titulo, &* ,, *ſumma prudentia præditus, cum Auditoris munere Ferrarien. Legationis ſtrenue perfunctus eſſet, ex* ,, *Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe Canonico,* ,, *Patriæ Archiepiſcopus renunciatur die 26. Januarii 1682. Triginta & amplius annos magna cum* ,, *pietatis, tum vigilantiæ laude commiſſum ſibi gregem cuſtodivit, & aluit; donec ad optime factorum* ,, *conſequendum præmium evocatus deceſſit die 8. Aprilis 1713.*



LXX XIII. ,, ALEXANDER *Zondodarius, nobili loco* ,, *Senis ortus, Alexandri VII. pronepos, & Eminentiſs. Cardinalis Zondodarii germanus frater, Juris utriuſque laurea inſignitus, ex patriæ Metropolitanæ Archipresbytero, defuncto Marſilio ſucceſſor datus eſt die 21. Januarii 1715. cum ætatis an-* ,, *num ageret quadrageſimum ſeptimum. Vir utique* ,, *tum optimo rerum uſu, tum virtutum omnium decore ſpectatiſſimus, integritate vitæ aque, ac doctrina ſingulari ovibus ſuis prodeſt & verbo, & exemplo; adeo munificus, ac pauperum amantiſſimus,* ,, *ut, cum non ita pridem ingenti premerentur difficultate annonæ, arcenda a grege ſuo tanta calamitati* ,, *effuſis opibus totus incubuerit. Sed præclariſſimi* ,, *Antiſtitis merita, atque geſta poſteri luculenter* ,, *enarrabunt: nos interim, ut in Eccleſia ſuæ emolumentum, ac decus diu, atque incolumen ſervet,* ,, *Deum optimum deprecamur.*)

CLUSINI EPISCOPI.



CLUSIUM in duodecim Hetruriæ civitatibus antiqua, ac præpotens olim civitas fuit, utpote Hetruriæ Regum a quondam opulentiſſima ſedes, & quæ poſt exactos Reges, collatis ſignis cum gliſcente in dies Romana potentia decertare non dubitavit. In monte ſita eſt, ſeſeque protendit in longum. Servius vult fuiſſe ædificatam a Cluſio Tyrrheni filio, vel a Telemacho filio Ulyſſis, leviſſima ducta conjectura a Tyrrhenis Pelaſgis, quos Umbri Camertes inde expuliſſe narrantur. Veroſimilius potius eſt, Cluſium ab Umbris Camertibus fuiſſe conſtructum, ante Trojanum bellum, quando ea civitas olim Camers appellaretur. Conſule T. Livium in to. ubi narrat Fabio extra ſortem provinciam Hetruriam obveniſſe, eundemque revertiſſe Romam, ut cum Senatu de gerendo bello agitaret conſilia, ſecunda legione Cluſii relicta, quam priſci dixere Camertem. Horatio autem in lib. 1. ep. cap. 19. Cluſium idem, quod Tuſcia eſt, ob id propterea, quod totius Tuſciæ olim ſedes fuiſſet. Cæterum Plinius in 36. cap. 13. meminit murorum labyrinthi, quos Rex Porſena conſtituit. Quam ego narrationem fabulæ ſimillimam judico, quod nullum illorum neque in priſca, neque noſtra memoria veſtigium extet, videaturque ridiculum credere, invidam in hos tantum deſæviſſe vetuſtatem, antiquioribus ædificiis peperciſſe. Cluſii meminerunt Strabo, Polybius, Appianus Alexandrinus, Halicarnaſſeus, Silius, Virgilius, Vellejus, Procopius, ac Plinius, qui inter novos, recenteſque Cluſinos diſcrimen conſtituit, & antiqui lapides, qui ibi & nunc extant multi, quorum duos hic apponam.

Q. GAVIUS Q. F.
ARN. CLEMENS
CLUSIO EVOC.
AUG.
A. QUÆSTIONIBUS.

Alius viſitur ad portam Aquilonarem in baſi.

IMP. CÆSARI
L. SEPTIMIO SEVER.
PERTINACI AUG.
PONTIF. MAX. TRIBUN.
POTEST. II. IMP. IIII.
CONSULI II. PROCONS. PP.
ORDO CLUSINORUM.

Potentia, opibuſque hæc civitas floruit uſque ad annum 458. a condita urbe Roma, cum qua de confiniis, proferendoque Imperio ſtrenue aliquandiu decertavit, ſed victa tandem, municipium Romanorum fuit, ſub illorumque Imperio tranquilliſſime conquievit. Varios deinde dominos, ut viciſſitudo rerum, tulitque fortuna belli, experta eſt, hodieque ſub magnorum Ducum Hetruriæ imperio viget, haud vulgare variantis fortunæ exemplum, cum ex opulentiſſima, ac olim totius illius provinciæ Regina, inter anguſtos, & pene deſolatos muros ad duo tantum millia hominum alere videatur. Quis ibi Chriſtianam fidem ſeminaverit, quove tempore, haud ſatis erui potuit, cum Eccleſia illa

A monumentis deſtituatur; vetus tamen traditio tenet Apoſtolorum diſcipulos ibi, ſicut & in aliis circumadditis urbibus evangelium propagaſſe. Reperitur enim uſque ad annum 465. noſtræ ſalutis Cluſium proprium habuiſſe Paſtorem, ibidemque ſub Aureliano Imperatore Irenæum diaconum, ac Muſtiolam virginem laurea fuiſſe coronatos martyrii. Et ille in Cathedrali requieſcit; hanc non procul a civitate in templo ejus nomini dicato, in marmorea arca collocatam venerantur fideles. Cum elapſis annis in adjacenti ejuſdem S. Muſtiolæ celebri quadam Canonicorum Regularium Præpoſitura, nunc vero Fratrum ſancti Franciſci de Obſervantia eſt cœnobium, altum puteum effodiſſent, multa ſepulchra priſcorum illorum Chriſtianorum cum antiquis inſcriptionibus repererunt, qui conſtruebant, quæ ipſe magna cum animi voluptate oculis perluſtravi, indeque collegi, Cluſium ex illis primis fuiſſe civitatibus, quas evangelium Chriſti illuminavit ad vitam. Sicut etiam haud procul B ab eo loco plura alia ſepulchra inventa ſunt, cum jacentibus ſtatuis, inſcriptaque antiqua lingua Hetruſca, quæ civitatis illius antiquam produnt potentiam, ac magnitudinem. Campus autem, in quo reperta ſunt, Pilare modo appellant. Ampla in olim hæc civitas diœceſim poſſidebat, quam ſummi Romani Pontifices ſenſim diſtraxerunt, inque alias Cathedrales, quas erexerunt, derivarunt: itaque duodecim tantum oppida ſub ſe habet. Cathedralis, quæ antiquæ ſtructuræ eſt, decentiſque magnitudinis, S. Secundino conſecrata eſt, qui ibidem civitatis patronus honorifice requieſcit. Duabus inſignita eſt dignitatibus, Archipresbyteratu ſcilicet, atque Præpoſitura, quibus animarum cura adjuncta eſt. Tres ibi Canonici, cum quatuor presbyteris, alioque promiſcuo clero, ibidem divinum penſum exſolvunt. Epiſcopale palatium haud procul abeſt a Cathedrali, non ſatis commodum, neque amplum. Duo monaſteria ibi ſunt, alterum monialium, virorum alterum. Quatuor confraternitates C ſecularium, unicumque xenodochium. Ejus Eccleſiæ in libris Cameralibus taxa eſt florenorum 450. milleq; ſcutata ejuſdem annuum cenſum conſtituunt. Cluſinus Epiſcopus a primis temporibus Romano Pontifici proxime ſubjacebat, donec Pius II. Archiepiſcopi Senenſis illum ſuffraganeum fecit.

Cluſinorum Epiſcoporum ſeries ſequens eſt, quam ex actibus Romanis, aliiſque monumentis ægre deprompſimus, & niſi inter Amiatinum S. Salvatoris Abbatem, Præſulemque Cluſinum lites interceſſiſſent, omnino vetuſtiorum deperiiſſet memoria, quæ modo ex illius monaſterii archivio emergit in lucem.

A D D I T I O.

(„ *Cathedralis Cluſina S. Secundiano equidem „ ſacra, ſed in qua ejus corpus minime requieſcit, „ duplici inſignita eſt dignitate, nempe Archipresbyterata, cui animarum cura adjuncta eſt, & Prepoſitura, quibus propediem addentur Archidiaconatus, & Prioratus, ex piorum virorum legatis erigenda.* D *Novem in ea divinum penſum perſolvunt „ Canonici, & XII. Beneficiati cum alio promiſcuo „ Clero. Palatium Epiſcopale Cathedrali annexum „ ſatis amplum, & commodum eſt. Duo in urbe viſuntur cœnobia, alterum Minorum Conventualium, Monialium alterum ſub S. Auguſtini regula: tres Laicorum confraternitates, unicum Xenodochium, Seminarium cum alumnis, ſexque „ alia ſine cura Eccleſia, & Oratoria tria. At Cluſina diœceſis eſt longitudinis 25. latitudinis vero 15. „ milliarium, & continet 24. Parochiales Eccleſias „ præter urbanam Cathedralis, & duas alias ſuburbanas, Undecim Virorum monaſteria, quatuor „ ſacrarum Virginum, Confraternitates 30. cum ſuis „ Oratoriis, duo Pietatis montes, decemque Xenodochia. Oppida, ſeu Terre diœceſis ſunt:* Chiamiano, Sarteano, Cetona, Fighine, Caſtiglioncello, S. Caſſiano de Bagni, Celle, Radicoſani, Abbadia S. Salvatore, Arcidoſio,

„ Caſtel del piano, Monte Laterone, Monticello.
„ *Tota diœceſis 18000. circiter alit mortales.*)

I. 1 (1) FLORENTIUS primus eſt, qui nobis occurrit, vixitque anno Domini 462. („ *Interfuit* „ *Concilio Romano ſub Hilaro Papa celebrato anno* „ 465.)

II. 2 *EULOGIUS Epiſcopus Cluſinus, ad quem extant litteræ Magni Gregorii de ordinando Joaone Epiſcopo caſtri Balneoregii. Dat. meoſe Junio Ind.3.& alia de Epiſcopo cauteeligendo, quæ eſt num. 46.

* Ex App. tom. p.

III. („ MARCELLINUS *S. Cluſinatis Eccleſiæ* „ *Epiſcopus interfuit Concilio Lateranenſi a Martino contra Monothelitas habito an.649.*)

IV. 3 THEODORUS, quem codex Nooantulanos Theodoſium vocat, Eccleſiam Cluſinam rexit. Interfuit coocilio ſub Agathone Papa ao.680. extatque ejuſdem memoria an.676.

V. 4 ARIALDUS a anno 743. Cluſinorom Epiſcopus fuit apud Baronium. Hujus Epiſcopi temporibus, Rachis cum Peruſinam civitatem obſidione cioxiſſet, animique gratia per montes Ammiatinos in agro Cluſino aliquando ſpatiaretur, ex abiete ſatis procera Servator humani generis ioter duas ardentes faces ſeſe illi obtulit per noctem. Rex notato loco, ibidem deinceps celebre Ammiatinum cœnobium in honorem Salvatoris conſtruxit, ampliſſimiſqoe, atque invidioſis fortunis ditavit. Cujus donationis favorabilis diplomatis exemplar hic exſcribendum curavimus ex originario extractum, qood adhuc in ejus monaſterii archivio aſſervatur cum ſigillo effigei ejuſdem Rachis Regis qoondam Longobardorum. Sed antequam illud demus, oon ab re judicavimus hic rem totam referre, quam ex antiquiſſimo codice pergameno ejuſdem Abbatiæ deſumpſimus de fundatiooe ejuſdem monaſterii, cujus tenor talis eſt.

a Sive Arcadius, uti nomenclatur in Conc. Rom. an. 701.

Temporibus domini Papæ Zacchariæ mortuus eſt Luitprandus Rex, factumque eſt gaudium non ſolum Romanis, & Ravennatibus, ſed etiam genti Longobardorum, qui Ildeprandum nepotem ſuum malevolum, quem ipſe Regem reliquerat, projecerunt de regno, Rachiſque, qui dux fuerat, a Longobardis ſublimatur in regnum. Ad quem ipſe beatiſſ. Pontifex continuo miſſa relatione petiit, ut benigne, decenterque regnum gubernaret. At ille ob reverentiam Apoſtolorum Principis, & ejus precibus inclinatus in viginti annorum ſpatium multa pace univerſum Italiæ populum, qui eum Regem elegerat, pacifice gubernavit. Ipſis itaque temporibus Rachis Longobardorum Rex ad capiendam civitatem Peruſinam, utpote ſibi inobedientem vehementi profectus eſt cum indignatione, quam & circumdans fortiter expugnabat. Hæc audiens ſanctiſſ. Papa, continuo ſpe divina fretus, aſſumptis aliquantis ex ſuo clero optimatibus, quantocyus ad eamdem perrexit civitatem, impenſiſque eidem Regi plurimis muneribus, atque oppido eum deprecans opitulante domino ab obſeſſione ipſius civitatis eum amovit, ei & ſalutifera prædicans, Deo auctore, valuit animum ejus in ſpiritualis dogmatis inclinare ſtudio, & poſt aliquantos dies ipſe Rachis Rex relinquens Regalem dignitatem devote cum uxore, & filiis ad beati Principis Apoſtolorum limina perrexit, ibique Dei nutu, & ſanctiſſimi Papæ prædicationibus clericus effectus, monaſtico indutus eſt habitu cum uxore, & filiis. Qui divina charitatis igne ſuccenſus pio animo ſolius Dei juſſa adimplere conatur. Ipſo itaque tempore memor voti, quod Deo fecerat, ſcilicet ſe in Tuſcia partibus monaſteria in locis habilibus editurum, ſi eum ſupernus Opifex ſua ope cœlitus collata Romam pacifice ingredi permitteret, Deo ſoli deinceps militaturus ab Urbe urbium diſceſſit. Igitur dum prædicta loca uſquequaque in Tuſcio partibus ſtudioſe perquireret, fama referente, quæ nihil occultari patitur, didicit, quod in monte Miato, in quodam habiliſſimo loco, & a frequentationibus hominum nimium ſegregato paſtores porcorum ſæpiſſime conſueverant in quadam pulcherrima arbore lumen ſplendidiſſimum modo trinum, modo unum cernere. Quod ipſe Rachis Rex, imo monachus audiens, ingenti repletus eſt gaudio, quia tale miraculum fieri minime putabat ſine nutu divino; quapropter mox a latere ſuo ex optimatibus clericos, laicoſque bene religioſos, & in multis probatos veridicos perſcrutari omne veritatem permiſit. Interim ipſe Rex cum ſuis fidelibus trinum celebrat jejunium Domini puro corde deprecans auxilium, quatenus ipſe, qui eſt lumen verum, dicente Simeone: Lumen ad revelationem gentium, legatis, quos pro tanta viſione miſerat, certum dignaretur rei veritatis monſtrare indicium. At legati ad montem ſupraſcriptum venientes, paſtoreſque porcorum prædictos vehementi ſtudio perquirentes meruerunt invenire, quod pio flagitabant pectore. Scriptum eſt enim: Petite, & accipietis, quærite, & invenietis. Qua arbore a paſtoribus monſtrata prima nocte cum ipſis paſtoribus ſancta caliditate cuſtodientes prima noctis vigilia ſomno eorum oculos prægravante nulla fulgorem ſplendidiſſimum de cœlo in arborem prædictam venientem viderunt. Ibique eis integre vigilantibus prædictus fulgor nūc trinus, nunc unus per tres horas integras aperte viſus eſt. Quid plura? divinus ille fulgor ab eorum oculis ſtatim evanuit, & ipſi tanta viſione gaudentes, certatimque piis manibus ſua pectora verberantes Domini laudabant magnalia, qui ſe puro corde quærentibus ſua non celat myſteria. Deinde noctis ejuſdem ſecunda vigilia ille idem fulgor, qui prius venerat, cuſtodibus trinus, & unus apparuit per tres horas. Et inde rurſus primo galli cantu Regalibus legatis, paſtoribuſque ſimul obnixe vigilantibus, ſicut jam bis venerat fulgor, venit igneus manens ibi per tres horas, ſicut fecit primitus, ut trinitas in unitate, & unitas in trinitate ibi veneretur. Poſtea vero dum exorta lux redderetur terris, Regales legati tanquam ex uno ore dixerunt: Hodie hic, & cras abſtemii manentes ſanctum celebremus jejunium Domini pura mente poſcentes ſuffragium, ut ipſe qui eſt trinus in unitate, & unus in trinitate, ter nobis demonſtret hoc idem miraculum, quatenus facti certi, certiores poſtea ad noſtrum redeamus dominum. Quorum Deus vota ab alto proſpiciens petitioni eorum haud defuit, ut impleatur illius veridica promiſſio dicentis: Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Nocte etenim veniente proxima, & tertia fulgor ille, qui prius ſicut nocte priore, trinus, & unus ter refulſit cuſtodibus per tres horas, ut trinitatis, & unitatis majeſtas ibi ab omnibus indubitanter fuiſſe credatur. Mox imperiales legati viſione tanta, tamque firma lætificati, arbore prædicta oculis, & animo bene notata ingenti cum gaudio repedarunt ad Regem. Cui cuncta, quæ fecerant, & viderant, & quomodo eis divina pietate revelante acciderant, ſeriatim narrantes non modicum intulere gaudium. Quippe, quod id, quod illius intimis præcordiis animus flagitabat, & cœlitus divina pietas revelabat. His itaque geſtis ſtatim Rachis Rex (& vere Rex, non monachus) igne divinæ charitatis accenſus montem jam dictum fidei petiit exercitu. At ubi vidit locum, in quo prædicta arbor erat amœniſſimum amœnitate nemorum, aquarumque præterfluentium abundantia habiliſſimum, ingentes retulit grates Creatori omnium. Poſtea ſtimulatus a ſuis, in cujus honore, & nomine ibi fabricare Eccleſiam vellet, divino repletus arbitror dogmate, inquit, qui ſua inſignia poteſtatis ſic mirifice monſtravit in lignum, & in ligno crucis genus ſalvavit humanum, quod per ligni vetiti præſumptionem corruit in infernum, in hoc loco, ni fallor, ut nos regat, ac ſalvet incolumes, ſuimet flagitat fieri vocabulum. Quod cuncti, qui aderant, heroes audientes Regem ſtrenuo uſum conſilio conclamavere. Sed mox inciſis, radicibuſque evulſis per circuitum loci illius arboribus, in quantum rei neceſſitas, famulatuſque Deo exhibendus expoſcebat, Eccleſia competens in honorem Salvatoris domini noſtri Jeſu Chriſti apparatu celeri ibidem conſtituitur, majori ibi altari conſtructo, ubi arbor fuerat,

(1) Bartholomæus Micchiottus primum Cluſinum Epiſcopum fuiſſe aſſerit S. Marcum; ſed cum ſententiam ſuam tantummodo fidat Vitæ S. Muſtiolæ, quæ multis fabulis repleta eſt, fide dignus non videtur. *Benevolentius*.

rat, in qua fulgor viſus erat igneus. Poſt quod vero ad unguem Eccleſia perducta eſt, regalibus eam mirifice decoravit muneribus.

Hucoſqoe codex. Rachis vero diploma tale eſt.

Rachis vir excellentiſſimus Rex Erfoni venerabili Abbati deinceps futuris temporibus, patribus, ſeu fratribus cunctis. Cum præceptis Tonantis arbitriis ſpeciali ſæpe muniamur inſignia. Celſa regalium ſublimitt in faſcia habitum ad januas præbere juge polorum, & tali itinere piis incedentibus greſſibus ea, quæ conveniunt ſubminiſtrare ſolatia, operæpretium duximus inter ſalutarium monumenta virtutum, & temporalis lucri largiri ſubſidia. Nam convenieas eſſe videtur iis, qui cæleſtis Regni optata gaudia perfruuntur, terrenis ut gaudeat opibus. Neceſſe enim conſtat eſſe propter adventantium hoſpitum ſuſceptionem, quietemque fraternam, huc ſtabilitatem gentis noſtræ, & regni opis unanims ſanctæ congregationis deferre: & quia cunctis patet te præfatum Abbatem auxie ad monachalem habitum convolaſſe, contemnendo divitias pareatum accola deſiderans effici paradiſi, atque impetraſſe nobis ut vobis in remotiore loco terræ iſtius ædificandi monaſterii largiri poteſtatem votivum tui operis impletum eſſe proſpicimus curſum, & ædificandi baſilicam ad honorem domini Salvatoris diverſa tibi loca conceſſa ſicut veſtro relatum cognovimus nos Deo Præſule maxima devotione ad perfectum cupimus perducere opus, & Chriſti famulis ſemper augmentum præbere. Quæ dona noſtrum ſtabilitati firmamus monimentum, diverſaque loca nominatim decernimus, ideſt caſalia duo, quæ dicuntur Paltani, & Caſulani, de iſta duo caſalia portiones tres, qui de uno capite tenentur in monte Amiato, & alio in Palia flumine, ab uno latere finis Suaneaſe, ex alia parte adiacit caſalis ſancti Pilippi, ideſt profoſſato, qui vocatur Palia, & pervenit in rigo, qui dicitur Rigule, inde vero extendit uſque in monte Amiato, & jam, & alia loca de finibus noſtris juper muris ſcilicet Claſinis hæc ſunt caſalia duo, qui vocantur Reodola maiore, & Reodola minore, qui regitur per Bonvaldo, & Culmulium, necnon Urſalvizo & Martino cum uxoribus, filiis, & familiis, vel quantum ad manum ſuam habuit, hæc ſunt uncias 35. & ipſa terra, quæ vocatur Gualfridula, & caſalibus, & terris cum filiis, qui vocatur Biteaa, cum ipſa terra, qui vocatur Haundula, de uno lato eſt terra, qui vocatur Clantio, & de pede eſt Pojo, qui vocatur Arnaniſe per loca deſignata venit in Rivulo, & de alia parte eſt terra, qui vocatur Clauſura, & de capite eſt via publica. & curte illa mea, qui vocatur Maxona, qui regitur per Magnum, & Riſtitam L. Stephanum, necnon Riſtulum Lanſo, & Jordani Chriſtiano, & Ronzino cum uxoribus, filiis, & familiis, & alia caſalia, qui vocatur Bemiaule cum caſis, & filiis, & familiis, omniaque ad manus ſuas habentia, cum duodecim unciis in ipſis caſalibus aldiis per alditiones ſervas, & ſervis utriuſque ſexus ſecundum pertinentiam ſuam, quod tuæ venerationi concedimus ordine, ut ſive in monaſterium relinquere, ſive liberas dimittere in tua maneat poteſtate, ſimiliter & molinas tres, qui poſita ſunt in fluvio vivo cum caſis, vel nomiaes, & qui ipſas molinas regere videntur, & ſicut tectas ipſis caſis, vel molinas per taurula, & urſula cum omnia quicquid ipſis ſuas manus habere viſa ſunt, & ſex uncias de terra adauximus illorum habendi ſimiliter, & conceſſimus terras, & ſilvas prope ipſas molinas, lacas, qui dicitur Cagiolo adveterreto Dominico ſimul in unum jugis numerum ducentis, & pertinere videtur jam dictas caſas, & molinas, vel terra cum ſilva de ſub curte civitatis noſtræ Cluſinæ, necnon etiam concedimus tibi intra finibus noſtris Cluſinis, & Suaneaſes ſingula loca, id eſt ſupradicto monte Amiato, ad locum, ubi dicitur Rivulo putrido, & venit uſque ad Ripam albam, & inde per Serra venit per loca deſignata ad girum montis uſque in rivo, qui dicitur Armine, & venit in rivulo qui dicitur Decadonem, atque exinde per arbores, & petras ſignatas uſque in ripa de pratuſcollus, & deinde in horto Laurentio, inde pervenit ad ſanctam Mariam de Cantaria per arbores deſignatas, atque exinde vadit in viam publicam, inde per Cajolo deſcendit in foſſato capu. inde mittit in rivulo, qui dicitur Burzolino, & inde deſcendit in fluvio Miniſtorne, inde per ſigna, quæ ſunt inter ſerram de ragia, & de alia parte eſt vicum Spargaria, de alia deinque parte finis Cluſinus per Serras de rugia venit uſque ad puteum, inde ſtendit per arbores deſignatas in fluvio Palia emittit ſe in foſſato ſicco, inde per foſſato ſicco uſque in terra in ſancti Philippi, habentes de fluvio Palia uſque in caſale ſancti Philippi Sugis numerum centum quinquaginta ſex, & ipſas Sugas per unamquamque habentes pedes ſexaginta ad pedes munichis, inde vero de terra Philippi recte in montecello ad ipſas quercias, ubi ſunt cruces factas deſuper campo, ubi dicitur Campo presb. inde recte ad alia quercia, qui eſt circa ſemita, qui venit de Paltano, & vadit recte vico Lordoniano, & habet ceclaturas, inde vero recte in fluvio Palia indirecte intrat in foſſato, qui vocatur Rigale, inde vero, ut ſuperius legitur per foſſata Rigale uſque in monte Amiato. Quæ omnia tam arboribus terra umbrata, quamque aperta in tua maneat poteſtate, & tua declaret veneratio, & noſtram excellentiam monſtret, atque omnia tuæ venerationi, vel ipſius ſanctæ congregationi conceſſiſſe videtur. Videtur etenim nos profuturis temporibus ampliſſimam firmitatem præfatas res per noſtram firmamus ſtabilitatem, quatenus omnium amodo iura poteſtatum reclusa, ſecuri tam vos, quam ipſa ſancta congregatio poſſidere valeamini decenter, ut Domino devotas poſſetis dicere laudes, videlicet villis, manſis, domibus, ſervis, ancillis, terris, caltis, & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, & redditibus, decimationibus, atque univerſis, quæ ab eiſdem, vel in eiſdem utiliter, ac rationabiliter accipi, vel fieri poſſunt ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus per hanc noſtri edicti præceptalem paginam perpetuo habendaceanſemus. Statuimus, atque firmamus quod in ipſius, eiuſque ſucceſſorum ſit dominio prænominare curtes, & terras ſimul competenter regere, frui, atque ubi oportuerit, monachos ordinare omnium contradictione, inquietatione, ac contentione remota. Interdicentes omnimodis, & interminantes, ut nullus dux, aut marchio, Epiſcopus, comes, vicecomes, ſeudalchio, ſeu quis actionarius cuiuslibet dignitatis, vel conditionis ſublimis, humiliſve perſonæ contra hoc noſtræ auctoritatis præceptum qualibet præſumptione, vel occaſione agere, aut tentare præſumat. Siquis autem, quod abſit, auſu temerario infringere ipſum parvipendendo, aut annullare præſumpſerit, debita ab eodem ultione, centum auri libras exſolvi indicimus, medietatem Cameræ noſtræ, ac medietatem prædictæ Abbatiæ, ſuiſque rectoribus. & perpetuo anathemate in ignea abyſſo ligetur. Et ut hoc præceptum abſque omni inquietudine in ſua ſoliditate, & ſtabilitate perſeveret, manu noſtra illud firmavimus, ac more noſtro inſigniri juſſimus.

Signum D. Rachis  *Regis invictiſſ.*

Vuinchinghus Archicancellarius ad vicem Ledemari Archicapellani recognovi, & ſubſcripſi.

Datum Idib. Maji anno Incarnationis Domini 742 a. Indictione X anno regni ſereniſſimi Rachis Regis 3.

Actum civitatis Claſinæ, in Dei nomine feliciter. Amen.

Poſt fundatum autem Ammiatinum cœnobium Rachis apud montem Caſinum monachum induit. Deinde idem monaſterium Carolus Magnus, tum redditibus, tum ſplendidis juriſdictionibus mirum in modum auxit. Quæ omnia Ludovicus inde Pius filius favorabili ſequenti diplomate conſtabilivit anno 816.

a Scribendum Ind. XV. an. 742 quia anno 744 erat in vivis Rex Luitprandus. Et annus 747 erat tertius Rachis. Vide Pagium in An. Baron.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludovicus, divina providentia Imperator Auguſtus, &c.

Cum petitionibus ſervorum Dei juſtis, ac rationabilibus divini cultus amore favemus, ſuperna nos gratia muniri non dubitamus. Igitur notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ præſentibus, & futuris, quia vir venerabilis Audoaldus Abbas ex monaſterio ſancti Salvatoris quidem ſito in monte Amiato in territorio Claſino detulit ob-

tuli-

tutibus noſtris auctoritatem immunitatis domini, & genitoris noſtri Caroli bonæ memoriæ piiſſimi Auguſti, in qua continebatur inſertum, qualiter prædictum monaſterium ob amorem Dei, tranquillitatemque monachorum ibidem conſiſtentium ſemper ſub pleniſſima tuitione & immunitatis defenſione habuiſſet, firmitatis namque ſtudio nobis procuravit, ut paternæ auctoritati hanc noſtram jungeremus auctoritatem, cui petitioni libenter aurem accommodare placuit, & hanc noſtræ auctoritatis præceptionem fieri, per quam præcipimus, atque jubemus, ut nullus judex publicus, vel quilibet, & judiciaria poteſtate in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii, quas moderno tempore juſte, & legaliter poſſidet, vel quæ deinceps in jura ipſius loci voluit divina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines monaſterii, tam ingenuos, quam etiam ſervos ſuper terram ipſius commanentes, nec ad hoſtes diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas ullo unquam tempore in redi audeat, valeatque, ſupramemorata penitus exigere præſumat. Continebat etiam in eadem auctoritate, qualiter confirmaſſet idem D. Imperator ad ipſum monaſterium rerum, idem Eccleſiam ſancti Petri in Carmaritu, atque cellulam ſancti Savini, & ſanctæ Reſtitutæ, vel ſancti Petri, & ſancti Stephani in Tarquino cum eorum pertinentiis. Quas res confirmamus perpetualiter prædicto monaſterio ad habendum, ſicut Dominus, & genitor noſter per ſuum præceptum confirmavit. Conceſſimus etiam eidem ſancto monaſterio quemadmodum Dominus, & genitor noſter conceſſit, ut quandoquidem divina vocatione prædictus Abbas, vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quamdiu monachi inter ſe tales invenire potuerint, qui ipſam congregationem regere valeant per hujuſmodi noſtram auctoritatem, & conſenſum, vel dilecti filii noſtri Bernardi Regis licentiam habeant eligendi Abbates, quatenus ipſos monachos, qui ibidem Domino famulari videntur pro nobis, & conjuge, prole que noſtra, atque ſtabilitate totius Imperii a Domino nobis commiſſi, atque conſervandi jugem Domini miſericordiam exorare delectet, & ut hæc auctoritas noſtris, futuriſque temporibus Domino protegente valeat inconvulſa manere, manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Ludovici  *ſereniſſimi Imp.*

Dat. 15. Kal. Decemb. anno Chriſto propitio 3. Imperii domini Ludovici piiſſimi Auguſti Indict. decima.

Actum compendio palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

Reperio quoque Arialdi temporibus, qui diu hanc Eccleſiam rexit, regnante Luitprando Longobardorum Rege, templum divæ Muſtiolæ non longe ab hac civitate poſitum, egregios quoſdam, clarosque viros Gregorium, & Ariſebutum Cluſinos cives exædificaſſe. Tempus, piumque facinus exhibent vetuſtiſſimi verſus ibidem in marmorea tabula adſcripti, quos ad me Joannes Baptiſta Piccolomineus claræ memoriæ Cluſinus Epiſcopus amicus noſter tranſmiſit. Carmina ſunt.

Nobilis vaſta niſi redivi: a an fabrica templi
Egregia progenies ornarunt culmina pulchre
Fulgidus vita Pius Gregorius ipſus ubique
Hoc opus patrarunt Luitprandi tempore Regis
Tramite ſat recto Ariadi pollet in alto
Muſtiola præeat tu poſt gaudia illis
Celſas ubique ſuis concedat proſpera votis
Mox dabitur placide ſi nil dubitaris aberrans
Martyr Ariſebuti ſis memor alma miſelli.

Hoc templum quondam fuiſſe Canonicorum regularium vetuſtiſſimum monaſterium diſcimus ex Pennotti tripartita hiſtoria lib. 2. cap. an cujus meminit Joannes Baptiſta Laurus Peruſinus in libello de Annulo pronubo beatæ Virginis Mariæ. Porro de S. Muſtiola legimus acta longe diverſa ab iis, quibus paſſim circumferuntur in vetuſtiſſimo membranaceo codice Abbatiæ S. Salvatoris montis Amiati, ubi plures ſanctorum vitæ recenſentur, quæ adhuc non ſunt Typis mandatæ. Legimus præterea ad marmoreum tumulum ejuſdem ſanctæ in templo collocatum hæc acroſticha carmina.

C† *Chriſte fave votis Gregorio, & aucte cōde docis*
L *Quod Muſtiolæ obtulerunt martyre Chriſti.*
V *Hoc Tec. Menciburis ſublata vetuſtas,*
S *Qua meliore cultu noviliore redit*
I *Cedet novitati dirutis antiquitas ligni*
O *Pulchrius ecce micat nitentes marmoreis decus*
D *O Muſtiola meritu benerandu quæ ſedis*
I *Roſeis virgineis croceis amore paratus*
C *Novilior proſapia qui & de Clandis prolem,*
I *Cujus aula mœnia a fundamentis dicavit*
T *Gregorius Armipotens, & reboſtiſſimus Do:*
† *Ego Hannſinſius diac. optulit martyre Chriſti.*

Hic dilecta Do. recumbens Muſtiola quievit clara parentum, clarior & merito: Deo gratias.

Exceſſit tandem Arialdus amator, & promotor religionis, ſub Ludovico Pio Imperatore *a*, ſepultus apud S. Muſtiolam, quam impenſe coluerat.

a Ante Ludovicum Pium, illo circiter an. vixiſſet Epiſcopus. VI.

(„ ANDREAS *erat Cluſinus Epiſcopus an. 826.*
„ *quo interfuit Concilio Romano ſub Eugenio II. ibi-*
„ *que dicitur Andreas* Cluſenſis.)

VII. 5 THEOBALDUM hanc eandem Eccleſiam reperimus adminiſtraſſe temporibus Ludovici Pii, Lotharii que filii Imperatorum, hoc eſt, poſt ſeculum pene integrum, cujus honorifice meminerunt montis Amiatini monaſterii monumenta, tanquam principis loci illius benefactoris. Præcipuo ſiquidem ſtudio ejuſdem cœnobii jura, ac latifundia apud Cæſares, ad quorum gratiam propiori gradu acceſſerat, ſarta tecta præſtitit, atque inviolata. Nobili inſuper eccleſiaſtici cultus inſtrumento eandem adauxit, ditavitque quampluribus manuſcriptis codicibus, quos ut & ipſe nobiliter eruditus erat, in membranis exſcribendos curavit, unde Amiatini monachi poſſent ſibi doctrinarum ſubſidia comparare. In iis adhuc, tanquam pretioſa ſupellex ſpectatur membranaceus codex, antiquitate venerandus, doctrinaque præcipuus, utpote Mauri Rabani Moguntini Archiepiſcopi partus, cum quo neceſſitudine jam tum junctus erat Theobaldus, cum in aula Cæſarum conjunctiſſimi verſarentur. Theobaldus igitur cum Rabani plane Theodidactam deguſtaſſet doctrinam, ab eodem impetravit, ut quæ aliquando ſcripſiſſet, ſibi liceret exſcribere monumenta. Quæ cum diligenter exaranda curaſſet, Abbatiæ deinde Amiatinæ dono dedit. In quo quidem codice, non ſemel a me viſo, lectoque, animadverti duo opuſcula contineri de prædeſtinatione, quorum alterum inſcriptum eſt Nocungo Epiſcopo Brixienſi, alterum epiſtolari ſtylo ad Ebeardum comitem tranſmiſſum, ad jugulandam noxiam opinionem quamdam, quam in ejus juriſdictione neſcio quis Godeſcalchus monachus diſſeminaverat. Hæc duo opuſcula ab Epiſcopo Theobaldo dum viveret, ac deinceps a monachis, ad injuriam propemodum ſtudioſorum diligentius, ſecretiuſque aſſervata, nuſquam, quod ſciam, aſpexere lucem. Quamobrem operæpretium mihi viſum eſt his noſtris monumentis illa adjungere, cum ad memoriam ſervatoris Theobaldi, tum ad deludenda incommoda, quæ ab injuria temporum, quæ a plagiariis, quæ a bellis, quæ a cæteris ſiniſtris naturæ caſibus poſſent impendere. Quod ipſum abundantius excuſaverit, ſi quid videamur extra noſtri propoſiti chorum ſaltare. Et primum quidem opuſculum de prædeſtinatione ita ſe habet ad Necungum, vel Notingum Brixienſem electum

Viro venerabili, & omni nomine digniſſimo Notingo electo Epiſcopo Rabanus in Chriſto ſalutem. Nuper quando ad ſereniſſimum Imperatorem Ludovicum in tranſitu expeditionis hoſtilis in pago Logana veniſti, & ibidem mecum locutus de hæreſi, qua quidem de præ-

de-

Digitized by Google

deſtinatione Dei, taliqui contendunt errantes, & alios in errorem mittentes, ſermonem habuiſti, conveniens tecum nos, ut e divinis ſcripturis, & de orthodoxorum Patrum ſententiis aliquod opuſculum conficerem, ad convincendum errorem eorum, qui de Deo bono, & juſto tam nequiter ſentiunt, ut dicant ejus prædeſtinationem facere, quod nec homo ad vitam prædeſtinatus poſſit in mortem incidere, nec ad mortem prædeſtinatus ullo modo ſe poſſit ad vitam recuperare. Cum auctor omnium rerum, & conditor naturarum Deus, nullius ruinæ, atque interitus cauſa ſit, ſed multorum origo ſalutis. Proinde accipe nunc opuſculum, quod tibi rogaveras a noſtra exiguitate cõfici. Et ſi quod in eo gratum, atque catholico ſenſu explicitum repereris, ei hoc tribuas, a quo omne bonum eſſe ſcias, meque noveris quicquid ejus gratia poſſum, tua charitatis utilitati conferre per omnia, & in omnibus paratum eſſe. Vale, & amantem te dilige, noſtræque parvitatis in ſacris orationibus memor fieri non omitte.

Explicit præfatio.

Incipit liber de Prædeſtinatione.

Si homo rationalis vim ſuæ agnoſceret naturæ, & Creatoris ſui potentiam rite intelligeret, nequaquam ſtultis ſe implicaret quæſtionibus, & quæ Chriſtianæ Religioni ſunt contraria, nec ſenſu teneret, nec voce proferret. Sed quia antiquus hoſtis, qui ab initio humanæ invidit ſaluti, numquam deſinit in ſegete Chriſti superſeminare zizania. Ideo pro vaniloquio non ſolum otioſa, ſed & noxia, & blaſphemiæ plena profert eloquia. Ita ut, quod eorum perditionis ſuæ conditorem ſuum aſſerant auctorem dicentes, quod & ſicuti qui per præſcientiam Dei, ac prædeſtinationem convocati ſunt ad percipiendam gloriam æternæ vitæ, ita & illi, qui ad æternũ interitum vadunt, prædeſtinatione Dei coguntur non poſſe evadere interitum. Quod quam abſurdum ſit etiam imperiti intelligere poſſunt: quia nullo modo ille, qui cuncta bona creavit, etiam ſtabiles fecit nationes orbis terrarum, atque vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, aliquem cogit interire; ſed magis facit recte credentem, ac benigne operantem ad ſalutem æternam pervenire. Si enim ſecundum ipſos, qui talia ſentiunt, Dei prædeſtinatio invitum hominem facit peccare; quomodo juſto judicio Deus damnat peccantem, cum ille non voluntate, ſed neceſſitate peccaverit? Aut quomodo Deus judicaverit mundum, qui eſt juſtus judex, & reddet unicuique ſecundum opera ſua, judicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua? Si autem hujuſmodi ratiocinatione tollitur Deo, ne judex juſtus ſit, conſequenter auferetur illi & regia dignitas, atque divina majeſtas. Sed è contrario ſcriptura clamat prophetica: Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes deos. Et item: Regnabit Dominus ſuper omnes gentes; Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Igitur cum hac ratione perſpicualiter explicantur, reſtat ut ipſe, qui talia ſentit, ex eorum numero ſit, de quibus Pſalmiſta ait: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus, corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in voluptatibus ſuis. Hunc autem errorem ſanctorum Patrum multipliciter diſputat doctrina, & convincit taliter ſentientes, nec ſcripturarum auctoritate, nec veraci niti ratiocinatione. Prædeſtinationis autem fides firmiſſima ſanctorum auctoritate, & ſcripturarum munita eſt, eu ullo modo fatetur ea, quæ ab hominibus male aguntur, adſcribi, qui in proclivitatem cadendi non ex conditione Dei, ſed ex primi patris prævaricatione venerunt. De cujus pœna nemo liberatur, niſi per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, præparata, & prædeſtinata in æterno conſilio Dei, ante conſtitutionem mundi. Omnis homo, qui credens in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum regeneratur in baptiſmo, tam a propriis peccatis, quæ mala voluntate, & actione contraxit, quam ab originali, quod a parentibus traxit, abſolvitur, ſed relapſum poſt baptiſmum ad infidelitatem, & impios mores, qui negat originali peccato fuiſſe purgatum, tam falſa opinatur, quam qui eumdem aſſerit non æterna morte eſſe damnandum. Qui enim recedit a Chriſto, & alienus a gratia finit hanc vitam, quid niſi in perditionem cadit? Nec originali peccato damnabitur, qui tamen propter extrema crimina ea morte afficietur, quæ ei propter quam remiſſa ſunt, debebatur, quod eloquia Dei præſcientiam nec alliſit, nec fefellit, ſine dubio tales nunquam elegit, nunquam prædeſtinavit, & periturum nunquam ab æterna perditione diſcrevit. Igitur ſicut bona opera ad inſpirationem eorum, ita mala ad eos ſunt referenda, qui peccant. Non enim relicti ſunt a Deo, ut relinquerent Deum, ſed reliquerunt, & relicti ſunt, & ex bono in malum propria voluntate mutati ſunt, atque ad hoc licet fuerint renati, fuerunt juſtificati, ab eo tamen, qui illos tales præſcivit, non ſunt prædeſtinati. Prædeſtinationem autem Dei, ſive ad bonum, ſive ad malum in omnibus operatur, ineptiſſime dicitur. Ut utrum homines quadam neceſſitate videantur implere, cum in bonis voluntas non ſit intelligenda ſine gratia. Quæ enim ratio eſt, ut nullus, qui ſanum ſapit, dicat: Non eſt neceſſe mihi, ut laborem pro requie, & ſalute mea, quia ſi prædeſtinatus ſum a Deo ad vitam æternam, velim nolim, illuc perveniam. Si autem prædeſtinatus non ſum, nihil mihi proficit bene operari, ac virtutibus operam dare, quia æternæ beatitudinis præmia non poſſidebo. Quaſi Deum tentando, ac promiſſa ipſius deſpiciendo, & non magis per fidem, & dilectionem devote ſerviendo placere poſſit. Prius ergo ipſum nomen prædeſtinationis quid indicet, exponamus: deinde eſſe apud Deum, qui ſine acceptione perſonarum eſt, prædeſtinationem, divinarum ſcripturarum auctoritate probemus. Prædeſtinatio quippe a præmittendo, & præveniendo, vel præordinando futurum aliquid Deus. Et ideo cui præſcientia non accidens eſt, ſed eſſentia, ſemper fuit, & eſt, quicquid antequam ſit, præſcit, prædeſtinat, & propterea prædeſtinat, quia quale futurum ſit, præſcit. Inde & Apoſtolus: Nam quos præſcivit, inquit, & prædeſtinavit. Sed non omne quod præſcit, prædeſtinavit. Mala tantum præſcit, bona prædeſtinavit. Qui enim bonum præſcientia prædeſtinat, idem priuſquam ſit in ſe præordinat, hoc cum ipſo auctore eſſe cœperit, vocat, ordinat, & diſponit. Unde & ſequitur: Quos prædeſtinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, illos & juſtificavit, quos autem juſtificavit, illos & glorificavit. Jam igitur apertius differamus, quod loquimur, quo modo humanum genus præſcientia ſua, & prædeſtinatione Deus, in quo non eſt iniquitas, utantur. Maſſe itaque humani generis, quæ in Adam, & Evæ prævaricatione damnabilis, mortaliſque facta eſt, non condemnatione divina generaliter, ſed ex debito pœna, cruciatuſque debetur. Veniam vero non merito, ſed Dei juſti judicio miſericordia largitate confertur. Quia vero juſtus, & miſericors Deus, præſciuſque eſt futurorum, & ex hac damnabili maſſa non perſonarum acceptione, ſed judicio æquitatis ſuæ irreprehenſibili, quo præſcit, miſericordia gratuita præparat, idem prædeſtinat ad vitam æternam. Ceteros autem, ut prædixi, debite punit, quos ideo punit, quia quid eſſent, futurum præſcivit. Non tamen puniendos ipſe fecit, aut prædeſtinavit, ſed tantum, ut dixi, in damnabili maſſa præſcivit. Quod ſi a me quæris ſcire, cur di... iſtas differentias Deus faciat: ſi perſonarum acceptor non eſt, quia generaliter aut punire debet juſtitia, aut miſericordia liberare; contende cum Paulo: imo, ſi audes argue Paulum, qui dixit Chriſto in ſe loquente: O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, ut quid me ſic feciſti? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam? Ego autem hoc dico quod dixi, quia quicquid Deus agit, miſericorditer, juſte, ſancteque facit. Quia ſolus ipſe præſciendo ſcit, quod homo neſciendo neſcit. Quis enim cognovit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Aut quis dicat ei, quid feciſti? Non poteſt tantum juſtus dici Deus, aut ſolum miſericors. Sic diligimus, ſic credimus. Propterea quando illi cum David miſericordiam, & judicium cantamus, & venientem non interrogamur, quæ ſit voluntas ejus in ju-

dicio

dicio, & miſericordia coaquirentes. Omnis enim lex divina hoc docet, ut per obedientiam mandatorum Dei perveniamus ad Creatorem noſtrum, nec ullus ratione vigens ſine fide recta, & bonis operibus Deo placere poteſt. Unde & prophetica, atque Apoſtolica eloquia hoc reſonant, hoc exhortantur, ut recto curſu ſanctæ converſationis conveniamus ad Creatorem noſtrum. Denique ſic Moyſes ait; Non tentabis Dominum Deum tuum, ſicut tentaſti in loco tentationis. Cuſtodi præcepta Domini Dei tui, ac teſtimonia, & cæremonias, quas præcepit tibi, & fac quod placitum eſt, & bonum in conſpectu Domini; bene ſit tibi, & ingreſſus poſſideas terram optimam, de qua juravit Dominus patribus tuis, ut deleret omnes inimicos tuos coram te, ſicut locutus eſt. Nam Pſalmiſta hinc ait. Quis eſt homo, qui vult vitam, & cupit videre dies bonos; coerceat linguam ſuam a malo, & labia ejus ne loquantur dolum. Divertat a malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & ſequatur eam. Quia oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Hinc & per Eſaiam dicitur; Hæc dicit Dominus: Cuſtodite judicium, & facite juſtitiam, quia juxta eſt ſalus mea, ut veniat, & juſtitia mea, ut reveletur. Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendit iſtud. Cuſtodiens ſabbatum, ne polluat illud, cuſtodiens manus ſuas, ne faciat omne malum. De quo & per Hieremiam dicitur: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Maledictus vir, qui non audierit verbum pacti hujus, quod præcepi patribus veſtris in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea dicens: Audite vocem meam, & facite omnia, quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum, & ſuſcitabo juramentum, quod juravi patribus veſtris daturum me eis terram fluentem lacte, & melle. Ad Ezechielem Dominus ait: Tu ergo fili hominis dic ad domum Iſrael, ſic locuti eſtis dicentes, iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus, quomodo ergo vivere poterimus? dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Nolo mortem impii, ſed ut revertatur impius a via ſua, & vivat. Convertimini a viis veſtris peſſimis, & quare moriemini domus Iſrael? & tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui: Juſtitia juſti non liberavit eum, in quacumque die peccaverit, & impietas impii non nocebit ei, in quacumque die converſus fuerit ab impietate ſua, & juſtus non poterit vivere in juſtitia ſua, in quacumque die peccaverit: etiamſi dixero juſto quod vita vivat, & confiſus in juſtitia ſua fecerit iniquitatem, omnes juſtitiæ ejus oblivioni tradentur, & in iniquitate ſua, quam operatus eſt, in ipſa morietur. Sin autem dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam a peccato ſuo, feceritque judicium, & juſtitiam, pignus reſtituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quicquam injuſtum, vita vivet, & non morietur: omnia peccata ejus, quæ peccavit, non imputabuntur ei. Ad Nabuchodonoſor quoque Daniel propheta ſic ait: O rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas eleemoſynis pauperum, ſi forſan ignoſcat Deus delictis tuis. Hinc & per Oſee dicitur: Seminate vobis in juſtitia, metite in ore miſericordiæ, innovate vobis novale, tempus autem requirendi Deum cum venerit, qui docebit vos juſtitiam. Et item: Convertere, inquit, Iſrael ad Dominum dominantium, quoniam corruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcum verba, & convertimini ad Deum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum noſtrorum. Siquidem in Johele ita ſcriptum eſt: Magnus enim dies Domini, & terribilis valde, & quis ſuſtinebit eum? Nunc ergo dicit Dominus. Convertimini ad me in toto corde veſtro in jejunio, & fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & convertimini ad dominum Deum veſtrum, & quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit, ſi convertatur & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem? Sacrificium, &

A libamen domino Deo veſtro. Hinc & per Amos dicitur: Quærite bonum, & non malum, ut vivatis, & erit dominus Deus exercituum: odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta judicium, ſi forte miſereatur dominus Deus exercituum reliquiis Joſeph. Sic & Abdias propheta: Juxta eſt, inquit, dies Domini, ſuper omnes gentes, ſicut feciſti fiat tibi retributionem tuam, convertet in caput tuum. Jonas quoque in Ninive civitate magna prædicavit pœnitentiam agendam, & prædicaverunt Ninivitæ jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis a majore uſque ad minorem. Et vidit Deus opera eorum, quia converſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. Hinc & Michæas loquitur dicens: Indicabo tibi homo, quid ſit bonum, aut quid dominus Deus tuus requirat a te, utique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo. Denique Naum ita prædicat dicens; Deus æmulator, & ulciſcens Dominus hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis. De quo &
B Abacuch ait: Ecce qui incredulus eſt non erit recta, anima ejus in ſemetipſo, juſtus autem in fidelitate ſua vivet. Et item: Væ qui congregat avaritiam malam domui ſuæ, ut ſit in excelſo nidus ejus, & liberari ſe putat de manu mali. Et item: Væ qui ædificat civitatem in ſanguinibus, & præparat urbem in iniquitate. Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians, ut aſpiciat nuditatem ejus, repletus eſt ignominia pro gloria. Væ qui dicit ligno expergiſcere, ſurge lapidi jacenti. Numquid ipſe docere poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro, & argento, & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus ejus. Dominus autem in templo ſancto ſuo, ſileat a facie ejus omnis terra. Hinc & Sophonias ait: Quærite dominum Deum veſtrum omnes manſueti terræ, qui judicium ejus eſtis operati. Quærite juſtum, quærite manſuetum, ſi quando abſcondamini in die furoris Domini. Nam & Aggæus ita ait: Hæc dicit dominus Deus exercituum; ponite corda veſtra ſuper vias veſtras, aſcendite in montem, portate lignum, & ædificate domum, & acceptabilis
C mihi erit, & glorificabor dicit Dominus. Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factus eſt minus, & intuliſtis in domum, & ſufflavi in illud. Quam ob cauſam dicit Dominus Deus exercituum, quia domus mea deſerta eſt, & feſtinaſtis vos unuſquiſque in domum ſuam. Per Zacchariam quoque Dominus ait: Judicate judicium verum, & miſericordiam, & miſerationes facite unuſquiſque cum fratre ſuo, & viduam, & pupillum, & advenam, & pauperem nolite calumniare. Et vir fratri ſuo, non cogitet malum in corde ſuo. Et item: Nolite timere. Hæc ſunt ergo verba quæ facietis. Loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo, veritatem, & judicium pacis, judicate in portis veſtris, & unuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, & juramentum mendax ne diligatis. Omnia ſunt enim hæc quæ odi, dicit Dominus. Per Malachiam quoque ait: Convertimini, & videbitis quid ſit inter juſtum, & impium, & inter ſervientem Deo, & non ſervientem. Ecce dies veniet ſuccenſa, quaſi caminus, & erunt omnes ſuperbi, &
D omnes operantes iniquitatem ſtipula, & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicem, & germen, & orietur vobis timentibus nomen Domini, ſol juſtitiæ, & ſanitas in pennis ejus, & egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento, & calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum. In die qua ego facio, dicit dominus Deus exercituum. Mementote legis Moyſi ſervi mei, quæ mandavit eis in Choreb ad omnem Iſrael præcepta, & judicia. Hinc & in Proverbiis Sapientia ita docet dicens: Fili mi ne obliviſcaris legis meæ, & præcepta mea cuſtodiat cor tuum. Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. Miſericordia, & veritas non te deſerant, & circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui, & invenies gratiam, & diſciplinam bonam coram Deo, & hominibus. Similiter & Eccleſiaſtes docet dicens. Lætare ergo juvenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus juventutis tuæ, & am-

bula

bula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & ſcito quod pro omnibus iis adducet te in judicium Deus. Aufer iram malam de corde tuo, & amove malitiam a carne tua. Adoleſcentia enim, & voluptas vana ſunt. Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni dierum, de quibus dicas non mihi placent. Antequam tenebreſcant ſol, & luna, & ſtella, & revertantur nubes poſt pluviam. Hinc & liber, qui dicitur Sapientia, ſic inchoat. Diligite juſtitiam qui judicatis terram, ſentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis, quærite illum, quoniam invenitur ab iis, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Perverſa enim cogitationes ſeparant a Deo, probata autem virtus corripit inſipientes, quoniam in malevolam animam non introibit ſapientia, nec inhabitabit in corpore ſubdito peccatis. Sanctus enim Spiritus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur ſuperveniente iniquitate. Et iterum: Cuſtodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodeſt, & a detractione; parcite linguæ, quoniam reſponſum obſcurum in vacuum non ibit. Os autem, quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errorem vitæ veſtræ, neque requiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum, quoniam Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione vivorum. Creavit enim ut eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum, & non eſt nullum medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra. Similiter & in libro Jeſu filii Syrach Sapientia docet, quid vitandum, & quid faciendum ſit. Qui timetis, inquit, Dominum credite illi, & non evacuabitur merces veſtra. Qui timetis Dominum, ſperate in illum, & in oblectatione veniet vobis miſericordia. Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. Reſpicite filii nationis hominum, & ſcitote, quia nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt, permanſit in mandatis ejus, & derelictus eſt, aut quis invocavit illum, & deſpexit eum? quoniam pius, & miſericors eſt Deus, & remittet in tempore tribulationis peccata hominibus exquirentibus ſe in veritate. Væ duplici corde, & labiis ſceleratis, & manibus male facientibus, & peccatorum terra ingredientis duabus viis. Væ diſſolutis corde, qui non credunt Domino, ideo non protegentur ab eo. Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas, & quid facietis cum inſpicere cœperit? Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius, & qui diligunt illum, conſervabunt viam illius. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt illi, & qui diligunt illum, replebuntur lege ipſius. Qui timent Dominum, proſperabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habent uſque ad inſpectionem illius. Hæc ergo omnia regulam ſanæ fidei docent, aut peccatoribus pro malis operibus pœnas prædicunt, aut juſtis pro bene factis præmia ſpondent; & quomodo quiſquam præſumit dicere, non juſtos bona merita adjuvare, neque iniquos peccata lædere, ſed unumquemque prædeſtinationis neceſſitate, aut coronari, aut puniri?

Videamus ergo quid de hoc novum teſtamentum nobis inſinuet. Dicit enim ipſa Veritas in Evangelio, Intrate per anguſtam portam, quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quam anguſta porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci inveniunt eam. Contendite per anguſtam portam intrare. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve eſt. Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui, cum Angelis ſuis, & tunc reddet unicuique ſecundum opera ſua. De die autem illa, vel hora nemo ſcit, neque Angelus in cœlo, neque Filius, niſi Pater. Videte, vigilate, & orate, neſcitis enim quando tempus ſit. Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſervis ſuis poteſtatem cujuſque operis, & janitori præcepit ut vigilaret. Vigilate ergo, neſcitis enim quando dominus domus venerit, ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane. Ne cum venerit repente inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Hinc & Paulus Apoſtolus ad Romanos ſcribens ait; Revelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & injuſtitiam hominum, eorum qui veritatem Dei in injuſtitia detinent. His autem qui ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam operantis malum, Judæi primum, & Græci. Gloria autem, & virtus, & honor, & pax omni operanti bonum Judæo primum, & Græco. Non eſt enim perſonarum acceptio apud Deum. Quicumque enim ſine lege peccaverunt, ſine lege peribunt, & quicunque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ad obediendum deſideriis ejus, ſed neque exhibeatis membra veſtra, arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viventes, & membra veſtra arma juſtitiæ Deo. Peccatum enim in vobis non dominabitur, non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Hinc & Jacobus ait; Eſtote factores verbi, & non auditores tantum fallentes voſmetipſos. Et item: Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſalvare eum? Et rurſus: Subditi igitur eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet a vobis. Appropinquate Domino, & appropinquabit vobis. Emundate manus peccatores, & purificate corda duplices animo, miſeri eſtote, & lugete, & plorate, riſus veſter in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos in tempore tribulationis. Qualiter autem virtus fidei ſalvet hominem, & quod ruina veſtra non ſit Deo deputanda, a quo eſt omne bonum, prædictus Apoſtolus in eadem epiſtola oſtendit dicens: Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans, qui autem hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento movetur, & circumfertur. Non ergo æſtimet homo ille, quod accipiat aliquid a Deo. Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur, Deus autem intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat. Unuſquiſque vero tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectiſſimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. De hoc & Petrus ſcripſit dicens: Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſobrii perfecte ſperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, in revelatione Jeſu Chriſti. Quaſi filii obedientiæ non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis, ſed ſecundum eum, qui vocavit ſanctum, & ipſi ſancti in omni converſatione eſtote, quoniam ſcriptum eſt: Sancti eritis, quoniam ego Sanctus ſum. Et item: Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore viſitationis. Omnem ſollicitudinem veſtram projicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Sobrii eſtote, & vigilate, quia adverſarius veſter diabolus, circuit quærens, quem devoret, cui reſiſtite fortes in fide; ſcientes eamdem paſſionem ei, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri. Hinc quoque Joannes ait: Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei. Omnis ſpiritus qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt, & omnis ſpiritus qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt, & hic

eſt

eſt Antichriſtus, de quo audiſtis, quoniam venit, & nunc jam in mundo eſt. Vos ex Deo eſtis filioli, & viciſtis eum, quoniam major eſt qui in vobis eſt quam in mundo. Ipſi in mundo ſunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo ſumus, qui novit Deum, audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erroris. Et item: Omnis qui credit quoniam Jeſus eſt Chriſtus ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus, quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata ejus faciamus. Hæc eſt charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus, & mandata ejus gravia non ſunt, quoniam omne quod natum eſt ex Deo vincit mundum, & hæc eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra, quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Jeſus eſt Filius Dei? Si enim charitas Dei neminem juvat, nec filii Dei filii ſunt lucis, quomodo id, quod natum eſt ex Deo, vincit mundum, & quomodo victoria mundi eſt fides Chriſti? Si autem fides Chriſti, quæ per B dilectionem operatur, vera ſalus eſt hominum, quia omnis qui credit in illum, non confundetur, ſicut ipſe ait: Ego ſum reſurrectio, & vita, qui credit in me, non morietur in æternum? Quomodo iſti vaniloqui garriunt, quod nihil proſit hominum recta fides, & bona operatio. Quoniam ſi non ſit prædeſtinatus quis, non veniet ad vitam, cum prædeſtinatio nihil aliud ſit niſi vitæ donatio, non perditionis damnatio, unde manifeſte ſcriptura dicit: Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Creavit enim, ut eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum. Et & per prophetam ipſe Dominus ait: Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat. Si autem non vult Dominus mortem impii, & peccatoris, quomodo prædeſtinat eum ad mortem, cum nihil ſit aliud ejus velle, quam prædeſtinare? Cauſa enim omnium rerum voluntas eſt Dei, ejuſque velle eſt, nec ſimplex natura aliquam contrarietatem in ſe habet. Sed idem Dominus omnium dives eſt in omnibus qui invocant illum. Itaque prædeſtinatio in bono legitur, non in malo. C Unde dicit Apoſtolus: Quos præſcivit, & prædeſtinavit, conformes fieri imaginis Filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, illos & juſtificavit, quos autem juſtificavit, illos & glorificavit. Nota quod dicit: Quos prædeſtinavit, hos & vocavit, non quos prædeſtinavit, illos & damnavit. Amat enim bonus factor creaturam ſuam, nec immerito aliquem damnat. De quo alibi ſcriptum eſt: Miſereris omnium Domine, & nihil odiſti eorum quæ feciſti, diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam, & parcens illis, quia tu es Deus univerſorum. Multiplici ergo reatu iſte conſtringitur, qui deſtinationis bonam, in pravum ſenſum vertens, nefandis ſermonibus blaſphemare præſumit. Primo, quod Creatorem ſuum, qui eſt ſumme bonus, malevolum auſus eſt dicere, & quod opus ſuum fruſtra, & ſine cauſa decernat interire. Secundo, quod ipſam veritatem fallacem nititur aſſerere, quæ per ſcripturas ſanctas, recte credentibus, & bene operantibus, æternæ vitæ ſpondet præmia, & D peccatoribus, atque non pœnitentibus mortis prædicit pœnas. Tertio, quod juſtum Judicem, qui in æquitate judicaturus eſt vivos, & mortuos, prædicat injuſtum, quoniam Dominus bene agentibus præmia, & male agentibus tormenta, eum non reddere affirmat. Quarto, quod Redemptorem mundi fruſtra ſanguinem ſuum fudiſſe non timet per errorem ſuum fingere, quando in ſe credentibus, & ſperantibus propter prædeſtinationis neceſſitatem, non poſſe ſubvenire. Quinto, quod huic de bonis Angelis eorum numerum, quem diabolus per ſuperbiam corruens minuit, Salvatorem noſtrum per hominum conditionem adimpleret. Sexto, quod magis fovet ſua opinione diabolo, quando, cum ad ejus perditionis ſortem tradidit eos, quos divina gratia decrevit ad ſalutem æternam pertingere. Septimo, quod totius humani generis maxime inimicus ſit, tam eum dicit per Chriſti fidem, & baptiſmi ſacramentum, a primi parentis lapſu, priorumque ſeculorum reatu, necnon & ab hoſtium poteſtate non poſſe

A eruí, ſed obligatum noxia opificis ſui prædeſtinatione in tartarum demergi. Hiſque omnibus ita oſtenſis, ſuus proprius maxime inimicus eſſe convincitur, cum non ſolum ſibi in hoc gehennæ ignem præparat, quod male credit, & perverſe operatur, ſed etiam in eo, quod alios per erroris ſui doctrinam, a via veritatis ſeducendo, ſuæ damnationis facit eſſe conſortes, pro quibus ipſe ſine dubio in igne æterno pœnas condignas ſolvet. Unde & paſtor Eccleſiæ ait: Fuerunt vero & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos Dominum negantes. Perducentes ſibi celerem perditionem, & multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur, & in avaritia fictis verbis de vobis negociabuntur, quibus judicium jam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. De quo & Judas in epiſtula ſua ſcribens ait: Subintroierunt enim quidam homines, qui olim præſcripti ſunt, in hoc judicium impii, Domini noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum dominato- B rem, & dominum noſtrum Jeſum Chriſtum negantes. Et item: Similiter & carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, majeſtatem autem blaſphemant, cum Michael Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit: Imperet tibi Deus. Hi autem quæcumque quidem ignorant, blaſphemant, quæ autem naturaliter tamquam animalia noſcunt, in his corrumpuntur. Et paulo poſt: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis, facere judicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra eum peccatores impii. Hi ſunt murmuratores, querulosi, in deſideria ſua ambulantes, & os illorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonam quæſtus cauſa. Hæc autem quæ de divinis ſcripturis teſtimonia protulimus, ad confundendam errorem illorum, qui prædeſtinationem Dei cauſam dicunt eſſe perditionis peccatorum, & ad oſtendendum quod Deus velit per fidem rectam, & bona opera præ- C mia acquiri regni cœleſtis, pauca de plurimis excepta prudenti lectori ſufficiant. Dehinc autem quid in ſanctorum doctorum, & Catholicorum Patrum ſententiis expoſitum de prædeſtinatione Dei invenimus edisximus. Nam illi qui dicunt, quod Deus nolit omnes ſalvare, etiam ſi omnes ſalvari velint, quantum errent omnibus patet, cum veritas diſcipulis dicat: Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quanto magis Pater veſter cœleſtis dabit bona petentibus ſe. Quomodo fieri poteſt, ut Deus, qui etiam illos ſalvat, de quibus dici non poteſt, quod ſalvari velint, nolit aliquos ſalvare, etiam ſi ſalvare velint, niſi aliquæ cauſæ exiſtant, de quibus quamvis ſint nobis incognoſcibiles, ipſe tamen judicat, ac quo dici aliter non poteſt eum quicquam facere debuiſſe, quam fecerit. Remota igitur hac diſcretione, quam divina ſcientia intra ſecretum juſtitiæ ſuæ continet, ſinceriſſime credendum, atque profitendum eſt Domini velle, ut omnes homines ſalvi fiant. Siquidem Apoſtolus, cujus iſta ſententia eſt, ſollicitiſſime præcipit, quod in omnibus D Eccleſiis piiſſime cuſtoditur, ut Deo pro omnibus hominibus ſupplicetur, ex quibus quod multi pereant, pereuntium eſt meritum, quod multi ſalvantur, ſalvantis eſt donum. Ut enim reus damnetur, inculpabilis eſt Dei juſtitia. Ut autem reus juſtificetur, ineffabilis Dei gratia eſt. Qui autem dicunt, quod majorem partem Deus humani generis ad hoc creet, ut illam perdat in æternum, eo quod multi latam, & ſpacioſam viam vadunt, quæ ducit ad mortem, & pauci per anguſtam, quæ tendit ad vitam æternam. Plurimuſque eſt numerus infidelium, & qui ſine baptiſmatis remedio tranſeunt de hoc mundo, & ideo non poſſunt abſolvi de originalis peccati vinculo: quaſi hæc omnia ad conditorem humani generis pertineant, quaſi ipſe eos, qui interierunt, ita velit interire, non recte ſentiunt. Omnium quidem hominum Deus creator eſt: ſed nemo ab eo ideo creatus eſt ut periret, quia alia eſt cauſa naſcendi, & alia eſt pereundi. Ut enim naſcantur homines, conditoris eſt beneficium; ut autem pereant pravari-

cato-

Digitized by Google

catoris eſt meritum. In Adam quippe, in quo omnium
hominum præformata natura eſt, omnes peccaverunt,
eademque ſententia, quam ille accepit, obſtricti ſunt.
Neque ab hoc vinculo etiam ſi propriis peccatis ca-
reant, reſolvuntur, niſi in ſacramento mortis, &
reſurrectionis Chriſti per Spiritum ſanctum renaſcan-
tur. Nimis ergo impius, & indoctus eſt, qui vitium
naturæ non diſcernit ab auctore naturæ. A quo prorſus
alienum eſt, quicquid in unoquoque damnandum eſt.
Creat enim homines, nec multiplicandis generatio-
num ſucceſſionibus opificem ſuum ſubtrahit, ſecundum
conſilium bonæ voluntatis ſuæ, reparaturus in multis,
quod ipſe non fecit. Quod autem dicunt peccatorum no-
ſtrorum ideo Deum auctorem eſſe, eo quod malam fa-
cit voluntatem hominum, hoc eſt blaſphemet ſubſtan-
tiam, quæ naturali motu non poſſit niſi peccare. Iſtud
nos a ſenſu noſtro penitus abdicamus, qui Deum juſtum
bonum, ſic humanæ ſubſtantiæ, & interiorum, exte-
riorumque ſenſuum novimus Creatorem, ut prorſus ab
illo ſit, quicquid contra naturam eſt. De quo mors,
& omnia quæ ſunt mortis oriuntur. Quibus malis tunc
ſe homo induit, quando illum fide, obedientiaque pri-
vatum, in ſuas promiſſiones diabolus a Dei lege tra-
duxit omnia, quæ ſibi poſteritatis germina perditionem
depravare ſtirpis obſtrinxit. Non igitur cujuſque pec-
cati auctor eſt Deus, ſed naturæ creator. Quæ cum
poteſtatem habuerit non delinquendi, ſponte deliquit;
& deceptori ſuo propria voluntate ſe ſubdidit. Nec
naturali, ſed captivo motu verſatur in vitio, donec
moriatur peccato, & vivat Deo, quod ſine gratia
Dei facere non poteſt; quia libertatem, quam perdidit
niſi Chriſto liberante non recipit. Non eſt enim aliud
nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat ſal-
vos fieri. Quod autem quidam dicunt, quod adulteria,
& corruptelas virginum ſacrarum, homicidia, atque
cætera flagitia, ideo homo commiſerit, quia non poſ-
ſit ea vitare, quaſi illas Deus perſonas ad hoc prædeſ-
tinaverit, ut certo tempore in diverſis vitiis caderent.
Deteſtanda quidem, *& abominanda omni Chriſtiano*
hæc opinio eſt, quæ cujuſque malæ voluntatis, aut malæ
actionis credit auctorem. Cujus prædeſtinatio, quæ
extra bonitatem, nunquam extra juſtitiam eſt. Uni-
verſæ enim viæ Domini, miſericordia, & veritas.
Adulteria enim maritarum, & corruptelas virginum,
non inſtituere novit ſancta divinitas, ſed damnare.
Nec diſponere, ſed punire. Quæ mala homines cum
admittunt, ſuis concupiſcentiis, & cupiditatibus ſer-
viunt, quas ab illa prima voluntariæ prævaricationis
labe traxerunt. Cum autem declinant a malo, & fa-
ciunt bonum, a Domino *greſſus hominum diriguntur,*
& viam volet. Propter quod dicit Apoſtolus: Oremus
autem ad Dominum, *ut nihil mali faciatis. Non ut*
nos probati appareamus, ſed ut vos quod bonum eſt, fa-
ciatis. Non ergo caſus ruentium, nec malignitatem
iniquorum, neque cupiditates peccantium prædeſtina-
tio Dei *aut excitavit, aut ſuaſit, aut impulit. Sed*
plane prædeſtinavit judicium ſuum, quo unicuique re-
tributurus eſt, prout geſſit ſive bonum, ſive malum.
Quod juditium futurorum omnino non eſſet, ſi homi-
nes Dei *voluntate peccarent. Erit autem manifeſtiſſi-*
me, & omnis homo, quem diſcretio divinæ ſcientiæ,
ſiniſtra conſtituerit parte, damnabitur, quia non Dei,
ſed ſuam executus eſt voluntatem. Nihil ergo malo-
rum negociorum Deus *prædeſtinavit ut fieret, nec ul-*
lam animam nequiter, turpiterque victuram ad hoc,
ut taliter viveret, præparavit. Sed talem futuram non
ignoravit, & de tali juſte ſe judicaturum eſſe præſcivit.
Atque ita prædeſtinationem ejus, nihil aliud referre
poteſt, niſi quod aut ad debitum juſtitiæ retributionem,
aut in debitum pertinet gloriæ largitatem. Quapropter
qui dicunt, quod Dei *prædeſtinatione efficiantur de fi-*
liis Dei *filii diaboli, & de templis ſanctis templa*
dæmonum, & de membris Chriſti membra meretri-
cis, pernicioſiſſime fallunt, atque falluntur errantes,
& in errorem mittentes. Igitur prædeſtinatio Dei, *etſi*
apud nos, dum in præſentis vitæ periculis verſamur, in-
certa eſt, apud illum tamen, qui fecit, quæ futura ſunt,
incommutabilis permanet. Neque illuminavit, obcæ-
cat, neq; ædificavit, deſtruit, neque plantavit, evellit.

A *Sine pœnitentia enim ſunt dona, & vocatio* Dei, *&*
firmum fundamentum Dei *ſtat, habens ſignaculum*
hoc: Cognovit Dominus *qui ſunt ejus. Nullo igitur*
modo prædeſtinatio Dei *facit, ut aliqui ex filiis* Dei *fi-*
lii ſint diaboli, aut ex templis Dei *templa ſint dæmo-*
num, aut ex membris Chriſti Spiritus ſancti fiant mem-
bra meretricis. Sed potius prædeſtinatio facit, ut ex
filiis diaboli fiant filii Dei, *& ex templo dæmonum,*
templum ſint Spiritus ſancti, & ex membris meretri-
cis membra ſint Chriſti. Quia ipſe alligat fortem,
& vaſa ejus rapit eruens ea de poteſtate tenebrarum,
& transferens de contumelia in gloriam. Hi autem de
quibus dicitur, ex nobis tranſierunt, ſed non fuerunt
ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique
nobiſcum. Voluntate exierunt, voluntate ceciderunt, &
quia præſciti ſunt caſuri, tamen non ſunt prædeſtinati,
eſſent autem prædeſtinati, ſi eſſent reverſuri, & in ſan-
ctitate, ac veritate manſuri. Ac per hoc prædeſtinatio
Dei *multis eſt cauſa ſtandi, nemini eſt cauſa labendi.*
Omnibus quidem a fide ad infidelitatem, a ſanctitate
B *ad turpitudinem relapſis, & ante finē vitæ nulla emun-*
datione purgatis, nihil aliud quam mors æterna debet,
ſed nefas eſt Deo *adſcribere cauſam talium ruinarum.*
Qui & ſi ex æterna ſcientia præcognitum habet, quid
uniuſcujuſque meritis retributurus ſit, nemini tamen
per hoc quod falli non poteſt, aut neceſſitatem intulit
delinquendi. Si ergo a juſtitia, & pietate quis deficit,
ſuo in præceps fertur arbitrio, ſua concupiſcentia tra-
hitur, ſua perſuaſione decipitur. Nihil ibi pater, nihil
Filius, nihil agit Spiritus ſanctus. Nec tali negotio
quicquam divinæ voluntatis intervenit. Cujus opere
multos ſcimus, ne laberentur, retentos, nullos au-
tem, ut laberentur, impulſos. Denique *ad prævari-*
cationem legis, ad neglectum religionis, ad corrupte-
lam diſciplinæ, ad deſertionem fidei, ad perpetratio-
nem qualiſcumque peccati, nulla omnino eſt prædeſti-
natio Dei. *Nec fieri poteſt, ut per quem a talibus ma-*
lis ſurgitur, per eum in talia decidatur. Si ergo in
ſanctitate vivitur, ſi in virtute proficitur, ſi in bonis
ſtudiis permanetur, manifeſtum munus eſt Dei, *ſine*
C *quo nullus boni operis fructus acquiritur. Si autem ab*
his recedit, & ad vitia, atque peccata tranſit, nihil
ibi Deus mala tentationis immittit. Et receſſurum non
deſerit, antequam diſcedat, & facit plerumque ne de-
ſerat, aut etiam ſi diſceſſerat, ut redeat. Cur autem il-
lum retineat, illum non retineat, nec poſſibile eſt com-
prehendere, nec licitum inveſtigare. Cum ſcire ſuffi-
ciat & ab illo eſſe, quod ſtatur, & non ab illo eſſe quod
ruitur. Qui autem dicunt, quod omnes illi fideles, & qui
ſancti, qui per peccatum ad æternam mortem prolapſi
ſunt, ſic prædeſtinati ſunt, ſicque a Deo *ordinati, poſtea*
quam ceciderunt, nec poſſint, nec velint per pœniten-
tiam liberari, non veraciter, nec ſapienter hoc dicunt.
Qui *enim a fide, & ſanctitate exciderunt, ſicut volun-*
tate prolapſi ſunt, ita voluntate non ſurgunt, & domi-
natum concupiſcentiarum, quibus ſuccubuerunt ſponte,
patiuntur. Si qui autem captivitatem ſuam gemunt, &
judicantes ſemetipſos, ad miſericordiam Dei, muta-
to corde, confugiunt, non ſine ſpiritu divinæ miſera-
tionis hoc faciunt. Hæc enim mutatio dexteræ excelſi,
D *qui innumeris lapſis dat pœnitentiam, ut reſipiſcant a*
diaboli laqueis, a quo captivi tenebantur ad ipſius vo-
luntatem. Nemini autem Deus *correptionis admit*
viam, nequaquam boni poſſibilitate diſpoliat. Quia quis
a Deo avertit, ipſe & velle quod bonum eſt, & poſſe
ſibi ſuſtulit. Non eſt ergo conſequens ſicut putant, qui
talia objiciunt, ut Deus, quibus pœnitentiam non de-
derit, reſipiſcentiam abſtulerit, & quos levavit, alli-
ſerit. Cum aliud ſit inſontem egiſſe in crimen, quod
alienum eſt a Deo, aliud crimino ſo veniam non de-
diſſe, quod de peccatoris eſt merito: ſed quia iſti inter
ſe diſſentiunt, qui dicunt, prædeſtinationem Dei face-
re, ne quis poſſit ſalvari, etiam ſi velit. Et Pelagia-
ni, qui adſcribunt totum hominis poſſe per primæ condi-
tionis ſortem, quicquid ad ſalutis ſuæ ſtatum pertinet,
etiam ſi divina gratia illum non adjuvaverit. Quo-
rum licet diverſus error ſit, tamen par impietas. Ideo
neceſſarium eſſe arbitramur ſcripturarum teſti-
moniis comprobare hominem initio bonum a

Deo eſſe conditum, quia vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Sed neminem poſſe ſuo merito, ſine gratia Dei ſalvari, quia Veritas in Evangelio ait: Nemo venit ad Patrem niſi per me, & ſine me nihil poteſtis facere. Unde Paulus ad Epheſios ſcribens ait: Gratia enim eſtis ſalvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto Jeſu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus. Et item: Pax fratribus, & charitas cum fide a Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in incorruptione. Ad Romanos quoque idem ait: Quis nos liberabit de corpore mortis hujus, gratia Dei per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Et item, reliquiæ, inquit, ſecundum electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt. Si autem gratia non ex operibus, alioquin gratia jam non eſt gratia. Ad Corinthios quoque ſic loquitur: Gratia autem Dei ſum id, quod ſum, & gratia ejus in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboravi. Non ego autem, ſed gratia Dei mecum. De hoc quoque & Jacobus Apoſtolus ſcripſit dicens: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a Patre luminum. Et item: Deus, inquit, ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Hinc & Petrus in epiſtola ſua gratiam Dei auditoribus ſuis commendat dicens: Gratia vobis & pax multiplicetur. Et item: Gratia autem, ait, vobis omnibus, qui eſtis in Chriſto Jeſu. Et rurſus: Vos, inquit, fratres præſcientes cuſtodite, ne in inſipientium errore traducti excidatis a propria firmitate. Creſcite vero in gratia, & cognitione Domini noſtri, & Salvatoris Jeſu Chriſti. Hinc etiam & Joannes in Apocalypſi ſua ſcripſit dicens: Gratia vobis, & pax ab eo, qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu ejus ſunt, & ab Jeſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps Regum terræ, qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Liberum enim arbitrium hominis datum nullus rite credens negare poteſt. Sed ſi ad effectum boni operis pertigerit, muneris eſt gratia Dei. Ubi autem Deus, noli hoc, & noli illud, & ubi aliquid faciendum in divinis monitis opus voluntatis agitur, ſatis liberum demonſtratur arbitrium. Nemo ergo cauſetur Deum in corde ſuo, ſed ſibi imputet, & quiſque cum peccat, neque cum aliquis ſecundum Deum operatur, alienet hoc a propria voluntate. Quando enim volens, tunc dicendum eſt opus bonum, tunc ſperanda eſt operis boni merces ab eo, de quo dictum eſt, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua. Semper eſt in vobis voluntas libera, ſed non ſemper bona. Aut enim a juſtitia libera eſt, quando ſervit peccato, tunc eſt mala. Aut a peccato libera eſt, quando ſervit juſtitiæ, & tunc eſt bona. Gratia Dei ſemper eſt bona, & per hanc fit, ut ſit homo voluntatis bonæ, qui prius fuit voluntatis malæ. Per hanc etiam fit, ut ipſa bona voluntas, quæ jam cœpit, augeatur, & tandem magna fiat, ut poſſit implere divina mandata, quæ voluerit, cum valde perfecteque voluerit. Ad hoc enim valet quod ſcriptum eſt: Si volueris, conſervabis mandata, ut homo qui voluerit, & non potuerit nondum accepiſſe ſe plene velle cognoſcat, & oret, ut bonam voluntatem quanta ſufficit ad implenda mandata. Sic quippe adjuvatur, ut faciat quod jubetur. Tunc enim utile eſt velle cum poſſumus, & tunc utile eſt poſſe cum volumus. Nam quid prodeſt, ſi quod non poſſumus, volumus, aut quod poſſumus non, volumus: in libertate quidem arbitrii ſui commiſſus eſt homo ſtatim in prima mundi conditione, ut ſalva vigilantia mentis adnitente, etiam præcepti cuſtodia perſeveraret, ſi vellet in id quod creatus fuerat permanere. Poſtquam vero ſeductione ſerpentis per Evam cecidit, naturæ bonum perdidit pariter, & vigorem arbitrii. Non tamen electionem, ne non eſſet ſuum, quod emendaret peccatum, merito indulgeretur, quod non arbitrio deliquiſſet. Monet itaque ad quærendam ſalutem arbitrii libertas id eſt rationalis voluntas, ſed admonente prius Deo, & invitante ad ſalutem, ut vel eligat, vel ſequatur, vel agat occaſione ſalutis, hoc eſt inſpiratione

Dei. Ut autem conſequatur, quod eligat, quod ſequatur, vel quod occaſione agat, eſſe liberè confitemur. Initium ergo ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus, ut requieſcamus ſalutis inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt. Ut adipiſcamur, quod acquieſcendum admonitionem cupimus, divini eſt muneris, ut non labamur in redempto munere ſalutis, ſollicitudinis noſtræ eſt, & cæleſtis pariter adjutorii. Ut labamur poteſtatis noſtræ eſt, & ignaviæ. Contra reprehenſores prædeſtinationis Dei in pluribus locis manifeſte repugnat ſcriptura ſacra, ſed vel ab eis quærere, mihi pandant quo judicio, ut dictum eſt a Paulo, & Barnaba prædicantibus verbum Dei in literis in præteritis generationibus immiſit omnes gentes ingredi in vias ſuas, ut in idololatria ſimulacrorum perirent, & unam tantum gentem id eſt Jacob elegit ſibi Dominus, *& Iſrael in poſſeſſionem ſibi. Cui ſoli utique legem ad cognoſcendum ſe, poſtpoſitis, ut dixi, cæteris generationibus, dedit. Vel cur iterum amiſſio facta eſt Judæorum, ut mundi fieret reconciliatio, id eſt omnium gentium, ſicut dicit Apoſtolus, ſi enim amiſſio eorum reconciliatio mundi, quod aſſumptionis vita ex mortuis; quaſi impoſſibile eſſet Deo omnipotenti univerſo mundo legem dare, ſalutem gratia Chriſti conferre, vel ut ita dicam, ab initio lapſus Adæ id agere, quod diverſitate temporum fieri ejus arbitrio ſedit. Doceant etiam quare amiſſio ab Spiritu ſancto, Paulo, & Barnaba portare nomen* Domini *ſalutis cauſa in gentibus cum tranſirent prædicantes Phrygiam, & Galatiæ regionem, vetiti ſunt a Spiritu ſancto loqui verbum in Aſia, & cum veniſſent in Myſiam volentes tranſire in Bithyniam, non permiſit eos, inquit, ſpiritus Jeſu. Sciebat, inquiens, Deus, quod credituri non eſſent, & ideo non eos ire permiſit ad loquendum verbum. Nunc prohibitio iſta Spiritus ſancti aliud oſtendit, quam verbum* Domini *Jeſu dicitatis in Evangelio: Spiritus ubi vult ſpirat. Hinc cogitent, hinc pandant aliquid, quare ubi vult, & non ubique: dicant etiam quare prædicantibus prædictis a Paulo, & Barnaba Antiochia Piſidia Judæis, & Gentibus ſalutem, nullus credidit, niſi quos inde dominus præordinavit ut crederent. Siquidem & de ipſis pagina ſancta teſtatur: Et crediderunt, inquit, quotquot erant præordinati ad vitam æternam, hoc eſt, prædeſtinati. Ecce in omnibus, quæ ex auctoritate divina protulimus, habes miſericordiam, & judicium, & certum eſt, quia perſonarum non eſt acceptor* Deus, *nec cujuſquam perſonam reveretur. Deſcende ergo ſi vales in profundum miſericordiæ Dei. Aſcende ſi ſufficis in altitudinem judicii ejus, diſtendere in longitudinem viarum ejus inveſtigabilium, & ſi liquide penetraveris, hæc nobis tam metuenda, & incomprehenſibilia ſecreta, de quibus Paulus expavit, ipſe intrepidus pande. Quantumlibet enim ſcire conaveris judicia* Dei, *comprehendere non vales, nec valebis; quia ſicut nemo ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in ipſo, ita & quæ* Dei *ſunt, nemo ſcit niſi ſpiritus* Dei. *Si quæ ergo attingere voluerimus, non noſtra ſolertia, ſed dono Spiritus ſancti revelata eſſe debemus agnoſcere: ſi autem ſcire non datur, quod ſupra nos eſt, nec a noſtra parvitate quæratur. Prædictum eſt enim ab ſcriptura ſancta; altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, in vanitate, & altum ſapere noli, ſed time.* Diximus *namque de admirabili humani generis maſſa* Deum *præſciſſe miſericordiam non meritis, quos electione gratiæ prædeſtinavit ad vitam. Cæteros, qui judicio juſtitiæ ejus ab hac gratia efficiuntur expertes, præſciſſe tantum propria vitio perituros, ut non perirent prædeſtinaſſe, ſed ut dixi quos in opera impietatis, & mortis ruituros præſcivit, non præordinavit, nec impulit, in quibus* Deus *ad iracundiam provocatus fidem allatam, ac prædictam ſibi accipere nolunt, aut a* Deo *judice non poſſunt. Vel accepta male utuntur, & ob hoc traduntur in reprobum ſenſum, ut faciant ea, quæ non conveniunt. His pœnam prædeſtinatam eſſe rite fatemur, quod ut probari valeat, ſolum reorum in exemplum fuiſſe Judam. Hinc enim* Deus *cum præſciſſet, eum in vitiis propriæ voluntatis peſſimum fore, idem electionem diſcipulatus ſui, bene a Chriſto collatam, male uſurum,*

& ava-

A & avaritia ardentem precio Judæis Dominum traditurum, pœnam ei prædeſtinavit ex merito, dicente per David Spiritu ſancto: Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & doloſi ſuper me apertum eſt. Idem Judæ, vel Judæorum in Chriſto Juda cum dixit. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam, & poſt pecuniæ ſponſionem, dans ſignum traditionis. Quemcumq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Ideo ſuper me, ait, apertum eſt os Judæ. Cum enim dedit oſculum ore doloſo, aperuit, quem tenerent. Judæorum quoq; cum eum volentes dolo perdere, ut evangelium pandit; clamaverunt dicentes: Crucifige, crucifige, & poſt puſillum ſequitur: Conſtitue ſuper eum peccatorem, ideſt ſuper Judam, & diabolus ſtet a dextris ejus. Cum judicatur, exeat condemnatus, & oratio ejus fiat in peccatum. Fiant dies ejus pauci, & Epiſcopatum ejus accipiat alter. Et poſt cætera, quæ de eo ſequuntur: Pro eo quod, inquit, non fuit recordatus facere miſericordiam, & perſecutus eſt hominem inopem, & egenum, & compunctum corde morti tradere. Et B ſequentia reliqua, quæ in ejus prædicta ſunt pœna. Nam ſicut narrat liber Actuũ Apoſtolorum de eo prædicta, & in eo impleta eſſe, ſanctus probat Apoſtolus Petrus, cum locum ejus unum ex iis, qui cum Apoſtolis congregati fuerant, propter teſtimonium reſurrectionis Jeſu Chriſti ſubrogare oporteret, denuncians dicit: Viri fratres, oportet impleri ſcripturam, quam per os David prædixit Spiritus ſanctus de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jeſum, qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterii hujus, & hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt viſcera ejus. Notum factum eſt autem omnibus habitantibus in Hieruſalem, ita ut appellaretur ager ille Acheldemach, hoc eſt ager ſanguinis. Scriptum eſt in libro Pſalmorum: Fiat commoratio ejus deſerta, & non ſit qui inhabitet in ea, & Epiſcopatum ejus accipiat alter. Ubi ergo commemoratio operum ejus malorum a ſancto fit Spiritu in Pſalmis. Priuſquam eſſet, præſcitus eſt, non factus, quod talis adverſus Filium Dei futurus eſſet. Si enim factus eſſet, inculpabilis C eſſet, & Dei officio reputaretur, non Judæ. Injuſta etiã in eo prolata damnatio eſſet, ſed abſit hoc a ſummo bono judice auctore omnium bonorum Deo: damnatore vero cunctorum malorum, quia mala vita, ut prædixit, præſcivit, non fecit, & tamen in quibus præſcivit, judicio juſto tranſeunt in reprobum ſenſum, ut impleret, permiſit. Et ideo permiſit, qui per Spiritum ſanctum periturum ante prædixit. Quia ſicut Chriſtum oportebat pati per Judam, prædicente per prophetas Spiritu ſancto, ita oportebat Judam perire, eodem Spiritu ſancto prædicente; de eo quippe dictum eſt: Nemo periit, niſi filius perditionis. Nam pœna illi prædeſtinata pro malis ſuis, in quibus ut ſæpe prædixi, præſcitus eſt tantum, non prædeſtinatus. Verum autem eſſe, quod diximus, licet plene ſit diſputatum, idem perituris pœnam eſſe prædeſtinatam. Audi Petrum Apoſtolum cum futuros eſſe pſeudoprophetas, & magiſtros mendaces, & apoſtatas in Eccleſia Dei, ſicut fuerunt in populo veteri, quibus judicium, inquit, jam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. Item Judas D Apoſtolus; Subintroierunt, ait, quidam homines, qui olim præſcripti ſunt in hoc judicio, impii, gratiam Domini noſtri transferentes in luxuriam, & ſolum dominatorem, & dominum noſtrum Jeſum Chriſtum negantes. Et Dominus in evangelio peccatoribus: Ite in ignem æternum, quem præparavit pater veſter diabolo, & angelis ejus. Prædeſtinatis autem: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum paratum ab origine mundi, ideſt prædeſtinatum. Tenenda eſt igitur inconcuſſa hujus diſputationis oratio, quæ teſtimoniis claris ſcripturarum, peccatores in malis propriis, antequã eſſent in mundo, præſcitos eſſe tantum, non prædeſtinatos. Pœnam hanc eis eſſe prædeſtinatam, ſecundum quod præſciti ſunt. Parvulos quoq; non renatos ex aqua, & Spiritu ſancto prædeſtinante, pœnæ eſſe obnoxios, qui præſciti ſunt non propriis voluntatibus, quorum nulla ſunt bona, vel mala, niſi tantum in Adæ peccatum, quod traxere naſcentes, & in hoc naſcentes fol-

A verunt tempus vitæ præſentis; quid enim juſtitia de iis faciat, quibus miſericordia non ſubvenit, qui pura fide credit, agnoſcit, dicente Domino: Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam; intelligite, & a contentione recedite. Qui vero ſecundum propoſitum Dei vivunt, præſcitos eſſe, & prædeſtinatos electione gratuita gratiæ ejus, & regnum eis cœlorum prædeſtinatum, ſine dubitatione dicendum eſt. Hoc enim Apoſtolus probat, eum ante eos prædeſtinatos, & electos eſſe teſtatur, quam mundus conſtitueretur, ſcribens Epheſiis dicit: Sicut elegit nos in ipſo, & in Chriſto ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu ejus, qui prædeſtinavit nos in adoptionem filiorum per Jeſum Chriſtum in idipſum. Taceat humana lingua, nec prorſus in prædeſtinatione de meritis extollatur, attendat dictum ante conſtitutionem mundi, divinæ voluntatis eſt hoc donum, non humanæ fragilitatis meritum. Denique attende, quod ſequitur: In quo habemus redemptionem, ait, per ſanguinem ejus B remiſſionem peccatorum, ſecundum divitias gratiæ ejus, quæ ſuperabundavit in nobis, in omni ſapientia, & prudentia, ut notum nobis faceret ſacramentum voluntatis ſuæ ſecundum beneplacitum ejus, quod propoſuit in eo diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia, quæ in Chriſto, & in cœlis, & quæ in terra ſunt in ipſo. In quo etiam prædeſtinati ſecundum propoſitum ejus, qui omnia operatur ſecundum voluntatem ſuam, ut ſimus in laudem gloriæ ejus, qui ante ſperabamus in Chriſto. Audi ſecundum divitias gratiæ ejus, quæ ſuperabundavit in nobis, ideſt quæ prævenit nos. Ad quid? ut notum ſcilicet nobis faceret ſacramentum voluntatis ſuæ. Nunquid mea, aut tua, aut alterius, aut meritis conſtet? Abſit: ſed ſua. Quæ etiam in iis, quos prædeſtinavit, opera bona præparat voluntatis, ut in iis ambulant, ſecundum quod idem in eadem epiſtola dicit: Gratia enim eſtis ſalvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto in operibus bonis, quæ C præparavit Deus, ut in illis ambulemus. Audi in operibus bonis, quæ præparavit Deus. Et ſi quid te boni poſſe vides, age gratias præparanti, quod potes, non propriæ voluntati, quæ omnino ſine illo nihil poteſt, qui dixit: Sine me nihil poteſtis facere. Noli itaque putare, quod hæc hujuſmodi dicentes liberum voluntatis amputemus arbitrium, cum tamen conſtet ea, quæ loquimur, ex auctoritate divina pendere, velut nobis calumniam obiiciis, quod operandi bene intentos in Dei propoſito ſollicitos prohibeamus. Quin potius, qui ſe dono gratiæ ad Dei miſericordiam ſentiunt pertinere, hortamur oportere incumbere orationibus, jejuniis, vigiliis, omnique operi voluntatis divinæ. Prædeſtinatis enim Deus Apoſtolis cum generale ſit, quod illis Deus a Chriſto prædeſtinato ſecundum carnem ex ſemine David, prædeſtinante autem ipſo ſecundum potentiam Dei Patris cum Patre, & Spiritu ſancto: Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Item: Vigilate in omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium D hominis. Item: Contendite intrare per anguſtam portam. Item: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis, & multa alia, quæ longum eſt enarrare. Sed ut ſuperius commemoravi, qui eis dixit: Sine me nihil poteſtis facere. Per ipſum, quæ jubentur, facere poſſunt. Hujuſmodi in Chriſto eſſe electus Dei, ait Apoſtolus. In quo & prædeſtinati ſunt ſecundum propoſitum ejus, qui omnia operatur. Intellige dictum, qui omnia, & crede opus eſſe Dei opera eorum qui ambulant ſecundum propoſitum. Qui ergo abſque prædeſtinationis gratia ſunt, ideſt alieni a propoſito Dei, & perdurant in operibus malis. Si etiam ex hac migraverunt vita, ne vos putetis, non eos dicimus ita a Deo hominum opifice ordinatos, ut perirent, tamquam ipſe illis mores mala vita creaverit: ipſe ad omne opus mortis invitus præcipitaverit. Abſit hoc a divino propoſito. Non enim volens iniquitatem eſt Deus, nec mandavit cuique impie agere, nec alicui dedit laxamentum peccati, fecit enim, ut eſſent omnia, & ſanabiles nationes

orbis terrarum. Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius. Nec dicimus, ut fingitis, & ſi credere volunt, vel operibus bonis Dei vacare, Deum illis hoc nolle præſtare, cum hujuſmodi velle Dei ſit donum. Si ergo ex Dei eſt, quod volunt, vult Deus perfectum fieri, quod donavit. Si autem ex Deo non eſt, ſed eſt de jactantia propriæ voluntatis, qua ſe meritis Deum exiſtimant promereri; manifeſte quod volunt, capere non poſſunt, quia non volentis, inquit Apoſtolus, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Et quia non poteſt homo a ſe facere quicquam, niſi datum illi fuerit deſuper. Non hoc agit Deus ſumme bonus malitia, ſed juſtitia, nec perſonarum acceptione, ſed cauſarum ſecretarum diſcrepatione. Novimus nonnunquam quoſdam volentes æterna vita fidem accipere, adipiſci, quoſdam volentes conſequi, cum in eis divina gratia, ut vellent, mutaverit voluntatem. Novimus aliquos etiam perfectos ex labore multorum annorum, prolapſos in ultimo vitæ ſuæ periiſſe, & repente cœlitus inſpirata ſalute raptos eſſe ad requiem regni cœlorum. Novimus etiam parvulos, quibus uſus liberi arbitrii non eſt, aut de bonis, ac malis eorum meritis judicemur, parentum manibus ad gratiam ſacri baptiſmatis deportatos, ut cum in uno eorum per manus ſacerdotis myſterium fidei adimpletur: aliquoties alter in parentum manibus factus exanimis, fraudari gratiam Salvatoris. Quis ſapiens, ut intelligeret hæc, aut quis idoneus erit eorum reddere rationem? Dicamus cum David: Juſtus Dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, & quam magnificata ſunt opera tua Domine, nimis profunda facta ſunt cogitationes tuæ. Dicamus etiam cum Paulo: O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! Sed ſi adhuc reddita ratione vultis eſſe contentioſi, nec acquieſcere veritati, nos tamen quaſi male de Deo juſto, & miſericordiſſimo ſentiamus, calumniari deſinite, & ipſum potius dominum Chriſtum, cujus evangelium ſequimur, ſi audetis, arguite, cum illo jurgium ſumite litigandi, illumque abſit male ſenſiſſe de Deo Patre ſuo calumniamini, qui ait: Multi quidem vocati, pauci vero electi. Et: Nemo poteſt venire ad me, niſi datum illi ſit a Patre meo. Et: Non omnes capiunt verbum, niſi quibus datum eſt. Cætera autem, quam plurima. Falſum eſt ergo, inquies, quod ait Apoſtolus: Qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis ſuæ venire. Omnino non eſt falſum, quod omne, quod vult Deus facere poteſt, nec prorſus humana voluntate præpeditur quod vult, ſed quæro a vobis ut dicatis: Quare Deus, qui vult omnes homines ſalvos fieri, quorum, ut dicit Iſajas propheta, excæcat oculos ne videant, & obdurat corda, ne intelligant, ne convertantur, & ſanentur. Quod verum eſſe Evangeliſta Joannes confirmat dicens: Propterea non potuerunt credere, quia dixit Iſajas: Excæcavit oculos eorum, & obduravit cor eorum, ut non videant oculis, & non intelligant corde, & convertantur, & ſanem eos. Item in Evangelio ſecundum Marcum: Cum Jeſum interrogarent diſcipuli ſui ad parabola ſeminis: Vobis datum eſt, inquit, noſſe myſterium regni Dei. Illis autem, qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt, ut videntes non videant, & audientes non audiant, & non intelligant, ne quando convertantur, & dimittantur eis peccata. Dicite igitur, quare Deus, qui perſonarum acceptor non eſt, & vult omnes homines ſalvos fieri, aliorum corda aperit ad credendum, oculos illuminet ad videndum, & ad ſciendum myſterium regni cœlorum, quo ſcilicet ſalvi fieri poſſunt. aliorum vero, ut lectionis textu prædixi, involvens in parabolis veritatem, obtundit cor, excæcat oculos, claudit aures, ne evangelium ſalutis agnoſcant. Dicite quæſo qualiter hæc loca evangelii accipitis, docete quid hic de Deo, qui vult omnes homines ſalvos fieri, ſentiatis. Ecce jam generaliter ſalvi non ſunt, cum aliis datur noſſe viam ſalutis, aliis non datur. Hæc itaque cum facit Deus, non perſonarum acceptione facit, non injuſtitia, ſed juſtitia inenarrabili, miſericordia indebita. Quoniam vero hinc liquide utraque pars dicere nihil valemus, credamus tantum reum mortis ex Judicis voluntate pendere; ne quiſquam autem putaret divino vitio fieri non omnes ſalvare, dixit Apoſtolus: Qui vult omnes homines ſalvos fieri. Quapropter omnes homines, qui ſalvantur, Deo volente ſalvantur. Deus enim noſter Deus ſalvos faciendi, & dominus eſt mortis, & quia ira in furore ejus, & vita in voluntate ejus. Intelligite itaque in furore juſtitiam, in voluntate miſericordiam. Prædeſtinationem igitur negare quam apud Deum eſſe breviter probavimus, immane blaſphemium eſt. Quam non tantum, ſicut ſoletis dicere, in Apoſtolis debemus accipere, ſed & in patriarchis, & prophetis, & martyribus, & confeſſoribus, in omnibus ſanctis, digne ſervientibus Deo. Hinc nemo glorietur, nemo deſperet, ſolus enim Dominus ſcit qui ſunt ejus. In quantum autem poſſumus, omnes homines ad bonum opus exhortemur: nulli deſperationem demus, pro invicem oremus, in conſpectu Dei nos humiliemus dicentes: Fiat voluntas tua. Ipſius erit poteſtatis judicium in nobis debitum mutare damnationis, gratiam prædeſtinationis indebitam prærogare. Ecce habes, dilectiſſime frater, quod petiſti ſenſum orthodoxorum, atque Catholicorum patrum breviter in uno libello conſtructum. De præſcientia, & prædeſtinatione, de gratia, & libero arbitrio. Reſtat ut credas, & confitearis, imo firma fide, & ſana doctrina aliis prædices, quod credant, & intelligant Deum præſciſſe bonos, & malos futuros; Bonos autem tantum in vitam æternam accipiant prædeſtinaſſe; malos vero in æternum perituros tantum præſciſſe, non prædeſtinaſſe. Gratia autem Dei quotquot ſalvi fierent, ſalutem adipiſci, libero autem arbitrio, quod primi hominis lapſu corruptum fuerat, cum divina bonitas illud ſecundum ſuum placitum regere voluerit, mercedem promereri poſſe perpetuam. Cum autem homo ille habitatur per ſuperbiam, non gloria ejus, ſed pœna dignum eſſe perpetua. Occulta autem, atque ſecreta Dei, quæ ſoli patent cognitione divina, neminem ſcrutari debere, ne plus volens ſapere, quam oportet ſapere, pro veritate falſitatem, & pro recta fide maximum errorem ſequendo in interitum decidant ſempiternum.

Item Epiſtola Rabani Archiepiſcopi de prædeſtinatione ad Heberardum Ducem.

Reverendiſſimo, atque probatiſſimo viro Heberardo Comiti Rabanus viliſſimus ſervorum in Chriſto ſalutem.

Referentibus nobis fratribus noſtris, qui præterito tempore Romam perrexerunt, Adſcribo videlicet, & Hudperto presbyteri de ſoſpitate veſtra, & benignitate, quam non ſolum erga eos, ſed etiam erga multos exhibere ſoliti eſtis, valde fateor gaviſus ſum, & Deo omnipotenti inde gratias agens deprecabar, ut ipſe, qui cœpit in vobis opus bonum, perficiat uſque in diem Jeſu Chriſti. Quatenus plenam mercedem de bonis operibus veſtris, per Dei gratiam in futura vita percipere mereamini. Et quia prædicti fratres noſtri nobis retulerunt vos expetere opuſculum noſtrum in laudem crucis Chriſti dudum confectum ex veſtro verbo rogantes, ut illud vobis transmitterem, voluntarie feci quod rogabant, & præterito anno per nuncium veſtrum Gagunhardum ad nos venientem. & idipſum expetentem opuſculum, vobis tranſmiſi deprecans, ut habeatis illud, & coram vobis legere faciatis, & ſi quid in eo dignum, atque gratum vobis reperiatis, divinæ gratiæ hoc deputetis, non humanæ ſolertiæ. Sin autem aliter quid in ipſo inveniatis, meæ imperitiæ, & fragilitati humanæ magis imputetis, quam malitiæ, qui quantum Dei dono ſapio, & valeo Chriſti famulis, & Dominum timentibus, atque amantibus gratum ſervitium impendere deſidero, ut ipſi pro me orent, quatenus veniam peccatorum meorum clementiſſimus omnium ſeculorum judex mihi tribuat, & vitam conferat ſempiternam. De cætero quoque, quia divulgatum in iſtis partibus conſtat quemdam ſciolum nomine Goteſcalcum apud vos manere, qui dogmatizet, quod prædeſtinatio Dei omnem hominem ita conſtringat, ut etiam ſi quis velit ſalvus fieri pro hoc fide recta, atque bonis operibus certet, ut ad vitam æternam per Dei gratiam

veniat, fruſtra, & incaſſum laboret, ſi non eſt prædeſtinatus ad vitam, quaſi Deus prædeſtinatione ſua cogat hominem interire, quia auctor eſt ſalutis noſtræ, non perditionis. Etiam hinc multos in deſperationem ſuimet hæc ſecta perduxit, ita ut dicant: Quid mihi neceſſe eſt pro ſalute mea, & vita æterna laborare? Quia ſi bonum faciam, & prædeſtinatus ad vitam non ſum, nihil mihi prodeſt. Si autem malum egero, nihil mihi obeſt, quia prædeſtinatio Dei me facit ad vitam æternam pervenire. Hæc enim traditio multis in iſtis partibus ſcandalum eſt, & prædicatoribus evangelii homines inobedientes facit, quia jam deſperantes de ſemetipſis reddit: dicitur enim ipſe doctor veſter multa teſtimonia excerpſiſſe de opuſculis beatiſſimi, & doctiſſimi patris Auguſtini, quibus nititur ſuam ſectam affirmare. Cum memoratus pater, & doctor Catholicus contra Pelagianos ſcribens, qui gratiæ Dei contrarii prædicatores fuerunt, defenſor ejuſdem gratiæ non deſtructor rectæ fidei fuerit. Nam ad Proſperum, & Hilarium ſcribens, taliter de prædeſtinatione, & præſcientia differens ait: Prædeſtinatio eſt, quæ ſine præſcientia non poteſt eſſe. Poteſt autem eſſe ſine prædeſtinatione, & præſcientia. Prædeſtinatione quippe Deus ea præſcivit, quæ fuerat ipſe facturus Unde dictum eſt, fecit quæ futura ſunt. Præſcire autem poteſt etiam, quæ ipſe non facit. Sciat quæque peccata, quia & ſi ſunt quædam, quæ ita peccata ſunt, ut pœnæ ſint etiam & peccatorum. Unde dictum eſt: Tradidit illos Deus in reprobam mentem, ut faciant ea quæ non conveniunt. Non ibi peccatum Dei eſt, ſed judicium. Quocirca prædeſtinatio Dei, quæ in bono eſt gratiæ eſt præparatio. Gratia vero eſt ipſius prædeſtinationis effectus. Cui Patri aſſentit ſanctus Hieronymus in Hiezechielis tractatu illam ſententiam exponens, qua Dominus ad prophetam ait: Loquere, & dic ad eos: Hæc dicit dominus Deus, ſi forte, vel ipſi audiant, & ſi forte quieſcant, quoniam domus exaſperans eſt, & Loquitur autem: Hæc dicit Dominus ambigentis affectu, ut liberum hominis monſtret arbitrium, ut præſcientia futurorum mali, vel boni immutabile facit, quod Deus futurum noverit. Non enim quia ille ventura cognoſcit, neceſſe eſt nos facere quod ille præſcivit, ſed quod nos propria ſumus facturi voluntate, ipſe novit futurum quaſi Deus. Scripſit quoque prædictus pater Auguſtinus libros duos de prædeſtinatione ſanctorum, in quibus totum quod confertur homini bonum ex gratia Dei fieri, non ex hominum libero arbitrio, ex ſententiis ſanctarum ſcripturarum ſapientiſſime oſtendit. Sed fuerunt aliqui, qui aut non intelligendo, aut intelligi ea nolendo, quæ ibi recte ſcripta ſunt, in pravum ſenſum abducere conabantur. Contra quos beatus Proſper, qui ejus doctrinæ fidelis executor fuit, reſcribendo fortiſſime reſtitit, atque convicit. De prædicto magiſtro ſanctæ Eccleſiæ non recte eos ſenſiſſe. Scripſit enim memoratus vir, beatus ſcilicet Proſper ad Rufinum de gratia, & libero arbitrio. Scripſit & contra capitula calumniantium Gallorum de prædeſtinatione. Similiter & contra capitula objectionum Vicentianarum de eadem prædeſtinatione. Necnon ad excerpta, quæ ex Genuea civitate ei ſunt miſſa de prædeſtinatione congruentiſſime reſpondit. In quibus omnibus lector fidelis poteſt probare eum ſenſiſſe de prædeſtinatione Dei ad ſalutem humani generis, non ad damnationem fieri. Unde nunc ex dictis memorati viri aliqua excerpere nobis placuit, & in hanc epiſtolam ponere, quibus objectis Vicentianarum ita reſpondit dicens: Quomodo verum conſtabit, quod Deus nolit omnes ſalvare, etiam ſi omnes ſalvari velint, cum veritas dicat: Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quanto magis Pater veſter cæleſtis dabit bona petentibus ſe? Qualiter fieri poteſt, ut Deus, qui etiam illos ſalvat, de quibus dici non poteſt, quod ſalvari velint, nolit aliquos ſalvare, etiam ſi ſalvari velint, niſi aliquæ cauſæ exiſtant? De quibus quamvis ſint nobis incognoſcibiles; ipſe tamen judicat bene, de quo dici aliter non poteſt eum quicquam facere debuiſſe, quam fecerit. Remota ergo hac diſcretione, quæ divina ſcientia intra ſecretum juſtitiæ ſuæ continet ſinceriſſime credendum, atque profitendum eſt, Deum velle, ut omnes homines ſalvi fiant. Siquidem Apoſtolus, cujus iſta ſententia eſt ſollicitiſſime præcipit, quod in omnibus Eccleſiis piiſſime cuſtodiatur, ut Deo pro omnibus hominibus ſupplicetur. Ex quibus quod multi pereunt, pereuntium eſt meritum: quod multi ſalvantur, ſalvantis eſt donum. Ut enim reus damnetur, inculpabilis eſt juſtitia Dei. Ut autem reus juſtificetur, ineffabilis Dei gratia. Item dicunt, quod major pars generis humani, ad hoc creetur a Deo, ut non Dei, ſed diaboli faciat voluntatem. Inſanum omnino, & contra rationem eſt dicere, voluntatem Dei, ex Dei voluntate non fieri, & Dei damnatorum diaboli, ejuſque famulorum velle, ut diabolo ſerviatur. Sed hoc Catholicis Pelagiani conſequuntur ſe objicere exiſtimant. Quia de peccato tranſiſſe in omnes diffitentur. Quoniam primam nativitatem originalis culpa non obligat, non ſint obnoxii diabolo parvuli, nec indigeant erui de poteſtate tenebrarum, qui nunquam a ſuo auctore diſceſſerant. Non autem qui omnes in Adam periiſſe profitemur Venit enim Filius quærere, & ſalvare quod perierat. Nec dicimus ideo creare quemadmodum hominem, ut diaboli faciat voluntatem Et agnoſcimus omnem hominem redemptum; diabolo captivum Prævaricatio enim hominum diſpoſitæ a ſeculis creationis ordinem turbare non potuit, & merito creatura peccatrix in pœnalem dominationem illius patitur, cui relicto vero Domino, ſponte ſe vendidit. Hæc quippe ſervitus non inſtitutio eſt Dei, ſed judicium. Qui autem dicunt, quod hæc ſit voluntas Dei, ut magna pars Chriſtianorum ſalva eſſe nec velit, nec poſſit Aut dicunt, quod dicitur, nolint ut omnes Catholici in fide Catholica perſeverent, ſed velit, ut magna eorum de pars apoſtatet, aut ſanctitatis propoſito ruat, aut quod adulteria, aut corruptelæ virginum ſacrarum ideo contingant, quia illas Dominus ad hoc prædeſtinavit, ut caderent, nimis perverſe ſentiunt, & nequiter hoc dicunt. Quæ deteſtanda, & abominanda opinio eſt, quæ Deus cujuſquam malæ voluntatis, aut malæ actionis credit auctorem. Cujus prædeſtinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra juſtitiam eſt. Univerſæ enim viæ Domini miſericordia, & veritas. Adulteria enim maritarum, & corruptelas virginum non inſtituere novit ſancta divinitas, ſed damnare, nec diſponere, ſed punire. Quæ mala homines eum admittunt ſuis concupiſcentiis, & cupiditatibus ſerviunt, quas ab illa prima voluntate prævaricationis labe traxerunt. Sed nullo modo credendum eſt hujuſmodi homines in hanc deſperationem ex Dei voluntate cecidiſſe, cum potius allevet Dominus omnes, qui corruunt, & erigat omnes eliſos. Nemo enim niſi illius gratia ſtabilitur; Dei ergo voluntas eſt, ut in bona voluntate maneatur Qui & priuſquam deſeratur, neminem deſerit, & multos deſertores ſæpe convertit In libello igitur, quem ſupra memoratus vir contra capitula calumniantium Gallorum ſcripſit, juxta finem ejuſdem libri ita ſubnexuit dicens: Quis igitur ex prædeſtinatione Dei veluti fatali neceſſitate homines in peccato compulſos cogi dicit in morte, non eſt Catholicus. Nullo enim modo prædeſtinatio Dei homines iniquos facit, neque cujuſquam omnino eſt cauſa peccati. Item, qui dicit, quod ab iis, qui non ſunt prædeſtinati ad vitam, non auferat perceptam baptiſmi gratiam originale peccatum, non eſt Catholicus Sacramentum enim baptiſmi, quo omnia prorſus peccata delentur, etiam in eis verum eſt, qui non ſunt in veritate manſuri, & ob hoc ad veram vitam non ſunt prædeſtinati. Item, qui dicit, quod non ſunt prædeſtinati ad vitam, etiam ſi fuerint in Chriſto per baptiſmum regenerati, & pie, & juſte vixerint, nihil eis proſit, ſed tamdiu reſerventur, donec ruant, nec ante eos ex hac vita, quam hoc eis contingat auferri, tamquam ad conſtitutionem Dei talium hominum ruina referenda ſit, non eſt Catholicus. Quia non ideo Deus tempus ætati cuiquam prorogavit, ut diu vivendo corrueret, & a fide recta in ſua longævitate deficeret, cum inter beneficia Dei numeranda ſit illa longævitas, qua homo debuit eſſe melior, non pejor Item, qui dicit, quod non omnes vocentur ad gratiam. Si de iis loquitur, quibus Chriſtus adnuntiatus non eſt, reprehendi non debet, quia ſcimus quod in omnes fines terræ evangelium deſtinatum, ſed jam in omnibus terræ finibus prædicatum. nec poſſumus dicere, quod ibi ſit gratiæ vocatio, ubi matris Eccleſiæ adhuc nulla eſt regeneratio. Item, qui dicit, quod qui vocati ſunt, ſed alii ut crederent, alii ut non crederent, quaſi cuiquam vocatio fuerit cauſa non credendi, non recte dicit. Quamvis enim fides non ſit niſi ex Dei dono, & hominis voluntate. Item, qui dicit, quod liberum arbitrium in homine nihil ſit, ſed ſive a bono, ſive a malo, prædeſtinatio Dei in omnibus operetur, non eſt Catholicus. Arbitrium enim hominis gratia Dei non abolet, ſed adolet, & ab errore in veniam revocat, ac reducit. Ut quod ſua libertate erat pravum, Spiritu Dei agente ſit re-

*ctum. Prædeſtinatio quoque Dei ſemper in bono eſt, quæ peccatum ſola hominis voluntate commiſſum, aut remittendum novit cum laude miſericordiæ, aut plectendum cum laude juſtitiæ. Item, qui dicit, quod Deus quibuſdam, filiis ſuis, quos regeneravit in Chriſto, quibus fidem, ſpem, dilectionem dedit, ob hoc perſeverantiam non dederit, quia maſſa perditionis præſcientia Dei, & prædeſtinatione ſunt diſcreti. Si hoc vult firmare, quod Deus hujuſmodi homines in bonis, quæ donaverit, noluerit permanere, & ipſe eis cauſa averſionis extiterit, contra juſtitiam Dei ſentit. Quamvis enim omnipotentia Dei potuerit pervenire, ſtandum præbere lapſuris: gratia tamen ejus non prius eos deſeruit, quam ab eis desereretur. Et quia hoc ipſos voluntaria facturos defectione prævidit, ideo in prædeſtinationis electione non habuit. Item, qui dicit, quod non omnes homines Deus velit ſalvos fieri, ſed certum numerum prædeſtinatorum, durius loquitur, quam loquendum eſt de altitudine inſcrutabilis gratiæ Dei, qui & omnes vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & voluntatis ſuæ propoſitum in eis implet, quos præſcitos prædeſtinavit. Prædeſtinatos vocavit, vocatos juſtificavit, juſtificatos glorificavit. Nihil amittens de plenitude gentium, & de omni ſemine Iſrael, cui præparatum eſt in Chriſto regnum æternum ante conſtitutionem mundi. Ex toto enim mundo, totus mundus eligitur. & ex omnibus hominibus omnes homines adoptantur. Nec poteſt ullo modo per infidelitatem, atque inobedientiam multorum Dei promiſſio vacillare dicentis ad Abraham? In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quod autem promiſit potens eſt & facere, ut & qui ſalvantur, ideo ſalvi ſint, quia illos voluit Dominus ſalvos facere. Et qui pereunt, ideo pereant, quia perire meruerunt. In eo autem, quod Apoſtolus ait: Non enim omnium eſt fides. Cur autem omnibus fides non detur, non debet fidelem movere, qui credit ex uno omnes, ipſe eſt in condemnatione ſine dubitatione juſtiſſima, ita ut nulla eſſet Dei juſta reprehenſio etiamſi nullus inde liberaretur. Unde conſtat magnam eſſe gratiam, quod plurimi liberantur, & qui ſibi deberet in eis, qui non liberantur, agnoſcant, ut qui gloriantur, non in ſuis meritis, quæ paria videt eſſe, ſed in Domino glorietur. Cum autem juſtum potius, quam illum liberet, inſcrutabilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus. Quare in præteritis ſeculis dimiſerit Deus omnes gentes ingredi vias ſuas, quando Jacob elegit ſibi Dominus, & non fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis? Et cur qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei dicitur? Et quorum aliquando non miſertus, nunc autem miſereatur. Et ubi dictum eſt, non plebs mea vos, ibi vocentur filii Dei vivi? Et quare quod quærebat Iſrael, non ſit conſecutus? Electio autem conſecuta eſt, cæteri vero excæcati ſunt, impoſſibile eſt comprehendere, & periculoſæ curioſitatis eſt quærere. Cum tamen nulla ſit apud Deum iniquitas, neminem liceat ignorare, nec alia gratia, aut alia fide quemquam hominum, ſive ante legem, ſive legis tempore juſtificatum eſſe credendum ſit, quam hac eadem, per quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ſecundum conſilium voluntatis ſuæ in fine ſeculorum venit quærere, & ſalvare, quod perierat. Cauſas vero operum, & judiciorum Dei, qui ex toto ad humanas voluntates, & actiones refert, quas tamen in parvulorum adoptione, aut abdicatione non invenit, & diſpenſationes Dei ex liberi arbitrii vult mutabilitate variari, profitetur ſibi eſſe ſcrutabilia judicia Dei, & veſtigabiles viæ ejus, & quod doctor gentium Paulus non audebat attingere, hic ſe exiſtimat reſervatum poſſe vulgare. Item qui dicit, quod non pro totius mundi redemptione Salvator ſit crucifixus, non ad ſacramenti virtutem, ſed ad fidelium reſpicit partem, cum ſanguis D. noſtri Jeſu Chriſti pretium totius mundi ſit, a quo pretio extranei ſunt, qui aut delectati captivitate redimi noluerunt, aut poſt redemptionem ad eamdem ſunt ſervitutem reverſi. Non enim cecidit verbum Domini, neque evacuata eſt mundi redemptio, quia etſi cognovit mundus Deum in vaſis iræ, cognovit tamen mundus Dominum in vaſis miſericordiæ, quem Deus nullis eorum bonis meritis præcedentibus eruit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ. Item, qui dicit, quod quidam prædicatione evangelii ſalvantur, poteſt objectionis invidiam declinare patrocinio ipſius Salvatoris, qui apud quoſdam, quos ait fuiſſe credituros, ſi mirabiliorum ejus ſigna vidiſſent, noluit operari, & quibus dum populis vetuit Apoſtolos evan*gelizare, & nunc aliquas gentes adhuc patitur extra gratiam ſuam degere. Cum tamen conſtantiſſima fide perceptum habeamus in omnes mundi partes Eccleſiam dilatandam, nec ante eſſe hominem fatendum, quam ad univerſos fines terræ evangelium dirigatur, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Jeſus in gloria Dei Patris eſt. Item, qui dicit, quod per potentiam Deus homines in peccata compellat, merito reprehenditur; nec enim Deus, qui juſtitiæ, ac bonitatis auctor eſt, & cujus omnia ſtatuta, & mandata omnia contra peccatum ſunt, quemquam ad peccatum cogere, & ab innocentia in facinora præcipitare credendus eſt. Si qui autem tam profundæ impietatis ſunt, ut extra remedium correptionis habeantur, non a Deo incrementa iniquitatis accipiunt, ſed per ſemetipſos deteriores fiunt, qui relinqui a Deo, ac ſibi, ac deceptoribus ſuis tradi propter præcedentia peccata meruerunt, ut eis peccatum ſit ipſa etiam pœna peccati. Item, qui dicit, quod quibuſdam vocatis, & pie, juſteque viventibus obedientia ſubtrahatur, ut obedire deſiſtant, male opinatur de bonitate Dei, atque juſtitia, ut videatur ad impietatem pios cogere, & innocentiam bonis adimere, cum ipſe ſit pietatis, atque innocentiæ largitor, & cuſtos. Qui ergo Deo adhæret, ſpiritu Dei agitur: qui autem a Deo recedet, propria voluntate obedire deſiſtit. Item, qui dicit, quod quidam hominum non ad hoc a Deo creati ſunt, ut vitam adipiſcerentur æternam, ſed ut habitu tantummodo vitæ præſentis ornarent, & ad utilitatem naſcerentur aliorum. Melius loqueretur dicens, quod Deus, qui creator eſt omnium, non fruſtra etiam eos condat, quos prævidit vitæ æternæ participes non futuros. Quia & in malis hominibus bonum Dei opus eſt ipſa natura, & laudabile eſt in impiorum damnatione juſtitiæ. Non poteſt autem merito reprehendi, qui dicit, quod etiam in tali conditione mundus ornetur, & quod ii, qui ſibi ſua iniquitate nocituri ſunt, ad utilitatem naſcantur aliorum. Neque enim qualibet, & innumerabilis multitudo impiorum indecora eſt mundo, aut inutilis Dei regno, cum etiam per ipſorum veniat propaginem regeneranda generatio, & in eis tolerandis, ac diligendis, populus Dei fit illuſtrior, diſcens bonitatem, & ſapientiam ab illo, qui pluit ſuper juſtos, & injuſtos, & ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. Item, qui dicit, quod qui evangelicæ prædicationi non credunt, ex Dei prædeſtinatione non credant. Et quod Deus ita definierit, ut quicumque non credunt, & ipſius conſtitutione non credant, non eſt Catholicus. Sicut enim fides, quæ per dilectionem operatur, donum Dei eſt, quia Deus pœnas criminum novit ordinare, non crimina. Nec conſequens eſt, ut quod non remiſerit, ipſe commiſerit. Prædeſtinatus itaque vivit ex fide ſibi donata. Non prædeſtinatus perit infidelitate voluntaria, non coacta. Item, qui dicit, quod idem ſit præſcientia, quod prædeſtinatio, in bonis ſine dubio operibus noſtris iſta permiſcet. Quæ enim ex Dei munere habemus, & quæ præſcita dicuntur, non poſſunt non eſſe prædeſtinata, & quæ prædeſtinata appellantur, non poſſunt non eſſe præſcita. In malis autem operibus noſtris, ſola præſcientia Dei intelligenda eſt, quia ſicut præſcivit, & prædeſtinavit, quæ ipſe facit, ut faceremus, dedit. Ita præſcivit tantum, non etiam prædeſtinavit, quam nec ipſe fecit, nec ut faceremus, exegit. His ergo omnibus ita ex ſacris doctoribus probatis, atque in diverſis opuſculis ſuis, diverſo ſtylo, non diverſa fide probatis, bonum mihi videtur, ut novelli doctorum ſanctorum Patrum, & Catholicorum doctorum ſequantur veſtigia, non a recto tramite eorum traditiones in errores de via ſecedentes corruant. Qua ſcriptura ſancta dicente: Via regia gradiendum eſt his, qui ad vitam volunt pervenire æternam; neque ad dexteram neque ad ſiniſtram a quoque temere declinandum. Quia ſicut via recta ducit ad vitam æternam ſic læva errorum ad mortem tendunt perpetuam. Unde Propheta Dominum precatur dicens: Deduc me Domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. Et item: Deduc me Domine in ſemitam rectam propter inimicos meos. Et item: Viam iniquitatis amove a me, & in lege tua miſerere mei. Viam Veritatis elegi, judicia tua non ſum oblitus. Quæ ſit autem hæc via recta, & via veritatis, ipſa veritas in evangelio oſtendit dicens: Ego ſum via, & veritas, & vita: qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Et alibi: Ego ſum, inquit, oſtium, per me, ſi quis introierit, ſalvabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inveniet. Ille autem, qui dicit ſicut prædicanda

pietas,

Digitized by Google

A pietas, pudicitia, & charitas, & cæteræ virtutes, ita prædeſtinatio prædicanda eſt, ut qui obedienter hæc audit, non in homine, ac per hoc nec in ſeipſe, ſed in Domino glorietur. Bene hoc dicis, ſi diſcrete, & ſecundum auditorum qualitatem prædicationem ſuam temperat, ne forte infirmus auditor inde ſcandalum ſumat; Unde debuit vitam haurire. In ſcrutando autem, & meditando ſcripturas ſacras, oportet lectorem caute, & prudenter agere ne forte velit plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, & ſecundum rationem fidei. Unde etiam Sapientia per parabolas docet dicens: Mel inveniſti, comede quod ſufficit tibi, ne forte ſatiatus evomas illud, & perjures nomen Dei tui. Similiter & qui docet alium, ſic debet ſermonem doctrinæ temperare, ut qui audit, verum audit, & qui audit intelligat. Sic enim Apoſtolicam formam in docendo ſervat quam quibuſdam auditoribus ſuis ait: Ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tamquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi non eſcam, nondum enim poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis. Sapientiam autem non hujus ſeculi, neque principium hujus B ſeculi, qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinavit Deus ante ſecula in gloria noſtra. Unde & alibi idem Apoſtolus hortatur dicens: Omnia veſtra ad ædificationem fiant, & omnia honeſte, ac ſecundum ordinem fiant. Hinc quidam doctorum rectiſſime ait: Doleſi autem, vel imperiti medici eſt, & ut ille medicamentum, ſicut alligare, ut autem non poſſit abſolvi. Unde in lege veteri per Moyſen Dominus mandat, dicens: Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, ſi acciderit quod bos, vel aſinus in eam ruat, Dominus ciſternæ reddet pretium jumentorum. Cujus figuræ myſterium beatus Gregorius exponit dicens: Quid eſt aperire ciſternam, niſi intellectus valido ſcripturæ ſacræ arcana penetrare? quid autem per bovem, & aſinum, id eſt mundum, immundumque animal, niſi fidelis quiſque, vel infidelis accipitur? Qui ergo ciſternam fodit, eam cooperiat, ut illuc bos, vel aſinus non ruat, id eſt, qui in ſacro eloquio jam alta intelligit, ſublimes ſenſus coram non accipientibus per ſilentiū tegat, ne per ſcandalū mentis, aut infidelem, qui credere potuiſſet, interimat. Ea morte enim jumentorum debet pretium, qui illum ſcilicet amiſiſſe C convincatur. Quiſquis namque ad alta ſcientiæ fluenta perveneris, cum hæc apud bruta audientium corda non contegit, pœnæ reus addicitur, ſi per verba ejus ſcandalum, ſive munda, ſeu mens immunda capiat. Operienda eſt itaque ciſterna, quia coram parvulis mentibus tegenda eſt alta ſcientia, ne unde cor docentium ad ſumma tollitur, inde infirmitas auditorum ad ima delabatur. Non omnia poſſumus omnes, ſed unuſquiſque noſtrum proprium habet donum ex Deo, alius ſic, alius vero ſic. Unde & Salvator in Evangelio divinitus ad hoc diſcipulorum ſuorum perpendens imbecillitatem ait: Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit, &c. Si enim Dominus noſter auditorum ſuorum penſabat qualitatem, qui nos ſumus, ut in omnibus omnia æqualiter prædicanda eſſe cenſemus? Maxime cum ipſe Dominus dicat: Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt, &c. Inſipiens medicus eſt, qui malagma ſuum ita format, ut impoſitum magis noceat, quam expediat ægroto. Sapiens autem medicus primum explorat ægritudinem infirmitatis, & ſic bene tēperā- D do juxta qualitatem ægritudinis adhibet medicinā ſalutis.

Hæc ergo, Amice chariſſime, ideo tibi ſcripſi, ut cognoſceres, quale ſcandalum de illis partibus opinio veniens in hoc populo generaverit. Et ſi quis manens apud te docet, quæ rectæ fidei ſunt contraria, prohibeat eum, & ceſſet ab hac ſecta, dicaſque ei: Vide frater ne hæc licentia tua in prædicando offendiculum fiat infirmis, & tuo dogmate ne perdas eum, pro quo Chriſtus mortuus eſt, quia ſanguis ejus requiretur de manu tua. Confide enim te vir venerande bene eſſe Chriſtianum, nec aliquid te habere velle in tua manſione, quod Evangelio Chriſti adverſetur, ſed magis hoc quod placeat Deo, & ad ſalutem pertinet animarum. In qua voluntate, & in quo ſtudio divinitas domini noſtri Ieſu Chriſti incolumem in æternum te conſervare dignetur.

Finis 10. Kal. Maii.

Hactenus Rabanus de Prædeſtinatione.

Theobaldus vero creditur longo tempore Cluſinam Eccleſiam adminiſtraſſe, imperante Lothario, qui & ipſe donationem Caroli Magni, Ludovicique Pii Imperatorum, Amiatino monaſterio indultam, hoc favorabili diplomate ratam habuit, ab originali ejuſdem cœnobii tabulario, una cum aliis ſequentibus monumentis deſumpto.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni.

Lotharius, divina ordinante providentia, Imperator Auguſtus.

Si petitionibus fidelium noſtrorum, quas noſtris auribus patefaciunt, libenter annuimus, & eas ad effectum perducimus, hoc nobis proculdubio ad mercedis noſtræ augmentum, & æternam beatitudinem capeſcendam pertinere confidimus. Idcirco notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, ac noſtris præſentibus, & futuris, quod Fluvinus devotiſſimus, atque fidelis conſiliarius noſter adiens ſerenitatem culminis noſtri, oſtendit nobis quaſdam auctoritates immunitatis avi noſtri Caroli bonæ memoriæ, ac genitoris noſtri Ludovici, in quibus continebatur inſertum, qualiter monaſterium ſancti Salvatoris, quod eſt ſitum in monte Amiato territorio Cluſino, ſub eorum immunitatis defenſionem ſuſceperint, deprecans, ut & nos pro firmitatis gratia ſuper eaſdem noſtram addere non denegaremus auctoritatem. Cujus petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & hanc noſtram auctoritatem circa idem monaſterium fieri decrevimus. Propterea præcipimus, atque jubemus, ut nullus judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati monaſterii, quæ iſte moderno tempore juſte, & legaliter poſſidet, vel quæ deinceps ad jura ipſius loci divina pietas voluit augeri, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii, tam ſervos, quam ſervas, ſuper terram ipſius commorantes diſtringendos, nec ullas redditiones, aut illicitas occaſiones requirendas noſtris, & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat. Continebatur etiam in eiſdem auctoritatibus, qualiter avus, & genitor noſter res quaſdam ad prædictum monaſterium confirmaſſent, idem Eccleſiam S. Petri in Garmurita conſiſtentem, atque cellam S. Sabini, & S. Reſtitutæ, vel S. Petri, & S. Stephani in Torquino, atque S. Stephani in Monticella, & S. Sabini in Numitiano, ſive S. Severi in Puterno, pariter cum earum omnibus adjacentiis, vel pertinentiis.

Quas etiam ſicut ſupra diximus ſimili modo firmamus, ut nulla eidem hujuſmodi calumnia inferatur, ſed liceat ei, ſuiſque ſucceſſoribus res prædicti monaſterii cum omnibus ad ſe juſte, & legaliter aſpicientibus, vel pertinentibus ſub immunitatis noſtræ defenſionem quieto ordine poſſidere. Et ut hæc auctoritas confirmationis noſtræ firmior videatur, atque in omnibus meliorem obtineat vigorem, manu propria confirmamus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Sign. Lotharii  *ſereniſſ. Aug.*

Acta 6. Kalend. Novemb. anno Chriſto propitia domini Lotharii pii Imperatoris 13. Indictione 1. Actum Papia civitate, palatio Regis in Dei nomine feliciter.


Poſt Lotharium, Arnulphus etiam multa eidem monaſterio indulſit, ſequentique privilegio rata habuit, quæ anteceſſores pii Reges jam olim fuerant dilargiti eidem monaſterio.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Arnulphus, divina favente clementia, Imperator Auguſtus.

Cognoſcat generale collegium omnium fidelium

noſtrorum præſentium ſeculorum, atque futurorum, qualiter Abbas Petrus cœnobii in honorem ſancti Salvatoris in monte Amiato conſtituti quoddam præceptum detulit ad manus noſtras bonæ memoriæ domini Ludovici Imperatoris per interventum Catonis venerabilis, atque dilectiſſimi Archiep. noſtri deprecans clementiam noſtram, ut hoc noſtra auctoritate roboraremus. Continebatur autem in eodem præcepto, qualiter antelibatus dominus Ludovicus Imperator illud cœnobium cuidam fideli ſuo Adalprehi nominato ad regendum commiſit, ipſe autem ob injuriam eorum, quo ipſum monaſterium prius providere debebant, cum fratres ibidem Domino famulantes, inopia cujuſcumque boni confectos & divina obſequia neglecta, penitoſque collapſa reperiſſet, eorundem fratrum uſibus hæc loca conſulit, ut ſufficientiam victus, & habitus habentes, regulariter vivere, & ſine alicujus animoſitatis impedimento divinis laudibus ſana mente inſiſtere quiviſſent. Hoc eſt Eccleſiam S. Benedicti, curtem de palea, cellam S. Stephani in Monticello, & Eccleſiam S. Mariæ in Lamula, curticellam de Moſtia, necnon B *curticellam de Antiniano, & in terras Angariales, ſeu in Seronianu, & manentes ejus. Inſuper cellam S. Salvatoris de valle Rancana, & curticellam de Cuniclo, cum ipſo gajolu de Portiano, & cellam S. Stephani in Tarquinio, & cellam S. Severi ſuper lacum, cum ipſa curticolla de Biſentio, & cellam etiam S. Miniati, cum cella S. Mariæ de valle Ratiſa, cum ipſis rebus de curticula, & omnibus pertinentiis, & appendiciis ſuis, ea videlicet ratione, ut ipſum collegium Cœnobitarum hæc omnia ſuis tantummodo utilitatibus habentes, indeque victum, & habitum regulariter percipientes, abſque murmurio die, noctuque divinis vacarent obſequiis, ſed præfatus vir, ut hoc quod bono ſtudio, & zelo divino fecit, perennem ſtabilitatem teneret, precatus eſt clementiam prædicti Imperatoris hanc collationem, ut cum ſuæ auctoritatis ſcripto roboraret, atque firmaret; quod & ita fecit, velut in eodem præcepto ſcriptum habetur. At nos hoic juſtæ, ac rationabili petitioni libenter annuentes hoc noſtræ munificentiæ præceptum ſcribi juſſimus, per quod* C *decernimus, atque firmiſſime jubemus, ut ipſa collatio fratrum, omnes res ante inulgatas, ſine inquietudine, & abſque ulla publica repetitione, aut rectoris loci ipſius ſubtractu, in ſuos uſus, ac neceſſitates habeant, ordinent, & diſponant, quatenus inde ſufficientiam habeantes divinis laudibus inſiſtere, atque pro noſtra, omniumque Chriſtianæ religionis ſalute melius delectentur orare. Super etiam antedicti Abbatis, & fratrum ſuo regimini ſubditorum ſub regulari diſciplina ſecundum Dominum ſervientium rogatu ipſum monaſterium cum Abbate, & cum omni ipſa monachorum turba, omnibuſque hominibus, vel rebus ad ipſum cœnobium rite pertinentibus pro remedio animæ noſtræ, parentumque noſtrorum mundiburdum, ac defenſionem ſuſcipimus, & idcirco præcipientes jubemus; ut nullus de fidelibus noſtris comes, miſſus, aut judex, vel de judiciaria poteſtate, in villas, aut cortes, ſeu loca ipſius monaſterii, tam per donationes, quam per confirmationes Regum, quæcumque etiam per bonorum hominum largitatem ipſi monaſterio collata, ſeu, quolibet juſtu ſtudio augmentata, ad ipſam cauſam Dei legibus aſpicientia, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, ſeu fidejuſſores tollendos, ſive manſiones, aut paratas faciendas, aut ullas publicas redhibitiones, vel ſactiones requirendas quoque tempore invadere, aut ingredi ullatenus præſumant, ſed noſtro mundiburdo,* D *& defenſione ipſa D . . . quieta tranquillitate potiatur . . . Eccleſias . . . ad dictum cœnobium pertinentes, idem Eccleſiam S. Petri in Carmarita, atque cellulam S. Saviæ, & S. Reſtitutæ, vel S. Petri, ſeu, & S. Stephani in Tarquinio, cum omnibus rebus parvis, atque magnis quæcumque dici, ſeu nominari poſſunt præſenti tempore illuc aſpicientibus, ſeu quas antea divina clementia in augmentum ipſius ſæpe nominati monaſterii veniro conceſſerit, ſub noſtram mundiburdum, ac tuitionem aſſumens ſ . . . & confirmamus. Pari modo etiam concedimus, ut quandoquidem Abbas ipſius monaſterii de hac* A *luce divina juſſione diſceſſerit, habeant licentiam inter ſe eligendi Abbatem, de eadem collectione quocumque inter ſe cæteris digniorem, & promptiorem indagare poſſent . . . familiam divinitus gubernandam, & noſtram ſecundum virtutem humanitus peragendam. Siqua autem qualibet mortalium perſona temerario auſo hujus præcepti violatrix exiſtere conata fuerit . . . . centum libras auri perſolvat, medietatem Cameræ palatii noſtri, & alteram partem, quibus injuria facta eſt. Et ut hoc præceptum abſque ulla inquietatione in ſua ſoliditate ſtabile perſeveret, manu noſtra illud firmavimus, ac more noſtro inſigniri juſſimus.*

Sig. D. Arnul-  *phi inviſtiſſ.*
Imperatoris *Auguſti.*

Quirichengris cancellarius ad vicem Themari archicancellarii recognovit. B

Dat. 4. Kal. Martii die, anno Incarnationis Domini 896. Indict. 14. anno regni Arnolphi Regis in Francia nono, in Italia tertio. Actum Romæ in Dei nomine feliciter. Amen.

His Theobaldo Præſule Amiatinum cœnobium a piiſſimis Imperatoribus privilegiis inſignitum in vinea Domini altas radices egit, adeo ut celebre per totam inde Hetruriam, totaque Italia ſemper habitum ſit, & Theobaldi Epiſcopi cineribus ditatum, qui apud Amiatinos monachos ſepeliendum corpus ſuum mandaverat, cum ab hoc mortali ſeculo migrare contingeret. Humatum legi in pervetuſto ejuſdem Eccleſiæ Kalendario ſub altari S. Benedicti non longo a ſacrario.

(„ LUITPRANDUS *in hac Cathedra ſedebat anno 861. quo aſſedit inter Patres Lateranenſis* VIII.
C „ *Concilii a Nicolao I. habiti, cujus acta quædam attulimus ſupra in 3. tomo in Ravennatibus.*)

6 CHRISTIANUS Epiſcopus Cluſinus 24. Berengarii Regis, Chriſtianæ vero ſalutis anno 91t. Petro Abbati Amiatino decimas omnes, quæ in ejus territorio poſſidebat cum conſenſu ſui cleri indulſit, hoc favorabili diplomate, cujus exemplar ab originali archivii S. Salvatoris de monte Amiato extractum, ſicut jacet, hic curavimus exſeribendum. IX.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti.

Regnante domino noſtro Berengario Rege anno vigeſimo quarto menſis Junii exeunte die 8. Indict. 14 in Chriſti nomine.

Qualiter manifeſtum eſt mihi Chriſtianus gratia Dei, humilis Epiſcopus, qui eſt de Epiſcopatu Cloſio, una per conſenſum ſacerdotum meorum, te Petrus Abbas, qui eſt rector, & gubernator de monaſterio venerabili ſancti Salvatoris ſito loco monte Amiato, tradidimus, atque perdonavimus ornino, & confirmare videor vos, in a præſenti die in ſua prædictus Petrus Abbas, vel ſuis poſteris ſucceſſuribus permaneat poteſtate omnes decimationes, que eſt per univerſis locis, & vocabulis infra ipſa pertinentia, qui eſt de monaſterio D. Salvatoris in integrum te prædictus Petrus D *Abbas, vel poſteris tuis ſucceſſoribus confirmare vos videor tamen et amodo in antea in veſtra permaneat poteſtate habendas ita parandi, & per univerſis locis recolligere faciendi licentiam, & poteſtatem habeatis per villis, caſis, & reliqua, qui ſunt pertinentes de ſupradicto monaſterio omnes decimationes de ſupradicto comitatu Cloſino te prædictus Petrus Abbas, vel poſteris tuis ſucceſſuribus, juxta veſtra ſtatuta; hoc namque ſi contra vos, quibus Epiſcopus, aut ullus hominum venerit, qui de ipſa decimatione ſtare, aut quærere vos volueris licentiam, & poteſtatem habeatis tam te, quam & poſteri ſucceſſores tui per veſtras ſcriptiones, & firmitate cauſare exinde habendi, querimonia faciendi, & reſponſa reddendi, finem po-*

nea-

nendi modis omnibus, prout melius potueritis, quæque exinde egeritis, aut feceritis, firma, & ſtabilia permaneant, tam tu Petrus Abbas, quam tuis poſteris ſucceſſoribus dederitis, aut habere conſtitueritis omni tempore reſtaurata fuerit. Et ſi ego prædictus Chriſtianus Epiſcopus, vel poſteri ſucceſſores mei, adverſus te prædictus Petrus Abbas, vel tuos poſteros ſucceſſores de ordine, vel de jam dictis decimatione retollere quæſierimus, vel amplius vobis cauſare voluerimus, per qualibet ingenia, & ſi non permiſerimus permanere, ſicut ſuperius legitur, tunc componere promittimus vobis, vel poſteris veſtris ſucceſſoribus pœna argenti libras 300. ſub ipſa pœna, omnique tempore firma, & ſtabile permaneat ſub iſta pœna obligationis. Sic permaneat, & obtineat robur, & firmitatem ſemper, quod in tali ordine inter vos convenit in hoc ordine qualiter ſuperius legitur.

Bonolinus notarius ſcribere rogavimus.

Actum in loco Collemala comitatu Cluſio.

Ego Chriſtianus Epiſcopus, omnia quæ ſuperius legitur a me facta manu mea ſubſcripſi.

Ego Urſus presbyter conſenſi, & manu mea ſubſc.

Ego Lambertus presb. conſenſi, & manu mea ſſ.

Ego Talari diaconus conſenſi, & manu mea ſubſcripſi.

Signum Vualderi rogatus teſtis.

Ego Nerdimanno Scavino teſtis.

Ego Tauredo Scavino teſtis.

Ego Leti Scavino teſtis.

Signum manu Perſi rogatus teſtis.

Signum Mante Vualanſo rogatus teſtis.

Signum manus Petri avocati de ſſ. Epiſcopo rogatus teſtis.

Signum manu Aldoni rogatus teſtis.

Signum manu Mortilido gg. rogatus teſtis.

Signum manu Stephani rogatus teſtis.

Ego Bonolino notarius poſt tradita complevi, & dedi.

X. 7 LUTUS erectioni Eccleſiæ Magdeburgenſis ſubſcripſit ano. 968. Hunc inter & monaſterium Amiatinum diuturniores, ac graves lites intereeſſere. Immemor enim ſinceræ mentis Chriſtiani ſui anteceſſoris, compellere nixus eſt monachos ad id, ad quod non tenebantur, nullumque non movit lapidem, ut monachis immunitatem, juſque ſuum præriperet, quod eidem monaſterio tot Reges, atque Imperatores jam olim indulſerant. Itaque cum Abbas Gilibertus, monachique ad Othonem Imperatorem provocaſſent, hanc, quæ ſequitur, favorabilem retulere vel ſententiam, vel ratificationem.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Otto, Dei gratia, Imperator Auguſtus.

Omnium Eccleſiaſticorum noſtrorum præſentium inſpectorum noverit devotio, qualiter vir venerabilis Abbas nomine Gilbertus, de ſancto Salvatoris monaſterio, quod ſitum eſt in monte Amiato, & in comitatu Cluſenſo cum cœnobio ſibi commiſſo noſtram adiit Celſitudinem humiliter deprecans, ut pro Dei amore, & pro remedio animæ noſtræ, ipſum monaſterium ſancti Salvatoris cum omnibus rebus ſibi pertinentibus, monaſterio videlicet S. Petri in Margarita, curte ſancti Salvatoris in Caſtelione, & alia curte de valle Palleana, cum ſuis pertinentiis, curte de Valerano cum tertia portione de ipſo caſtello, curte de Curcizole, & curte de Carſo cum ipſis manſis, quos fecerunt Tulleſi ad partem ſancti Salvatoris, curte S. Petri in Cervaria, & curte S. Mariæ in Valerano, & in Aquapendente tabernam unam, & molinas duas, Manſos octo in loco Nobbiano, in Cuſſano manſos quatuor, curte de S. Severo ſuper lacum, curtem de ſancto Columbano, curtem de Portiano, curtem S. Stephani in Funiano, & curtem S. Lazari in Sena, curtem S. Stephani in Terquiri, & cellas S. Sabini, & S. Reſtituta, & curte de Biſantia cum omnibus pertinentiis, & adiacentiis eorum, & decimis, & fructibus pertinentiis ad jam dictum monaſterium S. Salvatoris, & prænominata loca juſte pertinentes ſub noſtra defenſionis mundiburdo recipere dignaremur, quod nos pro Dei amore libentiſſime fecimus, & ſub noſtrum mundiburdum ipſum monaſterium cum ſupraſcriptis rebus recipimus præcipientes per noſtram hanc auctoritatis paginam, ut nullus dux, marchio, vicecomes, seneſchalchio, Caſtaldio, nec qualibet noſtri regni magna, parvaque perſona, prænominatum Abbatem Giſelbertum, & ejus ſucceſſores de omnibus ſupraſcriptis rebus monaſterii ſancti Salvatoris inquietare, moleſtare, contendere, invadere, aut diſveſtire ſine legali judicio præſumat. Quod ſi quis fecerit, & noſtri mundiburdi violator exſtiterit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfato venerabili Abbati Giſilberto, & ejus ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, juſſimus inde hunc mundiburdum conſcribi, annuloque noſtro ſigillari.

Luitpr. cancellarius ad vicem Vuidonis Epiſcopi, & Archicancellarii ſubſcripſi.

Data tertio Nonas Auguſti anno ſanctiſſimæ Incarnationis 964. Indiction. 7. anno Imperii magni Othonis Imperatoris Auguſti tertio. Actum in civitate Lucenſe. Amen.

8 ARIALDUS, ſive Eſualdus Epiſcopus Cluſinus, cum turbidus homo eſſet, indultamque a Regibus, atque Imperatoribus immunitatem Amiatino cœnobio, ejuſdemque territorii populis ægre ferret, velletque complicatis litibus jugulare, compulit monachos cum Vuioizone Abbate ad Gregorium V. Pontificem provocare, qui æquiſſimis eorundem poſtulatis aſſenſus omnia Regum, Imperatorum, ac anteceſſorum ſuorum indulta, ac privilegia hoc ſequenti ſavorabili diplomate conſtabilivit anno 996. XI.

GREGORIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectiſſimo in Chriſto Domino filio Vuinizoni venerabili Abbati ſancti Salvatoris ſita in comitatu Cluſino territorio monte Amiato tibi videlicet, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum in Domino ſalutem.

Quoniam ſemper ſunt concedenda, quæ rationabiliter, & congruo a fidelibus petantur ob devotionem pii conditoris noſtri oportet nos in privilegiis præſtandis noſtram nullo modo denegare munificentiam. Igitur quia veſtra dilectio noſtræ ſublimitatis Apoſtolatum humiliter rogavit, quatenus prædictum monaſterium ſancti Salvatoris inſtitutum in ſupra nominato comitatu, & territorio privilegiis Apoſtolicæ ſedis decoretur, ut ſub ditione juris ſanctæ noſtræ, cui Domino auctore præſidemus, Eccleſia inſtitutum nullius alterius Eccleſiæ jure, vel ditioni ſubmittatur. Pro qua re veſtris piis deſideriis per hanc noſtram auctoritatem, quod poſtulaſtis, libenter concedimus. Et ideo cujuſlibet Eccleſiæ ſacerdotem in præfato monaſterio quamlibet juriſdictionem, vel poteſtatem, ſive auctoritatem præter ſedis Apoſtolicæ Pontificem habere prohibemus, ita ut niſi ab Abbate monaſterii ejuſdem fuerit invitatus, nec miſſarum ſolemnia ibidem omnimodo celebrare præſumat. Hanc denique noſtram Apoſtolica auctoritate conſtituimus, ut nulla alia magna, ſeu parva perſona eidem vero monaſterio, ſive inferius in ſervis videlicet, vel in famulis, aut etiam in ſervis, vel ancillis, necnon etiam in liberis, vel in cunctis rebus ad id pertinentibus, videlicet, in caſis, & poſſeſſionibus, quoquomodo aliquam moleſtiam inferre præſumat. Pariterque concedimus, & confirmamus eidem ſancto monaſterio primitias, vel decimas de ſuis hominibus, ſive de præceptalibus, atque ſacrum baptiſmum liceat celebrari in Eccleſia S. Benedicti, & & in Eccleſia S. Mariæ in Lamule, ſicut conceſſum eſt a partibus Regum per præcepti paginam, quicquid ibidem contineri videtur, vel ſi quid ab anteceſſoribus noſtris Pontificibus ſanctis, ſcilicet Stephano, Adriano, Joanne, Formoſo, vel ab aliis anteceſſoribus noſtris Pontificibus eidem monaſterio conceſſum eſt, totum hoc in integrum Apoſtolica auctoritate, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus. Chriſma quoque, & oleum ſanctum, a quacumque Eccleſia voluerit, vel potuerit licenter accipiant, ſtatuentes Apoſtolica cenſura præcipimus, ut nullus

dux

ſtituti, dicens: Præterea volumus, ut præcepta Eccleſiarum ſuarum ab anteceſſoribus noſtris facta, firma, & in ſuo robore permaneant. Et in capitulari Ludovici Imperatoris legimus ejus legalem ſententiam dicentis: Statuimus, ut Eccleſiæ Dei per totius regni noſtri fundata terminos, ſub noſtra immunitatis juſſione ſecuro cum rebus, & famulis ſuis permaneant, ut prædeceſſorum noſtrorum piiſſimorum, videlicet Auguſtorum temporibus feciſſe probantur, eorumque rectores propriis utantur privilegiis, & monachi per ſua cœnobia regularem teneant ordinem, nomine moleſtante noſtri terroris formidine, &c. Et lex Imperatoris Caroli aſſerit, dicens: Et poſtquam hæc capitula adnotari juſſimus per regnum noſtrum, cuicumque hæc noſtra juſſio commendata fuerit, alio modo non faciat, niſi quod nobis, & noſtris fidelibus placitum eſt. Et quicumque noſtram juſſionem diſplicibilem habuerit, damnum veſtrum tripliciter, ad partem veſtram componat. Imperator Lotharius in lege ſua dixit: Placet nobis, ut hæc capitula, quæ excepimus de capitulis bonæ memoriæ avi noſtri Caroli, & genitoris noſtri Ludovici Imperatoris, ab omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris fidelibus in regno Italiæ conſiſtentibus, pro lege teneantur, & conſerventur, & quicumque horum capitulorum contemptor extiterit, ſexaginta ſolidorum mulctam componat, ſicut in capitulis prædicti avi noſtri Caroli continetur. Carolus Magnus Imperator in capitulo quinquageſimo ſeptimo ſuæ legis dicit. Præcipimus etiam omnibus comitibus, & fidelibus noſtris, ut quicumque de rebus Eccleſiæ in beneficio habeat, pleniter nonas, & decimas ad ipſas Eccleſias donent, abſque illa deminoratione, & dilatione. In quantum melius poſſunt, & juxta poſſibilitatem, quando neceſſitas exiget, de operibus ad ipſas Eccleſias reſtaurandas adjutorium faciant. Imperator Lotharius dicit: Volumus, ut omnimodis, immunitates progenitorum noſtrorum, ſeu noſtra pleniter, ac juſte conſerventur. Imperator Pipinus in lege ſua dicit: Et hoc inſtituimus, ut immunitates a jam dicto domino noſtro firmata in omni conſervata eſſe debeant, hic eſt juſſus domini noſtri Caroli Regis. Et ſunt quidam ex veſtris, qui hortantur vos ad prædictis decimationibus noſtram componere Eccleſiam, neſcio quo pacto, ſive in toto, ſive in parte, & Ernaldo concedere, quibus omnino facere non licet ſine Regis juſſu, & ut ne faciatis, deprecor, priuſquam nobilitas veſtra audiat, quod Imperator Ludovicus de talibus minatur: in lege ſua dicit: Si quis proprium veſtrorum, quod inveſtitura genitoris noſtri fuit, alicui quærenti reddidere ſine noſtra juſſione, aliud tantum vobis reſtituat de ſuo proprio cum ſua lege, & quicumque illa ſcienter per malum ingenium acquirere tentaverit, pro infideli tenſatur, quia ſacramentum fidelitatis, quod nobis promiſit, irritum fecit, &c. & ſunt qui ſuadent vos, ut ſub occaſione inquiſitionis ſubtrahatis noſtræ Eccleſiæ ea unde tempore Pipini Regis jure inveſtierat, quod Imperator Carolus in capitulare ſuo vobis prohibuit dicens: Ut non mittantur teſtimonia ſuper inveſtituram domini Pipini Regis. Et audiamus unde triſtes miramur, quod blaſphemaſtis, neſcio qua auctoritate munitus, hoc quod convenit inter Chriſtianum ſanctæ Cluſinæ ſedis Antiſtitem, & Petrum Abbatem noſtri cœnobii dicebat hoc nihil nobis prodeſſe, non rememorantes illud, quod in pagina ſui edicti ſtatuit Aſtulphus Rex Longobardorum dicens: Si quis cum Pontificibus, arboribus, vel cuſtodibus Eccleſiarum, ſeu xenodochiorum præpoſitis de quibuſcumque rebus convenientiam fecerit, & pœnam inter ſe partes obligaverint, & heredes, vel ſucceſſores ſuos conligaverint, & idonei homines interfuerint, non potuit poſtea ab eorum ſucceſſoribus removeri, excepto ſi pœnam obligatam componere voluit. Quapropter deprecor vos propter Deum, & anima veſtra veſtrorumque parentum mercedem, ut veſtra clementia, nos, vel uſque ad præſentiam Regis indemnes protegat, vel ſi aliter fieri non poteſt, uſque ad conſiſtum noſtrorum, & ſuorum judicium defendat.

Cæterum nihilomagis æquinr Eſualdus ſactus eſt, quin ex litibus lites ſerendo, non modo contra Amiatinos, ſed etiam contra Monachos S. Anthymi oobilis quondam cœnobii exarſit. Siquidem cum illi in Cluſino territorio quaſdam Eccleſias, quibus Chriſtianus Cluſinus Epiſcopus decimarum immunitatem conceſſerat, poſſiderent, procuraſſentque ab Epiſcopo conſecrandas, Eſualdus nunquam induxit animum, ut hujuſmodi pietatis opus exequeretur. Igitur, ut aliquando tandem Vvinzonus Abbas Amiatinus, Anthymianique cœnobii Præſul moleſtiſſimis ſe litibus exſolverent, in Germaniam ad Henricum Imperatorem ſimul conceſſerunt, ubi Eſualdo præſente hanc favorabilem a Cæſare retulere ſententiam, quæ extat in ſæpe citato tabulario.

Anno Incarnationis dominicæ 1006. Indict. 4. quarto Nonas Aprilis. Dum reſideret dominus Henricus Rex in Caminata in caſtello hæreditatis ſuæ, quod dicitur novum Burgum, in præſentia Epiſcoporum Brunonis ſcilicet fratris ſui Auguſtanæ civit. Epiſc. & Vitelini civitatis Argentinæ, & Lamperchi Conſtantienſis, & Olderici Curienſis, & iterum Olderici Trienſini, & in præſentia Abbatum D. Odilonis Cluniacen. Ivizonis Leanenſis, Ugonis Farſenſis, Boni Ravennatis, Idelberti Senenſis, Joannis Lucerni, Othonis Amorbacenſis, necnon in præſentia comitum Ildeprandi, & Rayneriii, & Ardinghi, Vuidonis, Petri, Araverſarii, & Nuncii Aretinenſis Epiſcopi in Gezzo Presbyteri nominati, & Nuncii Epiſcopi Senenſis, aliorumque bonorum Chriſtianorum lamentati ſunt ante ipſum Regem Henricum Vvinizo Abbas domini Salvatoris de monte Amiato, necnon & Boſo Abbas S. Anthymi, quod nullo rationabili ordine rogare, aut invitare poſſent Arialdum Cluſinum Epiſcopum de conſecratione Eccleſiarum ſuarum in parochia ſui Epiſcopatus manentium. Audiens autem idem dominus Rex Henricus hujuſmodi lamentationem, Nuncio confeſtim directo, vocari ad ſe præcepit eundem Epiſcopum; erat namque in eodem caſtello. Cum autem veniret, & Rex cur Eccleſias parochiæ ſuæ benedicere, & conſecrare nollet, ſtudioſe interrogaret: Reſpondit, quia Abbates ſupraſcripti decimas in Abbatiis ſuis ſibi, juſque canonicis contradicerent. Tunc Rex interrogavit Abbates ipſos, ſi aliquam auctoritatem haberent, unde eorum monaſteria decimas illas ad ſuam partem defendere, & vindicare potuiſſent, tunc oſtendentibus illis antiquiſſimas monaſterii ſcripturas repertum eſt, & probatum per teſtimonium circumadſtantium, quoniam ab initio monaſterii, & temporis domini Regis Caroli Magni, & omnium ſuorum ſucceſſorum Abbates, & monachi decimas illas habuerunt, & omnes anteceſſores Epiſcopi Arialdi cum omni pace habere eos permiſerunt. Et quia omnes hoc ſemper ſtabile debere eſſe laudaverunt, idem dominus Rex Henricus laudavit, & confirmavit, & Epiſcopum contentum, & tacitum eſſe fecit. Ut nemo ſit, qui ullam iterum querelam removeat. Ad memoriam futuri temporis hæc ſcripta ſunt, & ordinata, & promiſſionem fecit ipſe Epiſcopus ante ipſum Regem de conſecratione Eccleſiarum ſine omni pecunia.

Arialdus tamen haud ſtetit dictis, decretoque Imperiali, contempſitque Eccleſias conſecrare, quæ ſub Abbate Amiatino proxime ſubjacebant. Quamobrem juſtiſſima ira percitus Benedictus VIII anno tertio ſui Pontificatus, recuperatæ ſalutis vero 1036. Petrum Epiſcopum illuc legavit, qui diligentius cognita cauſa, Eccleſias conſecraret: quod cum feliciter eveniſſet, dedicationem hac ſequenti favorabili bulla Pontifex conſtabilivit.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei.

Apoſtolica ſcripta ſicut ſemper debent eſſe juſta, ita ſemper debent manere inconvulſa. Nec licet cuiquam retractare, vel aliquo modo ſubripere quod nobis placet juſte, & rationabiliter ordinare. Quapropter notum eſſe volumus, tam præſentibus quam & futuris, Eccleſias monaſterii ſancti Salvatoris de monte Amiato per noſtram præceptionem, & per Petrum Epiſcopum eſſe conſecratas. Nam ſæpius conquerente Vvinizone Abbate dicti monaſterii, Arialdo Epiſcopo Cluſinenſi, in cujus parochia Eccleſiæ erant, Nun-

cios cum literis miſimus, ut eaſdem Eccleſias conſecraret. Quod accepta neſcio qua occaſione, per tres annos rennuit. Adultimum non valentes jam ferre clamores Abbatis, dictum Petrum Epiſcopum noſtrum illo miſimus, qui videret, & diſcerneret cujus hac erat culpa: & ſi forte Abbatis, Eccleſia non conſecrarentur, niſi ſatisfeciſſet Epiſcopo; quod ſi Epiſcopus Arialdus ſatisfactionem recipere nollet, & Eccleſias, & plebes conſecrare, licentiam Petro Epiſcopo noſtro conſecrandi ens dedimus, quod quia ut diximus rennuis Epiſcopus, a Petro Epiſcopo conſecrata ſunt. Nunc autem Apoſtoleca auctoritate pracipimus, ut nullus Epiſcopus, magna, ſeu parva perſona hanc noſtram ordinationem perfringere, aut permutare, ſeu clericos ſervitores ſupradictarum Eccleſiarum, qua ab Epiſcopo noſtro conſecrata ſunt, excommunicare preſumat; ſi quis vero Epiſcopus dictos clericos excommunicare, vel Eccleſias dictas violare tentaverit, ipſe prius excommunicatus maneat noſtra auctoritate cum omnibus eis, qui hanc noſtram ordinationem evacuare nituntur, &c.

Eodem autem anno, qui Vvinizonis Amiatini Abbatis poſtremus fuit, penultimus vero Arialdi Cluſini Epiſcopi, Benedicto ſummo Pontifice mandante magna frequentia populorum S. Salvatoris de monte Amiato templum conſecrarunt, ibidemque ſanctorum reliquias honorifice condiderunt 1036. maxime in aris, in quibus ſacerdotes operaturi erant. Ego vero eum illic aliquandiu fuiſſem commoratus, indagine ſubſequentis ſcripturæ in ſubterranea Eccleſia, quæ dicitur Crypta, quarumdam ararum ſubmovi lapides, ibique reperi reliquias capſulis ligneis incluſas, obſignataſque crocea cera, in qua ſpectabatur effigies Vvinizonis Abbatis, illaſque cum aliis reliquiis, honorificentiori loco collocandas curavi anno 163e. placuitque hic monumentum exſcribere, cujus ductu in theſaurum illum incideram.

In nomine Domini. Amen.

Anno Domini milleſimo xxxvi. Ind. iv. tempore beatiſſimi Papa Benedicti de Tuſcula, ex patre Alberico.

Et inviciſſimi Imperatoris Conradi, & Gunizi Abbatis, conſecratum eſt templum hoc ad honorem D. Salvatoris, & beata Maria ſemper Virginis, & multorum ſanctorum, quorum nomina ſunt per ſingula altaria, qua continentur in hoc ſcripto; ad cujus conſecrationem fuerant decem & octo inter Epiſcopos, & Cardinales, inter quos fuit venerab. Patriarcha Aquilezon cum comitatu clericorum, & aliorum bonorum virorum, qui conſtituerunt remiſſionem decem & octo annorum ad iam pium locum venientibus criminalium peccatorum, ex quibus digne pœnitentibus receperint. Et tertiam partem venialium, quam perceperunt annis ſingulis advenientibus nuntiari, idid. Novembris in feſtivitate S. Bricii, & uſque ad octavam.

In primis in altari majori de Cruce Domini, & de ſudario, quod fuit ſuper caput ejus, & de linteo, quo involutum fuit corpus ejus, & de lapide, quem revolvit ab oſtio monumenti, & de pulvere montis, & de ſpongia, qua potatus fuit aceto, & de praſepio, & de lapide, ubi ſtetit, quando transfiguratus fuit, & de lapide, ſuper quem ſedit, quando ſaturavit quinque millia hominum, & de lapide, ſuper quem oravit Dominus in monte Oliveti, & de lapide, ſuper quem ſtetit, quando baptizatus fuit. Similiter in ipſo altari ſunt recondita reliquia veſtimentorum S. Maria genitricis domini noſtri Jeſu Chriſti, s. Joannis, s. Silveſtri, s. Dalmatii, s. Pantaleonis, s. Naboris, s. Felicis, s. Gervaſii, & Protaſii, s. Sebaſtiani, s. Jovita, s. Fortunati, s. Ermagora, s. Eventii, & Cantiani, s. Proti, & de menſa Abraham, quando angelum hoſpitio ſuſcepit, Ss. martyrum Marcelli, & Petri s. Agnetis, s. Agatha, s. Chriſtina, s. Juſtina, s. Cacilia, s. Muſtiolo, s. Cammilla, s. Martialis.

Item in altari de manu ſiniſtra, ipſum vocatur s. Maria, & s. Joannis Baptiſta, & ſunt ibi recondita reliquia s. Joannis evangeliſta, s. Columbani, s. Ambroſii, s. Severi, s. Geminiani, s. Martini, s. Severine, s. Zenonis, s. Proculi, s. Sixti, s. Valentini, s. Joannis confeſſoris, s. Marcellini, s. Hilarii, s. Fridiani, s. Dionyſii, s. Ruſtice, & Eleutherii, s. Eliſii propheta, & s. Arſenii.

Item, in altari quod eſt de manu dextra, ipſum vocatur s. Petri, & Pauli, & ſunt ibi recondita reliquia s. Jacobi, Ss. Coſma, & Damiani, s. Apollinaris, s. Laurentii, s. Andrea, s. Stephani, s. Matthai, s. Simonis, s. Thaddai, s. Jacobi, s. Zebedai, s. Nazarii, s. Victoris, s. Vitalis, s. Vigilii, s. Savini, s. Alexandri, s. Pancratii, s. Iſidori martyris, s. Thoma, s. Anaſtaſii, s. Philippi, s. Bartholomai.

In altari s. Marci infra columnas, corpus ipſius, & corpora Ss. Abdon, & Sennen, & reliquia s. Martini.

In altari quod eſt de manu dextra, ipſum vocatur Ss. Petri, & Pauli, & s. Andrea.

In altari quod eſt in manu ſiniſtra, ipſum vocatur s. Benedicti, s. Gregorii, S. Nicolai.

Et poſt conſecrationem Eccleſia acquiſierunt dominus Abbas Rolandus cum fratribus corpus s. Marci Pape, & reliquias Ss. marty. Pontiani, & Fortunati, Ss. Abundii, & Abundantii, s. Clementis, s. Januarii, s. Felicis, s. Stephani Pontificis, & martyris, s. Silveſtri, s. Cyriaci, s. Paulini, s. Valentini, s. Laurentii, s. Agatha, & velum s. Maria.

Et nonnullas alias honorificentiſſimas, ac colendiſſimas reliquias infinitorum pene ſanctorum, qua ſumma cum affectione in armario loco ſacrorum, ſive ſacriſtia recondita ſunt.

Necnon vetus, novumque teſtamentum, ſeu bibliam ſcriptam manibus beatiſſimi Pontificis Gregorii.


Cæterum ex ſequenti Imperatoris Conradi privilegio perſpiciet lector Vvinizonem, Monachoſque Amiatinos una tantum probitate armatos Arialdi fregiſſe contumaciam, ejuſdemque monaſterii mirifice auxiſſe fortunas.

In nomine ſancta, & individua Trinitatis.

Conradus, divina favente miſericordia, Romanorum Imperator Auguſtus.

Dignum eſt, ut qui prudenter divina obſequia agere procurant, & ad ſtabilitatem perpetuam hac noſtra confirmatione corroborari expoſcunt, ut his tanto libentius obſequamur aſſenſu, quanto Domini placita intelligimus, pro quo ad effectum id producendum procuramus. Igitur omnium ſancta Dei Eccleſia fidelium, ac noſtrorum praſentium s. & futurorum comperiat ſolertia, qualiter nos per interventum dilectiſſima conjugis noſtra Gilla, & chariſſimi filii noſtri Henrici Regis, Vvinizzo nobis dilecto Abbati cœnobium domini, & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti in monte Amiato conſtitutum ad regendum commiſimus, ut ibidem neglecta Dei obſequia ſuorum prodeceſſorum incuria, ſtudioſe deceret ordinare, congregationem inibi Deo ſervientium monachorum regulariter corrigere, & ſolummodo divinis obſequiis deditis ad ſufficientiam largiri, quatenus hoc ad ſalutem noſtra anima, noſtrorumque ſucceſſorum, Regum videlicet, vel Imperatorum perveniat, & jam dicti monaſterii domini, & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti Abbas, vel prapoſitus, & monachi, qui pro tempore inibi Deo militaverint, ad ſufficientiam victus, & veſtitus ſat habere valeant, dominumque omnipotentem pro nobis, cunctiſque fidelibus exorare non ceſſent. Cui ſancto loco ob prafatam cauſam contulimus cellam S. Benedicti plebem cum adiacentiis ſuis, & Eccleſiam S. Caſſiani cum pertinentiis ſuis, curtem, & plebem S. Maria in Lamule cum caſtro in monte Latronum cum appendiciis ſuis, & Eccleſiam S. Miniati cum adiacentiis ſuis, terram de Liminari in cum caſtro de monte Pinzutulo, ſicut Hubertus tenuit ad ſuum manum, curtem de Muſſona cum terra de Redola majore, & minore, & Bitena, & beminiculo, & Eccleſiam S. Maria de Oſſa cum Rocca de Suffine, Eccleſiam ſancti Pelegrini, & S. Simeonis cum pertinentiis earum, curtem de Jenemmiano, Eccleſiam S. Petri in Latera, & Eccleſiam S. Petri in Margarita cum S. Anaſtaſio, Cellam S. Savini, & S. Reſtituta, & S. Stephani in Tarquino, cellam S. Maria in Cerneto, qui locos de-

ſiguatos, de una parte ripa cum petra, quæ diviſa eſt a ripa, de alia parte murus, qui claudit ipſum Caſtellum, de tertia parte via publica, quæ venit per portam uſque ad terram Azonis filio Bonizi cum ſuis conſortibus. De quarta vero parte eſt terra filii Aloiſ. & continet pedes 200. per longum, & 200. per latum cum terra de Margaritula, terra Joannis in Variano, & ſancti Saturnini, & terra ſancti Columbani, & terra ſancti Salvatoris in Valle Bacana, & Eccleſiam ſancti Petri in Cervaria, & Eccleſiam ſancti Stephani in Viniano, ſancta Severa in Paterno, & terram ſancti Salvatoris in Corſigniano, cum omnibus pertinentiis ſuis, curtem ſancti Clementis in Tiniano cum terris Angarialibus, ſancti Quirici in Piſſinulo, & curtem ſancti Salvatoris in Campagnatico, ea videlicet ratione, ut deinceps per ſuccedentia tempora, & prædicta congregatio his omnibus denominatis Eccleſiis, & curtibus, cum ſuis omnibus pertinentiis, & adjacentiis ſuis in veſtitu, & victu ſufficientiam habeant, regulariter vivant, & pro nobis, cunctiſque Chriſti fidelibus ſemper exerent, & pro ſtabilitate totius Imperii noſtri, nobis a Deo commiſſi ſtudeant preces fundere, & ut quod bono ſtudio fecimus, perennem hactenus ſtabilitatem habeat, pietatem noſtram petiit, ut eandem ordinationem monaſticam noſtra confirmaremus præceptione, quod & fecimus. Denique prædicto, & monaſterio concedimus omnes decimas in ea judiciaria . . . exhibitionem publicam ex omnibus manentibus in ſupradictis cellis, & curtibus ob remedium animæ noſtræ, ſucceſſorumque noſtrorum Regum videlicet, & Imperatorum, qui pro tempore fuerint, qui ad portam monaſterii per eleemoſynam in ſubſtentationem pauperum dentur ob ſalutarem noſtræ animæ, & pro ſalute etiam omnium Dei fidelium facimus, ne iis, qui in eodem cœnobio Deo ſerviunt, oppreſſiones pravorum hominum, vel comitum nocere valeant. Quapropter eidem ſancto loco hoc noſtrum præceptum fieri juſſimus, per quod præcipimus, ut hinc in futurum, eadem ſancta congregatio, cum omni quietudine, abſque ullo publico repetitu, ac rectores loci illud ſubſtractu, eaſdem cellas, & curtes in ſuis utilitatibus habeant, ordinent, & diſponant, quatenus eorum obſequia nobis proficiant, & omnibus Dei fidelibus ad ſempiternum remedium. Si qua vero, quod futurum minime credimus, magna, parvaque perſona noſtrum hoc noſtræ Imperialis auctoritatis præceptum contendere, vel temerario auſu infringere, id vacuare, vel diminorare, ſeu in beneficiare ſupradictum cœnobium omni pertinentia ſua tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem Cameræ noſtræ, medietatem eiſdem etiam rectoribus, & ut eadem præceptio, vel auctoritas Deo opitulante per cuncta tempora inconvulſum teneat firmamentum manu propria inferius roborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Sign. D. Conradi  *II. Imp. Auguſti.*

Bruno cancellarius ad vicem Arbonis Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovit.

Data anno Dominicæ *Incarnationis* 1036. *regni vero* D. *Conradi II. regnantis tertio Imperii ejus 9. Ind. 4. Acta in civitate Papia.*

(„ *In Eccleſia S. Marthæ Cluſii extabat an. 1644*
„ *hæc Arialdi memoria.*
„ Hanc Eccleſiam una cum Pavimento Arialdus
„ Epiſc. fieri juſſit.
„ A. R. M.
„ Noc. TECTM. Novatum.)

XII. [a] Ex Append. t. 9.

9 [a] WIDO Cluſinus Epiſcopus recenſetur in vetuſtiſſima charta fragmenti ſynodi Romæ habitæ à Benedicto IX. Papa anno 1036. 4. Non. Novemb. Ind. 4. fragmentum retulimus ſupra in Epiſcopis Peruſinis. Wido ſucceſſiſſe videtur Arialdo eodem anno 1036. defuncto („ *Adfuit que an. 1037.*
„ *ſententia late in Oppidulo Arbis non multis millibus paſſuum à Senis abſente pro Uberto Abbate S.*
„ *Salvatoris Berardengha, & id fuit in anno D.*
„ Conradi invictiſsimi Imperatoris anno Imperii
„ ejus Deo propitio XI. 5. Nonas Maji Ind. X. *Be-*
„ *nevolentius.*)

10 PETRUS, Leonis IX. Pontificis temporibus, ac diu deinceps vixit, ſubſcripſitque diplomati ejuſdem pro Eccleſiæ Portuen. an. 1050 [a]. Arbitror hunc Cluſinum Epiſcopum fuiſſe, in quem haud dubia numinis vindicta deſæviit, ob lautam gulam, ut Petrus Damianus narrat in lib. 5. epiſt. 16. his verbis: *Dum hujus Epiſcopi reminiſcimur* (Comaclenſis enim Epiſcopi proxime meminerat) *ſub hac occaſione, quid etiam Cluſino Epiſcopo contigerit, ſcribere provocamur. In ipſa plena quarta feria, quæ initium quadrageſimæ dicitur, fecit ſibi convivium ſumptuoſis dapibus inſtrui, & balneum præparari, acciti ſque militibus, & obſequentium turbis lautum diem deduxit, & velut advenienti nuptum quadrageſima, cum nuptiali convivio gratulabundus occurrit, ubi hoc tantum diſſonabat a regula, quia cum adhuc liverent in capitibus cineres, æſtuabant ingurgitati mero, & diſtenti dapibus ventres. Sed o vigilans ſuper nos divina clementia, incolumis tunc, atque vegeti vultum Epiſcopi paralyſis repente corripuit, ejuſque faciem inhoneſtam viſu, atque ora diſtorſit, per plures etiam annos, quibus poſtmodum ſupervixit, hoc in ſe divinæ animadverſionis inſigne portavit.* Cæterum iſte Petrus ab exordio ſui Epiſcopatus, uſque ad finem nihilo æquior fuit monachis Amiatinis, quam ſupramemoratus Arialdus anteceſſor fuiſſet. Quamobrem Abbas, Monachique ad IX. Leonem provocarunt, qui ſupplicibus ſuper ejuſdem monaſterii populus mirum, Mixtumque imperium hoc proxime ſubjecto favorabili diplomate aſſeruit.

XIII. [a] Mel. an. 1049.

LEO EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Theuzoni venerabili Abbati monaſterii S. Salvatoris ſito in comitatu Cluſino territorio montis Amiato, tibi, tuiſque ſucceſſoribus perpetuam in Domino ſalutem.

Quoniam ſemper ſunt concedenda, quæ rationabiliter, & congrue a fidelibus petuntur ob devotionem pii conditoris noſtri oportet nos in privilegiis præſtandis noſtram nullo modo denegare munificentiam. Igitur, quia veſtra dilectio a noſtræ ſublimitatis Apoſtolatu humiliter rogavit, quatenus prædictum monaſterium ſancti Salvatoris conſtitutum in ſupranominato comitatu, & territorio privilegiis Apoſtolicæ ſedis decoretur, ut ſub ditione juris ſanctæ noſtræ, cui Domino auctore præſidemus, Eccleſiæ conſtitutum nulliuſque alterius Eccleſiæ juri, vel ditioni ſubmittatur; quare veſtris piis deſideriis per hanc noſtram auctoritatem id quod poſtulatis libenter concedimus. Et ideo cujuslibet Eccleſiæ ſacerdotem in præfato monaſterio quamlibet jurisdictionem, vel poteſtatem, ſive auctoritatem, præter ſedis Apoſtolicæ Pontificem habere prohibemus, ita ut niſi ab Abbate monaſterii ejuſdem fuerit invitatus, nec miſſarum ſolemnia ibidem omnino celebrare præſumat. Hoc denique hac noſtra Apoſtolica auctoritate conſtituimus, ut nulla alia magna, ſeu parva perſona eidem venerabili monaſterio, ſive in ſervis Dei, vel in famulis, aut etiam in ſervis, vel ancillis, necnon & in liberis, vel in cunctis rebus ad id pertinentibus, videlicet in caſis, & poſſeſſionibus quoquo modo aliquam moleſtiam inferre præſumat. Pariterque concedimus, & confirmamus eidem ſancto monaſterio primitias, vel decimas de ſuis hominibus, ſive de præceptolibus, atque ſacrum baptiſmum licenter celebrare, & in Eccleſia S. Benedicti, & S. Mariæ, ſicuti ei conceſſum eſt a partibus Regum, per præcepti paginam, vel quicquid ibidem contineri videtur, vel ſi quid ab anteceſſoribus noſtris Pontificibus ſanctis, videlicet Stephano, Adriano, Joanne, Formoſo, vel ab aliis anteceſſoribus Pontificibus eidem monaſterio conceſſum eſt, ut totum hoc integrum Apoſtolica auctoritate vobis, veſtriſque ſucceſſoribus concedimus, & confirmamus. Chriſma quoque, & oleum ſanctum a quacumque Eccleſia voluerit, vel potuerit, licenter accipiant, ſtatuentes Apoſtolica cenſura præ-

cipimus, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, caſtaldius, vel aliquavis magna, ſeu parva perſona ullum diſtrictum in aliquibus locis ipſum monaſterium habere, vel judicare, ſeu aliquid placitum tenere audeat, niſi ab ipſius monaſterii Abbate invitatus fuerit. Hac quoque Apoſtolica auctoritate præcipiendo ſancimus, ut neque Epiſcopus, vel alius quiſquam de ordine clericorum Eccleſias, parochias, ſellas, vel prædia, vel quæcunque loca, ſeu res præfati monaſterii auferre, aut alienare quoquomodo præſumant, aut quamlibet controverſiam, ſive injuriam, ſeu aliquam damni jacturam in rebus, poſſeſſionibus, vel in nullis utenſilibus, ſive ornamentis prædicto monaſterio inferre audeat. Hæc omnia, quæ ſuperius memorata ſunt, videlicet decimas, primitias, oblationes ad ſæpe dictum monaſterium pertineant, necnon & baptiſmum, chriſma, & oleum tibi dilecte filio noſtro Theuzoni Abbati, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum a præſenti quarta indictione per hanc noſtri privilegii paginam Apoſtolica auctoritate confirmamus, atque concedimus ſecundum prædictum modum. Denique ſtatuimus, cum dictus Abbas de hoc ſeculo migraverit, neque Rex, neque dux, neque marchio, neque Epiſcopus, neque comes, neque ulla alia perſona ibidem Abbatem ordinare præſumat, ſed congregatis in unum cunctis ejuſdem monaſterii fratribus, ac communi conſenſu Dei providentia, qui dignus hoc honore viſus fuerit, ex propria congregatione Abbatem ibi ordinent. Si quis autem, quod non optamus, temerario auſu contra ea, quæ ab hac noſtra auctoritate pie, & firmiter per hoc noſtrum privilegium ſtatuta ſunt, contraire tentaverit, vel hæc, quæ a nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate jam dicti monaſterii ſtatuta ſunt, refragari, aut quoquo modo tranſgredi præſumpſerit, ſciat ſe auctoritate beati Petri Apoſtoli anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo, & ejus atrociſſimis pompis, atque Juda traditore domini noſtri Jeſu Chriſti æterni incendii ſupplicio cremandum, niſi quod male peccavit, digne correxerit. At vero qui pio intuitu cuſtos, & obſervator extiterit hujus noſtri Apoſtolici privilegii hic confirmationis benedictionis gratiam a miſericordiſſimo judice Domino noſtro, vitamque æternam cum omnibus electis Dei conſequi mereatur in ſecula ſeculorum. Amen.

Datum 8 Id. Auguſti, per manus Petri Diaconi Bibliothecarii, & Cancellarii S. Apoſtolicæ ſedis, anno domini Leonis IX Papæ 2. Ind. 4.

Ipſe Petrus non modo Abbatiæ S. Salvatoris de monte Amiato moleſtiſſimum faceſſivit negotium, ſed etiam S. Januarii de Capoleone; ſiquidem conatus eſt territorium cum caſtello Panerieæ, Eccleſiamque S. Blaſii perverſo jure invadere. Cumque lis illa, ac diuturnior contentio ad Gothifredum ducem Hetruriæ, Ildeprandumque Cardinalem legatum deducta eſſet an. 1058. psincipibus illis juſte judicantibus, Epiſcopus eecidit cauſa. Declararunt enim, uti res erat, mediam partem illius oppidi pertinere ad Abbatiam S. Januarii de Capoleone; alteram vero partem ad Abbatiam S. Muſtiolæ. Faſſus Epiſcopus eſt jus incorruptum, ſeque deinceps velle ſtare judicio, quamobrem ea de re condidere inſtrumentum, cui dux Gothifredus ſubſcripſit, ipſeque Epileopus Petrus, & alii. Ejus exemplar ex originali extractum nobis perhumaniſſime ſubminiſtravit nobiliſſimus vir Carolus Strozza.

In Dei nomine.

In comitatu Cluſino in loco Villa, quæ vocatur ad ſanctum Peregrinum in plebe S. Mariæ de Figuina, ubi in palatio reſidebat Gotifredus marchio, & dux, necnon & dominus Ildeprandus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ legatus aſtantibus ibidem comitibus, ſcilicet Raynerius comes filius quondam Ardinghi, & Tegrenus, & Bulgarellus comites, & Ugo quondam Uguccionis cum cæteris nobilibus Tuſciæ, & cum judicibus ſiquidem infraſcriptis, Lambertus cum germano ſuo Vidone, & Guzolinus, atque Petrus, & Segnurellus, & Paganellus ſacri palatii judices, in quorum præſentia aderat dominus Petrus venerabilis Epiſcopus Cluſinæ ſedis, de qua ſe proclamabat dominus Vincentius S. Januarii monaſterii Abbas de Capoleonis cum fratribus, ſeu advocato ſuo, quod prædictus Petrus Epiſcopus contendebat terram cum caſtello de Paleria, & Eccleſia ſancti Blaſii prædicti monaſterii. Prædictus itaque dux hoc audiens, cum ſumma diligentia, & cautela inquiſita veritate ab omnibus, juſſumque Epiſcopi, quoniam & Abbas, ſeu per confeſſionem eorundem Præſulum, & Abbatum, & Ardinghi filii Tuſi, & Buccii filii quondam Gerberti advocatorum, & procuratorum eorum, quod medietas jam prædictæ terræ, & caſtellum eſſet ac Eccleſiæ ſanctæ Muſtiolæ, & altera medietas pertineret ad Eccleſiam, & monaſterium ſancti Januarii de Capuleonis. Tunc laudatione ſupra dictorum judicum, præfatique ducis, & præcepto legis, ubi invenerunt confeſſos ſuo jure prajudicatos haberi placeat ſecundum ſupraſcriptam confeſſionem, & juſſionem legis. Petrus Epiſcopus ſpontanea voluntate, ſimul cum advocato ſuo Ardingo refutavit, definivit medietatem de ſupradicto caſtello, & Eccleſia, & ædificio cum medietate illius terræ, quæ infra ſubſcriptos fines invenitur, a termino qui vocatur, a vado della nave, & ſicut currit via, uſque ad vadum de Poſcia, ſicut currit foſſa tunc de Lombarda, & mittit in foſſum de Canale, & ſicut terra dividitur juxta dumum Iituli Tignanenſis, & ſicut pervenitur ad dumum . . . ſicut currit fuſſatum de Lucernia uſque in fluvio Poſcia, & ſicut ipſe fluvius defluit ad viam, quæ vocatur Piſcina cervaria, & ſicut currit per viam de Campo vetulo, ſicut fuſſatum, quæ dicitur Minaturio mittit in Paganico, & ſicut fluvius Paganicus currit uſque in vadum della Nave. Inſuper obligavit ſe, ſuoſque ſucceſſores Epiſcopos tali tenore, qui amodo nullo modo præſumant aliu ingenio prædicto Abbati, vel ſucceſſoribus ſuis, vel monaſterio inquietare, vel aliquam moleſtiam de prædictis rebus inferre per ſe, vel per ſummiſſam perſonam, quod ſi præſumpſerit, componat decem libras puriſſimi auri ipſe Epiſcopus, vel ſucceſſores ſui prædicto Abbati, vel ſucceſſoribus ſuis, aut monaſterio ſimiliter præfatus Abbas cum advocato ſuo refutavit, & diffinivit, & obligavit ſe, ſuoſque ſucceſſores eodem modo ſub eadem pœna prædicto Epiſcopo, ejuſque Eccleſiæ, ſuiſque ſucceſſoribus, de altera medietate, exceptis ſive antepoſitis tribus manſionibus, cum hortis, & caſis, & vineis, quarum una regitur per Joannem Maſſarium filiorum Aduli, alia caſa recta eſt per Angilulum Maſſarium filiorum Martini, tertia recta eſt per Stephanum filium Tuſuli. Hoc ita peracto, tunc prædictus dux, & marchio miſit bannum, quod ſi alterutra pars invicem audeat moleſtare alteram ac præfatis rebus, quatenus componat argenti optimi libras centum, medietatem parti publicæ, & medietatem læſæ parti.

Actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis 1058. 17. Kalendas Junii, Indict. XI.

Locus † ſigni manus Gotsfredi ducis inclyti, qui huic cauſæ præfuit.

Ego Petrus Epiſcopus Cluſinæ ſedis in hac definitione ſubſcripſi.

Ego Martinus presbyter, & Canonicus laudans interfui.

Ego Petrus judex interfui.

Ego Zelio judex interfui, & ſubſcripſi.

Ego Vuido judex interfui, & ſubſcripſi.

Ego Vuido notarius complevi, & ſubſcripſi.

Ego presb. Gurardus, & Can. laudans interfui, & ſſ.

Ego Petrus presb. & canonicus laudans interfui ſubſcripſi.

Ego presb. Gerardus, & canonicus laudans interfui, & ſubſcripſi.

Ego Vuido judex in hoc exemplar poſt relectum a me diligenter, & percipiente Vuidone notario, ut eum ſubſcriberet, manu mea ſubſcripſi.

Ego Griffu notarius exemplum hujus chartæ vidi, & legi, & fideliter exemplavi.

Ego Blancus notarius, ut ex exemplari vidi, notarum ſubſcripſi, & exemplavi anno Domini 1196. Henrico Imperatore in menſe Junii, indictione decima quarta.

Haud tamen deinceps Petrus quievit, ſemper autem litibus æſtuans, clerum etiam ſuum illis involvit. Itaque quandoque urſit, ut Alexandrum ipſum Pontificem oportuerit concedere Cluſium, ut Epi-

ſco-

ſcopo, cleroque a litibus tranquilla res foret. Itaque cum Joanni Tuſculano, ac Cardinali, aliiſque ſapientibus viris implicitam illam cauſam detuliſſet, maturo deinde judicio decrevit ex ſacrorum canonum cenſura, quartam decimarum partem ſpectare ad clerum, tres alias partes ad Epiſcopum, itemque omnium primitiarum medietatem, oblationum vero omnium Eccleſiarum illius diœceſis jure debere obvenire Epiſcopo, exceptis tamen oblationibus monaſterii S. Salvatoris de monte Amiato, aliorumque, quibus ex privilegio ſummorum Pontificum, Imperatorum, Regum immunitas contigiſſet. Ergo cum Peruſiæ Pontifex commoraretur, latam hujuſmodi ſententiam, hoc cenſorio, favorabilique diplomate conſtabilivit, cujus originatium exemplar in archivio Amiatini cœnobii adhuc aſſervatur.

ALEXANDER EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Sanctæ Cluſinæ Eccleſiæ in perpetuum.

Quoniam divinæ miſerationis reſpectu ad hoc univerſalis adminiſtrationis curam ſuſcepimus, ut omnium Eccleſiarum quietem ſolerti ſtudio procuremus, omniumque animarum prælati providere omni tempore, ac univerſas quæſtiones in ſancta Eccleſia emergentes diligenter perquirere, inquiſitis vero legaliter calculum diffinitionis debemus imponere. Ex hac ipſa conſideratione noſtri officii tracti ſumus quandam quæſtionem in Cluſinenſi Eccleſia ortam ſagaci indagatione tractare. Quæſtio denique quædam in jam dicta Cluſina Eccleſia exorta eſt, atque in concilio ad Apoſtolicam ſedem delata. Ex antiqua namque conſuetudine parochianæ Eccleſiæ Cluſini Epiſcopatus bis in anno quaſdam conditiones Epiſcopo exhibebant ſemel in majori hebdomada ante Paſcham, ſecundo vero dum Epiſcopus ſynodale concilium celebraret. Hinc nata occaſione, conqueſti ſunt clerici illius Eccleſiæ adverſus Epiſcopum ſuum, quod ipſe exigeret ab eis quendam annalem tributum, quod dicebant quaſi pro Chriſmatis pretium, necnon pro adminiſtratione ſacri verbi, quam illis in ſua ſynodo exhibebat aliud quoddam ſtatutum. Quod nos audientes nimium exhorruimus, atque ſi ita eſſet, omnino damnare ſtatuimus, quia ſimoniaca venalitatis fere infecta hæc talia videbantur. Diſcuſſimus itaque ſuper hoc prout voluimus, ſed quia plurimis, & maximis eccleſiaſticis negotiis occuparemur, plenaliter diffinire nequivimus, ac proinde ad noſtram audienciam tandem deferendam ſtatuimus tempore quo cum nobis liceret quiete perſcrutari, licet ita demum canonica diffinitione concludere. Unde actum eſt, ut paulo poſt nobis Roma ad Lucenſium preces proficiſcentibus ipſa eadem quæſtio in itinere dum per partes illas tranſiremus, repræſentaretur, & cum inibi diu Epiſcopo, clericiſque præſentibus ventilaretur quibuſdam adſtantibus, nec adhuc plane diffinitionis ſententiam cenſere dignum duximus, ſicque denuo evenit, ut cum Luca Romam reverteremur, invitati Epiſcopo ad prædictam Cluſinam Eccleſiam, pia, & efficaci ipſius Epiſcopi rogatione inflexi veniremus. Tunc evocato ibi univerſo clero prædicti Epiſcopatus, maximaque parte populi congregata ſupra dictam quæſtionem diligenti examinatione perquiſivimus, reſidente nobiſcum dilecto fratre noſtro Joanne S. Romanæ Eccleſiæ Cardinali Tuſculano Epiſcopo, aſtantibus quoque plurimis religioſis Abbatibus, & ſacerdotibus, etiam Raynerio filio Burgarelli, & Bernardo filio Ardinghi, multiſque aliis majoribus, & minoribus. Quam divino nutu provida conſideratione inſpectam, ita viſum eſt nobis fore diffiniendam, ſcilicet ut hujuſmodi infamia, quæ talibus occaſionibus Cluſina Eccleſia inoleverat, his omnibus amputatis abſcinderetur, & ſtatutum, quod ſacri canones de redditibus, & votis Eccleſiarum præcipiunt, ab utriſque partibus inviolabiliter cuſtodiretur. Sequentes igitur præcepta canoni Papali ab Epiſcopo quarta parte decimarum dari temporibus vero reliquis in diſpoſitione Epiſcopi præjacentibus Epiſcopum vero medietatem omnium primitiarum, tertiamque totius oblationis cunctarum Eccleſiarum Epiſcopatus vivorum, ac mortuorum, tam in terris, quam in vineis mobilibus, vel immobilibus, ſeu cujuslibet generis poſſeſſionibus habere cenſuimus, oblationibus antiquorum monaſteriorum exceptis, videlicet, S. Anthymi, S. Salvatoris, necnon S. Benedicti, & S. Petri in Campo. Addidimus etiam, quod nullus laicorum Eccleſias tenere, vel oblationes vivorum, & mortuorum in proprios uſus retorquere præſumat: ſunt enim plurimi, qui Eccleſiaſticas res, quaſi jure hæreditario a parentibus ſibi relictas impudenter uſurpant, quod quia eccleſiaſticis ſtatutionibus nimis oppugnat, modis omnibus inhibemus. Quicumque ergo temerario auſu huic noſtræ ſanctioni contraierit, & hoc noſtrum Apoſtolicum decretum in totum, partemve infregerit, ſi ex ſacris ordinibus fuerit, ſui ordinis periculum incurrat, ſi vero laicus, noſtra Apoſtolica excommunicationi ſubjaceat. Et inſuper bannum noſtrum componat, ſeptuaginta videlicet optimi auri libras, medietatem Lateranenſi palatio, medietatem autem parti noſtrum Apoſtolicum ſervanti decretum.

Datum Peruſiæ tertio Kal. Januarii per manus Petri clerici fungentis vice Petri S. R. E. ſubdiaconi, ac bibliothecarii an. ab Incarn. Domini 1068. Pontif. vero D. Alexandri II. anno 8. indict. 6.

11 LANFRANCUS memoratur in epiſtola Gregorii VII. pro abſolutione Rodulphi Epiſcopi Seneoſis, qui Henrico Regi excommunicato communicaverat (1) anno 1076 a Ab hoc Præſule Abbati S. Salvatoris de monte Amiato ſatis tranquilla res fuit, qui viſis juribus, quibus in montem Pinzutulum, aliaque loca ſuæ ditionis dictus Abbas gaudebat, conceſſit, donavit, ac dilargitus eſt omnes decimas anno 1094. ne vel ipſe in poſterum, neve ſui ſucceſſores in ſe trahere conarentur. Ejus rei monumentum, ex originali extractum, quod in archivio ejuſdem Abbatiæ aſſervatur, hic exſcribendum curavimus. XIV.

a Mel'o an. 1075.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti.
Anno ab incarnatione ejus milleſimo nonageſimo quarto menſe Aprilis Indict. ſecunda.

Conſtat me Lanfrancus venerab. Epiſcopus de Epiſcopatu Cluſine qualiter per hunc ſcriptum repromiſſionis, & refutationis, refuto, & obligo me Epiſcopo, & meos poſteros ſucceſſores Epiſcopos, hoc eſt integra decima de caſtello de monte Pinzutulo, & de curte, & de Camignana ante poſitum allodo de comite Eccleſiæ ſancti Salvatoris ſito monte Amiate, & ad Gerardum Abbatem, & ac ſuos poſteros ſucceſſores Abbates ſpondeo, & obligo me Epiſcopum, & meos poſteres ſucceſſores Epiſcopos, & ad eccleſiam S. Salvatoris, & ad Gherardum Abbatem, & ad ſuos poſteres ſucceſſores Abbates, ſi unquam in tempore . . a decima agere, aut cauſare, vel per placitum fatigare præſumpſerimus per quodvis ingenium, quod unquam homo ſu ſecogitare ut ſiamus nos compoſituri ad Eccleſiam S. Salvatoris, & ad Gherardum Abbatem, & ad ſuos poſteres ſucceſſores Abbates de bono aſſenſu libras ſexaginta, & poſt pœna ſoluta . . decima in veſtra prima poteſtate, quæ vero nunc ſcripta repromiſſionis, & refutationis Ildeprando notarius, & judex tradidi ſcribere rogavit.

Actum in Villa de Moſena feliciter.
Ego Lanfrancus, Dei gratia Epiſc. ſſ.
Ego Joannes archipresb. ſſ.
Signum manus Rolandi filii quondam Raynerii, & Guiſone filio Julita, & Bovino filio q. Rodulphi rogati ſunt teſtes.
Ego Ildeprandus notarius, & judex poſt tradita facta ſcripſi, & complevi.

Idem Epiſcopus Lanfranchus ann. 1098. menſe Junio confirmavit, conceſſitque Abbati Amiatino Gerardo portionem, ac decimam Eccleſiæ S. Mariæ de Richoburgo. Arbitror hunc illum eſſe Lanfranchum Cluſinum Epiſcopum, quem Urbevetana hiſtoria vult Bovaccianæ gentis fuiſſe alumnum, itemque Urbevetanum civem, floruiſſe anno 1136. Cæterum cum illius hiſtoriæ auctor paſſim videatur in-

(1) Lanfrancum reperimus Epiſcopum anno etiam 1072. in quadam ſententia, quam contra ipſum habuit Maurus Abbas S. Salvatoris montis Amiati.

invertere tempora, haud me illa inverſio movet, quominus cenſeam, hunc illum cum ſupramemorato eundem eſſe.

XV. 12 PETRUS ſubſcribit quoddam privilegium ab Honorio II. induitum Eccleſiæ Piſanæ 1126. Forte ille, qui interfuit conſecrationi Eccleſiæ S. Thomæ in Parione Romæ celebratæ ab Innocentio II. anno 1139. die 21. Decembris, adſtititque una cum Fulcherio Tyrenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, & Conrado Sabinenſi Epiſcopo, ut legitur in marmorea tabula ibidem ad parietes infixa. Quo etiam Præſule floruit Gratianus *a* Cluſinus Benedictini Ordinis monachus, qui ſcripſit decretum, ſive concordiam canonum. Opus valde laborioſum ſcripſit Bononiæ in monaſterio SS. Felicis, & Naboris anno 1172. vel ut alii volunt 1151. de quo Bononiæ in Eccleſia S. Petronii ſequentem vidimus memoriam.

a Hunc Gratianum Cluſinum Epiſcopum fuiſſe affirmat Recordati in hiſt. Monaſt. die 4.

Gratiani Cluſini Cæſarei, & Pontificii enucleatoris prope divini, qui monachus in martyrum Felicis, & Naboris æde abſolutiſſ. ibidem opus decretorum, anno gratiæ M. C. LI. compilavit monumentum, quod illic carie obſorduerat, hic magnificentius renovatum eſt. Joannes Franciſcus Aldrovandus Bononienſis J. V. Dictator ære publico inſtauravit anno ſalut. M. CCCC. LXXXXVIII. ibid. Junii Joanne Bentivolo II. PP. romp. publ. feliciter gubernante.

Nec omittam Eugenii III. documentum, quod in favorem cœnobii S. Benedicti de Saxo Laterone Cluſinæ diœceſis conceſſum fuit, cujus tenor ex originali Abbatiæ Amiatinæ eſt hujuſmodi.

EUGENIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Actoni Abbati monaſterii ſancti Benedicti de Saxo Laterone, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis.

Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Eccleſias ſancti Blaſii Bellicionis, ſancti Salvatoris Stratenſis, ſancti Leonardi, in qua eſt hoſpitale de trabe donori Eccleſiam ſancti Chriſtophori in Serraficca, Eccleſiam ſancti Salvatoris Schiſiæ. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, atque ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva diœceſanorum Epiſcoporum canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtram conceſſionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendare curaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſanctiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, per manum Rolandi presb. Card. & cancellarii, Idib. Junii Indict. 1. Incarn. Dominicæ anno 1153 Pontificatus vero D. Eugenii iij. Papæ anno nono.

Cœnobium hocce unitum poſtea fuit monaſterio

A S. Salvatoris montis Amiati, cujus reliquiæ hodie non extant. Saxum Lateranum oppidum eſt in monte ſitum in Senenſi territorio, quod nunc Latronis mons ab incolis vocitatur.

(„ MARTINUS *ſedit in hac Cathedra an.* XVI.
„ *1146. eruiturque ex Inſtrumento noſtri Xenodochii*
„ *n. 1360., quod ſequens eſt.*
„ *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis anno*
„ *Dominicæ Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti*
„ *1146. tertio nonas Maji, præſidente D. Eugenio*
„ *univerſali Papa tertio. Quoniam mei officii eſt cu-*
„ *ram gerere corporum, & animarum Gregis mihi*
„ *commiſſi. Ideo ego Martinus Dei gratia noſtra Clu-*
„ *ſina Eccleſia Epiſcopus cogitans de antiquo ſtatu*
„ *mei Epiſcopatus inter cætera deſtituta Monaſte-*
„ *rium S. Petri in Campo ad priſtinæ Religionis aug-*
„ *mentum reſtituere optimum fore credidi. Eapro-*
„ *pter frater Reverend. hoc ipſum Monaſterium cum*
„ *omnibus ſuis pertinentiis, quod mei Juris, & pro-*
„ *prietatis fuiſſe hactenus dignoſcimur, communica-*
B „ *to conſilio meorum fratrum Canonicorum, & offi-*
„ *cialium, & Domini Peponis ejuſdem Monaſterii*
„ *Abbatis, meorumque fratrum Monachorum Cleri-*
„ *corum, & Laicorum ad honorem Dei Omnipoten-*
„ *tis, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Beati*
„ *Petri Apoſtolorum Principis, & S. Benedicti, &*
„ *omnium Sanctorum dono tibi Domno Ruſtico Prio-*
„ *ri recipienti pro Te, ejuſque poſteris Prioribus He-*
„ *remi S. Benedicti de vivo ad Religionem ibidem re-*
„ *formandam. Inſuper trado, & concedo tibi ſupra-*
„ *nominatum Monaſterium S. Petri cum omnibus*
„ *ſuis rebus, mobilibus, & immobilibus, ſeſeque*
„ *moventibus, & cum omnibus, quæ Divini, vel*
„ *humani Juris ſunt ad uſum, & proprietatem, &*
„ *ordinationem ſupradicti Monaſterii pertinentibus.*
„ *Quatenus habeatis tu, tuique Catholici Præceſſores*
„ *plenam, & omnimodam poteſtatem ordinandi tam*
„ *perſonas res cæteras in omnibus ſuis locis, ut corri-*
„ *genda corrigatis, & confirmanda confirmetis, &*
„ *ſubmovenda ſubmoveatis, ſub noſtra tamen ordi-*
C „ *natione, & poteſtate nomine, & honore Abbatis*
„ *ibidem conſervando. Addimus quoque, ut nullus*
„ *Prælatus alterius Eccleſiæ ſuper vos, vel veſtra oc-*
„ *caſione ibi aliquid ordinet, vel diſponat, aut ſuper-*
„ *eſſe præſumat. Hoc factum eſſe frater dilecte cogno-*
„ *ſcas, ſalvo honore, & Jure S. Cluſinæ Eccleſiæ, &*
„ *mei, meorumque ſucceſſorum Epiſcoporum. Præ-*
„ *terea promitto, & obligo me, meoſque poſt Deceſ-*
„ *ſores, quod nullo unquam tempore hanc donatio-*
„ *nem perpetualiter factam per quodvis ingenium*
„ *rumpere tentabimus, compoſituros tibi, tuiſque ſuc-*
„ *ceſſoribus decem libras auri, & ſoluta pœna hæc no-*
„ *ſtra donationis conſtitutio firma, & illibata per-*
„ *maneat. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſæculariſve*
„ *perſona hanc noſtræ conceſſionis paginam temerario*
„ *auſu infringere tentaverit ſecundo, tertiove commo-*
„ *nita uſque ad condignam ſatisfactionem vinculo a-*
„ *nathematis innodetur, & a Sacratiſſimo Corpore,*
„ *& ſanguine Domini Jeſu Chriſti Redemptoris no-*
„ *ſtri aliena fiat, & in die Judicii diſtrictæ ultioni*
D „ *ſubjaceat. Quicumque autem fideliter obſervaverit*
„ *ſit ei pax Domini Jeſu Chriſti, quatenus hic fru-*
„ *ctum bonæ actionis percipiat, & ad ſupremum Ju-*
„ *dicem præmia æternæ vitæ inveniant. Hoc actum*
„ *eſt in Clauſtro Sancti Secundiani Cluſinæ Epiſco-*
„ *patus.*
„ *Ego Rolandus Cluſinæ Eccleſiæ Archipresbyter*
„ *ſubſcripſi.*
„ *Ego S. Primicerius ſubſcripſi.*
„ *Ego Ruſtico Sacerdos, & Canonicus licet indignus*
„ *ſubſcripſi.*
„ *Ego Petrus Diaconus, & Canonicus ſubſcr.*
„ *Ego Martinus Cluſinæ Eccleſiæ Epiſcopus fieri juſ-*
„ *ſi, & ſubſcripſi.*
„ *Ego Rolandus Cauſidicus rogatus interfui, & tali-*
„ *ter actando Scriptori nunciavi, & propria*
„ *manu ſubſcripſi.*
„ *Ego Joannes quondam Guidonis Cornacchia Nota-*
„ *rius ſupraſcripti privilegii authenticum cereo ſi-*

gil-

Digitized by Google

„ *gillo munitum boaa memoriæ Venerabilis Patris*
„ *Domini Martini S. Cluſinæ Eccleſiæ Epiſcopi*
„ *vidi, & legi, & nullo addito, vel diminuto,*
„ *quod ſupra legitur hic fideliter ſumpſi, & una cum*
„ *Guiduccino Ioannis, Orlandino de Piſana, Pal-*
„ *merio Ranuccii, Padrone Gualterotti & Dielu-*
„ *dio notariis Teſtibus, qui viderunt utrumque di-*
„ *ligenter abſcultavi, præſente Domino Pepone de*
„ *Melianda Iuris Civilis Profeſſore ad hac Teſti-*
„ *bus coram* Domino Gentile de S. Gemiaiano *Iu-*
„ *dice, & Aſſeſſore Communis Senarum, & in-*
„ *ſinuatione facta coram eo Senis coram dictis Te-*
„ *ſtibus in anno* Domini 1250. *Indictione ix. die 2.*
„ *nonas Februarii de mandato ejuſdem Aſſeſſoris*
„ *publicavi, & ſubſcripſi.*
„ Quæ donatio confirmatur Ruſtico a Pontifice
„ Eugenio III. eodem anno 1146.

XVII „ RAINERIUS *Martianum ſequitur, qui in libro,*
„ *qui dicitur vulgo delle Coppe, & aſſervatur in Ta-*
„ *bulario Urbis montis Politiani, & collectionem*
„ *continet Inſtrumentorum, quæ ad eumdem locum*
„ *ſpectant, reperitur anno* 1170. *& anno* 1176. Benev.)

XVIII 13 LEO Lateranenſi Concilio aſſedit ſub Alexandro III. anno 1179.

XIX. 14 THEOBALDUS vixit anno 1210. * Reperi Theobaldum vixiſſe temporibus Cœleſtini III. à quo ſubdatum Laterani anno 1191. Kal. Januarii pontif. 1. ſuæ Eccleſiæ privilegiorum ab Honorio II. Eugenio III. Anaſtaſio, & Hadriano IV. Romanis Pontificibus conceſſorum, confirmationem accepit, inter quæ hæc addidit, ut nullus Archiepiſcopus infra ſuam diœceſim, abſque ejus licentia, agere liceret aliquid, nec ordinare, nec conſecrare, nec chriſma conferre, nec publicam pœnitentiam dare: in eoque privilegio omnes parochias, cortes, & beneficia Cluſini Epiſcopatus recenſentur, quæ in perpetuum Cœleſtinus corroborat, & confirmat. Vixiſſe vero Theobaldum ad annum 1210. ſatis conſtat ex monumentis à me viſis, unde mihi videtur Gualfredus ille, quem proxime numeraveram, vel fictitius fuiſſe à Manente Urbis veteris hiſtoriæ ſcriptore adinventus, vel alio tempore floruiſſe: unde hoc loco, & à noſtra ſerie expungi viſus eſt, quouſque melior, ſecurave de eo inveniatur certiſſima mentio. („ *Interfuit an.* 1196. *teſtis*
„ *ſententiæ latæ pro Martino Maſſano Epiſcopo, ut*
„ *in Maſſanis.*)

* Ex App. tom. 3.

XX. („ GUALFREDUS 1210. *Teſtis fuit in Ab-*
„ *batia S. Salvatoris diplomatis Othonis IV. veluti*
„ *habemus ex Inſtrumento Xenodochii n.* 366. *ex quo*
„ *apparet revera inter Epiſcopos Cluſinos enumeran-*
„ *dum, ſed poſt Theobaldum.* Benevolentius.)

XXI. 15 HERMANNUS filius Symonis Theobaldo ſucceſſit, ejuſdemque mentio habetur anno 1215. in monumentis Amiatinis. In regeſt. Honorii III. anno 5. qui fuit 1210. vocatur electus.

XXII. 16 GUALFREDUS poſt Hermannum Cluſinam rexit Eccleſiam, ejuſdemque habetur memoria anno 1222. in Calepho Aſſumptæ, in Archivio Bichernæ Senenſis. Mortem obiit anno 1225., privilegiatus fuit ab Honorio III. Pontifice 1216. quo ipſo anno ad id muneris narratur fuiſſe electus.
(„ *Gualfredus adhuc vivebat an.* 1231. *Hoc enim*
„ *anno adfuit Inſtrumento, quo Abbatia S. Petri in*
„ *Campo ſe commendavit Senarum Communi, & in*
„ *hoc Inſtrumento, quod eſt in Xenodochio n.* 780. *le-*
„ *gitur.* Conſentientibus, & volentibus viris, ſci-
„ licet Domino Gualfredo Dei gratia Cluſino Epi-
„ ſcopo, Guidone Priore & Eremita Camaldulen-
„ ſis Eremi. *Benevolentius.*)

XXIII 17 PISANUS abeo Cluſinorum Pontifex electus eſt anno 1225. uſque ad annum 1237. Hujus item memoria extat in archivio Abbatiæ S. Salvatoris de monte Amiato, quæ anno 1229. amotis prius Nigris monachis ad ordinem Ciſtercienſem tranſiit, Gregorii IX. auctoritate; hujuſmodi diploma tale eſt.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Dilectis filiis Abbati, & conventui Ciſtercienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sæpe vinitor diligens vites degeneres, maxime quæ non ſolum terram inutiliter occupant, verum etiam pernicioſe luxuriant in perniciem palmitum electorum evellens non ſine labore radicitus loco illarum ſtudet vites uberes propagare, ut tota fiat vinea fertilis, ac jucunda. Quare nos licet inſufficientibus meritis inter operarios, vel verius ſuper operarios ſumus in vinea' Domini conſtituti hujuſmodi vinitoris imitabile ſequentes exemplum. Cum in monaſterio S. Salvatoris de monte Ammiato, quod aliquando tanquam electa vinea flores, & fructus produxerat honeſtatis, quædam radices peſtiferæ pullulaſſent, quibus quomodo in deterius proficerent, nullum potuit remedium adhiberi, dum monachi habitantes ibidem, immo tanquam ſcurræ vagantes regularis refuga diſciplinæ incorrigibili rebellione in exterminium monaſterii conſpirabant, eos inde tandem fecimus amovere. Ne igitur dictum monaſterium remaneat deſolatum, ſed potius tanquam hortus deliciarum Domini revireſcat ſibi Eccleſiis, caſtris, hominibus, poſſeſſionibus, libertatibus, juribus, & aliis bonis ſam tam ſpiritualibus, quam temporalibus integre reſervatis providimus ibi Ciſtercienſem ordinem propagandum, ut Abbas, & conventus ibidem ſicut Domino placuerit, ordinandi Ciſtercienſi monaſterio immediate filiali reverentia ſecundum ſtatuta ipſius ordinis ſint ſubjecti. Volentes igitur, quod a nobis deliberatione præhabita proviſionis robur obtineat perpetuæ firmitatis proviſionem prædictam inconcuſſa decernimus ſtabilitate vallare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ proviſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum 15. Kalend. Maii Pontif. noſtri anno 2.

Confirmationem autem annexionis hujus celeberrimæ Abbatiæ Ciſtercienſes Patres a Friderico Imperatore ejuſdem monaſterii patrono impetraverunt, ut epiſtola cum Imperatorio diplomate demonſtratur.

Inclyto, & triumphatori domino Federico, Dei gratia, Romanorum Imperatori, & ſemper Auguſto, Hieruſalem, & Siciliæ Regi.

Frater G. dictus Abbas Ciſtercienſis, & . . . de firmitate . . . de Pontiniaco . . . de Claravalle . . & de Monibundo dicti Abbates, ac conventus, Abbatum capituli generalis, cum omni humilitate, & reverentia ſalutem, & qui eſt ſalus omnium, & Salvator. Quia ingratitudinis vitium vitare volumus, & Imperiali munificentiæ, quæ quantum cum Deo poſſumus cupimus reſpondere in monaſterio ſancti Salvatoris de monte Ammiato, quorundam monachorum Nigrorum, nunc autem de novo mutatione dexteræ excelſi, ut credimus, & auctoritate domini Papæ, & dono veſtræ conceſſionis Imperialis ordini Ciſtercienſi in propriam Ciſtercii filiam incorporato, & pertinentiis ſuis, quas teneat, ab Imperio jura, & rationes veſtras, & Imperii omni tempore volumus penitus eſſe ſalva, & Abbati ejuſdem monaſterii, ac ſucceſſoribus concedimus, atque mandamus, quicumque pro tempore fuerint in monaſterio, ut vobis, & ſucceſſoribus veſtris Imperatoribus fidelitatem faciant, & . . . . . exhibeant, ſicut Abbates ipſius monaſterii facere conſueverunt: ſuppliciter autem rogamus, ut de cætero ipſum monaſterium, Abbatem, & fratres, & ea, quæ ad ipſum ſpectant, pro reverentia Dei, & ordinis habere dignetur Celſitudo veſtra ſub alis protectionis, & defenſionis Imperialis ita ſpecialiter commendata, quod Deus in retributione perpetua, & ordo noſter in devotis orationibus, & multimodis gratiarum actionibus vobis merito teneant.

Datum apud Ciſtercium tempore capituli generalis anno D. 1231.

Quæ litera erat munita quinque ſigillis cereis pendentibus.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

Fridericus Secundus, divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Hieruſalem, & Siciliæ Rex.

Si inter curas regiminis temporalis, cujus Monarchiam divina clementia miſerante tenemus, Eccleſiarum feſtibus conſulentes fidelium noſtrorum, quæ pro earum commoditatibus nobis porriguntur, ſupplicationes admittimus, & Regi Regum, de cujus manu quæcumque bona poſſidemus, recepimus, gratum ſervitium exhibemus, & ſupplicantium nobis obligamus arctius voluntates. Cum igitur Raynerius venerabilis Abbas ſancti Salvatoris de monte Amiato Ciſtercienſis ordinis, in noſtra propoſuerit præſentia conſtitutus, qualiter monaſterium dicti S. Salvatoris de monte Amiato, quod olim fuerat in ſpiritualibus floridum, & in temporalibus opulentum, per diſſolutam vitam monachorum Nigri ordinis exiſtentium in eodem ad tantam mutationem, & deformitatem deductum fuerit, ut nec divinis obſequiis, nec humanis jam eſſet utilitatibus opportunum, id nobis tanto ſe gravius obtulit, quanto monaſterium ipſum ſpeciali favore Divi Auguſti Imperatoris Henrici chariſſimi patris noſtri recolendæ memoriæ invenimus communitum, prout ſe tenore privilegii ſui nobis patuit manifeſte. Quare nobis dictus Abbas humiliter ſupplicavit, monaſterium ipſum transformandi in Ciſtercienſem ordinem eidem præberemus de innata clementia licentiam, & aſſenſum. Verum quia reverendus pater noſter D. Gregorius ſummus Pont. ad hoc ſuorum precibus, & monitis hoc induxit, nos preces, & monita ejuſdem ſummi Pontificis admittentes, & prædicti Abbatis ſupplicationibus benignius inclinati, de ſolita munificentia noſtra eidem Abbati conceſſimus nominatum monaſterium ſancti Salvatoris de monte Amiato cum omnibus bonis, & juribus ſuis in Ciſtercienſem ordinem transformare, ut locus, qui ſperabatur poſſe nullo modo reformari, ſub eodem ordine tanquam ſub bono, & utili cultore pullulet, & ex infimo provehatur in altum; recipientes nominatum Abbatem fidelem noſtrum, & præfatum monaſterium ſub ſpeciali protectione, & defenſione noſtra. Et omnia, quæ in privilegio patris noſtri, ac in privilegiis divorum Auguſtorum prædeceſſorum noſtrorum recolendæ memoriæ continentur, eidem Abbati, & monaſterio de benignitate ſolita confirmamus, ſalva fidelitate, & omni jure Imperii per prædeceſſores Abbates ipſius monaſterii nobis, & Imperio facere tenebantur, ac idem Abbas, & ſucceſſores ſui facere teneantur, & debent, non obſtantibus Ciſtercienſis ordinis inſtitutis, per quæ monachi profeſſionis ejuſdem ſe aſſerunt de iis, quæ tenentur non debere ſervitium exhibere. Statuimus inſuper, & Imperiali edicto firmiter præcipimus, quatenus nulla omnino perſona alta, vel humilis, ſecularis, vel eccleſiaſtica monaſterium ipſum, aut ejus Abbatem contra præſentem conceſſionem, & confirmationem noſtram moleſtare, vel perturbare præſumat. Quod qui auſu temerario præſumpſerit, in ultionem ſuæ præſumptionis, centum libras auri pari pro pœna componat, de quibus medietatem Cameræ noſtræ, & reliquam medietatem ſolvat ſæpedicto monaſterio, & Abbati. Hujus rei teſtes ſunt venerab. Archiepiſcopus Capuanus, & Epiſcopus Melphienſis familiares noſtri Frat. h. hoſpitalis S. Mariæ Theutonicorum Magiſter, Riccardus Filangerius mareſcalchus, Riccardus Camerarius Cameræ noſtræ, & alii quamplures. Ad cujus rei memoriam præſens privilegium fieri, & ſigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communire.



Signum D. Frid. Dei clementia, in victiſſ. Imp. ſem per Auguſti, Hieruſalem, & Siciliæ Regis.

Acta ſunt hæc apud Melphiam anno Dominicæ Incarnationis 1237. menſe Maji nonæ indictionis, imperante domino noſtro Friderico Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem, & Siciliæ Rege Imperii ejus xviii. regni Hieruſalem 6. regni vero Siciliæ xxxiv. feliciter. Amen.

Datum anno, menſe, & indictione præſcriptis.

Anno vero 1237. Piſanus cum Manfredo Amiatino Abbate ſe compoſuit, ſiquidem rationum ſuarum ſuper Eccleſias Arcidoſſi, Montiſpizzutuii, Montiſque Nigri arbitros honorarios conſtituit Maphæum S. Floræ plebanum, Rolandumque Arcidoſſi capellanum, ejuſque conditum inſtrumentum eſt, eodem anno 1237. Indictione decima, Idib. Februarii in oppido Radicoſani apud xenodochium Abbatiæ S. Petri in campo Malburgo Maimibacci, aſſentientibus pro Cluſino clero Aringerio Archipresbytero Cluſino, pro monachis vero Amiatinis Angelo ejuſdem cœnobii monacho, tulitque contra Epiſcopum Abbas favorabilem ſententiam, ſpectare ſcilicet Eccleſias illas ad Abbatem pleno jure, ſicut in ejuſdem anni ſententia perſpici poteſt, quæ a compromiſſariis emanavit, aſſervaturque adhuc in archivio Abbatiæ S. Salvatoris de monte Amiato.

18 BENEDICTUS floruit anno 1240. ſucceſſitque Piſano. XXIV

19 FRIGERIUS a ſucceſſit Benedicto, qui ab Innocentio IV. anno 1248. 5. Idus Maji translatus eſt ad Peruſinam Eccleſiam, ut habetur in epiſtola 996. fol. 544. regeſto Vaticano Anno 5. XXV.

a De eo Oldoinus in Athen. Aug. Man. diſ.

20 PETRUS poſt Benedictum Cluſinum Pontificatum obtinuit anno 1255. Hic diuturniori lite Abbatem Amiatinum exercuit, cum arbitraretur dictum Abbatem violento jure in ſe traxiſſe juriſdictionem Eccleſiarum Radicoſani. Quamobrem Apoſtolicus idem ipſe commiſſarius longum ea de re condidit proceſſum, adhibuitque ingentem copiam teſtium, ex quorum confeſſione exprimeret verum. Cæterum cum retuliſſent illi a Theobaldo uſque ad Petrum plenum illud jus perduraſſe, Petrus Cluſinus deſtitit urgere litem, cauſaque cecidit. Ad quod ſi cautius, qui ſubſecuti ſunt, reſpexiſſent Amiatini Abbates, nunquam paſſi fuiſſent pro dimidio inter ipſos, Cluſinoſque Præſules, Eccleſias illas diſtrahi. Tametſi autem abre videatur futurum hic retuliſſe, Raynerium Amiatinum Abbatem medietatem caſtelli Radicoſani Eugenio III. Pontifici ſummo donaſſe, patiar tamen libenter hanc meam digreſſionem a lectoribus derideri, dummodo hinc advertant, cujus dignitatis, cujuſque potentiæ illa Abbatia fuerit, in qua exornanda, augendaque ſummi Pontifices, Reges, Imperatores olim viſi ſunt decertaſſe. Conventa autem inter Abbatem, Eugeniumque Pontificem ſequentia ſunt, quæ in ejuſdem monaſterii archivio extant. XXVI

In nomine Domini.

Anno Dominicæ Incarnationis 1153. anno nono D. Eugenii Papæ III Indictione 1. menſis Maji die XXIX

Ego quidem Raynerius licet indignus Abbas monaſterii B. Salvatoris de monte Amiato, aſſentientibus fratribus meis, & monachis ipſius monaſterii Stephano presbytero, & A. diacono, & R. & A. converſis, cæteriſque fratribus ipſius monaſterii conſentientibus etiam ſubſcriptis vaſſallis ipſius monaſterii, & teſtibus vocatis hac die propria, ſpontaneaque mea voluntate, in præſentia dominorum Epiſcoporum Conradi Sabinenſis, Imari Tuſculani, Ugonis Oſtienſis, & coram dominis presbyteris Cardinalibus Gregorii tituli ſancti Calliſti, Rolandi Cardinalis, & Cancellarii, & Ubaldi tituli ſanctæ Praxedis, Ariberti tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, & Julii tituli ſancti Marcelli, necnon etiam in præſentia dominorum diaconorum Cardinalium Odonis ſancti Georgii ad velum Aureum. Guidonis ſanctæ Mariæ in Porticu, Joannis ſanctorum Sergii, & Bacchi, Gerardi ſanctæ Mariæ in Via lata, & Bernardi ſanctorum Coſmæ, & Damiani, ac coram dominis judicibus, Gregorio Carano, R. primo defenſore, Philippo ſacellario, Mardone protoſcrivanio, Gregorio Corano. & Luitpran de Aquæ pendentis, in præſentia etiam advocatorum Jo-

annis

annis judicis, R Deſtrimarci, Benedicti de Leone, & Bartbolomæo, loco, & concedo vobis domino noſtro Eugenio a Deo decreto ſummo, & univerſali Pontifici, & in ſacratiſſima ſede beati Petri Apoſtoli Papæ Tertii, & per vos beato Petro Apoſtolorum Principi, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, omnibuſque veſtris Catholicis ſucceſſoribus in perpetuum, ideſt medietatem integram unius caſtri, quod vocatur Radicoſanum cum dimidia in integrum parte totius curtis, & cum tenimentis ſuis, & burgo de Calamala, & blandis, & placitis, & diſtrictu, & omni honore ipſius caſtri, omnia in integrum pro medietate vobis, veſtriſque ſucceſſoribus loco, & concedo, exceptis antiquis poſſeſſionibus, quæ etiam tempore condigno, & per ſpeciales, & proprios Chriſtianos miniſtros monaſterii tenebantur, & cuſtodiebantur ad uſum fructum ibidem ſervientium, & feudis, & libellariis, quo ſimiliter nomine tantum monaſterii detinebantur. Reſervato etiam monaſterii ſancti Salvatoris jure Eccleſiarum, quod in eis habet, in burgo quoque de Camala redditus panis, & vini, qui de agris, & vineis ſolvitur; poſſeſſiones etiam monaſterio noſtro integre reſervando. Omnes autem homines ipſius caſtri, vobis, veſtriſoue Catholicis ſucceſſoribus contra omnes homines fidelitatem jurabant, mihi quoque Abbati, meiſque Catholicis ſucceſſoribus fidelitatem faciant: Sic tamen, ut ſi quando ego, vel ſucceſſorum meorum quilibet præter tenorem hac charta comprehenſum, caſtrum ipſum vobis, veſtriſque ſucceſſoribus Catholicis, ſanctæve Romanæ Eccleſiæ auferre tentaverimus, vel caſtrum ipſum, vel quamlibet partem ejus, cuiquam in feudum, vel quolibet alio modo conceſſerimus, aut conceſſum ſervaverimus, & requiſiti intra tres menſes non emendaverimus, a fidelitate Abbatis ſint ſoluti, & caſtrum ipſum in jus beati Petri, & ſanctæ Romanæ E. devolvatur. Si vero dominus Papa, vel ſucceſſorum veſtrorũ quilibet, vel ſucceſſorum meorũ alicui, vel monaſterio ſolvere deſignatum cenſum ceſſaveritis, vel cuſtodes veſtri ejeceritis, & infra tempus ſubſcriptum non emendaveritis, tunc a fidelitate veſtra, veſtrorumque ſucceſſorum ſolvantur. Ad indicium autem, quod caſtrum ipſum monaſterii ſancti Salvatoris juris, & proprietatis ſemper exiſtat, ad veſtimenta monachorum vos, veſtrique ſucceſſores, mihi, meiſque ſucceſſoribus, & monachis, qui pro temporibus ſex marchas puri argenti annis ſingulis menſe Maii pro penſione perſolvatis. Hoc etiam duxi adnectendum, ut caſtrum ipſum per cuſtodes veſtros proprios, veſtrorumque ſucceſſorum aſſumptis ſecum cum duobus, vel tribus cuſtodiis meis, meorumque ſucceſſorum ſemper teneatur, per quos, & per alios homines ipſius caſtri, & a vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, ſicut quod juris beati Petri extitit, monaſterium ipſum cum bonis ſuis, & pravorum hominum incurſionibus defendatur, nec ab eiſdem fraudulenter malitioſe perturbetur, & ipſum caſtrum in alicujus alterius dominio, vel poteſtate, ſive cuſtodia nullo unquam in tempore transferatur, & omnes veſtri, vel veſtrorum ſucceſſorum, qui ibi pro tempore fuerint, quod mihi, & monaſterio in ipſo caſtro reſervatum eſt, mihi, meiſque ſucceſſoribus conſervare jurabunt. Si vero ſupradictus cenſus aliquo caſu per tres annos ſolutus non fuerit, & vos, ſive ſucceſſores veſtri ter requiſiti, & in quarto anno integrum perſolvi non feceritis, ſive etiam cuſtodes monaſterii ab hominibus veſtris de caſtro ejecti fuerint, & infra tres menſes poſtquam tertio requiſiti fueritis ſuper adjecto tempore aditum faciendum, & ad cuſtodiam monaſterii opportune revocandum, ſive utriuſque partis malitia ſufficienter reſtituta non fuerit, licet locationis chartula de cætero juribus careat, ſi quando & Romanus Pontifex qualibet ex cauſa caſtrum ipſum ad manus ſuas retinere voluerit, ipſi monachi abſque compenſarum recompenſatione reſtituatis, eo tamen tenore, ut quacumque idem Romanus Pontifex, qualibet cauſa, vel ſucceſſorum eius Catholicus quilibet ad ſuas manus caſtrum ipſum revocare voluerit, ſimili tenore; abſque contradictione, & impenſarum reſtitutione, quam ſcribendam rogavi Andream Scriniarium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe, & indictione ſupradicta prima.

Signum manus ſupradicti domini Eugenii ſummi, & univerſalis Pontificis, & in ſacratiſſima ſede beati Petri Apoſtoli Papæ Tertii conductoris huius propter reg.

Centius Fraiapanis egregius Romanorum Conſul.
Joannes Petri Leonis egregius Romanorum Conſul.
Oddo Fraiapanis ſereniſſimus Romanorum Conſul.
Gratianus filius Obicionis.
Petrus de Leone Romanorum Conſul.
Obicio Leonis Petri de Leone Romanorum Conſul.
Joannes Fraiapanis filius domini Cencii Romanorum Conſul,
Stephanus de Theobaldis.
Hyacinthus domini Papæ Dapifer.
Stephanus Infans filius Stephani de Theobaldo.
Oliverius Romani de Oliverio.
Vviſcardus de familia domini Papæ.
Joannes Rancione.
Berardus frater ejus.
Joannes de Bibiano.
Rogerius Guitto ſupracocus D. Papæ.
Petrus Riccius, Donellus Abbaiamonte Hoſtiarii.
Petrus Scarico.
Robertus Mareſcalcus Equorum Alborum.
Joannes de Ancilla Dei.
Litaldus cognatus eius.
Benedictus Leonis.
Petrus Buccabella.
Theodorus Gregorii de Caſello.
Et quamplures alii teſtes.

In manuſcripto codice pergameno ejuſdem Abbatiæ S. Salvatoris de hac re aliud, quod ſequitur, extat documentum.

In nomine Domini.

Anno Dominicæ incarnationis 1153. anno nono Pontificatus domini Eugenii Tertii Papæ, indict. 1. menſis Junii die 3.

Ego quidem D. Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, & in ſanctiſſima ſede beati Petri Apoſtoli Papa Tertius. In præſentia fratrum meorum Epiſcoporum Cancellarii, & Cardinalis, hac die propria, ſpontaneaque mea voluntate loco, & concedo tibi Vvicioni comiti de Montumano, tuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, ideſt quartam integram partem unius Roccæ, quæ dicitur Tranianum, cum integra quinta parte domorum, & caſalinorum, terrarum, ſementariarum, vinearum, ſilvarum, pratorum, padulium, & pantanorum, cum fontibus, rivis, aquis, aquarumque decurſibus, montibus, collibus, & plagis, & planitiis cum integra quinta parte omnium placitorum, & bandorum, & cum quinta parte totius honoris, & diſtricti, & cum omnibus ipſi caſtro generaliter, & integre pertinentibus poſitis in territorio Cluſino, ſicut inter ſuos concludis affines, juris beati Petri, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ad tenendum, utendum, fruendum, meliorandum, & ſicut dictum eſt, in perpetuum poſſidendum. Qualiter beati Petri, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ competit per donationem a te mihi, meiſque ſucceſſoribus factam, ita tibi, tuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum loco, & concedo, & omni anno, menſe Majo perſolvatis pro penſione nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, & ſacro Lateranenſi palatio, dimidium Marabetini, & ſi acciderit, quod per tres annos nobis, noſtriſve ſucceſſoribus dictam penſionem non perſolveritis, & in quarto anno requiſitus duplum nobis, & noſtro ſacro palatio conſertur. Ego itaque una cum meis ſucceſſoribus defendere promittimus tuis, tuiſque hæredibus, ac ſucceſſoribus contra omnes homines, ſi opus, & neceſſe fuerit. Si qua vero pars contra fidem hujus locationis venire attentaverit, & cuncta, quæ dicta ſunt, quodlibet modo non obſervaverit, vel ſi tu conductor, aut tui hæredes, aut ſucceſſores nobis, & ſacro noſtro palatio, quæ dicta ſunt non perſolveritis, & obſervaveritis, tunc dicta pars infidelis parti fidem ſervanti pro pœna decem boni auri libras, & ſoluta pœna, hæc duæ locationis chartulæ uno tenore conſcriptæ per manum Andreæ ſcriniarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ menſe, & indictione ſupraſcripta prima, ſecundum eorum tenorem firma permaneant.

Signum † manus ſupraſcripti domini Eugenii ſummi, & univerſalis Pontificis, & in ſacratiſſima ſede beati Petri Apoſtoli Papæ Tertii, hujus chartulæ rogavi.

Centius Fraiapanis Romanorum Conſul.
Hyacinthus D. Papa Dapifer.
Petrus Urbis præfectus.
Maximus Guittanus.
Oddo Franconis.
Aſſaltus Conradi de Guito . . .

Gutvad de Radicoſani.
Salac ſilius ejus.
Mirus Maſſinelli.
Ardimanus Caſtellionis vallis de Ove,
Gerardus Vicecomes de Civitella.
Petrus de Aſeja.
Benedictus Zenonis.
Blaſius de Macello.
Orlandinus Bonetti.
Bevarſus de Caviano.
Coſſrvallus de Mejola.
Arnolſinus Caſtellionis vallis Vve.
Et ego Andreas Scriniarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ compievi, & abſolvi.

XX VII. 21 RAYNERIUS Epiſcopus Cluſinus vixit anno 1260. ejuſdemque memoria extat anno 1268. In archivio S.Salvatoris Amiatini. (,, *Eumdemque* ,, *pute, ac Ranuccium, qui die X. Decemb.* 1272. ,, *iam non vivebat, ut colligitur ex inſtrumento,* ,, *quod aſſervatur in Tabulario Sancti Auguſtini* ,, *n.* 86.)

XX VIII. 22 PETRUS Archipresbyter Cluſinus, a Gregorio X. ejuſdem Eccleſiæ ſublectus Epiſcopus eſt anno 1273. die 17. menſis Aprilis ex regeſto Apoſtolico. Hic cum proficiſceretur ad conſecrandas Eccleſias S.Barbaræ ex ordine D.Auguſtini, Plani Caitaniarii, ſanctæque Floræ, ab Amiatinis monachis humaniſſime exceptus eſt, haud tamen tanquam diœceſanus Epiſcopus; quæ res adeo trepida viſa eſt, ut factum deinde peculiari inſtrumento ſuſultum, mandarent memoriæ, ne inde Cluſini Præſules aliquid juris ſibi viderentur acquiſiviſſe in monachos. Sub X. Gregorio pro B. Epiſcopo Cardinali Prænestino ſpoliorum collector fuit. Ejus memoria extat uſque ad annum 1299. quo è vivis eximitur. Cæterum hunc Petrum ſingularis doctrinæ, prudentiæque fuiſſe oportet, ſi ulla fides adhibenda eſt literis, quas ad illum ſcripſit ſupramemoratus Card. Prænestinus.

Reperi autem quendam Tranſmundum Monaldeſcum Præſulem Cluſinorum fuiſſe an. 1292. ut in Urbevetana hiſtoria narrat Manentes, cujus rei fides apud illum eſto. Sicut etiam mihi ſuſpecta narratio eſt de quodam Thoma Mediceo, quem auctores illi, nulla ſubnixi ſanctiori fide, Cluſinorum Epiſcopum faciunt anno 1300. Siquidem in Cluſina ſede adhuc florebat Petrus anno 1295. cum ejuſdem anni die 23. menſis Octobris inauguraverit quendam Compagnum è Montichiellio, ut mihi videre contigit in archivo Bichernæ Senenſis, quem etiam vixiſſe reperio anno 1300 quamobrem inde mihi fit conjectura Tranſmundum Monaldeſcum, Thomamque Mediceum nunquam Cluſinam conſcendiſſe Cathedram, Petroque adminiſtrationem pertinuiſſe ab anno 1273. uſque ad annum 1299. quo defunctus eſt, ut habetur in regeſto Vaticano. Sequens Cluſinam Eccleſiam ſuſcepit regendam.

XXIX 23 Fr. MATTHÆUS, quem alii Marcum Mediceum Urbevetanum appellant, Ordinis Prædicatorum nobilis genere Epiſcopus Cluſinus ſublectus eſt anno Domini 1299. X. Kalendas Decembris conſecratur in Romana curia per Joannem Epiſcopum Cardinalem Tuſculanum. Immediate ſucceſſit Petro, ex regeſto Vaticano epiſtola 398. fol. 225. in quo ipſo anno in monumentis, ſcripturiſque Amiatinis ejuſdem mentio extat; deceſſitque anno 1313. Ex cujus exceſſu Cluſina ſedes vacua fuit uſque ad annum 1315. eidemque viduatæ Eccleſiæ vicariam operam præſtitit Angelus rector Eccleſiæ S. Fauſtæ, dum Senatus clericalis in partes diviſus fratrem Bonettum Priorem monaſterii S. Petri de Petrorio Ordinis Vallis umbroſæ Cluſinæ diœceſis, & Rimbaldum canonicum Cluſinum, qui fuit poſtea Epiſcopus Imolenſis, elegiſſet; ii tandem poſt diutinam altercationem ſponte electioni renunciarunt, ut legitur in regeſto Vaticano Joannis XXII.



XXX 24 Fr. MATTHÆUS Urſinus, Romanus, filius Fortebratii germani fratris Neapoleonis Cardinalis Urſini, e Franciſcanis alumno Epiſcopus Imolenſis, anno 1317. ſecundo Idus Januarii ad Cluſinum Epiſcopatum translatus eſt; vixitque uſque ad annum 1322. deceſſitque Romæ, exceptus ſepulchro apud S. Franciſcum ad ripam cum hoc epitaphio.

In nomine Domini amen.
Hic jacet Venerabilis Pater & Dominus Dominus fr. Mattheus Ord. minorum filius quondam domini Fortebrachia de Urſinis qui fuit Epiſcopus . . . Lenſis, poſtmodum ad Cluſinam Diœceſim eſt translatus, in Epiſcopatus miniſterio eſt defunctus. Obiit autem anno M. CCC. XXII die XV. menſis Junii, & XVI. tumulatus, cujus anima requieſcat in pace.

Defuncto Matthæo, Eccleſia Cluſina commendata eſt in ſpiritualibus, & temporalibus Leonardo Epiſcopo Catanienſi ad Apoſtolicum beneplacitum, ut ex regeſto Vaticano, 7. Id. Julii anno 6. Joannis XXII. Hanc Eccleſiam adminiſtravit ad annum uſque 1327.

XXXI 25 RAYNERIUS nobilis Politianus, Prior S. Petri de Petronio Cluſinæ diœceſis, Ordinis Vallis umbroſæ, ad Cluſinam ſedem pervenit an. 1327. VII. Kalendas Octobris. Vix hic Cluſinum Epiſcopatum adminiſtrare exorſus eſt, cum Monachis, Abbatique Amiatinis interturbatæ juriſdictionis gravem litem intentavit. Erat tunc Angelus loci Abbas, vir gnavus, & prudens, qui coram Philippo ejuſdem Epiſcopi vicario formato proceſſu, teſtibus quamplurimis, privilegiiſque firmato, evicit litem an. 1328. Ejus litis inſtrumentum in membrana exaratum in archivio ejuſdem Abbatiæ S. Salvatoris de monte Amiato aſſervatur. In aliam offendi ſententiam a Philippo Neapolitano compromiſſario in favorem eorundem monachorum contra Raynerium Epiſcopum latam 1330. die 21. menſis Januarii, appareteque hunc Raynerium vixiſſe uſque ad ann. 1343. ejuſdemque reperio ſucceſſorem in regeſto Vaticano Angelum. Quamobrem aliquot hiſtoricos Urbevetanos arbitror ſomniaſſe, cum ſcribunt quemdam Petrum Urbevetanum Cluſinam ſedem obtinuiſſe 1330. etenim tunc temporis Raynerius vivebat, qui poſtea 1342. clauſit diem poſtremam.

XX XII. 26 (1) ANGELUS Politianus, filius Guillelmi, ex Plebano S. Sylveſtri, poſtulatus a capitulo temporibus Benedicti XII. a Clemente VI. confirmatur, & ad hanc Eccleſiam evectus eſt 1343. 5. Nonas menſis Martii, ex regeſto Vaticano epiſtola 90. anno 1. Avenioni, liteque diuturniori Amiatinos monachos, Remigiumque ejuſdem loci Abbatem

(1) V. Clemens Nerii Cennini, Senenſis, Ordinis Servorum, poſt an. 1340. à Pontifice Avenionem vocatus, dum ibi Ordinis ſui Reformationi incumberet, Cluſinus Epiſcopus electus eſt, ut ex Bondelmontio affirmat Ugurgerius in Pompis Senen. p. 1. pag. 55. Breviſſimus tamen Pontifex fuit, ſiquidem paulo poſt deceſſerit, adeo ut mirum non ſit, ſi Ughellium latuerit. Quod ſi verum eſſet, oporteret Clementem ſucceſſiſſe Raynerio, & præceſſiſſe Angelum circa an. 1343. At Regeſta Vaticana id negant, cum Angelum Raynerio ſucceſſiſſe affirment.


batem exercuit ſuper Eccleſiam S. Mariæ Plani Caſtanearii anno 1344. deceſſit 1348. Arbitror in ſua patria fuiſſe tumulatum in Eccleſia, quæ hodie Cathedralis eſt. Ibi enim perſpicitur quoddam marmoreum ſepulchrum, cum effigie jacentis Epiſcopi, ſed ſine ulla inſcriptione.

XX XIII. * Ex App. tom. 7.

27 * FRANCISCUS de Aptis, nobilis Tudertinus, Andreæ filius, Inſignis ſacrorum Canonum doctor, Epiſcopus Corphienſis ad hanc Cluſinam Eccleſiam translatus anno 1348. 55. Kalend. Octnb. ex Reg. Vat. epiſt. 103. fol. 41. aono 7. Clementis VI. lib. 3. Hic ioter reliqua, quæ ſcripſit, dum Epiſcopus Clnſinus eſſet, unum fuit opuſculum de Quarta canonica, cujus meminit Abbas quæſt. 37. 1. lib. col. Apographum vidimus anno 1530. exſcriptum à Joaooe Philippo de Aptis, nt ipſemet fatetur in fine in hæc verba; *Explicit tractatus Quartarum compoſitus ab Epiſcopo Florentino filio Domini Andreæ de Aptis de Tuderto decretoram doctore olim Epiſcopo Cluſino Benedictus Dominus Amen. Et ego Jo. Philippus Aptus Tudertinus auctoris ex fratre abnepos, dum Fulginii Prætor, Judexque agerem, exemplavi 1530. menſ. Feb. laus Deo.* In principio ita ſcribitur. *Tractatus de Quarta Canonica D. Franciſci D. Andreæ de Aptis de Tuderto Epiſcopi Cluſini.* Quooiam, &c. In fioe tractatus bis verbis ſe profert auctnrem eſſe. *Ego Franciſcus Epiſcopus Cluſinus indignus* Decretorum *Doctor minimus præmiſſa omnia putans vera eſſe de Judicio ſcripſi, & ex decretorum ſcriptis collegi, ut curioſi, de quibus in principio dixi, aſſerentes me quartam indebitè petend. injuſte lacerent famam meam, quam ſi neglexerim crudelis eſſem; &c.* Septam omnion annis ſedit Franciſcus in hac Cluſioa Eccl. & ad Caſinenſem Epiſcnparum translatus eſt ab Innoceotio VI. die 15. Julii 1353. deindè exacto biennio ad Eccleſiam Florentinam traoſitum fecit an. 1355. ſucceſſitque Angelo Accajolo, qui relictam a Fraociſcn Caſinenſem ſedem accepit eodem die & anno. Vix annum compleverat in Florentino Epiſcopatu, cum ab eodem Innoceotio ob eximias ejus animi dotes, vocatus eſt ad purpuram ſub titulo S. Marci, & major Romanæ Eccleſiæ Pœnitentiarius creatus, anno 1356. menſe Decembris, vulgo Cardinalis Florentinus nuncupatur. Aveninni mortalitatem explevit an. 1361. ut ſupra retulimus in ſerie Florentinorum Præſulum.

XX XIV. a E nobili Familia de Luco, ut lo/atur Toppius in Bibl. Neapolit.

28 BLASIUS monachus a Ciſtercienſis, & Abbas Ss. Viti, & Salcii Theatinæ diœceſis, ejuſdem ordinis doctor ſacrarum ſcripturarum, ac legum, vir eloquens, ac ſapientiſſimus ad hanc ſedem aſcendit 1353. 2. Id. Auguſti ex regeſt. Vaticano epiſtnla 61. fol. 85. an. 1. Innocentii VI. Obiit an. 1357.




XX XV.

29 BLASIUS Geminellus(1) Epiſcopus Piſaorenſis Blaſio ſucceſſit, huc translatus anno 1357. XII. Kalend. Septembris, ut legitur in epiſtnla 58. fol. 44. regeſti Vaticani anno 5. Innocentii VI. lib. 3. Hnjus adhuc ad rempubiicam Senenſem epiſtola extat aono 1386. 24. Novembris, cujus ſigillum regula eſt per tranſverſum divideos ſcori campum.

XX XVI.

30 MATTHÆUS anno 1388. 3. Martii reperitur io libro obligat. Deceſſit anno 1393. ex libro proviſionum Prælatorum, ſub Bonifacio IX.



XXX VII.

31 ALDEBRANDUS Michelozzius nobilis Peruſinus, olim Aſſiſii Epiſcopus, ad haoc Eccleſiam translatus eſt 1393. tertio Nonas Septembris, quam ille Eccleſiam adminiſtravit uſque ad annum 1404. Deinceps iterum translatus eſt ad Peruſinum Epiſcopatum.

XX XVIII

32 ANTONIUS Abbas S. Petri Peroſiæ Ordinis S. Benedicti, è Cluſina ſede divinum jus dixit anoo 1404. IV. Kalendas Martii. Hunc Alexander V. an. 1410. tamquam fautorem Pontificis Gregorii XII. quem Piſaoum Concilium depoſuerat, deturbavit de ſede die 15. menſis Martii, in cujus locum ſubrogatus fuit fr. Elias Senenſis, ex ordine Minnrum. Qui ſive ex animi moderatione, ſive ob ſubſecutum Alexandri Pontificis fatum Cluſini Pontificatus poſſeſſionem non inlit. Reperio enim ad hunc eundem Epiſcopatum, qui ſequitur, poſt pancos dies fuiſſe aſſumptum. Cæterum ſupramemoratus Antonius poſtea aliquandiu vixit. Subſcribit ſub rit. Cluſini Epiſcopi an. 1415. 10. die menſis Octobris.



XXX IX. b De eo Jacobillus in Bibl. Umbriæ. Manuſ.

33 BLASIUS Hermanus b, Fulgioas, Cluſino Throno nobilitatus eſt anno 1410. die 28. menſis Aprilis; vir ſane egregia literatura præditus, libertatiſque Eccleſiaſticæ defenſor acerrimus. Extat apud me ejuſdem epiſtnla ad Senenſem rempublicam, qua in Cherubinum Armanium pro republica Senenſi Claniatum rectorem invehitur, qui dum ipſe io Concilio verſaretur, ſuæ diœceſis juriſdictiooem libaverat. Sedate ergo recuperato, quicquid amiſerat, ſingularis prudentiæ ſpecimen dedit. Litera ſigillo obſignata eſt, quod geminæ ſtellæ iuter regulam convnlutam in ſpicas exornant. Superſtes Blaſius fuit uſque ad annum 1418. diemque 16. menſis Novembris; ſubita apoplexia ſublatus e vivis eſt, dum reficiendus accumberet. Clerus conſterna-

(1) Blaſius non erat ex familia Geminellorum. Ipſe anno 1371. adfuit inſtrumento, in quo legitur: *præſentibus Reverendo in Chriſto Patre Domino Blaſio de ſancto Gemino Epiſcopo Cluſino.* Poſt Blaſium Cluſinam rexit Eccleſiam Clemens Centinnus juxta Patrem Bondelmontium in ſuis miſcellaneis ineditis rerum Senenſium. *Benevolentius.*

A natus, & mœrens, de ſui Epiſcupi ubitu populum Senenſem hac ſequenti literæ certiorem fecit.

Magnificis, & excelſis dominis, . dominis Prioribus, Gubernatoribus, & Capitanee populi civitatis Senarum, dominis, & patribus colendis.

Magnifici, & Excelſi domini, & Patres noſtri colendi, humili cum recommendatione. Quoniam filii fideles ſubditi, & ſervitores eorum anguſtias, cordiumque ſuorum tribulationes, & dolores patribus, & dominis ſuis proprio naturæ inſtinctu, perfectiſſimeque zelo intimare protinus teneatur, idcirco flentes, & noſtrorum cordium oculorum lacrymas comprimentes cogimur ad M.D.V. intimare caſum repentinæ mortis Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & domini noſtri domini Biaſii Epiſcopi Cluſini, qui tam feſtinanter poſt ſibi ſumptionem ob humorum catarroſorum ſuperabundantiam vita ſua diem clauſit extremum. Heu dolor! Heu cordi, proh dolor nobis inſurgit, qui tam venerabilem, tam virtuoſum, tam juſtum, tam doctum, & ſanctificum, tamque benignum, & gratioſum dominum, & patrem amiſimus. Ubinam poterimus lacrymas ex noſtris oculis, quas tenemur effundere? Hic etiam erat ille, qui hunc jam tanto tempore deſolatum Epiſcopatum, & exinanitum recuperabat, & augendo ad priſtinum dudum ſolitum ſtatum reducebat. Defecit at modo, & nobis . . . non modicum, infinitumque noſtrorum cordium deſolamen reliquit. Juxta canonicas ſanctiones nobis, & noſtro capitulo novi Epiſcopi Cluſini electio de jure ſpectat. Supplicamus itaque prælibatæ magnificæ, & excelſæ dominationi veſtræ, dignetur nobis, & noſtro capitulo auxilium, & favorem impendere, quo mediante valeamus jurium noſtrorum debitum, & dicti Epiſcopatus Cluſini augmentum obtinere, nos humiliter præfatæ M.D.V. recommendantes.

B *Datum Cluſii die 16. menſis Novembris 1418.*

C 

XL 34 **PETRUS** Paulus a, filius Franciſci Bettini * de Guinoſis, civis, ac canonicus Senenſis, Cluſinus Epiſcopus renunciatus eſt anno 1418. XIX. Kalend Januarii Martino V. ſedente. Hujus aliquot eruditas literas ad publicam rem Senenſem vidi, in quibus titulum Comitis Palatini ſacri Imperii ſibi uſurpat 1434. Deceſſit 1437. ſepultuſque eſt in Cathedrali. * Nepos fuit Lucæ Epiſcopi Senenſis.

a De eo Ugurgerius in Pompis Senen. t. 1. *Mandoſ.*
* Ex App. tom. 5.
* Ex App. tom. 5.

D 

XLI. 35 **ALEXIUS** b de Cæſaris, nobilis Senenſis, inſigni probitate, doctrinæque vir ſingularis ſub Eugenio IV. Cluſinus Epiſcopus renunciatus eſt 1437. quem idem Pontifex hoc ſubſequenti favorabili diplomate apud rempublicam Senenſem voluit commendatum.

b De hoc item Ugurgerius loco cit. *Mandoſ.*

EUGENIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis prioribus gubernatoribus, communi, & capitaneo populi civitatis Senarum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.


Cum nos ſuper Eccleſia Cluſina tunc Paſtoris regimine deſtituta de perſona dilecti filii Alexii electi Cluſini nobis, & fratribus noſtris ob ſuorum exigentiam meritorum per accepta de eorundem fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica duxerimus providendum præficiendo ipſum eidem Eccleſiæ in Epiſcopum, & paſtorem, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos eundem electum paterna benevolentia proſequentes, ac cupientes, quod dicta Eccleſia ſub ejus regimine auctore Domino felicia ſuſcipiat in ſpiritualibus, & temporalibus incrementa, nobilitates veſtras rogamus, & hortamur attente, quatenus eundem electum, ac Eccleſiam ſibi commiſſam prædictos benigni favoris auxilio proſequamini, ita quod ipſe veſtrarum nobilitatum fultus præſidio in commiſſo ſibi præfatæ Eccleſiæ regimine poſſit Deo propitio proſperari, ac vobis a Deo exinde perennis vitæ præmium, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Datum Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſ. ſeptimo XV. Kalen. Februarii Pontific. noſtri anno ſeptimo.

Ob ſingulares autem virtutes Alexius apud Pontifices, Eugenium, Nicolaum, Calliſtum III. Piumque II. maxime gratioſus fuit, hujus poſtremi referendarius Apoſtolicus, Vicecamerarius, Romæque Gubernator fuit. Concilio Florentino interfuit 1439 & anno 1452. Eccleſiam S. Franciſci de Obſervantia conſecravit extra Senas, ubi prope portam in marmorea tabula inſcriptio ſpectatur.

Anno Domini M. CCCC. LII. die XII. Septembris conſecrata fuit Eccleſia iſta ad honorem S. Bernardini Confeſſoris Bened. Platea iſta cum capella ubi fratrum corpora conduntur per Reverendiſſ. Patrem D. Alexium Epiſcopum Cluſinum cum licentia Reverendiſſ. Patris Diœceſani Epiſcop., ac de cætero eſſent ad ſepulturam defunctorum corpora deportata.

Cæterum 1460. ad Archiepiſcopatum Beneventanum translatus eſt. Diem poſtremum Senis obiit 1464. pridie Kalendas Auguſti; ſepultuſque eſt apud S. Franciſcum, ubi leniter aſſurgentis ſculpturæ pulcherrimum ſepulchrum perſpicitur, cum inſcriptione, quam in Archiepiſcopis Beneventanis a nobis relatam reperies. („ *Alexium reperimus* „ *Epiſcopum anno 1453. Ipſe ſuo in regimine variis* „ *difficultatibus laboravit. Eugenius Pontifex IV. ad* „ *Senenſes ſcripſit anno 1443. & jubet, ut pulſent* „ *Apollonium de Maſſainis, qui reverſus ex Concilio Baſileæ, appellari volebat Cluſinus Epiſcopus.* „ *Poſt Alexium vero a nonnullis ponitur Comes Severinus Abbas s. Galgani, qui diverſis legationibus* „ *Patriæ ſuæ ſervivit.* Benevolentius.)



XLII. 36 **JOANNES** Chinuginus c, nobilis Senenſis

c De hoc

ſis * filius Joannis Cecchi filii, & Catbarinæ de Rubeis, Alexio ſuffectus eſt 1460. Pio II. imperante, qui hoc ſavorabili ſequenti diplomate noviter electum populo Senenſi commendat.

* Ex [illegible]

PIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei.

Dilectis filiis prioribus, & gubernatoribus, ac capitaneo populi civitatis Senenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum nos hodie Eccleſia Cluſina tunc ex eo, quod nos venerabilem fratrem noſtrum Alexium tunc Epiſcopum Cluſinum, nunc in Archiepiſcopatum Beneventanum tunc vacantem auctoritate Apoſtolica duximus transferendum præficiendo ipſum dictæ Eccleſiæ Beneventanæ in Archiepiſcopum, & Paſtorem paſtoris regimine deſtituta de perſona dilecti filii Joannis Electi Cluſini nobis, & fratribus noſtris prædictis, ob veſtrorum exigentiam meritorum accepta de eorundem fratrum noſtrorum conſilio duxerimus dicta auctoritate providendum præficiendo ipſum eidem Eccleſiæ Cluſinæ in Epiſcopum, & paſtorem, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos eundem Joannem Electum paterna benevolentia proſequentes, ac cupientes, ut Eccleſia ipſa Cluſina ſub ejus felice regimine ſpiritualiter, & temporaliter augeatur, devotionem veſtram rogamus, & hortamur attente, quatenus eundem Joannem Electum, & commiſſam ſibi Eccleſiam prædictam habentes pro noſtra, & Apoſtolicæ ſedis reverentia propenſius commendatos in ampliandis, & conſervandis juribus ſuis, ſic eos veſtri favoris gratia proſequamini, quod per auxilium veſtræ gratiæ idem Joannes Electus in præfata Eccleſia ſibi commiſſo regimine utilius proſperari valeat, voſque etiam æternæ felicitatis gaudia conſequamini.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Domin. 1460. Pontific. noſtri anno 4.

Breviori autem mora Joannes Epiſcopus Cluſinam adminiſtravit Eccleſiam, ſiquidem illum Pius Pontifex, ut narrat in ſuis Commentariis, ad novam Pientiæ, Montiſque Alcini Cathedralem tranſtulit.



XLIII 37 Fr. GABRIEL Piccolomineus, Senenſis, ex Ordine Minorum, Pii II. affinis, ab eodem Epiſcopus Cluſinus ſublectus eſt an. 1461. Quo Præſule quidam Minorita fraterculus Vvintherius nomine, natione Germanus, pronubum Annulum Deiparæ Virginis, pia religione diu apud Cluſinos ſervatum, furto nefario ſuffuratus eſt an. 1473. Peruſiam detulit, donoque Peruſinis vel invitus dedit. Hiſtoriam recitat Joannes Baptiſta Laurus Peruſinus in ſuo pronubi Annuli commentario ex monumentis Peruſinæ Eccleſiæ.

Jam vero 1473. ſacrum, novum, & memorabilem, ac vel præcipue conſecrandum æternitatis memoriæ theſaurum Jacobus Epiſcopus recepit. Dico illum ſacri illius, intemeratique inter Deiparam, & B. Joſephum connubii arrham, atque ſponſorem Annulum, qui in civitatis hoc anno poteſtatem pervenit, Cluſio, cui ab antiquis temporibus erat peculiaris, ad eam tranſlatus. Caſu autem quodam id factum eſt, ſive furto potius Vvintherii cujuſdam Germani, ut ferunt, origine, ſed qui è D. Franciſci ſodalitio eſſet. Is ſiquidem ex ejuſdem, cujus profitebatur inſtitutum, D. Fran-

A *ciſci apud Cluſinos ſede, clam, ut inde in Germaniam ſuam aſportaret, ſublatam, cum id non poſſet, de- ... ctus Peruſiæ a familiari, cui rem aperuerat, & magiſtratibus indicatum, mutata tanquam veliſicatione, donum illis ipſis magiſtratibus obtulit. Qua de re, ut nullum publicæ ſignum eſt lætitiæ prætermiſſum, ita magna quoque civitati, & multa turba coacta, hinc ſacrilegii ream peragentibus Cluſinis, inde arma Senenſibus expedientibus, & rerum omnium vaſtitatem, ni redderetur Annulus, interminantibus. Sed interceſſit pro poteſtate Pontifex, & ad ſe Romam cauſſæ dictionem revocavit, ubi agitata utrimque, & momentis ſuis ultro citroque examinata cauſſa, cum, ut is conſtaret ſacrilegii omnis Peruſinos expertes ſecundum eos tandem, divinam, quod acciderat, interpretatus conſilium, ſententia data, pronunciavit. Ita in D. Laurentii baſilica, ſacello in id beato Joſepho conſtructo repoſitus, ſumma religione cum alias, tum in primis 3. non. Auguſti ingenti etiã remotiſſimorum populorum concurſu, ſpectandus proponitur. Eſt autẽ è gemma Onychina ſolida conſlatus, quam Amathyſtum alii vocant.*

B Porro annulum pretioſum quidam Raynerius Cluſinus gemmarius ann. 989. ab alio ejuſdem artis perito Romæ dono acceperat, qui Hieroſolymis gemmam detulerat, delatuſque in patriam in D. M . . . læ templo, quod paulo plus ducentis paſſibus ſecundum Clanim fluvium Cluſio diſtat, prius reconditus, eoque Fano poſtea mirum in modum ruinis labefactato, dirutis quoque Regularium Canonicorum ibi commorantium ædibus, magiſtratus, cujus & nutu oſtendebatur, Cluſium in D. Franciſci æde reponi juſſerat, quæ nimirum opportunitas fraterculo miniſtravit induſtriam ad nefarium furtum. Subſtractum furto Annulum, poſt ann. 989. quibus apud Cluſinos populos manſerat, Gabriel Epiſcopus modis omnibus vindicare conatus eſt. Sed in vanum tum ipſe, tum Cluſinus populus, Senarumque reſpublica laboraverunt apud Sixtum IV. Pontificem, qui divino inſtinctu abductus, pro Peruſino populo ſententiam tulit, ſicque honorificentio-

C rem ſedem in Hetruria ſacer ſibi Annulus delegit apud Peruſinos, ubi hactenus ſumma veneratione aſſervatur, coliturque, in cujus laudes præter cætera placuit hæc carmina exſcribere, quæ in ſuo Votivo Peregrino cecinit Joannes Gualterius Aretinus, olim Peruſinæ Eccleſiæ proepiſcopus, poſtea Burgi S. Sepulchri omni laude digniſſimus, eruditusque Antiſtes.

Tybridis Auguſtæ ad ripas ubi venimus, ades,
Neapoleæ, tuas prætoria tecta ſubimus:
In queis Gryphiadum populo me jura dediſſe,
Et memini, & memori æternum ſub corde tenebo.
Laurentii mox templa vocant, vocant Annulus almæ
Virginis, ariſoni radians a fronte ſacelli.
Salve Stella poli, Gemma inclyta, digna beatis
Hæſiſſe articulis MARIÆ: de noſtra nitorem
Gemma bibat de fonte tuo, mea gemma ſordet,
Saxea nobilior longe eſt tua. Sed mea Burgo
Lapſa ſepulchralis nunc eſt mihi credita, cum me
Cuſtodem ſacri Paulus dedit eſſe ſepulchri.
D *Finibus Aſſyriis venit tua, quã ſibi quondam*
Creditus eſt cuſtos Regum de ſtirpe Joſephus:
Et per vos genitas, ſacro tradenda ſepulchro
Victoria, ab ingenita laudandus origine Chriſtus.

De Annulorum uſu apud ſacros, profanoſque ſcriptores ſæpe reperitur mentio. Arrham, ſponſionemque annulo ſponſæ donato, antiquos celebraſſe ſcribit amicus noſter eruditus Joannes Baptiſta Caſalius Romanus patritius priſcarum rerum memorabilium diligens obſervator, in lib quem nuper edidit erudite de Profanis, & Sacris veteribus Ritibus c. 18. de Annulis. Symbola nominis Chriſti, & crucis ſignum ſolitum fuiſſe priſcis temporibus apponi in annulis ſponſalibus tradit Baronius ad an. 57. Cæterum Gabriel in Cluſino Epiſcopatu ſuperſtes fuit uſque ad annum 1483. Senis vita functus eſt, atque apud S. Franciſcum ſepultus ante majus altare, ubi hoc epitaphium legitur ingredientium pedibus ſemideletum.

D. O.

D. O. M.
FR. GABRIELI
PICCOLOMINEO
ANTISTITI CLV.
SI . . . HIE. PICCOL.
T. TES. GENTI.
IIV

(,, *Sub hoc accidit die 25. Maji 1474. inventio*
,, *Corporis S. Muſtiolæ. Hæc ſancta Reliquia ſumma*
,, *veneratione a Cluſinis Civibus ſervabatur. In libro Tabularii illius Civitatis legitur*. Corpus S.
,, Muſtiolæ ter in anno oſtendebatur publicè, videlicet die 25. menſis Maji ad memoriam ſuæ in-
,, ventionis, & in die Lunæ primæ poſt Pentecoſtem, & die tertia menſis Julii, & quod non li-
,, ceat eum oſtendere per aliquod aliud tempus ſine
,, licentia, deliberatione, & conſenſu Epiſcopi
,, Civitatis Cluſii, & Conſilii Generalis ſub pœna
,, centum Florenor. pro quolibet Contrafaciente, &
,, pro qualibet vice.
,, *Macchionus Cluſinus credit Eccleſiam S. Muſtiolæ fabricatam eſſe tempore Conſtantini Magni, ſed*
,, *paucos inveniet, qui ſuam ſequantur ſententiam; &*
,, *afferit inſcriptiones non parum diſcrepare ab illis,*
,, *quæ cernuntur in Ughello. In Epiſtola Theophili*
,, *Gallaccini, quam habet Ubertus Benevolentius di-*
,, *citur in Eccleſia S. Muſtiolæ eſſe aliquas Paganorum inſcriptiones, quæ ſecundum ipſum ſunt ſigna*
,, *antiquitatis; & etiam aſſerit columnas principales Eccleſiæ antiquas eſſe, & extractas fuiſſe ex plu-*
,, *bus ædificiis; veluti ſunt illæ Baſilicarum Romæ,*
,, *quæ ante erant in Porticis, in Templis, & in aliis*
,, *ædificiis, pleraque Columnæ majoris Eccleſiæ ſunt*
,, *ex lapidibus Orientalibus, ita etiam ſunt Columnæ*
,, *ſanctæ Muſtiolæ*. Benevolentius.)



XLIV 38 LAURENTIUS Mancinus *a* * filius Laurentii filii Nicolai, nobilis Senenſis, Cluſinum Epiſcopatum obtinuit 1483. die 22. menſis Octobris ex actis conſiſtor. * Fratrem habuit Laurentius B. Philippum de Mancinis, vulgo Pippo quadro vocatum.

a De eo Ughellius loc. cit. Mand.
* Ex Append. p.
* Ex Append. p.
* Ex Append. p.



XLV 39 ANTONIUS Epiſcopus Cluſinus ſub Alexandro VI. deceſſit 1497. (,, *Antonius hic Sergii de Corſignano, vel Corſignani nobilis viri fuit*
,, *filius, & frater Gioſantii, Simonis, & Silvii. Is*
,, *in Hetruria natus eſt: Sergius tamen ejus pater, di-*
,, *ctis filiis in Hetruria relictis, Silvio excepto, cum*
,, *hoc ad Marſos ſe tranſtulit an. 1463. cum Antonio*
,, *Piccolomineo, qui Celani Comitatum obtinuit in*
,, *Marſis, ut notat Cornel. Maraccius in compend.*
,, *hiſt. Picentin. c. 1. qua occaſione familia Corſignana*
,, *ad Marſos tranſlata eſt: ut innuit etiam Antonius Ricchus in libro* La Reggia de' Volſci p. 404.
,, *& obiter Creſcimbenius in hiſt. vulg. Poeſ. vol. 4. p.*
,, 194. *Corſignanæ vero familiæ ſtemma eſt, quod retulimus. Ex hac prænobili gente vivit hodie Cla-*
,, *ris. Abbas Petrus Antonius Corſignanus, Em. Card.*
,, *Fulvii Aſtalii Sabinen. Epiſcopi nobilis Aulicus,*
,, *& à ſtudiis, cujus præclaram eruditionem, patriarumque rerum peritiam teſtatur nonpridem in lucem*
,, *editum de Viris Illuſtribus Marſorum elaboratum*
,, *volumen.*)



40 SYNOLPHUS *b*, ex comitibus Caſtelli Lotharii, Prothonotarius Apoſtolicus, Cameræ Clericus, renunciatus eſt Epiſcopus Cluſinus 1497. die 8. menſis Martii, fuitque inauguratus die 4. menſis Julii ejuſdem anni a Bartholomæo Archiepiſcopo Cuſentino, Romæ fato functus eſt an. 1503. XLVI

b De hoc pariter Ughellius loc. cit. Mand.

41 BONIFACIUS *c* ex Comitibus Caſtelli Lotharii Synolphi nepos, patruo ſucceſſit an. 1503. die 8. menſis Februarii, fuitque Apoſtolicæ Cameræ Clericus ſub Julio II. Exceſſit Romæ vix ſui Epiſcopatus anno expleto, ſepultuſque eſt apud patruum. XLVII.

c De eo Ughellius citatus Mand.



42 NICOLAUS Bonsfides *d* Picenus, patritius Sanctojuſtanus, ex Prothonotario Apoſtolico, ac Romæ gubernatore, ad Cluſinum Epiſcopatum ſub Julio II aſſumptus eſt 1504. die 12. menſis Julii. In cujus commendationem idem Pontifex Pandulpho Petrucio per id tempus Senarum Domino, has ſequentes literas dedit. XLVIII.

d De hoc Baldaſſinus in Not. hiſt. Æſii pag. 9 p. 167. & Martorellus in hiſt. Auximana. p. 4 . . Mand.

Julius Papa II. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Nuper Eccleſia Cluſinæ per obitum bonæ memoriæ

Bo-

Bonifacii illius Epiſcopi apud ſedem Apoſtolicam defuncti paſtoris ſolatio deſtituta de perſona dilecti filii Nicolai Bonafide notarii noſtri, & almæ Urbis noſtræ gubernatoris de conſilio venerab. fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Apoſtolica auctoritate providimus, eumque illi præficimus in Epiſcopum, & paſtorem curam, regimenque illum plenaree ſibi committendo, prout in aliis noſtris deſuper editis literes plenius continetur. Cum autem deſideremus proviſionem hujuſmodi in perſonam nobis ob ſuas virtutes, & merita gratam, & acceptam factam, debitum, ac æquum eſt effectum ſortiri, devotionem tuam hortamur in Domino, & attentius requirimus, quatenus pro noſtra, & Apoſtolicæ ſedis reverentia, & juſtitia debito operam dare velis, ut procuratores ipſius Nicolai liberam, pacificam, & expeditam ipſius Eccleſiæ poſſeſſionem alias juxta literarum ſeriem, & tenorem aſſequi poſſint. Quod te pro tua in nos, & Apoſtolicam ſedem devotione, & obſervantia, noſtraque item in te paterna charitate facturum non dubitamus.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 7. *Julii* 1504. *Pontificatus noſtri anno* 1.

Fuit Nicolaus ingentis animi vir, ideoque variis, gravibuſque negociis Eccleſiaſticis adhibitus; Pontificiæ etenim ditionis multas civitates adminiſtravit, præcipue autem Bononiam, & eoquidem maxime tempore, cum Ludovicus Gallorum Rex Julio II. infenſus, reductis iterum Bentivolis, antiquis dominis civitatem illam novo ſibi fœdere copulavit. Nicolaus igitur Bononia a Gaſtone de Foiis capta in ſervitutem abductus eſt, tametſi paulo poſt dimiſſus, ut Guicciardinus narrat lib. 9. Poſt quam cladem diu ſuperſtitem illum fuiſſe conſtat. Præter Bononiam, Tyburem, Peruſiam, Flaminiam, Picenum ſemel, & Beneventum, Forolivium, Mutinam bis, & Romam ter ſumma cum laude rexit, tum & Eccleſiaſticum exercitum in hoſtes Eccleſiæ moderavit. De eo cecinit Franciſcus Pamphilus lib. 3. de laudibus Piceni.

Hinc Nicolaus erat Præſul, qui rexerat olim
Romanæ cunctos Eccleſiæ populos.


XLIX 43 (1) BARTHOLOMÆUS Ferratinus, Amerinus, („ *Epiſcopus nuper Soranus*) Clementis VI. Medicei Magiſter aulæ, Epiſcopus renunciatus eſt anno 1533 *a*. Neporem habuit Baldum Epiſcopum Amerinum, virum longe clariſſimum, de cujus familia conſule, quæ ſupra narravimus in Epiſcopis Amerinis. * Sequens Epitaphium ſpectatur in Eccleſia Cathedrali Ameriæ in Sacello S. Bartholomæi jurisſpatronatus familiæ Ferratinæ.

a Die 14. Januarii.

* Ex App. tom. 3.

D. O. M.

Bartholomæo Ferratino Vaticanæ Baſilicæ Canonico
ejus fabricæ Præfecto Cluſinorum Pontifici
Julii II. Pont. Max. ſacraris P. Cancellariæ Apoſtolicæ
Regenti Provinciæ Galliæ Ciſpadanæ
& Provinciæ Umbriæ Vicelegato beatiſ. Clementis VII.
domus Præpoſito.
ſanctiſſ. & ſapientiſſ. viro. Baldus Epiſcopus
Amerinus Simon Petrus fratres Ferratinorum
patruo benemerito PP.



L. 44 GREGORIUS Magalottus *b*, Romanus,

b De eo laudosius [illegible] Bibl.

Urbevetanus autem origine, a Clemente VII. maximo in pretio habitus eſt. Illum ſiquidem Lipareuſem primum creavit Epiſcopum, deinde anno 1534. die *c* 24. menſis Auguſti ad Eccleſiam Cluſinam tranſtulit. Sub eodem Gubernator Romam frænavit. Cæterum cum eſſet juſtitiæ tenax maniſeſtiſſimum capitis periculum adivit; etenim cum e Juliani Cæſarini Ducis aula quendam conjeciſſet in carcerem, Dux iræ impatiens in obvii caput evaginatum ferrum impegit, quod dextra manu exceptum, ad caput quidem non eſt deductum, manum tamen, quæ pro ſcuto fuerat, peremptorio ictu dejecit. Flaminiam deinde adminiſtravit ſub Paulo III. qua dignitate adeo perfecte perfunctus eſt, ut ejus memoria ad poſteros, ob conſtitutiones plurimas ab ipſo, Magalottas dictas, ſeſe propagarit. Contra receptores exulum, latronumque edicta tulit, ſceleratis hominibus, & graſſatoribus provinciam liberavit, Guelphorum, & Gibellinorum nefarium nomen ſuſtulit, extinxitque: præclare geſta ea provincia, legationem Bononienſem obivit, ac pro Auditore Sylveſtrum Aldobrandinum Clementis VIII. Pontificis parentem ſibi conjunxit. Literis, ſcientiaque legum, & politiore eruditione illuſtris extitit, tractatumque de ſalviſconductibus utiliſſimum ſcripſit, quem Benedictus Valenſis Tarviſinus Fiſci procurator Romæ Typis mandari juſſit. Singulari demum omnium bonorum mœrore, Bononiæ 6. Decembris anno 1537. è vivis eripitur, unde Romam relata deinde oſſa Maura ſoror monialis S. Cæciliæ, & Abbatiſſa, pulcherrimo conſtructo ſepulchro, in veteri ſacrario ejuſdem Eccleſiæ collocanda curavit, ubi gentilitia ſtemmata Magalottæ familiæ, quæ pilam per tres partes ligatum, inter quatuor ſidera cum hujuſmodi epitaphio cernuntur.

Rom. vol. 1 p. 18.


c Die 10. ex Actis nondum Liparen. conſecratæ.

Hac ſitus eſt urna Magalottus cerne viator
Quot modo mors Romæ, publica damna tulit.
Hoc vivo pietas vivebat, juſque, fideſque
Hæc tria nunc illo dona ſuperna vivent,
Hunc igitur ploret ſic patria Roma quotannis,
Ut ſuperum pietas, juſque, fideſque gemunt
M. D. XXXVIII.
Maura ejus germana,
hujuſque ædis Abbatiſſa,
poſt tumuli honores,
oſſa Bononia convehi,
atque hic pie locari
curavit.

45 VVIDO deinde Aſcanius Cardinalis Sfortia hanc Eccleſiam ſuſcepit regendam ſub Paulo III. ſummo Pontifice die XI. menſis Januarii anni 1538. illamque adminiſtravit uſque ad 7. menſis Aprilis, eoque munere deinde ſe exſolvit cum regreſſu. LI.

46 GREGORIUS *d* Andreaſſius Mantuanus Cluſinam Eccleſiam obtinuit anno 1538. die 20. menſis Martii, qui deinde translatus eſt ad Epiſcopatum Regii Lepidi anno 1544. die 7 *e*. menſis Aprilis. Ibi plura de eo. LII.

d Georgius, ex Actis. *e* 2. Apr.




47 BARTHOLOMÆUS Cardinalis Guidicionus LIII.

(1) In Seſſione X. Concilii Lateranenſis habita an. 1515. dicitur, quod R. P. D. Bartholomæus Epiſcopus Juſtinopolitanus dedit mandatum R. P. D. Bernardi Epiſcopi *Cluſinenſis*. Cave, ne ſicut Harduinus, qui in Indice inter Cluſinos hunc Bernardum enumerat, tibi quoque imponat Amanuenſis error. *Clugienſis* enim reponi debet pro *Cluſinenſis*: & ejus in 5. tomo inter Cluginos luculenter meminit Ughellus noſter.

a 14. Apr. ciunus Lucenſis hanc deinde Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam anno 1544. die 7 *a*. menſis Aprilis. Cæterum brevis adminiſtrator fuit, eo ſiquidem munere volens abivit 1545. cum ad Lucenſem Epiſcopatum tranſiſſet, de quo vide plura in Epiſcopis Lucenſibus.


LIV. 48 JOANNES Riccius Cardinalis Politianus, Archiepiſcopus Sypontinus, legatuſque ad Luſitaniæ Regem, ad Cluſinum Epiſcopatum translatus eſt anno 1545. die 20. menſis Februarii. Abſens fere ſemper huic Eccleſiæ jus dixit, donec a Julio III. inter purpuratos patres cooptatus, curam illam depoſuit, aſſumptuſque eſt ad Archiepiſcopatum Piſanum, de quo ſupra plura narravimus. Abeunti eo munere, Vvido Aſcanius Sfortia propter regreſſum, quem ſibi reſervaverat, adminiſtrator ſucceſſit anno 1554.

LV. 49 FILIUCCIUS de Filiucciis Senenſis Pontifex Cluſinorum fato functus eſt anno 1158. („ *Fuit* „ *hic Canonicus Senenſis*, *& intimus Cubicularius*, „ *& commenſalis Pauli III. à quo an.* 1541. *Plebaniam Volaterranam Caſtri novi accepit*; *factus deinde an.* 1555. *Cluſinus Epiſcopus die* 19. *Novemb. Vide Ugurgerium in Pompis Senen. vol.* 1.)



LVI. 50 SALVATOR Pacinius *b* è Colle Hetruriæ non ignobili oppido ſubletus eſt Epiſcopus anno 1538. die 20 *c*. menſis Octobris, eamque Eccleſiam adminiſtravit annos omnino 23. cum magna laude prudentiæ. Deceſſit anno 1581. ſub Pio IV. Æmiliæ provinciæ Vicelegatus fuit, ingentemque laudem tulit prudentiæ, conſiliique. Etenim cum monaſterii S. Salvatoris de monte Amiato, lites, juraque expiſcari voluiſſet, ut Epiſcopatus ſui juriſdictionem augeret, prævidiſſetque monachos illos Imperatorum, Regum, Pontificumque privilegiis, latiſque ſententiis omnia confirmata habere, litibus prudenter abſtinuit, coluitque illorum amicitiam, quam qui maxime, itaut cum diœceſim ſuam, mores correcturus, inviſeret, ab Amiatinis hoſpitio humaniſſime exceptus ſit, utpote qui profiteretur ſe merito cum illis concordiam velle ſervare, qui ab anteceſſoribus ſuis toties inteotatas lites æquo jure ſuccincti jugulaſſent.

b Laudatur à Tomaſo in hist. Saven. p. 88. Mand. *c* 21.



LVII. 51 Fr. MASSEUS Bardius *d*, nobilis Florentinus, ex Ordine Minorum de Obſervantia, ad

d De hoc ... [illegible]

Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1581 *e*. die 29. menſis Maji, vir ſingularis probitatis, qui ad multos annos Cluſinam Eccleſiam adminiſtravit. Sacræ turris faſtigium ædificavit, inque plura alia opera pia multos exantlavit labores; denique cum graviori ſenio urgeretur, Ludovicum Martellum, cum ſpe futuræ ſucceſſionis ſibi coadiutorem adſcivit, rediitque ad clauſtrum, ut poſtremam diem, quam ſibi propius ſentiebat adeſſe, meditaretur. Exceſſit igitur Florentiæ apud omnium ſanctorum cœnobium, ejuſdemque cadaver Cluſium ex teſtamento delatum, ſepultum eſt in Cathedrali. Cæterum in ſacra Turri, cujus culmen ipſe refecerat, hæc ipſiſſima verba leguntur.

Maſſeus Bardius Florentinus Epiſc. Claſii culmen hujus turris proprio ære conſtruxit anno Domini M. D. LXXXV.

Gamurrin. de famil. vol. 2. p. 160 de Mattheo verò p. 185 Mandoſ. *e* 1580 ex Actis.



LVIII 52 LUDOVICUS Martellius *f*, nobilis Florentinus, ex coadiutore Bardii ejus ſucceſſor effectus eſt 1585. die 14. menſis Januarii. Hic in ea adminiſtratione prudenter, pieque ſe geſſit; obiit 1602. Cluſiique ſepulturam accepit.

f De quo fuſè Salvinus in faſtis Conſul. Acad. Florent.



LIX. 53 FAUSTUS Matarius *g*, Senenſis Epiſcopus adlectus eſt anno 1602. die 22. menſis Aprilis. Hic cum facilitate morum polleret, quorundam factioſorum inſtinctu, reintegrare contra Amiatinos litium bellum aggreditur, quod cum armata propemodum manu vellet urgere, tanta populorum, qui Amiatino Abbati parebant, deriſione, ſibiliſque repulſus eſt, ut ex ea expeditione rediens inglorius, profiteretur manum dexteram amiſiſſe ſatius ſibi fuiſſe, quam ad aliorum votum, contra toties victores Amiatinos conatus illos adhibuiſſe. Deceſſit paulo poſt anno 1607. ſepultuſque eſt in Cathedrali. Vir ſane dignus, cujus comitas, atque affabilitas meliores conſtantioreſq; conſiliarios nanciſceretur.

g De hoc Vgurgerius in Pompis Senen. vol. 1. *Mand.*

LX 54 HORATIUS Spannochius *h*, nobilis Senenſis, filius Hieronymi, Blancæque Nicolucciæ, cum pro Magnis Hetruriæ Ducibus plurimis muneribus functus eſſet, hunc Epiſcopatum obtinuit an. 1607 *i*. die 2. menſis Januarii. Præfuit an. 13. Cluſiique fato functus eſt ann. 1620. tumulumque in Cathedrali accepit. In capitulo Fratrum Dominicano-

h De hoc item Vgurgerius loc. cit. *Mand.*

i 1609. 12. Jan. cum eſſet Abbas Com-

rum



mendat. Monaſ. Ss. Jacobi, & Philippi Senen. Ord. Valliſumb. ex Actis.

rum Senis, hujus Præſulis parentum ſepulchra, cum elegantibus elogiis conſtructa cernuntur: ei autem ſexto genito, hoc, quod ſubſequitur, erexerunt affines.

VI. G. Horatius I.C. diu docuit, reſpondit ingenioſa ubertate Florentia ſex vir juri dicundo Magnorum Eccleſia procerum in legationibus ad Venetos, Sarmatas, Hiſpanos, opera conſilio comes Guillelmi Bavaria Ducis a Conſiliis filiorumque ejus Sereniſſimorum juventuti præfectus Cluſii demum Epiſ. vigilantiſſ. ibidem obdormivit anno Salut. M. DC. XX. Non. Septembr. vixit anno LXXVII. dies III.



LXI. 55 **ALPHONSUS** Petruccius *a*, nobilis Senenſis, Abbas Commendatarius, Paulique V. ſummi Pontificis familiaris, ab eodem Pontifice ad hanc ſedem promotus eſt anno 1620. die 16. menſis Novembris. Vir commodiſſimis moribus fuit, qui avitam ejuſdem nobilitatem decerent. Deceſſit 1633. menſe Martio, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

a De hoc partier Vgurgerius loc. cit. *Mandoſ.*

LXII. 56 **JOANNES BAPTISTA** Piccolomineus Senenſis, Epiſcopus Salaminæ, ac Cardinalis Burgheſii in Sabinenſi Epiſcopatu Suffraganeus, ab Urbano VIII. ad hanc ſedem translatus eſt 1633. 20. Junii. Effœtæ ætatis deceſſit maxima cum opinione probitatis, ideoque ea diuturnitate vitæ digniſſimus 1637. menſe Julio, Seniſque ſepultus eſt, ubi deceſſerat.



LXIII 57 **HIPPOLYTUS** Campionius *b* nobilis Se-

b De hoc

A nenſis, monachus Olivetanus, ſuique ordinis Generalis, præcipuæ probitatis, ac ſapientiæ vir, cum in generalatus munere egregie ſe geſſiſſet, ad Cluſinum Epiſcopatum ſubvectus eſt anno 1637 XIV. Decembris. Vivit adhuc, longumque vivat ad illius Eccleſiæ, quam ſuſcepit regendam, munimen, ac decus. * Obiit Campionus die 27. Januarii 1647.

præfatus Vgurgerius. Mandoſ.

* Ex Append. tom. 3.

LXIV 58 **CAROLUS** de Vecchiis *c*, Patritius Senenſis, Referendarius Apoſtolicus, pro Romana ſede pluribus functus laudabiliter præfecturis, ad hanc Eccleſiam Cluſinam regendam evocatur ab Innocentio X. Papa anno 1648. die 2. Martii. Quam hactenus ſumma omnium conſenſione eximie regit, & fovet.

c Plura de eo Juſtinianus in Epiſt. par. 2. p. 174. & Vgurgerius cita tus. p. 196. *Mandoſ.*

LXV 59 * **ALEXANDER** Piccolomineus Senenſis per liberam dimiſſionem Caroli, electus eſt Epiſcopus Cluſinus die 19 *d*. Februarii 1657.

d Die 11. Martii. * Ex Append. tom. 3.

A D D I T I O.

(„ *Obiit in reſidentia circa menſem Julii an. 1663.*

LXVI „ **MARCUS** *Antonius Mareſcotti, Clericus*
B „ *nobilis Senenſis I. V. D. & Lector in Sapientiæ*
„ *Archigymnaſio, & in Urbe Advocatus, creatus*
„ *fuit Epiſcopus Cluſinus 11. Februarii 1664. e vivis*
„ *eripitur menſe Decembri 1681. De hoc optimo Præ-*
„ *ſule ità ſcripſit Cartharius in egregio Opere M S.*
„ *apud Cl. Proſperum Mandoſium & inſcripto Athe-*
„ *næum Romanum, nempè: Marcus Antonius Ma-*
„ *reſcottus Senenſis, Cæſare de Mareſcottis ex Do-*
„ *minis Montis Albani J U. D. & Livia de Caccia-*
„ *guerris Senenſi progenitus, die vigeſima nona Men-*
„ *ſis Aprilis magni Jubilæi anno 1625. luci Morta-*
„ *lium expoſitus, utroque ſanguine clarus, huma-*
„ *nioribus literis poſtquam incubuit, Philoſophiam,*
„ *tùm ſacram Theologiam addidicit. Quibus exple-*
„ *tis ſtudiis Juris prudentiæ totum ſe dedit. At Se-*
„ *nenſi cum Romano cælo immutato, in hoc litterato-*
„ *rum theatro egregium de ſe ſpecimen exhibuit, dum*
„ *vacante in publica Urbis Academia Inſtitutionum*
„ *Cathedra ex erudito certamine Menſe Januarii*
C „ *anno 1653. victor evaſit, Cathedramque aſſecutus*
„ *fuit. Ex Inſtitutionum interpretatione, an. 1656.*
„ *Cæſarei Juris enucleationem aggreſſus eſt. Vixit*
„ *otii hoſtis infenſiſſimus, moribus integer, memoria*
„ *tenax, eloquio facundus, ac in publicis, domeſticiſque*
„ *lectionibus aſſiduus, & conſtans. Typis evulgavit.*
„ *Compendium ex univerſa Philoſophia ſub auſpi-*
„ *ciis Innocentii X.*
Concluſiones è ſanctionibus Cæſareis, & Pontificiis
„ *publicæ Diſputationi exhibita ad Coſmum Medi-*
„ *ceum Magni Ducis Etruriæ unigenitum.*
„ *Exaraverat etiam volumen.*
„ *In quinque Libros Decretales expoſitionem tum*
„ *in Scholis, tum in foris maximè opportunam. Et*
„ *alia.*
„ *De Mareſcotta verò familia vetuſtate, nobili-*
„ *tate, ac præeminentiis, copioſe ex recentioribus*
„ *ſcripſit Ambroſius Landuccius Epiſcopus Porphy-*
„ *rienſis, in Vita B. Nicolai Mareſcotti.*

LXVII. „ **LUCIUS** *Burgheſius, nobilis Senenſis J. U. D.*
D „ *Cardinalis Caraccioli Archiepiſcopi Neapolit. cu-*
„ *biculi præfectus, hunc Epiſcopatum obtinuit die 25.*
„ *Maji 1682. Deceſſit menſe Julio an. 1705.*

LXVIII. „ **CAJETANUS** *Maria Bargagli, nobilis Se-*
„ *nenſis, Congregationis Olivetanæ Ord. S. Benedi-*
„ *cti presbiter annorum 36. promotus eſt ad Cluſinum*
„ *thronum die 22. Februarii 1706.)*

GROSSETANI EPISCOPI.



EX ruinis antiquæ civitatis Ruſſellæ, quæ in duodecim olim Hetruriæ civitatibus nobilis fuit, corrupto vocabulo ortum Groſſetum eſt, in ditione Senenſi ad lævam Umbronis fluminis, civitas Epiſcopalis, atque inexpugnabilis arx totius Hetruriæ. Veteris autem Ruſſellæ meminit Livius, Ptolomæus, Dionyſius, Plinius lib. 3. c. 3. quam cum domuiſſent Romani, coloniam fecerunt. Prope Groſſetum ex quadrato lapide adhuc veteris Ruſſellæ ſemidiruti muri cernuntur, cujus defoſſum ſolum ſæpius toreumata, ſignaque egerit, illius civitatis teſtantia antiquitatem. Titus Annius Viterbienſis de more in fictitio illo ſuo Itinerario, atque ex Catonianis fragmentis, dirutum prope Radicoſanum quoddam caſtellum, cum hac antiqua Ruſſella fœde confundit, quod tamen haud probatur cordatis. Priſci enim ſcriptores prope Umbronem collocatam volunt Ruſſellam, ut ipſæ ruinæ ejuſdem clariſſime docent. Diu Ruſſellæ dignitas viguit Epiſcopalis, quæ deinde in noviter ædificatum Groſſetum translata eſt, ita ut deinceps magis Groſſetani, quam Ruſſellani Epiſcopi appellarentur. Hæc civitas ad publicam rem Senenſem aliquando confugit, potentioriſque civitatis ultro jugum accepit ann. 1151. ſed cum deinde exortis ſimultatibus, Senenſium jugum tentaſſet excutere, in eorundem ſervitutis laqueos ſenſit ſe demum ſtrictius induiſſe, ut in Senenſi hiſtor. Thomaſius narrat lib. 4. Ejus civitatis Chriſtianitatis exordium haud ſatis conſtat, illud prævium fuiſſe antiquum, tunc ſcilicet, cum Romulus Hetruriæ Apoſtolus in ea provincia Evangelium diſſeminaret. Ab anno enim 498 legitur in conciliis Epiſcopos ibi jus divinum dixiſſe, & multo antea fortaſſis, niſi ejus Eccleſiæ monumenta invida vetuſtas voraſſet. Cæterum operæ pretium mihi viſum eſt, antequam Groſſetanorum Præſulum ſeriem expedio, Ruſſellenſes proferre, quibus in dignitatem Epiſcopalem Groſſetani ſucceſſere, olim ad multos annos Apoſtolicæ ſedi ſubjecti, donec illos Pius II. Metropolitanæ Senenſis ſuffraganeos declaravit.

A D D I T I O.

[,, *Civitas Groſſeti, ubi nunc ſedes Epiſcopalis*
,, *poſita eſt, olim Reipublicæ Senenſi, nunc vero Se-*
,, *reniſs. Magno Duci Etruriæ ſubjecta eſt, & Ar-*
,, *ce, ac mœnibus cum propugnaculis undique circumda-*
,, *ctis inſtructa tanquam Senenſis oræ maritimæ*
,, *munimentum a Præſidiariis militibus cuſtoditur.*
,, *Terra etiam, Caſtra, & Oppida, quæ Groſſeta-*
,, *na Diœceſis complectitur, utpote in ditione Senenſi*
,, *poſita, ejuſdem Ser. Magni Ducis imperio ſubja-*
,, *cent (quorum tamen aliqua a diverſis Baronibus*
,, *Feudi nomine, ac jure cum exercitio Juriſdictionis*
,, *poſſidentur) duobus tantum exceptis Scarlino, &*
,, *Burcano, quæ ad Principatum Plumbinenſem per-*
,, *tinent.*
,, *Eccleſia Cathedralis ſub titulo S. Laurentii mar-*
,, *tyris Groſſetanæ Civitatis Patroni (cujus etiam no-*
,, *mine Ruſſellis olim dicatam fuiſſe ferunt) erecta*
,, *eſt, ac etiam conſecrata, quantum conjicere li-*

A ,, *cet, ab Aſcanio Toramino, qui Eccleſiæ Groſſe-*
,, *tanæ præfuit ab anno 1637. Capitulum Eccleſiæ Ca-*
,, *thedralis ex tredecim Canonicis conſtat, quorum*
,, *octo una cum Præpoſito maſſam communem habent,*
,, *cujus redditus, & proventus per Canonicum Came-*
,, *rarium adminiſtrantur, & inter ipſos Canonicos,*
,, *& Præpoſitum diſtribuuntur. Præpoſitus vero ultra*
,, *hos redditus, quos percipit ex maſſa Capitulari,*
,, *propriam habet Præbendam, quam per ſe ipſum*
,, *adminiſtrat. Alii quatuor Canonicatus paucis ab*
,, *hinc annis erecti fuerunt, duo ſcilicet a bo. me. Cæ-*
,, *ſare Ugolini Epiſc. Groſſetano anno 1685. in execu-*
,, *tionem piæ voluntatis q. Franciſci Criſpi; & alii*
,, *duo a bo. me. Jacobo Falconetti Epiſc. Groſſetano*
,, *an. 1707. in adimplementum piæ diſpoſitionis q.*
,, *Antonii Paglialunga. Occurrente vacatione ali-*
,, *cujus Canonicatus, olim electio, & præſentatio ad*
,, *ipſoſmet Canonicos libere pertinebat, confirmatio*
,, *vero ad Epiſcopum ex Indulto Apoſtolico Innocen-*
,, *tii Papæ VIII., qui, ut Eccleſiæ Groſſetanæ cultũ re-*
B ,, *troactis temporibus valde imminutum reſtitueret,*
,, *octo Canonicos ſupernumerarios per Epiſcopum, &*
,, *Præpoſitum conjunctim prima vice eligendos conſti-*
,, *tuit, ac demum decrevit*, quod deinceps perpe-
,, tuò poſt iſtam primam vicem electio Canonico-
,, rum ad Capitulum, & electionis hujuſmodi con-
,, firmatio ad Epiſcopum Groſſetanum pro tempo-
,, re exiſtentem pertineat, *ut legitur in literis ejuſdem*
,, *Pont. expeditis Romæ apud ſanctum Petrum Anno*
,, *Incarnationis Dominicæ M. C C C C L X X X IV.*
,, *Non. Februarii Pontificatus vero primo. Hac ta-*
,, *men eligendi facultate Canonici hodie utuntur ſo-*
,, *lum cum vacatio contingit in menſibus Ordinarii,*
,, *nam in aliis locum ſibi vindicat regula 9. Cancella-*
,, *riæ Apoſtolicæ, & ad ſummum Pontificem colla-*
,, *tio ſpectat. At collatio Præpoſituræ, quæ prima eſt,*
,, *& unica dignitas Capitularis, quandocunque vaca-*
,, *verit, S. Sedi Apoſtolicæ ſemper reſervatur; imo*
,, *cum talis dignitas curam Animarum annexam ha-*
,, *beat, ex Decreto Ss. D. N. Clemen. XI. conferri*
C ,, *debet per concurſum ad inſtar Parochialium, prout*
,, *ſemel, & iterum obſervatum eſt. Gaudent Cano-*
,, *nici hujus Eccleſiæ privilegio deferendi Cappam*
,, *magnam ad inſtar Beneficiatorum S. Petri de Ur-*
,, *be, & Rocchettum cum manicis, & reſpective*
,, *Cottam ſupra Rocchettum juxta temporum diver-*
,, *ſitatem ex ſpeciali Indulto Ss. Domini N. Clem.*
,, *XI. prout ex Literis Romæ expeditis xii. Cal. A-*
,, *prilis Anno Incarnationis Dominicæ MDCCVIII*
,, *Nulla hactenus in Capitulo Groſſetano facta eſt*
,, *Præbendarum diſtinctio in Presbyterales, & Dia-*
,, *conales. Adeſt tamen Præbenda Pœnitentialis,*
,, *quæ a bo. me. Aſcanio Toramino Epiſcopo Groſ-*
,, *ſet per ſuppreſſionem Eccleſiæ Parochialis ſub tit.*
,, *S. Luciæ a S. Sede Apoſtolica approbatam, circa*
,, *annum 1642. inſtituta fuit. Præbenda vero Theo-*
,, *logalis a moderno Epiſcopo erecta eſt, & ipſius ere-*
,, *ctionis decretum promulgatum die 23. Decembris*
,, *an. 1712. Cum Præpoſito Capituli actualis cura*
,, *Animarum incumbat, ſacerdos ab eo eligi ſolet,*
D ,, *qui Parochi vices gerat, & communi vocabulo Ca-*
,, *pellanus vocatur. Alius ſacerdos, qui ſacriſta di-*
,, *citur, ſacrarii cuſtodiam, & curam gerit. Quin-*
,, *que, aut ſex Capellani ex eorum inſtitutione Divi-*
,, *nis Officiis una cum Canonicis in Choro perſolven-*
,, *dis intereſſe tenentur. Item ſacerdos, vel Cleri-*
,, *cus adeſſe ſolet, qui muſicum organum pulſet, &*
,, *Cantum Gregorianum Clericos doceat. Sex Cleri-*
,, *ci ejuſdem Eccleſiæ ſervitio addicti ſunt, qui ſacer-*
,, *dotibus rem Divinam facientibus inſerviant, & alia*
,, *præſtent, prout ipſorum officium exigit. Plures in*
,, *Eccleſia Cathedrali diverſorum Ss. Reliquiæ ſer-*
,, *vantur, inter quas præcipuum locum obtinent Cor-*
,, *pora Ss. Martyrum Hadriani, & Feliciani, quæ*
,, *non quidem integra, ſed minutim concisa in Altari*
,, *eiſdem Ss. Martyribus dicato cuſtodiuntur, eorum-*
,, *que anniverſaria tranſlationis ſolemnitas die 27.*
,, *Aprilis in eadem Eccleſia celebratur. Modernus*
,, *Epiſcopus ipſam Cathedralem ditavit reliquia S.*

„ Laurentii Martyris Patroni, ac Titularis, quam
„ obtinuit a Monialibus Capuccinis Civitatis Sena-
„ rum, quibus dono dedit particulam telæ imbutæ ſan-
„ guine ſancti Franciſci, cujus regulam ſervare profi-
„ tentur. Opera, ſeu Fabrica Eccleſiæ Cathedralis
„ congruis redditibus locupletata eſt, qui ab Officia-
„ libus Laicis adminiſtrantur, quibus curæ eſſe de-
„ bet, ut Fabrica ipſa ſarta tecta ſervetur, ut Eccle-
„ ſiæ inſervientibus Miniſtris debita ſtipendia ſol-
„ vantur, ut ipſum denique ſacrarium decora ſupelle-
„ ctili inſtruatur. Sane retroactis temporibus tum
„ ipſius Operæ ſumptibus, tum quia fidelium libera-
„ litate hoc templum ita exornatum eſt, ac pretioſa
„ ſupellectili ditatum, prout ejus decori, ac magni-
„ ficentiæ convenire videbatur.
„ De erectione ſeminarii Clericorum actum fuit tem-
„ pore Joannis Baptiſtæ Gori Eccleſiæ Graſſetanæ
„ Antiſtitis vigilantiſſimi, qui bona Conventus PP.
„ Carmelitarum propè Arcem Stratam ſuppreſſi vigo-
„ re Conſtitutionis Inſtaurandæ a ſan. me. Innocentio
B „ X. promulgatæ pro fundatione ſeminarii deſtinavit,
„ & ad illius inſtitutionem devenit; ſed quibuſdam
„ deinde ſubortis difficultatibus, res ad effectum per-
„ duci non potuit, quod anſam præbuit Carmelitis re-
„ currendi ad S. ſedem Apoſtolicam, ut Conventum,
„ ejuſque bona ſibi ipſis reſtituere dignaretur, quod
„ ipſo etiam Epiſcopo annuente facile obtinuerunt. An
„ vero exinde ab aliis Epiſcopis Graſſetanis de ere-
„ ctione ſeminarii actum fuerit hactenus incomper-
„ tum eſt, nempè uſque ad annum 1703., quo bo. me:
„ Jacobus Falconetti pari vigilantia, ac ſtudio ma-
„ num operi admovit, ac tandem perfecit. Quum
„ autem in Diœceſi Graſſetana pauca ſint Beneficia,
„ eaque ſatis exigua, ut aliqua pars redditum pro
„ conſervatione ſeminarii detrahi poſſit ad formam
„ Decretorum S. Concilii Tridentini, egit idem piiſ-
„ ſimus Præſul cum Ser. M. Duce Etruriæ, ut Opera
„ ipſa, ſeu Fabrica Eccleſiæ Cathedralis bis centum
„ aureos ſeminario Clericorum per ipſum erigendo
„ quotannis in poſterum ſuppeditaret, ac præterea Do-
C „ mos quaſdam pro uſu, & habitatione Alumnorum
„ concederet, ea conditione, ut duo Clerici a Com-
„ munitate Graſſetana eligendi in eodem ſeminario
„ gratis educarentur. Annuit Epiſcopi votis Ser.
„ Magni Ducis Clementia, & petitum ſubſidium ab
„ Opera prædicta ſubminiſtrari conſenſit ad quinquen-
„ nium, quo elapſo iterum confirmavit. Poſt alterum
„ quinquennium modernus Epiſcopus omnem adhibuit
„ diligentiam, ut Opera ſupradicta annuam largitio-
„ nem bis centum aureorum pro conſervatione ſemina-
„ rii continuaret, ſed irrito ſucceſſu. Perſuaſum eſt
„ enim Ser. Magno Duci magis expedire, ſi ſuppreſ-
„ ſo ſeminario, duo Clerici Civitatis, aut Diœceſis
„ Graſſetanæ in ſeminario Archiepiſcopali Senarum
„ ſupradictæ Operæ ſumptibus educarentur, in quo &
„ præſtantiſſimorum Magiſtrorum copia, & multorum
„ Diſcipulorum exemplo, & æmulatione tam in hu-
„ manioribus Literis, cum etiam in ſeverioribus di-
„ ſciplinis facilius proficere poſſent. Hinc ad nomi-
„ nationem, & præſentationem ipſius Epiſcopi duo
D „ Clerici ab eodem Ser. M. Duce electi fuerunt, al-
„ ter ſcilicet ex Civitate Graſſeti, alter ex Terra
„ Gaburrani, ut in dicto ſeminario Archiepiſcopali
„ collocarentur, ibique ad quinquennium, vel etiam,
„ ſi bene ſe geſſerint, ad ſeptennium, permanerent,
„ facta prius per eoſdem Clericos obligatione in ſtatu
„ Clericali perſeverandi, & peractis literarum ſtu-
„ diis ad eandem Diœceſim ad nutum Epiſcopi rede-
„ undi. Præter Eccleſiam Cathedralem erecta eſt
„ in Civitate alia Parochialis ſub titulo S. Michaelis
„ Archangeli, quæ modicam Civitatis partem com-
„ prehendit, & Arcem Civitati conjunctam, in qua
„ tamen Capellanus a Ser. M. Duce Etruriæ depu-
„ tatus, & ab Ordinario approbatus manere ſolet,
„ ut ſacramenta militibus in ea degentibus admini-
„ ſtret. Unicum eſt in Civitate Religioſorum cœno-
„ bium ſub regula Minorum Conventualium S. Fran-
„ ciſci. Huic proximum eſt monaſterium, quod an-
„ tiquitus ad moniales Ordinis S. Benedicti pertine-

A „ bat, ſed iis demum extinctis, Capitulo Eccleſiæ
„ Cathedralis unitum fuit authoritate ſummi Ponti-
„ ficis Xiſti IV., ut luculenter conſtat ex ejus Literis
„ Romæ expeditis Anno Incarnationis Dominicæ
„ 1479. VI. Non. Maji Pontificatus an. 8. At cum
„ Cives Graſſetani idem monaſterium ad uſum mu-
„ lierum reſervare cuperent, Capitulum piis illorum
„ votis obſecundare volens monaſterium una cum red-
„ ditibus ſibi unitis dimiſit, ita tamen ut præjudicium
„ Capitulo ex hac dimiſſione reſultans aliqua ratione
„ compenſaretur. Quam ob rem ſub die 22. Martii
„ An. 1496. ipſa Communitas Graſſeti inſtante Ja-
„ cobo Nicolai Eccleſiæ Cathedralis Præpoſito con-
„ ſtituit, ac decrevit, quod Opera ipſius Eccleſiæ,
„ & ejus Operarius teneatur de cætero, & in per-
„ petuum obligatus ſit dare, tradere, & menſura-
„ re quolibet anno dicto Capitulo Canonicorum
„ dictæ Eccleſiæ, & Canonicis prædictis in dicta
„ Eccleſia reſidentibus, & Officia Divina cele-
„ brantibus, ſeù celebraturis in numero ſaltem
B „ octo Canonicorum modia octo grani boni, &
„ nitidi de grano Terraticorum ipſius Operæ &c.
„ Prout legitur in Libro Reformationum Communita-
„ tis ſupradictæ fol. 12. An vero mulieres eo tempore
„ in monaſterium prædictum receptæ religioſum ali-
„ quod inſtitutum cum regulari obſervantia amplexæ
„ fuerint, incertum eſt. Hoc ſolum conſtat, poſt ali-
„ quod temporis ſpatium monaſterium ipſum ſub tertia
„ regula S. Franciſci a Leone X. confirmata inſtitu-
„ tum fuiſſe, & tandem perpetua Clauſura legibus
„ munitum anno 1629. Hanc regulam etiam hodier-
„ næ moniales profitentur, & quamvis anguſtæ ſint
„ monaſterii facultates, adhuc tamen vita communis
„ in eo ſervatur, & officia monialibus collata ipſius
„ monaſterii ſumptibus expediuntur. Eccleſia mo-
„ naſterio adhærens ſub titulo Annunciationis B. M.
„ V. & S. Claræ erecta eſt, & a bo: me: Cæſare Ugoli-
„ ni Epiſcopo Graſſetan. conſecrata Anno 1692. Tres
„ Laicorum ſodalitates in Civitate inſtitutæ ſunt, quo-
„ rum prima eſt ſub titulo S. Joannis Baptiſtæ, quam
C „ vulgo appellant della Miſericordia. Hæc oratorium
„ habet propè Eccleſiam Cathedralem, & Epiſcopio
„ contiguum. Confratres veſtibus, ſeu ſaccis nigris
„ utuntur, eorumque munus præcipuum eſt functioni-
„ bus Eccleſiæ Cathedralis, ubi opus fuerit, aſſiſtere,
„ & Ss. Viaticum cum ad infirmos defertur, aſſociare.
„ Altera ſodalitas eſt ſub titulo S. Petri Apoſtoli,
„ quam vulgo dicunt della Carità. Eccleſia, in qua
„ hæc ſodalitas inſtituta eſt, cæteris omnibus in Civi-
„ tate exiſtentibus antiquior cenſetur, & a moderno
„ Epiſcopo Bernardino Pecci conſecrata eſt, anno a
„ Nativitate Domini 1718. Aliud hæc ſodalitas ora-
„ torium habet ſub titulo Præſentationis B. M. V. una
„ cum Domo Hoſpitali pro Peregrinis. Utuntur con-
„ fratres veſtibus, ſeu ſaccis rubris, & ad eos per-
„ tinet, præter alia pietatis, & religionis officia, ex-
„ terorum defunctorum corpora ad ſepulturam effer-
„ re. Tertia demum ſodalitas eſt ſub titulo S. Gherar-
„ di, cujus oratorium intra clauſtra conventus S. Fran-
„ ciſci erectum eſt. Utuntur Confratres veſtibus, ſeu
D „ ſaccis coloris cinericii ad inſtar Fratrum minorum
„ Conventualium.
„ Aliud eſt in Civitate Oratorium ſub titulo S. Leo-
„ nardi, cujus ad Equitem Commendatarium reli-
„ gionis Hieroſolymitanæ cura pertinet. Denique duo
„ ſunt Oratoria ſub titulo S. Barbaræ, alterum intrà
„ ambitum Arcis, alterum in ſtatione excubiarum
„ juxta Portam Civitatis.
„ In eadem Civitate erectum eſt Noſocomium, cujus
„ regimen, & adminiſtratio pertinet ad rectorem
„ majoris xenodochii civitatis Senarum, quo vero
„ ad curam Animarum ſubjicitur Præpoſito Eccleſiæ
„ Cathedralis, ad quem uti Parochum ſpectat ſacra-
„ menta infirmis in eodem Noſocomio decumbentibus
„ miniſtrare, & Jura Parochialia ibidem exercere.
„ In ipſo valetudinario erectum eſt Altare ſub titulo
„ Annunciationis B. M. V. in quo Dominicis ſaltem,
„ & feſtis diebus ſanctum miſſæ ſacrificium celebrari
„ ſolet. Aliud minus Noſocomium pro mulieribus

,, *erectum fuit ex pia liberalitate q. Antonii Paglialunga, qui ſua voluntatis executores deſignavit Epiſcopum Craſſetanum, & Præpoſitum Capituli pro tempore exiſtentes.*

,, *Extra mœnia civitatis via, qua ad Caſtilionem Piſcariæ ducit, adeſt Eccleſia ſub tit. S. Joannis Baptiſtæ, cujus cura pertinet ad Equitem Commendatarium Ordinis militaris ſancti Stephani. Alia demum Eccleſia juxta Balneum Ruſſellarum tribus circiter milliariis diſtans a civitate Craſſeti in honorem S. Antonii Abbatis erecta fuit a bo. me. Joanne Baptiſta Gori Epiſcopo Craſſet., ut Coloni, & Paſtores aliique, qui memoratum Balneum circumſiſtunt, Eccleſiaſtico præcepto audiendi ſacrum in Dominicis, & Feſtis diebus commodius ſatisfacere poſſent.*

,, *Quoad numerum Animarum, civitas Craſſeti hoc tempore, computatis etiam militibus Præſidiariis, Animas recenſet* 1230.

,, *Hæc de civitate, aliqua nunc de Diœceſi ſubjicienda.*

,, *Diœceſis Craſſetana fines, a Septentrione Archiepiſcopatus Senarum, ab Auſtro litora maris Tyrrheni, ab Oriente Umbro fluvius Craſſeto nimium propinquus, qui a Suanenſi Diœceſi Croſſetanam dividit, ab Occidente Maſſenſis, ac Volaterrana Diœceſis. Sanè Eccleſia Maſſenſis, ſeu Maſſana Craſſetana vicinior eſt, ideoque illa vacante Literarum Apoſtolicarum executio Epiſcopo Craſſetano tanquam viciniori committi ſolet, & è converſo: Eadem porro Diœceſis in tres, ut ita dicam, regiones dividitur, quo Literæ Encyclicæ, & dicta ad Parochos commodius, ac celerius tranſmittantur. Qualibet autem regio infraſcriptas Terras, Caſtra, Oppida, & Vicos continet. Prima eſt Iſchia Umbronis, & continet Caſtrum Iſchiæ, Terram Batinani, Caſtrum Montis Urſarii, Terram Campaneatici, Caſtrum Saxi maritimi, villam collis Maſſaris, villam Vicarelli, Vicum Caſalis. Secunda eſt montis Piſcarii, & continet Terram montis Piſcarii, Caſtrum Sticciani, Terram Arcis ſtratæ, Oppidum Saxifortini, Terram Arcis Thederigorum, Oppidum Montis Maſſi, Caſtrum Tactorum, Terram Boccheggiani, Oppidum Tornellæ. Tertia eſt Caſtilionis Piſcariæ, & continet, Terram Caſtilionis, Vicum Tiruli, Terram Scarlini, Terram Gaburrani, Caſtrum Ravii, Terram Caldano, Caſtrum Columnæ, Oppidum Boreani, Oppidum Juncarici, Arcem Trappulæ. In his porro Parochiales Eccleſiæ triginta recenſentur, confraternitatum oratoria 25. Regularium conventus, quorum duo annexam habent Parochiam, octo, aliaque ſeu oratoria, ſeu Eccleſiæ n. 62. Tota diœceſis 6796. circiter alit mortales, minime tamen comprehenſis Regularibus, qui raro ſex in quolibet monaſterio computantur, certe nunquam hunc numerum excedunt.*

,, *Quoad cenſum verò Epiſcopalis menſæ ſpectat, plura ſunt bona, quæ poſſidet tam in Territorio Ruſſellarum, quàm Iſchiæ Umbronis, & alibi etiam extra Diœceſim, ex quibus ſufficientes redditus pro congrua Epiſcopi ſuſtentatione percipiuntur. Quantitas vero incerta eſt; nam aucto, vel diminuto frumenti pretio, in quo omnes ferè menſæ Epiſcopalis opes poſitæ ſunt, redditus ipſi vel augentur, vel minuuntur. Porro in prædictis Territoriis olim Præſules Craſſetani Juriſdictionem quoque temporalem exercebant, ac proinde Dominos Ruſſellarum, & Comites Iſchiæ ſe ipſos nuncupabant. Et quidem Ruſſellarum, & Iſchiæ oppida uſque de anno 1287 ab illius temporis Epiſcopo Craſſetano in Rempublicam Senenſem tranſlata, eique perpetuo ſubjecta fuiſſe authores ſunt Ughell. Ital. Sac. To. 3. & Thomaſius Hiſtor. Senen. lib. 7. Verum quod attinet ad Caſtrum Iſchiæ, alienationem illam longo poſt tempore nimirum anno 1441. opera, ac ſtudio Juliani Cardinalis Cæſarini Epiſcopi Craſſetani revocatam fuiſſe arbitramur. Id enim colligitur ex quibuſdam monumentis mſſ. in Archivio Epiſcopali exiſtentibus; & ex eo clarius probatur, quod poſtea Joannes de Agazzaria, & ipſe Epiſcopus Craſſetanus anno 1462. idem Caſtrum Iſchiæ Magn. Communi Senarum donavit, cujus donationis exemplar authenticum in charta pergamena adhuc ſervatur in Archivio Communitatis Craſſeti. Extat adhuc in eodem Caſtro Palatium ad uſum Epiſcoporum extructum, quod tamen hodie magna ex parte dirutum eſt. Quo vero ad Oppidum Ruſſellarum dubitari poſſe videtur, an donatio illa, de qua loquitur Thomaſius, & poſt illum Ughellus, effectum ſortita fuerit, vel etiam revocata, cum certum ſit Præſules Craſſetanos Juriſdictionem temporalem in Territorio Ruſſellarum exercuiſſe uſque ad annum 1626., quo ſolemnis Tranſactio inter Sereniſſimum Ferdinandum II. Magnum Ducem Etruriæ, & Hieronymum Tanuccium Epiſcopum Craſſetanum, accedente conſenſu, ac beneplacito ſum. Pontificis Urbani VIII. celebrata eſt, qua Juriſdictio in cauſis criminalibus in eundem Ser. Ferdinandum, ejuſque ſucceſſores pleno jure tranſlata fuit; Juriſdictionem autem in cauſis civilibus, & damnorum datorum, tam ad ipſum Ser. Ferdinandum, ejuſque ſucceſſores, quam ad prædictum Hieronymum Tanuccium, & alios deinde Eccleſiæ Craſſetanæ Præſules ſpectare, & pertinere, ita ut præventio locum habeat, declaratum fuit. E converſo idem Sereniſs. Princeps Epiſcopis Craſſetanis pro tempore exiſtentibus liberam facultatem conceſſit extrahendi quolibet anno centum modia frumenti abſque ulla ſolutione taxæ, vel gabellæ, ultra facultatem quam antea habebant pari modo extrahendi centum, & decem modia frumenti, ita ut quolibet anno biſcentum, & decem modia extrahere liceret. Hæc Tranſactio ab utraque parte etiam hodie inviolabiliter ſervatur. Præter Ruſſellas, & Iſchiam, etiam Scarlini Oppidum in ditione Plumbinenſi poſitum ad Eccleſiam Craſſetanam pro medietate pertinuiſſe exiſtimamus, tanquam ſibi relictum teſtamento Comitis Raineri quondam Guilitionis, qui illud a Marchioniſſa Mathilda ſibi venditum comparaverat. Vidimus in Archivo Epiſcopali exemplum Inſtrumenti anno 1108. celebrati inter Ildebrandum Epiſcopum Ruſſellanum, & Raineruim, Henricum, & Ducellinum, qui tanquam Executores piæ voluntatis præd. Com. Rainerii medietatem Caſtri Scarlini, cum omnibus medietati pertinentibus* Epiſcopatui S. Laurentii in loco, qui dicitur Roſelle *obtulerunt, donarunt, & tradiderunt. Nuſquam tamen legimus Epiſcopos Ruſſellanos, ſeu Craſſetanos medietatem Caſtri prædicti poſſediſſe, aut ibi Juriſdictionem temporalem exercuiſſe. Hoc tantum addimus Communitatem Scarlini viginti librarum monetæ Senenſis centum Epiſcopis Craſſetanis uſque in hanc diem quotannis perſolvere conſuevisſe vigore cujuſdam Inſtrumenti celebrati anno* 1122. *Poſtremo alia etiam Oppida, vel Caſtra Eccleſiæ Craſſetanæ olim ſubjecta fuiſſe ex diverſis monumentis colligimus, quorum tamen nullum hodie veſtigium ſupereſt, ut vix locus, in quo poſita fuerint, innoteſcat.*

,, *Eccleſia Craſſetana in Libris Cameræ Apoſtolicæ taxatur Flor* 1000. *Sed cum redditus menſæ Epiſcopalis poſtea decreverint, nec antiquæ taxæ reſpondeant, ſummorum Pontificum clementia ſolutionem annatæ, quæ in expeditione Bullarum ab Epiſcopis noviter electis fieri ſolet, moderari dignata eſt, ita ut nonnunquam medietatem, interdum etiam duas ex tribus partibus ipſius annatæ Epiſcopis remiſerunt. Hodie fructus cenſentur* 1700. *Scutorum circiter.)*

1 VITELLIANUS Epiſcopus Ruſſellenſis floruit anno 498 *a*.

2 BALBINUS *b* Epiſcopus Ruſſellenſis. Huic Magnus Gregorius ſcribens Populoniam Eccleſiam enixe commendat lib. 8. epiſtola 15. Erat enim per id tempus adeo deſolata, ut qui ibidem divinum cultum urgerent, ſacerdotibus deſtitueretur. Munus

I. *a* Melius 499. II. *b* Al. Baldonus.

ita-

itaque viſitatoris ei demandat, cum poteſtate inſtituendi ſacerdotem unum, duoſque diaconos. Cæterum Balbinus, qui etiam Baldinus apud pleroſque eſt, Romanæ ſynodo interſuit ejuſdem Gregorii Magni temporibus, Mauritiique Imperatoris.

III. 3 THEODORUS Epiſcopus Ruſſellanus, inter Concilii generalis patres annumeratus eſt ſub Martino I. Pontifice anno 660 *a*.

a 649.

IV. 4 VALERIANUS Epiſcopus Ruſſellanus, Concilio Romano VI. interfuit ann. 697. de quo Baronius ad annum 680.

V. 5 RUPERTUS *b* Epiſcopus Ruſſellenſis in Concilio Romano anno 826 *c*. ſub Eugenio II. ex Baronio.

b Al. Rampertus. *c* Seu Sig.

VI. („ OTHO *Roſſelanus Epiſcopus ſuffragium tulit contra Joannem Ravennatem Archiepiſcopum in Lateranen. Concilio à Nicolao I. habito an. 861. cujus acta quædam retulimus tom. 2. in Ravennatum Præſulum ſerie.*)

VII. („ RADALDUS *Roſilienſis Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Ravennati an. 967.*)

VIII. 6 RAYNERIUS adfuit ſynodo Romanæ ſub Benedicto Papa VIII. anno 1015. io eoque ſubſcripſit decreto pro cœnobio Fructuarienſi.

IX. 7 * CRESCENTIUS Epiſcopus Roſſellenſis an. 1036 *d*. Romæ adfuit Synodo ſub Benedicto IX. ut refert fragmentum ejuſdem relatum in Peruſiois.

* Ex App. tom. 3. *d* Seu 1037

X. 8 GERARDUS ejuſdem civitatis Epiſcopus, ſavorabilem quamdam bullam ſubſcribit a Nicolao II. Indultam eccleſiæ S. Andreæ de Muſciano anno 1059. eundemque ſubſcriptum reperio Romanæ ſynodo ſub eodem Nicolao II. Pontifice. („ *Anno vero 1050. ſubſcripſit inſtrumento, quo Capitulo Florentino confirmat Gerardus Epiſc. Florent. ejuſdem bona. Refertur documentum ab Ab. Caſotto in hiſt. S. Mariæ de Impruneta p. 47.*)

XI. 9 BODUS, ſive Dodus Epiſcopus Ruſſellanus anno 1068. teſtis in documento Beatricis comitiſſiæ, ad ſavorem Brancatardi Archidiaconi Lucenſis 8. Julii. Idem memoratur anno ſuperiori 1062. in alio monumento Lucenſi. Temporibus Greg VII. Populoniæ Eccl. gravem, diuturnamque intentavit litem 1073. inque decretalibus ejuſdem Pontificis ejuſdem Ruſſellanenſis Eccleſiæ habetur mentio, ſententiæque latæ contra Populonienſem. („ *Interfuit Concilio Beneventano ſub Udalrico, an. 1061. Gregorius VII. an. 1074. committit Beatrici, & Mathildæ ejus filiæ cauſam inter Dodonem Epiſcopum Roſſellanum, & Ugolinum Comitem. Vide Harduini Concil. Anno item. 1060. ſubſcripſit Dodo Bullæ Nicolai II pro Eccleſia Agerenſi. Bulla extat apud Marcam de Marca Hiſpan. p. 1147.*)

XII. 10 BAULPHUS, ſive Ranulphus Epiſcopus Ruſſellanus.

XIII. 11 GAULFRIDUS Epiſcopus S Laurentii Ruſſellenſis. Ita ejus memoria extat in quadam ſcriptura, inſtrumentoque, cui non ſubjicitur annus.

XIV. 12 ILDEPRANDUS Ruſſellanus Epiſcopus anno 1101. Abbatem Alborenſis monaſterii inveſtiſtit nonnullarum decimationum, ut habetur in codice manuſcripto Abbatiæ Florentinæ.

Scriptum conceſſionis, atque donationis qualiter Ildeprandus Ruſſellenſis Epiſcopus inveſtivit D. Dominicum Abbatem Alborenſem de omni decimatione, quæ exiorit de terra, quæ fuerit proprietas monaſterii S. Mariæ in monte Alborenſi poſiti, ſive de illa terra, quam in præſenti habet, ſive de ea, quam in futuro juſte potuerit habere in toto Ruſſellenſi Epiſcopatu, ut hæc proficiant ad ſubſidium fratrum in prædicto monaſterio Deo ſervientium, & pro prædicti Epiſcopi, & ſucceſſorum omnium ejus, Deum timentium: factum eſt hoc in præſentia domini Bernardi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Alberti Ruſſellenſis Præpoſiti, & Rayneri Vicedomini. Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MCI. 7. Idus Aprilis Indict. 9. Actum eſt in loco, quod vocatur Groſſetum in Eccleſia S. Mariæ Virginis die Dedicationis ejus tertio.

(„ Anno vero 1108. Rainerius q. Aſquini, Herrigus q. Brenci, & Durellinus q. Ugiſolfi executores piæ voluntatis q. Com. Rainerii donarunt Ildebrando, & ejus ſucceſſoribus mediatem Caſtelli, quod Scarlinum appellabatur, hoc confecto largitionis inſtrumento.

„ *In æterni noſtri Chriſti Jeſu anno Dominicæ Incarn. 1108. ſexto nonas Octobris, indictione 2. Manifeſti ſumus nos Ranerius quondam Aſquini, & Herrigus quondam Brenci, & Durellinus quondam Ugiſolfi omnes nos inſimul donamus, & offerimus, & tradimus, ac cedimus tibi omnipotenti Deo, & Epiſcopatui S. Laurentii ſuo loco, ubi dicitur Roſelle, & Canonicæ ejuſdem Epiſcopatus in loco Roſelle pro Dei amore & anima Raineri redemptione filii quondam Guilitionis, & ſuorum deceſſorum, Guillitionis, & Ugonis ejus Genitricis, & aliorum Patrum, noſtrorumque ſalute offerimus, & damus medietatem de Caſtello, quod dicitur Scarlino, & curtem ſuam, & omnia ſua pertinentia in ſupradicto Epiſcopatu cum omnibus medietate pertinentibus, cum montibus, & planis, & agreſtibus, & cultis, & ſilvis, & pratis, & paſcuis, & cum ſtagnis, & aquis, & aquarum decurſibus, & palude, & interpoſitum, & quicquid pertinens medietati prædicti Caſtelli dignoſcitur, & in ejus curte contineri videtur; ſic enim diſpoſuit, & per judicium firmavit præſcriptus Ranerius quondam Guillictionis Comitis in mortis ſuæ tempore, & nos cartulam offerſionis in prædicto Epiſcopatu S. Laurentii, & eidem Canonicæ, facere rogavit. Unde & Caſtellum ipſum cum curte, & cum omnibus pertinentiis ſuis nos in integrum ſecundum voluntatem ejus tibi Deo, Epiſcopatui S. Laurentii, & eidem Canonicæ, ubi D. Ildebrandus Epiſcopus præeſſe videtur, ibi per hanc largitionis paginam ad uſum, & commodum ibidem Deo militantium, ut amodum ſit in jure proprietario prædicti Epiſcopii, ac Canonicæ per judicati cartulam tradimus. Sicut vero prædicto D. noſtro Rainerio quondam Guilictionis per cartulam venditionis a Matilda Marchieniſſa ſcriptam ex manibus D. Petri Notarii Regis ex lege Saliga ſibi obvenit; ob quam noſtram oblationem ſi nos, vel noſtri Heredes diſrumpere, vel diminuere quæſierimus per aliquod ingenium, aut ſi Epiſcopum ipſius Epiſcopatus, vel Clericos ejuſdem Canonicæ, vel aliquem eorum conſortium aut congregationum exinde moleſtare tentaverimus aliquo modo, aut ſi apparuerit aliquid exinde factum noſtrum, quod contrarietatem inducat exinde in prædicto Epiſcopatu, ac Canonica, vel Paſtoribus, vel Clericis ibidem ſervientibus; vel ſi ea omnia, quæ ſupra donavimus, & in integrum ad partem prædicti Epiſcopatus non defenſaverimus &c. ſpondimus nos ſupradictus Rainerius quondam Aſquini, & Errigus quondam Brenci, & Durellinus quondam . . . . . . una cum noſtris heredibus componere ad partem ſupradicti Epiſcopatus, vel Canonicæ ea omnia, quæ ſupra donavimus ibi in duplum ſub quidem loco, in quo nunc eſt ſub æſtimatione, & tamen ſi nos exinde Authores nec defenſores quærere, nec dare volueritis, licentiam habeatis abſque noſtra Perſona ſi veſtra fuerit voluntas, exinde cauſam agendi, reſponſum reddendi, finem ponende, modis omnibus vobis defenſande eam cum cartula iſta, qualiter juxta legem melius potueritis; quia in tali ordine hanc cartulam Petrus D Regis Notarius ſcribere pro futuri temporis memoria rogavimus. Actum in loco ſupradicti ejuſdem Scarlini.*)

13. N. Roſtellanus Epiſcopus anno 1121. ad quem exhortatoriæ extant epiſtolæ ad ſavorem monaſterii Alborenſis, a citato codice Florentinæ Abbatiæ deſumptæ. XV.

CALLISTUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.

Fratri Roſſellano Epiſcopo ſalutem, & Apoſt benedict.

Miramur de te vehementer, quia cum adhuc novus in Epiſcopali adminiſtratione ſis. contra mandatum noſtrum facere tam cito quicquam præſumpſeris. Præcepimus ſi-

qui-

quidem tibi, ut cum filio noſtro domino Alborenſi Abbate pacem, atque concordiam faceres, & neque ipſum, neque Alborenſe monaſterium, quod beati Petri juris eſt, infeſtares. Et tu quidem pacem cum ipſo, & concordiam feciſti, ſed non multo poſt tempore, prout nobis relatum eſt, eidem monaſterio parochianorum tuorum ſepulturas, oblationes, & alia, quæ hactenus habuit, quiete interdixiſti, quæ profecto Epiſcopali prorſus non conveniunt honeſtati. Mandamus ergo fraternitati tuæ, atque præcipimus, & quæ prædicto monaſterio a te interdicta ſunt, publica ei annunciatione reſtituas, quemadmodum interdictum publice factum fuit. Et locum ipſum quietum, ac liberum manere permittas, cum illis omnibus, quæ ſuorum, & tuorum prædeceſſorum temporibus quiete cognoſcitur tenuiſſe. Si quid autem adverſus Abbatem, vel monaſterium te juſte habere confidis, ad noſtram præſentiam venias, & nos de loco ipſo, tanquam de noſtro juſtitiam tibi per Dei gratiam faciemus. Quod ſi noſtro mandato, quod abſit, obedire contempſeris, nos temeritatem tuam hactenus præſtante Domino corrigemus, quod facile tibi de cæterum videbitur ſedis Apoſtolicæ mandata contemnere.

Dat. Laterani 5 Kal Martii.

CALLISTUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Venerabili Roſſellano Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

In noſtra nobis præſentia promiſiſti, quod filio noſtro Alborenſi Abbati omnem indignationem dimitteres, & pacem ei ac bonam redderes voluntatem. Cæterum poſtquam diſceſſiſti a nobis, & ad propria reverſus es, injuriam ei, & monaſterio ejus cum noſtris etiam conviciis intuliſti, unde cavendum tibi eſt, ne illud ſuper te proverbium veniat, quod de non bono vino vulgariter dicitur: Priuſquam ingrediatur vas, marceſcit. Monemus itaque feritatem tuam, ut a prædicti Abbatis, & fratrum ejus inquietatione omnino deſiſtas, & clericos Eccleſiæ de monte Calvo ad Alborenſe monaſterium pertinentes, ab interdicto illo, quod in eos promiſiſti, prorſus abſolvas. Si quid autem adverſus Abbatem, vel monaſterium habes, nos ad quos ejuſdem loci proprietas pertinet, debitam inde juſtitiam congruo tempore faciemus. Quod ſi nos audire contempſeris, timendum tibi eſt ne dum Dei ſervos injuſte perſequeris, juſtam ſedis Apoſtolicæ indignationem ita perſentias, ut alii exemplo tuo talia de cætero facere non præſumant.

Datum Laterani 10. Kal. Maji.

XVI. 14 ROTLANDUS hic primus Epiſcopus eſt, qui Groſſetanus appelletur. Tamen an. 1133. in bulla Innocentii II. erectionis Archiepiſcopatus Januenſis, adhuc Roſellanus Epiſcopus ſe ſubſcripſit.

XVII 15 MARTINUS Epiſcopus Groſſetanus, floruit 1174. interfuitque Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. anno 1179.

XVIII 16 GUALFREDUS, cujus memoria extat in antiquo quodam inſtrumento Abbatiæ S. Laurentii de Ardinghesca ordinis S. Benedicti Groſſetanæ diœceſis anno 1187. Hoc tempore Abbatia hæc, monaſterio S. Mariæ Angelorum Senenſis Ordinis Canonicorum Regularium S. Salvatoris juncta eſt, ubi ejus monaſterii diplomata aſſervantur.

XIX. [„ HERMANUS *poſt Gualfredum ponendus* „ *eſt. In ſupradicto Metropolitana Eccleſia libello* „ *legitur*. Anno Domini 1216. Kalendas Februa„rii obiit Hermannus, qui fuit Senis Præpoſitus, „ & poſtea Groſſetanus Epiſcopus. *Beatvo*„*lentius*)

XX. 17 PEPUS, ſive Petrus, ordinis Ciſtercienſis monachus ex cœnobio S. Galgani aſſumptus, floruit anno 1220. ejuſdemque memoria habetur in Caleſo S. Galgani, qui in archivio Senenſi aſſervatur.

XXI. 18 ACTIUS electus anno 1239. de quo Gregorius IX. in epiſtola ad Piſanum Archiepiſcopum, ut ei munus conſecrationis impendat. Data Laterani 2. Kal. Maji ann. 13. epiſt. 25. fol. 6. reg. Vatic. uſque ad annum 1252. præfuit, ex eodem Caleſo.

XXII. 19 HUGO eidem præfuit Eccleſiæ anno 1262. („ *De hoc vide Ugurgerium in Pompis Senenſibus* „ *par. 1. pag. 206. quem de familia Ugurgeria* „ *dicit*. Mandoſ.)

XXIII 20 ACTIUS ejus nominis II. 1265. Obiit anno 1277. poſt cujus exceſſum Senatus clericalis Binduni de monte Orgiali, ejuſdem eccleſiæ Præpoſitum elegit. Ejus vero poſtulationem haud accepit Nicolaus III. ſed de plenitudine poteſtatis ſequentem evexit ad ſedem, ut habetur in regeſt. Vatic. epiſtola 45. folio 9. anno 1.

XXIV 21 Fr. BARTHOLOMÆUS Amerinus, ex Ordine Minorum, Epiſcopus renunciatus eſt 1278. 15. Kalendas Aprilis. Conſecratur in curia a ſummo Pontifice Nicolao III. a quo eodem anno mittitur Conſtantinopolim, una cum fratre Bartholomæo Syriæ miniſtro, Philippo Perufino, & Angelo Urbevetano lectoribus Ordinis Minorum ad unionem tractandam inter Græcam, Latinamque Eccleſiam. Roſſellæ, Iſchiæque ſuæ juriſdictionis oppida reipublicæ Senenſi perpetuo ſubmiſit anno 1287. de qua re Jugurtha Thomaſius lib. 7. Senenſis hiſtor. Ei ſcribit Martinus IV anno 1282. ut a Gualterio, & Oderico de Averſa, aliiſque regni Siciliæ exteris cautionem reciperet, ne quod in Eccleſiæ Romanæ præjudicium molirentur. Epiſtola habetur in regeſto Vaticano; Data 4 Nonas Junii anno 2. Hic in adminiſtrando Epiſcopatu vicaria opera uſus eſt fratris Jacobini converſi monaſterii S. Galgani Ordinis Ciſtercienſis an. 1285. anno vero 1288. reperi illum eundem aſſiſtentem fuiſſe Nicolai IV. ſummi Pontificis, ejuſdemque urbis Vicarius, ut in epiſt. 29. fol. 83. anno 1. habetur in regeſto Vaticano (1).

XXV. 22 OFFREDUCCIUS, ſive Affreduccius, Petri Pergroſſi Mediolanenſis presbyteri Cardinalis tituli S. Marci conſanguineus, eidem præfuit Eccleſiæ anno 1290. 3. Idus Martii, ex regeſto Vaticano, epiſt. 124. fol. 23. Deceſſit autem 1295.

XXVI 23 JOANNES *a* deinde, ex rectore eccleſiæ S. Nicolai de Caſtellione Peſcariæ, Groſſetanæ diœceſis, poſtulatus a capitulo, confirmatur a Bonifacio VIII. anno 1295. 4. Idus Octobris, ex regeſto Vaticano epiſtola 524. fol. 120. deceſſitque circa annum 1305.

a De hoc Ugurgerius in Pompis Senen. vol. 8. Mandoſ.

XXVII. 24 Fr. RESTAURUM *b*, ex Ordine Minorum, clericalis Senatus Groſſetanam evexit ad ſedem, cujus deinde electionem Clemens V. Pontifex ratam habuit 1306. XIV. Kalendas Maji. Hic Abbatem Chriſtophorum S. Laurentii de Ardinghesca excommunicationis cenſura exſolvit, qui Papæ decimas non diſſolverat, quarum Reſtaurus collector erat. Deceſſit autem anno 1328.

b De hoc, & de ſequenti Philippo idem Ugurgerius. Mandoſ.

(„ *Aliquas Conſtitutiones fecit, quales ſunt hæ, &* „ *reperiuntur in S. Auguſtini Tabulario n.* 1203.
„ *In Dei nomine amen. Infraſcripta ſunt Conſtitu*„*tiones, & ſtatuta facta, & facta in Generali Sy*„*nodo Cleri Groſſetani coadunati in civitate Groſſeti* „ *de mandato Venerabilis Patris, & Domini Domi*„*ni fratris Reſtani Divina miſeratione Groſſetani* „ *Epiſcopi in Palatio ipſius Domini Groſſetani Epiſ*„*copi ſub anno Domini a nativitate* 1320. *Indictione* „ *tertia die* 27. *&* 28. *Novembris, & ſcripta per me* „ *Vannenſ aium notarium de montefreſcali nunc no*„*tarium dicti Venerabilis Patris.*
„ *Venerabilis Pater, & Dominus Dominus frater* „ *Reſtaurus miſeratione Divina Groſſetanus Epiſco*„*pus pro bono, & evidenti utilitate Cleri Groſſetani* „ *præmiſſorum tenore committit Prioribus Cleri præ*„ *dicti*


(1) Groſſetanum Epiſcopum ſedis Apoſtolicæ Legatum abiiſſe in Angliam ſub Nicolao IV. habet Brovius ad an. 1291. ibique ſuperveniſſe una cum Joanne Beccano Arch. ep. Cantuarienſi, Concilio Londinenſi congregato contra Judæos, cujus decreto ex Anglia coacti ſunt exulare. Verum cum in eo Concilio, præſente Legato Apoſtolico Groſſetano Epiſcopo, nonnulla ſtatuta fuiſſent contra jura Eccleſiaſtica, quomodo & Eccleſiaſticis plurimum injurioſa pro arbitrio Regis Æduardi, à Legato fuere abrogata, & ipſe rex acriter reprehenſus. Verum hic Epiſcopus Groſſetanus à Brovio, ex quo ab Oldoino in vita Nicolai IV. & in Labbeana Concil. editione tom. XI. par. 1. vocatur Bernardus, forſan ex prima litera B appoſita ejuſdem actis, ſeu adnuncupationibus Bernardum alii, alii Bartholomæum interpretati ſunt.

,, dictis pro recolligendis collectis hinc retro impoſitis A
,, Clericis, & Eccleſiis, & ipſorum Rectoribus, &
,, Hoſpitalariis, & cujuſcunque Eccleſiaſticis perſo-
,, nis impoſitis, & non ſolutis totaliter vices ſuas, ut
,, per cenſuram Eccleſiaſticam eos Rectores, & Hoſ-
,, pitalarios, ſeu Eccleſiaſticas perſonas poſſint coge-
,, re ad ſolvendum, & hoc quouſque præfatam com-
,, miſſionem duxerit revocandam, excepto dumta-
,, xat, quod a privatione Beneficii procedere non poſ-
,, ſint.
,, In primis ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi Do-
,, minus Epiſcopus, vel aliquis Priorum, vel Came-
,, rarius Cleri Groſſetani terminum daret alicui de
,, ſolvendo quantitatem pecuniæ impoſitam eidem, te-
,, neatur de ſuo proprio illam quantitatem ſolvere, &
,, pagare, ſi terminum aliquem alicui prorogavit ul-
,, tra terminum in literis eis aſſignatum.
,, Statuimus, & ordinamus quod Dominus Epiſco-
,, pus Groſſetanus de conſenſu dicti Cleri una cum Ca-
,, pitulo Groſſetano omnes, & ſingulas Conſtitutiones
,, factas continentes ſententias excommunicationis, B
,, quas Dominus Epiſcopus prædictus reducere vellet
,, in pecunia numerata, poſſit, & valeat, non obſtan-
,, tibus Conſtitutionibus loquentibus in contrarium.
,, Item ſtatuimus, & ordinamus, quod Conſtitu-
,, tionem factam de illis, qui derobant teſtas Epiſco-
,, pi, & bona ipſorum valeat, teneat, & poſſit exe-
,, cutioni mandari, quemadmodum ſi facta eſſet in
,, præſenti Synodo.
,, Item ſtatuimus, & ordinamus, quod in qualibet
,, Synodo fienda eligantur duo Priores, & unum Ca-
,, merarium, & tres Conſiliarii.
,, Item ſtatuimus, & ordinamus, quod dicti Prio-
,, res pro evidenti utilitate dicti Cleri una cum Do-
,, mino Epiſcopo, & cum eorum conſilio poſſint, &
,, valeant ſub mutuo, vel alio titulo pecuniam acqui-
,, rere, & pro prædictis poſſint, & valeant bona om-
,, nia dicti Cleri obligare, & hypothecare, & dicta
,, obligatio valeat ac ſi fieret cum tota dicta Synodo.
,, Item ſtatuimus, & ordinamus, quod prædicti
,, Priores poſſint, & valeant una cum eorum conſilio C
,, & imponere datia, & collectas, quando neceſſe
,, fuerit pro neceſſitate, & evidenti utilitate dicti
,, Cleri cum conſenſu Domini Epiſcopi Groſſetani, &
,, dicta datia, & Collectas per eos impoſitas valeant,
,, & teneant, & debeant executioni mandari quem-
,, admodum impoſita eſſent in generali Synodo dicti
,, Cleri.
,, Item ſtatuimus, & præſenti lege ſancimus, quod ſi
,, Dominus Groſſetanus Epiſcopus condere vellet ali-
,, quam Conſtitutionem contra aliquem, ſive aliquos
,, laicos, ſive contra Commune, & Univerſitatem
,, Groſſetanæ Civitatis, & Diœceſis, quod dicti
,, Priores poſſint, & valeant conſentire, & dicta Con-
,, ſtitutio ſic facta valeat, & teneat, ac ſi condita
,, eſſet in generali Synodo dicti Cleri, & ſic poſſit
,, executioni mandari.
,, Item ſtatuimus, quod dicti Priores, Camerarius,
,, & Conſiliarii dicti Cleri in fine eorum officii te-
,, neantur eligere duos Priores, unum Camerarium,
,, & tres Conſiliarios, qui eamdem habeant poteſta- D
,, tem, & baliam, ut ſuperius dictum eſt.
,, Item ſtatuimus, & ordinamus, quod Priores ve-
,, teres, & Camerarius teneantur novis Prioribus,
,, & Camerario dicti Cleri, & præſente Domino E-
,, piſcopo, ſi intereſſe vellet, ſin autem ſuo Generali
,, Vicario, ſi etiam intereſſe vellet, reddere ratio-
,, nem de omnibus, & ſingulis per eos geſtis, & de
,, bonis rebus & factis dicti Cleri.
,, Item ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquis
,, Priorum prædictorum impeditus eſſet aliquo evi-
,, denti impedimento, propter quod non poſſet ad offi-
,, cium videlicet dicti Prioris intereſſe, quod alius
,, Prior una cum duobus Conſiliariis dicti Cleri poſſit,
,, & valeat officium dicti Prioratus exercere.
,, Item ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi dicti Prio-
,, res, Camerarius, & Conſiliario dicti Cleri culpa-
,, biles, vel negligentes fuerint in eorum officia exer-
,, cendo, quorum occaſione Clericatus prædictus in

A ,, aliquo læderetur, teneantur ipſum damnum ſuorum
,, propriis expenſis emendare dicto Clero, & dicti
,, Priores, Camerarius, & Conſiliarii poſſint con-
,, demnari de dicta negligentia, & culpa in pœna pe-
,, cuniaria a præfatis novis Prioribus inſtituti.
,, Item ſtatuimus, & ordinamus, quod Priores no-
,, vi una cum Camerario dicti Cleri teneantur vincu-
,, lo juramenti ſindicare veteres Priores, Camera-
,, rium dicti Cleri bene, & legaliter, & ſi eos inve-
,, nerint negligentes, ſeu culpabiles fuiſſe in eorum of-
,, ficio exercendo punire, & condemnare in illa quan-
,, titate pecuniæ, quam viſum fuerit eis, & eorum
,, Conſiliariis, & dicta condemnatio, & ſub pœna
,, in Capitulo ſuperius poſito reſervari debeat, & ex-
,, pendi pro utilitatibus, & neceſſitatibus dicti
,, Cleri.
,, Item ſtatuimus, & ordinamus, quod officium di-
,, ctorum Priorum, Camerarii, & Conſiliariorum
,, ſit, & eſſe debeat, & duret per annum, & non
,, ultra.
B ,, Item ſtatuimus, & ordinamus, quod dicti Prio-
,, res habeant de bonis dicti Cleri pro eorum Salario
,, dicti Prioratus ſolidos centum, videlicet pro quoli-
,, bet eorum ſolidos 50.
,, Item ſtatuimus, quod Camerarius, & Conſilia-
,, rii dicti Cleri habeant de bonis dicti Cleri pro eo-
,, rum ſalario ſolidos quinquaginta, videlicet pro quo-
,, libet eorum ſolidos 25.
,, Item ſtatuimus, & ordinamus, quod dicta con-
,, ſtitutiones, & ſtatuta ſuperius facta, & facta, &
,, condita, durare debeant, & valeant per ſingula
,, dictarum conſtitutionum Capitula uſque ad ſequen-
,, tem ſynodum, & deinceps ſint irrita, & nullius
,, valoris, niſi a dicto Clero aliter videretur.
,, Lata, & pronunciata fuerunt dicta Conſtitutio-
,, nes, & ordinamenta, atque mandata de volunta-
,, te, & mandato Venerabilis Patris, & Domini
,, fratris Reſtauri Divina miſeratione Epiſcopi Groſ-
,, ſetani, & de voluntate, & conſenſu totius Cleri
,, Groſſetani Epiſcopi congregati in Synodo Generali
C ,, in Palatio ipſius Domini Epiſcopi in Civitate Groſ-
,, ſeti, nullo eorum diſcordante, vel contradicente
,, ſub anno Domini a Nativitate milleſimo treceteſi-
,, mo vigeſimo, Indictione tertia, die vigeſima octa-
,, va Novembris. Actum in Civitate Groſſeti in pa-
,, latio prædicti Domini Epiſcopi coram fratre Nico-
,, lao Gritteli & fratre Dioniſio Jacob. Ordinis Præ-
,, dicatorum Teſtibus præſentibus, & rogatis.
,, Ego Joannes filius Salvi de Montepiſcali Impe-
,, riali auctoritate notarius, & Judex ordinarius, &
,, nunc ſcriba dicti Venerabilis Patris prædictis omni-
,, bus Conſtitutionibus, & Ordinationibus ſuperius de-
,, claratis interfui, & ea rogatus ſcripſi, & publica-
,, vi. Benevolentius.)

25 Fr. PHILIPPUS Bencivenæ Ordinis Prædicatorum, ſubiectus eſt Epiſcopus Groſſetanus anno 1328. VII. Idus Novembris, primuſque fuit, in quem, capituli Groſſetani abrogato ſuffragio, Pontifex illam contulerit dignitatem. Siquidem Joannes XXII. non modo Groſſetanis Clericis, ſed per Italiam univerſis deligendi ſibi Epiſcopum poteſtatem ademit. Cæterum Philippus fato functus eſt anno 1230. XX VIII.

26 Fr. ANGELUS de Porta Solis Peruſinus ex Ordine Dominicano Epiſcopus Sulcitanenſis in Sardinia huc translatus eſt ann. 1330. 2. Id. Febr. ex regeſt. Vatic. prope Groſſetum defunctus eſt anno 1334. (,, die 22. Februarii. De eo vide plura in Athen. XXIX
,, Aug. Oldoini, & apud Fontanam in Theatro Do-
,, min. & Altamuram in Bibl. Domin. p. 113.)



XXX 27 ANGELUS de Cerretanis *a*, filius Spinelli, magnæ exiſtimationis viri nobilis Senenſis, è Groſſetana ſede jus dixit anno 1334. XIV. Kalendas Julii. Deceſſit 1349. menſe Februario, ſepultuſque eſt apud S. Franciſcum, ubi ejuſdem ſepulchrum cum hac ſemiexeiſa ioſcriptione ſpectatur.

a De eo, & de ſequenti Ughellius citatus. Mandiſ.

Sepulchrum venerabilis, & Sanctiſſimi Patris, & D. D. Angeli de Cerretanis Dei gratia digni Epiſcopi Groſſetani, qui fuit proſ. in ſacra pagina Biblia, & Angelica vita. . . . . Obiit ann. D. M. CCC. XLVIIII. Die XIII. Septemb. cujus anima requieſcat in Pace.

(,, *Interfuit Angelus ſubmiſſioni Ludovici IV. Bavari Imperatoris facta per Nuncios Clementis VI. an. 1344. die 16. Januarii, ex Baluzii, Miſcellan. tom. 2. pag. 273.*)

XXXI 28 BENEDICTVS item de Cerretanis, Angeli nepos, patruo in Groſſetanum Epiſcopatum ſucceſſit anno 1349. a. Nonas Septembris, ex regeſto Vaticano epiſtola 163. folio 45. ann. 8. Clementis VI. Papæ lib. 1 Fato functus eſt 1383. quo tempore celebris habitus eſt Nicolaus Cerretanus Ilicetani cœnobii ordinis Eremitarum S. Auguſtini, qui vitæ ſanctimonia apud omnes ita elaruit, ut inde tanquam beatitudine exornatus veneretur a ſuis.

(,, Hoc Præſule a Senarum communi Groſſetano conceſſum eſt Epiſcopo, ut 100. frumenti modios ſibi in ſingulos annos extrahere liceret abſque ullius veſtigalis ſolutione. En documentum.

,, *In Dei nomine Amen. Serie præſentis ſcripti publici cunctis clarius innoteſcat, quod conſtat in libris publicis Reformationum Magnifici Communis Senarum exiſtentibus in Archivio publico dicti Communis manu ſer Joannis anto ſer Jacobi de Prato tunc Notarii Reformationum dicti Communis ſub anno Domin. Incarn. 1363. Ind. 1. die Veneris 12. menſis Maji celebratum, victum, & obtentum fuiſſe, & eſſe in hac forma, & hoc modo, videl. Convocato, & congregato generali conſilio Campanæ Communis Senarum in conſueto Palatio dicti Communis ad ſonum Campanæ, vocemque Præconis, ut moris eſt, & numero ſufficienti ſecundum formam ſtatutorum Senarum de mandato Nobilis Militis Domini Ranaldi de Aquila honorabilis præſentis Poteſtatis Senarum dixit, & conſuluit ſapiens Vir D. Ranerius Judex Collateralis, & Vicarius dicti Domini Poteſtatis.*

,, *Cum audiveritis legi palam vulgari, & alta voce Notarium Reformationum Communis Senarum petitionem iſtam, cujus tenor talis eſt. Coram vobis Magnificis D. D. duodecim, & Capitaneo Populi Civitatis Senarum exponi facerent pro parte dilecti noſtri Epiſcopi Groſſetani, quod prout notorium eſt omnibus Chriſti fidelibus, Eccleſia gravari non poteſt, nec debet ad ſolvendum cabellas, imo quilibet, qui Eccleſiam, aut Rectorem, & Paſtorem ejus gravat, ſententiam invadit Excommunicationis; quam excommunicationem verentes plures Officiale, & executores timentes fecerunt, depoſita facta, er eumdem Epiſcopum reſtitui eidem Epiſcopo, in quod de jure invenerunt ipſum Epiſcopum non teneri ad cabellam ſolvendam: tamen veteres videtur Turinus Buli Margii, & Socii, & Camerarius eorum, & alii ſucceſſores . . cauſam & executores cabellæ, & etiam novi ad præſens in officio reſidentes, & executores hue uſque non reſtituerunt depoſita facta pro extractione grani dicti Epiſcopi Groſſetani, & contra jus Canonicum, & Civile, & in grave damnum, & præjudicium animarum eorum detinent dicta depoſita, dicentes ſe non poſſe reſtituere ea, quorum ad introitum ipſa fuerit demiſſa, licet viderent per conſilia habita, quod de jure D. Epiſcopus cabellam pro ſui grani extractione ſolvere non debet, nec unquam ſolvit aliquam cabellam: Et ut ſcire poteſtis ipſe Epiſcopus facit reſidentiam in Curia Romana, & pro ſui, & ſua familia vita habet opportunitatem & neceſſitatem ſui grani. Quare veſtræ Dominationi ferventiſſime deprecatur pro parte jam dicti Epiſcopi Groſſetani, quod placeat vobis facere per opportuna dicti Communis conſilia referri, quod de quantitate grani, quod ipſe D. Epiſcopus Groſſetanus recollegit, ſcilicet de grano dicti Epiſcopatus, quæ quantitas eſt quolibet anno 250. Modiorum grani liceat extrahere, & extrahi facere de Comitatu Senarum eidem Epiſcopo Groſſetano deinceps uſque ad ſummam 110. Modiorum grani pro quolibet anno abſque aliqua ſolutione alicuius cabellæ pro dicta extractione fienda per dictum D. Epiſcopum, vel per alios, qui dictum granum portarent; ſed deinde ſint liberi, & immunes; Et quod omnia depoſita, ſive ſolutiones facta per eundem D. Epiſcopum vel alium ejus nomine, de quibus ſupra fit mentio, reſtituantur, & reſtitui debeant eidem D. Epiſcopo Groſſetano vel alio legitimo recipienti pro eo, & non obſtante, quod dicta depoſita, ſeu ſolutiones miſſa ſint ad intratam Communis Senarum, cum unus, vel plures, qui dicta depoſita, ſeu ſolutiones ad intratam miſerunt, illa reſtituere teneantur de pecunia Communis Senen. D. Epiſcopo, vel alii legitimo Procuratori recipienti pro eo. Et quod efferetur majores Communis deputati ſive deputandi ſuper rationibus dictorum camerariorum teneantur admittere & eſſe contenti dicta reſtitutioni, nec gravari poſſint dictos Camerarios in aliqua occaſione dicta reſtitutionis, ita tamen quod dictus Epiſcopus beneficium prædictum conſequi non poſſit pro majori ſumma 110. Modiorum grani pro anno quolibet extrahendo deinceps. D. Vos conſervet. Item cum audiveritis ſimili modo legi deliberationes factas ſupradicta petitione ſecundum formam ſtatutorum Senarum, quarum tenor talis eſt, videl. die ſexta menſis Maji lecta fuit dicta petitio in præſentia Dominorum duodecim, & Capitanei Populi, & D. Poteſtatis Senarum, & antequam procedat ad ordines, die decima menſis Maji lecta iterùm in præſentia Dominorum duodecim, Capitanei populi, & ordinum, & quatuor proviſorum Communis Senarum, & deliberatum quod procedat, & ponatur ad conſilium generale; Et ideò ſi dicto conſilio, & Conſiliariis dicti conſilii videtur & placet providere, & juridicè referre, quod plenariò ſit, fiat, & exſequatur in omnibus prout, & ſicut in dicta petitione per omnia continetur non obſtantibus in prædictis, vel aliquo prædictorum aliquibus ſtatutis ordinibus, & Reformationibus Communis Senarum in Dei nomine conſolatur. Super quibus omnibus ſupraſcriptis dictus D. Collateralis & Vicarius in dicto ſurgens conſilio more ſolito petiit ſibi pro dicto Communi Senarum utile, & ſanum conſilium exhiberi.*

,, *Unus ex Conſiliariis dicti Conſilii in dicto ſurgens conſilio ad dicturium conſuetum conſuluit ſuper ſupraſcripta propoſita Domini Epiſcopi Groſſetani, quod plenario ſit, & fiat, prout in dicta propoſita continetur, in cujus ſumma, & Reformatione conſilii dato facto, & miſſo partito ad Lupinos albos, & nigros ſecundum formam ſtatuti Senarum ſupradicta propoſita Domini Epiſcopi Groſſetani ſupraſcripta, fuit obtentum, & victum, & reformatum, quod plenariè ſit, fiat, & exequatur in omnibus pro-*

ut, &

A ,, *at, & ſicut in dicto præpoſito continetur per 195. Con-*
,, *ſiliarios dicti Conſilii dantes eorum lupinum album*
,, *dei Sic, non obſtantibus 87. ejuſdem Conſilii Conſi-*
,, *liariis, qui eorum lupinos nigros dei non in contra-*
,, *riam reddiderunt.)*




XX XII. 29 Fr. JACOBVS Zoſimi de Ptolomæis, nobilis Senenſis, Narnienſis antea Epiſcopus, inque Hetruria ſpoliorum collector, ad hunc Epiſcopatum aſcendit an. 1383 (1). Senis deceſſit 1390. ſepultuſque eſt apud S. Franciſcum cum inſcriptione, quam ingredientium pedes omnino deleverunt.

(,, *Hic Nuntius fuit Apoſtolicus in Provinciis Tuſcia Spoletani Ducatus, & Patrimonii S. Petri in* ,, *Tuſcia, veluti apparet in Inſtrumento S. Auguſtini* ,, *anno 2225. Ipſe Sozzini, & non Zoſimi filius erat,* ,, *veluti ſcribit Ughellus.* Benevolentius.)

XXX III. 30 ANGELVS Jannotti de Malavoltis, olim Canonicus Senenſis, Jacobo ſucceſſit 1390. VI. Kalendas Octobris, ex libro Proviſionum Prælatorum. (,, *Hunc Celſus Cittadinus in aliquibus notis, quas* ,, *vidiſſe Ughellum arbitror, appellat Joannem An-* ,, *geli; ex quo claro apparet alterum ex ipſis pro Patre* ,, *filium poſuiſſe.)*

C



XX XIV. 31 ANTONIUS Tei *a* de Malavoltis *b*, Senenſis, electus eſt 1400. Hic cum eſſet nobilis, potentiorisque factionis haberetur princeps, ac dux, olim evertendæ reipublicæ incidit in ſuſpicionem, quamobrem a Senenſibus mulctatus exilio eſt, conceſſitque Geminianum, Florentinæ ditionis haud ignobile oppidum, ubi & deceſſit an. 1406. ex contumacia illorum, qui illum exilio mulctaverant.

a De[illegible] *b* De eo Ugurgerius loc. cit. *Mandoſ.*



B 32 FRANCISCUS Bellantes *c*, nobilis Senenſis, ex Epiſcopo Narnienſi, ad hanc Eccleſiam translatus eſt XII. Gregorio ſedente 1407. Per annos omnino novem illam Eccleſiam obtinuit, exceſſitque Senis 1417. ſepultuſque in Cathedrali (2) cum hoc epitaphio. XX XV.

c [illegible] *Mandoſ.*

. . FRANCISCI DE BELLANTIBUS
QUI CUM IN SENEN. PATRIÆ
REP. FLORVISSET PRÆMISSA
UXORE
JVRIS UTRIUSQUE DOCT. . .
USUS . . N . . CII.
. . . ASIB . . . .
ANNO ÆTATIS PENE C.
GROSSETI EPISCOPO
OBIIT ANNO D.
M. CCCC. XVII.



XX XVI. 33 JOANNES Peccius *d*, Bartholomæi filius, nobilis Senenſis, Hieroſolymitanus eques, Prothonotarius Apoſtolicus, Senenſiſque Cathedralis Canonicus, a clericorum capitulo ſubl ectus Epiſcopus anno 1417. atque a Martino V. Pontifice confirmatus eodem anno XVIII. Kalendas Januarii. Senis deceſſit ann. 1426. ſepultuſque eſt in Cathedrali in æneo, leviterque inſculpto ſepulchro, ubi hæc D ſequentia verba inſculpta cernuntur.

d De quo videre Ugurgerius. *Mand.*

Reverend. Domino D Joanni Peccio Senen.
Apoſtolico Protonotario Epiſcopo Groſſetano
obeunti Kal. Martii M. CCCC. XXVI.

XXX VII. 34 ANTONIUS Cardinalis Caſinus, Senenſis Epiſcopus, Eccleſiam Groſſetanam habuit commendatam poſt exceſſum Joannis ann. 1427. præfuitque annis tredecim, & ex hac mortali vita, ut diximus ſupra, feliciter Florentiæ migravit anno 1439. In hujus Epiſcopatus diverſis, quos vidimus, catalogis plurimum hucuſque variatis in Præſulibus numerandis defuncto Peccio, alii Nicolaum quemdam è S. Geminiano Tuſcum ſucceſſiſſe, volunt,

(1) In Narnienſibus dicitur et Eccleſiæ præfuiſſe Jacobum ad an. 1382. unde nonniſi hoc anno potuit ad hanc ſedem transferri.
(2) Ex libro emortuali monaſterii S. Dominici Senenſis patet Vgurgerium [illegible] ſepulturam [illegible] S. Franciſci. Ibi enim poſt multa de ejus geſtis, & vita, hæc leguntur quoad mortem. *Finaliter confeſſus ſenio plurimo [illegible], ætatis videlicet 85 annorum [illegible] die 6. Julii 1417. die vero 8. dicti menſis traditum fuit eccleſiaſticæ ſepulturæ [illegible]. Sepultus fuit [illegible] ad Capellam [illegible] in Eccleſ. Fratrum Prædicatorum de Senis, quam Capellam [illegible] conſtrui fecerunt. Quam ipſe Dominus Epiſcopus præfatus dotavit &c.* Imo vero adhuc ibi ejus conſpici monumentum teſtatur Vgurgerius in Pompis Senenſ. p. 1. p. 167.



lunt, poſt hunc Cardinalem Caſinum, alii Caſinum Nicolao præponunt, quibus alii Julianum Cæſarinum Cardinalem præceſſiſſe narrant. Nos tamen ex illa varietate (ſecluſo Nicolao *a* adulterino Epiſcopo Baſileenſis conciliabuli auctoritate intruſo, qui unus è Conclavia cuſtodibus in electione Felicia V. Antipapæ recenſetur) ea ſelegimus, quæ maxime viſa ſunt certa, & ad veritatis normam proxime accedere, & cum actis conſiſtorialibus optime convenire videntur; inquiunt enim in Memmii Agazarii electione ad hanc Eccleſiam enuncianda anno 1445. tertio Kalendas Auguſti. *Memmius decretorum doctor electus eſt Groſſetanus Epiſcopus, per obitum Joannis Bartholomæi, quam Eccleſiam poſt Joannem, Antonius tituli S. Marcelli presb. Cardinalis Senenſis primo, & deinde Julianus Cardinalis Cæſarinus in commendam obtinuerunt.*

a De quo in Concil. Baſileenſi ſeſſione 18.

XXXVIII. 35 JULIANUS Cæſarinus Romanus diaconus Cardinalis S. Angeli, hanc Groſſetanam Eccleſiam ab Eugenio IV. anno 1439 in commendam obtinuit; vir quidem patria egregie nobilis, ſed virtute, ſapientia, & vitæ, morumque integritate longe nobilior, quem Martinus V. ex Romanæ Rotæ Auditore diaconum Cardinalem crearat ann. 1426. & in Bohemiam legaverat, ut Bohemi male de fide ſentientes bello premerentur, ac deinde Baſileenſi Synodo Apoſtolico nomine præſideret; defunctoque Martino ſub Eugenio IV. eodem munere functus cum videret Concilium a vero deviare, eo miſſo, ſtatim ad Eugenium rediit, a quo legatus item renunciatus ad Joannem Conſtantinopolitanum Imperatorem, tanta apud eum auctoritate valuit, ut illum Ferrariam primum, mox Florentiam, quo Concilium translatum fuit, cum viris inſignibus, & Patriarcha Conſtantinopolitano ſecum adduxerit, in quo tandem conciliata fuit Græca cum Latina Eccleſia. Ab eodem Pontifice Pannonicam legationem accepit, profectuſque eſt cum Uladiſlao Poloniæ, & Ungariæ Rege contra Amuratem Turcarum Regem, ubi in Chriſti inimicos fortiter pugnans occubuit, cum ipſo Uladiſlao Rege, aliiſque omnibus Chriſti fidelibus die X. Novembris anni a nato humani generis Redemptore 1444. ætatis ſuæ 46. De bello Uladiſlai cum Amurate Turcarum Rege videndi Antonius Bonfinius de rebus Ungaricis, Æneas Silvius cap. 5. Europæ, Gobelinus lib. 12. Comm. Chronicon magnum Belgicum, Joannes Cochlæus in hiſtor. Huſſitarum, & alii ejus ævi ſcriptores. Quadraginta equitum millia ſub vexillis Uladiſlai militaſſe, & magnam Crucesignatorum manum a Juliano legato adductam, referunt. Joan. Huniadi caſtrorum cura credita eſt: nutante victoria Huniades cum decem Ungarorum, & Valachorum millibus, Rege inſalutato, ſe ſubtraxit ex acie, fugamque arripuit: Rex equo dejectus, capite cæſus eſt: caput haſtæ infixum. Julianum tribus ſagittis confoſſum inter fugiendum apud quamdam paludem equo lapſum nobilem ſpiritum exhalaſſe ſcripſit Æneas Silvius, ſive Gobelinus, & Cochlæus non evaſiſſe Ungarorum perfidiam, cum Turcarum manus fuga evaſiſſet: latrunculi enim quidam eum agnoſcentes, & pecunia inſtructum exiſtimantes equum aquæ potu recreantem peremere, & corpus, quod S. Antoninus non repertum teſtatus eſt, ablatis veſtibus nudum dimiſere. Julianum legatum pro Chriſti nomine occubuiſſe ſcriptum reliquit magnum Chronicon Belgicum; & Æneas Silvius cum dixiſſet, gratam Juliani præſentiam, mores blandos, vitam in omni ætate nitidam adjecit, religionis zelum omnia illi pro Chriſto, & mortem ipſam ſuaſiſſe. S. Antoninus p. 3. hiſt. tit. 22. illum ſcientia, & fama probitatis præclarum nuncupavit; Æneas Silvius loco ſupra citato non ſolum virum magnum, ſed admirabilem, in quo neſcias doctrina major, an eloquentia fuerit. Paulus Corteſius lib. 1. de Cardinalatu, non dubitavit aſſerere, ita illum multarum rerum varietate doctum, ut jure in Florentina ſynodo inter Græcorum, & Latinorum diſceptationem arbiter datus fuerit. Admirabilem, optimumque virum, Latinorum gentis ſimulacrum, & ornamentum naturæ Julianum fuiſſe aſſeruit doctiſſimus Cardinalis Nicænus ad Alexium Laſcarem Imperatorem. Agnovit ſacra ſynodus ſingularem magni viri doctrinam; in ea enim quantopere doctiſsimis diſputationibus profecerit idem innuit Nicænus: *Julianus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis digniſſimus, qui multa, & pulchra dicens, & ad propoſitum argumentum adeo validis, & manifeſtis, & claris demonſtrationibus problema abſolvit, ut oſtenderet, licere veritatem ſemper apponi divino ſymbolo ſynodico, & vocante neceſſitate, ita ut nos pluribus diebus meditantes nihil ad hæc reſpondere potuerimus.* Laudes Cæſarini non tacuerunt Hieronymus Platus cap. 13. de dignit. & offic. Cardinalium Garimbertus lib. 1. cap. 2. de rebus geſtis Pontif. & Card. Baptiſta Poggius in vita Dominici Cardinalis Capranicenſis. Martinus V. cum Julianum Baſileenſis Concilii legatum de Latere deſtinaſſet, merito *vitæ integritate, & ſapientia præclarum, magnitudinis conſilii conſpicuum, in maximis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ negotiis diuturna experientia comprobatum appellavit.* Virum ſanctiſſimum, omnium ſcientiarum genere eximie excultum, Chriſti martyrem invictum, Præſulum normam, præclarum Chriſti fidelium exemplar non ſemel aſſeruit Veſpaſianus Florentinus ejus ſynchronus, qui Cardinalis vitam vulgari ſermone, ut illa ferebat ætas, ſed vere, ac ſincere conſcripſit, quæ nondum lucem aſpexit, eamque cum ad manus noſtras perveniſſet, coacti ſumus hoc loco, eo quidem impolito ſtylo, Hetruſcave lingua apponere, quod lector æqui bonique conſulet, frueturque non ſolum præſtantiſſimi Cardinalis, Præſuliſque Groſſeti præclariſſimis geſtis, ſed & ſcriptoris etiam ſimplici, ſinceraque ſcriptitatione ad futurorum præſulum documentum.

Meſſer Giuliano Ceſarini fu Cardinale di ſant' Angelo de' degni huomini haveſſi il Collegio de' Cardinali. Suo padre mandollo molto giovane a ſtudiare a Perugia, & acconciolſi in caſa a Buontempi. Teneva in quel tempo Braccio Perugia ſuo luogo tenente in Perugia, fù Bindaccio da Ricaſoli gentiliſſimo huomo, & literato, & amatore de' litterati. Meſſer Giuliano uſava in caſa Bindaccio, e facevali grandiſſimo honore, benche meſſer Giuliano iſtudiaſſe in ragione civile, ſendo di preſtantiſſimo ingegno; avendo data opera a gli ſtudii d'humanità, diceva bene in verſi, & in proſa, faceva verſi, e donavagli a Bindaccio, e perche era ſtudioſiſſimo, non perdeva mai tempo. Piu ſono quegli che ſi fanno ſingolari huomini nella povertà, che non nell'abondanza de le ricchezze. Era longegnio ſuo di vino, havendo a ſtudiare a libri accattati, non ne potendo comperare, gli pareva male a fare la memoria ſu' libri d'altri, e moſtrommi tutti e' teſti di legge, che per iſpendere adì già da lui poco aveva comperati, quelle ſi chiamavano Pandette, che ſon teſti ſenza chioſe, e di ſua mano, che era gentiliſſimo ſcrittore gl'aveva chioſati tutti, che v'era ſtato dentro un tempo maraviglioſo. Il ſimile aveva letture di ſua mano, e ricolette ricolſe ſotto i dottori, dov'egli udiva, come è uſanza degli ſcolari diligenti, era in quello ſtudio molto reputato per le ſue inaudite virtù. Partitoſi da Perugia preſo ebbe il grado d'eſſer dottorato, ſe ne

ven-

venne in corte di Roma, & andò a ſtare in caſa del Cardinale di Piacenza, ſendo huomo di grandiſſima autorità, & reputatione, andò a ſtare con lui, e cominciò a dimoſtrare ogni dì più la ſua virtù in corte di Roma, dove era il fiore degl'huomini ſingolari; iſtando a queſto modo, fu fatto Cardinale, & in queſta dignità dimoſtrò ogni dì più le ſue virtù. Sendo creato il concilio di Baſilea, & andandovi la maggior parte del Collegio de' Cardinali, fra quali v'andò ſanto Angelo, eſſendovi tanti degni huomini sì del collegio, come d'altrui dignità, e di corte di Roma, & di tutti e' Chriſtiani di conſentimento di tutto il concilio, avendoſi a fare un preſidente, fu eletto meſſer Giuliano Ceſarini per lo più ſingulare homo vi fuſſi, e più dotto, & più ſofficiente, e per lo miglior huomo in tutte le conditioni fuſſe in quello concilio. Dopo lunghe diſputationi fu chiaro a tutto il mondo, che unito, e d'accordo tutto il concilio lo vollero far Papa, & privare Papa Eugenio, non volle mai acconſentire, ma ſempre lo danno loro, & volle rimediare a molte coſe, che non pote. Veduto il grande inconveniente ne ſeguitava, & non vi potendo rimediare, gli parve, che non vi foſſe altro rimedio che la ſua partita dal concilio, conoſcendo, che quando non vi fuſſe partito, il concilio biſognava ſolvere non ſi poteva fare. Itandovi la ſua ſignoria, preſe per partito partirſi, & a venirſene a Firenze, dove era Papa Eugenio pregato, & exortato, & dalla ſua ſantità, & da tutto il collegio de Cardinali, & da tutti e' principi d'Italia, perche era gran coſa partirſi uno ſignore di tanta auctorità quant'era il Cardinale di ſanto Angelo.

Giunto a Firenze, nella ſua entrata gl'andò incontro tutta la corte di Roma, che non vi rimaſe perſona, che non andaſſi a onorarlo, tanto era amato, & onorato da ogn'uno per tante virtù quante erano in lui. In queſto luogo prima che noi andiamo più innanzi, mi pare da dover dire alcuna delle ſue virtù a me note, dell'altre n'aveva infinite. In prima era ferma opinione in corte di Roma, o dove egli era ſtato, lui eſſer vergine: dormì ſempre veſtito con una camiſcia di raſcia, digiunò ſempre il venerdì in pane, & acqua, digiunava, come era conſuetudine tutte le vigilie, e la Quareſima dello Avvento la faceva, oltre all'altra, & digiunavala, diceva l'uficio del Matutino ſemper la notte ſi levava, & andava a chiamare il capellano la diceſſe con lui, il più delle volte la notte lo diceva nella chieſa de' Servi, che habitava quivi, & aveva fatta fare una iſcala, che andava dove è hoggi il corpo di Chriſto, uſciva di camera, & andava ſu per quello andito di ſopra il chioſtro, & andava per quella iſcala in chieſa, & quivi diceva Matutino, & Prima, & Terza, dipoi aveva in caſa un ſacerdote ſantiſſimo, & intendente di natione Tedeſco vecchio, & provato, confeſſavaſi ogni mattina da lui, & ogni mattina diceva Meſſa, queſte non mancava mai la confeſſione ogni mattina. Aveva da natura una inaudita liberalità di dare per Dio tutto quello aveva, & più poteva, e non vi andava mai perſona, che non portaſſi quello dimandava, e non ſi partiſſi contento da lui, in modo che ſendovi un dì certi frati d'Oſſervanza, avendo avute le lemoſine, che domandavano, e partendoſi, eſſendo io quivi con un ſuo cameriere, che era ſimile al padrone, mi diſſe; o ſe tu vedi che Monſignore vada un dì a palazzo ſenza mantello, non te ne maravigliare, perche egli dà per Dio quello egli hà, & quello, che non hà, & in queſto modo ſovveniva a tutti e' biſognoſi. Eſſendo ſtato a ſtudio, & patita la neceſſitade detta dinanzi, haveva pietà de poveri iſcolari, & per queſto nel tempo che fu in Firenze, volle intendere ſe in corte di Roma, o in Firenze, che c'erano degniſſimo ſtudio, v'era uno giovane povero, che non poteſſe ſeguitare i ſtudii per povertà, & fuſſi di buono ingegno, mandato per loro tenevagli in caſa due, e tre meſi per vedere ſe era atto a imparare, e per intendere la ſua vita, e ſua coſtumi: e fatto queſto, ſe conoſceva eſſer buono, e di buoni coſtumi, gli comperava tutto il corpo di ragione civile, dipoi o a Perugia, o a Bologna, o a Siena, dove più lo ſcolare ſi contentaſſe, gli pagava alla Sapienza quello ſi paga per anni ſette, e davagli teſti di ragione civile, & canonica, ſecondo in quello voleva ſtudiare, & davagli parecchi ducati per le ſpeſe, per inſino alla Sapienza, dove aveva andare, & veſtivalo, & calzavalo di panni convenienti: fatto aveva queſto, lo chiamava, & diceva: vien qua figlio mio, io ho fatto a te quello, che non fu fatto a me, ſolo a fine, che tu diventi un valente huomo; ſopra tutto ama Dio, & temi Dio, & facendo coſi, ogni coſa ti ſuccederà bene, mentre che io ſon vivo, ſempre in ogni tuo biſogno richiedimi, che mai non ti mancherò di nulla. Fece in queſto modo a parecchi giovani, tanti quanti egli ne trovò, che haveſſino queſte conditioni dette. Queſte ſono le vere, & buone limoſine, & quello deve fare ogni degno huomo, che ha il modo, ricordando a chi leggerà queſta vita, che il Cardinale non haveva entrata ignuna, ſe non il cappello, & il Veſcovado di Groſſeto, & non volle altro. Viveva in caſa parciſſimamente ſenza alcuna ſuntuoſità, per ſe era alieno da ogni pompa, credenza non faceva fare, quando mangiava, non voleva ſe non una vivanda ſola, alle volte mangiava ſolo in camera, arrecato era quello aveva a mangiare, pigliava l'acqua alle mani ſenza volere, che perſona iſteſſi ginocchioni, ſolo dua pigliavano la tovagliola, & uno il bacino in mano ſemplicemente: poſto era a tavola voleva che ogn'uno da dua, o tre iſcudieri in fuori che ne ſtavano a ſervirlo, il reſto andavano a mangiare: il vino che beveva metteva tanto vino che copriva a fatica il fondo della tazza, dapoi l'empiva d'acqua, di modo che era acqua tinta, & tale, che mi confondo in me medeſimo quando io vi penſo. Intervenne, che la prima iſtate che fu a Firenze tutta, o la maggior parte della ſua famiglia gl'infermò, usò loro queſta inaudita carità; in prima ordinò a ogn'uno, che lo governaſſe, e che il medico lo viſitaſſi ogni dì dua volte, la ſera, & la matina, & ordinato lo ſpetiale, che deſſe tutto quello biſognava; volle fuſſino proveduti dell'anima, volle ſi confeſſaſſino ſubito infermavano. Dico qui una ſua inaudita umiltà, & immenſa carità: ogni dì due volte andava a viſitare tutti quegli infermi la mattina, & la ſera, a vedere, che non mancaſſe loro nulla, che dico io, pria era ammalato il famiglio del famiglio della ſtalla, che era il più vile huomo di caſa, e nel medeſimo modo andava a lui, come a gli altri. O inaudito amore, e charità immenſa, che ci rimango dentro iſmarrito a quello faceva la ſua ſignoria a quello ci fa per i più. Vegniamo a quegli, che erano in termine avevano biſogno d'eſſere ajutati nello ſtremo della vita loro: io viddi in caſa il Cardinale iſtare in fine di morte un ſuo ſegretario di Lombardia, che ſi chiamava meſſer Bartolomeo Bottiferro; il Cardinale ſempre gli ſtette allato, & in ultimo nel ſuo tranſito vidi il Cardinale in ſu'l letto a ſedere, & il capo di quello ſuo cancelliere eſſere a lato al viſo ſuo confortandolo del continuo nel ſuo tranſito, e volle morire nelle ſue braccia, innanzi ſi partiſſe mai da lui, & in ſu'l letto volle ſtare lui ſolo. Noti ogn'uno l'ardente charità di queſto ſignore quanto ella era mirabile, & di grande exemplo: dirò queſto in queſto luogo: io ho avuto notitia di ſantiſſimi huomini, ma in tutte le laudabili conditioni non vidi mai il ſimile come il Cardinale di ſanto Angelo, coſtui degno d'imitationi vergognonſi e' prelati, i quali non ſanno le laudabili conditioni erano in lui, che furno tante le degne ſue conditioni, che usò dire il Cardinale di Piacenza, huomo di grandiſſima autorità, che ſe la Chieſa di Dio fuſſe perita tutta, & fuſſi reſtato ſolo il Cardinale di ſanto Angelo, lui ſolo era ſufficiente a riformarla di nuovo. Se la vita ſua ò ſuſſi ſcritta in latino, & ella ſi vedeſſe, ſi giudicherebbe eſſere e'aque cento anni che la Chieſa di Dio non hebbe huomo ſimile a lui. Queſte limoſine, che dava, & il ſovvenire a' poveri, come facevano quando non baſtavano le ſua entrate, più volte li vidi vendere libri, ſolo per ſupplimento di queſte limoſine, i libri, ch'erano doppi, e di quegli non aveva biſogno. Aveva la ſua caſa mirabilmente ordinata, & erano in caſa ſua molte perſone degne, ſopra tutto di buoni, & laudabili coſtumi: aveva in caſa da trenta perſone, che v'erano da quindici famigli gli altri erano tra capellani, & huomini da bene, che aveva copia. La pompa, come è detto, era aliena da lui, perche aveva tante virtù, che queſte erano il ſuo ornamento: teneva circa diciotto, ò venti mule, & quando andava a palazzo, come fanno i Cardinali, la famiglia, quando entrato il Papa tutti e' famigli l'andavano a ſpaſſo, e perche il Cardinale ſtimava aſſai il tempo quando era iſcavalcato, & veduto non vi eſſere a far nulla, o che il Papa fuſſi occupato, ſe ſi tornava a caſa, & intervenne più volte, che volendo andare a caſa non v'erano ſe non i capellani, non ſe ne curava, per non avere la coda dietro, ma montava a cavallo con quegli capellani, & andava da ſanta Maria Novella inſino a' Servi, dove iſtava per iſtanza a quello modo. Era patientiſſimo, & amatore molto de' buoni, e non ceſſava mai da confortare, & exortare ogn'uno a far bene, e Giudei da venire a la Chriſtiana religione. Era a Fi-

renze a ſuo tempo un medico Hebreo, aſſai dotto nella ſua legge, chiamato maeſtro Giovanni Angelo, e fu di natione Spagnolo; al Cardinale li diſpiaceva, che fuſſe Giudeo, & ogni dì non faceva mai che ſtimolarlo ſi faceſſe Chriſtiano: & tanto gli andò appreſſo, che egli lo conduſſe a eſſer contento al batteſimo. Adoperovviſi dentro aſſai ancora meſſer Gianozo Manetti per aver perizia della lingua Ebrea, in modo, che conchiuſo l'hebbe il Cardinale a eſſer contento, volle, che ſi battezaſſe un dì ſolenne in ſan Giovanni, e richieſe meſſer Agnolo Acciajoli, e meſſer Gianozzo Manetti, inſieme con la ſua ſignoria a tenerlo al batteſimo, e così feceno in ſan Giovanni il Cardinale con queſti due, avendo fatto fare in ſanto Giovanni ſopra le fonti grande, un bello apparato coperto di panni, & quivi il Cardinale di ſua mano lo battezò, e fece tutte le cerimonie del battezare. Battezato che fù, il Cardinale aveva fatto veſtire tutto di nuovo di roſato, & partitoſi inſieme con queſti cittadini, & col Giudeo battezato n'andò a'Servi, & quivi fece uno bello convito, per haver condotto coſtui al vero lume della fede noſtra; volle iſteſſi in caſa colla ſua ſignoria, & ſempre voleva che mangiaſſe alla ſua tavola, & facevali un'onore eſtremo: feceli dare una delle principali camere che v'erano, e detteglí uno famiglio, e due cavalcature, & volle che tornaſſe del continovo in caſa ſua, & non altrimenti lo trattava, che ſe gli fuſſe iſtato figliuolo. Queſti ſono de'frutti, che debbano fare e'prelati della Chieſa di Dio. Era, & è ancora oggi una compagnia nello ſpedale di Lemmo, che è intitolato in ſan Girolamo, che ſi raganavano, e ragunano ogni ſabato ſera, & dicono certo uficio, dipoi fanno la diſciplina, ch'era una devota coſa, e maſſime a quello tempo, che v'erano molti huomini di conditione, e di maravigliosi coſtumi: inteſa la fama loro, i piu de'ſabbati v'andava accompagnato con dua, o tre di caſa, dipoi, come gli era entrato dentro, licentiava quegli avevano accompagnato, & tornavano per lui all'ora aveva ordinato. Entrava nell'oratorio, & fatta la ſua devotione ſi poneva al deſco del governatore, e volevagli ſteſſi al lato, & iſtava a tutto l'uficio, e faceva la diſciplina come gl'altri; era in quel tempo quando venivano allato della diſciplina tanti pianti, e ſingozzi, & tanta mirabile devotione, che non è cuore sì duro, che non ſi fuſſe moſſo, e maxime quando parlava Bartolomeo di ſer Benedetto, che per eſſere buoniſſimo huomo, & devotiſſimo, & avere una lingua omnipotente, non è huomo per duro che fuſſe, che gli non haveſſe fatto muovere. Aveva il Cardinale grandiſſima devotione in queſta compagnia, come è detto. Eſſendo io di non molta età, un dì andando alla ſua ſignoria, mi domandò ſe io era in compagnia iguna di quelle de'fanciulli: riſpoſi di no; vedete charità inaudita di ſignore, che mi diſſe: Io voglio che tu entri in quella di ſer Antonio di Mariano, andrai da lui da mia parte, e coſì fe, e queſto ch'io vo detto, perche gl'aveva cura non ſolo delle coſe grande, ma delle minime nella ſalute del proſſimo. Domandommi poi, ſe io volevo eſſere prete, che mi ajuterebbe, che io poteſſi ſtudiare, & di uno beneficio, che io poteſſi vivere; diſſemi, che io vi penſaſſi ſu quindici dì, nella fine de'dì quindici mi domandò quello io voleva fare, riſpoſi, che io non volevo eſſer prete; riſpoſemi, che non mi poteva far' altro bene, che l'arebbe fatto; non era in lui altro che carità, & amore.

Voleva che la ſua famiglia fuſſi oneſtiſſima e che all'Ave Maria ogni uno fuſſi in caſa, & egli in perſona andava all'Ave Maria a far ſerrare la porta, e la chiave faceva portare in chamera ſua. Intervenne un dì, che uno ſuo famiglio era paſſato dall'uſcio di uno cittadino di là d'Arno alcuna volta: queſto venne a dolerſene al Cardinale: ſubito inteſolo lo fece chiamare in ſua preſentia, & comandogli, che non ſolo non gli paſſaſſe dall'uſcio, ma che egli non paſſaſſe Arno di là dove era la caſa ſua, & come egli lo paſſaſſi, pigliaſſi licentia a ſua poſta: intervenne, che coſtui non paſsò Arno, ma andava in un luogo, che era dirimpetto alla caſa ſua, ma molto diſcoſto, & facevalo piu toſto per diſpetto, che per altro, ritornò il cittadino al Cardinale, e diſſegli quello aveva fatto. Subito inteſolo fece chiamare, & ſi li diſſe: Figliuolo mio abi licenza, perche io non ti voglio piu in caſa, ma perche tu vuoi vivere a tuo modo, & ſecondo ti pare, & io voglio che tu viva in modo, che non vi ſia nè l'offeſa di Dio, nè degl huomini del mondo: e ſubito biſognò che ſi partiſſi. Andava ſempre la ſua ſignoria ordinando le coſe, che non avevano ordine, & maxime quelle coſe, dove ſi diſputava l'honor di Dio.

Non li parendo, che ne'Servi ſi viveſſi con quello honore di Dio arebbe voluto, fu con Papa Eugenio, che molto era volto, che tutte le religioni fuſſino d'oſſervanza, ordinò con la ſua Santità riformarlo, & mettervi l'oſſervanza, & tutti e'frati che vi erano gli mandò via, che non ve ne rimaſe ſolo uno, e meſſervi una degna oſſervanza del medeſimo ordine, & inſtituì quella caſa come caſa di religione, & tutto il tempo iſtette in Firenze ve la conſervò, ch'erano due degni monaſteri ſancto Marco, & quello in quel tempo. Attendeva il Cardinale a fare ogni coſa che poteva per ſalute dell'anime di quegli, ne'quali colla ſua autorità gli poteva inducere a bene operare. Andava iſpeſſo alle chamere de'ſua ſervitori, & maſſime ad alcune ore non ordinarie, & domeſticamente domandava quello che facevano; un dì entrato in camera d'uno ſuo ſegretario, che aveva in mano uno libro, che ſi chiamava l'Ermofrodita, fatta dal Panormita, ſubito che vide il Cardinale in chamera, gittò il libro che aveva in mano dietro a una caſſa, e non potè fare ſì accortamente, che il Cardinale non ſe ne avvedeſſe; entrato dentro il Cardinale in camera di queſto ſegretario, lo domandò quello leggeva, vergognandoſi, ſtava ſoſpeſo a dirlo; il Cardinale ridendo, che era molto allegro di ſua natura, diſſe: Tu l'hai gettato dietro a quella caſſa, e confeſſiò eſſer vero: dipoi ve lo cavò, e con grandiſſima vergogna lo moſtrò al Cardinale, il quale lo preſe modeſtamente, dicendogli, non era bene lo leggeſſe, ſapendo che l'era iſcomunicatione Papale a chi lo leggeſſi fatta da Papa Eugenio: dipoi glielo fece pigliare, e volle lo ſtracciaſſi, e coſì fece, e ſtracciato che l'ebbe, ridendo gli diſſe: Se tu m'aveſſi ſaputo riſpondere, per avventura non l'avereſti iſtracciato, la riſpoſta che tu mi dovevi fare, si era, che tu cercavi una pietra prezioſa in uno monte di letame. Usò queſta gentilezza perche queſto giovane non ſi sbigottiſſe, & non iſtimaſſi, che'l Cardinale li aveſſe incuſato in cattiva opinione. Di queſte gentilezze n'uſava aſſai. Intervenne un dì, che andando a palazzo per traſcuragine un ſuo famiglio, o per negligenza perdè una mula, la quale egli ſtimava, ſendo perduta, e tornando a caſa il Cardinale fece chiamare queſto famiglio, e domandollo del modo s'era perduta. Inteſolo il Cardinale ſtette alquanto ſopra di ſe, innanzi riſpondeſſi: dipoi ſe gli volſe, e ſolo gli diſſe, e'ſi vuol far diligenza ch'ella ſi truovi, ſe ſi può trovare, ſe non averemo patienza, dipoi lo licentiò. Eranvi alcuni in chamera, che ſi maravigliorno di tanta patienza. Il Cardinale per chiarire le menti di tutti diſſe: Voi vi ſarete maravigliati del ſopraſſedere ho fatto a riſpondere, io lo feci a queſto fine, di volere, innanzi gli riſpondeſſe, che la ragione foſſe ritornata nel luogo ſuo, tornata ch'ella vi fu, & io gli riſpoſi: a queſto modo ſono fatti i ſavi, che non ſi rompono per coſa gniuna.

Era il Cardinale di compleſſione ſanguigno, e colerico, che ſi adirava volentieri, ma temperavala in queſto modo detto ſopra; in ogni operatione ſua dimoſtrava la ſua virtù. Amava, come è detto, e'buoni, & onoravagli in quello poteva, & maxime voleva bene a gl huomini aperti, che non ſapevano nè fingere, nè ſimulare, ma erano liberi, & aperti. Era in Firenze Lorenzò di Gio de'Medici, fratello di Coſimo, preſtantiſſimo cittadino, aperto, e libero, al quale il Cardinale portava ſingolare amore. Andava Lorenzo ſpeſſo a viſitarlo, & molto domeſticamente colui converſava. Intervenne, che infermando Lorenzo di quella infirmità, di che egli ſi morì, il Cardinale con la ſolita ſua humanità nella ſua infirmità l'andò piu volte a viſitare, e confortollo avere patienza, & accordarſi con la volontà de Dio: vedendolo in pericolo della vita, principalmente raccomandogli la ſalute dell'anima ſua, come vero, e buono amico. Occorſe, come piacque a Dio, chiamarlo a ſe, e facendoſi le ſue exequie, il Cardinale volle intervenire, & accompagnollo ſino a ſanto Lorenzo, e ritornò poi a caſa, come ſi fa. Mandovvi il Papa la ſua famiglia, e donogli la ſua bandiera, e mandovvi piu di trenta doppieri. Amavalo oltre al Cardinale Papa Eugenio aſſai; non poteva dimoſtrare il Cardinale maggior ſegno d'amore, che egli dimoſtrò a Lorenzo de' Medici. Radi ſono ſimili huomini.

Haveva, com'è detto, grandiſſimo deſiderio di conducere ogn'uno al divino culto, e chi haveſſi qualche errore, affaticoſſi aſſai in rompere quella hereſia de Boemi, e fuvvi in

perſo-

perſona a confutare la loro opinione, & accozzoſſi con quegli principali Boemi, e fece tutto quello potè coll'autorità ſua, ch'era, infra l'altre ſua dottrine, grandiſſimo Theologo, e non ſolo vi volle intervenire lui, ſendo al concilio di Baſilea, ma egli volle v'interveniſſe tutti i dotti in Theologia, ch'erano in quello concilio, & vidi già alla ſua ſignoria tre volumi, ch'erano piu iſcrittura di una Bibbia, di un frate dell'ordine de' Carmeliti contro a' Boemi, & era mirabile l'ordine di quello Carmelita, induceva gl'argomenti de Boemi, di poi gli gittava per terra coll'autorità de' Dottori Latini, e Greci, ſiche il Cardinale fece ogni coſa potè per indurgli, & non potè: ma per lui non mancbò. Erano tanto oſtinati, che piu non potevano eſſere per havere occupato tutti e' beni delle chieſe, & non ſe ne volevano iſpoteſtare; ſè ogni coſa per inducergli, & non potè. Avendo Papa Eugenio fatto ogni coſa che poteva per unire e' Greci con la Chieſa Romana Fu contento paſſaſſino in Italia il Patriarchal, l'imperatore, & tutti gl'huomini degni, che erano in quella provincia, & vennero a Ferrara alle ſpeſe del Papa, a fine di poter far bene quant'era l'unione loro con la Chieſa Romana, & in queſte opere circa la loro unione B *il Cardinale di S. Agnolo ſe ne faticò aſſai, & fu in buona parte ſua opera per la ſua diligentia, & bontà, & fede: iſtati per alquanto tempo a Ferrara, venendovi il morbo, ſi partirno, & vennero a Firenze, & quivi ordinò Papa Eugenio il concilio de' Greci, & con queſto concilio, per conſiglio del Cardinale di S. Agnolo, & di altri ſantiſſimi Cardinali ſi fe richiedere il concilio di Baſilea a queſto concilio, che non v'era migliore mezo di queſto a volerlo ſolvere, ch'era di grandiſſima importanza al Papa per levar via, che ſciſma non haveſſi a naſcere; venuti a Firenze s'ordinò ogni mattina, che vi fuſſino infiniti ſingulari huomini per la Chieſa Latina, & il ſimile v'erano per la Chieſa Greca, ch'erano venuti a Firenze tutti e' principali huomini avevano i Greci. Eravi uno Nicolò Secondino nato a Negroponte ſingolariſſimo, e maſſime nell'una lingua, & nell'altra, cioè nella Greca, & nella Latina, & era coſa mirabile quello faceva, perche parlato ſi pe' Greci, & fattoſi gl'argomenti s'avevano a fare approvare l'opinione loro, queſto interprete transferiva quello Greco in Latino ſenza gniuna difficoltà, di poi fatto queſto i Latini quello medeſimo transferiva in Greco con grandiſſimo facilità.* C *Fu tenuta grandiſſima maraviglia quella di queſto Nicolò, il Cardinale di S. Agnolo ſempre intervenne alle diſputationi, e diſputava contro i Greci in favore della Chieſa Romana Era grandiſſimo Theologo, e tutte queſte differentie l aveva beniſſimo Erano ancora in queſto concilio gli Armeni, che avevano alcuno differenza con la Chieſa Romana, & il Cardinale vi interveniva inſieme con maeſtro Tomaſo da Serzana eranvi ancora gli Jacobiti, ch'erano venuti per riconcillarſi colla Chieſa al Cardinale di S Agnolo e Papa Nicola, che era in quello tempo maeſtro Tomaſo da Serſana v'interveniva ancora lui Era fra queſte due nationi uno interprete di natione Vinitiano, ch'era coſa mirabile a vedere traasferire di Latino in quelle lingue ſi ſtrane, & aveva quattordici lingaggi: volle l'onnipotente Iddio, che vi fuſſe queſti dua ſingulari huomini a fine che cavaſſino queſte due nationi di queſti errori, come fe; eſſendoſi diſputato piu tempo co' Greci, in fine cedettero, & unironſi con la Chieſa Latina, dove ſi affaticava aſſai el Cardinale S Agnolo per levargli di queſto errore, & rimaſti d'accordo tutte le* D *ſcritture ordinò il Cardinale, e compoſele lui con volontà delle parti. Ordinate le ſcritture, ordinò Papa Eugenio, che ſi faceſſe uno atto publico in ſanta Maria del Fiore coſa nuova non mai piu fatta. Veniva il Papa con tutti i Cardinali, Veſcovi, Arciveſcovi tutti parati, i Cardinali colle mitrie di bombagino bianco, il Papa parato in Pontificale riccamente con la mitria d'oro, & di gemme in capo, gl'altri prelati tutti ſecondo l'ordine loro; iſtava il Papa a ſedere, d'allato alla ſua Maeſtà ſagrata principale tutti i Cardinali, & Veſcovi, & Prelati della Chieſa Latina dalla parte ditta, & dalla mano ritta era lo Imperadore di Conſtantinopoli a ſedere dirimpetto al Papa, che veniva a eſſere il Papa dalla parte dell altare, dove ſi dice il Vangelo inſieme con tutt'i prelati della Chieſa Latina; dall'altra parte al dirimpetto, com'è detto, cioè dalla parte dell'altare, dove ſi dice la piſtola, era lo'Mperadore con tutti i Veſcovi, & Arciveſcovi della Chieſa Greca, ch erano in numero di quattro, o piu, tutti parati con abiti ſacerdotali Greci di varii drappi, ch era mirabile coſa a vedere: pareva una grande veneratione vedendo e' Greci con quegli abiti antichi ſacerdotali, che ſempre hanno uſato dal di che vennero alla fede inſino all'hora. Non ponerò qui una lode grandiſſima de Greci, che mai non anno mutato abiti, così i temporali, come i ſpirituali ſono paſſati anni mille, & piu, e queſto ſi provava, che ne' campi Filippi, che ſono preſſo a Conſtantinopoli, ſi vede intagliati di marmo molti Greci co medeſimi abiti anno inſino al preſente: ci ſaranno alcuni, che ſi maraviglieranno, che eſſendo venuto il Patriarca a Firenze collo Imperatore non ſe ne facci mentione, che ſi riſponde, che concluſa l unione de' Greci co' Latini, & conſentitovi il Patriarcha, ſendo già vecchio, & infermo, ſi morì innanzi ſi faceſſi queſto atto; tutto queſto ordine fu inventione del Cardinale di ſanto Agnolo, ſendo coſa nova non c'era perſona ſapeſſi ordinarla ſe non lui: ragunato tutto queſto concilio, ch era numero infinito, & eravi convenuto tutto il mondo per vedere queſto ſi ſingolare atto; cantò il Papa Meſſa Pontificale, & infra la Meſſa ſi leſſero i privilegi fatti da queſta unione nelle dua lingue, cioè in Greco, & in Latino, in prima il Greco, dipoi il Latino, fu de degni atti ſi ſia fatto già è longhiſſimo tempo trovandoſi ſi in corte di Roma Imbaſciadori al Pontefice di tutto il mondo, & d'infiniti ſignori, era la corte Romana in più fiorito iſtato, ch'ella fuſſe mai iſtata nel ſuo Pontificato Letti quegli de Greci, & autenticati, & confermati in publico di voluntà delle parti, ſi leſſero poi quegli degli Armeni, & Jacopiti, & Etiopi. di queſti non ſo io ſe furono nelle lingue loro tutte; queſte ſcritture paſſorono per le mani del Cardinale di ſanto Agnolo, & volle ritenerſi per autorità tutti quegli originali appreſſo di ſe, & dette ogn uno le copie, dipoi quegli originali fece fare una caſſetta coperta di velluto fornita di ariento riccamente, e meſſovi dentro tutti queſti originali, e donogli alla ſignoria ch era in quel tempo, che gli teneſſero ad perpetuam rei memoriam, d'un atto ſi degno, & in ſudetti privilegi ſono ſoſcritti i prelati della Chieſa e Latina, e della Greca di lor mano, dove confeſſano avere acconſentito a queſta unione, & queſto fu fatto per piu autorità, e ſe ſancto Agnolo non fuſſe ſtato, non ſi conduceva mai queſta unione, nè ſi conduceva queſto atto, perche fece ogni coſa lui con la ſua ſolita prudentia, e delle ſua piccole ſuſtantie vi meſſe dentro quello potè, ſendo i Greci poveri, e non potendo iſpendere, perche Papa Eugenio per conducere queſta opera ſi degna dava loro tanta proviſione meſe per meſe, ch'eglino potevano vivere, & coſi gli levò, e ripoſe in Grecia a ſua iſpeſe. Fatto queſto atto, e concbiuſa l'unione di tutte queſte nationi colla Chieſa Romana, tutti ſi ritirarono alle loro Patrie, & Papa Eugenio fece due Cardinali Greci in queſta unione, che l'uno fu Biſarione huomo ſingulariſſimo, e monacho di ſancto Baſilio, fu aſſai utile alla Chieſa di Dio con la ſua prudentia. fece uno altro, ch era Veſcovo di Roſia, il titolo del quale ſi chiamò il Cardinale Ruteno, che fu degno prelato. Queſti dua fe il Papa ad perpetuam rei memoriam di queſta unione, & moſſo dalle loro ſingulari virtù. Infinite ſono le lodi del Cardinale di ſanto Agnolo in tutte le conditioni ſi richieggano a uno huomo degno, quale fu lui, che pochi ſe ne ſono trovati. Avendo fatto queſta unione di queſte nationi, come è detto, ſempre andava cercando fare opere degne di lui.*

Avendo Papa Eugenio fatte queſta unione di quegli diſſentivano da queſta Chriſtiana religione, penſava di fare ogni coſa poteva contro a' nemici della croce di Chriſto, & per queſto s'era inteſo co'l Re d'Ongaria, digniſſimo principe di quegli tempi, e preſtavagli favore di buona ſomma di danari a fare che faceſſi guerra al Turcho, & haveva il padre del Turcho paſſato in cattivo luogo, ſe alcuni cattivi Chriſtiani, che ſi chiamavano mercatanti, che paſſorono grande quantità di Turchi a uno paſſo di mare ſolo per dinari, che fu cagione di grande inconveniente a' Chriſtiani, come appreſſo ſi dirà Avendo Papa Eugenio mandato di là frate Giovanni da Capiſtrano, huomo ſanctiſſimo per predicare a quegli popoli. & animargli per amor di Chriſto contro agl'infedeli, & fe ſi grandiſſimo frutto di maniera, ch'era coſa mirabile i popoli, che vi andavano ſpontaneamente. Avendo già fatto grandiſſimo principio contro agl'infedeli, deliberò Papa Eugenio mandarvi uno legato Apoſtolico per maggiore autorità, & eleſſe il Cardinale di S Agnolo, come huomo ſantiſſimo, & di grandiſſima autorità; richieſtolo il Papa accettò, & diſſe eſſere contentiſſimo quan

do biſognaſſe morire per la Chriſtiana religione. Avendon partire da Firenze, preſe licentia da tutti gl'amici ſua, pregandogli, che pregaſſero Iddio per lui, che faceſſe di lui quello fuſſi il meglio, ch'era diſpoſto a fare la ſua volontà. Partitoſi, andò alla via d'Ungheria, & del continovo, & per lo camino, & in ogni luogo ſeguitava l'ordine ſuo, di dire ogni mattina Meſſa, e confeſſarſi Giunto in Ungheria ne' campi de' Chriſtiani co- minciò a predicare, & a tutti quegli popoli, & a tutto quel campo, di modo, che come udì da huomini degni di fede, tutti gli huomini d'arme erano diventati come religioſi, con tanta devotione ſtavano per le buone opere del Cardinale, & pe' buoni exempli della ſua vita condusſegli in luogo, che avendoſi andare per uno perdono diſcoſto piu miglia dal campo, v'andò il Cardinale iſcalzo, & il ſimile tutti gli huomini dell'arme, che v'erano con grandiſſima devotione: ſempre quando andava contro a' Turchi, in prima haveva predicato, di poi detta Meſſa, & faceva portarſi innanzi il Corpo di Chriſto conſagrato, con cinquanta doppieri & con molti a pie intorno per reverentia, & aveva per lo ſuo bono exemplo della vita, e de' coſtumi ridotti gli huomini d'arme ch'erano diventati tutti come religioſi colla fervenza della caſtità nel campo, collo udire ogni dì Meſſa, col confeſſarſi, coll'andare a luoghi di perdoni, & altre divotioni come erano andati inſieme col Cardinale piu miglia iſcalzi a uno perdono. Perſeverando a queſto modo queſto exercito fecero grandiſſimo acquiſto, in prima, mediante la gratia di Dio, dopoi per eſſervi molti digniſſimi huomini in quello exercito, in modo, che gli acquiſtorno grande parte delle terre del Turcho, & andorno fino di là da Andrinopoli cinque giornate, tutto ſi acquiſtò con la ſapientia, & bontà, & del Re, & del Cardinale. Era venuta la coſa in luogo, che ſe non fuſſe venuto lo 'mpedimento grande, venne a' Chriſtiani per lo inconveniente di Turchi, che furono paſſati per una via della marina da un luogo a un'altro, come è noto a tutto il mondo in quello al preſente. Sentendo il Re di Ungheria, & il Cardinale, come i Turchi venivano a uno certo luogo, fecero penſiero d'andargli a ritrovare, vegendo avere grandiſſimo vantaggio da loro, & eſſer di maniera che gli ſperavano ſenza alcun dubio la vittoria parata: ſendo fatta queſta deliberatione, il Cardinale non ſapeva nè della vita, nè della morte, a tutto era apparecchiato a conformarſi con la volontà di Dio, & per queſto un dì, ſecondo ebbi da chi vi fu preſente, ordinò quaſi come uno teſtamento di quello voleva ſi faceſſe; dipoi ſi volſe a tutti e' ſua di caſa, & parlò loro per lungo ſpatio, confortandogli a portarſi bene, e pregare Iddio per lui, e che andandolui al manifeſto pericholo non voleva che niuno de' ſua vi andaſſi per nulla, pigliandoli a uno a uno per la mano, quaſi lagrimando, & tutti gli baciò, pregandogli, che pregaſſino Iddio per lui, & che faceſſe quello che fuſſi il meglio, e non guardaſſi a' ſuoi peccati: parve in queſto atto, che prevedeſſi quello doveva ſeguire di lui di eſſere martire di Chriſto, & morire per lo ſuo nome. Fatto il Cardinale queſto atto, & laſciata la famiglia ſua per non volere correſſino alcuno pericolo accozzatoſi col Re, & coll'altre gente andorno al luogo deputato, del quale erano i Chriſtiani medeſimi ſuperiori, venendo a queſto luogo e' falſi Chriſtiani, che ſi chiamavano mercatanti, paſſarono infinito numero di Turchi a prezzo havendo parecchi ducati dell'uno, & fu tanto il numero che fu paſſato da quegli falſi Chriſtiani, che ſopragiungendo coſtoro, & non gli aſpettando, venendo alla battaglia, come ſi ſtima ben che il vero non ne ſappia perſona, perche vi fu morto il Re, & il Cardinale, & tutti e' ſignori, & nobili di quella provincia, che non vi campò chi poteſſe narrare il fatto dell'arme come era paſſato, & veduto lo 'nganno de' Chriſtiani, ſi ſtima, che avendo preſa i Chriſtiani la battaglia co' Turchi, ſopravenendo dopoi tante migliaja di Turchi non aſpettati gli metteſſino in mezo, & ſeguitonne la ſtrage ſi vide & la morte del Cardinale, di uno ſi degno Re quanto quello di Ungheria, & di tanta nobiltà di ſignori, & gentil'huomini, donde ſeguitò dopoi tanto male a' Chriſtiani quanto fu la perdita di Conſtantinopoli, & di tanti paeſi acquiſtati. Fu queſta la fine di queſto digniſſimo Cardinale, che niuno fu mai vero martire di Chriſto, che ne ſono ſtati infiniti; fu veramente meſſer Giuliano Ceſarini da eſſere meſſo nel numero de' degni ſancti, & martiri abbi avuti la Chieſa di Dio per tante degne opere quante fè nella ſua vita, & per tante laudabili ſua virtu, che ſe fuſſe ſtato al tempo de gl'antichi, & la ſua vita, & per tante laudabili opere s'aveſſino avute a celebrare per gli ſcrittori degni, come ſi ſarebbono potute fare, ſarebbe ſimile in tute le laudabili conditioni a qualunque abbino avuti gli antichi, avendo perſeverato inſino alla ſua fine in tante laudabili opere, & dapoi alla fine aver voluto dimoſtrare coll'opere quello aveva detto colle parole, avendo preſo per l'amor di Chriſto il ſantiſſimo martirio, in prima nell'altre ſue degne opere avervi meſſo il tempo, & l'opera ſua, dipoi in fine avervi meſſo la propria vita, che piu non vi poteva mettere. Prego adunque chi ſi voleſſe affaticare di comporre la vita ſua in Latino, lo facci, che maggiore opera di pietà, o di buono exemplo non potrebbe fare di quello di ſcrivere una vita di ſi degno huomo quanto fu meſſer Giuliano exemplo a tutto il mondo di tutte degne conditioni poſſono eſſere in uno huomo.



36 MEMMIUS *a* Agazzarius, nobilis Senenſis, famoſus doctor magno in pretio habitus, ad Epiſcopatum hunc aſſumptus eſt anno 1445. tertio Kalendas Auguſti. Senis deceſsit, ſepultuſque eſt in Cathedrali anno 1452. cujus familiæ paulo ante fuerat Philippus Ilicetani monaſterii alumnus, magnæ ſanctitatis vir. XX XIX

37 JOANNES *b*, Compagni filius, de Agazzariis Senenſis, fuit Groſſetanorum Antiſtes 1452 ſexta die menſis Octobris. Vitam finivit 1468. Sequens Breve apud me extat, quo Nicolaus V. Pontifex Senenſi reipublicæ Joannem commendat, Itemque ipſius Joannis epiſtola, qua de ſua creatione in Groſſetanum Epiſcopum eandem rempublicam reddidit certiorem. XL.

a Gulielmus Memmius nuncupatus, de quo Ugurgerius in Pompis Senen. t. 1. Manuſ.

b De hoc item Ugurgerius. Manuſ.

Dilectis filiis nobilibus viris Prioribus, & Capitaneo populi civitatis Senenſis.

NICOLAUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei.

Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Hodie Eccleſiæ Groſſetanenſi, tunc per obitum bonæ memoriæ Memmii illius ultimi Epiſcopi extra Romanam curiam defuncti Paſtoris ſolatio deſtitutæ de perſona dilecti filii Joannis de Agazaria electi Groſſetan. providimus, ipſumque illi præfecimus in Epiſcopum, & paſtorem, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos igitur eundem Electum paterna benevolentia proſequentes, ac cupientes, ut Eccleſia ipſa ſub ejus felici regimine ſpiritualiter, & temporaliter augeatur, nobilitatem veſtram rogamus, & hortamur attente, quatenus eundem Electum, & commiſſam ſibi Eccleſiam habentes pro noſtra, & Apoſtolicæ ſedis reverentia propenſius commendatos in ampliandis, & conſervandis juribus ſuis, ſic eos veſtri favoris gratia proſequamini, quod per auxilium veſtræ gratiæ idem electus in præfatæ ſibi commiſſæ Eccleſiæ regimine utilius proſperari valeat, voſque proinde æternæ felicitatis præmia conſequamini.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1452. X. Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri anno 6.

Magnificis. & potentibus dominis DD. Prioribus, & Capitaneo populi civitatis Senarum, Dominis ſuis præcipuis.

Magnifici, & potentes domini mei ſingulariſſimi, humili recommendatione præmiſſa omnipotens Deus, a quo

Bo-

omne datum optimum, & omne donum perfectum eſt, ten en alto ſanctiſſimi Domini noſtri mentem diſpoſuit, ut clementia ſanctitatis ſuæ mihi de Eccleſia Groſſetana providit, & hodie in eundem Eccleſiæ Epiſcopum in ſacro Romanorum Dominicorum Cardinalium Collegio me pronunciavit. Id enim a ſanctitate ſua factum eſſe exiſtimo veſtrarum magnificarum DD contemplatione, quorum ergo ſilius, & ſervitor ſum, eroque dum mihi vita comes erit. Dignas autem vobis referre gratias non eſt meæ facultatis; Deus ipſe, qui cunctorum bonorum eſt diſtributor, condignas veſtris M D gratias habeat, & ad vota vos, veſtraque omnia diſponat. Ex Urbe 22. Septembris 1452. V. M D.

filius, & ſervus

Joannes Compagni de

Agazaria Electus ad Eccleſiam Groſſetanam.

Ejus mentio habetur uſque ad annum 1468. in literis ad rempubl. Senenſem ab ipſo ſcriptis die 17. Decembris, ex quibus clare apparet illum non ſemel pro Eccleſiaſtica libertate ſervanda pugnaſſe. Paulo poſt potuit deceſsiſſe.

(„ Hic an. 1462. Senarum Communi donavit Iſ-
„ chiæ Caſtrum, ut conſtat ex ſequenti documen-
„ to, qood ex Authentico in Archivo Communi-
„ tatis Craſſeti exiſtente proferimus.
„ *In Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti*
„ *Amen.*
„ *Anno a ſua ſalutifera Incarnatione 1462. Indict.*
„ *x. die vero 22. Aprilis tempore Pontificatus Bea-*
„ *tiſſimi in Chriſto Patris, & D. D. Pii de Senis Di-*
„ *vina Providentia Papa II. Regnanteque Ser. Prin-*
„ *cipe, & D.D. Federico Romanorum Imperatore,*
„ *& ſemper Auguſto.*
„ *Omnibus evidenter appareat qualiter Rev. Pater*
„ *D. Johannes de Aghazaria de Senis Dei, & Apo-*
„ *ſtolica Sedis gratia Epiſcopus Craſſeti, habito pri-*
„ *mo longo, & ſolemni colloquio cum ſpectabili Viro*
„ *Jacobo Ghuidini Laniſta de Senis man. Magnifico-*
„ *rum Dominorum Sen. ad ipſum . . Epiſ-*
„ *copum antedictum ſuper materia concedendi tempe-*
„ *rale Dominium Terra Iſchia Umbronis Magni-*
„ *fico Communi Sen. ut alias præfatus Dominus Jo-*
„ *hannes Epiſcopus antedictus ſponte obtulit dictis*
„ *Magnificis Dominis, & nunc de novo affirmat, &*
„ *dicit ſe eſſe contentum dare, tradere, & concedere*
„ *in omnibus, & per omnia dictum Dominium tem-*
„ *porale dicta Terra Iſchia Umbronis Communi Se-*
„ *narum cum illis pactis, modis, Capitulis, & con-*
„ *ditionibus declarandis per Magnificos Dominos Ca-*
„ *pitaneos populi, Vexillif. Magiſtros, & novem Ci-*
„ *ves ſuper cuſtodia civitatis Senarum, & prout, &*
„ *eo modo, & forma eis viſum fuerit, & placebit.*
„ *In quos magnificos Dominos Capit. Populi, & no-*
„ *vem Cives antedictos Vex. præfatus Rev. Epiſco-*
„ *pus, ſe, & dictum temporale Dominium dicta Ter-*
„ *ra Iſchia ſine aliqua exceptione remiſit, & in me*
„ *Notarium inſtrumentum tanquam publicam perſo-*
„ *nam pro ſupradictis Magnificis D. Capit. Populi,*
„ *Vexill. Magiſtris, & novem civibus de cuſtodia,*
„ *& Magnifici Communis Senarum recipientem, &*
„ *ſtipulantem, promiſitque dictus D. Johannes Epiſ-*
„ *copus antedictus mihi Notario infraſcripto recipien-*
„ *ti, & ſtipulanti nomine quo ſupra ſe habere fir-*
„ *mum, ratum, atque gratum omne, & totum illud*
„ *& quicquid per dictos Magnificos Dominos Capit.*
„ *Populi, & Vexill. Magnif. & novem antedictos in*
„ *dicta materia dicti temporalis Dominii factum,*
„ *geſtum, capitulatum, ſivè declaratum fuerit, &*
„ *illud plenariſſimo perpetuo obſervare ſub hipotheca, &*
„ *obligatione ſui, & bonorum omnium ſuorum præ-*
„ *ſentium, & futurorum, renuntians præfatus Rev.*
„ *Epiſcopus in & pro prædictis exceptioni non facta*
„ *affirmationis, remiſſionis, obligationiſque prædi-*
„ *cta, actioni in factum, conditioni ſine cauſa non*
„ *ſic facti, vel celebrati contractus, doli mali, fori*
„ *privilegio, & omni alii Juris, & ll. auxilio, be-*
„ *neficio, & favori, & juravit manu ejus pectore ta-*
„ *cto prædicta omnia, & ſingula vera eſſe, & fuiſſe*
„ *prout ſuperius continetur, & ea, & quicquid fa-*
„ *ctum, geſtum, capitulatum, ſivè declaratum fuerit*
„ *per ſupradictos Magnificos DD. Capit. Populi, Ve-*
„ *xill. Magiſtros, & novem de Cuſtodia antedictos*
„ *perpetuo ſine aliqua exceptione obſervare. Hoc ta-*
„ *men expreſſe per ipſum Rev. Epiſcopum declaratur,*
„ *quod prædicta omnia fiant de voluntate, & cum li-*
„ *centia Ss. D. Noſtri Papæ, rogans me Notarium*
„ *infraſcriptum, quatenus de prædictis omnibus pu-*
„ *blicum conficiam Inſtrumentum.*
„ *Actum in civitate Senarum, & in Domo Tho-*
„ *ma de Allegrettis de Senis, & ad præſens habit.*
„ *dicti Rev. Epiſcopi coram, & præſentibus ſupradi-*
„ *cto Jacobo Ghuidini Beavenuto, Thomaſii de Pec-*
„ *cis, & Georgio D. Ghabriellis de Clomoa a famulo*
„ *Magnificorum DD. Sen. Teſtibus præſentibus ad-*
„ *hibitis, vocatis, & rogatis.*
„ *Ego Thomas filius Nelli de Beringhuccis de Se-*
„ *nis publicus Apoſtolica, & Imperiali authoritate*
„ *Notarius, & Judex Ordinarius prædictis omnibus*
„ *dum ſic agerentur, & fierent, interfui, & roga-*
„ *tus ſcribere, & ſcripſi, & publicavi, & in fidem*
„ *omnium præmiſſorum me ſubſcripſi cum nomine*
„ *meo, & ſigno conſueto.*
„ *Loco † Signi.*)



38 JOANNES a ex Comitibus Elciis ſucceſsit Joanni in Eccl. Groſſetana poſt annum 1468. Is anno 1472. die 13. Martii, inſtante Thoma Epiſcopo Pientino, ordinationes habuit in Eccleſia S. Michaelis de Cluſura ejuſdem diœceſis, ex ejus literis, quæ extant in archivio Amiatini monaſterii, ubi & ejus gentilitia ſtemmata in cera expreſſa cernuntur. Fato occubuit anno 1488. Apud ſuos quieſcit in Cathedrali, de quo in actis conſiſt. mentio habetur. XI.I

a De hoc Vghellius cit. p. 170. Mandoſ.

(„ *His temporibus cum propter redditum tenuita-*
„ *tem Canonici non reſideret, ideoque cultus divinus*
„ *in Craſſetana Cathedrali omnino frigeſceret, Jaco-*
„ *bus Nicolai Craſſetanus Præpoſitus a Sixto IV. po-*
„ *ſtulavit, ut redditus Monaſterii Ss. Annunciata*
„ *Monialium Ord. S. Benedicti tunc vacantis, itemque*
„ *fructus Craſſetana Præpoſitura menſa Capitulari*
„ *unirentur, indeque quotidiana diſtributiones inter*
„ *Præpoſitum ipſum, Canonicoſque reſidentes tan-*
„ *tum erogarentur: & ſic cultus divinus in dicta Ca-*
„ *thedrali reviviſceret.*
„ *Annuit piis petitioni Pontifex, & rem Joanni E-*
„ *piſcopo Craſſetano, & Vicario generali Senenſis*
„ *Archiepiſcopi exequendam commiſit, datis ad eoſ-*
„ *dem literis ſequentis tenoris.*

SIXTUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
„ *Ven. Fratri Epiſcopo Groſſetano, & dile-*
„ *cto filio Vicario vener. Fratris no-*
„ *ſtri Archiepiſcopi Senen. in ſpi-*
„ *ritualibus generali ſalu-*
„ *tem, & Apoſtolicam*
„ *benedictionem.*
„ *Inter curas multiplices, quibus rerum, negotiorum-*
„ *que varietatibus jugiter diſtrahimur, noſtros ad ea*
„ *cogitatus libenter effundimus, per quæ in Eccleſiis*

præſertim Cathedralibus Cultus Divinus Altiſſimo debitè perſolvatur, augmentetur, & exuberet, nec non perſonarum in illis Divino obſequio mancipatarum commoditatibus, atque profectibus, ſalubriter valeat provideri. Cum itaque, ſicut accepimus, Monaſterium Annunciatæ Groſſetanum Ordinis S. Benedicti vacaverit, & vacet, ac Monialibus deſtitutum exiſtat ad præſens, & ſicut exhibita Nobis nuper pro parte Nicolai moderni Præpoſiti Eccleſiæ Groſſetanæ petitio continebat, licet in eadem Eccleſia Præpoſitura, quæ inibi Dignitas major poſt Pontificalem eſt, & cui cura Animarum imminet Parochianorum dictæ Eccleſiæ, quæ etiam Parochiam habet, ac octo Canonicatus, & totidem Præbendæ pro octo ipſius Eccleſiæ Canonicis hactenus inibi laudabiliter inſtituti fuerint, tamen quia ipſi Canonici nullas quotidianas ibidem percipiunt diſtributiones, ſed maſſam communem aſcendentem communiter annuatim ad decem, & octo modia tritici, vel circa habent, & ipſam maſſam, etiam apud eandem Eccleſiam non reſidendo, nec Divinis in ea intereſſendo inter ſe dividunt jam pluribus annis elapſis, nullus ex Canonicis dictæ Eccleſiæ apud eam perſonaliter reſidere, & divinis officiis in illa intereſſe curavit, prout nullus etiam Canonicus ibidem reſidet de præſenti, propter quæ ipſa Eccleſia debitis obſequiis defraudatur, & ad illam fidelium tepeſcit devotio. Et ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi ex maſſa prædicta, quotidianæ diſtributiones, inter Præpoſitum, & Canonicos dictæ Eccleſiæ apud eam perſonaliter reſidentes, & Divinis Officiis intereſſentes dumtaxat, æqualiter dividendæ fierent & Monaſterium prædictum in eo prædicto ordine, & Abbatiſſali dignitate ſuppreſſis, menſæ Capitulari dictæ Eccleſiæ perpetuo uniretur, annecteretur, incorporaretur, & illius fructus, redditus, & proventus, ac omnes Decimæ frumenti dictæ Præpoſituræ, quæ ad viginti modia tritici, vel circa communiter aſcendunt annuatim, & ad Præpoſitum pro tempore exiſtentem dictæ Eccleſiæ ſpectant, ipſi menſæ pro hujuſmodi diſtributionibus ſimiliter dividendis de conſenſu Præpoſiti ejuſdem Eccleſiæ applicarentur, profecto ipſi Canonici ad reſidendum perſonaliter apud eandem Eccleſiam, & Divinis ibidem intereſſendum inducerentur, & animarentur, cultuſque Divinus in ipſa Eccleſia reflореret; & populi devotio ad illam incitaretur, & augeretur, ſaluſque Animarum exinde provenire ſperaretur. Pro parte igitur dicti Præpoſiti aſſerentis, quod menſæ 30. & Monaſterii prædictorum 24. florenorum auri de Camera ſecundum communem extimationem valorem annuum fructus, redditus, & proventus non excedunt; Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ex maſſa prædicta quotidianas diſtributiones inter Præpoſitum, & Canonicos dictæ Eccleſiæ apud eam perſonaliter reſidentes, Divinis officiis ibidem intereſſentes dumtaxat æqualiter dividendas, & Monaſterium prædictum in eo ordine prædicto & Abbatiſſali dignitati inibi ſuppreſſis, menſæ Capitulari prædictæ unire, annectere, & incorporare, & illius fructus, redditus, & proventus, ac omnes decimas frumenti dictæ Præpoſituræ, quæ ad viginti etiam modia frumenti vel circa aſcendunt annuatim, & ad Præpoſitum pro tempore exiſtentem dictæ Eccleſiæ ſpectant, ipſi menſæ pro diſtributionibus quotidianis hujuſmodi, ut præmittitur inter ipſos Canonicos dividendis, de conſenſu Præpoſiti ejuſdem Eccleſiæ opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui divinum cultum ipſi Altiſſimo intenſis deſideriis debite perſolvi affectamus, de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Vos, vel alter veſtrum, vocatis dilectis filiis Capitulo dictæ Eccleſiæ, & aliis, quorum intereſt, de præmiſſis legitime vobis conſtiterit, ex maſſa prædicta, quotidianas diſtributiones inter Præpoſitum, & Canonicos dictæ Eccleſiæ apud eam perſonaliter reſidentes, & Divinis Officiis ibidem intereſſentes dumtaxat, æqualiter dividendas, conſtituere, & ordinare, & Monaſterium prædictum in eo ordine prædicto; & Abbatiſſali dignitate ſuppreſſis, quovismodo, aut ex cujuſcumque perſona vacet, dictæ menſæ, dummodo dicto Monaſterio, tempore datæ præſentium, non ſit de Abbatiſſa canonicè proviſum, unire, annectere, & incorporare; Et illius fructus, redditus, & proventus, ac omnes decimas frumenti dictæ Præpoſituræ, atque ad Præpoſitum pro tempore exiſtentem dictæ Eccleſiæ ſpectant, ipſi menſæ pro diſtributionibus quotidianis hujuſmodi, ut præmittitur, dividendis de conſenſu ejuſdem moderni Præpoſiti, & non aliàs applicare, & appropriare perpetuò authoritate noſtra curetis. Ita quod liceat Capitulo dictæ Eccleſiæ per ſe, vel per alium, ſeu alios, corporalem poſſeſſionem Monaſterii, juriumque & pertinentiarum prædictorum authoritate propria, liberè apprehendere, & illius fructus, redditus, & proventus in eaſdem diſtributiones quotidianas, ut præfertur, convertere, cujuſvis licentia ſuper hoc minimè requiſita: non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, & Diœceſim niſi in certis, & exceptis caſibus, & illis ultra unam Dietam à fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices à Sede deputati prædicta extra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere, ſeu aliquos, ultra unam Dietam à fine ſuæ Diœceſis eorundem trahere præſumant, dummodo ultra duas Dietas aliquis authoritate præſentium non trahatur, nec non aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiæ, Monaſterii, & Ordinis prædictorum etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate roboratis Statutis, & Conſtitutionibus, & quibuslibet aliis Privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ, præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis; proviſo, quod dictum Monaſterium ad profanos uſus nullatenus redigatur, ſed in illius Eccleſia aliquando deſerviatur in Divinis. Nos enim, ſi dictas diſtributiones, ac unionem, annexionem & incorporationem feceritis, ac fructus, redditus, & proventus, nec non decimas dictæ Præpoſituræ pro dictis diſtributionibus applicaveritis, ut præfertur, eadem, auctoritate ſtatuimus, quod ſi contingat aliquem, ſeu aliquos ex eiſdem Canonicis à dicta Eccleſia ſe abſentare, Præpoſitus pro tempore exiſtens per viros idoneos Conductitios ad deſerviendum in Divinis loco ſic abſentium Canonicorum, durante hujuſmodi abſentia dumtaxat inibi, quibus ex diſtributionibus eoſdem Canonicos ſi præſentes forent contingentibus congruum ſalarium exhibere, ponere, & inſtituere valeat. Quodque illos ex canonicis ipſis, qui poſt monitionem de reſidendo apud dictam Eccleſiam per Præpoſitum prædictum eis canonice pro prima vicè facta, infra annum apud illam non reſederint, elapſo hujuſmodi anno, ſuis Canonicatibus & Præbendis, quos in dicta Eccleſia obtinent, privatos fore, & interim, quod non venerint ad reſidendum, liceat Præpoſito prædicto per Viros, ut dictum eſt, in eorum loco eadem authoritate alios Conductitios ponere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus per præſentes, & etiam declaramus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1479. ſexto Non. Maji Pontificatus Noſtri Anno octavo.

Antonius autem de Alteriis, Archiepiſcopi Senenſis Vicarius, ex Delegatis alter, re bene co-

„ gnita, atque perpenſa juxta Præpoſiti poſtulata Commiſſionem Apoſtolicam exequi non diſtulit ſequenti inſtrumento.

„ *Univerſis & ſingulis præſentes Litteras, ſivè præſens publicum Inſtrumentum viſuris, lecturis pariter, & audituris Antonius de Alſeriis, Utriuſque Juris Doctor, Archidiaconus Eccleſiæ Urbevetanen. Reverendiſs. in Chriſto Patris, & D. D. Franciſci de Piccolominibus Miſeratione Divina S. Euſtachii S. R. E. Diaconi Cardinalis Archiepiſcopi Senen. in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius, & Officialis generalis in Civitate Senen. reſidens Judex, & exequutor ad infraſcripta, una cum Reverend. Epiſcopo Gruſſetano, cum illa Clauſula, Quatenus vos, vel alter Veſtrum, vel à ſede Apoſtolica Deputatus, ſalutem in Domino; & præſentibus fidem indubiam adhibere, noſtriſque hujuſmodi, immo verius Apoſtolicis firmiter obedire Mandatis. Literis Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti Divina diſponente Clementia Papæ IV. ejus vera bulla plumbea cum cordula canapis, more Romanæ Curiæ in pendenti bullatas, ſanas, ſiquidem, & integras, non aboletas, non cancellatas, non abraſas, nec in aliqua ſua parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, prout in earum inſpectione apparebat, nobis per Vener. Virum D. Jacobum Nicolai Præpoſitum Eccleſiæ Groſſetanæ, ipſius Præpoſituræ nomine principalem, & in ipſis literis Apoſtolicis nominatum, & nobis coram Notario publico, & teſtibus infraſcriptis præſentatas, nos cum ea, qua decuit reverentia noveritis recepiſſe hujuſmodi ſub tenore &c. Sixtus Epiſcopus &c.*

„ *Poſt quarum quidem literarum Apoſtolicarum præſentationem, & receptionem nobis, & per nos, ut præmittitur factam, fuimus per dictum D. Jacobum Præpoſitum principalem in eiſdem principaliter nominatum, debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem earundem, & contentorum in eiſdem procedere dignaremur juxta traditam, ſeu directam per eas à ſede Apoſtolica præfata nobis formam, continentiam, & tenorem.*

„ *Nos vero Antonius Vicarius, Judex, & Executor præfatus, attendentes requiſitionem, petitionem hujuſmodi fore juſtam, & conſonam rationi, volenteſque mandatum Apoſtolicum nobis in hac parte directum, reverenter exequi, ut tenemur, productis coram nobis nonnullis teſtibus fide dignis ad informandum animum noſtrum ſuper contentis in præinſertis literis Apoſtolicis, ipſiſque per nos rite receptis, & admiſſis, ac in forma juris, juratis, vocatis, vocandis, & diligenter, ac judicialiter examinatis ipſorumque Teſtium dictis, & depoſitionibus in ſcriptis fideliter redactis; Et quia ex dictis, & depoſitionibus teſtium hujuſmodi reperimus contenta in præſcriptis litteris Apoſtolicis veritate fulciri, videlicet quod dicti Canonici Groſſetani moderno tempore exiſtentes maſſam groſſam habent, inter ſe communem, ad dictam decem, & octo modiorum frumenti quantitatem aſcendentem, quam dividere ſolent, & dividunt æqualiter inter ſe etiam non reſidentes, Canonicorumque reſidentiam non ſervari, ſicque Divinum cultum diminui. Monaſterium vero Annunciatæ Groſſetanum Ordinis S. Benedicti vacaviſſe, & vacare, Monialibuſque eſſe deſtitutum. Quodque ſi ex maſſa prædicta quotidianæ diſtributiones inter Præpoſitum, & Canonicos dictæ Eccleſiæ Groſſetanæ apud Eccleſiam ipſam perſonaliter reſidentes, & Divinis Officiis intereſſentes dumtaxat æqualiter dividendæ fiant, & Monaſterium prædictum Menſæ Capitulari prædictæ Eccleſiæ Groſſetanæ, & illius fructus, redditus, & proventus, qui ad ſummam, & quantitatem Florenorum 24. auri de Camera dumtaxat aſcendunt de præſenti, ac omnes decimæ frumenti dictæ Præpoſituræ, quæ ad 20. modia tritici, vel circa, aſcendunt annuatim, quæ ad Præpoſituram ipſius Eccleſiæ ſpectant, ipſi menſæ pro hujuſmodi diſtributionibus pro ut ſupra ſimiliter dividendis, perpetuò unirentur, annecterentur, & incorporarentur; & applicarentur, ipſi Canonici, profecto ad reſidendum perſonaliter apud eandem Eccleſiam, & Divinis ibidem intereſſendum, inducerentur, & animarentur, Cultuſque Divinus in ipſa Eccleſia diminutus reflorerer: Statuique & honori ipſius Eccleſiæ opportune conſuleretur: aliaque in eiſdem literis Apoſtolicis per D. Jacobum expoſita, & narrata, vera fuiſſe, & eſſe: Idcirco authoritate Apoſtolica nobis in hac parte conceſſa, & qua fungimur, maſſam groſſam prædictam & cum ipſa maſſa, Monaſterium Annunciatæ Abbatiſſa, & monialibus, ut præfertur, vacans, cui tempore datæ præſentium literarum de Abbatiſſa non comperimus aliquo modo canonicè eſſe proviſum, in quo quidem Monaſterio, prius Ordinem, & Dignitatem Abbatiſſali prædictos ſuppreſſimus, juxtà præfati Ss. D. Noſtri mandatum ſupprimimus per præſentes, & cum maſſa, & Monaſterio, præfatas omnes decimas frumenti dictæ Præpoſituræ Eccleſiæ Groſſetanæ, & quæ ad Præpoſituram eandem, & eundem Præpoſitum pertinet, & ſpectant, ipſius D. Jacobi moderni Præpoſiti dictæ Præpoſituræ præfatæ Eccleſiæ Gruſſetanæ expreſſo ad hoc accedente conſenſu Capitulari Menſæ Canonicorum præfatæ Eccleſiæ Groſſetanæ, & in ipſam Menſam ereximus, & ipſi menſæ pro quotidianis diſtributionibus inter Canonicos, & Præpoſitum ipſius Eccleſiæ Groſſetanæ Divinis Officiis præſentes æqualiter dividendis, diſtribuendis, ut præfertur, univimus, annexsimus, incorporavimus, applicavimus, & appropriavimus perpetuò, & per præſentes, ita quod liceat Capitulo ipſius Eccleſiæ Groſſetanæ per ſe, vel per alium, ſeu alios, corporalem poſſeſſionem maſſæ, Monaſterii, decimarum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum authoritate propria, liberè apprehendere, & illorum fructus, redditus, & proventus in eaſdem diſtributiones quotidianas, & illarum uſum, & utilitatem convertere, cujuſcumque licentia deſuper minimè requiſita, non obſtantibus quibuſcumque, quæ præfatus Ss. D. N. in ſuis præinſertis literis Apoſtolicis voluit non obſtare, ſtatuens ejus ſanctitatis in eventum annexionis, unionis, incorporationis, applicationis, & appropriationis hujuſmodi, & decreto in ſuo robore remanente. Quæ omnia, & ſingula, necnon præfatas literas Apoſtolicas, & hunc noſtrum proceſſum, & omnia, & ſingula in eis contenta, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & quibus expedit, intimamus, inſinuamus, & notificamus, & ad veſtram, & cujuslibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes. Per proceſſum autem noſtrum hujuſmodi nolumus, nec intendimus, noſtro in aliquo præjudicare collega, quoniam ipſe, ſervato tamen in hoc noſtro Proceſſu in negotio hujuſmodi precedere valeat, prout ei viſum fuerit expedire.*

„ *In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium prædictorum, præſentes noſtras literas, ſive hoc præſens publicum inſtrumentum proceſſum noſtrum hujuſmodi in ſe continentes, ſive continens ex inde fieri per Notarium noſtrum publicum infraſcriptum, ſubſcribi, & publicari mandavimus; ſigillique noſtri Vicariatus Officii juſſimus, & fecimus appoſitione muniri.*

„ *Datum, & actum Senis in loco reſidentiæ Curiæ Archiepiſcopalis ad Bancum Juris, coram, & præſentibus Rev. in Chriſto Patre, & D. D. Gabrielio Epiſcopo Cluſino; D. Mariano de Capaccis Abbate digniſſimo Monaſterii S. Salvatoris in Montanea. S. Laurentio Senſi, & S. Laurentio Cole presbyteris Sen. teſtibus ad præmiſſa vocatis, adhibitis, & rogatis, ſub anno Dominicæ Incarn. 1480. Ind. XIII. ſecundum ſtilum Notariorum civitatis Senar. Dus vero nona menſis Octobris tempore Pontificatus Sanct. in Chriſto Patris, & D. N. Sixti Divina Providentia Papæ IV. præfati Regnante Seren. Principe, & D. D. N. Fedrigo III. Roman. Imperator ſemper Auguſto, ut fertur.*

„ *Ego*

Ego Bernardinus de Corſinis de Belforeo presb. & Imperiali authoritate Notarius, & Judex Ordinarius, Curiaque Archiepiſcopalis Sen. Scriba, prædictis omnibus, & ſingulis dum ſic agerentur, & fierent, interfui, & ea rogatus ſcribere, ſcripſi, & de manu propria publicavi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Locus † Sigil.

Verum cum Graſſetaui Canonici, alibi beneficia obtinentes, quotidianis diſtributionibus ad reſidentiam minime allicerentur, & proinde divina officia in Cathedrali pro dignitate non exercerentur, alios octo Canonicos ſupranumerarios, qui inibi reſiderent, cultumque divinum repararent, inſtituendos impetrarunt Joannes Epiſcopus, & Jacobus Nicolai Præpoſitus Graſſetani ab Innocentio VIII. accepta Bulla hujus tenoris.

INNOCENTIUS VIII.

ſervus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pia, & ſalubria vota fidelium, ex quibus in Eccleſiis præſertim Cathedralibus Divini cultus ſperatur augmentum, ſaluſque provenit Animarum, principatus affectione proſequimur, & plenis favoribus confovemus. Sane pro parte Vener. Fratris noſtri Joannis Epiſcopi Groſſetani, & dilecti filii Jacobi Nicolai Præpoſiti Eccleſiæ Groſſetanæ nobis nuper oblata petitio continebat, quod videlicet in dicta Eccleſia ſunt dumtaxat octo Canonicatus, & totidem Canonici, qui diſtinctos non habent Præbendas, ſed ſibi eſt Menſa, ſeu maſſa communis, ex qua quilibet dictorum octo Canonicorum ſingulis annis ultra unum modium Frumenti menſura illarum partium non percipit, quod communiter ultra tres ducatos auri de Camera valere minime conſuevit; Et tam propter tenuitatem fructuum, redditunm, & proventuum menſa hujuſmodi, aeris intemperiem in civitate Groſſetana, ut plurimum ingentem, & etiam, quia alia Beneficia Eccleſiaſtica, ex quibus vivere poſſint, obtinens, nullus Canonicorum prædictorum apud eamdem Eccleſiam reſidet de præſenti, unde in dicta Eccleſia Divinus Cultus, & auxilium Populi devotio plurimum diminuitur. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, ſi in Eccleſia præfata, alii octo Canonicatus, pro octo Canonicis ſupranumerariis per Epiſcopum prædictum conjunctim, pro iſta prima vice inſtituendis, qui abſque præjudicio aliorum octo Canonicorum antiquorum prædictorum ſtallum in Choro, ac locum, & vocem in capitulo Eccleſiæ prædictæ haberent, & quotidianas diſtributiones, quæ propterea ad ſupplicationem dicti Præpoſiti per felicis recordationis Sixtum Papam IV. Prædeceſſorem noſtrum, ordinatæ fuerunt, perciperent, inſtituerentur, ita quòd, cedentibus, vel decedentibus ſimul, vel ſucceſſivè præfatis antiquioribus Canonicis, novi Canonici hujuſmodi, unuſquiſque illorum videlicet, juxta ordinem receptionis, in locum cedentium, vel decedentium hujuſmodi ſubrogarentur, & ſubſtituerentur, donec numerus Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ ad numerum octo reductus foret, profecto ipſi de novo inſtituendi Canonici utpote nullum aliud beneficium Eccleſiaſticum, niſi in civitate prædicta, vel prope eam obtinentes, apud eamdem Eccleſiam perſonaliter reſiderent, & in illa divinis Officiis continuè inſiſterent; ex quo eidem Eccleſiæ decus, & venuſtas recreſceret, Divinuſque cultus in ea debite celebraretur, & in dies augeretur, ac fidelium devotio excitaretur, ſaluſque Animarum exinde proveniret proculdubio ſperaretur, pro parte Epiſcopi, & Præpoſiti prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in Eccleſia prædicta octo Canonicatus ſupernumerarios pro octo Canonicis, etiam ſuper numerariis per Epiſcopum, & Præpoſitum prædictos conjunctim hac prima vice dumtaxat aſſumendis inſtituere; ac quod ipſi ſic tunc aſſumpti abſque tamen præjudicio dictorum antiquorum Canonicorum, illis in habitu, & dignitate, pares exiſtant, ac ſtallum in Choro, nec non locum, & vocem in Capitulo habeant, & quotidianas diſtributiones inibi percipiant, quodque cedentibus, vel decedentibus, ſimul, vel ſucceſſivè præfatis antiquioribus Canonicis jura Canonicalia ipſorum cedentium, vel decedentium ipſo facto extincta fuerint, donec numerus Canonicorum omnium ipſius Eccleſiæ ad octo, qui ex tunc inibi perpetuo obſervetur, reductus fuerit; fructus quoque, quos ſic cedentes, vel decedentes percipiebant, quotidianis diſtributionibus applicentur: Quodque deinceps perpetuo poſt iſtam primam vicem, electio Canonicorum ad Capitulum, & electionis hujuſmodi confirmatio ad Epiſcopum Groſſetanum pro tempore exiſtentem pertineant, ſtatuere, & ordinare, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui cultum Divinum ubique vigere noſtris potiſſime temporibus affectamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati in præfata Eccleſia octo Canonicatus ſuper Numerarios pro octo Canonicis etiam ſupernumeriis per Epiſcopum, & Præpoſitum prædictos conjunctim hac prima vice aſſumendis dumtaxat authoritate Apoſtolica præſentium tenore inſtituimus, ac quod ipſi ſic tantum aſſumpti Canonici abſque tamen præjudicio dictorum Canonicorum antiquorum illis in habitu, & dignitate pares exiſtant, ac ſtallum in Choro, nec non locum, & vocem in Capitulo habeant, & quotidianas diſtributiones inibi percipiant, quodque cedentibus, vel decedentibus ſimul, vel ſucceſſive præfatis antiquioribus Canonicis, jura Canonicalia ipſorum cedentium, vel decedentium ipſo facto extincta ſint, donec numerus omnium ipſius Eccleſiæ Canonicorum ad octo, qui ex tunc inibi perpetuo obſervetur, reductus fuerit; fructus quoque, quos ſic cedentes, vel decedentes percipiebant, quotidianis diſtributionibus applicentur, necnon quod deinceps perpetuo poſt iſtam primam vicem electio Canonicorum ad capitulum, & electionis hujuſmodi confirmatio ad Epiſcopum Groſſetanum pro tempore exiſten. pertineant, dicta authoritate ſtatuimus, & ordinamus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac de exacto Canonicorum numero, & aliis ejuſdem Eccleſiæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, ac conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inſtitutionis, ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attemare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarn. Dominica 1484. Non Februarii Pontificatus noſtri Anno I.

Quibus acceptis literis Joannes Epiſcopus, & Jacobus Præpoſitus præfati juxta Pontificia mandata octo ſupranumerarios Canonicos elegerunt, quos conſtat ex ſequenti documento.

Joannes Dei gratia Epiſcopus, & Jacobus Nicolai Præpoſ. Groſſetanen. Eccleſiæ.

Univerſis, & ſingulis has noſtras literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum a multis temporibus, & citra viderimus Eccleſiam noſtram Groſſetanam Canonicorum ſuorum præſentia omnino deſtitutam propter aeris intemperiem, & Canonicatuum, ac Præbendarum ipſorum Canonicorum tenuem fructum, & propterea decorem ipſius Eccleſiæ, & Divinum cultum in ea valde diminutum eſſe, aſſidua cogitatione meditantes, quibus remediis id reparari poſſit, putavimus, quod ſi octo alii Canonicatus ſupernumerarii de novo crearentur, ſine præjudicio tamen aliquo antiquorum Canonicorum, qui hodie ſunt, & qui propter cauſas prædictas, & quia idonea alibi habent Eccleſiaſtica beneficia, in Eccleſia ipſa Groſſetana nullam omnino reſidentiam faciunt; invenirentur profe-


cto

,, Eto aliqui, qui in Eccleſia ipſa ſi Canonicatus honore A
,, inſignirētur, & quotidianas diſtributiones, quas alias
,, Apoſtolica authoritate ordinavimus, perciperent,
,, perſonaliter reſiderent, maximè ſi alia Eccleſiaſtica
,, beneficia alibi non obtinerent, niſi in Civitate ipſa
,, Groſſetana, vel propè eam. Quare has noſtras co-
,, gitationes ſacroſanctæ Apoſtolicæ ſedi enarrare cu-
,, rantes ſupplicavimus, ut Eccleſiæ noſtræ decori, at-
,, que neceſſitati opportunè dignaretur providere. Mo-
,, tus igitur noſtris precibus ſanctiſs. in Chriſto Pater,
,, & D. N. D. Innocentius Divina Providentia Papa
,, VIII. per ſuas literas Apoſtolicas ad futuram rei
,, memoriam ſub Datum Romæ Nonis Februarii Pon-
,, tificatus ſui Anno 1. in præfata noſtra Eccleſia octo
,, Canonicatus ſupernumerarios pro octo Canonicis
,, etiam ſupernumerariis per nos Epiſcopum, & Præ-
,, poſitum præfatos conjunctim, hac prima vice aſſu-
,, mendis inſtituit, & ordinavit, voluitque per nos,
,, quod ſic aſſumpti Canonici, abſque tamen præjudi-
,, cio antiquiorum Canonicorum, illis in habitu, & di-
,, gnitate pares exiſtant, ac ſtallum in Choro, locum, B
,, & vocem in Capitulo habeant, & quotidianas di-
,, ſtributiones percipiant, quodque cedentibus ſimul,
,, vel ſucceſſivè præfatis antiquioribus Canonicis, Jura
,, Canonicalia ipſorum ipſo facto extincta ſint, donec
,, numerus omnium ipſius Eccleſiæ noſtræ Canonico-
,, rum ad octo, qui ex tunc perpetuo obſervetur, redu-
,, ctus fuerit; fructuſque, quos ſic cedentes, vel dece-
,, dentes percipiebant, quotidianis diſtributionibus
,, applicentur; quodque deinceps perpetuo, poſt iſtam
,, primam vicem electio Canonicorum ad Capitulum,
,, confirmatio autem ad Epiſcopum Groſſetanum pro
,, tempore exiſtentem pertineat, prout in literis Apo-
,, ſtolicis præfatis plenius continetur. Nos igitur Epiſ-
,, copus & Propoſitus præfati volentes ſanctam Apoſto-
,, licæ ſedis Inſtitutionem, ut tenemur, debitæ exe-
,, cutioni mandare, & indulto nobis pro hac vice con-
,, ceſſo diligenter uti, ut ipſi Eccleſiæ noſtræ decor ci-
,, tius reſtituatur, ad octo Canonicatus de novo a ſan-
,, ctiſs. D. N. inſtitutos, & a primæva ſua Inſtitutione
,, adhuc vacantes, in nomine Domini Apoſtolica au-
,, thoritate, aſſumimus, & nominamus octo infraſcri- C
,, ptos, videlicet.
,, D. Federigum Galgani Clericum Senen.
,, D. Laurentium Benedicti.
,, D. Antonium Valentini.
,, D. Marcum Jacobi.
,, D. Franciſcum Simonis.
,, D. Joannem Georgii Groſſetanum.
,, D. Antonium Galgani Clericum Senen.
,, D. Franciſcum Pieri Bindi Groſſetan. Diœcet.
,, Clericum. Quos omnes, & ſingulos tenore præſen-
,, tium aſſumimus ad Canonicatus prædictos de novo
,, inſtitutos, unicuique illorum Canonicatum unum
,, ex octo prædictis, cum plenitudine juris Canonici,
,, ſine tamen præjudicio octo antiquorum Canonicorum
,, conferendo; mandavimuſque illos, & unumquem-
,, que illorum, per præſentes in dicta Eccleſia noſtra,
,, in Canonicus recipi, & in Fratres; ſtallo ſibi in
,, Choro, Voce, & loco in Capitulo ipſius Eccleſiæ cum
,, dicta plenitudine juris aſſignatis; quodque de quoti- D
,, dianis diſtributionibus, & aliis ipſorum Canonica-
,, tuum fructibus, proventibus, & juribus, ſine ta-
,, men præjudicio prædicto illis plenè, & integrè reſ-
,, pondeatur, in contrarium facientibus non obſtanti-
,, bus quibuſcumque. In quorum fidem, & teſtimonium
,, præmiſſorum has noſtras patentes literas fieri feci-
,, mus, & per Notarium infraſcriptum ſubſcribi, ſi-
,, gillorumque noſtrorum juſſimus, & fecimus appen-
,, ſione muniri &c.
,, Datum Serravalle juxtà flumen Arbiæ Anno In-
,, carnationis Dominicæ 1485. die vero 30. Augusti,
,, Pontificatus præfati Sanctiſs. D. N. D. Innocentii
,, Papæ VIII. Anno 2. ac regnante Federigo III. Impe-
,, ratore ſemper Auguſto.
,, Nicolaus, olim Jacobi, Clericus Pientinus de
,, Mandato Domini Illuſtriſs.



39 ANDREOCCIUS Chinucius, nobilis Se- XLII.
nenſis, Soanæ ante Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam
translatus eſt 1489. 4. die menſis Februarii. Poſtre-
mam diem obiit 1497 * Hic patruus fuit Hierony-
mi Card. Chinucii, cujus inſignia ſunt illa, quæ
hic per errorem appoſita ſunt. Vera habes apud
Ciaconium in Hieronymo Card. Pauli III. (,, *Fuit*
,, *Andreoccius decimarum Papæ collector an.* 1490.)

* Ex Append. t. 7.



40 RAPHAEL Petrucius, Senenſis, ex Ca- XLIII
nonico, ac Prothonotario Apoſtolico 25. annum
agens Groſſetanus Epiſcopus declaratus eſt, ac poſt
conjurationem Alphonſi Petrucii Senatoris purpu-
ra a X. Leone cohoneſtatus cum munere legationis
apud Senenſes. Hic cum ad arbitrium, ſuperbeque
rempublicam illam adminiſtraſſet, illius populi
inexpiabile odium incurrit, ita ut cum anno 1522
die 17. menſis Septembris, hora 13. in villa quadam
prope Senas deceſſiſſet, Senaſque deferretur cada-
ver, non ſe continuit populus, quin illud lapidi-
bus, dicteriiſque, atque ſcommatibus inſectaretur,
illud idem etiam acervo lapidum obruturus, niſi
boni, timoratique viri publicæ iræ ſubtraxiſſent,
inque templum S. Dominici intuliſſent ſepel-eo-
dum. Cæterum quod veſana crudelitas non imple-
vit; tumulo affixis famoſis libellis, vecors dicaci-
tas dicitur diffamaſſe jacentem. Retulit factum Si-
giſmundus Titius in Senenſi hiſtoria. Poſt multos
autem annos cum deceſſiſſet invidia, hoc epita-
phium Raphaelis affixere ſepulchro.

D. O. M.

Raphaeli Petrucio Cardinali Patruo opti-
mo, vita functo M. D. XXII. Antonius
Maria Joannis fratris filius ponendum cu-
ravit Anno M. D. LXX.

41 FERDINANDUS Ponzettus, Florenti- XLIV
nus, ex patre Franciſco, Lyppi filio, Neapoli na-
tus, ideoque a multis habitus Neapolitanus, Groſ-
ſetanus Epiſcopus renunciatus eſt 1522. Hic nobi-
liſſimæ indolis fuit, atque ab adoleſcentia Romana
verſatus in aula, omnium pene gradus dignitatum
aſſecutus eſt. Etenim Melphitanus Epiſcopus fuit,
Cleri cuſque Apoſtolicæ Cameræ, octuagenarius
autem a Leone X. etiam Cardinalis creatur ad titu-
lum S. Pancratii 1517. Egregii ingenii monumenta
reliquit; ſcripſit enim de naturali philoſophia li-

bros

bros ſex, de ſacramentis ad Adrianum VI. de venenis ad Auguſtinum Niphum libros tres, de origine animæ, aliaque non pauca. Cæterum has egregias animi dotes avaritia fœdavit. Siquidem irrequieto animo plures, invidioſaſque opes congeſſit, quas in communi Romana clade, ſub populabundo Borbonio fœde amiſit, quam ipſe plane inſignem jacturam Aſino impoſitus a militibus, ac circumvectus, purpuratæ dignitatis ludibrio cumulatam ita condoluit, ut paulo poſt ex mœrore animi deceſſerit 1527. menſe Martio, ſepultuſque eſt apud S. M. de Pace in ſacello a ſe erecto, cum hoc epitaphio.

Depoſitum viri omnium diſciplinarum, omniumque actionum humanarum, quæ ſingularem & corporis, & animi veram felicitatem mortalib. parere ſolent, peritiſſimi Ferdinandi Ponzetti S. R. E. Presb. Card. tit. S. Pancratii qui die II. Septemb. M. D. XXVII. obiit victurus ſcilicet vitam . . . CXX. annorum, niſi ſacram direptionem vidiſſet, Jacobus Ponzetius Epiſcopus Melphitanus nepos lacrymans poſuit.

(„ *Ughellus in ſuis ad Ciaconium Additionibus, &*
„ *in Italia ſacra tomo primo inter Melphitenſes E-*
„ *piſcopos Ferdinandum Cardinalem Puccettum ad-*
„ *numerando, illum Poccetum, ſive Ponzettum vo-*
„ *cat, Patria Florentinum, origine vero Neapoli-*
„ *tanum. Ille vero tam in hujus Cardinalis cognomi-*
„ *ne, quàm in ipſius origine miré hallucinatur, alioſ-*
„ *que multos in errorem pertraxit, quibus Neapoli-*
„ *tanum conſtanter eſſe auctoritate ſua perſuaſit; ta-*
„ *lemque inter alios, Ugurgerius nuncupavit in libro,*
„ *qui inſcribitur:* Le Pompe Saneſi, *in Epiſcopis*
„ *Groſſetanis. Veniam tamen meretur Ughellus no-*
„ *ſter, cui, ſicut & Neapolitanis Hiſtoricis, ipſemet*
„ *Cardinalis fucum fecit, qui Romæ in Sacello a ſe*
„ *conſtructo ad S. Mariæ Pacis, Gentilitia ſua ſtem-*
„ *mata his verbis ornavit.*
„ Ferdinandus Ponzettus Cameræ Apo-
„ ſtolicæ Præſidentium Decanus Divæ
„ Brigidæ Neritiæ dicavit.
„ *Atque in ejuſdem Templi pariete has duas Epi-*
„ *graphas appoſuit, ab Oldoino ad Ciaconium re-*
„ *latas.*
„ Beatrici, & Laviniæ Ponzettis, indo-
„ lis, feſtivitatiſque admirandæ, quas
„ Neapolis tulit, Roma probè educavit,
„ peſtilentia, quæ deſiiſſe ferebatur,
„ una die abſumpſit. Vixerunt hæc ſex,
„ illa ann. octo. Fernandus patruus A-
„ poſtolici Fiſci VII. Vir Decanus, ma-
„ gno ſolatio, ſpeque orbatus, delitiiſ-
„ que ſuis mœrens poſuit Kal. Decembris
„ M D V
„ Vetuſtiſſimæ Ponzettorum Familiæ
„ Parthenopeæ Romæ obituræ Ferdinan-
„ dus quieti animarum proſpiciens hoc
„ monimentum poſuit, ſolemneſque lu-
„ ſtrationes inſtituit anno ſal. MDIX.
„ *Hinc omnino mirandum non eſt, ſi Jacobus Puc-*
„ *cettus (id enim ipſius genuinum cognomen eſt, ut*
„ *mox oſtendam) in eodem Templo patruo Cardina-*
„ *li ſepulchralem lapidem hic ab Ughello relatum ap-*
„ *ponens, Ponzettum & ipſe appellet. Qua vero ra-*
„ *tione, quove conſilio, ſe Neapolitanum Cardina-*
„ *lis efficeret, neſcio; cum ſemper cunctis in patria*
„ *mea monumentis, illum civem noſtrum perlege-*
„ *rim, adiecto de Puccettis cognomine; ut præcipue*
„ *mihi videndum contigit in Deliberatione quadam,*
„ *ut vocant, Dominorum Priorum Florentinæ Rei-*
„ *publicæ anni 1502. in magna hujus Urbis Fiſcali*
„ *Camera, in qua clariſſimus, egregiuſque Vir*
„ *appellatur, Apoſtolicæ Sedis Prothonotarius, ac*
„ *Summi Pontificis Secretarius, perpetuuſque Ab-*
„ *batiæ S. Mariæ de Elmo Ordinis Camaldulenſis*
„ *Volaterranæ Diœceſis Commendatarius. Neapoli-*
„ *tana Civitate Familiam forte ſuam donatam fuiſ-*
„ *ſe non eſſet improbabile, aut in ipſo Cardinale E-*
A „ *piſcopatum in Regno illo aſſecuto, aut in Franciſco*
„ *ejus patre Cive Florentino, qui Neapoli degens*
„ *anno 1459. procuratores quoſdam delegat ad exi-*
„ *gendos ſuos Florentiæ proventus, ut videre eſt in*
„ *ſupradicta Camera hujus civitatis; in cujus Refor-*
„ *mationum Tabulario conſtat, prædictum Franciſ-*
„ *cum emancipaſſe Neapoli anno 1468. die 26. Se-*
„ *ptembris Ferdinandum ejus filium legitimum, &*
„ *naturalem, ut habetur ibi in emancipationum libro*
„ *ab anno 1463. ad 1468. pag. 203. Idemque Franciſ-*
„ *cus ad annum uſque 1473. Neapoli immorari digno-*
„ *ſcitur in præfatis Cameræ Fiſcalis Codicibus. Ne-*
„ *que alienum a veritate eſſe cenſeo, Ferdinandum,*
„ *aliquando Ferrandum, (id enim mihi Regium no-*
„ *men quodammodo indicat) ortum eſſe Neapoli, ut*
„ *ſentit Ughellus, ſed genitoribus utroque latere Flo-*
„ *rentinis, ut apertiſſime patet. Ni forte dixerimus,*
„ *illum ob Cognominis affinitatem, ſe in antiquiſſi-*
„ *mam Ponzettorum Neapolitanam Familiam, cu-*
„ *jus hæc viſitur inſcriptio Neapoli in æde D. Lau-*
B „ *rentii Fratrum Minorum, relata in ſua Parthe-*
„ *nope Sacra a Cæſare Caracciolo.*
„ Hic jacet corpus Nob. Viri Franciſci
„ Ponzetti de Neap. fil. . . . .
„ qui obiit anno D. MCCCC. VI. menſ.
„ Octobris.
„ *ſponte, aut alieno beneficio cooptaſſe, indeque ex*
„ *hac Gente ambitionis æſtu debitum Patriæ amorem*
„ *alio abripiente, niſi faller, ſe exortum eſſe magnifi-*
„ *ce prædicaſſe. Id vero mihi a veritate omnino diſ-*
„ *ſonum ſatis ſuperque compertum eſt: clare ſiquidem*
„ *patet, ipſius Familiam originem traxiſſe ab antiquo,*
„ *nobilique Oppido Figline Vallis Arni ſuperioris in*
„ *Tuſcia, ex quo Oppido quamplurimæ nobiles Fami-*
„ *liæ Florentiam conceſſerunt, muneraque Reipubli-*
„ *cæ, ſicuti hæc Puccettorum, ſunt conſecutæ. In va-*
„ *riis prænominata Cameræ Civilium Actorum Li-*
„ *bris apparent ſub annis 1343. 1348. & 1349. deſcri-*
„ *pti Franciſcus, Petrus, Lippus, Ludovicus, alii-*
„ *que filii olim Puccetti Buti, ac nepotes ſer Joannis*
C „ *Buti notarii de Figline; qui Puccettus (nomine a*
„ *Jacobo deducto, Jacopuccius, inde Puccius, & di-*
„ *minutive loquendo Puccettus) obiit anno 1340. ap-*
„ *pellationemque Genti ſuæ tranſmiſit, quæ in Genti-*
„ *litiis Inſignibus, inter alia, unam & alteram trun-*
„ *cam manum, ſive carpum, Italico ſermone* Polſo,
„ *ſeu* Polſetto *ab arteriæ pulſu, antiquo autem Galli-*
„ *co* Paucet *nuncupatam, per alluſionem collocavit.*
„ *In membranaceo Libro ſupradictæ Cameræ vocato*
„ Il Preſtanzone *anni 1350. Plebatus Figline, men-*
„ *tio facta eſt Lippi, & Ludovici Puccetti de Figline,*
„ *qui anno 1357. per ſententiam, Deliberationemque*
„ *Reipublicæ noſtræ, ab Æſtimo, ut vocabant, illius*
„ *loci expuncti, ad ſubeunda Florentiæ urbis onera,*
„ *ut reliqui Cives, muneraque obtinenda deducti fue-*
„ *re, ut & eorum, ac Petri notarii, Lippi filii, no-*
„ *minibus in ſubſequentibus ejuſdem Archivi Rege-*
„ *ſtis, quæ brevitatis cauſa prætereo, apertè colligitur.*
„ *In primo Civium Florentinorum Decimarum Codi-*
„ *ce anni 1427. magna Bonorum recenſio habetur in*
D „ *agro Figlinenſi, & alibi ſer Petri Lippi Puccetti*
„ *tunc annorum 50. ubi etiam deſcriptus apparet Do-*
„ *minus Franciſcus ejus filius annorum 26. qui Car-*
„ *dinalis noſtri fuit parens. Ex quo facile deprehendi*
„ *poteſt, Ughellum nomen unum prætermiſiſſe, ſcili-*
„ *cet Petrum notarium, in progenitorum Cardinalis*
„ *enumeratione. Fuit ſer Petrus Dominorum Prio-*
„ *rum Scriba Reipublicæ Florentinæ anno 1414. &*
„ *Cancellarius electorum executoris Juſtitiæ Floren-*
„ *tini Populi anno 1418. admiſſuſque fuit in Concilio*
„ *ad ſcrutinium, ut noſtri dicunt,* per la Maggio-
„ re, *pro ſupremo Prioratus Officio anno 1433. una*
„ *cum Franciſco, ac Joanne filiis. In alio Bonorum*
„ *Regeſto anni 1447. Dominus Franciſcus ſer Petri*
„ *Puccetti bona, Familiæque ſuæ ſingula capita re-*
„ *fert, ibique uxorem ſuam Catharinam Joannis Lu-*
„ *cii della Caſa, eorumque filium Ferdinandum no-*
„ *ſtrum annorum trium indicat. Unde error Ciaco-*
„ *nii, aliorumque in Cardinalis ætate ſtatuenda,*

„ *ſicut*

,, *ſicut & in cæteris emendatur. Franciſcus hic legum* A
,, *Doctor, atque adeo vocatus Dominus, ad lectu-*
,, *ram Inſtitutionum in publico Florentino Gymnaſio*
,, *anno 1432. accitus fuit, annoque 1442. Iudicum ac*
,, *Notariorum Conſulatum geſſit. Ejus uxor Catha-*
,, *rina ſupradicta, quæ mihi multis aliis innoteſcit*
,, *monumentis, matrem habuit ex nobiliſſima civita-*
,, *tis hujus Malegonnella Familia. Harum nuptia-*
,, *rum mentionem facit eruditiſſimus Abbas Ioannes*
,, *Baptiſta Caſottus in Epiſtola de Vita, Operibuſque*
,, *Ioannis della Caſa Præſulis ampliſſimi, erroremq;*
,, *indicat a multis in Cardinalis Puccetti cognomine*
,, *ſuſceptū. Cæterū in libris ſubſequentibus decimarum*
,, *ſupradictarum dilucide apparet Bonorum tranſitus,*
,, *ſeu transmiſſio a patre in filiū per gradus, & annorū*
,, *curſum hujus familiæ; quæ ſemper Nobilium more ſe*
,, *gerens, nobilia contraxit connubia, atque in ſcra-*
,, *tiniis, honoribuſque non infimum locum aſſecuta,*
,, *tandem ſuperiori ſeculo, communi plurimarum a-*
,, *liarum fato, extincta eſt. Hæc omnia facillimè*
,, *mihi contigit, ut accuratius pervidere, & introſ-* B
,, *picere poſſem, ob non mediocrem copiam, quam*
,, *detineo, documentorum Familiæ Puccettæ; cujus*
,, *Genealogiam exarare olim mihi profuit, reſpectu*
,, *Conjugii celebrati anno 1595. a Margarita Salvi-*
,, *nia Avi mei ſorore germana cum Ferdinando Puc-*
,, *cetto Jacobi, & Bartholomeæ Bentiæ nobiliſſimæ*
,, *Conjugis filio, cujus proavus Ludovicus Joannis*
,, *Puccettus in nobile Officium Pennoneratus aſcitus*
,, *anno 1452. ſupraſcripti Cardinalis Ferdinandi*
,, *frater patruelis extiterit.*
,, *Hoc igitur ampliſſimo Viro Patria, Familiæque*
,, *reſtituto, reſtituenda ſunt etiam doctiſſima ejus ſcri-*
,, *pta conſui Florentinorum Auctorum, quorum ego*
,, *ſuſceptam Hiſtoriam, Deo favente, conficiam.*
,, Salvinus.)

XLV. 42 DOMINICUS Cardinalis Jacobatius, ſub VII. Clemente hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1527. (,, *De eo tractat Mandoſius in Bibl.*
,, *Romana Cent. 5. n. 26.*)

C




XLVI 43 MARCUS ANTONIUS Campegius Bononienſis, filius Joannis Senatoris, frater Thomæ Feltrenſis Epiſcopi, Laurentiique Cardinalis Campegii, ſublectus eſt Epiſcopus ann. 1533. Unus ex primis Patribus, qui Concilio Tridentino interfuerunt. E vivis exemptus eſt 1553. die 7. menſ. Maji, ſepultuſque eſt in Cathedrali. D

XLVII 44 FABIUS Cardinalis Mignanellus *a*, Senenſis, è Lucerina translatus Eccleſia, Groſſetano Epiſcopatu inſignitus eſt 1553. die 17. menſis Maji. Hic natus Senis eſt, ex parente Paulo, Honorataque Saracinia, fœmina nobili Senenſi, qui cum ingenii incredibili acumine præſtaret, in lege verſatus magnus Iuriſconſultus evaſit. Romam profectus, Advocati conſiſtorialis munere ad multos annos eſt functus egregie, duxitque in matrimonium ſororem Capoferri Cardinalis, quam cum extuliſſet, bigamiaque quam ex parte fœminæ olim viduæ contraxerat, exſolutus fuiſſet, vitam clericalem inſtituit profiteri. In ea progreſſus fecit mirificos:

a De eo Ugurgerius in Pompis Senen. & Cartarius in Syllabo Advocat. Conſiſt. p. 181. *Mandoſ.*

A



quippe ſub Paulo III. ad Venetos, ad Carolum V de rebus graviſſimis legatione functus eſt. Picenum Bononienſeſque Vicelegatus frænavit, atque Epiſcopum Lucerinum jam declaratum idem Pontifex tanquam doctiſſimum Præſulem ad Tridentinum Concilium deſtinavit. Cæterum poſtquam III Paulus exceſſiſſet, Julius III. ob ingentia merita Mignanelli, illum inter purpuratos Patres cooptavit ad titulum S. Sylveſtri anno 1551. deinde Præfectura Signaturæ juſtitiæ nobilitatus eſt, ſubventuruſque patriæ jam ſua ſponte propemodum concidenti legatus de latere ad Senenſes proficiſcitur; ſed nequicquam adhibuit medicinam jam jamque expiraturæ libertati. Infectis itaque rebus redit Romam, deceſſitque 1557. 4. Idus Auguſti, ſepultuſque eſt apud S. Mariam de Pace, cum ſui ſimillimum filium ex legitima uxore ſuſceptum poſt ſe reliquiſſet, qui Mignanellam gentem Romæ deinde propagavit, & auxit.

45 JACOBUS Mignanellus *b*, Cardinalis Fabii nepos, patruo in hunc Epiſcopatum ſucceſſit 1558. deceſſit vero 1576.



46 CLAUDIUS Burgheſius *c* nobilis Senenſis, electus Epiſcopus Groſſetanus an. 1576. die 22. menſis Auguſti. Defunctus eſt 1590. Seniſque ſepultus in templo S. Spiritus, ex Ordine Dominicano cum ſequenti epitaphio.

Claudio Burgheſio Epiſcopo Groſſetano, in quo generis nobilitas, vitæ integritas, omnis doctrinæ copia, ſummaque in gregem ſuum tuendum vigilantia adeo elucebant, ut quid in eo potiſſimum eſſet, non facile dignoſceretur Horatius Burgheſius fratri de ſe benemerito optimo cariſſimo monumentum hoc poſuit. Obiit VIII. Id. Septembris M. D. LXXXX. vixit Ann. LVIII. menſem I. dies XVII.

47 CLEMENS Politus *d*, nobilis Senenſis, nepos illius famoſi Ambroſii Catherini Archiepiſcopi Compſanenſis, exemplum patrui ſecutus, cum ſe literis dediſſet, adeo profecit, juriſque prudentia valuit, ut quampluribus civitatibus incorrupte jus dixerit, adlectuſque fuerit Epiſcopus an. 1591. die 26 menſis Aprilis. Eam Eccleſiam ſancte, pieque adminiſtravit annos omnino 15. cumque Senis

eſſet,



eſſet, exornaſſetque in S. Domiolci templo ſuæ gentis ſacellum. In eo Archiepiſcopo patruo nobiliſſimum ſepulchrum cum elogio erexit, ſibique etiam, mortem præſagiens ſibi brevi adfuturam, tumulum poſuit, ubi è vivis excedens anno 1606. cum hoc epitaphio conditus jacet.

D. O. M.

Clementi Pelite Epiſcopo Groſſetane antique prebitatis vire, cujus miram in Eccleſiis adminiſtrandis dexteritatem, ſolertiamque pervigilem, ac pietatem eximie teſtatam haberes, ſi tum ſua ipſius, tum Senenſis, Beneventana, ac Geauenſis, quarum Archiepiſcepis ſummam exhibuit operam, loqui de ipſe poſſent. Is aaaos aatus LXXII. dum hoc ſacellum, quod jam vetuſtate cenſenuerat, reſtituit, ſibique moriture funebrem domum vivens adornat quaſi vita ſua èmpendentem exitum praſagiens viii. Kal. Novemb. Seais moritur anno a partu Virginis M. DC. VI. Lancellottus J. V. D. Can. Senenſis, Thomas, & Salluſtius ex fratre nepotes patrue optimo PP.



LI. 48 JULIUS Sanſedonius *a*, nobilis Senenſis, ad hanc ſedem pervenit anno 1606. die 20. menſis Novembris, inauguratus die 6. ejuſdem menſis in Eccleſia S. Cæciliæ Romæ ab Hieronymo Card. Bernerio. Vitam B. Ambroſii Sanſedonii gentilis ſui erudite perſcripſit. Ad quinque annos Groſſetanam Eccleſiam adminiſtravit, eoque munere deinde abivit. Romæ deceſſit 1625. die 18. menſis Decembris, ſepultuſque in Eccleſia S. Philippi Nerii.

a De eo Ughellius loc. cit. & Nicius in Pinacoth. 2. Imag. 51. *Mandoſ.*

LII. 49 FRANCISCUS Piccolomineus *b* ex Mandolo Senenſis electus Groſſetanorum Præſul 1611. die 16. menſis Auguſti. Deceſſit 1622.

b De hoc Ughellius citat. *Mandoſ.*



LIII. 50 HIERONYMUS Tantuccius, nobilis Senenſis, Piccolomineo ſucceſſit 1622. die 11. menſis Julii; ſuaviſſimis moribus vir, probitateque præcipua. Deceſſit 1637.

(„ *Hic vix hujus Eccleſia regimen cœpit admini-*
„ *ſtrare, cum controverſias inter Magnum Etruria*
„ *Ducem, Epiſcopumque Graſſetanum ſuper Territo-*
„ *rio Reſſelle nuncupato vertentes compoſuit, tranſa-*
„ *ctionemque ab Urbano VIII. ratam haberi ſequenti*
„ *commiſſione Prapoſito, & Vicario generali Ilcinen-*
„ *ſibus impetrata curavit.*
„ *URBANUS EPISCOPUS*
„ *ſervus ſervorum Dei.*
„ *Dilectis filiis, Prapoſito Eccleſia Ilcinen. & Vi-*
„ *cario Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Ilcinen. in*
„ *Spiritualibus generali ſalutem, & Apoſtolicam be-*
„ *nedictionem.*
„ *Injuncte nobis deſuper Paſtoralis officii debito Ec-*
„ *cleſiarum quarumlibet praſertim Cathedralium,*
„ *illarumque menſarum Epiſcopalium commodis, &*
„ *utilitatibus intendentes his, qua propterea ſemotis*
„ *litium occaſionibus, & anfractibus inter Perſonas*
„ *qualibet maximè Pontificali dignitate praditas,*
„ *ac nobilitatis genere fulgentes concorditer facta fuiſ-*
„ *ſe dicuntur, ne in recidiva contentionis ſcrupulum*
„ *relabantur, ſed ut firma, & illibata permaneant,*
„ *libenter cum a nobis petitur, Apoſtolici mandamus*
„ *adjici muniminis firmitatem. Dudum ſiquidem a*
„ *fel. recordationis Paulo PP. II. pradeceſſore noſtro*
„ *emanarunt litera tenoris ſequentis. Paulus Epiſco-*
„ *pus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memo-*
„ *riam. Cum in omnibus Judiciis ſit rectitudo Juſti-*
„ *tia, & conſcientia puritas obſervanda, id multo ma-*
„ *gis in Commiſſionibus alienandarum rerum Eccle-*
„ *ſiaſticarum convenit obſervari, in quibus de Chri-*
„ *ſti Patrimonio, & diſpenſatione pauperum, non de*
„ *proprio cujuſque peculio agitur, aut tractatur. Qua-*
„ *propter oportet, ut in examinandis hujuſmodi alie-*
„ *nationum cauſis, qua a ſede Apoſtolica in forma, ſi*
„ *in evidentem utilitatem cedant, oneratis Eccleſia-*
„ *ſticorum Judicum conſcientiis delegantur, nihil fa-*
„ *vor uſurpet, nihil timor extorqueat, nulla expe-*
„ *ctatio pramii Juſtitiam, conſcientiamque ſubvertat.*
„ *Monemus igitur, & ſub interminatione Divini*
„ *Judicii omnibus Commiſſariis, & delegatis hujuſ-*
„ *modi diſtrictè pracipimus, ut caute, & diligenter*
„ *attendant cauſas in literis Apoſtolicis per ſupplican-*
„ *tes expreſſas, illaſque ſollicitè examinent, atque*
„ *diſcutiant, teſtes, & probationes ſuper narratorum*
„ *veritate recipiant, & ſolum Deum pra oculis ha-*
„ *bentes, omni timore, aut favore depoſito, Eccleſia-*
„ *rum Indemnitatibus conſulant, nec in laſionem, aut*
„ *detrimentum earum decretum quomodolibet inter-*
„ *ponant; Si quis aut Commiſſarius, aut delegatus*
„ *conſcientia ſua prodigus in gravamen, aut detrimen-*
„ *tum Eccleſia per gratiam, timorem, vel ſordes*
„ *alienationi conſenſerit, aut Decretum, vel authori-*
„ *tatē interpoſuerit, inferior quidem Epiſcopo ſenten-*
„ *tiam Excommunicationis incurrat; Epiſcopus ve-*
„ *rò, aut ſuperior ab exercitatione Officiorum per an-*
„ *num noverit ſe ſuſpenſum, ad exiſtimationem detri-*

„ *menti*

A ,, menti Eccleſiæ illati nihilominus condemnandus,
,, futurus, quod ſi ſuſpenſione durante damnabiliter
,, immiſcuerit ſe in Divinis, irregularitatis laqueo ſe
,, involvet, a quo nonniſi per ſummum Pontificem po-
,, terit liberari. Is vero, qui dolo, vel fraude, aut
,, ſcienter in detrimentum Eccleſiarum alienationem
,, procuraverit, aut per ſordes, vel impreſſionem alie-
,, nationis decretum extorſerit, ſimilem ſententiam
,, excommunicationis incurrat, a qua nonniſi per
,, Rom. Pont. poſſit abſolvi, nihilominus, rerum alie-
,, natarum cum fructibus, quandocunque de præmiſſis
,, conſtiterit, condemnandus. Volumus autem quod
,, Commiſſarii, & delegati prædicti de pœnis conſtitu-
,, tionis noſtræ ſpecificè moneantur, & in quibuſcunque
,, literis Commiſſionum hujuſmodi hoc ſtatutum no-
,, ſtrum inſeratur. Nulli ergo omnino hominum liceat
,, hanc paginam noſtræ monitionis, præcepti, & vo-
,, luntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire;
,, Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indigna-
,, tionem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, &
B ,, Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Da-
,, tum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnat. Dom.
,, 1465. Quinto Idus Maji Pontificatus noſtri anno
,, primo. Et deinde exhibita nobis nuper pro parte Ve-
,, ner. fratris noſtri Hieronymi Epiſcopi Graſſetani,
,, ac dilecti filii Nobilis Viri Ferdinandi Etruriæ ſi-
,, bi ſubjectæ Magni Ducis, quod cum dictus Hiero-
,, nymus Epiſcopus, & illius Prædeceſſores ex publi-
,, ca voce, & fama, & cum nullis apparentibus poſſeſ-
,, ſoriis actibus pro tempore exiſtentes Epiſcopos Graſ-
,, ſetanos Juriſdictionem Temporalem tam in Civili-
,, bus, quam in Criminalibus in quodam Territorio
,, Roſella nuncupato, in quo Roſellarum Civitatem
,, antiquitus conſtructam fuiſſe ferunt, longitudinis
,, trium, latitudinis verò duorum milliarium, & in
,, quo duo Molendina, & unum Hoſpitium cum Bal-
,, neo dumtaxat reperiuntur, exercuiſſe, & exercere,
,, nulla tamen ſuper hoc documenta apparerent; & vi-
,, ce verſa ipſe Ferdinandus Dux Juriſdictionem hu-
,, juſmodi ad ipſum competere, prout a 60. annis cir-
C ,, citer fere continuo ſui Prædeceſſores exercuerunt, re-
,, ſpectivè prætendant; hincque differentiæ, & quæ-
,, ſtiones exortæ fuiſſent, tandem Hieronymus Epiſ-
,, copus, & Ferdinandus Dux prædicti conſiderantes
,, litium eventus dubios exiſtere, quodque vigentibus
,, differentiis hujuſmodi ad dictum Territorium mul-
,, ti facinoroſi, & viarum graſſatores in maximum
,, circumvicinorum locorum, habitatorumque da-
,, mnum confugiunt, volenteſque huic malo obviare,
,, nec non litium hujuſmodi anfractus, & involucra
,, evitare, ac laboribus, & expenſis hinc inde facien-
,, dis, & patiendis parcere, ac etiam conſcientiæ quie-
,, ti conſulere, communium forſan Amicorum opera
,, ad hanc, quæ ſequitur, ſub noſtro, & ſedis Apoſto-
,, licæ beneplacito devenerunt inter ſe tranſactionem,
,, & concordiam; videlicet: quod dictum Territo-
,, rium cum illius directo Dominio, ac omnibus fru-
,, ctibus, redditibus, & proventibus, ex Territorio,
,, Molendinis, & Hoſpitio, ac Balneo in eo exiſten-
,, tibus pro tempore provenientibus ad Hieronymum
D ,, Epiſcopum, & pro tempore exiſtentes Epiſcopos
,, Graſſetanos; juriſdictio autem in Cauſis Civilibus &
,, damnorum datorum ad Hieronymum Epiſcopum,
,, & Ferdinandum Ducem prædictus, eorumque ſuc-
,, ceſſores communiter, ita tamen ut præventio locum
,, habeat; Criminalium vero Cauſarum ad ipſum Fer-
,, dinandum Ducem, & ſucceſſores ſuos, pleno jure,
,, & omnino libero reſpectivè ſpectent, & pertineant,
,, & ad hunc effectum dictus Hieronymus Epiſcopus
,, tam ſuo, quam ſucceſſorum ſuorum nominibus omni,
,, & cuicunque Jure, & actioni ſibi competenti, ac per
,, ipſum prætenſis ſuper dicto Territorio quoad Juriſ-
,, dictionem Criminalem ad favorem præfati Ferdi-
,, nandi Ducis, & ſucceſſorum ſuorum cedere, & re-
,, nunciare, ac vice verſa dictus Ferdinandus Dux,
,, & ſucceſſores ſui dicto Hieronymo, & pro tempore
,, exiſtenti Epiſcopo Graſſetano Jus, & facultatem ex-
,, trahendi quolibet anno centum Modia Grani a Ci-
,, vitate, & Diœceſi Graſſetana, & ſtatu Sena-

A ,, rum, ac illa aſportandi quocunque dicto Hierony-
,, mo, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Graſſetano vi-
,, debitur, & placuerit, & hoc ultra facultatem,
,, quam dictus Epiſcopus habet extrahendi quolibet
,, anno 110. Modia grani, ita ut in totum annis ſin-
,, gulis 210. Modia grani gratis, & abſque cujuſvis
,, taxæ, ſeu gabellæ, vel alterius impoſitionis ſolutio-
,, ne extrahere poſſit, & valeat; liceatque dicto Hie-
,, ronymo, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Graſſeta-
,, no, ex frumentis in menſæ Epiſcopalis bonis recolli-
,, gendis, & ad menſam Epiſcopalem Graſſetanam
,, legitimè ſpectantibus dumtaxat uſque ad dictam
,, ſummam ducentorum, & decem extrahere, ſeu
,, extrahi facere, & in eventum, in quem ob penu-
,, riam, vel alia de cauſa extractio frumentorum per
,, pro tempore exiſtentem Magnum Etruriæ Ducem,
,, ſeu illius miniſtros, & Officiales, ac alios ſuperio-
,, res dicti ſtatus Senarum prohiberetur, itaut nec
,, etiam ipſo magnus Dux extrahi faceret; tunc, &
,, eo caſu integrum Jus extrahendi hujuſmodi dicto
B ,, Hieronymo Epiſcopo, & illius ſucceſſoribus prædi-
,, ctis ſervatum ſit, itaut in ſequenti, ſeu ſequenti-
,, bus annis quantitatem non extractam extrahere
,, poſſit, & valeat, prout in tranſactione, ſeu con-
,, cordia hujuſmodi verbo vel in ſcriptis inita di-
,, citur contineri. Quare pro parte eorundem Hiero-
,, nymi Epiſcopi, & Ferdinandi Ducis prædictorum
,, aſſerentium, tranſactionem, & concordiam hu-
,, juſmodi pro bono publico, & communi quiete fa-
,, ctam eſſe, & in evidentem dictæ menſæ Epiſcopalis
,, ceſſiſſe, & cedere utilitatem, cùm ex jure extra-
,, hendi centum modia hujuſmodi ducenta ſcuta mone-
,, tæ illarum partium ad minus percipi poterint, no-
,, bis humiliter ſupplicatum fuit, quatenus eidem
,, tranſactioni, & concordiæ robur Apoſtolicæ confir-
,, mationis adjicere, ac alias in præmiſſis opportuno
,, providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.
,, Nos igitur certam de præmiſſis notitiam non haben-
,, tes, nec non Hieronymum Epiſcopum, & Ferdi-
,, nandum Ducem prædictos, ac eorum quemlibet a
C ,, quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & In-
,, terdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſu-
,, ris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occa-
,, ſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet inno-
,, dati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat
,, conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſo-
,, lutos fore cenſentes, nec non tranſactionis, & con-
,, cordiæ hujuſmodi tenores, ac datas, dictique ter-
,, ritorii confines, vocabula, & denominationes, ac
,, valores etiam annuos præſentibus pro expreſſis ha-
,, bentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, di-
,, ſcretioni veſtræ cum, ut Hieronymus Epiſcopus,
,, & Ferdinandus Dux prædicti aſſerunt, Vener.
,, frater noſter Epiſcopus Ilcinen. dicto loco vicinior
,, ordinarius exiſtat, per Apoſtolica ſcripta manda-
,, mus, quatenus ſi, & poſtquam, vocatis, qui fue-
,, rint evocandi, ſervataque forma præinſertarum li-
,, terarum hujuſmodi, dictoque Territorio illiuſque
,, circumſtantiis univerſis prius coram vobis ſpecifi-
,, catis ac tranſactione, & concordia hujuſmodi, &
D ,, quod illa in evidentem ipſius Menſæ Epiſcopalis
,, ceſſerint, atque cedant utilitatem, vobis conjun-
,, ctim procedentibus legitimè conſtiterit, eandem
,, tranſactionem, & concordiam, dummodo in dicto
,, Territorio Vaſalli non adſint, cum omnibus, & ſin-
,, gulis inde legitimè ſecutis, & ſequendis, appro-
,, bare, & confirmare authoritate noſtra curetis, non
,, obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & or-
,, dinationibus Apoſtolicis, dictaque Eccleſia Graſ-
,, ſetana juramento, confirmatione Apoſtolica, vel
,, quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſue-
,, tudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.
,, Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnat.
,, Dom. 1623. IV. Kal. Januarii Pontificatus Noſtri
,, Anno 1.

51 ASCANIUS Turraminus *a*, nobilis Senenſis, electus ab Urbano VIII. an. 1637. die 2. Martii. * Obiit Senis die 2. Septembr. 1647. LIV.

52 JO: BAPTISTA Gorus Panelinus *b*, nobi- LV.

a De eo Ughell.... [illegible]
* Ex Append. [illegible]
b De hoc

Idem Ughellius, & Clampinus in Enarrat. Synopt. Abbrev. 33. Mandoſ.

lis Senenſis, Prælatus in Romana curia, alibique ob præfecturas clariſſimus, dum in Hiſpania pro Sereniſſimo Ferdinando II. magno Etruriæ Duce legatione fungeretur, eligitur Epiſcopus Groſſetanus ab Innocentio X. Pontif. Max. ann. 1649. die 1. Martii. Romæ conſecratur, & ad Eccleſiam ſuam regendam profectus, eam eximie hactenus adminiſtrat.

A D D I T I O.

(„ *Deceſſit Gorus an. 1662. Senis tumulatus in Eccleſia S. Martini Patrum Auguſtinianorum in majorum ſepulchro.*

LVI. „ *Fr.* JOANNES *Pellejus, e Radicofano, Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci, S. Theologiæ Magiſter, & Senarum Inquiſitor electus eſt Groſſettanus Epiſcopus die 11. Februarii 1664. Sed dum ad ſuam proficiſceretur Eccleſiam, gravi morbo Senis tentatus, e vivis ereptus eſt die 8. Junii 1664. ſepultuſque fuit in Ordinis ſui templo.*

LVII „ CÆSAR *Ugolinus, Patritius Senenſis, Patriæ Metropolitanæ Canonicus, Vicariuſque generalis hunc thronum conſcendit an. 1665. die 13. Aprilis. Diœceſanam ſynodum celebravit die 14. & 15. Aprilis 1692. quam typis vulgavit Romæ, & Senis an. 1993 Obiit denique in Patria menſe Decembri anni 1699. ejuſque cadaver in gentilitio ſepulchro in D. Martini Eccleſia terræ mandatum eſt.*

LVIII „ SEBASTIANUS *Periſſi, a Boccheggiano, olim Vicarius generalis Emin. Card. Pignatelli Archiep. Neapolitani, qui poſtea ad Petri Cathedram aſcendit ſub nomine Innocentii XII. ex Epiſcopo Nucerino Paganorum Graſſetanus Antiſtes renunciatus eſt die 28. Maji an. 1700. Ad ſuperos adiit an. 1701. menſe Novembri.*

LIX. „ *Fr.* JACOBUS *Falconetti, Patritius Senenſis, Ordinis Prædicatorum, S. Theologiæ magiſter, & Regens, alias magiſter Novitiorum, & Parochus, deinde Prior Conventus Florentiæ S. Mariæ Novellæ, ac Sacræ Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem Conſultor, evectus eſt ad Eccleſiam Groſſetanam die 15. Januarii an. 1703. Duplicem ſynodum diœceſanam habuit, primam die 21. & 22. Aprilis an. 1705. quam typis edidit Florentiæ: alteram die 22. & 23. Aprilis an. 1709. quam pariter typis vulgavit Florentiæ eodem anno. At cum paſtoralem viſitationem diœceſis ſecundo perageret, defunctus eſt in oppido Scarlini die 29. Aprilis an. 1710. cujus corpus Groſſetum tranſlatum in Cathedrali ſepultum fuit. Quo Præſule regnante D. N. Clemente XI. Graſſetanis Canonicis indultum eſt, ut Rochetto, & Cappa magna ad inſtar beneficiatorum Baſilicæ S. Petri de Urbe poſſint uti, ſequenti privilegio.*

CLEMENS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

„ Ad perpetuam rei memoriam. Romanum decet Pontificem votis illis, per quæ Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Cathedralium decus incrementum ſuſcipiat, ac dignitates in eis obtinentium, ac Canonicorum in illis Omnipotenti Deo continuo laudes pſallentium honor augeatur, libenter annuere, ut exinde in eis divinus cultus magis accreſcat, prò ut locorum qualitatibus debitè penſatis conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Sanè prò parte dilectorum filiorum modernorum Præpoſiti, & Canonicorum Eccleſiæ Groſſetanæ nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum dicta Eccleſia Groſſetana, in quà Præpoſitura dignitas principalis, & unica, ac decem Canonicatus, totidemque Præbendæ cum competentibus redditibus prò illos, & illas prò tempore reſpectivè obtinentium congrua ſuſtentatione fundata, & fundati reperiantur, antiquæ, & non inferioris Eccleſiarum illarum partium ſtructuræ conſpicua dignoſcatur, & propterea digna videatur, quæ particularibus prærogativis, & inſignius decoretur, & cohoneſtetur, & quondam Joannes Antonius Boldrinius de dicta Civitate Groſſetana in ſuo ultimo, quod condidit, & ſub cujus diſpoſitione ab humanis deceſſit, Teſtamento, vigore Codicilli declarando ejus ultimam voluntatem jure Legati reliquerit Capitulo dictæ Eccleſiæ ſummam neceſſariam pecuniæ prò conſecutione a ſede Apoſtolica gratiæ infraſcriptæ gravando ſuum hæredem ad ſubminiſtrandas ad hunc effectum omnes, & ſingulas expenſas neceſſarias, onere tamen Præpoſito, & Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, nunc, & prò tempore exiſtentibus injuncto, quod ipſi grati animi eorum Civis memores in perpetuum quolibet anno, unica vicè tantum, unum Officium & unam Miſſam, Cantu Gregoriano, juxta Eccleſiæ ritum, nec non, eadem die, & prò Unica vicè tantum, Canonici prædicti, unam Miſſam, ſubmiſſa voce, prò quolibet, & non ultra celebrare debeant, ac etiam teneantur. Quare prò parte modernorum Præpoſiti, & Canonicorum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs eos, & eorum quemlibet ſpecialis gratiæ favore proſequi de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui juſta, & honeſta petentium vota ſinceris deſideriis proſequimur, modernum Præpoſitum, & Canonicos prædictos à quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, interdicti, & aliis Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium tantùm conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos forè cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto Congregationis Venerab Fratrum Noſtrorum S. R. E. Card. ſuper Ritibus Eccleſiaſticis Præpoſitorum, eiſdem modernis Præpoſito, & Canonicis, eorumque in dictis Præpoſitura, & Canonicatibus, & Præbendis Succeſſoribus pro tempore exiſtentibus pro majori dictæ Eccleſiæ ſplendore, ac in ea majori divinis cultus incremento, ut ipſi, de cætero habitu antiquo, ſi quidem habeant dimiſſo, Rocchettum album cum ſuis manicis, & Cappam magnam cum ſuis caudis, ad inſtar beneficiatorum Baſilicæ S. Petri de Urbe tam in dicta Eccleſia, quam extrà eam etiam in proceſſionibus, funeralibus, aliis Actibus, & functionibus publicis, & privatis, ac ſimiliter extrà Civitatem, & Diœceſim Groſſetanam, & ubique Locorum, etiam in Synodalibus, Provincialibus, univerſalibus, & generalibus Conciliis, ac etiam in præſentia S. R. E. Cardinalium, etiam de Latere Legatorum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, & Ordinarii etiam proprii, quibuſvis anni temporibus & diebus, & juxtà temporum opportunitatem, quoad ſolum Rocchettum ſub Cotta, & ſine Cappa deferre, & geſtare, illiſque uti libere, & licitè poſſint, & valeant Apoſtolica authoritate earumdem tenore præſentium perpetuo concedimus, & indulgemus, ac modernum Præpoſitum, & Canonicos, ac ſucceſſores prædictus ſuper eiſdem præmiſſis à quoquam quavis authoritate, & quovis prætextu, colore, vel ingenio, publicè, vel occulte, directè, vel indirectè moleſtari, inquietari, vel perturbari nullatenus unquam poſſe, neque debere. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac prædictæ S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, ac ſedis Apoſtolicæ Nuncios judicari, & definiri debere. Et ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus; non obſtantibus quibuſvis, etiam in eiſdem, aut in aliis Conciliis editis, vel edendis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenùs opus ſit prædictæ Eccleſiæ Groſſetanæ, etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica,

„ vel

,, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis , &
,, Conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, &
,, literis Apoſtolicis prædictæ Eccleſiæ Groſſeta-
,, næ, illiuſque Præſuli, ac aliis quibuſvis ſupe-
,, rioribus, & perſonis in contrarium corumdem
,, præmiſſorum quomodolibet forsàn conceſſis, ap-
,, probatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſin-
,, gulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus
,, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & iodividua,
,, non autem per Clauſulas generales, idem impor-
,, tantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſio ha-
,, benda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc
,, ſervanda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo
,, ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in il-
,, lis tradita, obſervata, & inſerti forent præſen-
,, tibus, prò expreſſis habentes, illis alias in ſuo
,, robore permanſuris, hac vice dumraxat ſpeciali-
,, ter, & expreſsè, ac opporrunè, & validè harum
,, ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſ-
,, cumque. Volumus autem, quod modernus Præ-
,, poſitus, & Canonici prædicti, antequam præ-
,, ſenti gratia utantur duas perpetuas Capella-
,, nias, in dicta Eccleſia Groſſetana ordinaria au
,, ctoritate erigi curent, & faciant; aſſignara ta-
,, men prò illas perpetuò obtinentium congrua ſuſ-
,, tentatione competenti dote. Nulli ergò omninò
,, hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutio-
,, nis, conceſſionis, indulti, decreti, derogatio-
,, nis, & voluntatis infringere, vel ei auſu teme-
,, rario contraire. Si quis autem hoc attentare
,, præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei,
,, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus
,, ſe noverit incurſurum.
,, Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarn.
,, Domin. 1708. XII. Kal. Aprilis Pontificatus no-
,, ſtri, Anno 9
LX ,, Loco † Plumbi.
,, BERNARDINUS *Pecci, Nobilis Senenſis,*
,, *Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Pro-*
,, *venzano, juris utriuſque doctor, & in Senenſi uni-*
,, *verſitate profeſſor, ad Groſſetanæ Eccleſiæ regimen*
,, *admotus eſt an. 1710. die 15. Decembris.)*

POPULONII, ET MASSÆ EPISCOPI.



MASSA maritima ſatis antiqua civitas eſt, ex ediro innore mare proſpectans. Amplior ei murorum circuitus, quam populus, illic demoraturos aere inſalubri terrente. Ejus exordium omnino incertum, rametſi fabuletur Annius in commentariis, a Verbano, cognomento Maſſo, ſumpſiſſe principum. Volaterranus, nobilem, antiquam Veruloniam ibi quondam fuiſſe civitatem affirmat, dicturus melius Vetulonium, cujus circa confinia Maſſæ adhuc nobiles extare conſtat ruinas. Ammianus Marcellinus, Maſſæ cognomentum Veter-

A nenſis adiungit, cum lib. 13. inquit. *Gallus Cæſar natus apud Thuſcos in Maſſa Veternenſi patre Conſtantio Conſtantini fratre Imperatoris, matreque Galla ſorore Rufini, & Cerealis, quos trabeæ Conſulares nobilitarunt, & Præfecturæ provinciarum.* Quamobrem cum etiam illis temporibus Maſſa extaret, conſtat antiquam eſſe, tametſi haud ex illis primoribus, quæ principes, ac antiquitate præcipua habebantur in Hetruria. Quamquam ſi velimus aſſerere, ex antiquo illam, nobilique Vetulonio originem trahere, adeo antiqua cenſenda erit, ut jam cum illis 12. videatur de nobilitate poſſe certare. Cæterum ex antiquæ Populoniæ ruinis Maſſa crevit, cujus meminere Ariſtoteles, Strabo, Plinius, Ptolomæus, Stephanus, Epitomator, Virgilius, Mela, Livius, Servius, aliique ſcriptores. Scribunt nonnulli Populoniam fuiſſe ædificatam, ſive a Corſis, ſive a Pelaſgis prope maritimum litus, nec defuere, qui civitatem iſtam coloniam Volaterranorum fecerunt. Olim potentiſſima fuit, & unde
B antiqui Hetruſci claſſibus exornandis, inſerviendiſque armamenta promebant. Sed o res humanas inſtabiles! hodie illius poſt deſolationem a Sylla illatam vix leve veſtigium extat. Reſtaurata deinceps, uſque ad tempora Nicetæ patritii Conſtantinopolitani Cæſarum ducis ad aliqualem priſtinæ dignitatis imaginem perduravit, donec a Carolo Magno exciſa iterum, adeo ſeipſa eſt facta deterior, ut magni Gregorii temporibus divinorum miniſtrorum nullus propemodum eſſet, qui illic divinum opus urgeret. Sub exciſæ Populoniæ Promontorium Plumbinum extulit muros. Epiſcopaliſque dignitas Maſſam demigraſſe narratur, tametſi ad multos annos Maſſenſis Antiſtes adhuc Populoniæ titulum præſeferret, quo etiam hodie iidem nobilitantur Antiſtites. Adhuc, ut multum inveſtigaverim, haud ſum aſſecutus, quis ejus diœceſis primus Epiſcopus fuerit, quiſve illic primum Evangelium prædicaverit. Conſtat ante S. Cerbonem, qui vixit anno 572. nullum omnino occurrere, qui
C in Populoniæ, Maſſæque ſede floruerit. Quamobrem conjectura eſt, Eccleſias illas, poſt exceſſum ejuſdem ſancti, ad multos annos proprio Paſtore viduatas fuiſſe, ut clare perſpicitur ex magni Gregorii regeſto in ea epiſtola, quam ille Pontifex ad Ruſſellanum Epiſcopum ſcripſit, ut paulo ſupra narravimus. Igitur Maſſa exciſæ Populoniæ in Epiſcopalem dignitatem ſucceſſit, etenim Maſſæ commorabatur; reperio enim antiquitus Epiſcopum illum appellatum fuiſſe Antiſtitem Populoniæ, ac principem Maſſæ, ut antiquum quoddam continet monumentum, proſtans in Cathedrali Maſſenſi. Cæterum priſcis illis temporibus unum tantum Romanum Pontificem immediate reverebatur; deinde ſuffraganea Piſanæ Metropolis fuit, tum & Senenſis ſub Pio II. Maſſæ Cathedralis ſatis ampla, pulchraque eſt; tametſi antiquæ ſtructuræ, ſub patrocinio S. Cerbonis, cujus ſacrum corpus ſub majori altari in arca marmorea honorifice requieſcit. Duabus dignitatibus nobilitatur, Archipresbyte-
D ratus, ac Præpoſituræ, alitque decem Canonicos, qui cum Archipresbytero animarum ſunt curatores. Quatuor inſuper presbyteri, ac clerici tres promovendo divino operi ſunt adiumento. Seminario caret, neque Theologali, neque Pœnitentiali gaudet præbenda. Palatium Epiſcopale eſt prope templum ſatis commodum. Præter Cathedralem altera parochialis Maſſæ Eccleſia eſt, duoque monaſteria ex Franciſcano ordine, alterum fœminarum, virorum alterum cum duabus laicorum ſocietatibus, ac xenodochio. Satis ampla diœceſis eſt, ſexdecim videlicet oppidorum, aliorumque locorum, ac Iluæ inſulæ. Hujus Eccleſiæ cenſus ad duo millia ducatorum aſcendit, ejuſdemque taxa in libris Apoſtolicæ Cameræ florenorum 300. Hanc civitatem patrum noſtrorum memoria mirum in modum illuſtravit Bernardinus ille Senenſis Franciſcanus, qui inde ſuam dicitur traxiſſe originem. Series Præſulum Maſſæ, ac Populoniæ

ſequens eſt, quam ex diverſis ſcripturis, monumentiſque in hunc modum digeſſimus.

A D D I T I O.

(,, *Maſſa in Etruria, quæ & antiquiſſimum Vetulonium, everſa à Barbaris Populonia, Epiſcopali dignitate an. Dom. 800. decorata fuit, & huc uſque nobilium ædificiorum veſtigia ſervat publicam teſtificantia munificentiam. Quinimo fertur, ejus ope Senarum aliquando Piſarumque æquaſſe potentiam. Noſtra tamen tempeſtate adeò à priſtina fortuna declinavit, ut æſtivo tempore vix 250. incolæ in ea numerentur, & mille hyberno. Cathedralis Capitulum olim duodecim componebatur Canonicis, duabuſque dignitatibus, Archipresbyterali, & Archidiaconali; hodie ſex tantum. Hic pauciores ſunt in urbe tota Clerici, adeout niſi Epiſcopus ſuos haberet familiares Clericali habitu incedentes, Pontificalia exercere minime poſſet. Animarum cura in una urbis regione Archipresbytero incumbebat, qua dignitate ceſſante, Parochialia munia Canonici alternatim ſubeunt: reliquam ipſiuſmet curæ partem alter ex Regularibus S. Auguſtini ab Ordinario probatus adminiſtrat. Epiſcopales ædes ſatis opportunæ ad habitandum Cathedrali junguntur. In Civitate unum monialium monaſterium, tria ſunt Regularium Cœnobia, unicum Xenodochium ad curandos infirmos, & peregrinos, infanteſque expoſitos recipiendos, & quinque Laicorum ſocietates. Inter oppida vero Maſſanæ diœceſis principem locum ſibi vendicant Plumbinum, opibus quondam, populoque ſumme florens, nunc autem bellorum incommodis in magnas lapſus anguſtias: Portus Ferrarius, & Portus Longonis in Elva inſula, & inſula Capraria. Habet juriſdictionem temporalem Maſſæ Præſul in duo Caſtella diruta, Atrianam, & Marſilianam. Animæ totius diœceſis circiter 16000. centum Clerici ſeculares, 50. Regulares cenſentur.*)

I. (,, ATELLUS *Populonienſis Epiſcopus interfuit Synodo Palmari Symmachi Papæ an. 501. ut conſtat ex noviſſ. Harduini Concilior. editione vol. 2. p. 971.*)

II. (,, FLORENTIUS *Populoniæ Epiſcopus fuit ante S. Cerbonium, ut ex hujus vita, quæ in Codice Vat. 6453. habetur deſcripta, colligi poteſt. Ejus mors referri poteſt ad an. circiter 556. Conſule Papebrochium in Actis Ss. Maii t. 3. p. 471.*)

III. 1 S. CERBONIUS Africanus, S. Reguli alumnus, in Hetruriam venit, ac poſt magiſtri martyrium, cum Populoniam ſe contuliſſet, ejus civitatis eſt renunciatus Epiſcopus. Cujus vitam magnus Gregorius Pontifex in 3. lib. Dialogorum cap. 11. commemorat. Deceſſit anno 573. die 10. menſis Octobris, ac ibidem tumulatus. Sed deinde Maſſam translatus, requieſcit in Cathedrali ejuſdem civitatis patronus, ac rector. Hujus ſancti meminit Martyrologium Romanum, Baronius in notis ad idem, Sigebertus ad annum 536. Poſt S. Cerbonii exceſſum, Longobardi Populoniæ intulerunt excidium, ut refert idem M. Gregorius lib. 1. epiſtola 15. oportuitque vacuam diu illam fuiſſe Eccleſiam, cum nec ibi ullus eſſet ſacerdos, qui ibidem, ut ſupradiximus, divinum cultum promoveret.

(,, *Hujus Sancti Vita inedita exiſtit in Bibliotheca Vaticana, quam citat Floravantes Martinellus f. 99. ſui libri, cui nomen dedit.* Roma ex Ethnica Sacra. *Hæc pariter in noſtra Eccleſiæ Tabulario apparet, & meliorem illa, quæ in Vaticana Bibliotheca aſſervatur, eſſe puto, cum illa ex hac noſtra decerpta eſſe videatur. Aliam pariter citat Baronius in notis Martyrologii, quam concordare non arbitror cum noſtris. Ecce noſtra, quam ſcriptam fuiſſe ante Caroli Magni tempora puto, & poſita eſt in f. 12. inediti Codicis Tabularii noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ ſignat. n. 108.*

,, *In Divinis Hiſtoriis Sanctorum ſacra geſta ideo excoluntur, ut in memoria eorum acta qualiter pro Chriſti nomine ſæva ſupplicia pertulerunt, fidelium turba in eorum laudibus proſequatur. Licet enim illi ab ipſo Domino gratiam percipientes ut merito per patientiæ exemplum tyrociniorum augmenta tormentorum pro nihilo, ut arbitrati ſunt, reſpuentes caduca, ut perhennes acciperent coronas. Hujus igitur Evi merore quaſſati, felicia adepti ſunt gaudia ſine fine manſura. Ut eorum animæ, & corpora acciperent binas ſtolas, ſicut in Johannis Apocalypſi traditur. Data ſunt illis binæ ſtolæ, & cooperiunt ſe. Ecce qualem remunerationem percipiunt electi, qui ſe ſequeſtrarunt a mundi pompiferis oblectamentis, & ſoli Deo mente, & ſpiritu adhæſerunt.*

,, *Beatus nanque Cerbonius, ſicut priſci Catholici viri tradiderunt ex Africa regione oriundus fuit. Ab ipſo enim pueritiæ ſuæ tempore parentes ejus Beato Regulo Archiepiſcopo eum commendaverunt, ut ab ipſo Sacris doctrinis imbueretur.*

,, *Beatus igitur Regulus cum omni alacritate eum ſuſcipiens totius veritatem Chriſtianæ Religionis mirifice illum inſtruxit. Erat enim jam dictus Vir Domini ſummæ patientiæ operibus deditus, caritatiſque vinculo ſtrictus. Qui dum piis polleret moribus, multi ad eum Gentiles confluebant, ut Baptiſmatis Sacramentum ab ipſo acciperent. Pœnitentiæ vero remedium omnibus impendit, ut ab ipſa pravitate hæretica ceſſarent. Quadam autem die expanſis manibus his precibus Deum exoravit, dicens. Domine Jeſu Chriſte, qui es Trinus, & unus, dignare me ſalvare, & cuſtodire de omnibus tentationibus Diaboli, qui me a mandatis tuis ſequeſtrare vult. Concede mihi miſericordiam tuam, ut perſeverare valeam in tuis præceptis omnibus diebus vitæ meæ; protege me ſub jugo protectionis tuæ, ne ignita Diaboli ſagitta ſuperare me poſſit. Hæc, & his ſimilia, orante ſancto Cerbonio gratia ſpiritus Sancti eum replevit, & illuminabat corda credentium, qui ad eum veniebant. Videns autem Beatus Regulus tantam conſtantiam fidei, quam habebat in Domino, ad ordinem Epiſcopatus perduxit. Erat enim tunc in illo tempore hæretica pravitas in Africa regione pullulata contra fidem Catholicam. Cernens autem Beatus Regulus tantam perfidiam hæreticæ pravitatis inſoleſcere, relicta propria ſede, adjunctiſque ſociis Beato Cerbonio, & Felice Epiſcopis, ſimulque ſacerdotibus Italiæ fines aggredi tentaverunt. Qui dum per maris ſpatia iter peragerent, ſubito ſurrexit contra eos ſæva tempeſtas uſque adeo, ut in perturbatione baratri omnes pervenirent. Tunc Beatus Regulus una cum Beato Cerbonio, & Felice Dominum deprecati ſunt conditorem, ut eorum navis inter tremulas undas fieret Gubernator, & ſuos ſervos exules ab illo aquarum impetu liberare dignaretur. Quorum voces Omnipotens Deus ſubito piis precibus exaudivit. Sicque mare pacificum extitit, ut a ventorum claſſibus minimè perturbaretur. Venientes autem in Romuleis finibus, congruum locum ſibi vendicaverunt, quatenus optimo Omnipotenti Deo ſequeſtratis omnibus eremiticam duxerunt vitam. Illo namque in tempore Totila Rex perfidus crudeli examinatione cum Satellitibus ſuis Gothis Italiam devaſtabat. Beatum vero Regulum ſicut in digeſtis ſuis legitur capitali extraxit ſententia. Cerbonius vero, & Felix Sanctiſſimi Epiſcopi Cadaver ſui Magiſtri, & Archiepiſcopi mirifice ſepelierunt. Quantus vero, vel qualis vir iſte fuerit, narrante Beato Gregorio in ſuorum libro Dialogorum cognovimus. Nam cum quadam die idem perfidus Rex Totila audita magna Sanctitatis fama Beati Cerbonii, & hoſpitalitatis ſtudio, quod feliciſſimè ageret, die quadam tranſeuntes milites hoſpitio ſuſcepit, quos Gothis ſupervenientibus abſcondit, eorumque vitam abſcondendo ſervavit ab illorum nequitia. Quod dum Gothus Rex perfido Totilæ nuntiaſſet, & crudelitatis ille immaniſſima veſania ſuccenſus, hunc octavo hujus urbis milliario, qui ad locum mœroris dicitur, ubi tunc ipſe cum ſuo ſedebat exercitu, deduci juſſit, cumque in ſpectaculo Populi Urſo ad devorandum projecit. Cumque idem Rex perfidus*

in

„ in ipſo quoque ſpectaculo conſediſſet ad aſpiciendam
„ mortem Epiſcopi, magna Populi turba confluxit.
„ Tunc Beatus Cerbonius Epiſcopus deductus in me-
„ dio eſt, atque ad ejus mortem immaniſſimus Urſus
„ eſt exquiſitus, qui dum humana membra crudeliter
„ carperet, ſævi Regis animum ſatiaret. Dimiſſus
„ Urſus concitè Beatum Cerbonium Epiſcopum petiit;
„ ſed ſubito ſuæ feritatis oblitus, deflexa cervice,
„ ſummiſſoque humiliter capite lambere cœpit pedes
„ Epiſcopi, ut patenter omnibus daretur intelligi,
„ quia erga illum virum Dei, & ferina corda eſſent
„ hominum, & quaſi humana Beſtiarum. Tum Po-
„ pulus, qui ad ſpectaculum venerat mortis, magno
„ clamore verſus eſt in admiratione venerationis. Sic-
„ que ad ejus reverentiam Rex ipſe colendam commo-
„ tus eſt. Quippe cum quo ſuperno Judicio actum fue-
„ rat, ut qui ſequi Deum prius in cuſtodienda vita E-
„ piſcopi noluit, ſaltem ad manſuetudinem Beſtiam
„ ſequeretur. Cui rei ii, qui tunc præſentes erant,
„ adhuc nonnulli ſuperſunt, ea illic cum omni Populo
„ ſe vidiſſe teſtantur. Sanctus namque Cerbonius, vir
„ nempe abſtinentia extitit, vigiliis, orationibuſque
„ ſemper erat intentus, curæque Pauperum non mini-
„ ma ſollicitudine illi aderat. Serviens Domino die,
„ ac nocte ſine querela in Eccleſia Beatæ Mariæ ſem-
„ per Virginis ſub Florentio Epiſcopo ejuſdem Civi-
„ tatis Populonii, qui ille tempore præerat. Factum
„ eſt autem, ut dormitionem acciperet in Domino
„ Beatus Florentius, cujus animam Beato Cerbonio
„ in Cœlo ab Angelis viſum eſt ferri. Poſt obitum verò
„ Beati Florentii collectio facta eſt tam Clericorum,
„ quam & Laicorum quæritantium intrare quam in
„ ipſum ſanctum locum Rectorem eligerent, qui eos
„ juxta voluntatem Dei præordinaret, et Eccleſia
„ Sancta regeretur ab omni pravitate hæretica evul-
„ ſa; Quatenus eos doceret verba Catholica, ut Plebs
„ Chriſtiana ſine detrimento conſiſtere valeret. In-
„ ſpiravit autem Deus corda eorum, ut Beatum Cer-
„ bonium ſibi Præſulem aſciſcerent. Beatus autem
„ Cerbonius, ut hæc audivit, cœpit contradicere eo-
„ rum dictis. Sacerdotes vero, & Diaconi, & cun-
„ ctus Clerus una cum Populo cœperunt proclamare:
„ neminem alium eligere cupimus niſi Te Pater, qui
„ es Deo dignus, & Te ſpiritu Sancto repletum ſci-
„ mus, & ſcientiam prudentiſſimam habere Te proſ-
„ picimus, pro hac cauſa valde nobis neceſſarius es,
„ ut Plebem Chriſtianam regas ſimul cum Clero.
„ Beatus autem Cerbonius cœpit omnino denegare, non
„ eſſe dignum ſe tanti honoris apice ſublimari. Tunc
„ cunctus Populus ſimul, & Clerus una voce dixe-
„ runt. Si nos miſeros recipere ſub tuo regimine no-
„ lueris, & Pater eſſe deſieris, Deus requiret ani-
„ mas noſtras de manu tua. Cumque hoc Beatus Cer-
„ bonius audiſſet, timere cœpit, ne ab ovile Domini
„ oves, quas ipſe regere debuerat, per fraudem dia-
„ bolicæ tentationis excluderentur. Suſcepta autem
„ Cura Paſtorali, cœpit eos docere, ut ab omni levi-
„ tate, atque vanis gaudiis hujus mundi, ſeu laſci-
„ via compeſcerent, quatenus Omnipotenti Deo ſer-
„ virent ſine offendiculo, & in omnibus mandatis
„ Domini humiliter ſe exercerent. Ipſe vero Beatus
„ Cerbonius cum omni humilitate, & patientia exem-
„ plum bonæ actionis tam Clero, quam Populo oſten-
„ debat; nedum aliis prædicaret, ipſe reprobus vi-
„ deretur. Tantam namque gratiam Dominus ei
„ contulit uſque ad tempus Senectutis, ut quando An-
„ geli in Cœlo ruinam canerent, ejus auribus perſo-
„ naret. Nam initio Auroræ Dominicæ die in excelſis
„ has laudes attentius ſemper audiebat. Cumque hoc
„ ſæpius audiret, cœpit Beatus Cerbonius eadem hora
„ in conſuetudinem mittere, ut quando Angeli in Cœ-
„ lo laudem Deo deferebant, ipſe ſuper Altare Beatæ
„ Dei Genitricis, Virginiſque Mariæ miſſam cane-
„ bat cum omni Clero, qui cum illo erant. Charita-
„ tem verò propter nimiam debilitatem ſenectutis
„ mox ut laudes Dei finierat, cibum ac potum cum
„ ſuis Clericis ſumebat. Populus vero, qui in villis
„ habitabat, ad ipſam Matrem Eccleſiam orto jam
„ ſole confluebat, ut miſſam ab eo, vel a ſuis Cleri-
A „ cis audire valerent. Sed ille nullo modo aſſenſum
„ præbuit Populo, quia jam refecti erant ſecundum
„ juſſionem Præſulis, benedictione conſequuta. Populi
„ namque, qui de ſuburbanis ad eum veniebant, val-
„ dè indignati ſunt, dicentes: o qualis eſt iſte noſter
„ Præſul, qui nos regere debuerat, qui miſſam prima
„ aurora diei canit, ſtatim cum finita fuerit, ipſe, &
„ ſacerdotes ſui panem, & vinum pro benedictione
„ ſumunt. Murmur namque Populi ſuper eum pluri-
„ mum excitabatur, & omnes unanimiter Beatum
„ Cerbonium ad accuſandum ad Papam Vigilium Ro-
„ mam pervexerunt. Sabbati verè diei ad Veſperam
„ ſicut mos erat, ipſe Papa ad Eccleſiam Beati Petri
„ venit ad laudes Deo cum ſuis Clericis faciendas. Ibi-
„ que multus Populus Populonienſis, qui erant Paro-
„ chiani Beati Cerbonii, proſtrati ante pedes ipſius
„ Papæ, jactaverunt ſe accuſantes illum. Miſerere,
„ inquiunt, noſtri, Beatiſſime Pater, quia Epiſco-
„ pus, quem habemus, non nobis noſtram Chriſtiani-
„ tatem cuſtodit, nec miſterium obſervat ſecundum
B „ ordinem Chriſtianæ legis. Quoniam die Dominico
„ primo diluculo miſſam canit, & ſacerdotes ſui om-
„ nes quaſi pro charitate cibum habent ſumptum. Pa-
„ pa vero poſtquam audivit, furore magno contra
„ Beatum Cerbonium commotus, miſit legatos ſuos
„ ad illum, dicens: Ite ad Cerbonium velociter Po-
„ pulonienſem Epiſcopum, & præcipite illi ex aucto-
„ ritate Beati Petri Principis Apoſtolorum, & San-
„ ctorum Canonum, & mea, ut non ſit illi licentia ſtan-
„ di, ſed cum ſumma feſtinatione huc ante me veniat,
„ ut inquiramus, ſi verum eſt, quod filii Eccleſiæ ſuæ
„ dicunt, an non, quia ſi ita eſt, magnam hæreſim
„ in Populo inductam habet. Igitur Legati cum
„ ſumma feſtinatione ad eum pervenerunt, &
„ ſicut Papa illis præceperat ſub excommuni-
„ catione ei legationem pertulerunt. Beatus Cer-
„ bonius nuntios Domini Papæ cum nimio amore
„ ſuſcipiens, dixit. Hodiè nos præparemus in ſervi-
„ tio Domini Papæ, & cras ſicut præcepit, eamus.
„ Erat autem dies ille Dominicus, cum iter accipe-
C „ re debebant, & dixit Diacono ſuo; frater exi,
„ & vide ſi adhuc hora eſt, ut juxta noſtram conſue-
„ tudinem Miſſam canamus. Tunc ille exiens foras
„ vidit auroram venientem, & reverſus eſt, dicens:
„ Domine Pater, aurora eſt, & ſecundum ritum no-
„ ſtrum Miſſa eſt canenda. Beatus itaque Cerbonius
„ induens ſe, ac ſuper Altare Dei Genitricis Mariæ
„ Miſſam cecinit, & ſecundum morem ſuum omnibus
„ Clericis ſuis benedictionem dedit. Præterea legatis
„ Papæ, qui ſibi miſſi fuerant, Beatus Cerbonius di-
„ xit: Fratres propter amorem Beatæ Dei Genitri-
„ cis charitatem nobiſcum ſumite, ſicut & nos faci-
„ mus. Illi autem reſpondentes, dixerunt. Nos non
„ ſumus Hæretici, neque mandatum Dei tranſgredi
„ volumus, ſicut tu facis, qui die Dominico primo
„ diluculo miſſam canis, & cum finita fuerit pro bene-
„ dictione cibum ſumis. Tunc inierunt iter unanimi-
„ ter ad partes Romæ. Cum autem perveniſſet ultra
„ fluvium Corneam ad locum, qui dicitur Salinela,
„ magna ſitis Miſſos Domini Papæ arripuit; tunc pro-
D „ clamaverunt ad Beatum Cerbonium dicentes: Pa-
„ ter optime magnam ſitim habemus; inde da nobis
„ aquam, ut bibamus. Quibus Beatus Cerbonius di-
„ xit: Credite mihi, quia in iſto loco neſcio ubi ſit
„ aqua, excepto in iſto mari. Illi autem pergentes uſ-
„ que ad dimidium milliarium ita æſtuabant ſiti, ut
„ nullus ſuper equos tenere ſe poſſet, & proſtrati in ter-
„ ra, ſic clamabant. Pater ſancte adjuva nos, quia
„ præſentialiter morimur. Tunc Beatus Cerbonius
„ dixit illis. Filii ego rogavi vos, ut propter amo-
„ rem Dei charitatis cibum nobiſcum ſumeretis, &
„ noluiſtis; rogabo etiam Dominum meum pro vobis,
„ forſitan me exaudiet. Et dum B. Cerbonius oraret,
„ vidit duas Cervas ante ſe progredi, quibus edixit:
„ præcipio vobis ex auctoritate Domini mei Jeſu Chri-
„ ſti, ut non habeatis licentiam ultra progredi, donec
„ me expectetis. Tunc tulit vas ſuum, & ivit ad
„ eas, & ex uberibus tulit earum lac, & implevit
„ illud, & poſt hæc abſolvit eas dicens: Licentiam

Domini mei habeatis pergere quo vultis; deinde accurſus eſt ad legatos, qui jacebant quaſi mortui in via ex ariditate ſitis. Dedit quoque illis ipſum lactem bibere, & elevavit eos de terra, & reſtituit eos ſanos ſicut antea fuerunt. Inde ſimul pergentes venerunt in partibus Roma. Tunc dixit Diaconus, qui cum eo pergebat. Domine tu ad Dominum Papam pergis, quid habes, ut illi pro benedictione offeras? Timeo ſi tu ad illum vacuus veneris, ne furor ſuus ſuper te excitetur. Cui reſpondens Beatus Cerbonius dixit. Noli moleſtus eſſe mihi, quia Dominus meus, in quem ſpem habeo, qui de multis tribulationibus me eripuit, non me derelinquet, ſed ipſe mihi praſtabit, quod ad ipſum Dominum Papam pro benedictione deferam. Deinde antequam Romam pervenirent, tres homines obviaverunt ei habentes rigores febrium, proclamantes Beato Cerbonio, ut eis medelam ſua benedictionis inferret. Tunc Beatus Cerbonius proſtratus in terra, ſignaculum ſancta Crucis ſuper eos faciens his verbis deprecatus eſt, dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui es Trinus, & Unus ego indignus ſervus tuus ſupplex rogo miſericordiam tuam, ut reſtituas iſtis infirmis priſtinam ſanitatem, ut digneris eos liberare ab omnibus peccatis eorum, quia tu es Dominus Omnipotens, & Creator omnium rerum. Hac itaque orante B. Cerbonio, ſtatim illi ſanitatem adepti ſunt. Videntes autem miſſi Domini Papa miraculum, quod factum fuerat, timuerunt, & ſtupefacti intra ſe dicebant. Si iſte Epiſcopus Vir Dei electus non eſſet, non faceret tanta miracula. Pervenerunt autem ad montem Gaudii, & deſcendentibus in Pratum Neronis, ubique legati licentiam petierunt, & de ipſius adventu Papa nuntiarunt. Cumque prafati legati Beato Vigilio Papa omnia, qua viderant in via, retuliſſent, qua Beatus Cerbonius fecerat, timor magnus apprehendit ſummum Pontificem. Tunc Summus Pontifex collecto Clero, qui cum illo erat induere fecit ſacerdotalibus veſtibus unumquemque ſecundum ſuum ordinem, & obviam venit ille cum litaniis, & incenſo, & pſalmodiis, & cum multis laudibus ad gradus Beati Petri Apoſtoli. Beatus vero Cerbonius dum properaret per pratum Neronis, vidit aves multas, & copioſas, qua anſeres vocitant, in ipſo prato ſtantes, & fecit ſignaculum ſancta hujus contra eas, dicens: Non habeatis licentiam Omnipotentis Dei alicubi volandi quouſque veniatis mecum in praſentia Domini Papa. Poſt hac ipſe, & Diaconus ejus uſque ante gradus Beati Petri Apoſtoli, ubi ipſe Papa ei obviam venit, ipſos anſeres erant perducentes. Tunc dixit Beatus Cerbonius: Ecce munera parva, qua vobis de noſtra Eccleſia adducimus. Tunc Domnus Apoſtolicus magnas ei gratias egit. Beatus vero Cerbonius ſignaculum ſancta Crucis fecit contra ipſas aves, & abſolvit eas, dicens: Ex juſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti vos abſolvo, ut habeatis poteſtatem eundi quocumque vultis. At illa expanſis alis, volare ceperunt, & ſic liberata ſunt a poteſtate ipſius Papa. Cumque hoc Vigilius Papa vidiſſet, timor magnus eum apprehendit, & pacifice, & benigne Beatum Cerbonium recepit, & cum illo in Eccleſiam Beati Petri Apoſtoli introivit. Cum autem ingreſſi fuiſſent Papa, & Beatus Cerbonius venerunt uſque ad ſepulchrum B. Petri Apoſtoli, & oraverunt. Tunc cœpit interrogare Beatus Cerbonius ſummum Pontificem, dicens: Cur me Pater huc venire præcepiſti, indica mihi. Cui Papa reſpondit: filii Eccleſia proclamaverunt ad me, dicentes, quod Tu die Dominico ſummo diluculo miſſam canis, & ſtatim panem, & potum in charitate aſſumis. Cum autem ipſi ad matrem Eccleſiam Sole jam orto veniunt, ibi Presbyterum abſtinentem non inveniunt, qui eis miſſam canere poſſit; proinde miror, cur taliter agis, quod nullus taliter facit. Reſpondens autem Beatus Cerbonius dixit. Domine Pater optime, potens eſt Deus oſtendere mirabilia ſua ut voluerit, ſed tamen in quantum pravales, vobis conſilium dabo. Hodie dies Sabbati eſt; exoro vos, ut in hac nocte firmiter orare non negligamus; forſitan Deus vobis antequam ego a vobis ſeparer, ſcire permittet, cur ego taliter ago. Ipſi verò nocte non ceſſaverunt a vigiliis, & orationibus uſque dum tempus adveniret, quo matutinas canere deberent. Tunc Beatus Cerbonius dixit ad Dominum Papam. Surgamus Pater, & eamus, quia hora matutini eſt canendi. Cumque laus matutini finita fuiſſet, Beatus Cerbonius dixit Diacono ſuo. Vade frater, & vide ſi juxta conſuetudinem noſtram hora eſt miſſas canere. Tunc Diaconus exiens foras, reverſus eſt, dicens: Pater ſancte Aurora jam venit, & ſolitam Hoſtiam Deo offeras. Beatus vero Cerbonius vocavit Dominum Papam ad ſe, & apprehendit dexteram manum ejus, & pedem ſuum dexterum, ſuper ſuum ſtare fecit quaſi eum ad ſignum Sancta Crucis tenere debuiſſet, & dixit ei: Pater ſancte aſpice in Cœlum. Cumque ipſe, & Papa prafatus in Cœlum aſpicerent, audierunt ambo voces Angelorum canentes Gloria in excelſis Deo. Tunc Venerabilis Papa dixit ad Beatum Cerbonium. Verè ſcio, Spiritus Sanctus in te eſt, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus revelavit tibi ſecreta ſua. Ego autem dum vixero, in hac Eccleſia Beati Petri Apoſtoli, ubi Cuſtos ſum, ſecundum exemplum tuum faciam, & volo, ut ſucceſſores mei ipſum ordinem peragant. Beatus vero Cerbonius licentiam petiit eidem Papæ, ut ad Epiſcopatum reverteretur. Tunc jam dictus Papa dixit ei: Rogo te Pater Cerboni, ut petitioni mea aſſenſum prabeas, ut duos, aut tres dies mecum converſeris, ut loquamur de Cœleſtibus myſteriis, & Divinis, qua ad Chriſtum pertinet: & ita fecerunt. Completis autem tribus diebus, licentia accepta a Dom. Papa, iter accepit ad ſedem ſuam. Et poſtea quantis vicibus Beatus Cerbonius ad Apoſtolicam ſedem veniebat, tunc ſummus Pontifex de ſede ſua exiliens ſemper contra ibat, & honorificè eum recipiebat. Ab illo namque tempore uſque in hodiernum diem omnes Venerabiles Papa de ſedili ſuo ſe elevant, quando Epiſcopi Populonii Romam pergunt, & ad Papam proficiſcuntur. Quia Domnus Apoſtolicus (contra) nullum alium Pontificem, nec Regem de Sede ſua ſe elevant, niſi contra illum, qui ſedem B. Cerbonii, & Pontificatum tenet. Vixit autem quiete in Epiſcopatu ſuo regens libentiſſimè Populum, & Clerum cum omni alacritate, & manſuetudine. Interfecto autem Badua, qui & Totila vocabatur, a Beliſario Patricio, tunc pax Eccleſia reddita eſt. Permanſit autem in Epiſcopatu uſque ad tempora Longobardorum. Sed cum ſava tempeſtas Longobardorum Italiam devaſtaret, nulliſque parceret credentibus, non monachis, non Clericis, non Epiſcopis; Eccleſia verò ab ipſis ſunt enſe, & igne acervata. Videns Beatus Cerbonius tantum ſcelus pullulari ad Inſulam, que Elba vocatur, propter crudelitatem Longobardorum Gentis, receſſit, ibique cum ſuis Clericis latebram fovebat. Jam illi enim ætas decrepita advenerat, qua illum uſque ad finem vita protraxit. De quo etiam viro aliquod miraculum in ſuo Dialogo, narrante ſibi Venantio Epiſcopo cognovit. Sic denique, inquit: In ea nanque Populonẽ Eccleſia, cui præerat Pontifex, ſepulchrum præparavit, qui irruẽte gravi ægritudine ad mortẽ veniẽs, Clericis ſuis ſibi obſequentibus præcipit, dicens. In ſepulchro meo, quod mihi Populonio præparavi, ibi me ponite. Cui Clerici reſpondentes dixerunt. Tu ſcis Pater, quia loca illa a Longobardis occupata ſunt; quomodo ergo valebimus Corpus tuum illuc humare? Quibus S. Cerbonius reſpondit, dicens. Reducite me ſecuri, nolite metuere, ſed feſtinè me ſepelire curate. Mox autem, ut ſepultum fuerit Corpus meum, cum omni feſtinatione diſcedite. Defuncti igitur corpus impoſuerunt navi; cumque Populonium tenderent, collecta in nubibus aere immenſa nimis pluvia deſcendit, ſed ut cunctis pateſcerent cujus viri corpus navis illa portaret, per illud maris ſpatium, quod a prafata Inſula uſque Populonium duodecim millibus protenditur, circa utraque

que

,, *que navis latera procelloſa valde pluvia deſcendit,* A
,, *& in navem eamdem unica pluvia gutta non cecidit.*
,, *Pervenerunt itaque ad locum Clerici, & ſepultura*
,, *tradiderunt corpus Sacerdotis ſui, cujus præcepta*
,, *ſervantes ad navim ſub feſtinatione reverſi ſunt.*
,, *Quam vero mox ut intrare potuerunt in eodem lato,*
,, *ubi vir Domini ſepultus fuerat, Longobardorum Dux*
,, *crudeliſſimus nomine Gumma . . . advenit.*
,, *Ex cujus adventu vir Dei habuiſſe Spiritum pro-*
,, *phetiæ claruit, qui Miniſtros ſuos a ſepultura ſua*
,, *ſub feſtinatione diſcedere præcepit. Cujus precibus,*
,, *& orationibus ſalvantur Infirmi, qui ad eum toto*
,, *corde properant, quo & opitulante regna Cælorum*
,, *mereamur ſcandere. Migravit autem Beatus Cer-*
,, *bonius ex hac vita ad Dominum 6. Idus Octobris.*
,, *Ipſi ſit laus, & gloria, & honor per infinita ſæcula,*
,, *qui talem ſibi elegit Rectorem, per quem multitudo*
,, *hominum conceſſa eſt ad vitam rectam, quæ Chriſ-*
,, *tus eſt, qui vivit, & regnat cum Deo Patre in uni-*
,, *tate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculo-*
,, *rum. Amen.* Benevolentius) B

IV. 2 * MAXIMINUS Populoniæ Epiſcopus flore-
* Ex App. tom. 1. bat anno 590.

V. (,, MARINIANUS *S. Populonienſis Eccleſiæ*
,, *Epiſcopus interfuit Concilio Lateranenſi an. 649. Vi-*
,, *de Harduini Concil. vol. 3. col. 928.*)

VI. 3 SERENUS, qui etiam eſt Selenus, Populo-niæ Epiſcopus, apud Baronium, Romanæ ſynodo interfuit anno 680.

VII. 4 ANCAURUS, ſive Ancatlus, Populoniæ Epiſcopus apud eundem Baronium anno 756.

VIII. 5 GURIPERTUS *a* in Concilio Romano anno 826 *b.* ſub Eugenio II. apud Baron.

a Al. Gaupertus. b Seu 827.

IX. 6 ODALPERTUS ejuſdem civitatis Epiſcopus anno 853. apud eundem.

X. 7 PAULUS Epiſcopus Populoniæ ann. 866. Hic cum Formoſo Epiſcopo Portuenſi ſub Nicolao I. legatione functus eſt apud Bulgaros, ut illos ad Chriſti fidem converteret. Sub Adriano II. Romam rediit, ſecumque adduxit Petrum Michaelis Regis Bulgarorum legatum. De eo Anaſtaſius Bibliothecarius. C

XI. (,, JOANNES *floruit ann. 877. qui ſubſcripſit*
,, *Epiſtolæ Concilii Ravennenſis ad favorem Adalga-*
,, *rii Æmilienſis Epiſcopi apud Hard. Concil.*)

XII. (,, JOANNES *alter ſubſcripſit inſtrumento At-*
,, *tonis Vercellenſis Epiſcopi in Concilio Mediolanen.*
,, *ſub Alderico Archiep. ann. 940. ſive 941. vel etiam*
,, *juxta variam lectionem 945. conſcripto, quod inſtrumen-*
,, *tum refertur ab Areſio in ſerie Chronolog. Abbatum*
,, *S. Ambroſii majoris Mediolanen. inter privil. p.*
,, *35. & licet ut ſuſpectum rejiciat hoc documentum*
,, *Muratorius in Anecdotis tom. 1. c. ult. omnem ta-*
,, *men ejus ſuppoſitionis ſcrupulum collit Euſtachius a*
,, *S. Ubaldo in diſſertat. de Metrop. Mediolan. ſect.*
,, *3. cap. 3. n. 258. Hunc porro Joannem à ſuperiori di-*
,, *verſum eſſe teſtatur nimia diuturnitas temporis, quo*
,, *in ſede vixiſſe opus fuiſſet, ſi unus, idemque exti-*
,, *tiſſet.*)

XIII. 8 HENRICUS anno 1015. adfuit ſynodo Lateranenſi ſub Benedicto Papa VIII. in qua ſubſcripſit decreto ad favorem monaſterii Fructuarienſis. D

XIV. 9 VV. . fortaſſe Vualterus Populoniæ Eccleſiæ præfuit, ut in antiquo quodam inſtrumento perſcribitur 1056. idemque reperitur, ſubſcriptus Romano Concilio (1) ſub Nicolao II. Pontif. an. 1059. in quodam pervetuſto codice, Vaticano ſæpe alias a nobis citato.

XV. 10 TEGRINUS, Tentii Longobardos Populoniæ Præſul 1061.

(,, *Tegrinus non dictus fuit Longobardus, quod eſſet*
,, *natione Longobardus, ſed quia ex nobilitate magna-*
,, *tum erat. Ipſe filius fuit Tonzzi Ildebrandi Mar-*
,, *chionis Ildelfredi, & Ara celebris Comitiſſa de*
,, *monte Majo. Ex hac familia venere Suartii, &*

A ,, *Ruſtici nobiles Caſtilionis juxta Farmam, quorum*
,, *omnium ſtemma erat niger Canis: ſed hæ conſor-*
,, *teria extincta jam ſunt, veluti narrat Pater Ugur-*
,, *gerius inf. 285. tertiæ partis Pomparum ineditarum.*
,, *Ego vero inſuper obſervabo Joannem Baptiſtam*
,, *Ubaldum f. 19. hiſtoriæ familiæ Ubaldinæ confunde-*
,, *re Ubaldinam familiam cum Suartia.* Benevo-
,, lentius.)

(,, BERNARDUS. *Huic conceſſa fuit decima-* XVI.
,, *tio metallorum, & ferri Inſulæ Ilvæ ex inſtrumen-*
,, *to anno 1066. in Curia Epiſcopali, & ex Privilegio*
,, *Henrici VI. in curia exiſtente an. 1194.*)

11 Floruit in eadem ſede GUILLELMUS 1075. XVII Hunc illum Epiſcopum Populonienſem eſſe credo, qui cum Roſſellano Epiſcopo diu pro juribus ſui Epiſcopatus certavit, ut ex epiſtola Gregorii VII. anno 1075. colligitur, de quo etiam mentio in tabulis Piſanis anno 1085.

12 JOANNES Populoniæ Epiſcopus 1099. Hic XVIII medietate caſtelli Trecaſe, a comite Rodulpho, B Julittaque ejuſdem parente, filia marchionis Guillelmi Caſentini, munifice donatus eſt, condito ad id inſtrumento, cujus ex originali deſcriptum exemplar hic apponendum curavimus. Extat authographum apud Carolum Strozzium.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni,
Incarnationis ejus 1099. 6 Kal Indict. 7.

Manifeſtus ſum ego Rodulphus filius Br Uchi, & genitrix mea Julita filia Guilelmi marchionis Coſentiæ, me ſibi filio ex Mundualdo ſuo pro animæ noſtræ remedio, vel parentum noſtrorum, & nominatim pro remedio animæ viri mei Uchi comitis, a quo ego prædicta ſum, & ut ille judicavit in ſuo obitu, & mihi præcepit. Ita ego Julita, ac Rodulpho filio, & mundualdo mihi conſentiente offerimus Deo, & eccleſiæ ſancti Cerbonis, quæ ædificata in loco Maſſæ medietatem de caſtello ſcilicet Trecaſo, & curtem ſuam, & de ip o monte, in quo caſtellum conſtructum eſt, quam & de cunctis pertinentiis ſuis, cum habitantiis, & cultis, & ſilvis, & omnibus in iſto caſtello pertinentiis per terrifines illorum ſunt in capite iſti caſtelli . . . ſunt de- C *terminati, vel poſiti, vel definiti, tibi do, & prædictæ Eccleſiæ S. Cerboni offerre providimus tali ordine, ut ab hodie in antea ſit in poteſtate de illis paſtoribus, vel rectoribus, qui in prædicta Eccleſia per tempora ordinati fuerint ibi officium nunc modo Epiſcopo Joanni, in cujus præſentia hoc factum eſt, in eorum ſit poteſtate . . . medietatem de curte qualiter ſupra legitur eam habendi, tenendi, poſſidendi, imperandi, & uſufructuandi, & ſi opportunum fuerit, licentiam, & poteſtatem habeatis cauſ. . . . querimonias faciendi, reſponſum reddendi, finem ponendi modis omnibus . . . & defenſandi cum capitula iſta, qualiter juxta legem melius potueritis pro animæ . . . Eccleſiæ permaneat ſemper, & ſi in aliquo tempore nos, vel noſtri hæredes, tibi d prædictæ Eccleſiæ, & ad illos paſtores, qui per tempora . , . fuerit in aliqu . de prædicto caſtello intentionaverimus, aut retolli, vel ſubtrahi quæſierimus. Nat, vel ille homo, cui nos eam dediſſemus per quodlibet ingenium, & ſi nos eamde auctores dare volueritis, & ex ad partem prædictæ Eccleſiæ ab omni homine defendere non potuerimus,* D *& non defenſaverimus, ſpondemus nos per Julita una cum Rodulpho filio, & Mundualdo mihi conſentiente cum noſtris hæredibus componere ad partem prædictæ Eccleſiæ ſancti Cerbonii ad illius paſtores, qui per tempora ordinati fuerint, prædictum caſtellum in duplum, quod in prædicta Eccleſia obtulimus in compromiſſ. . . . . ſuper æſtimatione, qui tunc fuerit. Quiſquis ergo de prædicto caſtello, quod in prædicta Eccleſia obtulimus, tollere, aut . . . minuere, vel delere voluerit, deleat eum Deus, & nomen ejus de libro viventium, & cum juſtis non ſcribatur . . . res, nec defenſores quærere, nec dare volueritis licentiam habeatis, abſque noſtra perſona, ſi veſtra fuerit voluntas ex . . . reſponſum reddendi, finem ponendi modis omnibus eam ad partem prædictæ Eccleſiæ defenſandi cum capitula iſta, vel juxta . . .*

quia

(1) Edidit Harduinus in ſua noviſſima Conciliorum editione Epiſcoporum, qui huic Concilio interfuerunt, ſubſcriptiones, & nomina ex antiquo Vaticano Codice deprompta: inter quæ reperitur hic VV. . . ab Ughello relatus, ſed cum paulo ante VV. . . ſubſcribat Regino Populonienſis; utrumque ſucceſſi addicere non veretur Harduinus in indice, cum tamen certo certius ſit duo in eadem ſede Epiſcopos ſimul ſedere non potuiſſe. Sed, cum aliunde oſtendat Ughellus VV. . per hæc tempora hanc Cathedram tenuiſſe, Reginonem alteri Eccleſiæ præfuiſſe dicendum eſt, atque Amanuenſium errore in eo Concilio Populonienſem appellatum.

quia ordine hanc chartulam Petrum notarium domini Regis ſcribere rogavimus.

Actum in loco Maſſæ inter . . . .

Signum ✝ Julittæ comitiſſæ, & Rodulphi filii conſentientis, qui hanc chartulam fieri rogaverit.

Signum ✝ Ildari quondam Gerardi, & Rufini, & Jerardi Lucenſis, & Feudrici quondam Nerli, & Puchi quondam Ruſtici.

Petrus notarius domini Regis poſtea dicta complevi & dedi.

(„ *Huic etiam fuit donatum Caſtrum Acceſa ex inſtru-* „ *mento dicti anni 1097. in curia Epiſcopali exiſtente.*)

XIX. 13 LAURENTIUS Joanni ſucceſſit an. 1104. Hic eum piiſſima fœmina comitiſſa Mathilda Maſſæ diverſaretur, impetravit ab ea, ut medietate caſtelli Trecaſe, ad exemplum comitiſſæ Julittæ iterum donaretur. Annuit perhumaniter illa, voluitque ejus inveſtituræ hujuſmodi monumentum extare.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti.

Anno ab Incarnatione ejuſdem 1404. 5. Kal. Januarii. Indict. 12.

Dudum domina comitiſſa Mathilda maneret in villa Magiſi Mane . . . a Ardenio judice, Joanne Bono, & Marchiſello Bononienſibus . . . nonenſe, & Everardo Fonerienſe ibi aſtantibus Raynerius filius . . . Widonis filii Meronis, Ruſticus Romanus, Lotherius filius Alber . . . & Arduinus filius Vvidonis, & Ugo filius Manfredi, & Ugo Armaſus de Nonantula, Raymundus de Bugiſo, & aliis quampluribus, petiit Epiſcopus Laurentius Populonienſis cum advocato ſuo Petro filio Ugonis, ut prædicta domina inveſtiret præfatam Epiſcopum de medietate caſtri, & curtis Trecaſis, quam comitiſſa Joletta chartulam offerſionis Eccleſia ſancti Cerboni dederat, conſentiente Rodulpho, & hoc per juſſionem viri ſui Ugonis comitis filii Rodulphi, quo po . . . comitiſſa Mathilda ſupradictam Epiſcopum inveſtivit eam adno . . . . ate prædicta Trecaſis, & bannum impoſuit, ut ſi quis mente audaci præſumpſerit diſveſtire, aut aliquo ingenio moleſtare præſumpſerit, centum librarum argenti pœna mulctetur, medietate publica inferenda, reliqua vero medietate prædicto Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus tribuatur, & poſt pœnam hoc decretum in ſua maneat firmitate.



Ego Ordericus judex interfui, & ſubſcripſi.
Ego Marchiſellus cauſidicus conceſſi, & ſſ.
Ego Anſelmus cauſidicus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Everardus cauſidicus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Joannes Bonus Bononienſis cauſidicus interfui, & ſubſcripſi.
Ego Sigefredus judex, & tabellio manu mea ſubſcripſi, & dedi, & complevi.

XX. 14 ROTLANDUS Populoniæ Epiſcopus Vaſtalleoſi Concilio interfuit ſub Paſchali II. Pontifice 1106. Idem reperitur ſubſcriptus cuidam bullæ Honorii II. Pontificis Eccleſiæ Piſanæ indultæ, ubi etiam titulum Epiſcopi Maſſenſis apponit an. 1126. In archivio S. Salvatoris montis Amiati ſequens diploma Cœleſtini II. vidimus ad favorem monaſterii SS. Salvatoris, & Quirici diœceſis Populoniæ, ubi mentio habetur de antiqua Populonia.

COELESTINUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Alberto Abbati monaſterii ſancti Salvatoris, & B. Quirici Populonien. ejuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Officii noſtri nos hortatur auctoritas, ut religioſas perſonas, & loca eorum regimini deputata paternis affectibus diligamus, & ipſorum quieti ſalubriter auxiliante Domino providere curemus. Proinde dilecte in Domino fili Alberte Abbas tuis rationabilibus poſtulationibus clementer annuendum duximus, & Salvatoris domini noſtri Jeſu Chriſti, ac ſancti Quirici monaſterium, cui Deo auctore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri tutelam, protectionemque ſuſcipimus, & Apoſtolicæ ſedis privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte, & legitime poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis nominibus duximus annotanda, totam videlicet terram illam, quæ eſt a calle ſancti Ambroſii uſque ad collem Scultatorii, quemadmodum uſque ad hæc tempora cum ſilvis, vineis, terris, cultis, vel incultis pacifice videmini poſſediſſe. Montem videlicet civitatis deſtructæ, quæ antiquitus Populonia vocata eſt cum omnibus ſuis appendiciis ibidem conſiſtentibus, Eccleſiam ſancti Chriſtophori cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ in Ivellino ſita eſt, Eccleſiam ſancti Blaſii, quæ ſita eſt in Laborcone cum omnibus ſuis pertinentiis, in Corſica Eccleſiam ſancti Nicolai in Monario cum omnibus ſuis pertinentiis, & ædificiis Piſcian Lifredi Falconaja Franciola Caſtellone cum omnibus ſuis pertinentiis. Molendinum de Guidalto, la Coſella, Fabricianum, Saline, Caldanella. Decimas quoque poſſeſſionum veſtrarum, ſicut hactenus quiete poſſidetis, vobis nihilominus confirmamus. Porro ordinationes clericorum, ſeu monachorum veſtrorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, pro libertate, & reverentia ejuſdem loci hoc decreto noſtro indulgemus, ut quem malueritis adeatis Antiſtitem, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam Apoſtolicæ ſedis habuerit, eaque gratis, & abſque pravitate, quod poſtulatur, indulgeat. Item conſtituimus, ut obeunte Abbate non alius ibi, quacumque obreptionis auctoritate ordinetur, niſi quem fratres ejuſdem cœnobii cum communi conſenſu ſecundum timorem Dei elegerint, maxime ſi de eadem congregatione idoneus inventus fuerit, quod ſi talis, qui huic regimini congruat, inter eos inveniri non poſſit, aliunde ſibi patrem, & magiſtrum expectant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, aut aliquibus venationibus fatigare, ſed omnia integre conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur, & cætera. Amen.

Ego Cœleſtinus Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus ſſ.
Ego Corradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Theodevvinus ſanctæ Rufinæ Epiſcopus ſſ.
Ego Albericus Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Gregorius diac. Card SS. Sergii, & Bacchi ſſ.
Ego Otho diac Card. S. Georgii ad velum aureum ſſ.
Ego Ubaldus diac Card S. Mariæ in Via lata ſſ.

Datum Laterani per manum Gerardi S. R. E. Cardinalis, ac bibliothecarii Non. Decembris Indict. 6. Incarnationis Dominicæ anno 1143. Pontificatus vero D. Cœleſtini II. Papæ anno 1.

XXI. („ ALBERTUS *poſt Rotlandum fuit Maſſæ E-* „ *piſcopus, ut patet ex inſtrumento exiſtente in curia* „ *Epiſcopali Maſſæ anno 1149. 16. Februarii compro-* „ *miſſi differentiarum, & litium inter eundem Al-* „ *bertum, & Comites Galganum, Vidonem, aliosque* „ *in perſona Villani Archiepiſcopi Piſani.* Benevo- „ lentius.)

XXII. 15 JOANNES Epiſcopus Maſſenſis floruit anno 1189. Eccleſiam S. Petri Maſſæ fundaverat, ubi ſupra principem portam hæc marmori inciſa verba leguntur.

Anno Centeno, bis Quadrageno
Addito ſeptennio poſt iſtos, atque duennio
Hoc Templum Chriſti Lapidi conjungitur iſti
S. Petrus, S. Paulus Joannes.


XXIII. („ MARTINUS *vivebat anno 1194. & 1196.* „ *veluti apparet in ſequentibus Inſtrumentis, quæ re-* „ *periuntur in Xenodochii noſtri Tabulario n. 1348.*

„ *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab In-* „ *carnatione ejus 1194. Indict. xii die Sabbati X. Ka-*

len-

lendas Auguſti. Lis, & controverſia, quæ vertebatur inter Martinum Epiſcopum Maſſanum ex una parte litigantem per ipſam Eccleſiam S. Cerbonis, & Epiſcopatum, & D. Henricum Sereniſſimum Romanum Imperatorem reſpondentem, & cauſam agentem per Syrum Salimbene Judicem ſuum, quem Procuratorem, & defenſorem ad cauſam agendam conſtituit coram vicario, & Judicibus, talis erat. Petebat ſiquidem præfatus Epiſcopus nomine præd. Eccleſiæ Sancti Cerbonis, & Epiſcopatus ejuſdem Eccleſiæ a Domino Imperatore, & Syro Procuratore, & Defenſore ejus, ut reſtitueret ei poſſeſſionem Civitatis Maſſæ cum pertinentiis, & diſtrictu, & totius Caſtri, & Turris, & Caſſari, & ipſum Caſtrum ipſius Civitatis, ut liberè poſſit habere, & tenere, & poſſidere, afferens nuncios Domini Imperatoris nomine ejuſdem Imperatoris, & coratum habente abſtuliſſe poſſeſſionem ſibi per violentiam civitatis Maſſæ, & diſtrictus & pertinentiarum, & Caſtri, & Turris, & Caſſari. Quod D. Imperator, & Syrus Procurator ejus conſitebantur. Ego itaque Arnaldus Strictius de Placentia Imperialis Curiæ Judex conſilio Sociorum meorum videlicet Alberti ſtruxii de Cremona, Lotharii de Sancto Geneſio de Pado de Placentia ſimiliter Imperialis Curiæ, Judicum Domino Henrico Dei gratia Vvarmanienſe Epiſcopo, & vicario Imperialis Curiæ ſedente pro Tribunali viſis, & auditis allegationibus, & confeſſionibus utriuſque partis, condemno Syrum Salimbene Procuratorem Domini Imperatoris, & per eum Dominum Imperatorem, ut reſtituat præfato Epiſcopo Maſſano nomine præfatæ Eccleſiæ Sancti Cerbonis, & Epiſcopatus poſſeſſionem Civitatis Maſſæ, & diſtrictus, & pertinentiarum, caſtri, & Curtis, & Caſſari hinc ad octo dies proximos. Actum eſt hoc Piſis intra Eccleſiam S. Sepulchri de Chivio, præſentibus Comite Feder. de Sigalario, Rolandino Malapreſa de Lucca, Suffreduccio de Bozano, Enchirano de Monte magno, Halocto Judici Perito de Piſa, Jacobo quondam Pipini, Oldebrando de Bondio. Hecmanno Fayolo Panſulia Judici, Vvalardo Lucen. Judice, Glandono Malo Auditore, Gerardo nepote quondam Magiſtri Roberti, Lamberto quondam Armanni, & aliis quampluribus, & præſente jam dicto Syro Procuratore jam dicti Domini Imperatoris. Ego Martinus Philippi Imperialis Aulæ, & Papienſis notarius præcepto jam præfati Domini, & Judicum hanc ſententiam ſcripſi, & interfui.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti veniens ante præſentiam Domini Henrici Dei gratia Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regis Siciliæ, & D Angeli Dei gratia Tarentini Archiepiſcopi, & Vicarii Imperialis Curiæ, & Judicum Martinus Maſſanus Epiſcopus nomine Eccleſiæ S. Cerbonis de Maſſa ejuſdem Epiſcopi conqueſtus eſt de Comite Aldobrandino, ne inquietaret ſibi poſſeſſionem Maſſanæ civitatis cum ſuis pertinentiis, & diſtricta, & omnium, quæ pertinent ad eum pro Epiſcopatu, & Eccleſia Maſſana. Cumque prædictus Comes legitimè, & peremptoriè citatus fuiſſet, & terminum ad cauſam peragendam accepiſſet, & termino tranſacto a præſentia prædicti Vicarii, cui cauſa prædicta cognoſcenda, & definienda omnino dicto D. Imperatore fuerat commiſſa, contumaciter ſe ſubtraxiſſet, ideo ego Jacobus de Ficiarlo Imperialis Curiæ Judex, ipſo etiam ſedente pro Tribunali pronuncio, ut prædictus Comes non inquietet prædicto Epiſcopo poſſeſſionem Maſſanæ civitatis cum ſuis pertinentiis, & diſtrictus, & omnium, quæ pertinent ad prædictum Epiſcopum pro Epiſcopatu, & Eccleſia Maſſana, & pronuncio prædictum Comitem cogendum, ut ſinat eumdem Epiſcopum omnia prædicta quietè, & pacifice poſſidere, & ſi infra annum venerit, non audiatur, niſi reſtitutis prius expenſis factis pro Judicatura, ſcilicet libras centum Senenſium, & ſententia ſcriptura ſolidor. 40. Senenſium. Actum intra Eccleſiam Beati Petri civitatis Tyburti anno Dominicæ Nativitatis 1196. Indictione xiv. die Lunæ 15. Kal. Decembris præſentibus Teſtibus Tebaldo Cluſino Epiſcopo, Valfredo Cluſino Archidiacono, Petro Abbatiæ S. Mariæ de Petrojo, Jacobo Joannis Enrigoli civitatis Caſtelli, Joanne Berardi de Caſtellino artino Gregorio de Camporea, Bonte voglio de Seaa, atque Lanfranco. Lupo de Papia. Ego Martinus Philippi Imperialis Aulæ, & Papienſis notarius interfui, & præcepto prædicti Vicarii, & Judicis hanc cartam ſcripſi. Benevolentius.)



XXIV 16 MARZUCCUS de Caietanis, nobilis Piſanus Canonicus, & capellanus Innocentii III. Maſſæ Epiſcopus fuit adlectus anno 1211. cujus memoriam ex antiquis monumentis eruit eruditus olim Celſus Cittadinus, mihique tradidit. Paſſus eſt Marzuccus ingentes difficultates, dum Piſanus eſſet canonicus, ut præbenda ſua potiretur, cum a Piſana civitate abeſſet, ſuaque opera in ſedis Apoſtolicæ obſequio locaretur. Quare Innocentius anno 1211. litteris ad Piſanum capitulum datis, omnia illi reſtitui juſſit, quæ ea occaſione ipſi erepta fuiſſent. Porro Innocentii litteras ex Piſani capituli tabulario afferemus, quas nobis eruditus Paulus Troucius Romam tranſmiſit ab originali hujus tenoris.

INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo Piſano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Tranſmiſſa nobis dilectus filius Marzuccus canonicus veſter querela monſtravit, quod cum de mandato noſtro in Apoſtolicæ ſedis ſervitio moraretur, vos ei proventus Eccleſiaſticos pro veſtræ voluntatis arbitrio ſubtraxiſtis. Cum igitur Apoſtolicæ ſedi ſerviendo, etiam Eccleſiæ veſtræ noſcatur realiter deſerviſſe deces cooperatores vos exhibentes ejuſdem ſedis . . . Quapropter diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus quicquid ei occaſione hujuſmodi ſubtraxiſtis, reſtituere ſibi ſine diminutione aliqua procuretis, alioquin venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo veſtro noſtris damus literis in mandatis, ut vos ad id monitione præmiſſa per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellat.

Datum Laterani 3. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno 14.

Alterius Innocentii epiſtolæ exemplum ad Canonicos Piſanos datæ ad noſtras pervenit manus, ex eodem tabulario, ubi gravioribus querelis in eos detonat, quod cum Marzucco indulſiſſet, ut tamdiu Piſano canonicatu frueretur, dum Epiſcopatus Maſſani res in meliorem formam eſſent reſtitutæ, ipſi ex canonicorum albo eum eraſiſſent, juſſitque ut quindecim dierum labente ſpatio priſtinæ illum aſſererent dignitati. Harum vero literarum hæc ſententia eſt.

INNOCENTIUS EPISCOPUS ſervus ſervorum Dei.

Dilectis filiis Canonicis Piſanis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Et ſi rem grandem petiſſemus a vobis, non credebamus repulſam aliquam ſuſtinere, præſertim cum id a vobis noſtris vellemus precibus obtinere, ad quod ſi quæ eſſent in vobis

A *bis viſcera charitatis propria liberalitas, & fraterna compoſſio vos inducere debuiſſent. Cum enim vobis dederimus in mondatis, quatenus, quod circa proviſionem dilecti filii Marzucchi clerici, cui ut beneficium Eccleſiæ veſtræ cum loco ſuo pariter retineret, donec Epiſcopatum Maſſan. ad ſtatum redire contingeret meliorem, conceſſeramus de gratia ſpeciali, factum fuerat, ratam haberetis, non impediretis ipſum, quominus beneficiam ipſum juxta conceſſionem noſtram libere poſſideret, nec permitteretis quantum eſſet in vobis ab aliis impediri; vos preces noſtras pariter, & mandatum ſurdis auribus tranſeuntes poſt primas literas noſtras vobis directas lectum ejus de dormitorio extraxiſtis, poſt ſecundas unus veſtrum locum, in quo jacebat, occupavit, poſt tertias, allegaſtis, quod nolebatis ſuper hoc niſi habito conſilio aliorum canonicorum Tuſciæ reſpondere, & quia Eccleſia Maſſan. pace recepta fuerat ad ſtatum meliorem reducta. Quia vero pati nolumus, nec debemus, ut mandatum noſtrum iteratum toties eludatur, per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, & in virtute obedientiæ diſtrictæ præcipimus. Quatenus antviërſa, quæ de ejus beficio percepta ſunt, poſtquam primas noſtras literas recepiſtis, infra quindecim dies ipſi reſtituere nullatenus poſponatis, & eam ſuper loco, & ben. ficio ipſo de cætero minime moleſtetis, ſed permittatis pacifice poſſidere. Alioquin contradictores, ſi qui fuerint, officio, beneficioque ſuſpenſi ſatisfacturi nobis de contempta, infra menſem noſtro ſe conſpectui repræſentent.*

Dat. Laterani 25. Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno 15.

De Marzucco pauca refert in ſuis Gelaſianis commentariis noſter Abbas Conſtantinus Cajetanus. De alio Marzucco ejoſdem Cajetanæ familiæ Epiſcopo Lunenſi in 1. tomo noſtræ Italiæ egimus, qui cum paulo poſt vixiſſet, quo hic noſter ad Maſſanum Epiſeopatom aſſumptus eſt, probabili conjectura mihi videtur unum, & eundem eſse Marzuceum Cajetanum Maſſanum, ad Lunenſem translatum anno 1213. exiſtimoqoe Abbatem Conſtantinum unum in duos Marzoccos multiplieaſſe. Attamen utur res ſit, prudenti lectori rem ſuis librandam ponderibus relinquo.

XXV. C („ ALBERTUS *reperitur anno 5220. veluti „ apparet in Inſtramento Xenodochii n. 1348. & n. „ 1225. & n. 1343. Dum hic Maſsa Eccleſiam regebat Honorius Pontifex Maſsa Epiſcopo epiſtolam „ mittit dolore plenam contra ſuum Populum, & eadem eſt, quam refert Ughelius, & quam ſcripſiſſe „ Innocentius IV. Populo Maſsa.*

„ *Hinc Epiſcopo Maſsa Populus ſe defenſurum Canonicorum Jura, & Vicedominorum Communis „ Maſsa juramento confirmat, & cum dicto Epiſcopo varias conventionis facit, an. 1217. inter quas „ hæc ſunt. Si Imperator milites peteret ab Epiſcopo, idem Populus dicit, ſe fore cum ipſo, & defenſurum ipſius Epiſcopi perſonam, & Eccleſia ſua „ decus: promittit etiam Maſsa Populus ſe defenſurum Montem Regium Maſsa, & ſe non contradicturum Poteſtatibus Maſsa. Epiſcopus vero nihil vult agere contra illud, quod jam Piſis ſtipulavit, & ſi contrarium agat contra promiſſa daturum ſe Maſſa Populo dicit centum marcas argenti, „ veluti apparet in ſcripturis Epiſcopatus n. 131.* Benevolentius.)

XXVI 17 G. Forte GUILLELMUS, ſic annotatum legi in regeſto Vaticano Gregorii IX. epiſtola 109. fol. 113. lib. 5. dum ex canonico electus eſt Epiſcopus a clericali ſenatu, & ab eodem Gregorio Papa confirmatus an. 5. Pontiſ. 2. Non Aug. Chriſti vero ann. 1231. de quo nil aliud reperi apud quempiam. (1)

XX VII. 18 HILDEBRANDUS *a* ex Canonico Senenſi, Monterchiique Priore, ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1232. ut in manuſcripta Senenſi hiſtoria Sigiſmundus Titius narrat. Acta vero hujus Epiſcopi deſiderantur. („ *De hoc in libello Metropolitana Eccleſia ſic legitur: Anno Domini „ 1231. Indictione quarta Dominus Aldobrandinus „ Canonicus Senenſis, & Prior de Monterio, qui „ electus fuit in Epiſcopum Maſſanum ivit ad ſuſcipiendam Tenutam ejuſdem Epiſcopatus cum Domino Hugone Propoſito, &* D *Ugerio Canonico Senenſi, qui cum eo iverunt pro Capitulo Senen. & cum „ Dominis Tempo, & Simone Canonicis Maſſanis, „ qui venerant pro ipſo, & cum pluribus aliis Militibus, & Scutiferis, & eodem anno ſequente menſe „ Martii ordinatus eſt in Diaconum ab Epiſcopo Senenſe. Item ſequenti menſe in Sabbato Sancto promotus eſt in Sacerdotem dictus Electus ab eodem Epiſcopo. Hujus item mentio in inſtrumento curia Epiſcopalis an. 1236. quod incipit: Ildebrandus Dei „ gratia Maſſanus Epiſcopus.* Benevolentius.)

(„ NICOLAUS *Maſſanus Epiſcopus an. 1254. „ ex inſtrumento ſolutionis cenſus Tudinorum pro „ Epiſcopo penes Appianos.*) XX VIII.

19. ROGERIUS * de Ugurgeriis, Rainerli filius, nobilis Senenſis, *b* ac præclaræ virtutis vir, Epiſcopus præficitur in calamitoſis illis temporibus, quibus Fridericus II. humana divinis confundens, libertates, juraque Eccleſiarum ſibi vindicavit, ſuoque ſubjecit Imperio; Epiſcopos, aliarumque Eccleſiarum Prælatos ſæpius tanquam Imperii perdoelles eliminavit de ſede. Id aliquando Rogerio noſtro eveniſſe narratur, qui cum poſt tot exantlatos pro ſua Eccleſia labores, pejora a populo ſibi ſubjecto pertuliſſet incommoda, ad Innocentium IV. confugiens has minaces, zeloque plenas ad eundem Maſſanum populum exoravit literas anno 1250. e Vatic. regeſt. deſumptas fol. 149. ep. 237. Pontificatus ejuſdem anno decimo. Tenor eſt hujuſmodi. XXIX

* Ex Append. 7

b De iis Vgurgeriis in Pomp. Senen. vol. 1 p. 10. Mandoſ.

a De eo Vgurgeriis in Pompis Senen. Mandoſ.

Univerſo populo Maſſano.

Cum ſit maledictus a Deo, qui matrem exaſperat, ſatis poteſtis maledictionis æterna formidare periculum, qui matrem veſtram Maſſanam Eccleſiam, qua vos per baptiſmum in Chriſto regenerans lac parvulis, & provectis cibum ſolidum adminiſtrat, & quod eſt majus, ſanctiſſimo corpore Chriſti vos reficit, atrocibus injuriis affeciſtis, & ei damna graviſſima irrogaſtis. Cum enim civitas veſtra tam ſpiritualiter, quam temporaliter ad Eccleſiam ipſam pertineat pleno jure, vos qui tanquam filii, & fideles jura ipſius debueratis non ſolum intemerata ſervare, ſed etiam a temeratoribus defendere toto poſſe, contempto timore divino, & humano pudore calcato, vos ab ejus dominio damnabiliter ſubducentes ipſam poſſeſſionibus, & rebus aliis ſpoliare, aliis tradere præſumpſiſtis, & quod horribilius eſt, aliquando Epiſcopos auſu ſacrilego captivaſtis. Quare prædictam Eccleſiam ad tantam deduxiſtis inopiam, quod Epiſcopali dignitate prorſus videtur indigna, dum oppreſſa intolerabili onere debitorum de omnibus proventibus ſuis vix ſufficit ſatisfacere vorogini uſurarum, ſicut venerabilis frater noſter Maſſan. Epiſcopus nuper miſerabiliter expoſuit coram nobis. Quia vero non ſolum impium, ſed etiam abuſum eſt merito reputandum, ut tam honorabilis ſedes, quæ gaudet privilegio ſingulari, tanto contemptui expoſita videatur, Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur, attente firmiter præcipiendo mandantes, quatenus ſaluti, & honori veſtro provide conſulentes, & ſaltē in hoc matri veſtræ ſatisfacientes ad præſens præfatam Eccleſiam relevetis ab onere debitorum, ita quod præteritas redimatis offenſas, & apud Deum, & homines vobis exinde meritum comparetis. Alioquin, ut tollatur a vobis regnum Dei, & detur genti facienti fructum ejus, eidem Epiſcopo noſtris literis dedimus in mandatis, ut Epiſcopalem ſedem a veſtra transferens civitate, ſtatuat eam in loco decenti, ubi magis viderit expedire.

Datum Peruſii Nonis Maji anno nono.

Anno 1258. Rogerius collapſum diſciplina regulari cœnobium S. Quirici de Populonia, ad priſtinam dignitatem revocare cupiens, antiquis admotis Monachis, Priori, & Fratribus eremi S. Guilielmi Groſſetanæ diœceſis ordinaria ſua poteſtate illud conceſſit, ſolemnique ſtipulatione de hac re ſe-

(1) Cum clericali ſenatu laicos etiam ſe immiſcere in Maſſanenſis Epiſcopi electione conſueviſſe habetur ex Epiſtola Gregorii IX. ad Maſſanum Capitulum ex Decret. l. 1. t. 6. de elect. & cavetur ne ulterius laici admittantur ad ejuſmodi electionem, quare & Guillelmus ex ſolius capituli voto ſucceſſit.

ſequens condidit documentum, quod in anno 1. regeſti Honorii IV. epiſt. 64. fol. 10. in Vaticano reperimus, ab eodem Pontifice hiſce verbis confirmatum.

Priori, & fratribus eremi ſancti Guilelmi ordinis ſancti Guillelmi Groſſetanæ diœceſis.

Juſta deſideria veſtra libenter favore proſequimur gratioſo; expoſuiſtis ſiquidem nobis, quod cum dudum monaſt. ſancti Quirici de Populonia nunc ordinis S. Benedicti Maſſan diœceſ. adeo ſpiritualiter, & temporaliter eſſet collapſum, quod in eo nonniſi unus monachus, qui dicebatur Abbas, quique habitum dari ſolitum in ordine veſtro profitentibus aſſumpſerat, morabatur bonæ memoriæ R. Epiſcopus, & capitulum Maſſan de ordine veſtro cupientes dictum monaſterium reformari, illud de aſſenſu prædicti monachi vobis, & per vos eremo veſtræ deliberatione provida conceſſerunt, prout in inſtrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc provide factum eſt, ratum, & gratum habentes, illud auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & c uſque communimus. Tenorem autem inſtrumenti prædicti præſentibus de verbo ad verbam fecimus annotari, qui talis eſt. In nomine Domini, amen. Anno Domini 1258 Indict. 2. V Kalendas Martii Nos Rogerius, Dei gratia, Maſſan Epiſcopus, conſiderantes, quod utilitatibus, & commodis Eccleſiaſticis, ex debito noſtri officii vigilare nos deceat, & ſtantes in ſuo ſtatu Eccleſias favere ſemper in melius, acnon reparare, & reformare collapſas, & monaſterium ſancti Quirici de Populonia, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ſit collapſum, & in tantum, quod ex proventibus ipſius Eccleſiæ non poſſit ibi vivere ſolus Abbas, cum monacho uno, quod per alios, quam per fratres S. Guilelmi eremi præfatum non valeat monaſt. melius, & commodius reformari, cum velle, & poſſe habeant, & a populis circumſtantibus diligantur, & ab antiquo fuerit religioſa, & venerabilis eremus dictus locus, & in iis peragendis conceſſam habeamus Abbatis monaſterii antedicti. Ad honorem Dei, & beati Cerboni patroni noſtri, & ob reverentiam Domini P. Capocii Cardinalis præfati eremi deſcenſoris damus, & concedimus cum conſenſu noſtri capituli tibi fratri Guillelmo ſyndico, & procuratori Prioris, & fratrum ſancti Guillelmi prædictum monaſterium ſancti Quirici de Populonia cum juribus, & poſſeſſionibus ſuis, ut amodo in perpetuum per Priores, & fratres dictæ eremi reformetur, regatur, & gubernetur ſalva noſtra diœceſana, & canonica juſtitia ſemper, cum non ſit exceptum jam dictum monaſterium. Actum in civitate Maſſan in Palatio dicti domini Epiſcopi de monte Regiocoram Cionte filio domini Raynerii de Caſulis, & Ulrppo quondam domini Raynerii de Maſſa teſtibus præſentibus vocatis, & rogatis Et ego Guainorius Imperiali auctoritate notarius prædictis omnibus interfui, & quod ſupra legitur ſcripſi, & publicavi rogatus. Nulli ergo &c noſtræ confirmationis &c.

Datum Tybur 6. Id Julii, anno 1.

Paulo antea quam Rogerius Guillelmitis Fratribus Populon anum cœnobium conceſſiſſet, poteſtate ad id ſibi facta ab Archiepiſcopo Piſano curtem Tricaſi oppidi in emphyteuſim tradidit Albino, Albertoque Todini filiis, ut infra relatum monumentum prodit.

Nos Rogerius, Dei gratia Maſſanus Epiſcopus.

Pro nobis, noſtris ſucceſſoribus, & Epiſcopatu Maſſano jure emphyteotico, & emphyteoſim damus, tradimus, concedimus, & mandamus vobis Albizo, Alberto, qui Tadini accipientibus pro vobis, & Ildebrandino fratre veſtro medietatem pro indiviſo omnium nemorum, boſcorum, & ſylvarum, foreſtorum totius diſtrictus, curiæ, & territorii de Trecaſi, & omnium lignorum, qui nunc, aut in ante erunt in ipſis nemoribus, ſilvis, & foreſtis cum omnibus fructibus, earum pertinentiis præſentibus, & futuris in perpetuum pro vobis, & veſtris hæredibus in futurum recipientibus. Inſuper damus vobis, cedimus, & mandamus eſſe jur, quod habemus, vel habet Epiſcopatus Maſſanus, vel alia perſona pro eo, vel viſi ſumus habere quocumque modo, & cauſa in omnibus ſilvis, boſcbis, nemoribus, foreſtis, vel pro . . . aut eorum occaſione, & vos, & quemque veſtrum in rem veſtram procuratores facimus, ut habeatis deinceps, teneatis perpetuo pro dicto jure ſcilicet emphyteotico, & poſſideatis quidquid vobis placuerit faciatis ſine noſtra, & noſtrorum ſucceſſorum. & alterius perſonæ lite, & contradictione, pro qua datione, & traditione iſta a nobis vobis facta ex cauſa, & jure prædicto, ſcilicet emphyteotico confitemur habuiſſe, & recepiſſe a vobis Albizo, & Alberto prædictis dantibus, & ſolventibus pro vobis, & Ildebrandino fratre veſtro lib. . . den. Piſ. monetæ eam, & dictos denarios recepiſſe, & habuiſſe a vobis pro expenſis veſtris, & noſtræ ſocietatis pro eundo ad ſynodum, ad quam citati ſumus ire a domino Frederico venerabili patre Piſano Archiepiſcopo Metropolitano noſtro, ut de citat. apparebat per litteras deſt natas ſigillatas. quodam ſigillo de cera virid, in quo erat imago Epiſcopalis, & in circulo literæ tales, ſigillum Federici, Dei gratia Piſani Archiepiſcopi, a me etiam S nibaldo notario infraſcript. viſas, & lectas, & pro canone annuo 5 ſolidorum minutorum a vobis, & veſtris hæredibus vobis, & Epiſcopatu Maſſorum annuatim ſolvendo per totum menſem Octobris, & promittimus vobis pro nobis, & noſtris ſucceſſoribus, & Epiſcop prædictam dationem, & traditionem, & omnia, & ſingula quæ in ea continentur, non imbrigare, vel moleſtare, ſed ab omni perſona, loco legitime ſemper defendere, & disbrigare promittimus ſub pœna, & ad pœnam dupli ejus, unde lis eſſet, & ea ſoluta, vel non, prædicta non minus maneant rata ſub ead. in obligatione pœnæ ſub fide etiam, & periculo bonorum Epiſcopatus præteritis, & futuris, & damus vobis poteſtatem accipiendi poſſeſſionem omnium prædictarum rerum veſtra auctoritate, & interim pro vobis poſſidere conſtituimus. . . . vero factæ, datæ, & conceſſionis, & conditione indebitæ, ſine cauſa vel injuſta cauſa, & omni lege, & canone auctoritate. Ad hæc nos Albizo & Albertus præfati promittimus & convenimus vobis domino Rogerio venerabili patre Maſſan Epiſcopo, pro Epiſcopatu recipienti dare ſolvere, & pagare vobis pro Epiſcopatu Maſſanea & ipſi Epiſcopatus, pro canone. & nomine canonis in perpetuum ſolidos quinque, denariorum parvorum nomine dictæ rei a nobis vobis conceſſæ per totum menſem Octobris ſub fide, & periculo omnium noſtrorum bonorum præſentium, & futurorum Revi Epiſcop vero factæ promiſſionis obligat. & omni legum auxilio

Actum Maſſæ coram D Jacobo de Piccblena . . . Rogeri, & Florentiero quondam Luzzarelli teſtibus, anno Domini 1257. Indictione 1. die 7 Kal Febr.

Ego Sinibaldus,

Hunc ipſum Rogerium reperio in monumentis Abbatiæ trium Fontium vixiſſe uſque ad ann 1268. („ *Hic 1256. velut Papæ Delegatus adjunxit Monaſterio Montalsam S. Mariæ Maſſæ monaſterium „ S. Bartholomæi Faluſis Diœceſis Maſſæ, velut apparet in Scripturis Epiſcopatus n.* 121. Benevolen- „ tius.)

20 PHILIPPUS Cathedralis Eccleſiæ ex Archipresbytero, eligitur a Capitulo in demortui Rogerii locum; confirmatur a Clemente IV. an. 1268. 6. Id. Auguſti ex regeſtn Vatic. ep. 67. fol. 237.

21 ROTLANDUS *a* Ugurgerius *b* Senenſis, Maſſæ Epiſcopus 1290. Conſecrationi cœmeterii Eccleſiæ S. Franciſci Senenſis interfuit anno 1298. ut ex ſequenti inſcriptione perſpicitur.

In nomine Domini, Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Anno Domini M. CC. LXXXXVIII. die xi. menſ. Aprilis, Ven. par. Do. Matthæus ordinis fratrum Minorum Card. Epiſcopus Portuenſis, legatus in Eccleſia coram venerabilibus viris domino Ildebrando Epiſcopo Aretino, D. Thoma Epiſcopo Piſtorien. & domino Orlando Epiſcopo Maſſano, & multis aliis Prælatis, & Clericis benedixit cœmeterium, & plateam hanc totam, ut eſſet de cætero ad ſepulturam defunctorum corporum deputatum.

(„ *Hujus memoria in inſtrumento 13. Aprilis anni „ 1300. exiſtente in curia Epiſcopali.*)

22 LANDO ex Canonico Piſtorienſi, & Clementis V. Capellano, ab ipſo adlectus defuncto Orlando an. 1307. reg Vatic epiſtola 52. fol. 12. anno 3.

23 CHRISTOPHORUS *a* Ord. Prædicato-

rum

rum (1) filius Nini de Tolomæis Mini filii de Sonis Epiſcopus Maſſanus anno 1310. 4. Maji habetur mentio lib. in obligat.

XXIV. 24 PETRUS è Maſſenſi ſede jus dixit anno 1318. (2)

XXV. 25 JOANNES Epiſcopus Maſſenſis floruit an. 1320. ac 1329. hic callida interpretatione juris, falſoque obtentu a Pontifice Joanne XXII. impetravit, ut ſibi liceret exigere certam penſionis ſummam à locis piis, cœnobiiſque ſuæ diœceſis, ſed cupido conatui, qui obſiſterent, non defuere. Monachi enim S. Galgani in primis, a quibus quotannis quadraginta ſcutata poſtulabantur, ab Pontificem provocarunt, cujus nutu, cum ad Tedicem Feſulanorum Antiſtitem, fauctique Galgani privilegiorum conſervatorem ejus cauſæ cognitio tandem fuiſſet delata, ipſe viſis utrimque juribus, litis victoriam monachis adjudicavit. Quæ ſententia, litiſque progreſſiones in protocollo D. Latti ejus temporis publici notarii Florentini aſſervatur, extatque in Archivio Abbatiæ Septimianæ Florentinæ diœceſis. Idem Joannes, ut primum Maſſenſis Epiſcopus renunciatus eſt, omnia jura, fortunaſque ſibi creditæ Eccleſiæ diligenter revolvit anno 1320. ſtatuitque emphyteuſim oppidi Trecali Tedinis Comitibus a Rogerio anteceſſore attributam, abrogandam: quod dicto caſtello ex injuria excidium propemodum videretur attuliſſe. Igitur Tedinis Comitibus ejectis in ſe traxit oppidum. Deinde cum ſe adminiſtrante, oppidum haud melioris videretur fuiſſe conditionis, iterum in perpetuam emphyteuſim Caponio filio Andreæ Maſſæ, Corſicæque marchioni cenſuit dandum cum livello duorum florenorum aureorum quotannis ſolvendo. Conditum inſtrumentum eſt Maſſæ in caſtro montis Regii in palatio Epiſcopali. Conſtat hunc Caponium Maſſæ marchionem è Caponia nobiliſſima gente Florentina fuiſſe. Etenim anno 1335. commorabatur Florentiæ, annuumque canonem ſolvendum curavit per Franciſcum filium Baccii populi S. Luciæ de Florentia. Dati, acceptique inſtrumentum apud Carolum Stroazium virum nobilem, ac antiquarium diligentiſſimum aſſervatur. Deceſſit autem Joannes 1332. („ *Hic „ Joannes jam Maſſenſis Epiſcopus erat anno 1313. „ quo ab Henrico Imperatore ſequens privilegium „ obtinuit, quod in Xenodochio reperitur a. 1348.*

„ *Henricus Dei gratia Roman. Imperator ſemper Au„ guſtus. Univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus „ præſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam, & „ omne bonum. Ad audientiam noſtram Venerabili „ Joanne Maſſano Epiſcopo, Principe, & Conſilia„ rio noſtro referente, perveait, quod nonnulli Præ„ deceſſores ſui Caſtra, Villas, Terras, Poſſeſſio„ nes, & alia Bona, quæ ipſi, ſeu Eccleſia Maſſa„ na ab Imperio in feudum obtinebant, alienare, & „ diſtrahere in gravem ipſius Eccleſiæ, & Imperii læ„ ſionem præſumpſerunt. Quia vero alienationes, & „ diſtractiones hujuſmodi Domino feudorum ipſorum „ inconſulto attentatæ noſcuntur, ex officii noſtri de„ bito nobis incumbit ſuper hoc de opportuno remedio „ providere; alienationes, & diſtractiones Caſtrorum, „ Villarum, Terrarum, poſſeſſionum, & aliorum „ bonorum prædictorum, prout illicite, & de facto proceſſerunt, caſſamus, irritamus, & nullius fore de„ crevimus firmitatis ex certa ſcientia, & de noſtræ „ plenitudine poteſtatis, in ipſis jure noſtro, & Im„ perii ſemper ſalvis. In cujus rei teſtimonium præſen„ tes litteras Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus commu„ niri. Datum Piſis ſexto Kalend. Auguſti anno Do„ mini milleſimo CCCXIII. Indictione XI. Regni no„ ſtri anno 5 Imperii vero 2.* Benevolentius.)

XXVI. 26 Fr. GALGANUS * filius Leonardi de Pagliaretiis, nobilis Senenſis a, ex Ordine Prædicatorum, Romanæ provinciæ præfectus, ob ſingularem doctrinam, vitæque probitatem Epiſcopus adlectus eſt anno 1332. Hic alienationem oppidi Tricaſi in Caponiam gentem ratam habuit: populo Senenſi maximo in pretio fuit, cujus opera, conſilioque in urgentibus, trepidiſque rebus ſæpius uſus eſt. Cunctis mœrentibus fato functus eſt Senis 1348. die 19. menſis Martii, ſolemnique pompa apud ſuos Dominicanos ſupremo officio demandatus ante altare majus. Ejus meminit frater Seraphinus Razzius 1. lib de vir. illuſtr. S. Dominici, quamvis præpoſtere diem mortis narret, cum aſſerit incidiſſe in annum 1340 de quo etiam Gregorius Lombardellus in vita B. Bonaventuræ Ptolomæi.

* Ex App. tom 7. a ſic eo Ugurgerius in Pompis, & Fontana in Theatro Domin. Manuſc.

27 Defuncto Galgano WIDO ſuffectus eſt, translatus ab Eccleſia Maceratenſi an. 1348. 2. Kal. Novemb. ex reg. Vatic ep. 58. fol. 40. ann. 7. Clementis VI. („ *Sola Dei gratia Maſſæ Epiſcopus dicitur „ in inſtrumento de die 4. Maji 1356. in quo convocat „ ſynodum generalem, exiſtente in Curia Epiſcopali.* „ Benevolentius.) XXXVII.

28 ANTONIUS de Riparia Præſul fuit anno 1361. die 3. menſis Novembris. Hujus litteram ad publicam rem Senenſem ſcriptam mihi videre contigit anno 1377. die 24. menſis Junii. Deceſſit 1380. („ *Apoſtolicus internuncius Valdenſium hæreſim in „ Delphinatu repreſſit ex Raynaldo ad an. 1375. Per„ miſſione Divina Populoniæ, & Maſſæ Epiſcopus, „ & Princeps appellatur in inſtrumento in Curia E„ piſcopali Maſſana exiſtente an. 1374 & ex alio 24. „ Aprilis an. 1365.*) XXXVIII.

29 PETRUS Fanenſis olim Civitatis Novæ Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1380. die 27. menſis Decembris, quo ipſo die ſcriptis literis, rempublicam Senenſem de ſua translatione certiorem fecit: apud quam etiam, pro eodem Cardinalis Tarlati de Petra Mala valuit favor, ut omni officio cultus exciperetur. Translatus inde fuit ad Eccleſiam Faventinam anno 1389. ex regeſt. Bonifacii IX. [„ *In inſtrumento exiſtente in Curia Epiſc. de „ anno 1377. dicitur Epiſcopus Maſſanus, & Prin„ ceps.*) XXXIX

30 ANDREAS Joannis de Guidis de Aſciano, ditionis Senenſis caſtello, Epiſcopus declaratus eſt 1389. deinde ad Epiſcopatum Aſſiſii translatus eſt 1391. ex libro Proviſionum Prælatorum. XL.

b Andreas Joannes dicitur in Aſſiſienſibus t. 1. & de Ugurgeriis.

31 JOANNES Gabriellius, Pontremulenſis, Canonicus Coronenſis, J. V. Doctor inſignis, Bonifacii IX. Capellanus, ejuſdem Pontificis favore ad eandem ſedem aſcendit 1391. 4. Kalendas Decembris. Legatus profectus eſt in Poloniam, ac Lituaniam, ut quæ, inter Uladiſlaum, equiteſque Theutonicos de dominio Lituaniæ erant, lites componeret. Cumque feliciter obita legatione rediiſſet Joannes, ad Archiepiſcopatum Piſanum translatus eſt 1394. XLI.

32 NICOLAUS Berutus c olim Epiſcopus Tarviſinus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt 1394 quinto Id. Septembris. Anno vero 1404. Archiepiſcopus Arborenſis declaratus eſt in Sardinia, ex eodem lib. Proviſionum Prælatorum. („ *In in„ ſtrumento exiſtente in Curia Epiſcopali de die 6. O„ ctob. an. 1408. dicitur Nicolaus Dei, & Apoſtoli„ cæ ſedis gratia Epiſcopus Populonienſis, & Maſ„ ſanus Princeps.* Benevolentius.) XLII.

c Al. Benitus.

33 BAR-

(1) Hunc Pater Ugurgerius, & ex eo Ughellius in Append. tom. 7. ex Ptolomæorum familia facit, & ex Confratribus S. Dominici fuiſſe aſſerit, ſed nullum aſſerti teſtimonium proferunt. Verum quidem eſt non bene Ughellium hoc nomen legiſſe, legi debet Chriſtophorus filius Mini Mellonie, & ex Ugurgerio una erat familia. *Benevolentius.*

(2) Hic vel nunquam ſedisſe, vel ante an. 1315. dicendum eſt, ut ex ſequentibus patet.



XLIII 33 BARTHOLOMÆUS *a* Ambroſil Ghinil Senenſis, Archiepiſcopus antea Arborenſis, cum ſupramemorato Nicolao Arborenſem cum Maſſenſi commutavit Eccleſiam anno 1404. ſexto Kalendas Decemb. Deceſſit 1425. („ *Bartholomæus anno „ 1411. varios fecit contractus cum Communitate „ Maſſa, inter quos hoc ſervandum eſſe cognoſcitur, „ quod Communitas Epiſcopi bona defendet, & quod „ in digiti S. Cerbonis cuſtodia clavem alteram tene„ re deboat Epiſcopus, alteram Capitulum, alteram „ Communitas Maſſa, veluti apparet in ſcripturis „ Epiſcopatus n. 5. anno 1423. vendidit ipſe Todinis, „ omnia Jura, quæ contra ejuſdem Maſſa Commu„ nitatem habebat.*

a De hoc, & de ſequenti Antonio Idem Vgurgerius. *Mandoſ.*



XLIV 34 ANTONIUS Caſinius Senenſis, filius Francisci celebris medici, ex Canonico Senenſi Maſſenſis Epiſcopus ſublectus eſt 1425. Hic ex favore reipublicæ Senenſis, omnia monumenta, ſcripturaſque ad Eccleſiam Maſſenſem ſpectantes, quæ apud illius civitatis Priores extabant, recuperavit, quarum ope multa deinceps expiſcatus eſt, quæ iniquo jure occupaverant multi. Breviori mora Maſſenſem Eccleſiam adminiſtravit, deceſſitque cum laude ſingularis probitatis anno 1429. menſe Februario; ſepultus eſt in Cathedrali in candido marmoreo ſepulchro, ubi cum ejuſdem effigie gentilitia Caſiniorum ſtemmata cernuntur cum ſequenti inſcriptione. *a*

Quem genuit Papa Medicus Franciſcus Senenſis
Præſulis Antonii contegit oſſa lapis.
Obiit anno Domini
M. CCCC XXVIIII.
die . . menſis Februarii,
cujus anima requieſcat
in pace.

a Multis ab hinc annis cum nova calce conſilio parum prudenti totus eſſet incruſtatus paries, periit Epitaphium, locuſque excidit ex hominum memoria.

Multi reperti ſunt, qui hunc Antonium Epiſcopum Maſſenſem, cum Antonio Caſinio Cardinali Epiſcopo Senenſi confuderunt, decepti nomine, & cognomine utriſque communi. Etenim Antonius Epiſcopus Maſſenſis filius fuit Franciſci Senenſis medici Papæ Martini V. Columnæ, cujus favore multas opes congeſſit, præclariſſimaſque

A affinitates Romæ eſt aſſecutus. Antonius autem Cardinalis Caſinius e Senis originem duxit, ſed Florentiæ natus eſt, ubi illius pater Joannes Innocentii VII. Papæ medicus civilitatem fuerat aſſecutus: quamobrem inter utriuſque gentilitia ſtemmata hoc intereſt, quod Florentini Caſinii, crucem perantiquum civitatis Florentiæ inſigne, ob civilitatem obtentam adiiciunt, Senenſes autem regulam tantum ſex ſidera dividentem retinuerunt.

XLV 35 Fr. ANTONIUS Maſſenſis XXXI. Generalis Ordinis Minorum, Theologica facultate per ea tempora clarus, vir placidus, & ultra modum benignæ naturæ, ad Conſtantinopolitanum Imp. pro Martino V. functus legatione: ſub cujus regimine Minorum regularis diſciplina valde elanguit. Neceſſe proinde fuit é miniſterio evocare. Amotus eſt ab officio ſub eodem Pontifice Martino, a quo ſuæ patriæ obtinuit Epiſcopatum anno 1430. ſecundo Id. Junii, cum Aſſiſi eſſet. Rempublicam Senenſem de ſua electione certiorem fecit; inaugu-
B ratuſque præcipua ſollicitudine Eccleſiam ſibi creditam gubernavit uſque ad annum 1435. E vivis autem exemptus ſepultus fuit in Cathedrali, ubi adhuc ejus effigies in pariete depicta cum hac inſcriptione *b* ſpectatur.

Anno M. CCCC. XXXV. M. Decembris hic eſt M. Antonius de Maſſa Princeps Maſſanus, & Epiſcopus Populonia.

b Hæc quoque ut ſuperior periit.

Epiſcopi autem Maſſenſes principis titulo per ea tempora cenſebantur, quod privilegio Friderici Imperatoris Principum Romani Imperii titulo, ut cæteri omnes Hetruriæ Epiſcopi, fuerant inſigniti. Qui tamen abolevit deinceps, cum vis bellorum, illorum ditionem propemodum evertiſſet. Cæterum iſte Antonius haud alia ſtemmata geſtavit, quam iſtas literas, quibus verendum Chriſti nomen exprimebatur C P S, ut ex quibuſdam literis videre eſt, quarum partem apud me habeo, pars in Bicherna Senenſi diligentiſſime aſſervatur. De Antonio videndus Waddingus tomo 4 Annalium Mi-
C norum.



D XLVI 36 RICHARDUS *c* filius Cionis del Frate è monte Luco Florentinus (1), monachus Vallumbroſanus, Abbas primum S Pancratii, poſtea Valliſumbroſæ, ac illius Ordinis Generalis, Epiſcopus adlectus eſt 1435. Nonis Octobr. Eugenio IV ſedente, qui ſequenti diplomate de ejus electione Senenſes Senatores certiores fecit.

c De hoc Ugurgerius in Pompa Senen. & Simius in Catal. Vir. illuſ. Vallumb. p. 235. *Mandoſ.*

EUGENIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.
Dilectis filiis Prioribus, Gubernatoribus Communis, & Capitaneo populi civitatis Senarum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum nos nuper Eccleſia Maſſarum tunc Paſtoris ſolatio deſtituta de perſona dilecti filii Richardi Electi Maſſanen nobis, & fratribus noſtris ob ſuorum exigentia meritorum accepta, de dictorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica duxerimus providendum, præ-

(1) Senenſem fuiſſe Richardum hunc ex libris publicis illius civitatis clare deducit Vgargerius in Pompis Senenſ. tit. 7. licet à Monte Luco ejus familiam originem traxiſſe non neget.

ficiendo eum ipſi Eccleſiæ in Epiſcopum, & paſtorem, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Nos eundem Electum paterna benevolentia proſequentes, ac cupientes, ut Eccleſia ipſa ſub ejus felici regimine in ſpiritualibus, & temporalibus augeatur, devotionem veſtram rogamus attente, quatinus eundem Electum, & commiſſam ſibi Eccleſiam præfatam habentes pro noſtra, & Apoſtolica ſedis reverentia propenſius commendatos in ampliandis, & conſervandis juribus ſuis, ſic eos veſtre favoris gratia proſequamini, quod per auxilium gratia veſtra idem Electus in commiſſo ſibi dicta Eccleſia regimine utilius valeat proſperari, ac vobis a Deo perennis vita præmium, & a nobis condigna perveniat actio gratiarum.

Datum Florentia anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinto Non. Octob. Pontif. noſtri anno 5.

Deceſſit autem Richardus an. 1438. ſepultuſque in Cathedrali.

XLVII. 37 PETRUM deinde de Urſo, filium Joannis, Montis flaſconenſem antea Epiſcopum, Eugenius IV. ad hanc tranſtulit Eccleſiam anno 1439. die 6. menſis Martii. Hic eodem anno Concilio Florentino interfuit. Cæterum Petrus nunquã Maſſenſis Epiſcopatus poſſeſſionem obſiſtentibus Senenſibus, inire potuit, donec Pontifex juſta ira commotus, ſacra Senenſibus interdixit, qui ex verendo illo interdicto demum reſipiſcentes, liberam ſivere Petro ſui Epiſcopatus poſſeſſionem. („ *Extat hujus memoria in* „ *inſtrumentis in curia Epiſcop. Maſſan. ſub die 29.* „ *Auguſti 1439. & 10. Decembris 1466. & ex libro* „ *Conſiſtorum Maſſ. in an. 1441.* Benevolentius.)



XLVIII. 38 LEONARDUS Datus *a*, Florentinus, nobili familia natus, Cathedralem Maſſanæ Eccleſiæ nactus eſt anno 1467. ut elicitur ex ejus epiſtola ad Papienſem Cardinalem. Vir fuit multæ eruditionis, lepiduſque poeta: ſcripſit de bello Hetruſco lo Porſenam, aliaque tum verſu, tum ſoluta oratione poſteris mandavit ſui ingenii monumenta. De eo, deque Goro fratre Verinus noſtri muſa non ſiluit in lib. 2. dum cecinit.

a De quo Salvinus in hiſtor. Canonicorum Florentinorum.

Tranſieram imprudens Leonardi carmina Dati,
Qui pede Romano, numeriſque ligavit Hetruſcis
Heroas, lyricoſque modos ſub pondere rerum,
Dum ſacra Pontificis tractat myſteria Pauli.
Sanguine quin frater Leonardi Gorus, & arte
Littoreas cecinit Tyrrhenis verſibus oras,
Portus, atque ſinus, elementa, & ſidera cœli,

Pio, Pauloque II. Pontificibus Maximis, propter acrimoniam ingenii, morumque ingenuitatem in paucis charus, cujus quidem Pauli erat Brevium a ſecretis. Romæ mortalitatem explevit an. 1472. ubi & jacet * in Eccleſia S. Mariæ ad Minervam cum hoc epitaphio.

* Ex App. tom. 5.

Leonardo Datho civi Florentino
viro doctiſſimo, optimoque
Pauli II. & Xiſti IV. ſecretario
Epiſcopo Maſſano. Vixit an. LXIV.
Menſ. 4. MCCCCLXXII.

Vitam ejus brevi elogio ſcripſit Veſpaſianus Florentinus in lib. de viris illuſtribus, quem manuſcript. ſervat Proſper Mutus Vaticanæ baſilicæ canonicus, ſacræve Conſultæ Innocentii X. a ſecretis. Leonardi quamdam epiſtolam ad Senenſem rempublicam ſcriptam legi, in qua intrepide ſe declarabat, quam Immunitatis Eccleſiaſticæ amans eſſet. Hic alterius Leonardi Dati nepos fuit, qui ſub Martino V. Ordinis Prædicatorum Generalis magiſter, Florentiæ defunctus eſt, & Juliani Dati Epiſcopi S. Leonis in Calabria propior affinis, qui Clementis VII. temporibus, hoc eſt anno 1524. Romæ prior pœnitentiariorum deceſſit, ſepultuſque jacet in Eccleſia SS. Sylveſtri, & Dorotheæ prope portam Septimianam cum hoc epitaphio.

D. O. M.
Juliano Dato Epiſcopo S. Leonis, ac baſilica Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Urbe Pœnitentiario, & hujus Eccleſiæ Paſtori, cujus bonitas, & integritas omnibus gratior ſemper fuit, qui obiit IV. Kal. Januarii M. D. XXIV.

In ſacello prope Conſtantini Magni ſacrum fontem Lateranenſi baſilicæ contiguum in marmorea baſe hoc legimus cœnotaphium ab eodem Juliano, fratribus, nepotibuſque poſitum.

D. O. M. G.
Gregorio Dato Mili. Laurentio Dato german. Cæſari Dato Com. Pal. Virgilio Dato, Conſtantino Dato, Tiberio Dato, Alexandro Dato, Lucretia Dati, Conſtantia Dati, Julianus Datus Epiſcopus S. L. F. & nepotibus immatura morte ſublatis poſuit, anno jubilationis, & ſalutis M. CCCCC.

Ad dexteram ejuſdem baſis ſub inſignibus Datorum.

Julianus de Datis Epiſcopus S. Leonis.

Ad ſiniſtram vero.

Decanus, & Prior Pœnitentiariorum utriuſque baſilicæ.

De Juliano plura in 9. noſtræ Italiæ tomo, Deo propitio, dabimus.


(„ *Extat Romæ in Eccleſia S. Maria de Minerva* „ *ſequens Leonardi inſcriptio.*
„ Leonardo Dato, Civi Florentino, Viro doctiſſimo, optimoque, Pauli II. &
„ Sixti IV. ſecretario, Epiſcopo Maſſano. Vixit an. 64. Menſ. 4. 1472.)



XLIX. 39 Fr. BARTHOLOMÆUS Roboreus Saonenſis, ex Ordine Minorum, filius Raphaelis, fratris Sixti IV. Juliique II. frater germanus, a Sixto IV ſubſectus eſt Maſſenſis Epiſcopus die 17. menſis Aprilis anno 1472. anno ſequenti ad Ferrarienſem Eccleſiam tranſlatus eſt.

L. 40 Fr. JOANNES de Janderonis Senenſis, ex Ordine Eremitano S. Auguſtini, Papæ Sacriſta, Præſulque per id tempus Typhernas, ad Eccleſiam Maſſenſem tranſlatus eſt anno 1474. XVII. Kalendas Auguſti. Decem omnino annos Maſſenſem abſens adminiſtravit Eccleſiam, cum Romæ apud Pontificem munere Sacriſtæ ſemper fuiſſet functus. Referendarius Sixti IV. inſuper fuit. Avunculum habuit Rodulphum Typhernatem Epiſcopum ſingularis doctrinæ, ac probitatis hominem. Romæ

de-



deceſſit, ſepultuſque eſt apud S. Auguſtinum in ſacello S. Monicæ viduæ.

(„ *Pater Archangelus Rocca Typhernatem, non* „ *Senenſem fuiſſe putat; ſed ut melius veritatem cognoſcamus, en quod ſcribit in libro epiſtolarum Auguſtinus Dathus nomine Reipublicæ Senenſis ad* „ *Pontificem*. Gratulamur Tuæ Sanctitati, ac Majeſtati Regiæ tanti boni auctoribus, & ingentes „ inſuper habemus gratias, quod ad tanti, tamque „ præcipui boni miniſterium adhibere dignata eſt „ Tua Sanctitas virum ſummæ integritatis, ac virtutis Caſtellanum Epiſcopum Civem noſtrum, „ quem charum efficit Patria, ſed multo chariorem „ explorata moderatio, recta vivendi diſciplina, „ & morum probitas, cujus comperta virtus, & „ ad Apoſtolicæ ſedis utilitatem ſemper exercitata „ bonitas, meritò nos jure compellunt, ut eum tuæ „ Sanctitati devotiſſimis precibus commendare debeamus, quæ cum omnes & probos & juſtos viros „ ſingulari proſequatur amore, eos tamen ardentiori charitate complectitur, qui ſanctis delectantur operibus ad Catholicæ fidei, & Eccleſiæ ſanctæ decus ætatem omnem, ac operam contulerunt. „ Erit nobis ſummæ jucunditati, & gaudio, ſi eum „ ipſum Civem noſtrum tanto tractare benignius „ Tua Sanctitas inſtituerit, quanto ex optimo cordis affectu diligentius noſtris litteris commendamus; quippe ea apud nos, & Concives omnes „ valet gratia, atque ejuſmodi habetur in pretio, „ ut quidquid illi honoris, atque benignitatis tua „ contulerit Sanctitas, nobis, & univerſo huic Populo ita gratum futurum ſit, ut omnium corda devinciat, augeatque plurimum beneficiorum cumulum. Quare cum illum, tum noſtram inſuper „ Civitatem tuæ Beatitudini ſuppliciter commendamus. *Ab hoc Epiſcopo ſcribit Cardinalis* „ *Papienſis aſſociatum fuiſſe Pium II. ad Provinciam* „ *Anconitanam*. Benevolentius.)

LI. 41 HIERONYMUS de Comitibus, alias de Comite Romanus, ad eandem Eccleſiam aſſumptus eſt anno 1483. die 10. menſis Septembris; coadjutor etiam Urbevetani Epiſcopatus adſcitus eſt, cum futura ſpe ſucceſſionis, quamvis irrita exſpectatione. Deceſſit enim anno 1500.

LII. 42 (1) VENTURA Benaſſai *a*, Senenſis, Maſſæ Epiſcopatum obtinuit anno 1500. die 6. Octob. Alexandro VI. ſedente, cujus ſecretarius fuit, Clericus Apoſtolicæ Cameræ, ac Theſaurarius generalis. Dum ſuam Eccleſiam præſens adminiſtrabat, fato functus eſt 1511. Quem ſic alloquitur Antonius Mancinellus lib. epigrammaton.

a De hoc Vgurgerius in Pomp. ſenen. vol. 1. *Mandoſ.*


Et genus, & virtus, facundia, mentis acumen
Exhibuere tibi, quicquid honoris adeſt.
His ſiquidem meritis non eſt te clarior ullus:
Pontifici aſſiſtis noſtro, dicque tuo
Hinc Fiſci Quæſtor; Maſſæ quoque Præſul haberis,
Nec tibi deficit laureus ille Cyclos.

(„ *Hic, cum Julius ſummi Pontificatus ſolium obtinuiſſet, ſtatim a munere Sacriſtæ ſe abdicavit.* „ *Quod non ſatis fuit ad placandam Pontificis iram,* „ *quam in ipſum oſtendebat varios ob cauſas. Unde in* „ *vincula conjectus fuit, & ſi ab illis ſe voluit liberare, 8000. nummos aureos ſolvere debuit, & omnia* „ *munera relinquere, & ad Eccleſiam ſuam Maſſæ* „ *redire, veluti in 3. Tomo Pomparum Pater Ugurgerius obſervat*. Benevolentius.)

LIII. 43 ALPHONSUS *b* Cardinalis Petruccius hanc Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1511. Hic ille Alphonſus eſt, quem læſæ Majeſtatis reum contra Leonem X. convictum idem Pontifex omni honore, ipſaque vita miſere ſpoliavit.

b De hoc item Vgurgerius. *Mand.*

LIV. 44 JOANNES HIERONYMUS Peruſcus nobilis Romanus, Rector templi S. Stephani de Arenula Romæ, infortunato Cardinali Petruccio ſucceſſit anno 1517. die 1. ineuntis Julii. Sedit annos 7. translatuſque deinceps eſt ad Eccleſiam Teleſinam in Regno.



LV. 45 FRANCISCUS Peruſcus Romanus ſuperioris Epiſcopi nepos, ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt anno 1524. die 8. menſis Auguſti, quam ille Eccleſiam uſque ad annum 1529. rexit; deinde eo munere libere ſe exſolvit.

LVI. 46 PAULUS Cardinalis Cæſius hanc Eccleſiam ſuſcepit adminiſtrandam anno 1529. die 6. menſis Octobris; ac poſt annum ipſe etiam eo munere libere abivit.

LVII. 47 HIERONYMUS Janderonus *c* Senenſis, Archiepiſcopus Amalphitanus, ad Eccleſiam hanc translatus eſt anno 1530. die 11. menſis Octobris, poſt octo omnino annos, quibus hanc Eccleſiam adminiſtravit, Anconitanus Epiſcopus renunciatus eſt, Paulo III. Farneſio ita cenſente anno 1538.

c De hoc pariter Vgurgerius. *Mandoſ.* *Vitelius* appellabatur.



LVIII. 48 ALEXANDER Farneſius perpetuus adminiſtrator hujus Eccleſiæ cooptatus eſt an. 1538. die 15. menſis Novembris, cujus curam geſſit uſq; ad annum 1547. deinde reſervato ſibi regreſſu, in Bernardinum illum Maffejum transfudit.

LIX. 49 BERNARDINUS Maffejus *d* Romanus, Pauli III. Secretarius, Canonicus S. Petri, Alexandro Farneſio Cardinali ſucceſſit in Epiſcopatum Maſſenſem anno 1547. die 12. menſis Martii. Romæ natus eſt nobiliſſimis parentibus, Hierony-

d De hoc Mandoſius in Bibl. Rom. vol. 1. p. 119. de familia Aſaphorum Gaburrinus. vol. 4. p. 143. *Mandoſ.*

(1) Annibal Ptolomæus, Nobilis Senenſis, Maſſæ Epiſcopus vixiſſe reperitur circa an. 1500. ut ulla fides Vgurgerio in Pompis Senenſ. tom. 1. p. 165 id referenti ex arbore gentilitia ejuſdem familiæ, aliiſque monumentis manu exaratis.

mo ſcilicet, Antoniaque Matrhæja; hæc Romana fuit; ille vel e Volaterris, vel e Verona, vel Bergamo oriundus Romana civilitate jam inde nobilitatus eſt. Conſtat tum Romæ, tum Volaterris, tum Veronæ, & Bergomi hanc Maffejam gentem ſingulari nobilitate inſignem eſſe, protuliſſeque viros in omni memoria egregios, ut Achilles Mutius ſcribit parte 6. Theatri Bergomenſis. A

Cardineoſque apices geminos Maffeja proles
Hactenus exhibuit, purpureaſque togas.
Hos, alioſque inter cives Verona recepit
Bergomon eſt, quorum ſtirpis origo vetus.
Pulchra Atheſi fluvio, & magno Verona theatro
Quos Mars, aut ornat literatura viros.

Egregios, inquam, viros protulit ubique Maffeja domus, ſicut hic Bernardinus, qui nobiliorum diſciplinarum factus alumnus, adeo doctrina, variaque literatura valuit, ut Alexandri Farneſii Cardinalis primum ſecretarius, deinde Pauli III. a Conſiliis fuerit, ditatumque poſtea Maſſenſi ſacerdotio, aliiſque dignitatibus, ſub titulo S. Cyriaci etiam evexit ad purpuram, cum vix ann. 35. ageret. Excellenti, magnoque ingenio fuit, Italiciſque Academiis maxime charus. B Doctorum plerique in Bernardino mirantur inter tot Senatus orbis terrarum negotia potuiſſe illum in Ciceronianas epiſtolas ſcribere commentaria. Antiquarum inſcriptionum ſcientiſſimus fuit, quamobrem hiſtoriam compoſuit de antiquorum Toreumatum inſcriptionibus. Extant adhuc apud affines multæ illius manuſcriptæ eloquentiſſimæ orationes. Summis laudibus Bernardinum extollit Paulus Manutius in epiſtola ad librum de legibus. Joannes Pierius Valerianus eloquentiſſimum illum appellat, cum eidem lib. 14. de Hieroglyphicis inſcripſit. Demum is fuit Maffejus, ut purpuræ ipſi Senatoriæ plurimum attulerit ſplendoris, judicatuſque ſit Paulus III. ſapientiſſimus Pontificum, qui doctorum virorum ſeptuagenarium numerum, quos intulit in Senatum, hac Bernardini electione, ſane præclara coronide, clauſerit. C Ad breve tempus Maſſenſem adminiſtravit Eccleſiam, cum illum ad Theatinenſem Epiſcopatum Pontifex tranſtuliſſet 1549. Plenus igitur Bernardinus mortalium laudibus, egregieque factorum meritis Romæ deceſſit anno 1553. elatuſque eſt a M. Antonio fratre, qui poſtea Cardinalis fuit, inque S. Maria ſuper Minervam tumulatus, intra ſuorum majorum ſacello cum hoc epitaphio.

D. O. M.
Bernardino Hieronymi filio Maphao S. R. E. presb. Cardinali, tituli ſancti Cyriaci in Thermis. vixit annos xxxix. menſ. v. dies xx. Obiit xvij. Kalend. Auguſti M.D.LIII.

Porro de laudibus, & origine Maffejæ gentis commentarium ſcripſit, ſed non edidit Joannes Nicolai, de qua gente tres Cardinales prodierunt, Bernardinus, M. Antonius fratres, & Horatius eorum nepos, qui ſub Paulo V. Romæ defunctus an. 1609. jacet prope patruos ad Minervam, de quo in 6. tomo noſtræ narrationis plura dum inter Archiepiſcopos Theatinos egregium Romanæ nobilitatis alumnum, Romanæque purpuræ decus recenſebimus. D

LX 30 MICHAEL Cardinalis de Sylva Luſitanus adminiſtrator cooptatus eſt Maſſenſis Eccleſiæ anno 1549. die 9. menſis Maji, cujus laudes, geſtaque præclara in additionibus ad Ciaconium enarravimus. Romæ deceſſit anno 1556. Nonis Julii. Sepultus eſt apud S. Mariam in Tranſtyberim.



51 FRANCISCUS Franchinus a, Coſentinus, celebris poeta, ac eruditione clarus, Alexandri Farneſii Cardinalis familiaris, ad hanc ſedem pervenit 1556. die 30. menſis Octobris, ex conſenſu Farneſii Cardinalis, qui ſibi regreſſum reſervaverat. Franciſcus Romæ fato functus eſt 1559. ſepultuſque eſt apud SS. Trinitatem in monte Pincio cum hoc epitaphio. LXI.

a De eo Toppius Bibl. Neapol. p. 92. & ejuſd. Auctarius p. 79. Mandoſ.

Franciſco Franchino Coſentino, Maſſæ & Populoniæ Epiſcopo, prudenti, acrique viro, atque venuſto poetæ, qui Phœbi, Martiſque caſtra ſecutus, retulit ad patrios bina trophæa lares. Jacobus Sfortia, & Joannes Baptiſta Franchinus heredes P. mœſtiſſ.
Vixit annos LIX.



52 VENTURA Bufalinus Typhernas, ex ceſſione Cardinalis Farneſii & ipſe electus anno 1560. die 5. menſis Februarii: deceſſit 1570. de qua gente fuit Riccomanus Bufalinus Epiſcopus Venafrinus in Concilio Laterano clarus 1512. LXII.



53 ANTONIUS b de Angelis, nobilis Piſanus, ad eandem dignitatem aſſumptus eſt anno 1570. die II. menſis Auguſti. Exceſſit è vivis 1579 Ejuſdem quoque gentis claruit Coſmas Epiſcopus Cortonenſis. LXIII

b De eo Mandoſius in Theatro Archiatr. ſum. Pont. p. 130.

LXIV 54 ALBERTUS Bolognettus Bononienſis, filius Senatoris Franciſci, Lucretiæque Elephantuciæ, celebris Juriſconſultus, Epiſcopus renunciatus eſt ſuo Gregorio XIII. ann. 1579. die 27. menſis Aprilis. Hic publice Bononiæ juriſprudentiam profeſſus eſt, aliiſque in locis plures ad legem inſtituit. Cardinalis Paleotti ſui affinis Auditor fuit, factuſque Epiſcopus, Florentiæ, Venetiis, inque Polonia legationibus perſunctus eſt ita egregie, ut ad purpuram ſibi viam aperuerit. Idem enim Gregorius Cardinalem illum creavit 1583. In Germania vita functus eſt, dum ad novi creandi Pontificis comitium properaret. Ejus cadaver delatum Bononiam in Servitarum templo tumulatum eſt, cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Memoria Alberti Bolognetti, Franciſci Senatoris F. literis, prudentia, atque omnibus Chriſtianis virtutibus clariſſimi, qui legum ſcientiam Bononiæ, & Salernæ ſumma cum laude profeſſus, a Gregorio XIII. Pont. Max. Romam evocatus, primum in
B *V. S. Referendarios adſcribitur; mox Florentiam, tum Venetias, ubi Maſſæ, & Populoniæ Epiſcopus creatur: poſtremo ad Stephanum I. Poloniæ Regem Legatus, in ampliſſimum Cardinalium ordinem cooptatus: inde Romam ad novum eligendum Pontificem contendens, febri in itinere correptus, in Germania oppido Vacorio ſanctiſſime in Domino quievit M. D. LXXXV. Vixit annos XLVI. menſes ix dies xxi. Alexander Bolognettus Senator fratri opt. meriti oſſibus in avita ſepulchra tranlatis, monumentum hoc*

P. C.



LXV 55 VINCENTIUS Andreæ Senatoris Caſalius, Bononienſis, ex adminiſtratore ſacræ Lauretanæ domus, ad hunc Epiſcopatum aſſumptus eſt die 3. menſis Julii anno 1583. inauguratuſque eſt a Joanne Antonio Cardinali Fachinetto, qui poſtea ſub nomine Innocentii IX. ad Apoſtolicam ſedem aſcendit. Majus altare templi SS. Gregorii, & Syri Bononiæ conſecravit, ut ex hac memoria prope
D altare collocata perſpicue legitur.

Altare hoc Deo dicatum, in honorem SS. Gregorii Magni, & Syri Epiſcopi, & confeſſorum, Vincentius Caſalius Bononien. Populoniæ, & Maſſæ Epiſcopus, & princeps conſecravit Gabr. Card. Paleotto Archiep. Bon. concedente, Rectore monaſterii Aegidio de Mutiferris Veronen. procurante, die Dominico xv. Junii. M. D. LXXXVI.

Idem Vincentius, eodem anno ſuam Cathedralem in honorem S. Cerbonis ſolemni ritu conſecraverat, ut in marmore ita res geſta narratur.

D. O. M.

Vincentius Caſalius patritius Bononien. Maſſæ, & Populoniæ Epiſcopus, conſecravit hanc Eccleſiam in honorem B. Cerbonis die xxiii. menſis Martii anno M. D. LXXXVI.

A Vitam extendit Vincentius uſque ad ann. 1591. Romæque deceſſit cum magna probitatis opinione, ſepultuſque eſt apud S. Hieronymi templum, quod vulgo de Charitate appellant, cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Vinc. Caſali Epiſcopo Maſſæ, ac Populoniæ Principi, virtute comite, longo rerum uſu, facilitate morum, ingenii ſuavitate, Urbi, ac multis principibus chariſſimo, Marius Caſalius Senator Bononienſis fratri dulciſſ. P. C. Vix. ann LXII. m. III. dies XXVIII. Obiit die XX. Mar. M. D. XCI. Oſſa hic ſita ſunt. Viator mortuo bene precare.

Cæterum, quoniam hujus Epiſcopi occaſione, in gentis Caſaliæ Senatorii ordinis incidimus mentionem, referendum duximus, quid hoc ipſo anno 1637. quo ſcribimus, Bononiæ acciderit. Mario Caſalio unicus filius erat ſupramemorati Epiſcopi nepos, quem poſt exceſſum parentis bellicæ gloriæ cupido inceſſit. Ivit igitur ſatis honorifice
B comitatus, ſuccinctuſque armis Germaniam totam peragravit, bellavit, denique fortiter dimicans occubuit, vel ut alii referunt, neſcio quo procurſu, a Turcis in ſervitutem abductus eſt, perque triginta, & eo amplius annos ſervivit duriſſimam ſervitutem. Interea Bononiæ Caſaliæ gentis alumni accepere Andream, id erat iuveni nomen, in bellicoſo æſtu diſperiiſſe ex vulnere. Itaque prædiorum, fortunarumque omnium adeunt poſſeſſionem; jamque triginta elapſi anni erant, ex quo hæreditario jure Marii Caſalis fortunas in ſe traxerant: cum ecce quidam è Turcica cuſtodia elapſus, ruvida facie, inculto capillo, & vulnerum cicatricibus fœdus, paupere cultu, iiſque demum oneratus incommodis, maliſque confectus, quæ in bello captis, diuturnior, acerbiorque barbarorum tyrannis ſolet inferre, ſe ſiſtit Bononiæ, gentiles adit, cæteros monet, totamque civitatem admiratione ſuſpendit, dum ſancte dejerat, Andream
C illum Caſalium ſe plane eſſe, qui erat ad bellum, qui inter ærumnoſos conflictus ſtrenue bellando vitam extenderat, qui captus a Turcis duriorem fortunam expertus fuerat, qui demum felici fraude eluſa cuſtodia libertatem recuperaverat, veneratque Bononiam, Marii parentis juſtus hæres cætera recuperaturus. Adeo autem callebat omnia, quæ ad ſe, quæque ad defunctos parentes, dum viverent, videbantur ſpectare, ut a puerilibus blandimentis uſque ad profectionem ad bellum feliciſſimo tranſcurſu commemoraret, ſervorum, ancillarumque nomina in numerato habebat, omnes angulos domus tenebat, meminerat prædiorum, recenſebat affinitates, æqualium recordabatur, gentilium ſuorum prodebat nomina: dictorum, factorumque memoriam diuturnior illa calamitas delere non potuerant. Quid plura? Conſtans illa narratio, veroque propior, Bononienſium civium miſericordiam excivit. Jam vero cum ad judicium res videretur ſpectare, timereturque ne favor pronior in fortunatos Bononiæ urnam corrumperet, novus
D Andreas provocat ad Pontificem; it Romam, libens, volenſque donec cauſa cognoſcatur, carcere detinetur. Sed o res mortalium incertas! finis judicii fuit, pſeudo-Andream meruiſſe triremes, quod larvato reditu in patriam, juſtis hæredibus conatus fuiſſet diripere hæreditatem. Sive autem verus ille Andreas fuit, qui ad ſuam tutandam cauſam ex conditione miſera non ſuffecerit, rarum præbuit poſteritati exemplum, fortunam, ubi mortalium quempiam inſectari cœpiſſet, numquam quieſcere; ſive autem apud Bononienſes cives pro Andrea Caſalio fefellerat, mortales docuit, non uſque adeo ſapere fraudem, ut non reperiatur, qui eidem detracta larva, illam ad promeritas pœnas impellat.

A



LXVI 56 ACHILLES Sergardius *a* nobilis Senenſis, Epiſcopus ex ceſſione Caſalis adlectus fuit an. 1587. die 26. menſis Septembris; inſecutoque anno in honorem S. Cerbonii majus Cathedralis altare conſecravit; cum hac inſcriptione.

Achilles Sergardius Senen.
Maſſa, & Populonia Epiſcopus,
hoc altare
in D. Cerbonii honor. conſecravit,
ac viſitantibus annorum xxxx..... dierum
indulg. conceſſit xvi. Kalend. Ja.
M. D. LXXXVIII.

Fato functus eſt Senis anno 1601. ſepultuſque eſt apud S. Franciſcum in gentilium ſuorum ſepulchro.

a De eo Ugurgerius in Pompis Senen. Mandoſ.




LXVII 57 ALEXANDER Petruccius *b*, nobilis Senenſis, ad Epiſcopatum hunc aſſumptus eſt anno 1601. Cathedralem reſtituit, atque a fundamentis palatium Epiſcopale erexit, auxit Clerum, multaque alia præclara opera geſſit, quæ pium, amantemque ovium ſane paſtorem decerent. Ad Senenſem Archiepiſcopatum translatus eſt anno 1615. Cæterum clerus Maſſenſis haud immemor beneficiorum, Petruccio quondam Epiſcopo hanc ſubjectam inſcriptionem candido marmori inciſam erexit.

D. O. M.

Alexandro Petruccio, antea Maſſa Populonia Antiſti, nunc Senenſi Archiepiſcopo ade maxima, & Epiſcopali domo ero ſuo inſtauratis, atque in eligantiorem formam redactis, Horarum Canonicarum inſtitutione pie inducta, ad Canonicorum Collegium quatuor Epiſcopali reddita imminuto, duobus item dote de ſuo attributa adlectis, Archipresbyteri dignitate viginti octo annos exulante, non ſine magno labore, ac ſumptu in antiquam ſedem, quaſi poſtliminio reſtituta, Baſilica demum pretioſiſſimis ſacrarum reliquiarum thecis exornata, multiſque muneribus dotata Sacer Maſſan. Eccleſia Senatus tantorum beneficiorum memor poſuit anno ſalutis fundatæ M. DC. XV. prid. Kal. Octob.


b De hoc item Ugurgerius & Mandoſ.



B

58 FABIUS Piccolomineus *c*, Senenſis, Alexandro ſucceſſit anno 1615. die 30. Maji. Dum ſuam diligenter adminiſtraret Eccleſiam, è vivis exemptus eſt anno 1629. Sepultus eſt in Cathedrali. LXVIII.

c De eo Ugurgerius loco cit.



C

59 JO: BAPTISTA è Marchionibus Maleſpinis, („ *Ex Marchionibus Mulatii & Nobilis Senen-* „ *ſis*,) utriuſque Signaturæ Referendarius, ac ſereniſſimi Principis Caroli Medicei Cardinalis Auditor, ab Urbano VIII. Maſſanus Epiſcopus ſublectus eſt anno 1629. („ *Deceſſit Senis an. 1655. 16.* „ *Octobris, & ſepultus eſt apud S. Chriſtophorum.*) LXIX.

60 * BANDINUS Accariſius, nobilis patritius Senenſis, præficitur in Epiſcopum Maſſæ defuncto Maleſpina, die 2. Junii 1656. LXX

* Ex Actis conſ. p.

A D D I T I O.

(„ *Deceſſit Senis menſe Auguſti an. 1670.*
„ NICOLAUS *de Accaria, nobilis Senenſis, Alexandri filius, Patriæ Metropolitanæ Canonicus, & Cæremoniarum magiſter, Abbas commendatarius S. Petri in Moſcheta Florentinæ diœceſis, dum annum ætatis ſuæ ageret 35 præfectus fuit Eccleſiæ Maſſanæ die 20. Aprilis an. 1671. Fato obrutus eſt menſe Auguſto anni 1679.* LXXI
„ PAULUS *Pecci, Nicolai filius, nobilis Senenſis, J. U. D. annorum 49. hac infula decoratur die 27. Novembris an. 1679. Hic, cum utriuſque juris peritiſſimus eſſet, Cardinalis Bichii Epiſcopi Auximani Vicarius generalis extiterat, atque deinde Legationis Avenionenſis, tum Urbinatenſis Auditoris munere perfunctus fuerat. Mortalitatem explevit Senis menſe Octobri an 1694.* LXXII.

D

„ PETRUS ALOYSIUS *Malaſpina, nobilis Senenſis, Epiſcopus Cortonenſis, translatus fuit ad hanc Eccleſiam die 11. Maji an. 1695. Menſe vero Decembri anni 1705. deſiit eſſe mortalis.* LXXIII.
„ ASCANIUS *Sylveſtri, nobilis Senenſis, Philoſophiæ, & S. Theologiæ doctor, Canonicus Metropolitanæ Eccleſiæ Senenſis, & prius Dapifer bo. me. Cardinalis Pallavicini, & Card. Cantelmi Archiepiſcopi Neapolitani Auditor, creatus eſt Epiſcopus Maſſanus 17. Maii 1706. Atque hinc ad Pientinum thronum translatus eſt an. 1714.* LXXIV.
„ NICOLAUS Ptolomeus, *Nobilis Senenſis, Parochialis Eccleſiæ S. Chriſtophori Senen. Rector, promotus eſt ad Epiſcopatum Maſſanū die 21. Jan. 1715.)* LXXV.

SUA-

SUANÆ EPISCOPI.



VIX quicquam occurrit, quod de Suana videamur poſſe narrare, cum levis omnino apud B Ptolomæum, Pliniumque ejus memoria extet, nihilque aliud præterea apud alios ſcriptores memoria dignum reperiatur. Sita in Hetruria eſt ad Albim fluvium provinciæ maritimæ Senenſis, in eminentiori colle, ob deſide, atque inſalubre cœlom ab hominibus prope deſerta; fuitque olim magni Aldobrandeſchi caput, & princeps. In ea præter aliquot caſulas, ac Cathedralem, nihil fere ſpectatur. Tametſi autem propemodum deſolata hoc tempore, nobilitatur tamen, quam quam cætera abeſſent, Gregorii VII. ſanctiſſimi Pontificis natalibus, quem non deſunt, qui narrent ex Aldobrandeſcha gente olim prædivite, ac potente, pluriumque oppidorum domina originem ſuam duxiſſe. Quorum cum exoleviſſet potentia, in ditionem Senenſium Suana pervenit, hodieque magnorum Hetruriæ Ducum cum Senis ipſis unum ſpectat arbitrium. Ut autem pleroſque ſcriptorum Suanæ latet origo, ſic non potuimus vel leviter indagare, quis ibidem ſeminaverit Evangelium. Conſtat tamen ab an. 680. C noſtræ ſalutis proprium habuiſſe paſtorem: ex eo in Conciliis, monumentiſque, aliiſque ſcripturis uſque ad annum 1100. Præſulum Suanenſium ſeries interrupta decurrit. Utcumque conati ſumus, pleniorem, quam hic ſubjectam vides, præſtare non potuimus, neque hanc ipſam potuiſſemus, niſi bonæ memoriæ Scipionis Tancredi Montalcinenſis Epiſcopi, olim autem & Suanenſis ad hunc noſtrum perficiendum laborem nobis deſudaſſet induſtria. Cæterum Cathedralis Eccleſia divo Petro (,, *& S.* ,, *Laurentio*) ſacra eſt, duas *a* habet dignitates, Præpoſituram, quæ prima eſt, & Decanatum, canonicoſque tantum tres. Diœceſis longitudo ſexaginta milia paſſuum, latitudo ſexdecim metitur, in qua viginti duo oppida numerantur, portum ſcilicet Herculis, Talamonis, Mallianum, Pereta, Monteanum, Scanzianum, Monſorgialis, Coton, Cana, Arx Albinea, Rochettæ, Sambrunanus, Mons Muranus, Saturnia, Pitilianum, Soranum, caſtrum Oterium, Montorium, Aunanum Ducatus Sfortiæ gentis, Procenum, caſtrum Azzanum. D & planum Caſtanearum. Habet etiam eadem diœceſis rura, ſeu villas curatas ſexdecim, monaſteria virorum regularium octo, aliaque pia loca. Habuit etiam priſcis temporibus oppidum Orbitelli, quod poſtea Carolus Magnus Imperator, Leoque III. Pontifex Maximus, monaſterio SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad aquas Salvias prope Urbem perpetuo attribuit, hodieque ejuſdem cœnobii commendatarii Orbitellanus Clerus veneratur arbitrium: Regis vero Hiſpaniarum lene imperium cives adorant. Porro Orbitellum antiquam (*e*) Coſanorum

a Volunt præpoſituram dignitatem cum 4. Canonicis.

A rempublicam fuiſſe teſtatur Onuphrius, cujus meminit vetus lapis, qui adhuc in Orbitelli foro hiſce verbis proſtat legentibus.

IMP. CÆS. M. ANTONINO
GORDIANO P. P.
AUG. PONT. II.
P. P.
RESPUBLICA COSANO-
RUM. DEVOTA
NUMINI, MAJES-
TATIQ. IPSIUS
D. D.

Cæterum taxatur Suanenſis Eccleſia in libris Cameræ Apoſtolicæ floren. 135. verus autem valor aſcendit ad mille ſcutata. Porro Suanæ Epiſcopi olim ſummo Pontifici immediate ſubjecti erant, a Pio vero II. Metropolitanæ Senenſis ſuffraganei ſunt declarati.

ADDITIO.

B (,, *Suanenſis Cathedralis antiqua ſtructura Principi Apoſtolorum, & S. Laurentio dicata eſt. In ea ſacris operantur unica dignitas Præpoſitus, & quatuor Canonici. Animarum cura exercetur per eumdem Præpoſitum. Altera in urbe, qua 400 alit mortales, adeſt Parochialis Eccleſia, & unum Hoſpitale. Cæterum nullum hic viſitur ſeu virorum, ſeu mulierum cœnobium, non mons Pietatis, neque ſeminarium.*)

1 TADDINUS Epiſcopus Suanenſis. I.

2 MAURITIUS Suanæ Epiſcopus concilio II.
ſexto *b* Conſtantinopolitano ſubſcripſit 680.

b Antthonis Epiſtola.

3 P. forte Petrus, ſive Paulus tranſlationi reliquiarum S. Severi Senis interfuit an. 768. III.

4 SEBASTIANUS Epiſcopus Suanæ in Concilio Romano ſub Eugenio II. ann. 826. apud Baronium. (,, *Seu 827. ibique juxta editionem Holſtenii* ,, *vocatur Baſtianus.*) IV.

5 TRANSMUNDUS *c* Romano Concilio V.
interfuit 853. apud Baronium.

c Al. Tantmundus.

6 RAYNERIUS cuidam privilegio Othonis Imperatoris Eccleſiæ Florentinæ indulto ſe ſubſcribit an. 860. VI.

C (,, RASTALDUS *interfuit an. 861. Concilio in* ,, *Laterano a Nicolao I. habito, cujus acta retulemus in 2. tomo in Ravennatibus.*) VII.

7 STEPHANUS ſynodo Romanæ interfuit ſub Adriano II. Pontifice an. 87*d*. VIII.

d Mellun 868.

8 PISANUS in conciliabulo Romano, in quo Joann. XII. deponitur, & Leo in ejus locum ſubrogatur, Othone Imperatore præſente an. 963. IX.

9 JOANNES adfuit ſynodo Romanæ ſub Benedicto Papa anno 1015. ibidem ſubſcripſit decreto ad favorem Eccleſiæ Fructuarienſis. X.

10 JOANNES ſe ſubſcribit Romanæ ſynodo ſub Nicolao II Pontifice anno 1059. (,, *Et multo ante anno videlicet 1037. interfuit Synodo Romana in cauſa Andreæ Peruſini, cujus fragmentum ſupra retulemus in 1. tomo in Peruſinis.*) XI.

(,, ANSELMUS *poſt Joannem Suanenſis Epiſcopus ſedit an. 1061. velut apparet ex ſequenti Bul-* D ,, *la Pontificali quæ reperitur in Archivio Metropolitanæ Eccleſiæ n. 675.* XII.

,, *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Vitali* ,, *S. Suanenſis Eccleſiæ Præpoſito ad honorem B. Petri Apoſtolorum Principis dedicatæ, tibique ſucceſſuris regulariter promovendis, & in ſancto propoſito permanſuris in perpetuum. Quoniam Omnipotentis dignatio ſuo gratuito munere nullo digno præcedente opere adhoc noſtram humilitatem dignata eſt provehere, quatenus per nos ubique terrarum proprio ſanguine redempta Eccleſia lumen adminiſtrare indeficiens profecto rationabile ducimus, cooperante* ,, *ipſo,*

(*e*) Orbitellum falſe antiquam Coſam non ſatis probat vetus inſcriptio, quæ illa haberet, quando Coſa ab Orbitello valde diſtaret, ſed cum proxima ſit, non video, cur facile lapides dirutæ Coſæ non potuerint transferri ad ædificationem [illegible] Orbitellum [illegible] non [illegible] ſcriptorum, [illegible] Ravennate Geographo [illegible], *Coſa* ad *Portum Coſanum*, [illegible] Orbitellum, & Coſam [illegible] locum illum, qui poſtea appellatus fuit Anſidonia, & locus dictus ad portum Coſam [illegible], qui in præſens portus Herculis nominatur. *Bonaventura.*

„ ipſo, de quo loqui præſumimus ſecundum proprias
„ vires unicuique acceptum talentum diſtribuere, ne
„ apparente ipſius majeſtate, quod abſit, ſine acqui-
„ ſito lucro veluti inutiles ſervi videamur remeare.
„ Quod utique per Divinam Miſericordiam conſequi
„ poſſe ſperamus; ſi membris ejus adhuc per fidem in
„ terra cæleſtia anhelantibus præſidia, qua poſſumus,
„ ſereno affectu ſuppeditare curamus. Sic enim, ſic
„ profectò, & ſupernum noſtræ fragilitati conciliamus
„ auxilium, & pura intra cordis hoſpitium manen-
„ te intentione hominum conſequemur favorem hone-
„ ſtum; Cum licet univerſis debitores ſimus gentibus
„ fidei lumine clarentibus, matricibus tamen Eccle-
„ ſiis ſedulè ſervientibus, & Divina officia eis reli-
„ gioſè quotidiè perſolventibus, & apud eas canonicè
„ viventibus benevolentiæ ſtudio majorem curam,
„ quam cæteris ſubjectioribus Clericis vivendi nor-
„ mam oſtendant, impendimus. Canonicam itaque
„ S. Petri in Soaenſi Urbe quondam a Rainerio ejuſ-
„ dem Suanenſis Eccleſiæ ſanctæ memoriæ Epiſcopo
„ pia religione ædificatam, & poſtea a Joanne ſucceſ-
„ ſore ejus firmata, interveniente Anſelmo eorum
„ ſucceſſore Venerabili Epiſcopo, qui nunc prælibā-
„ tam, diſponente Deo, gubernat Eccleſiam, in tui-
„ tione S. Petri ſub noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum
„ defenſione cum omnibus, quæ juſte habet, & in fu-
„ turum eſt habitura, ſalva prædicta Anſelmi Epiſ-
„ copi auctoritate, & reverentia ſuſcipimus. Non
„ tamen, ut ſibi, quod Apoſtolica auctoritate robora-
„ mus, liceat caſſare, nec aliis ſuorum ſucceſſorum res
„ præfatæ Canonicæ venundare, vel aliquo pacto alie-
„ nare, contrahere, vel alicui in prædicta Canonica
„ ordinato Clerico aliquam violentiam juſto liceat
„ irrogare. Sed ut evidentius, quæ a prænominatis
„ ejuſdem Sanctæ Eccleſiæ Epiſcopis præfatis canoni-
„ cè conceſſa ſunt, & nos hac noſtri privilegii pagina
„ confirmamus, intelligantur, nominatim expri-
„ mantur Plebem in Pitiliano ſitam cum terris, de-
„ cimis, redditibus, & oblationibus ſuis. Curtem
„ ſitam Palmula veſtram cum omnibus pertinentiis,
„ & redditibus ſuis, & omnes decimas veſtrarum
„ Terrarum in omnibus locis ubicunque ſunt. Terras,
„ quas dedit ſibi Iſſo pro anima ſua. Terras, quas
„ obtulit ſibi Gaidulfus in Baſanello, & Oleano.
„ Terras, quas donavit ſibi Gottifredus cis Coliſi-
„ num fluvium. Terras, quas tradidit ſibi Anſel-
„ mus Rainerii Filius in Calonico. Terras quas ad-
„ hibuit ſibi Bonizo in Supano. Terras, quas exhi-
„ buit ſibi Everardus Notarius. Terram, quam
„ conceſſerunt ſibi Epiſcopi juxta eamdem urbem Ec-
„ cleſiam ſancti Martini in Caronzano ſitam cum om-
„ nibus pertinentiis ſuis, atque redditibus. Eccle-
„ ſiam ſancti Georgii in Sytiliæ ſitam cum omnibus,
„ quæ ſibi pertinent. Manſos tres, ſcilicet Corbulo
„ Clerico, Preſbytero Dominico, & Sigizo itidem
„ Preſbytero olim Cuſtos. De Plebe in urbe poſita
„ omnes prorſus Decimationes his excepto, quæ qui-
„ buſdam militibus dudum ab Epiſcopis in beneficio
„ data ſunt; & dimidium omnium oblationum, &
„ eleemoſynarum prælibatæ Plebi oblatarum, & of-
„ ferendarum, quin etiam dimidia parte omnium
„ Terrarum, quas habuit Gizo Pater Joannes Epiſ-
„ copi, quas videlicet prænominatæ Eccleſiæ, & Cano-
„ nicis cum una Domo in urbe dedit, ſcilicet Eccle-
„ ſiam ſanctæ Mariæ in Lapegi ſitam, & duos man-
„ ſos in Ilci, & Vineam, & Terram in Plano Soa-
„ nenſi. Hæc omnia, & quæ ſæpè dicta Canonica a
„ Fidelibus oblata, vel admodo offerenda ſunt, tibi
„ Vitalis dilecte fili, tuiſque ſucceſſoribus, Clericiſ-
„ que in ea ordinatis, & ordinandis, & in ſancto
„ propoſito permanſuris concedimus, & conceſſa con-
„ firmamus, & nullus unquam Epiſcopus nullus Im-
„ perator, nullus Rex, nullus Dux, nullus Mar-
„ chio, nullus Comes, nullus Vicecomes, nullus Ca-
„ ſtaldus, nulla magna, parvaque perſona ea inde
„ audeat auferre, vel retollere, aut vos inquietare,
„ aut moleſtias inferre, ſed quietè permittamini vi-
„ vere, & Deo ſervire. Si quis autem temerario au-
„ ſu hanc Apoſtolicam ſanctionem infringere tentave-

A „ rit, niſi admonitus reſipuerit, & emendaverit,
„ gladio anathematis percutiatur, ut in præſenti car-
„ ne pereat, & Deus dum judicare venerit, ſpiritu
„ oris ſui eum interficiat. Qui vero pius Conſervator
„ extiterit S. Petri, noſtramque benedictionem, &
„ a Domino Jeſu Chriſto promereatur æternam re-
„ munerationem.
„ Datum per manus Humberti Cardinalis Epiſcopi
„ Eccleſiæ ſanctæ Sylvæ Candidæ V Kal. Majas an-
„ no ab Incarnatione Domini milleſimo LXI. anno
„ III. Pontificatus Nicolai Papæ II. Indictione XIII
„ Maii. Benevolentus.)

11 DAVID Belga a Gregorio VII. Suanæ Epiſ- XIII.
copus adlectus eſt anno 1083.

12. BERARDUS floruit anno 1088. ex monu- XIV.
mentis Cathedralis Senenſis.

13 MONTANUS Epiſcopus fuit 1110. XV.

14 IDITTUS Epiſcopus ſe ſubſcribit cuidam XVI.
privilegio Honorii II. Eccleſiæ Piſanæ indulto
1126 Idem bullæ Innocentii II. 1133. Archiepiſcopi
B Januentis.

15 PAULINUS Concilio Lateranenſi interfuit XVII
ſub Alexandro III. 1179.

16 GALERINUS, vel Gualcherinus a, ele- XVIII a Al. Gal-lerinus.
ctus anno 1221 ab Honorio III. conſecratus, ut ha-
betur ad calcem regeſti Vaticani ejuſdem Pontific.
an. 5. Hic ille fuit, qui ad Caſtanearium planum S.
Franciſci alumnis ſolum attribuit, ubi poſtea tem-
plum, monaſteriumque ædificarunt, ut patet ex
iis duabus ſubjectis memoriis, quæ in archivio Ab-
batiæ S. Salvatoris de monte Amiato aſſervantur.

*G. Dei gratia Suanen. Epiſcopus univerſis Chriſti fide-
libus tam clericis, quam laicis per Suanenſem
diœceſim conſtitutis, ad quos litera iſta per-
venerint, ſalutem, & benedictionem.*

*Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante
tribunal Chriſti recepturi, prout in corpore geſſimus,
ſive bonum, ſive malum, oportet nos diem meſſionis
extremum bonis operibus prævenire, ac æternorum in-
tuitu ſeminare, dum agimus in terris, quod reddente
C Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus
in cælis firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam
qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in
benedictionibus & metet vitam æternam. Hinc eſt,
quod cum fratres Minores ſpiritu, & timore Dei re-
pleti ad honorem Dei, & beati Bartholomæi Apoſtoli
ad agendam pœnitentiam inter plebem Caſtagninam,
& Aſpricolum in loco, qui dicitur Petralonga, jam diſ-
poſuerint Eccleſiam fabricare, in quo confidenter va-
leant pro ſe, & aliis miſericordiam implorare, &
cum ſint vere pauperes, & rebus, & ſpiritu ad dictum
opus peragendum non obtineant facultatem, univerſita-
tem veſtram rogamus, monemus, & in Domino ob-
ſecramus, quatenus ad dictam Eccleſiam conſtruen-
dam, & ad deſtructionem inferas, operam benevolam
conferatis, ut per hæc, & alia bona, quæ, Deo in-
ſpirante, feceritis, ad æternam poſſitis gaudia perve-
nire: nos vero confiſi de miſericordia Salvatoris, & au-
ctoritate Petri Apoſtoli noſtri patroni ſuffulti omnibus,
qui adjutorium, & operam dederint Eccleſiæ memora-
D ta, quadraginta diebus criminalium de injuncta ſibi
pœnitentia in Domino miſericorditer relaxamus.*

*In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti
Amen.*

*Anno Domini 1227. indictione quartadecima, die
Dominico ſecundo intrante Septembris. G. Galgherinus,
Dei gratia, Suanenſis Epiſcopus, cum conſilio ſuo-
rum canonicorum conſecravi quandam Eccleſiam,
quam fabricaverunt fratres Minores ad honorem Dei,
& ſancti Bartholomæi, & ſancti Franciſci, & totius
cæleſtis curiæ, in loco qui dicitur Ripanum inter pla-
num Caſtagnorum, & Aſpriculum montate in monte
Miato. Quoniam ait Dominus in Evangelio: Eſtote
miſericordes, ſicut & Pater veſter cæleſtis miſericors
eſt. Et in hoc debemus ſperare, quapropter in dicta
ſacra, omnibus venientibus, ſive hominibus, ſive
mulieribus ex parte Dei omnipotentis, & ſanctorum,*

ſan-

ſanctarumque, eis de peccatis confeſſis veniam, & indulgentiam unius anni hinc ad octavam, tam præſentibus, quam venturis relaxamus. Deinde per quemlibet annum quadraginta dies in ſolemnitate dicto ſacra demittemus. Inſuper ſi qua perſona de hoc ſeculo migraverit, & in hoc loco corpus ſuum ſepeliri juſſerit, cum gratia Dei concedimus.

Ad Gualterinum ſcribit Gregorius IX. an. 1230 monens, ut Abbatem S. Anaſtaſii de urbe ordinis Ciſtercienſis in poſſeſſione Orbetelli ſpirituali non perturbet, cum nullam ibidem in clericus Suanenſis Epiſcopus juriſdictionem haberet. Idem Gregorius confirmat ſententiam Bartholomæi presbyteri Cardinalis tituli S. Pudentianæ, ad favorem ejuſdem Abbatis latam contra Priores, & clericos Orbetelli. Pontificiæ literæ ex regeſto Vaticano deſumptæ fol. 58. ſunt talis tenoris.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Epiſcopo Suanenſi, &c.

Grave gerimus, & indignum, quod cum in ſancta Maria de Orbetello, & quaſdam alias Eccleſias exiſtente in tua diœceſi ad monaſterium ſancti Anaſtaſii de Urbe ſpectantes nullam juriſdictionem habeas ordinariam, aut etiam delegatam, occaſione litterarum noſtrarum, quas ſuper correctione clericorum tibi transmiſimus, in eas interdicti, ac in clericos earumdem ſuſpenſionis ſententias promulgaſti, quamquam Abbas ejuſdem monaſterii paratus ſit eos corrigere, prout pertinet ad eumdem; quia vero eo minus debemus injurias ipſius monaſterii ſuſtinere, quo ſpecialiter ad nos ſpectant, nos poſt Deum ſperat præcipuos adjutores, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ſi eſt ita, prudenter corrigens per te ipſum, quæ prius provide attentaſti, prædictas ſententias infra octo dies poſt ſuſceptionem præſentium ſine qualibet difficultate relaxes. Alioquin dil. fil. ſancti Juſti, & Albaren. Abbatibus, & Archipresbytero ſancti Joannis alti Tuſcanen. Suanen. & Caſtren. diœceſ. noſtris damus literis in mandatis, ut ipſi ex tunc eaſdem ſententias auctoritate noſtra ſtudeant relaxare.

Datum Laterani XI. Kalend. Martii, Pont. noſtri anno IV.

GREGORIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Abbati, & Conventui ſancti Anaſtaſii de Urbe.
&c.

Cum cauſam, quæ inter vos ex parte una, & priorem, & capitulum S. Mariæ de Orbetello ex altera ſuper obſervandis ſententiis excommunicationis in priorem, ſuſpenſionis in clericos, & interdicti in præfatam Eccleſiam a te fili Abbas, prolatis, & quibuſdam aliis articulis vertitur, dilecto filio noſtro Bartholomæo ſanctæ Pudentianæ presbytero Cardinali commiſerimus audiendam dilecto filio VV, monacho veſtro, & Vitali dictorum prioris, & capituli procuratoribus in ejus præſentia conſtitutis, & lite legitime conteſtata, idem Cardinalis auditis hinc inde propoſitis, & cauſæ meritis diligentius intellectis, de mandato noſtro, & fratrum noſtrorum, & aliorum prudentum virorum conſilio prædictos priorem, & capitulum ad obſervationem ſententiarum ipſarum ſententialiter condemnavit, prout in ipſius literis exinde confectis plenius continetur. Nos itaque, quod per eumdem Cardinalem factum eſt, ratum habere volentes, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad majorem autem rei evidentiam tenorem literarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus duximus inſerendum, qui eſt talis: Univerſis præſentes literas inſpecturis. Bartholomæus, miſeratione divina, tituli ſanctæ Pudentianæ presbyter Cardinalis ſalutem in Domino. Cum cauſam, quæ vertebatur inter monaſterium ſancti Anaſtaſii de Urbe ex una parte, & . . . . . priorem, & capitulum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Orbetello ex altera, nobis dominus Papa commiſerit audiendam, & fine debito terminandam partibus in noſtra præſentia conſtitutis Vuillelmus monachus procurator prædicti mona-

A *ſterii petebat, ut ſententias excommunicationis in priorem, & ſuſpenſionis in clericos, & interdicti in Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Orbetello ab Abbate prædicti monaſterii latas faceremus inviolabiliter obſervari, & proceſſum Sutrini Epiſcopi habitum ex delegatione ſedis Apoſtolicæ contra dictos priorem, & clericos pro ipſis, quos ut dicebat idem procurator, dictus Epiſcopus propter contumaciam excommunicavit, & fecit denuntiari excommunicationis vinculo innodatos confirmari, & ipſos, quia non paruerant prædictis ſententiis, & quia in quoſdam manus injecerant violentas, pœna debita caſtigari, agens civiliter contra eos, & de injuriis eidem monaſterio illatis ſatisfieri, & condemnari etiam ad expenſas, ad quæ Vitalis procurator prædictorum prioris, & capituli litem conteſtando, reſpondens negabat dictos priores, & capitulum fuiſſe contumaces, & alia eſſe vera, nec debere fieri, quæ petebantur, & verſa vice petebat proceſſum Sutrini Epiſcopi, & interdicti ſententias a prædicto Abbate ſancti Anaſtaſii, & conventu de facto*
B *prolatas in priorem, & clericos revocari, quæ procurator prædicti monaſterii litem conteſtando negabat vera eſſe, nec debere fieri. Lite igitur coram nobis legitime conteſtata, viſis etiam, & auditis atteſtationibus, confeſſionibus, rationibus, & allegationibus utriuſque partis plenius intellectis, de mandato domini Papæ, & fratrum conſilio, & quorundam inſuper ſapientum prædictos priorem, & clericos præfatæ Eccleſiæ de Orbetello ad obſervationem ſententiarum excommunicationis in priorem, ſuſpenſionis in clericos, & interdicti in Eccleſiam prolatarum ab Abbate S. Anaſtaſii ſententialiter condemnamus. Proceſſum Sutrini Epiſcopi contra priorem, & clericos ipſius Eccleſiæ de Orbetello habitum, decernentes irritum, & inanem ſuper aliis hinc inde petitis, utramque partem ab impetitione alterius abſolvendo. Datum Romæ apud ſanctam Pudentianam anno Domini 1230. menſe Julii die tertia intrante, Pontificatus vero domini Gregorii Papæ Noni anno quarto. Nulli ergo, &c. noſtræ confirmationis infringere, ſi quis autem, &c.*

C *Datum Laterani 2. Nonas Julii, Pontificatus noſtri anno IV.*

Idem Gualterinus lites cum Amiatino Abbate ſatis implicitus exercuit de Eccleſia S. Mariæ ad planum Caſtanearium, qui tamen demum ad arbitrium Abbatis S. Galgani, plebanique Vitalis litem omnem compoſuit. Hic idem Gualterinus vivebat uſque ad annum 1254. in iiſdem enim ſcripturis per literam G. ex more illorum temporum notatur, atque ex ipſa donatione in favorem Fratrum Franciſcanorum perſpicitur fuiſſe de Galgarinis.

17 THEODINUS Suanæ Epiſcopus interfuit juramento delitatis, quod comes Aldobrandinus Suanæ præſtitit D. Eliæ monacho, & procuratori S. Anaſtaſii trium Fontium Ordinis Ciſtercienſis, de quibuſdam terris, caſtelliſque, quæ ab Abbate, & monachis inſignis illius cœnobii in emphyteuſim acceperat anu. 1269. vigeſima Maji, quod monumentum cum curioſum ſit, perſpicueque declaret amplam illius cœnobii in Suanam juriſdi-
D ctionem, locaque maritima, erutum ex originali, quod in manuſcript. codice privilegiorum monaſterii trium Fontium reperitur, hic exſcribendum curavimus.

In nomine Domini. Amen.

Anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono, Apoſtolica ſede vacante indictione duodecima, menſis Maii die vigeſima, in præſentia mei Nicolai Philippi Stti de Urbe, & aliud in præſentia mei Angeli de Seana notarii. teſtium ſubſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum Venerabilis, & religioſus vir D. Elias monachus monaſterii ſancti Anaſtaſii de Urbe quod poſitum eſt ad aquam Salviam ipſius monaſterii nomine A. & conventus ipſius œconomus ſyndicus, actor, & procurator, & nuncius ſpecialis habens ad omnia, & ſingula infraſcripta ſpeciale mandatum & poteſtatem ut conſtat publico inſtrumento per me eundem Nicolaum Stti infraſcriptum eorundem monaſterii, Abbatis, & conventus auctoritate, mandato, vice, & nomine, ac pro eis nobili, & egregio viro

domino

A *domino Aldobrandino de Soana, Dei providentia, in Tuſcia Comite Palatino pro ſe, & filiis ſuis maſculis, & nepotibus ex ipſis progenitis de legitimo matrimonio, ita quod ſi non habuerit filios maſculos, vel nepotes maſculos, ut eſt dictum, prorogetur præſens contractus locationis, & emphyteuſis ad egregiam dominam Marghabitam, item ipſius D. Aldobrandini, & filios ejus maſculos, ita etiam, quod ſi prædicta D. Marghabita deceſſerit ſine filiis maſculis, ſuccedat alia ſequens, & filii ſui maſculi, & ſi plures habuerit filias, una ex eis ſequens primogenita ei mortuæ, ac filiis ejus ſucceſſive ſuccedant ipſarum filii maſculi uſque in tertiam generationem, prædictam locavit, & jure locationis in emphyteuſim conceſſæ civitatem, & caſtrum, poſſeſſiones, tenimenta ſubſcripta, videl. quæ dicitur Anſedonia inſimul cum portu, qui vocatur Fenilia; item & portum, qui vocatur Herculis juxta montem Argentarium, necnon montem totum, qui vocatur Lilium, & ab ipſo monte verſus pelagum de mare milliaria centum, & jus navigandi, & piſcandi per ipſum mare, item caſtrum Lilii exiſtens in ipſo monte, item & inſulam, quæ vocatur Jannutæ & caſtrum ab ipſo monte ſitum, qui vocatur Argen* B *taria, & mare juxta ipſum montem verſus mare milliaria centum, & jus navigandi, & piſcandi per ipſum mare, item & caſtrum, quod vocatur Mons acutus, & Ente, ſive Mons Entis, item & caſtrum, quod vocatur Altocamum, item caſtrum, quod vocatur Mar. litanum, item & caſtrum quod vocatur Altrocoſſum item & caſtrum, quod vocatur Capaltium, item & caſtrum, quod vocatur Mons acutus, & Ente, ſive Mons Entis, & caſtrum, quod vocatur Serpena, cum omnibus vaſſallis, & jure vaſſallorum, & cum bandis, & forfacturis, angariis, & perangariis, & cum cæteris ſeminatitiis, cultis, & incultis, ſilvis, & pratis, paſcuis, paludibus, fontibus, rivis, ſilvis, flagatis, puteis, lacubus, & argentariis, & omnibus aliis eorum pertinentiis uſibus, & utilitatibus, quæ omnia iis finibus concluduntur: ab uno latere eſt pelagus maris magni, ab alio latere eſt fluvius, qui vocatur Albigim, item ab alio latere eſt pelagus maris magni, ab alio latere pergit aqua, quæ vocatur Elſa, & fluit per Serpenam, & abunde profluit per pedem montis Arſini, & vadit per piſeinam, &* C *deinde profluit in mare magnum prædictum omnia prædicta cum montibus, & collibus pelagis, planitiebus ſuis, & cum prioribus antiquis exceptis Eccleſiis, oratoriis, & pro locis eorum juribus, tenimentis, & poſſeſſionibus exiſtentibus in omnibus, & ſingulis dictis locis exiſtentibus cum omnibus conceſſit titulo ſupradicto, & exceptis caſtro Stachbilatis, & Abbatia de Sylva cum tenimentis, poſſeſſionibus, & arboribus fructiferis, & infructiferis, glandiis, pratis, paſcuis, bandis, & forfacturis, angariis, molendinis, aquis eius pertinentiis, & omnibus aliis pertinentiis eorum caſtri Starchilatis, & Abbatia de Sylva cum hominibus, & vaſſallis, & juribus vaſſallorum in dictis locis exiſtentium nunc & etiam in futurum. Quæ omnia, & ſingula ſic excepta voluerunt eſſe ipſæ partes contentas, ita quod in hujuſmodi contractu non veniant, ſed libera dicto monaſterio remaneant pleno jure, quoad poſſeſſionem, & quaſi poſſeſſionem, & ad proprietatem, & uſumfructum, & dictus comes pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis prædictis locatur, ſeu emphyteot. Frat. prælibato D. Elia recipiente nomine, & vice ſupraſcriptorum monachorum, & monaſterii Abbatiæ, & conventus, ac ſucceſſorum eorum ipſius monaſterii* D *in ſupraſcriptis locis ſemper, & jure defendere bona fide, & ſine fraude juxta poſſe, excepto propterea & imperio, & nullum damnum, vel collectas, vel aliquod gravamen imponere vel aſſignare in vaſſallis dicti caſtri Stachbilatis, qui nunc ſunt, & in futurum erunt, & ejus tenimenta. Item promiſit dictus comes pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus ſupradictis præfato D. Eliæ non impedire per ſe, vel per alium communitatis homines dictorum locorum ſic datorum in emphyteuſim ſe offerant dicto monaſterio cum omnibus rebus ſuis mobilibus ſed hæc libere, & omnino permanere. Item promiſit prædictus comes pro ſe & ſuis ſucceſſoribus antedictis dicto fratri Eliæ illa de prædictis caſtris invenirentur derivata ad manus alterius, revocare ad manus ſuas juxta poſſe, & ea revocata tenere eadem lege locationis per ipſum monaſterium ſicut, & alia non derivata, quæ ipſe comes in hoc contractu recepit. Item promiſit dictus comes pro ſe & ſuis ſucceſſoribus in prædicto contractu prælibato fratri Eliæ recipienti vice, & nomine præfati monaſte-*

rii, A. atque conventus, quod non impediret per ſe, vel per alium, qui dictum monaſterium extrahat de dictis locis ipſius monaſterii conceſſis in emphyteuſim eorum bladias, quæque laboreriorum, & molendinorum dicti monaſterii, & omnem aliam graſciam, & oblata mobilia pro ipſo monaſterio, & pro aliis Eccleſiis, monaſteriis, ſi quos tenebit ad manus ſuas per mare, & per terram libere, & ſine deriſu. Item promiſit idem comes pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus in prædicto contractu prælibato fratri Eliæ recipienti vice, & nomine prædicatorum Monaſterii A. atque conventus non impedire per ſe, vel per alium, quominus ipſum monaſterium, aut quilibet procurator ejus, vel nuncius ineret in poſſeſſionem omnium Eccleſiarum ſpectantium ad ipſum monaſterium, & jurium eorundem, & quominus ſcilicet dictarum Eccleſiarum reſpondeant ipſi monaſterium in omni ſuo jure, & quominus ipſe A. ipſos clericos cogat ad ea, & in ipſo conſtituat, & deſtituat inde juvabit ipſum monaſterium toto poſſe contra laicos propter hæc injuriantes eidem. Item promiſit dictus comes pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis prædicto fratri Eliæ recipienti vice, & nomine prædictorum monaſterii, & abbatiæ, & dicti conventus omnia, & ſingula, quæ in prædicta locatione continentur, & emphyteuſim, & quæ conceſſa ſunt, conſervare indemnia, & ea meliorare pro poſſe uſquequo in tempus complementi prædictæ locationis, & nullo modo alienare civitatem, & caſtra, & alia bona mobilia. Item promiſit idem comes pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis in dicta locatione ſupradicto fratri Eliæ recipienti pro dicto monaſterio Abbat. & conventu annuatim in feſto ſancti Anaſtaſii ſolvere ipſi monaſterio nomine cenſus quindecim librarum bonorum proviſivorum Senatus, & ſi infra ſpatium quindecim dierum numerandorum in feſto prædicto, olatio ipſius cenſus ſibi non fuerit. duplicater dictum cenſum quindecim librarum proviſivorum pro ipſo tantum dicto monaſterio ipſum cenſum ſolvere taliter duplicatum. Item promiſit idem comes, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis præfato fratri Eliæ recipienti pro prædictis Abbate, atque conventu, quod ipſe, & ſucceſſores ſui in prædicto contractu de generatione in generationem renovabit juramentum fidelitatis, ſive præſtabunt eidem monaſterio, Abbati ſive conventui, ut ſolvant in ipſa renovatione ſummam quadraginta librarum proviſivorum. Et hanc renovationem, & ſolutionem faciet quilibet de ſucceſſoribus ejuſdem comitis tam maſculi, quam fœminæ infra quadraginta dies poſt renovationem ipſius monaſterii, Abbatis, atque conventus poſt mortem anteceſſoris; hanc autem locationem, & emphyteuſim præfatus D. Elias nomine dicti monaſterii, Abbatis, atque conventus præfato domino Ildebrandino comiti pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, ut dictum eſt, fecit, atque conceſſit pro eis. quod dictus dominus Ildebrandinus comes eidem D. Eliæ pro præfatis monaſterio, Abbate, atque conventu præſentialiter ſolvit 200. libras bonorum proviſivorum, de quibus idem frater Elias pro præfatis Abbate, monaſterio, atque conventu ſe bene quietum, & pacatum vocavit, & renunciavit non ſoluta, & non numerata pecunia, & pro eo, quod dictus comes ſe, & ſucceſſores ſuos obligavit ad omnia, & ſingula ſupradicta, & juramentum fidelitatis eidem monaſterio, Abbati, atque conventui, in manibus dicti fratris Eliæ præſtitit in iis verbis. In nomine Domini. Ego Ildebrandinus Comes, Dei gratia, Palatinus, filius quondam bonæ memoriæ Comitis Vuillelmi Thuſciæ Comitis Palatini, tibi domino Eliæ monacho, & procuratori monaſterii ſancti Anaſtaſii de Urbe, quod poſitum eſt ad aquam Salviam recipienti, & nomine dicti monaſterii, Abbatis, & conventus eidem juro ſuper ſancta Dei Evangelia, quod ab hac hora in antea, uſque ad ultimum diem vitæ meæ. fidelis ero in omnibus ipſius monaſterii ſancti Anaſtaſii de Urbe, quod poſitum, eſt &c. eorumque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis, & obſervabo in hoc omnia, quæ ſub juramento fidelitatis comprehenduntur de jure, vel conſuetudine, & idem frater Elias nomine dicti monaſterii, Abbatis, atque conventus promiſit dicto domino Ildebrandino pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis legitime ſecundum jura defendere dictas res in emphyteuſim conceſſas ab omni perſona, univerſitate, quæ omnia, & ſingula ambæ prædictæ partes pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, promiſerunt ad invicem attendere, & obſervare rata, & firma habere, & adimplere, & è contra non venire aliqua occaſione, vel cauſa ſub pœna centum libra-

rum

rum bonorum proviſivorum, ac ſoluta pœna, vel non, hæc omnia ſupradicta in ſuo robore perſeverent, ac exiſtant in caſtro dicti caſtri, præſentibus venerabili patre domino Theodino Suanenſi Epiſcopo, D. magiſtro Bartholomæo canonico ſanctæ Eccleſiæ de Urbe, D. Carletto Judice de Urbe, necnon D. Andrea cellerario, & monacho monaſterii ſancti Galgani, fratre Petro Florentino fratre Aſcinto de Radicundoli Converſo ejuſdem monaſterii teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis, & ego Nicolaus Leonardi de Sovana, necnon & recognoſceris ſe infra quadraginta dies poſt requiſitionem dicti monaſterii. A. & conventus ejuſdem debere, & tenere renovare, ſive præſtare juramentum fidelitatis eidem monaſterio, A. atque conventui ejuſdem ad præſtationem annuatim cenſus 15. librarum bonorum proviſivorum Senarum in feſto S. Anaſtaſii ſecundum formam, & vigorem, & occaſione locationis prædictæ, & eorum in ea contentis.

Porro horum caſtrorum, ſive oppidorum donationem per Carolum Magnum monaſterio S. Anaſtaſii factam ſupra retulimus in noſtro 1. Tomo, dum de Epiſcopis Oſtienſibus narrationem inſtituiſſemus.

Deceſſit Theodinus anno 1270. ſepultuſque eſt in ſua Cathedrali, quem Urbevetani ſcriptores ajunt e Monaldeſca gente fuiſſe.

XX 18 DAVID, Senenſis a, S. Galgani Monachus, ex ordine Ciſtercienſi, tum morum probitate, tum doctrina præclarus, a clericali Senatu Suanæ Epiſcopus adlectus eſt 1270. ejuſdemque electionem Gregorius X. ratam habuit anno 1272. die 15. menſis Octobris, ex reg. Vaticano, epiſtola 69. fol. 22. Hic prædeceſſorum ſuorum omnes lites, quas aliquando Amiatinis cauſa juriſdictionis intentaverant, ad æquilibrium æquitatis ita conſulte compoſuit 1279. ut cum deinceps, ut fit, litium contumacia rebellaret contra decreta, ex monachi Davidis cenſura jugularetur. Anno vero 1280. cum viri virtus maxime perſpecta eſſet, cum Gualtherino Suanæ Præpoſito a Nicolao III. ſummo Pontifice ad gravem, implicitamque litem componendam inter Amiatinos monachos, Groſſetanumque clerum componendam Apoſtolice delegitur. Erat enim in maritima loca illius monaſterii cum Groſſetana decertans amplior juriſdictio. Itaque cum die 7. Maji laudum feciſſet ad amuſſim juris, litem ſedavit. Reperio Davidem uſque ad annum 1283. vixiſſe, pauloq; poſt cum opinione ſanctimoniæ deceſſiſſe, cum Suanam Eccleſiam tum ſpiritualibus, tum temporariis fortunis, opibuſque cumulatiſſimam reliquiſſet. Senenſibus Senatoribus in primis charus fuit, quorum reipublicæ maximo uſui fuit. Arbitror Davidis corpus ad s. Galgani monaſterium fuiſſe delatum, inque marmoreo ſepulchro, quod adhuc ſine inſcriptione ſpectatur, fuiſſe ſepultum, ita monumenta illius cœnobii tradunt, in quibus habetur mentio fortunarum, quas David eidem monaſterio pie legavit. Ejus meminit noſter Abbas Antonius Libanorus in vita S. Galgani, aſſeritque Davidem è Dandinorum nobili Senenſi familia ortum (1), quam deinceps, ut fert humana conditio, in Cæſenatenſi civitate traductam, inter cæteros clariſſimos viros Hieronymum Dandinum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, & Marcum Agrippam Æſinum Epiſcopum. Cæterum inter monumenta Abbatiæ s. Salvatoris ſequens reperimus in favorem s. Franciſci caſtri Caſtagneti David momentum.

a De eo Vgurgerius in Pompis Senen. vol. 1. & in opere, cui titulus: Faſti Senenſes, p. 241. Monald.

Frater David, miſeratione divina, Suanenſis Epiſcopus. Univerſis Chriſti fidelibus tam clericis, quam laicis in Suanenſi diœceſi conſtitutis præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes trahimur ante tribunal Chriſti recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ noſtris operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in cælis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quod qui in pace ſeminat, in pace & metet, & qui ſeminat in benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur quædam Eccleſia fratrum Minorum B. S. Franciſci, apud planum Caſtanearum conſtructa de novo, & perſonaliter acceſſimus ad eamdem manibus propriis ædificationis lapidem apponendi. Nec commode perfici poſſit Eccleſia antedicta ſine bonorum ſuffragio Chriſtianorum, univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur in Domino in remiſſionem veſtrorum peccatorum, quatenus cum fueritis requiſiti ad ædificationem antedictæ Eccleſiæ grata ſuffragia erogetis, ut per hæc, & alia bona, quæ Domino inſpirante, feceritis ad æternæ vitæ gaudia mereamini pervenire. Nos vero de omnipotentis Dei miſericordia, & beati Petri patroni ſuffragiis roborati, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad dictam Eccleſiam die, quo lapidem ædificationis poſuerimus, acceſſerint, quadraginta dies, & alios quadraginta dies omnibus in operibus dictæ Eccleſiæ conſtruendæ, qui manum ſuam porrexerint adjutricem, de injuncta pœnitentia, & devote recepta eis miſericorditer in Domino relaxamus.

Datum apud planum Caſtagnium die 5. Septemb. intrantis 1275. indict. 4.

19 (a) MARCUS * David ſucceſſit ann. 1283. 10. Kal. Januarii a Martino IV. cujus erat à ſacrificiis, electus poſt diutinam vacationem. Namque defuncto David, Capitulum elegit fratrem Donatum de Caſtello Ordinis Minorum, qui renuit acceptare; iterum fr. Nicolaum de Lonatero ejuſdem Ordinis poſtulavit; haud electionem Pontifex confirmavit: iterumque Capitulum quemdam fratrem Rufinum Mediolanenſem ejuſdem Ordinis Minorum elegit, qui electioni noluit conſentire. Tunc Martinus Papa hunc ex Canonico Aſſiſinati de plenitudine poteſtatis delegit in Epiſcopum, ut habetur in epiſtola 103. fol. 149. anni 3. in regeſto Vaticano. Hic anno 1286. interfuit, dum Margharita Comitiſſa Suanæ, filia Comitis Aldobrandini iiſdem caſtellis, terriſque juriſdictionis S. Anaſtaſii trium Fontium inveſtiretur. Cujus rei recognitio facta fuit in Orbetello trium Fontium juriſdictionis oppido, ut ex ſequenti perſpicitur inſtrumento, ex originario ejuſdem cœnobii extracto. XXI.

* Ex App. tom. 5.

In nomine Domini. Amen.

Hoc eſt exemplum cujuſdem publici inſtrumenti, cujus tenor talis eſt. In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto Pontificatus domini Honorii Papæ Quarti, anno ejus primo, indictione quarta decima menſis Martii die undecima in præſentia magiſtri Henrici de Orbetello notarii, & me Juſtum de Juſtino, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ publici notarii, teſtiumque ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum.

Illuſtris, egregia domina Margarita Comitiſſa in Tuſcia Palatina, filia, & heres quondam illuſtris viri bon. memoriæ domini Aldobrandini Comitis Tuſciæ Palatini de Suana, ſua bona, & libera voluntate, præſente venerabili patre domino Martino Abbate venerabilis monaſterii S. Anaſtaſii de Urbe, quod poſitum eſt ad aquam Salviam, & D. Joanne Bove monacho ſyndico, œconomo, & procuratore dicti monaſterii S. Anaſtaſii de Urbe, quod poſitum eſt, &c. & conventus ejuſdem, ſicut de ipſius œconomatu apparet manu mei teſtium infraſcriptorum notarii publicum inſtrumentum, & infraſcript. recipientibus, & ſtipulantibus, nomine, & vice ipſius monaſterii, & pro eo confiteris, & recognoſceris infraſcripta civitas, caſtra,

(1) Circa Davidis familiam vera videtur eſſe celebris Celſi Cittadini opinio, qui eam credit, ſiliam Uguccionis Bandini, qui procul dubio de Patriciorum erat familia. Ipſe [illegible] Avi nomine [illegible] litteram B. in D., [illegible] temporibus illis maxime nobiles Populares, ut erat Gens Pannilla, [illegible], Caroli [illegible] refert Gigliius in diario Senæ [illegible] falſum eſſe putamus, qui [illegible] Senenſibus tempore Epiſcopi Davidis Carolum fuiſſe infenſum, noſtraſque haud peragrans regiones, & tunc Senenſes non habuiſſe Lupam [illegible]. Benevolentius.

(2) Per hæc tempora Suanenſis Præſul dicitur fuiſſe [illegible] Ordinis Carmelitarum, de cujus tamen tum ſanctitate, tum promotione cum nihil certi habeatur, pleniorem expectandam notitiam optime cenſent Collectores A. [illegible] in Append. ad diem 1. Maii.

ſtra, & loca, & jura proprietatis, & dominii eſſe, & pertinere ad monaſterium ſupradictum, & ea locata fuiſſe, & pertinuiſſe ad dictum Comitem Aldobrandinum patrem ſuum, & ſubſequenter ad ipſam D. Margharitam Comitiſſam ex forma, & titulo locationis, ſeu emphyteuſis facta quondam eidem patri ſuo per venerabilem, & religioſum virum D. Eliam ſyndicum, monachum, & legitimam perſonam ac ſupradictu nomine ipſius monaſterii, & conventus ejuſdem, & pro ſe, ut de dicta locatione, ſeu emphyteuſi apparent duo inſtrumenta, unum manu Angeli Leonardi notarii de Suana, & aliud manu Nicolai Philippi Sbis de Urbe, quorum tenor talis eſt.

In nomine Domini. Anno milleſimo, &c. ut ſupra.

Idcirco cum dicta domina Margharita Comitiſſa voluerit ad plenum ſatisfacere, & integraliter obedire juri, ac contractus, locationem prædictam ſua bona, &c. voluit, & promiſit prædicto domino A. & dicto domino Joanni Bove monacho ſyndico, œconomo, & procuratori dicti monaſterii, & proco attendere, & obſervare omnes tenores locationis prædicta, & in manibus dicti A. tactis ſacroſanctis corporaliter Evangeliis, ſacramentum fidelitatis præſtitit in iis verbis.

In nomine Domini. Ego Margharita Comitiſſa in Tuſcia Palatina, filia, & hæres illuſtris viri bonæ memoriæ domini Ildebrandini de Suana in Tuſcia Comitis Palatini, vobis venerab. patri domino Martino Abbati monaſterii ſancti Anaſtaſii de Urbe, quod poſitum eſt ad aquam Salviam, Ciſtercienſis ordinis, & vobis domino Joanni Bove monacho ſyndico, œconomo, & procuratore dicti monaſterii præſentibus recipientibus nomine, & vice ipſius monaſterii, & conventus ejuſdem, & pro eo juro per ſancta Dei Evangelia, quod ab hac hora, uſque ad ultimum diem meæ vitæ, in omnibus fidelis ero ipſi monaſterio A. atque conventui eorundem, & veſtris ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis, & obſervabo in hoc omnia, & ſingula capitula, quæ ſub ſacramento fidelitatis de jure, vel conſuetudine comprehenduntur, de quibus omnibus, & ſingulis capitulis dicta domina Margharita Comitiſſa certiorata fuit per dictum dominum Abbatem, & per notarium infraſcriptum omnibus, & ſingulis dictis capitulis eidem D. ſingulariter, & ſpecialiter enarratis. Item prædicta domina Margharita Comitiſſa præſentialiter ſolvit prædicto domino Abbati, & prædicto procuratori recipientibus nomine monaſterii pro libris quadraginta libras proviſinorum Senatus ſolvendas in ipſa revocatione ſacramenti fidelitatis ex forma, & occaſione locationis prædictæ, quod pretium ſolutum fuit in ea bonitate & valore ſecundum tempus contractus antedicta locationis, de quo pretium eſt ſupradictum, prædicti Abbas, & œconomus nomine dicti monaſterii ſe bene quietos, & pacatos vocaverunt, & exceptis non renovati fidelitatis non ſolutis, & non receptis pretium, & exceptionem doli, & in factum, & in fine res non ſic geſta, reique non expreſſa, & omni alia exceptione, quæ contra prædicta tueri ſe poſſet, & inſuper prædictus D. Abbas, & œconomus nomine dicti monaſterii, & conventus ejuſdem ratificaverunt, & confirmaverunt prædicta domina Margharita Comitiſſa legitime ſtipulantes totum dictum contractum locationis facta prædicto quondam patri ſuo per dominum Eliam monachum, & œconomum monaſterii prædicti de omnibus, & ſingulis in dicto contractu contentis cum clauſulis ſuis omnibus, & tenoribus, ſicut ſcriptum apparet per manum magiſtri Angeli Leonardi notarii, & per manum Nicolai Philippi notarii ſupradicti, quatenus ipſe Abbas, & œconomus ex forma dicta locationis confirmare poterant, & debeant, ipſaque domina, ipſarum rerum, & jurium poſſeſſ. confirmaverunt, ſalvo tamen, & præſtato ſemper, ac reſervato prædicto monaſterio, & conventui ejuſdem monaſterii omnia jura, ſi quod ſibi competit, vel competere poſſit in iis, & pro iis terris, caſtris, rebus, & juribus, quæ citra formam prædictæ locationis juramentum in alios devoluta, alienata quomodolibet, vel diſtracta, & in omnibus iis, in quibus verbum eſſet contra formam locationis prædicta. Ita quod ex ſuorum reſignatione contractus, & aliàs, quæ ſupra dicta, ſicut nil plus non juris adiiciantur, vel acquirantur prædicta domina Margharita Comitiſſa rebus, & juribus in locatione contentis, vel aliquid earum, niſi eatenus, quatenus conſiſtebat ante confirmationem prædictam, ex forma locationis prædicta, & domina Margharita Comitiſſa prædicta ſubſequenter proteſtata eſt, quod non intendit, neque conſentit; quod per proteſtationem prædictam dicti domini Abbas, & conventus fecit ſibi præjudicium in rebus locatis, ſive in locatione conceſſis, rogans prædicta domina Comitiſſa per ſe, vel per procuratorem ſuum in aliquo factum eſſe, vel non, cum vel non alienatum aliquid, vel diſtractum contra formam, tenorem, pactum, ſeu conventionem contentam in inſtrumento locationis prædictæ, quæ omnia, & ſingula, ut ſupra dicta ſunt prædicti D. Abbas, & conventus ejuſdem pro ſe ipſis, & eorum ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis, prædicta domina Margharita pro ſe ipſa, & ſuis hæredibus de jure ſucceſſivis in prædicta locatione, & emphyteuſim ſecundum formam contractus ejuſdem ad invicem promiſerunt, & ſolemnem ſtipulationem ſicut attendere, vel obſervare in nullo modo, vel ingenio contra devenire ſub obligatione omnium bonorum dicti monaſterii, ac ſub obligatione bonorum omnium dicta domina Comitiſſa Margharita, & ſub pœna in dicto contractu locationis contenta, quæ ſoluta, vel non, nihilominus, quæ ſupradicta ſunt, in ſuo robore perſeverent.

Actum Orbitelli in palatio veteris arcis prædictæ, præſentibus venerab. patre domino Marco Epiſc. Suanenſe: Domino Joanne de Urbe veteri Abbate Pontii. Domino Ildebrandino præpoſito Groſſeti. D. Gualterio . . Nicolao Amici de Monte alto. D. Ugolino canonico de Aſſiſio Fidenna de Starchelaſt. &c. teſtibus ad hoc vocatis, & rogatis.

Ego Juſtinus Juſtini, Dei gratia, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſcriniarius, quia prædictis omnibus interfui, prædicta ſcripſi, & una cum magiſtro Henrico prædicto in publicam formam redegi rogatus, de quibus omnibus compi obavi duo publica inſtrumenta, unum . . . apud dictam dominam Comitiſſam, & alium apud Abbatem, & œconomum prædictos ſimilium, & ejuſdem tenoris, dictos magiſter Henricus manu ſua publica ſimiliter de prædictis condidit inſtrumentum, quod D. Abbati, & œconomo, & procuratoribus prædictis in mea præſentia aſſignavit.

Cæterum Comitiſſa Margharita cum abſque conſenſu Abbatis S. Anaſtaſii, Pontificiſque divendidiſſet quædam caſtella, cumque Vvidone comite S. Floræ affini ſuo haud cito tranſiſſet ad ſecundas nuptias, VIII. Bonifacius juſta ira excanduit, illamque omni feudo exutam hac ſequenti bulla declaravit. Sed cum interim Pontifex fato ceſſiſſet, ex illa rerum converſione, Margharita ſuo iure uſa eſt; atque deinde ad rempublicam Senenſem tranſiecunt, ex iterata inveſtitura, ut vocant, Monachorum, atque Abbatis S. Anaſtaſii.

BONIFACIUS EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Officii debitum illius nobis diſpoſitione præmiſſa, cujus imperio ſubjacent univerſa . . . officioſe proſequamur, cum in omnibus actibus per viam rectitudinis ambulamus, nunc ſubditorum jura fovemus, nunc eorum caſtigamus exceſſus, prout qualitas negotiorum emergentium requirit, & ex ore ſedentis in throno procedat gladius bis acuminatus, quod contra juſtitiam nulli parcat, unicuique tribuat, &c. Dudum ſiquidem ad audientiam noſtri Apoſtolatus fuit tam ex famoſa inſinuatione, quam ex plurium teſtimonio fide dignorum deductum, quod Margharita filia quondam Ildebrandini Comitis in Tuſcia Palatini, olim noſtra, & Romanæ Eccleſiæ Vaſſalla Roſſellenſi, & Groſſetan. civitati, & comitatus ipſarum cum pluribus caſtris, villis, terris, poſſeſſionibus, bonis immobilibus, & eorum pertinentiis, in feudum ab eadem Eccleſia, necnon civitatis Anſidonia cum quibuſdam partibus maris, caſtris, terris Ciſtercienſis ordinis Eccleſiæ prædictæ juſto ſubiecto jure locationis, & emphyteuſim tenerent, & tenuiſſent progenitores ipſius

tem-

temporibus retroactis, ipſa tamen Margharita contra dictam Eccleſiam, quam potius tenebatur prompta devotionis ſtudio revereri, calcaneum præſumens erigere graves adverſus eam commiſerunt fellonias, & exceſſus enormes, pluraque ex bonis hujuſmodi ad Eccleſiam, & monaſterium prædictum ſpectan. donare, alienare, diſtrahere, & diverſis modis transferre in alios temere attentarat Apoſtolica ſede, & Abbate, & conventu dicti monaſterii penitus inconſultis, & qui fellonia exceſſus venditionis, donationis, alienationis, diſtractionis, & translationis hujuſmodi forent adeo publici, & notorii, præſertim in illis partibus, quod nulla poterant tergiverſare. . . . . . . examinatione, de qua indigebant: nos tamen intendentes in iis cum debita maturitate procedere veſtigia ſequendo illius, cujus vices in terra gerimus, dicentes: deſcendam, & videbo utrum clamantem, qui ad me pradicit opere complementum, cum aollemus, prout etiam vero debebamus talia ſub diſſimulatione transferre, ne videremur exceſſus hujuſmodi relinquere damnabiliter currere, & ejuſdem Eccleſiæ jura deſerere, qui juxta paſtoralis officii debitum aliorum juſtitiam defenſamus ex ſuperabundanti non recedendo per hoc a via venerabili fratri noſtro I. Epiſcopo Civitatis Papalis per literas noſtras commiſimus, ut ipſe ſuper iis, & aliis exceſſibus, qui de Margharita præfata, nobis renunciari ſervare de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii veritatem diligenter inquireret, & quam ſuper iis inveniret, nobis referre fideliter procuraret. Idem vero Epiſcopus ad partes ſe perſonaliter conferens, tam per confeſſionem ipſius Margharitæ, quam inſtrumenta publica. & alia documenta, ac inquiſitionem quam fecit ſuper præmiſſis, juxta formam ſibi traditam diligentem invenit, quod dudum bonæ memoriæ R. Epiſcopus Spoletanus a felicis recordationis Martino Papa Quarto prædeceſſore noſtro ad eandem Margharitam transmiſſis oſtendiſſet eidem exemplaria ſcripta de regeſtis in libro cenſuali dictæ Eccleſiæ. Inſtrumentorum, & literarum de infeudationibus factis progenitoribus ejuſdem, ac Margharitæ per Romanos Pontifices de civitatibus, comitatibus, caſtris, terris, & bonis, prædiis conceſſorum in fundum, in quibus etiam iidem progenitores expreſſe recognoverant ſe pradd. fuiſſe vaſſallos Eccleſiæ prælibatæ Margharita præfata in ipſius Epiſcopi præfati præſentia dictorum progenitorum ſequens veſtigia recognovit civitates, & conventus prædictos cum eiſdem caſtris, vallis, diſtrictus plano, juriſdictione, redditibus, & pertinentiis eorundem, & nominatim de Baſiano, de Plano Caſtagnati, Aſpuculi, Mucus, & Perme caſtra ad eandem Eccleſiam pertinere, eaque dictum pretium, & progenitores ipſius in fundum ab eadem Eccleſia tenuiſſe, dictuſque Epiſcopus Spoletanus ejuſdem Eccleſiæ nomine, prout ſibi fuerat per eundem prædeceſſorem injunctum, tunc eam Margharita de civitatibus, comitatibus, caſtris, vallis, & aliis ſupradictis, quæ dicti procuratores taliter ab Eccleſia memoratam tenuerant per cappam argenteam inveſtivit, ipſamque ſibi recipienti nomine ipſius Romanæ Eccleſiæ pro iis fidelitatis præſtitit juramentum. Invenit quoque præfatus Epiſcopus Civitatis Papalis, quod Abbas, & conventus, qui tunc erat dicti monaſterii præfato Ildebrandino recipiente pro ſe, ſuiſque filiis maſculis, & nepotibus, & eiſdem filiis ac legitimo matrimonio genitis: ita quod ſi non haberet filios maſculos, vel nepotes, prorogaretur hujuſmodi contractus ad dictam Margharitam, & ejus filios maſculos dictam civitatem Anſedoniam, cum porto, qui nominatur Fenilia, & portu, qui dicitur Herculis juxta montem Argentarium, necnon montem totum, qui dicitur Lilium, caſtrumque in ipſo exiſtens inſulam vocatam Jonnits, & montem prædictum, qui appellatur Argentarius, cum caſtro in ipſo monte Argentario poſito: caſtra inſuper Orbetelli, cum magno ſtagno circumpoſito, Maſſilianum, Altricoſta, Capulbi, Montis acuti, Eunte, & Serpena cum omnibus juribus vaſſallorum, bannimentis, forfacturis, & pertinentiis ſuis, locationes, emphyteuſis titulo conceſſerunt, pro quibus

A idem Ildebrandinus primo, & eo poſtmodum viam univerſæ carnis ingreſſus, eadem Margharita ſtudio præfati monaſterii pro eodem monaſterio recipiens fidelitatis præſtitit juramentum. Reperit inſuper Epiſcopus Civitatis Papalis jam dictus, quod quamvis eadem Margharita ſuis exceſſibus ab ea commiſſis, juraſſet parere mandatis noſtris, ipſa tamen hujuſmodi, & prædicto alio fidelitatis in manibus dicti Epiſcopi Spoletani . . . . . conſtituo, ut committitur juramenti; damnabiliter vilipenſis, tanquam propriæ ſalutis oblita adverſus eandem Eccleſiam rebellarat, adhærendo quondam Guidoni de ſancta Flora ejuſdem Eccleſiæ publico inimico, cum eo copulando amicitias, & confœderationes faciendo, ſeque cum ipſo in caſtro Pitiliani per exercitum noſtrum obſeſſo incaſtellando, & recludendo, ac trahendo eidem terras, & arces gubernandi, & defendendi ipſa contra nos, & omnes, qui ea vellent noſtro, & dictæ Eccleſiæ nomine impugnare. Quodque propterea Margharita prædicta multa de caſtris, & terris prædictis, ac aliis, quæ ab Eccleſia, & monaſterio prædictis, ut præmittitur, tenebat, alienarat, & diſtraxerit ſede prædicta, ac ipſius Abbate, & conventu præſcriptis, & penitus inconſultis, omnia namque caſtra, & terras habitatas, & inhabitatas comitatum prædictorum, & omnia jura ſibi competentia in eiſdem memorato Guidoni propter illicitas nuptias, quas cum eo, cui erat tertio conſanguinitatis gradu adſtricta, de facto contraxerat committendo ante, & poſt hujuſmodi nuptias crimen inceſtus publice cum eodem in dotem duxerat concedendum, dictam vero civitatem Suanenſem, necnon Saturni, & de Montebano Henrico dicti loci de ſancta Flora, & plani Caſtagnari, & Pemie prædicta, ac Moncojani caſtra cum eorum juribus, & pertinentiis Bonifacio ejuſdem loci de ſancta Flora comiti vendiderat, dederat, ac tradiderat pro certa pecuniæ quantitate, prout hæc omnia ex recollectione dicti Epiſcopi Civitatis Papalis facta nobis fideliter, ac peracta ipſiuſmet ſuper iis habita collegimus evidenter. Cum itaque Margharita prædicta per eundem Epiſcopum Civitatis Papalis fuerit de mandato noſtro citata, & per procuratorem idoneum comparere legitime coram nobis cum omnibus actis, juribus, & munimentis, ac defenſionibus hujuſmodi negotium contingentibus ad oſtendendum, & docendum de jure ſuo, ſi quodam civitatibus, comitatibus, & aliis prædictis, quæ ab eiſdem Eccleſia, & monaſterio præmiſſis tenuerat, crederet ſe habere, ſeque defendendum, & reſpondendum ſuis prædictis fellonis, & exceſſibus per eam perpetratis, & faciendum, & accipiendum in iis omnibus, quod juſtitia ſuaderet, necnon ad noſtram ſuper præmiſſis ſententiam audiendo, & pro eo Bartholus Stephanucci de caſtro ſancti Laurentii Urbevetanæ diœceſis procurator ipſius, cum advocato ſuo ad præſentiam noſtram acceſſerit, & nihil rationabiliter propoſuerit, vel etiam alligare in excuſationem ipſius, prædictis omnibus debita meditatione penſatis; volentes tam Eccleſiæ, quam prædicti monaſterii jura ſervare, dictamque Margharitam circa hujuſmodi ſuorum exceſſuum qualitatem præmiare, Margharitam eamdem, ac omnem poſteritatem ipſius dicto ejus procuratore præſente ex præmiſſis, & aliis cauſis legitimis, quæ ad id animum noſtrum movent hujuſmodi fiendo civitatibus, caſtris, vallis, portibus, bonis, juribus, juriſdictionibus, & aliis prædictis, quæ Margharita, & ejus progenitores prædicti tenuerunt hactenus ab Eccleſia, & monaſterio antedictis, omnique jure pertinente Margharita, & poſteritatis prædictis, quomodolibet in eiſdem de fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate privamus, ſeu privatam fore decernimus, & ſententialiter declaramus, pronuntiantes ad eandem Eccleſiam, quæ ab ipſa, & ad præfatum monaſterium, quæ ab illo taliter tenebantur, fore legitime diſſoluta, & nihilominus ea omnia, quæ ad Eccleſiam pertinent ſupradictam ad jus, & proprietatem ejuſdem Eccleſiæ, ſpectantia vero ad dictum monaſterium, ad jus, & proprietatem dicti monaſterii, exigente juſtitia revocamus ſuper iis omnibus Margharita, & ejus poſteritati prædictis perpetuum

ſilentium imponendo. Nulli ergo, &c. noſtræ privationis, conſtitutionis, declarationis, permutationis, revocationis, & impoſitionis infring.ere, vel ei auſu temerario contraire Si quis autem, &c.

Datum Laterani 6. Id. Martii, Pontificatus noſtri anno IX.

XXII. 20 LANDUS Suanæ Epiſcopus conſecrationi Eccleſiæ Abbatiæ fontis Laureati in Neapolitano regno interſuit, cum aliis pluribus Epiſcopis anno 1298. ut in chron. Foſſæ novæ narratur, eodemque anno translatus fuit ad Eccleſiam Nolanam Kal. Maii.

XXIII 21 Fr. MONALDUS Monaldeſcus Urbevetanus Ordinis Minorum, electus anno 1298. X Kalendas Februarii, ex regeſto Vaticano, epiſtola 418. fol. 26. de quo in 6. Tomo hujus noſtræ narrationis.

XXIV 22 ZAMPUS a Plebanus Eccleſiæ de Fighino, electus anno 1302. 4. Idus Decembris, ex regeſto Vaticano epiſt. 445. fol. 272. anno nono, obiit 1312.

a De eo Vgurgerius in Pompis Senen vol 1. Monald.



XXV. 23 TRASMUNDUS Monaldeſcus Urbevetanus, Ordinis Prædicatorum, Suanæ Epiſcopus anno 1312. ſexto Id. Maji, ex regeſto Vaticano, epiſtola 352. fol. 71. anno 7. Clementis V. Hic contra Abbatem S. Salvatoris de monte Amiato ad Theodoricum Cardinalem legatum appellavit, ob juriſdictionem plani Caſtanearii 1327. qui omnem litem diremit, ex cenſura quondam Davidis Ciſterçienſis Suanæ Epiſcopi Traſmundi anteceſſoris.



XXVI 24 Fr ALEMANNUS de Donatis Florent. ex Ordine Minorum, nobiliſſimus, ac doctiſſimus homo, in Suanenſem Epiſcopatum ſucceſſit an 1330. atque ad duodecim annus pie, ſanteque prædictam adminiſtravit Eccleſiam. Deinceps vero, hoc eſt anno 1342. ad Epiſcopatum Mutinenſem in Inſubria translatus eſt.

XXVII. 25 Fr. NICOLAUS Siculus Meſſanenſis, Ordinis Carmelitani, Epiſcopus electus eſt 1342. die XIV. Kalendas Auguſti, ex regeſto Vaticano 34 epiſtula 135. Obiit anno 1362. Hujus fratris Nicolai temporibus, Abbas S. Anaſtaſii trium Fontium iiſdem oppidis inveſtivit Anaſtaſiam Comitiſſam

A Vidoneinque maritum, eorundemque filios, Comitiſſæ illius Margharitæ proſapiam, quæ ſub Bonifacio IX. ex temeraria præſumptione ab illis deciderat, ut ſupra ſcripſimus. Hujus rei documentum tale eſt, ex cod. m. tabularii.

In nomine Domini Amen.

Anno Domini milleſimo treceteſimo quinquageſimo octavo, tempore D Innocentii Papæ ſexti, indictione undecima, menſis Maii die decima, in præſentia mei notarii, & teſtium ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum. Reverendus pater dominus Bernardus Abbas monaſterii ſancti Anaſtaſii ad aquam Salviam prope Urbem Ciſtercienſis ordinis, una cum fratre Nicolao de Urbe priore, & monachis, & converſis eiuſdem monaſterii, videlicet fratre Benedicto, fratre Joanne de Orbetello Sacriſta, fratre Jacobello de Urbe, fratre Bernardo Olezene, & Paulo de Urbe converſo in domum dicti monaſterii in Urbe, & regione ſancti Marci ad ſonum campanellæ, ut moris eſt, conventualiter congregati ad infraſcriptam locationem, & revocationem propriis, liberis, & ſpontaneis voluntatibus, B *& ex certa eorum ſcientia pro majori commodo, & utilitate ipſius domini Abbatis, & conventus, & monachorum eorum, ac quia ex parte tenentur dictum revocationem locationis præfatæ facere, ut patet publico inſtrumento locationis, ſeu revocationis de infraſcriptis terris, civitatibus, atque caſtris eumſuis pertinentiis, & utilitatibus per Abbatem, & conventum qui erant tunc temporis celebratis & factis, ac ſcriptis per inſtrumentum . . . de Urbe, & Henricum de Viterbio nominatum notarios præfati domini Abbatis, prioris, & conventus eiuſdem monaſterii, & concorditer ipſorum nemine diſcordante pro ſe ipſis, & aliis abſentibus, ac ſucceſſoribus eorum omni modo, & jure, quibus melius poſſunt & noverunt fecerunt, conſtituerunt, creaverunt, & ordinarunt eorum veros, & legitimos, & generales procuratores, actores, factores, & defenſores, negotiorum geſtores, ac nuncios ſpeciales, vel ut melius de jure debet, & poteſt religioſos, & honeſtos viros Berengarium, Garda dicti D Abbatis, & Burſarium dicti monaſterii ſancti Anaſtaſii præſentem, & fratrem Joannem Maraffe de Urbe Abb S. Anaſtaſii de* C *Monte alto, & Joannem de Corneto Abbatem ſancti Juſti de Tuſcanella, & quemlibet eorum in ſolidum. Ita tamen, quod unus inciperit, alter poſſit proſequi, & facere abſentes, tanquam præſentes ad locandum, & concedendum magnificis viris DD Udebrandino, Nicolao, & Gentili de filiis veſtris germanis fratribus Comitibus Palatinis, filiis, & hæredibus, ac legitime ſucceſſoribus quondam magnifici viri Guidonis de filiis veſtri Palatini Comitis, ad quos virtute dictæ locationis ipſa locatio, & renovatio dictæ locationis infraſcriptarum terrarum de jure, & parte devenit, & pertinet relocanda, & renovanda, & ipſam locationem, & renovationem eiuſdem locationis a tempore, vel poſt obitum. quorum dominæ Anaſtaſiæ Comitiſſæ, aut uxores ſuæ in inſtrumento renovationis factæ, quibuſdam domini Beraldo, & Guidoni Comitibus Palatinis filiis dictæ dominæ Anaſtaſiæ Comitiſſæ continetur, quam quidem locationem, & renovationem præfati domini Ildebrandini, Nicolaus Gentilis Comites Palatini pro ſe ipſis, ſeu alter eorum, aut procuratori, & legitimæ perſonæ veſtræ recipiendi, ut inferius continetur infraſcriptas terras, civitates, & ca-* D *ſtra vacantia prædia, & loca, in quibus dudum fuerunt civitates, & caſtra, & modo ſunt diruta muralia, & inhabitata, facta pro parte ipſarum terrarum, & ſpecialiter civitatem, quæ dicitur Anſidona, cum portu, qui nominatur Fænilia, & portu, qui dicitur Herculis, juxta montem Argentarium, nec non montem totam, qui dicitur ſolum caſtrum in ipſo exiſten. ab ipſo mare verſus pelagum milliaria centum maris, & jus navigandi, & piſcandi per ipſum mare, & inſulam vocatam Jannuti, & montem prædictum, qui appellatur Argentarium, cum caſtro in ipſo monte Argentario poſito, & mare juxta ipſum montem verſus pelagum per alia centum milliaria, & jus navigandi, & ſimiliter piſcandi per ipſum mare, caſtra inſuper Orbetelli, cum ſtagno, cum portu, Marſiliam, Tricoſte, Capalbi, montis Acuti, & montis Ruti, & Sterxere cum omnibus juribus vaſſallorum bannis, forſacturis, angariis, & pangariis, & cum terris cultis & incultis, nemoribus, ſilvis, & pratis, paſcuis, paludibus, ma-*

len-

lendinis, fontibus, rivis, ſaltuis, ſtagnis, lacubus, portibus, mœniis, & argentariis, ac omnibus aliis uſibus, utilitatibus, & pertinentiis eorundem, quæ omnia infraſcriptis ſuis finibus concluduntur, ab uno latere eſt pelagus maris magni, ab alio latere fluit aqua, quæ vocatur Elſa per pedem montis Artiſti, & vadit per peſcinam, & deinde fluit in Dœmanum, & Aburanola mare magnum prædictum, & cum omnibus, & ſingulis, quæ infra prædictos continentur confines, vel alios. ſi qui veriores invenirentur prædictarum rerum fore confines, exceptis tamen Eccleſiis, oratoriis, & piis locis, & eorundem tenimentis, poſſeſſionibus, bonis, & iuribus conſiſtentibus infra confines prædictos, exceptis caſtro Sterquilatii, & Abbatia de Sylva prædicti ordinis, cum hominibus, & vaſſallis, & iuribus, & tenimentis, poſſeſſionibus, arboribus, pratis, paſcuis, moleadinis, aquis, rivis, paludibus, bannis, & forfacturis, & omnibus aliis bonis, juribus, pertinentiis eorundem caſtrorum Starquilatii, & Abbatiæ de Sylva, quæ omnia ſic exempta, & excepta ad dictam monaſterium ſpectantia prædicti Abbas, conventus, & procuratores in hujuſmodi emphyteuſim voluerunt includi, ſed una ſibi, & prædicto monaſterio quoad omnimodam proprietatem, & poſſeſſionem reſervarunt expreſſe pro ſe ipſis, & ſuis filiis maſculis, & nepotibus, & ſe ipſis, & quolibet ipſorum de legitimo matrimonio procreatis, ita quod ſi non habuerunt filios maſculos, vel nepotes, ut eſt dictum, quod dicta locatio, ſive renovatio, & contractus ipſius locationis in emphyteuſim prorogetur ad filias fœminas, cuilibet dictorum fratrum, & filios ipſorum maſculos legitimos, ita quod unus alteri ſucceſſive ſuccedat uſque in tertiam generationem prædictam pro cenſu, & redditu dictarum rerum locatarum quindecim librarum bonorum proviſivorum Senatus per prædictos Comites Ildebrandinum, Nicolaum, & Gentilem, & eorum ut prædicitur ſucceſſive quolibet anno in feſto ſancti Anaſtaſii debenda, & in ipſo monaſterio ſolvendarum, & ad recipiendum a prædictis comitibus, & quolibet eorum promiſſionem, & obligationem bonorum omnium eorundem de ſolvendo omni anno in dicto feſto ſancti Anaſtaſii dictis DD Abbati, & conventui monaſterii prædicti cenſum, & redditum antedictam quarundam librarum proviſivorum Senatus, & in monaſterio prælibato . . . ad ſacramentum, ut eſt hactenus conſiſtentium de obſervando, & manutenendo omnes terras, & caſtra, promiſſiones, & capitula in dicta locatione contenta, & etiam ad locandum, ad firmandum, vel in extallum concedendum ad quinquennium tantum caſtrum Colignoli dicti monaſterii, & totum ſitum tenimentum pro dicto quinquennio tantum, cuicumque eorum videbitur, & placuerit pretio, vel cenſu, quo poterunt meliori, & ipſius conſenſu, ſeu redditum recipiendum, & de ipſis quietationem faciendam, cum omnibus clauſulis opportunis, & ad inveſtiendum ipſos conventus, ſeu eorum procuratores pro iis de dictis rebus locatis, & ad confitendum ſe nomine dictorum Comitum dictas res locatas, ſub pœnis in inſtrumento locationis contentis tenere, & perpetuo poſſidere recognoſcendum, & generaliter ad omnia alia, & ſingula faciendum, & recipiendum, quæ in prædictis, & quolibet non fuerunt opportuna, & etiamſi mandatum aliud requireret ſpecialiter, & qui ipſi DD. Abbas, & prior, & conventus ejuſdem facere poſſent, & deberent, ſi perſonaliter intereſſent, dantes, & concedentes nomine ſupradicto, dictis vero œconomis, & procuratoribus in prædictis, & circa prædicta, & quolibet eorum plenum, & generalem poteſtatem, & adminiſtrationem, & ſpeciale mandatum promitten nomine quo ſupra ſeratum, & firmum habere quicquid prædictos œconomos, & procuratores in prædictis, & quolibet eorum actum, factum, geſtum, procuratum, locatum, adminiſtratum, ſeu conceſſum . . .

. ſub obligatione omnium bonorum dicti monaſterii mobilium, & immobilium, præſentium & futurorum, & pœna mille marcharum auri, qua pœna ſoluta, & c hæc omnia in ſua maneant firmitate

Actum Romæ in domo præfati monaſterii in regione S. Marci præſentibus iis teſtibus, ſcilicet D Laurentio Aegidii Angelerii, Simone fratre eius, & Buccio Tacobuono omnibus de Urbe de regione S Marci.

Ego Jacobus Paulini de Albericis civis Romanus Imperiali auctoritate notarius, quia prædictis omnibus interfui, & ſcripſi, & publicavi rogatus.

XXVII. 26 PAULUS * de Baccetiis Hetruſcus, ut ex ejus literis ad Rempub. Senenſem notatur, Suanæ Epiſcopus anno 1362 Monachos Amiatinos & ipſe de juriſdictione litibus divexavit, quæ demum ex Davidis Ciſtercienſis monachi, ejuſdem civitatis Epiſcopi cenſura, laudeque diremptæ fuiſſe, ut ex prolixo inſtrumento videre eſt in archivio Amiatinæ Abbatiæ. Obiit anno 1367. * Ejuſdem forte gentis fuit ſæpe, & ſæpius à me, non ſine honore laudatus Abbas ille Nicolaus Baccetius Florentinus, meus olim in humanioribus litteris perhumanus præceptor, & ob ſimilitudinem ſtudiorum, geniique mei conjunctiſſimus, qui anno jam elapſo, octuagenario major, non ſine eruditorum hominum luctu in patria defunctus apud ſuos jacet humatus, relinquens poſt ſe vivaciſſimi ingenii ſui monumenta, quæ extant M S. in Cœnobio S. Mariæ Magdalenæ de Ciſtello Ord. Ciſtercienſis, ſcilicet, *De jure Hiſtorico Diſſertatio; decem ſcriptorum, qui in Italia centum annorum ſpatio Latina eloquentia floruerunt, Elogia X Cenſura literaria ad aliquot illuſtrium Auctorum obſcuriora loca. De bello Semifontano commentarium. De riſu Abrahæ exceſſoris contemplatio. Adamus ſoporatus. Parœneſis ad priſtinum decorem monaſticam. Armata Pallas, ſive de divina, ac ſcholaſtica laudibus oratio. Oratio in funere Alexandri Ateſtini Principis S.R.E. Cardinalis. Supplex libellus pro Monaſterio Ciſtelli ad Urbanum VIII. Pont. Max. Oratio habita in turbalenſis Comitiis. Lapinella lezione ludricoſeria recitata nell' Accademia degli Svogliati. Præfatio in Florentinam Hiſtoriam ad Ferdinandum Secundum magnum Hetruriæ ducem. Porro Epitome Hiſtoriæ Florentinæ ab urbe condita complectitur decem libros abſolutos: undecimus eſt imperfectus, & mancus. In qua Hiſtoria deeſt temporis ſpatium trecentorum annorum, Auctor enim pervenit uſque ad annum noſtræ ſalutis 1339. quo tempore callida pactione Lucenſium urbem Florentinis licitari valuit Maſtinus Scaliger. Epiſtola, & orationes multa*. Hic ego ne ingrati animi vitio apud pleroſque laborare videar, ſilentio præterire non potui, quantis ejus ſuaviſſimæ memoriæ adſtrictus ſim beneficiis, cum ille ornatiſſimus ſenex, & præceptor, qualecumque Opus hoc meum laborioſiſſimum proſequendum non modo excitaverit verbis, verum pulcherrimis documentis, præceptiſque ſua eruditione digniſſimis, non ſemel per Epiſtolas me currentem impulerit. Teſtis erit inter cæteras clariſſimi præceptoris literas, quæ extant apud me, una quam hic recenſebo, ante quintum ab ejus morte annum data, in qua doctiſſimi ſenis, & præceptoris, humaniſſimi in diſcipulum benevolentia non ad laudem ingenii explicatur. Sic enim ad me ſcripſit Baccetius.

* Ex App. tom. 3.

* Ex App. tom. 3.

FERDINANDO UGHELLO Abbati.

Nicolaus Baccetius Abbas S. P. D.

Non is ego ſum, Ferdinande Ughelle, Abb. digniſs. qui cenſorium ſupercilium intempeſtive indutus, in tuum modo, qua apud pleroſque jam olim inclaruit, eruditionem velim incurrere: non eſt, inquam, tanta ſuperbia victo; tibi plurimum defero, te ſuſpicio, te amo, atque te ſemper is meus ſenſus erit, quem, ne tu ipſe quidem, utcumque coneris, volueris mente fortaſſe percipias. Quia tamen tuis litteris elapſis diebus mihi ſignificaſti (qua tua eſt humanitas) tibi præ manibus eſſe Opus illud egregium DE EPISCOPIS ITALIÆ, *propediem edendum, quodque ſummis laboribus jam olim commolitus es, potuos facturum, ut amico amice ea ſuggererem, quæ vel obſervata ſcribenti aliquam lucem afferrent; vel ſi contigiſſet, irrito inanique conatu ad te deferri (quod tua diligentia, ſolertiaque penſata, facile eventurum animus præſagiebat) ſaltem eiſdem amoris in te mei atque obſervantia certiſſime admonereris. Et primo quidem,* TITULUS *placet, quia brevis, quia dilucidus, quia*

A *plenus, quia plauſibilis. Quæ autem pollicetur præclara magis, & intentiori deinde ſtudio præſtanda erunt: ne Corinthiacis Puellis tantum opus videatur ſimillimum, quæ cum polienda coma, ornandoque capiti omnem operam collocarent, ex levidenſa deinde, pauperoque cultu tota frigebant. Sed nec iam hedera ſpecioſior proſtans, cautis prudentibuſque ſatis commendat Cauponam: & in pumilionibus plerumque offuſo ridemus, barbato, auſtoque vultu puerilia atque a natura propemodum decurtata membra ſubeſſe. Itaque cum operi titulum præfigunt ſcriptores, ipſi ſibi legem indicunt, ea deinceps ex fide narrandi, quæ frons operis ſancte præferre videtur. Igitur cum de Epiſcopis Italiæ opus inſcribis, UGHELLE, ſimul etiam ſpondere videris, te omnium Italicarum Eccleſiarum publicas tabulas perſcrutaturum, privatarumque familiarum, ubi opus fuerit, Diaria, Ephemeridaſque rerum geſtarum revoluturum, quo minus diligentiam tuam quicquam poſſit eludere. Etenim cum plures, honeſtiſſimaque familiæ in Italia per eam* B *dignitatem hactenus inclaruerint, ut magna ab iis initurus gratias, quorum affinium cum laude memineris, ſic, ſi vel unum qualicunque prævaricatione omiſeris, in varios ſermones incurres, tamquam qui minus par tanto operi manus admoveris, vel ſupina quandoque negligentia laboraveris, vel te livida invidia torſerit, quo minus ab affectu liber omnes eiuſmodi dignitate inſignitos referres in commentarios. Vide proinde quanta diligentia, quantoque labore opus eſt, ut ſcriptione ipſa adimpleas, quod titulus munificentiſſime adpromittit. Deinde hæc tua narratio, nec juſta completaque Hiſtoria futura eſt, nec ſimplices æmulabitur Annales, nec ſuccincti commentarii frontem implebit, nec una elogiorum pompa turgeſcet, ſed unum quid ex iis omnibus efflureſcere oportebit, ſi a doctis omnibus haud inſulſi ſcriptoris laudem es relaturus. Completa quippe Hiſtoria Rhetorum pigmenta non reſpuit, narrationem dilatat, concionibus modo rectis, modo obliquis res, quæ in conſultationem cadunt, perurget, explicat conſilia, cauſas gerendarum rerum* C *diligenter explorat, cumque vituperatione laudem commiſcet, ac proinde oratoris modo perſonam ſuſtinet, modo non abſimilis futurus Poetis, ubi vel terreſtres acies explicandæ ſunt, aut maritimum bellum adornandum. Quæ omnia an iſtius narrationis tuæ anguſtia poſſe capere videantur, te ipſum judicem volo, qui in tantarum rerum tranſcurſu, ſatis habiturus es, ſi una temporum præteritorum monumenta ad ipſius veritatis, poſteritatiſque tribunal ſincere deducas. Sed nec Annalium ratio in tuam iſtam narrationem ſatis quadrabit. Etenim cum Epiſcoporum ſeriem perſequaris, vix ſemel, & iterum eveniet, ut ſinguli anni nobili argumento ditati tibi ſcribenti decurrant. Itaque cum in vacua nomina incideris (incides autem perſæpe, quod non omnes pari rerum geſtarum gloria condecorantur) ita hiulcus tuæ narrationis contextus erit, ut neceſſario a ratione Annalium volens, nolens ſis abiturus. Jam commentariorum ſtylo ſi intempeſtive utaris, orationem nudam, ſiccam, ieiunam, macilentamque protuleris, videberiſque aliis potius* D *ſcribendi materiam ſubminiſtraſſe, quam ipſe rerum præteritarum Hiſtoriam perſcripſiſſe. Demum elogiorum ex una laude cothurnata majeſtas minus te deceat: niſi cum titulo operis velis ipſe pugnare. Etenim vana illam tantum ille laudationem, ut elogia faciunt, videtur intexere, qui de Epiſcopis Italicis Hiſtoriam ſcribere profitetur. Quanti igitur laboris opus futurum eſt, ut cum hiſtoricis modo concinne, copioſeque narres, ad Annalium modo ſuccinctam ſobrietatem orationis caſtiges: commentariorum ſimplicitate, brevitatique ampliſſima quæque convolvas, atque elogiaſta ſimillimus dilaudes, ſed non ſordeſcas. Nec interim prolixus Hiſtoricus ſis, nec ieiunus Annalium commolitor, nec in commentariis ſcribendarum rerum fugaciſſimus indigitator, nec elogiorum continentis, effuſaque laude marceſcas? Hoc ſi aſſequare, nobile illud naturæ opus, quod in Apibus vix*

A *ſatis miramur, videberis æmulatus. Quod illæ ſparſæ, palatæque, ineunte Vere, prædabundæ per campos in flores irrumpunt, vitatiſque florum vitiis, quæ ſua cuique radix ingeneraverat, ſolam collectam dulcedinem in favos compellunt: ita tu omnium Hiſtoriæ partium maculis elutis, eximiam undiquaque abſoluti ſcriptoris laudem a doctis omnibus conſequeris. Meropes Tragicus, & Comicorum omnium, extrema linea Roſcius, adeo in ſua quiſque Arte perfecti fuiſſe dicuntur, ut populum, ſpectatoreſque ad miraculum admiratione ſuſpenderent: ii, quas a populo cumulatiſſimas laudes non tuliſſent, ſi non in una tantum referenda perſona, ſed in omnibus ſuſtinendis excelluiſſent? Atque hæ tibi partes (FERDINANDE UGHELLE) implendæ erunt, ut plenior Doctorum urna juſta laudationis in te vertat favorem. Quod ipſum cave, ne ita a me dictum accipias, quaſi qui a ſpe tanta conſequendæ laudis te velim deiicere. Amanter indigitavi anguſtias, ut ex difficultate præclariſſimi ingenii tui vires exacuerentur. Nullibi enim Nauclerus cautius ratem* B *impellit, quam ubi ſe ſenſerit prope ſyrtes, ſcopuloſque curſum tenere. Tenebis autem tu feliciſſime portum, quem tuis honeſtiſſimis laboribus deſtinaſti, ſi conſtanter pergas facere, quod facis, ſi non a temetipſo degeneraveris, ſi iſtam excellentem mentis tuæ aciem hebeſcere non patieris, ſi editionem operis, quo monumenta poſteritatis juvintur, celerius maturaveris; ſi denique præceptoris olim tui, & amiciſſimi ſenis, hoc eſt mei, adhortamenta non aſpernabere.*

Vale Florentia anno a Chriſto nato milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo die ſeptima Octobris.

27 Fr. NICOLAUS de Nola, Ordinis Minorum, Epiſcopus Suanus electus anno 1367. XI. Kalendas Januarii, ex regeſto Vaticano. Cameræ Apoſtolicæ ſolvit debitum Pauli ſui anteceſſoris; neque aliud de eo præterea potui indagare. Obiit anno ſequenti. XXIX

28 ROBERTUS de Raynaldio de Verde Canonicus Nolanus, fratri Nicolao ſucceſſit anno 1369 Kalendis Junii, ex regeſto Vaticano. Hic cum C Avenioni in Gallia moraretur, Nicolai ſui anteceſſoris & ipſe Cameræ Apoſtolicæ debitum ſolvit. Hujus epiſtolam ad rempublicam Senenſem attente legi, in qua ſe prodit amantiſſimum eccleſiaſticæ libertatis. XXX.

29 PETRUS Nicolai Blandebellis Senenſis, Suanæ Pontifex fuit anno 1380. Fores Eccleſiæ Cathedralis fieri fecit, ut teſtatur hæc brevis ibidem appoſita inſcriptio. XXXI

Natus in urbe Sena, & Præſul factus in iſta
Petrus ut hæc Janua ſic fierent, induit.

30 ANTONIUS Monachus Camaldulenſis ad Suaoenſem ſedem aſcendit 1386. 19. Martii, ex lib. proviſ. prælatorum Urbani VI. Deceſſit anno 1390. XX XII.

31 THOMAS Marius (1) Romanus, Anglonæ quondam Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1390. ſexto Idus Octobris. Deceſſit autem 1397. ex lib. Proviſionum prælatorum. Cæterum dum Thomas Suanam adminiſtraret Eccleſiam, D Nicolaus quidam Nolanus ſub titulo Suanenſis Epiſcopi ad Seneoſem rempublicam ſcribit, cujus adhuc epiſtola in archivio Bicherinæ Senenſis aſſervatur. Arbitror igitur hunc Nicolaum ab Antipapa Benedicto fuiſſe ſubiectum in invidiam, odiumque Bonifacii IX. qui Thomam Marinio rite, jureque ad illam ſedem ſubvexerat: quamobrem ſporius ille (ut ſchiſmaticorum ingenia cupidine habendi deflagrant) conqueritur alicubi Suani Epiſcopatus ſibi cenſus non obvenire, quippe cui magis cenſus, quam animarum ſalus cordi eſſet. XXX III.

32 VALENTINUS filius Vanoi Viterbienſis canonicus, ac doctor utriuſque legis, Epiſcopus adlectus eſt anno 1397. 11. Kal. Aprilis, ex lib. Provis. prælat. XX XIV.

33 PETRUS Abbas SS. Andreæ, & Gregorii Romæ ex ordine S. Benedicti, electus eſt ao. 1402. XX XV.

No-

(1) Hunc eumdem eſſe opinor, qui in opere inſcripto, de Capite ſacri Ordinis S. Spiritus auctore Petro Saulnier, dicitur pag. 59. Thomas Luti de Martiis, Epiſcopus Suanenſis (forſan Suanenſis) & pauperes hoſpitalis S. Spiritus de Roma ex aſſe reliquit heredes. Mendoſ.

Nouis Junii. Expiſcari autem non potui, quando hic Petrus deceſſerit, & an ejus electio confirmata fuerit. Reperi enim Antonium, de quo ſtatim narraturi ſumus, in Suanenſem Epiſcopum confirmatum fuiſſe a Martino V. Columna anno 1418. per obitum Valentini. Aut igitur Valentinus Suanam renunciavit Eccleſiam, aut honore Epiſcopatus tempore ſchiſmatis ſpoliatus eſt. Nec item ſatis mihi conſtat, an hic Petrus Suanæ ille Epiſcopus fuerit, an vero Valentinus, qui Romæ anno 1413. die 6. menſis Januarii, juſſu Joannis XXIII. Pontificis contra Huſſitas concilium exorſus eſt, ut narrat Bzovius in ſuis Annal. Eccleſiaſticis. Dabit veniam lector, ſi in tanta vel varietate, vel confuſione rerum veritas invita obviare videatur ſcribenti.

XXXVI 34 Fr. ANTONIUS del Fede Florentinus, ex Ordine Carmelitano, electus fuit ſub XII. Gregorio anno 1414. ejuſque Epiſcopatus iniit poſſeſſionem die 27. menſis Octobris. Crediderim autem hunc Antonium in Suanam Eccleſiam fuiſſe intruſum favore comitum Pitiliani, qui, ut privatæ illorum rationes ferebant, modo has, modo illas partes fovebant. B Etenim tunc temporis adhuc Valentinus vivebat; conſtat tamen ſedato ſchiſmate, inque Conſtantienſi Concilio Martino V. creato, legitime ab eodem Pontifice Suanarum obtinuiſſe Epiſcopatum anno 1418. ſecundo Idus Auguſti, ut ex diplomate dato Gebenis perſpicitur. Eccleſiam S. Georgii montis Marani ſuæ diœceſis conſecravit, ut habet inſcriptio ibidem ad parietem.

Anno Domini M. CCCC. XXX fuit conſecrata Eccleſia S. Georgii Montis Marani per Dominum Antonium de Florentia Epiſcopum Suanenſem die XXX. menſis Octob.

Deceſſit Antonius anno Domini 1434.

XXXVII. 35 JOACHIMUS Suhare presbyter Eccleſiæ S. Joannis de Pitiliano, defuncto Antonio ſub IV. Eugenio ad Suanam ſedem pervenit 1434 XIII. Kalendas Februarii. Ejus autem electio ſuſpenſa fuit uſque ad annum 1439. cujus rei nullum reperi ſcriptorem, qui proderet cauſas; C translatus poſtea ad Eccleſiam Cannenſem in provincia Barenſi anno eodem 1439.



XXXVIII. 36 APOLLONIUS Maſſainus a civis, & canonicus Senenſis, Epiſcopus adlectus eſt 1439 die XIII. menſis Julii. Is cum eſſet magni animi vir, Senenſem rempublicam armis conſilioque juvit, ut Suanenſem comitatum, oppidaque perplura ab Aldebrandeſca gente poſſeſſa, ſub Ildebrandino ejus familiæ poſtremo, ejuſdem reipublicæ adjiceret poteſtati, captoque Orbetello, cæteriſque maritimis caſtris in poteſtatem redactis, quæ olim Bernardus S. Anaſtaſii Abbas, & monachi, ut ſupra narravimus, Ildebrandino, Nicolao, ac Gentili Comitibus in feudum conceſſerant, ejuſdem cœnobii monachi, & Angelus Abbas cohortante Apollonio Epiſcopo anno 1451. reipublicæ Senenſi fiduciario jure libere, & in perpetuum Orbetellum, cæteraque maritima oppida poſſidenda tradiderunt; cujus rei documentum ex ſæpe citato tabulario hic libenter retulimus, cum non parum faciat ad ejus rei veri- A tatem indagandam, ut inde diſcant lectores, qua via, qua neceſſitudine, quave fortuna Anſedonia civitas, Orbetellum, Herculis portus, aliaque decem finitima oppida, olim a Carolo Magno, Leoneque III. Pontifice Eccleſiæ, cœnobioque S. Anaſtaſii ad aquas Salvias dono data, in Senenſis reip. pervenerint poteſtatem, ac deinceps jure belli, eorum aliquot Hiſpaniarum Rex, cætera Magnus Hetruriæ Dux ſuo ſubjugarunt imperio. Documenti vero hujuſmodi eſt tenor.

a De m Ugurgerius in Pompis Senens. vol 2. Manuſ.

In nomine Domini, Amen.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & domini noſtri D. Nicolai, divina providentia, Papæ Quinti, Indictione XV. menſis Auguſti die XII.

Cum hoc ſit, quod Rev. pater dominus fr. Angelus humilis Abbas S. Anaſtaſii ad aquam Salviam extra, & prope Urbem aſſeruerit, & aſſerat infr. civitatem, caſtra, oppida, terras, loca, & jura ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ſpectare, & pertinere ad dictum monaſterium pleno jure, & illa legitime devoluta eſſe ad ipſum monaſterium per mortem quondam Ildebrandini de Soana, filiorum, & nepotum ipſius, quibus locatio facta fuerit de dictis bonis, illaque ſibi reſtituenda, & relaxanda eſſe, ac cenſum, & fructus totius temporis retroacti, & propterea cauſam contra communitatem, populum, & officiales civitatis Senen. ſeu ejus homines, & officiales tamquam illicitos detentores dictarum rerum venerabili viro domino Vuillelmo de Fondera, cauſarum ſacri palatii Apoſtolici Auditori commiſſi obtinuerit, coram quo ad nullos actus circa cauſæ concluſionem proceſſum fuit, ex adverſo vero dicta communitas, populus, & civitas Senarum, ſeu ejus homines, & officiales, ac ſpectabilis vir dominus Nicolaus de Severinis orator dictæ communitatis, nomine ipſius aſſeruerit, & aſſerat dicta bona ſpectare, & pertinere ad dictam communitatem pleno jure, & illaque acquiſita fuiſſe per dictam communitatem jure juſti belli illati contra tyrannos turbantes pacificum, & tranquillum ſtatum dictæ communitatis, illaque tanto tempore fuiſſe poſſeſſa pacifice per dictam communitatem, quod non extat memoria contrarii, nec ea de cauſa cenſus aliquis ullo unquam tempore fuerit ſolutus, & propterea nec ad earum reſtitutionem, neque ad ſolutionem aliquorum fructuum, aut cenſus obligari. Volentes igitur dictæ partes litium anfractus dirimere, & expenſas, & contentiones evitare ad infraſcripta pacta, conventiones, & tranſactionem ſponte unanimi conſenſu, parique voto devenerunt, videlicet, quia dictus dominus Abbas promiſit, & convenit dicto oratori, & procuratori dictæ magnificæ communitatis præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, pro ea haben. ad hæc plenum, & ſufficiens mandatum, & procuratorium a dicta communitate factum in dicta civitate in conſiſtorio magnificorum dominorum capitanei, populi civitatis prædicti manu Franciſci olim Hieronymi de Senis publici notarii, & præſentibus teſtibus in dicto mandato contentis ſub data anni Domini milleſimo quadringenteſimo D quinquageſimo ſecundo, indictione quintadecima, tempore Pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri domini Nicolai divina providentia Papæ Quinti, die quinta menſis Auguſti per me infraſcriptum notarium viſum, & diligenter lectum in publica forma, in præſentia infraſcriptorum teſtium dicta, & infraſcripta bona in perpetuam emphyteuſim dare, locare, & concedere pro cenſu annuo infraſcripto, ac liberare dictam communitatem a ſolutione totius cenſus præteriti, ad quod ipſa communitas, aut alii obligarentur, & verſa vice dictus orator, & procurator dicto nomine promiſit, & convenit dicto domino Abbati dictam locationem, & in emphyteuſim perpetuam conceſſionem recipere de dictis bonis, ſeu juribus, quæ in dictis bonis habet, & & quæ ad dictum monaſterium ſpectarent quoquo modo, & ſolvere pro omni cenſu, & penſione præteriti temporis, & toto eo quod dicto monaſterio debebatur floren. auri quinquaginta, & pro tanto dictæ partes volentes prædicta ad effectum deducere in præſentia mei

A notarii, & teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum dictus dominus Abbas cum conſenſu infraſcriptorum prioris, & conventus pro ſe, & nomine dicti monaſterii, & ſuorum in dicto monaſterio ſucceſſorum ſponte renunciavit, & refutavit, & per pactum de ulterius non petendo remiſit dicto oratori, & procuratori præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti vice, & nomine omnium, & ſingulorum, quorum nunc intereſt, vel in futurum poterit quomodolibet intereſſe, id eſt omnia, & ſingula jura, nomina, & actiones, juſtitias, & rationes reales, & perſonales, utiles, & directas, tacitas, & expreſſas, hipothecarias, ſive mixtas, civiles, & prætorias in rem ſcriptas, ac officium judicis, quæ, quas, & quod dictus dominus Abbas dicto nomine, & dictum monaſterium habet, eiſque competunt habere, eiſque competere poſſent nunc, & quomodolibet in futurum ratione cenſus, ſive canonis totius præteriti temporis uſque nunc. Quam refutationem fecit dictus dominus Abbas pro eo, quia nunc manualiter, & numeraliter in contantis habuit, & recepit a dicto oratore, dicto nomine B ſolvente in pecunia numerata dictos quinquaginta florenos auri, poſt quam receptionem ſe bene contentum, & quietum vocavit, promittens de evictione dictorum jurium in forma juris, & inſuper dictus Reverendus pater dominus Angelus Abbas præfatus cum conſenſu, præſentia, & voluntate venerabilium virorum fratris Alani de Francia, fr. Matthæi de Caſtillione della Peſcura, & fr. Joannis de Ruſſia monachorum congregatorum de mandato dicti domini Abbatis, in loco capituli dicti monaſterii ad ſonum campanellæ, ut moris eſt qui faciunt, ſunt, & repræſentant dictum capitulum, & conventum Abbatiæ præfatæ, ipſique monachi, cum conſenſu, & auctoritate dicti domini Abbatis . . . .

& receptum. & pacto prædictis conſenſerunt, quod dicta communitas, & ejus officiales poſſideant, prout hactenus poſſederunt infraſcripta bona domino Nicolao de Severinis oratori, & procuratori prædicto præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, vice, & nomine dictæ communitatis, & mihi notario, ut publica perſona C præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, infraſcriptas terras, civitates, & caſtra, prædia, & loca, in quibus dudum fuerunt civitates, & caſtra, & modo ſunt diruta muralia, & inhabitata facta propter ipſarum terrarum, & ſpecialiter civitatem, quæ dicitur Anſidonia, deſtructam, inſimul cum porta, quæ vocatur Fenilia, item & portum, qui vocatur Herculis juxta montem Argentarium, necnon & totum montem, qui vocatur Lilium . . . . & caſtrum Lilii exiſtens in ipſo monte, item & inſulam, quæ vocatur Jannuti, item & totum montem, qui vocatur Argentarium, & caſtrum in ipſo monte ſitum, quod vocatur Argentaria, & mare juxta ipſum montem verſus habentem milliaria 10. infra pelagus, quod eſt infra ejus aquæ, & jus navigandi, & ſimiliter piſcandi per ipſum mare. Item & caſtrum, quod vocatur Orbetellum, cum ſtagnis circa ipſum, & jus navigandi, & piſcandi per ipſum, item & caſtrum, quod vocatur Marſilianum, D item & caſtrum, quod vocatur Alticoſtum, item & caſtrum Capalbe, & caſtrum, quod vocatur mons Acutus, & Enis, ſive mons Enis, & caſtrum, quod vocatur Serpena, & caſtrum, quod vocatur Stachilatrium, & Abbatiam de Sylva, item & territorium Colligooli, item & montem de Ceragiole, item & lacum Baranum, & molendina, cum hominibus, & vaſallis, juribus vaſſallorum, cum angariis, perangariis, & ſurſaltoriis, cum terris ſementaritiis, cultis, & incultis, nemoribus, ſylvis, pratis, paſcuis, paludibus, molendinis, foſſibus, rivis, ſaltibus, ſtagnis, pontibus, lacubus, & argentariis, viis, itineribus, aditibus, & omnibus eorum aliis pertinentiis, uſibus, & utilitatibus, pertinentiis, & adjacentiis ſuis, quæ omnia his finibus concluduntur, ab uno latere eſt pelagus magni maris, ab alio latere eſt fluvius, qui vocatur Albina, item ab alio latere pergit aqua, quæ vocatur Elſa, & fluit per Serpena, & abinde perfluit per pedem montis Arpitis, & vadit per piſcinam, & deinde perfluit in Buranum, & profluit in mare magnum prædictum omnia prædicta, cum montibus, & collibus, plagis, & planitiebus ſuis, & cum parietibus antiquis, exceptis Eccleſiis, oratoriis, & piis locis, eorumque juribus, tenimentis, & poſſeſſionibus exiſtentibus in omnibus, & ſingulis dictis locis conceſſis, quæ in dicto contractu, & conceſſione non veniunt, ſed excluſa, & excepta intelligantur, ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, alienandum, cedendum, & concedendum, & de eis faciendum, quicquid eis placuerit, pactis, & conditionibus infraſcriptis ſemper ſalvis; hanc autem dationem, ceſſionem, & in emphyteoſim perpetuam conceſſionem fecerunt dicti dominus Abbas, & conventus eidem oratori, & procuratori, ut ſupra recipienti pro eo, quia dictus orator, & procurator, quibus ſupra nominibus habens ad hæc omnia, & ſingula, ut dictum eſt, ſpeciale mandatum ſponte promiſit, & convenit dictis domino Abbati, & conventui, præſentibus, recipientibus, & legitime ſtipulan. pro ſe ipſis, & dicto monaſterio, & eorum in dicto monaſterio ſucceſſoribus, & mihi notario infraſcripto, ut publica perſona præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, vice, & nomine omnium, & ſingulorum, quorum nunc intereſt, vel in futurum poterit quomodolibet intereſſe, omni anno in perpetuum dare, ſolvere, & pagare pro cenſu, & reſponſione dictæ commiſſionis in feſto Paſchatis reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chriſti libras quindecim auri Sen. Et ſi poſt dictum diem infra quindecim dies non ſolverit teneatur ſolvere duplicatum tantum conventi etiam, & ſpecialiter declarato, ac ſolemni pacto, quod ſi per biennium ceſſatum fuerit per dictam communitatem a dicta reſponſione canonis ſolutionis, propter hoc dicta bona, & jura non intelligantur ad dictum monaſterium devoluta, ſed teneatur tantummodo dicta communitas ad ſolutionem dupli dictæ requiſitionis, & cenſus dicto monaſterio. Item promiſit dictus orator, & procurator quo ſupra nomine dictis domino Abbati, & conventui præſentibus, recipientibus, & legitime ſtipulantibus, ut ſupra, quod dicta communitas per ſe, vel alium, ſeu alios non impediet, quominus dictum monaſterium extrahat de dictis locis omnibus conceſſ. in emphyteuſim omne bladum propriarum arborum, & molendinorum ipſarum Eccleſiarum, & omnem aliam graſciam, & oblata mobilia pro ipſo monaſterio, & pro aliis Eccleſiis monaſterii prædicti, ſi quas tenebit ad manus ſuas per mare, & per terram libere, & ſine datio, item non impediet per ſe, vel alium, ſive alios, quominus ipſum monaſterium, aut quilibet procurator ejus, vel nuncius intret in poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem omnium Eccleſiarum ſpectan. ad ipſum monaſterium, & jurium earundem, & quominus clerici dictarum Eccleſiarum reſpondeant dicto monaſterio omnia, & ſingula, ad quæ tenentur, & quominus ipſe Abbas eoſdem clericos cogat ad ea, & in eis inſtituat, & deſtituat; imo juvabit dictum monaſterium toto poſſe, & auxilium, & favorem præſtabit; item promiſit dictus orator, & procurator dictis nominibus dicto domino Abbati, & conventui præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, ſi aliqua dictorum bonorum reperirentur alienata, pro poſſe recuperare, & eorum ſumptibus, & expenſis, & dicti dominus Abbas, monachi, capitulum, & conventus prædicti promiſerunt dicto oratori, & procuratori dicto nomine recipienti, ſecundum jura legitime defendere dictas res, & jura, ut ſupra conceſſas, & quæ poſſidentur per dictum conventum ab omni univerſitate, collegio, vel perſona pro quibus omnibus, & ſingulis obſervandis, & plenarie adimplendis, dictæ partes ad invicem, & viciſſim, videlicet dicti Abbas, & conventus obligaverunt omnia bona dicti monaſterii, & dictus orator, & procurator, nomine quo ſupra, obligavit omnia bona mobilia, & ſtabilia dictæ communitatis Senarum, & maxime bona prædicta, & voluerunt pro prædictis poſſe cogi, compelli, conſtringi, & convenire omni tempore, & in omni curia, & coram quocumque judice ordinario delegato, ſeu ſubdelegato, diebus etiam feriatis, quibus juris, & feriatis diebus renunciaverunt expreſſe renun-

cian-

cianti ei etiam privilegio fori, ac exceptioni doli mali, vis metus in factum conditioni indebiti, ob cauſam, & ſine cauſa, & generaliter omnibus aliis, & ſingulis exceptionibus, & defenſionibus, quibus contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum dicere, facere, venire, tueri, & ſeſe defendere poſſent, expreſſe renunciaverunt, & juraverunt ad ſancta Dei Evangelia, videlicet præfati dominus Abbas, & monachi dicti conventus manus ad pectus ponentes, & dictus orator, & procurator ſacroſanctis ſcripturis corporaliter manu tactis in animas conſtituentium prædicta omnia, & ſingula referendo ſingula ſingulis firmiter obſervare, rata, grata, & firma habere, & in nullo contrafacere, dicere, vel venire aliqua ratione, jure, modo, titulo, ſive cauſa, ſub obligatione prædictis, & vinculo dicti præſtiti juramenti.

A

Actum in loco capitulari dicti monaſterii, præſentibus ſer Nicolao Laurentii notario, Martino, Petri, magiſtro Martini de Senis, Joanne Puritatis Speciario, & Joanne Angelo Jacobi civibus Romanis de regione ſancti Angeli teſtibus ad prædicta habitis, vocatis, atque rogatis.

B

Ego Petrus Millinus de Millinis, civis Romanus, publicus, Dei gratia, Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus notarius, quia præmiſſis omnibus, & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, agerentur, & fierent una cum prænominatis teſtibus interfui, & præſens fui. Ideo ea rogatus ſcripſi, & in notam redegi, & quia aliis occupatus negotiis in hac forma ſcribere non valui, per alium mihi fidum ſcribi feci, & facta diligenti auſcultatione me fideliter ſubſcripſi, publicavi, & meum ſignum appoſui in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum.

Diu ſuperſtes fuit Apollonius; obiitque diem poſtremum Suanæ 1467. menſe Septembri, ſepultuſque eſt in ſua Cathedrali. Poſt cujus exceſſum in gratiam cleri reſpublica Senenſis conata eſt a Pontifice impetrare ſedem illam Joanni Magliani plebano, Epiſcopique defuncti vicario, ſed nequicquam, quoniam in irritum ceſſere preces.

C



XX XIX 37 THOMAS de Teſta Piccolomineus *a* Apollonio ſuffectus eſt 1467. qui vix ad tres annos Suanam cum rexiſſet Eccleſiam, ad Pientinam, Alcineoſemque Eccleſias eſt translatus 1470.

a De eo Vgurgerius in Pompis Senenſibus. Mandoſ.

D



XL. 38 ANDREOCCIUS Ghinuccius *b* Senenſis Epiſcopus renunciatus eſt 1470. Idib. Novembris. Ad decem, & novem annos Suanam rexit Eccleſiam, fuitque translatus deinceps ad Groſſetanum Epiſcopatum 1489. Cæterum Nicolaus Pitiliani Comes, ut fratrem in ſedem Suanam intruderet, Andreoccio magnum faceſſit negocium, ſed IV. Sixtus illius egregie fregit conatus; translato enim Andreoccio ad Groſſetanum, quem non ſperabat Pitilianus, ſucceſſorem ſuffecit.

b De hoc item Vgurgerius. Mandoſ.




XLI. 39 HIERONYMUS Scottus *c* Senenſis, Andreoccio eodem die ſucceſſit 1489. Inauguratioſque fuit magna reipublicæ Senenſis lætitia. Brevis tamen Pontifex fuit, cum anno 1492. deceſſiſſet.

c De hoc pariter Vgurgerius. Mandoſ. Aliquibus eſt Scottus.



XLII. 40 ALDELLUS Piccolomineus *d*, filius Spinelli, 1. die Octobris anno 1492. hunc obtinuit Epiſcopatum. Aquam frigidam ſuper Novi comenſem lacum ſitam Abbatiam habuit commendatam, quam ex Sixti IV. conceſſu Italicæ Ciſtercienſi congregationi conjunxit anno 1504 tertio Nonas Decembris. Vitam finivit Aldellus Senis anno 1510. ibidemque ſepultus fuit in majorum ſuorum ſepulchro.

d De hoc idem Vgurgerius. Mandoſ.



41 ALPHONSUS Petruccius, Pandulphi Senenſium tyranni filius, electus fuit anno 1510. poſtrema die abeuntis Octobris, pauloque poſt a Julio II. diaconus Cardinalis creatus Suanam renunciavit XLIII


Ec-

Eccleſiam. Hic ille Alphonſus Petruccius eſt, qui A
ob conſpirationem in X. Leonem diſperiit.

XLIV 42 LACTANTIUS Petruccius, Suanæ Epiſcopus, ejuſdem cum Alphonſo læſæ Majeſtatis comprehenſus, cum citatus ad condictam diem non adfuiſſet, in publico conſiſtorio Suanenſi Epiſcopatu,
a 31. Novembris omnique dignitate ſpoliatus eſt a, clanculum, incognitusque, quoad Leo X. ſuperſtes fuit, mutavit exilia; deinde ab Adriano VI. in priſtinam dignitatem Suanenſem tamquam ejus criminis innocens eſt reſtitutus ex deceſſu Raphaelis Petruccii Cardinalis, qui Suanam Eccleſiam commendatam habebat. Vixit Lactantius uſque ad annum 1527.

XLV. 43 DOMINICUS Colleſta de Suana, depoſito Lactantio ſuffectus eſt anno 1527. die 2. menſis Decembris; fato functus eſt 1520.


XLVI 44 RAPHAEL Petruccius Suanæ commendatarius effectus eſt anno 1550. die 6. menſis Februarii: è vivis exemptus eſt 1522. Hic Cardinalis, cum inexplebili habendi cupidine ſtatus Senenſis deglu- B
beret clerum, ita populi totius, atque Eccleſiaſticorum præcipue odium incurrit, ut vix mortuus, efferendusque publicam iram videretur poſſe eluctari. Conſule Sigiſmundum Titium teſtem oculatum, ideoque vero propiorem in hiſt. Senenſi tomo 3.



C

XLVII. 45 HERCULES Gonzaga ab exceſſu Lactantii per duos annos hanc Eccleſiam vacuam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1529. die 3. menſis Julii, eidemque remiſit nuncium in favorem Cardinalis Farneſii, qui poſtea Paulus III. fuit 1532 Farneſius demum poſt quatuor dies, in Ferdinandum Farneſium illam tranſtulit, retento perpetuæ adminiſtrationis regreſſu. Ultimum vitæ ſpiritum pie creatori ſuo reddidit Hercules anno 1563. ſexto Nonas Martii, elatus in ſua Eccleſia Mantuana, ut in . Tomo diximus, ubi de eo plura, in cujus funere Leſſum cecinit Paganius Licionenſis ad Vvillelmum Maximum Mantuanorum ducem, idemque tumulus extat ejuſdem Herculis ad Federicum Gonzagam Cardinalem fratris filium.

Hoc marmor tenet HERCULIS propago
Quem Gonzaga tulit, relicta membra
A divina anima, quibus ſoluta
Ad patris revolavit aſtra Olympi. D
Verum hæc terrea membra derelinquens,
Nomen tale reliquit, atque famam
De ſe, maxima dignitas, quod illa,
Illa ab omnibus expetita tantum,
Qua cæli oſtia claudit, atque pandit,
Illius meritis, minorque, & impar
Habebatur, eratque, ſi exiſtimemus
Illius merita æquiore mente.
Per te conſice qualis, atque quantus
Ille vir fuerit, VIATOR, hancque
Jacturam lachrymare inaſuatam,
Quam reſpublica CHRISTIANA fecit
Cæleſti hoc homine iaserempte, iniquo
Rerum hoc tempore, tamque turbulento



46 FERDINANDUS Farneſius, nepos Alexandri Farneſii electus eſt anno 1532. die 21. XLVIII
B menſis Aprilis, cum vix annos ætatis expleret 23. poſt aſſumptionem vero Pauli III. patrui ad Pontificatum eo munere ſe exſolvit anno 1535.

XLIX. 47 CARVAJAL Simoncellus Urbevetanus, electus eſt adminiſtrator hujus Eccleſiæ, donec vigeſimum ſeptimum annum expleret, tunc enim ejuſdem Eccleſiæ juſtum titulum aſſecutus eſt 1535 die 26. menſis Februarii. Sexaginta annos Suanam rexit Eccleſiam, mortuuſque eſt anno 1596. totius Chriſtianitatis Epiſcoporum decanus.



C

L. 48 METELLUS Bichius b Senenſis poſt Simoncellum hanc obtinuit Eccleſiam anno 1596. die 15. menſis Januarii. Sub Paulo vero V. eo munere ſe exſolvit, a quo 1611. Cardinalis renunciatus eſt, qui ab Eccleſia, cui per id tempus jus dicebat, Suanæ Cardinalis eſt appellatus; Archiepiſcopatu Senenſi etiam deinde fulſit, ut ſupra narravimus.
b De hoc Vgurgerius in Pompis Senen. vol. 1. Mandoſ.


D



LI. 49 OCTAVIUS Saraceuus c nobilis Senenſis, filius Pompeji, eligitur in Epiſc. Suanenſem anno 1606 die xii. menſis Junii. Sedit laudabiliter ann. 17 obiitque in patria ann. 1623. ſepultus in patrum ſuorum tumulo. Stemmata Saracenæ gentis caput Mauri atri coloris, in aurea parma, in qua recentiores addidere Aquilam nigram Imperialem in aureo campo.
c De hoc idem Vgurgerius. Mandoſ.



LII. *a Vgurgerius pariter de hoc pag. 10. Mandoſ.* 50 SCIPIO Tancredus *a*, nobili apud Senenſes familia natus I. U. D. moribus, & pietate clarus, in locum Octavii Saraceni ſuffectus eſt die 11. menſis Januarii 1624. Hic cum venerandæ antiquitatis ſtudioſus eſſet, Eccleſiæ ſuæ jura, monumenta, & privilegia per ſummum laborem expiſcari conatus eſt, ſed in vanum elaboraſſe dicitur, cum, ut ſupra retulimus, Pitiliani quidam comes per ſummam malitiam, vetuſtiſſima quæque Suanæ Eccleſiæ monumenta igni cremari juſſerit, ne deinceps uſurpata ab eo bona, juraque Eccleſiæ expeterentur juridice. Cæterum Scipio, qua potuit diligentia, ſimplicem, hiulcumque anteceſſorum ſuorum catalogum contexuit, quem pro ſua in me humanitate Romam mihi tranſmiſit. Ad duodecim annos incredibili ſollicitudine hanc rexit Eccleſiam, & ad Alcinenſem Epiſcopatum meruit ſublimari, de quo in 1. Tomo. Tancredæ gentis antiqua ſtemmata ſunt, quæ ſpectantur bipartita in parma cærulea, & argentea per triangulum diſpoſita; addiderunt poſteri ſupra in aureo campo nigram Aquilam.



LIII. *b Vide Vgurgerium citatum p. 157. Mandoſ.* 51 CHRISTOPHORUS de Ptolomæis *b* Senenſis, affabilitate morum, & nobilitate clarus, ex Primicerio Metropolitanæ Senenſis ab Urbano VIII. Pont. Max declaratus eſt Epiſcopus Suanæ die 16. Martii 1637. qui cum brevi præfuiſſet tempore, conceptam de ſe expectationem haud valuit adimplere: mortuus eſt enim menſe Septembri 1639. è cujus vetuſtiſſima apud Senenſes familia, quippe quæ ab Ægyptiis Ptolomæis regibus ſuam duxiſſe originem gloriatur, & toga, & ſago viri clariſſimi prodiere, inter quos recenſetur a Paulo Carpenterio lib. 1. vitæ B. Bernardi Ptolomæi Olivetanæ congregationis ordinis s. Benedicti inſtitutoris, Chriſtophorus alter ordinis Prædicatorum alumnus, ſcientia, & vitæ ſanctimonia illuſtris, ejuſdemque D. Bernardi conſanguineus, & educator, quem ob eximiam apud omnes exiſtimationem ad hanc Suanenſem ſedem evectum tradit, ſed cum nos in regeſtis Vaticanis nullam de ipſo reperiſſemus mentionem, illum ex albo Suanenſium Præſulum expunximus, ne ſeries noſtra claudicare apud pleroſque videretur.

52 ÆNEAS Spannatius *c*, Cæſaris filius, nobilis Senenſis, electus anno 1638. die 20. Decembris; translatus deinde eſt ann. 1644. die 23. Maii ad Ferentinam Eccleſiam in Campania. LIV. *c De hoc, idem Vgurgerius. Mandoſ.*



53 MARCELLUS Cervinus Politianus *d*, Marcelli II. Papæ pronepos, Antonii, & Annæ Strozzæ filius, Suanenſis Epiſcopus delectus eſt ab Innocentio X. Pontifice Maximo die 15. Maii 1645. Vivit, planeque dignus, qui diutiſſime vivat, quemque omnes ſibi commiſſæ oves venerentur, & colant. * Tranſlatus eſt hoc anno 1652. die 23. Septemb. ad Eccleſiam Montis Politianenſis. LV. *d Hujuſce meminit idem Vgurgerius. Mand.* ** Ex Appen. tom. 5.*

54 HIERONYMUS Burgheſius, Senenſis, Pandulphi filius, Pauli V. Pontif. Max. gentilis, monachus Ordinis S. Benedicti, ab Innocentio X. Pontif. Max. ob egregiam indolem Suanenſis Epiſcopus renunciatus eſt hoc ipſo anno 1652. LVI.

A D D I T I O.

(„ *Tranſlatus inde fuit ad Pientinam Eccleſiam*
„ *die 17. Septemb. 1668.*
„ HIERONYMUS *Chorius, ſive de Choris, E-* LVII.
„ *piſcopus Nurſinenſis huc tranſlatus fuit die 17.*
„ *Junii 1669. Obiit 1672. Vide, quæ de eo diximus*
„ *in Nurſinenſibus in I tomo.*
„ PETRUS *Maria Bichius Tudertinus Epiſco-* LVIII
„ *pus à prioris ſponſæ vinculo ſolutus Suanenſi Eccle-*
„ *ſiæ deſponſatur die 12. Junii an. 1673. qui cum 11.*
„ *& amplius annos illam laudabiliter gubernaſſet,*
„ *immortalis effectus eſt die 9. Septemb. an. 1684.*
„ PETRUS *Valentinus, nobilis Ilcinenſis, I. U.* LIX.
„ *D. & Prothonotarius Apoſtolicus, cum jam fuiſſet*
„ *Canonicus Cathedralis, & Vicarius Capitularis*
„ *Ilcinenſis, Curatus S. Ægidii, atque in dicto E-*
„ *piſcopatu pluries Vicarius generalis, nec non Rector*
„ *Collegii Ferdinandi Piſan. & Vicarius generalis*
„ *Volaterran. tandem creatur Suanenſis Epiſcopus*
„ *die 9. Aprilis 1685. Biennio poſt defunctus eſt men-*
„ *ſe Novembri an. 1687.*
Fr. DOMINICUS *Maria della Ciaja, nobilis* LX
„ *Senenſis, Ordinis Fratrum Prædicatorum, S.*
„ *Theologiæ magiſter, aliquot Ordinis ſui perfunctus*
„ *muneribus, hac infula ornatur die 14. Junii 1688.*
„ *Obiit autem an. 1713.*
„ FULVIUS *Salvi, nobilis Senenſis, J. U. D.* LXI.
„ *& S. Theologiæ magiſter, Pientinæ Cathedralis*
„ *Præpoſitus, atque duorum Pientinorum Epiſcopo-*
„ *rum Vicarius generalis, nec non Epiſcopi, tum &*
„ *Capituli Suanenſis, huic Eccleſiæ præficitur 11.*
„ *Decemb. 1713.)*

*Ex Append. t. 9.

* DE NOBILI PRÆPOSITURA PISCIENSIS ECCLESIÆ

Nullius Diœceſis, in Etruria, & Provincia Florentina.



PISCIA unum ex primariis Etruriæ Annonatiæ Oppidis, ſive antiquitatem ſpectes, ſive amœnitatem, ſive civilem gentis cultum, & humanitatem, ſitum eſt in via Claudia ad radices Apennini montis, ad Occidentem plagam in planitie, collibus, montibuſque amœniſſimis cinctum theatri inſtar, medium Lucam inter, & Piſtorium, à Florentia Metropoli xxx. M. P. à Piſtorio xii. totidemque à Luca diſtans. Piſcia flumen illud alluit, ſecatque per medium decurrens, à quo recens nomen accepiſſe fertur. Hunc ex reliquiis antiqui Fani Martis, cujus veſtigia haud longè ab ipſo monſtrantur, exædificatum ex patrum traditione quaſi per manus accepta, credunt incolæ, quibus adſtipulatur Philippus Cluverius lib. 2. cap. 3. Italiæ ſuæ antiquæ. Fanum enim Martis à Liguribus Apuanis conditum fuiſſe quidam exiſtimant, poſt devictum, fugatumque ad Martium ſaltum, nunc corrupto vocabulo Marzaliam dicunt, Q. Martium Roman. Conſulem ann. Urbis DLXIII. ante Chriſtum natum CLXXXIV. eo in loco, ubi victoriam reportarunt à templo ab iiſdem Liguribus in facti memoriam ibi excitato, ad Fanum Martis, vel ad Martis denominatum, ubi Romanorum ſpolia ſuſpendere. Q. Martii Conſulis, & Romanorum ſtragis hujuſcemodi meminit Livius lib. 39. Circa Templum deinceps domus, & ædificia excitarunt, unde Fani Martis, & ad Martis nomen eidem indidere. Viget adhuc apud Piſcienſes eorum fundatorum memoria, cum unam ex oppidi portis ad Occidentem poſitam Ligurum appellent, quam vulgari ſermone *Porta de' Genoveſi* dicunt. Quando autem, vel à quo Fanum Martis deletum fuerit, obſcurum eſt; conſtat tamen ex traditione patrum, à Deſiderio Longobardorum Rege eodem in loco ſuper flumen Piſcia reædificatum, relictoque Fani nomine, renovatum oppidum, Piſcia dictum eſſe. Romani, poſt Ligures conditores, diuturna mora illud dominati ſunt, donec Barbarorum attritum incurſionibus & ipſum viſum eſt concidiſſe: reſtauratum, ſeu de novo reædificatum à Deſiderio Rege, paruit Longobardis, non ſemel Lucenſibus, Martino Scaligero, aliiſque Tyrannis. Aliquando ſui juris factum Ariſtocraticam ſub nomine Communis Militum, ſeu Nobilium de Piſcia per moltos annos formam retinuit, donec ſub Reipublicæ Florentinæ dominio in Democraticam conceſſit, ac deinceps ſub ſuavi jugo Etruriæ Magni Ducis quievit. Ager ejus triginta milliaribus circumſcribitur, dividiturque in valles duas, quarum una ad Occidentem Ariana, ſeu Riana ab aquarum rivulis frequentiſſimis, quibus irrigatur, appellatur, altera ad Meridiem ſpectans vallis Nebulæ à flumine, quod per eam excurrit, denominatur; pinguis eſt, & peramœnus, omnis generis frugum, frumenti, vini, olei, olearumque ferax: ſunt in eo ſylvæ glandiferæ, & caſtanearum & arborum mira eſt frequentia, & varietas, venationi, ac pabulis maximè accommodæ; cœlum indulgens, ac felici quadam temperie ſalubre, & præter vallium, colliumque amœnitatem ſcatet ſalubribus aquis ſalmacidis, vulgo *del Tettuccio*, inteſtinis morbis ſanandis aptiſſimis, quas eximiè inter cæteras laudat Andreas Baccius lib. 5 de Thermis; nullius tandem rei idoneæ egens, ut inter cæteros Etruriæ agros non inferiorem locum tenere videatur. Decem ſupra ſex oppida muris clauſa in hoc agro ſpectantur, totidemque loca aperta, ut vocant; homines habet ingenio florentes, & acutos, & ad omnium bonarum artium ſtudium natos. Provinciæ Prætor pro Magno Etruriæ Duce, cujus feliciſſimè faſces adorat, Piſciæ tanquam reliquarum Dominæ ſedem habet, ubi plurimarum nobilium, Equitum, civiumque familiarum ſpectantur pulchra ædificia. Hic lætiſſima cœli, ſolique facies, hyems egelida, æſtas temperata, horti jucundiſſimi, exterorum, finitimorumque hominum mira frequentia, ſupra 3500. alit mortales. Piſciam ſua præſentia nobiliorem reddiderunt Paulus III. Pontif. Max. & Carolus V. Imper. hoſpitio accepti in ædibus Turinorum, in quibus in marmore prſtat inſcriptio hæc;

Paulus III. Pontif. Max. Lucæ ſe a Caroli Imper colloquio recipiens apud Turinos diverſatus eſt xii. Kalend. Octobr. MDXLI. Balptaſar Turinus ad decus ornamentumque familiæ, & rei memoriam hoc monumentum conſecravit. Imp. Cæſar Carolus V. Aug. Aphrica recepta iter hac in Galliam habens his ædibus hoſpitio acceptus eſt, cujus ampliſſimæ memoriæ ad ſempiternam gloriam familiæ Balptaſar Turinus monumentum hoc extare voluit MDXXXVI. Nonis Maji.

Cæterum Piſcia in omni memoria illuſtribus viris fœta fuit; ſiquidem Plebanus ann. 1164. & Landus anno 1175. & Lucenſes Epiſcopi fuerunt, Leonardus Salutatus ob eximias ſuas virtutes evaſit Præſul Feſulanus, Balptaſar Turinus Juriſprudentia in Patavina Academia clarus ſub Pio II. in Poloniam Apoſtolicæ Sedis Nuncius, ſub Sixto IV. eodem munere functus in Pannonia, regnante Matthia Corvino, a quo Sirmienſis Epiſcopus declaratus ibidem defunctus eſt anno 1481. Balptaſar junior ex eadem Turina familia Leonis X. Datarius, ac

Clementis VII. à ſecretis mortalitatem explevit ſub Paolo III. ano. 1543. Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Archaſius Riccius noſtro hoc ſæculo ab Urbano VIII. electus eſt Gravinenſis Epiſcopus, Coluccins Salutatus Reipublicæ Florentinæ Secretarius famoſus ſui ſæculi vir, & magno in pretio apud Principes ſummos habitus Piſcienſem patriam illuſtravit. Sed plures alios genuit Piſcia & toga, & ſago illuſtres viros, qui brevitatis cauſa conſultè omittuntur. Unum addam Jacobum Ammanatum S.R.E. Cardinalem à Pio II. creatum, vulgo Papienſem ab eo Sacerdotio nuocupatum, natum ex patre Chriſtophoro Lucenſi, & Piſcienſi cive, ut ex fide digniſſimis monnmentis perhibetur à Jacobo Gaddio tom. 1. de Scriptoribus non Eccleſiaſticis pag. 102. Plures ſunt in hoc ſpectabili oppido ſamimiliæ nobiles genio, & ingenio præſtantes, ex quibus inſignes tum Hieroſolymitani, tum S. Stephani, aliorumque militarium Ordinom Equites prodierunt. Piſciæ cum laude meminere Riccardus Maleſpina, Ptolomæus Lucenſis, S. Antoninus, Joannes Villanus, Sigonius, Petrus Boninſegni, Leonardus Aretinus, aliique Hetruſcarum rerum Scriptores. Piſcienſes lucem Evangelii hauſiſſe ea tempeſtate, qua Paulinus primus Lucenſis Epiſcopus eam in Urbem, finitimoſqoe populos diſſeminavit, omnino credendum videtur, cum Piſcienſis Collegiata antiquiſſima Eccleſia, cujus meminit Innocentius III. in cap. Per tuas de Arbitr, cæteraque Eccleſiæ hujus provinciæ ante ann. 800. noſtræ ſalutis obnoxiæ Epiſcopo Lucenſi, & intra ejus Diœceſim eſſent, in eaque juriſdictione permanſerunt ad annum uſqoe 1519. quando Leo X. Pontif. Max. hanc Piſcienſem Plebaniam Eccleſiam in inſignem Collegiatam Eccleſiam reſtituit, ſeptem digoitatibus, quarum primam Præpoſituram eſſe voluit, cum duodecim Canonicatibus exornavit, qui omnes ſimul unum Capitulum efficerent. Præpoſitum verò ita conſtituit, ut prima dignitatem repræſentaret, unicam tantum vocem in Capitulo haberet unuſque eſſet cum eis, nihilque ex ſe agere poſſet tum in Synodis convocandis, tum in conſtitutionibus, legitibuſque condendis ſine aſſenſu, & voluntate Canonicorum, quos ſub Apoſtolica immediate ſubjectione perpetuo conſtitnit, adeo ut in eos, vel in Eccleſia, vel Capitulo delinquentes nullam haberet poteſtatem, ſed ad ipſummet Capitolum eos in ordine redigendos, puniendoſque ſpectare conſtituit. Præpoſitum vero honorariis gratiis ornavit, ſcilicet inſigniis Epiſcopalibus uti, eidemque, ac ſuæ Eccleſiæ, Capituloque proprium territorium quaſi Epiſcopale, quod eſt nullius, aſſignavit, eam ſcilicet partem, quæ ſub temporali dominio Magni Ducis in hac provincia continetur, avulſa à Diœceſi Lucenſi, ubi oppida decem & ſex, totidemque Terræ recenſentur, jus etiam Præpoſito, accedente tamen conſenſu Capituli, ut diximus, Synodum congregandi. Omnia hæc in bullis Leonis mox exhibendis perſpici poſſunt, ab ipſis exemplaribus exſcriptis.

LEO EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei.

Venerabilibus Featribus Piſtorien & Forliviev. Epiſcopis, ac dilecto Filio Abbati Monaſterii Vallis Umbroſæ Feſulanæ Diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

*Sacri Apoſtolatus miniſterio meritis licet imparibus divina diſpoſitione præſidentes, inter multiplices curas, quibus rerum, negotiorumque varietate diſtrahimur, illam libenter amplectimue, per quam noſtræ proviſionis auſpiciis ſingulæ Eccleſiæ præſertim inſignes miniſtrorum idonvoram, qui die, noctuque Deo debitas laudes perſolvant, numero decorentur, & debitis honoribus attollantur; Et ut ad id tendentia fidelium vota operatum ſortiantur effectum, opem, & operam, quantum nobis ex alto conceditur, efficaces impendimus, prout ad divini Cultus augmentum, & animarum ſalutem, ac pro Eccleſiarum earumdem tranquilliori, & ſalubriori ſtatu, & venuſtate conſpicimus in Domino ſalubriter expedire, fideles etiam quoslibet ad id Indulgentiis, & remiſſionibus invitando, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Magiſtri Balthaſſaris Turini Clerici Lucanæ Diœc. Notarii Datarii, & familiaris noſtri, & Laurentii de Cecchis Plebani Eccleſiæ S. Mariæ Majoris Oppidi Piſciæ dictæ Diœceſis Utriuſque Juris Doctoris petitio continebat, quod cum dictum Oppidum, quod dominio temporali excelſæ Reipub. Floren ſubeſt, plurimum inſigne, & notabile, & convenienti populi numero munitum, & refertum, & Eccleſia prædicta habitu olim actu collegiata etiam inſignis fore noſcatur, ſi in ipſa Eccleſia, in qua Plebanatus, ſeu Plebania Dignitas principalis, ac unus Plebanus, & certi alii perpetui Capellani dumtaxat exiſtunt, quatuor aliæ dignitates erigerentur, & inſtituerentur, & quod dicta Plebania deinceps Præpoſitura, & dictus Laurentius, ac pro tempore exiſtens ipſius Eccleſiæ Plebanus, Præpoſitus nuncuparentur, necnon certus Canonicatuum, ac Præbendarum numerus in ea ſtatueretur, & ordinaretur, ac pro menſa Capitulari, ſeu dote Dignitatum, necnon Canonicatuum, & Præbendarum hujuſmodi certi annui redditus nonnullorum Laicorum dicti Oppidi, illos donare volentium, necnon certa pars, ſeu portio bonorum immobilium, ac fructuum, redditnum, & proventuum prædictæ ſanctæ Mariæ, & aliarum parochialium Eccleſiarum, ac Beneficiorum Eccleſiaſticorum tam dicti Oppidi, quàm illius diſtrictus, & Territorii, necnon Nebulæ, & Arrianæ Vallium præfatæ Diœc. de conſenſu eccleſias, & Beneficia hujuſmodi nunc, ſeu pro tempore obtinentium ab Eccleſiis, & Beneficiis prædictis diſmembraretur, & ſepararetur, ac menſæ Capitulari, ſeu Dignitatibus, ac Canonicatibus, & præbendis ejuſdem Eccleſiæ S. Mariæ pro illorum dote perpetuò applicaretur, & appropriaretur, necnon Jus Patronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad Laicos, dignitates, ſeu Canonicatus, & præbendas hujuſmodi de bonis ſuis dotantes etiam perpetuò reſervaretur, & concederetur, ex hoc profectò tam Eccleſia S. Mariæ, quàm Oppidum Piſciæ hujuſmodi non parum decoraretur, & in ipſa Eccleſia S. Mariæ divinus cultus cum animarum ſalute, & populi devotione, necnon eorumdem ſpirituali conſolatione non parum augeretur. Quare pro parte tam Balthaſſaris, qui etiam ſecretarius noſter exiſtit, & ut aſſeritur, ad dictam Eccleſiam S. Mariæ ſingularem devotionem gerit, quàm Laurentii prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in dicta Eccleſia S. Mariæ quatuor alias dignitates, ut præfertur, erigere, ac quod Plebania de cætero Præpoſitura, & Plebanus præfati Præpoſitus nuncupentur, necnon certum numerum Canonicorum inibi ſtatuere, & ordinare, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Eccleſiarum omnium decorem, & in melius earum directionem, ac illius divini Cultus augmentum noſtris potiſſime temporibus ſinceris deſideramus affectibus, de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, ſi eſt ita, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Plebania, Præpoſitura, & Laurentius, ac pro tempore exiſtens Plebanus prædicti Præpoſitus, & non Plebanus dictæ Eccleſiæ nuncupentur, & Præpoſitura hujuſmodi Dignitas principalis, prout Plebania inibi erat, exiſtat, ac inibi certum, de quo vobis videbitur, Canonicorum numerum ſtatuere, & ordinare; necnon unum Archidiaconatum pro uno Archidiacono, & unum Archipresbyteratum pro uno Archipresbytero, ac unum Decanatum pro uno Decano, & unum Primiceriatum, Dignitates inibi poſt dictam Præpoſituram, pro uno Primicerio, qui unà cum Præpoſito, & Canonicis præfatis inibi Capitulum faciant, & in eadem Eccleſia reſidere, & Divinis intereſſe teneantur, & inter quos fructus, redditus, & proventus Menſæ Capitularis, qui nunc ſunt, diſtribui debeant, erigere, & inſtituere, necnon bona immobilia, ac fructus, redditus, & proventus per quoſcumque Laicos donanda, & aſſignanda pro earumdem Dignitatum, & Canonicatuum, & præbendarum uberiori dote perpetuò aſſignare, ac de conſenſu Rectorum Eccleſiarum, & Beneficiorum Eccleſiaſticorum tam Oppidi, quam diſtrictus, & Territorii, necnon Nebulæ, & Arrianæ Vallium prædictarum certam partem bonorum immobilium, ſeu Ec-

A fructuum, redditurum, & proventuum eccleſiarum, & Beneficiorum hujuſmodi pro veſtro libero arbitrio, reſervata tamen ex illis congrua portione Rectoribus Eccleſiarum, ſeu Beneficiorum eorumdem, ab Eccleſiis, & Beneficiis prædictis perpetuo ſeparare, & diſmembrare, ac bona, fructus, redditus, & proventus hujuſmodi ſic ſeparata menſæ Capitulari dictæ eccleſiæ, pro illius Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum dote perpetuò applicare, & appropriare, ac ſeparationem, & ſegregationem, ſeu diſmembrationem bonorum, fructuum, reddituum, & proventuum hujuſmodi, & illorum perpetuam applicationem, & aſſignationem per Vos, ut præfertur, faciendas cum factæ fuerint, Apoſtolica auctoritate confirmatas, & approbatas eſſe, & cenſeri debere decernimus. Necnon Jus Patronatus, & præſentandi perſonas idoneas laicis, qui bona, & redditus pro Dote Dignitatum, & Canonicatuum, & præbendarum hujuſmodi aſſignaverint, ac etiam Laicis Patronis beneficiorum, à quibus pars bonorum ſeu fructuum ſeparata, & eiſdem Canonicatibus, & Præbendis, ſeu Dignitatibus perpetuo applicata fuerint, illorum occurrente in futurum quoquo modo vacatione perpe-
C tuò reſervare, & concedere, cum Venerabilis Fratris Raphaelis Epiſcopi Oſtienſis Camerarii noſtri, cui collatio, proviſio, & omnimoda diſpoſitio, omnium, & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum ad collationem, proviſionem, & quamvis aliam diſpoſitionem Epiſcopi Lucani pro tempore exiſtentis quomodolibet pertinentium Apoſtolica auctoritate reſervata exiſtit, erectioni, ſeparationi, & applicationi, ac Juris Patronatus reſervationi hujuſmodi expreſſus accedat aſſenſus. Necnon una cum Laurentio Præpoſito de Archidiaconatu, Archipresbyteratu, Decanatu, & Primiceriatu prædictis, ab eorum primæva erectione hujuſmodi tunc vacantibus, ac de certo numero Canonicatuum, & præbendarum ejuſdem eccleſiæ, per eos ſtatuendo perſonis idoneis pro hac vice dumtaxat dicta auctoritate noſtra providere curetis. Nos enim, ut perſonæ dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ ab indebitis moleſtationibus ſublevatæ continua pace, & tranquillitate fruantur, Eccleſiam S. Mariæ, ac Laurentium, & pro tempore exiſtentes Præpoſitum, Archidiaconum, Archipresbyterum, Decanum Primicerium, Canonicos, necnon Capitulum,
C ac ſingulares perſonas, & bona illius, & aliarum Eccleſiarum, necnon omnes, & ſingulos Presbyteros, Clericos, & cujuſvis ordinis Religioſos Oppidi, ac illius diſtrictus, Territorii, necnon Vallium prædictarum pro tempore exiſtentes, ſub B. Petri, & Apoſtolicæ Sedis, ac noſtra protectione Apoſtolica auctoritate prædicta tenore præſentium ſuſcipimus, illoſque, & illa ab Epiſcopi Lucani, & ejus Vicariorum ac Officialium quorumcumque pro tempore exiſtentium, necnon dilectorum filiorum Capituli Lucani & quorumlibet aliorum Superiorum, quavis dignitate fungentium, totali Juriſdictione, ſuperioritate, correctione, dominio, & viſitatione penitus, & omnino eximimus, ac liberamus, ac immediatè dictæ Sedis juriſdictioni & ſuperioritati ſubjicimus; ita ut etiam ratione delicti, aut contractus, ſeu rei, de qua ageretur, ubicumque committatur delictum, initur contractus, aut res ipſa conſiſtat, præfati Epiſcopus Lucanus, Vicarii, Officiales, Capitulum Lucan. & quivis alii nullam juriſdictionem, correctionem, dominium, poteſtatem in eccleſiam, Præpoſitum, Archidiaconum, & Archipresbyterum, Decanum, Pri-
D micerium, Canonicos, & Capitulum, bona, & perſonas eccleſiaſticas, tam Sæculares, quàm Regulares Oppidi, diſtrictus, Territorii, ac Vallium prædictarum pro tempore exiſtentes, ac eorum familiares, aut in eorum aliquem exercere, aut excommunicationes, vel alias Cenſuras, ſeu pœnas Eccleſiaſticas promulgare poſſint, ſed dumtaxat Præpoſitus, & Capitulum coram dicta Sede, vel Legatis, ſeu Delegatis ejus, Archidiaconus verò, Archipresbyter, Decanus, Primicerius, Canonici, Perſonæ, & familiares præfati de ſe querelantibus coram dicto Præpoſito teneantur de Juſtitia reſpondere; decernentes omnes, & ſingulos proceſſus, ſententias, cenſuras, & pœnas, quos, & quas contra ſuſceptionem, exemptionem, liberationem, & ſubjectionem hujuſmodi haberi, & promulgari, necnon totum id, & quicquid ſecus ſuper his, à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irrita, & inania, nulliuſque firmitatis exiſtere. Et ut commoditati perſonarum Oppidi, ac Diſtrictus, & Territorii prædictorum opportunè conſu-

A latur, Apoſtolica auctoritate, & tenore prædictis ſtatuimus, & ordinamus, quod præfatus Laurentius, & pro tempore exiſtens Præpoſitus dictæ Eccleſiæ S. Mariæ juriſdictionem, ſuperioritatem, viſitationem, & correctionem in omnes, & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, & eccleſias Oppidi, & illius diſtrictus, & Territorii; necnon Vallium prædictarum, tam in civilibus, quàm in criminalibus, ſeu cauſis mixtis, prout epiſcopus Lucan. pro tempore exiſtens exercere conſueverat perpetuo per ſe, vel Vicarium ſuum liberè, & licitè exercere, ac de cauſis Canonicorum dictæ Eccleſiæ S. Mariæ cognoſcere, & eas decidere, ipſoſque Canonicos, etiam in criminalibus, prout ipſorum errata exegerint punire, & à ſententiis ipſius Præpoſiti, ſeu ejus Vicarii ad Romanum Pontificem dumtaxat appellari poſſit. Necnon cum etiam ad hoc præfati Raphaelis Epiſcopi expreſſus accedat aſſenſus, quod idem Laurentius & pro tempore exiſtens Præpoſitus una cum Capitulo ejuſdem Eccleſiæ S. Mariæ collationem, proviſionem, præſentationem, nominationem, & inſtructionem om-
C nium, & ſingularum Eccleſiarum dicti Oppidi, & illius Comitatus, & diſtrictus, necnon Vallium prædictarum, ac Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, Primiceriatus, ac Canonicatuum, & præbendarum, ac perpetuarum Capellaniarum dictæ Eccleſiæ S. Mariæ perpetuo habeant, ac illo ad illos pertineant. Ac quod Canonici dictæ S. Mariæ pro tempore exiſtentes, & in quibuſvis Litteris Apoſtolicis tam gratiæ, quam juſtitiæ ad inſtar Canonicorum Cathedralium Eccleſiarum Judices delegati, & executores illarum deputari, ac quævis cauſa per Sedem prædictam eis committi, perinde ac ſi verè, & non ficte Canonici Cathedralis, & non Collegiatæ forent. Necnon tam in Eccleſiis, quam in proceſſionibus, & aliis actibus publicis capitulariter factis veſtibus, ſuperpelliceis, almutiis, & aliis ornamentis Canonicorum Eccleſiarum Cathedralium uti poſſint, ac Proceſſus, & Sententiæ per eos alias ritè habiti, & latæ valida, & efficaces exiſtant, & eſſe cenſeantur, ipſoque Laurentius, & pro tempore exiſtens Præpoſitus ſolus, con-
C tractus Emphyteuticos, prout dictus Epiſcopus Lucan. conficere ſolet, conficere poſſit. Et nihilominus, cum ſimiliter ad hoc ipſius Raphaelis Epiſcopi expreſſus accedat aſſenſus, Jus patronatus, & præſentandi perſonam idoneam ad dictam Præpoſituram, quoties illam de cætero perpetuis futuris temporibus vacare contigerit, alternatis vicibus antiquiori de familia de Cecchis, & antiquiori quondam Turſini de Turinis Civibus dicti Oppidi, ac eorum hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, ita quod ſemper antiquiori Juſpatronatus hujuſmodi competat, & altera familia deficiente, in alteram Jus patronatus hujuſmodi tranſeat, ita quod inter eos jus accreſcendi locum habeat, & pro prima vice antiquiori de familia de Cecchis, & ſucceſſive antiquiori dictorum hæredum Turini; inſtitutio vero ad Capitulum dictæ Eccleſiæ S. Mariæ perpetuo pertineat, ſic tamen quod perſona ad Præpoſituram ipſam, ut præfertur, pro tempore præſentata, ac in ea per præfatos Canonicos, & Capitulum inſtituta, infra tres menſes novam proviſionem a Sede prædicta
D impetrare, ac literas Apoſtolicas deſuper totaliter expedire teneatur, alioquin Præpoſitura ipſa vacare cenſeatur, auctoritate Apoſtolica, & tenore prædictis reſervamus, & concedimus. Et inſuper eumdem Laurentium, & ſucceſſores ſuos dictæ eccleſiæ Præpoſitos pro tempore exiſtentes, in præfatæ Sedis Notarios gratioſe recipimus, ac aliorum noſtrorum, & dictæ Sedis Notariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, eiſque quod etiam omnibus, & ſingulis antelationum prærogativis, privilegiis, favoribus, conceſſionibus, gratiis, indulgentiis, indultis, quibus alii noſtri, & ejuſdem Sedis Notarii utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere potuerint, quomodolibet, abſque tamen aliorum Notariorum de numero participantium exiſten. & emolumentum officii Notariatus hujuſmodi percipientium præjudicio, uti, potiri, & gaudere, ipſiſque Laurentio, & Succeſſoribus Præpoſitis, ut Mitra etiam gemmis lamineis aureis ornata, Dalmatica, necnon chirothecis, etiam gem-

mis

A *mis ornatis, ſandalibus, annulo, & baculo, & aliis Pontificalibus inſignibus uti, necnon cum in Pontificalibus celebraverint, vel etiam ſi non celebraverint, benedictionem ſolemnem in medio Miſſæ, ſeu etiam poſt Miſſarum, Matutinorum, Veſperarum, & aliorum divinorum officiorum celebrationem, ſeu decantationem, ac in ſolemnibus proceſſionibus & Eccleſiis prædictis, dummodo ibidem Diœceſanus Loci, vel dictæ Sedis Legatus præſens non ſit, vel ſi præſens fuerit, ejus accedat aſſenſus, populo inibi intereſſenti elargiri, necnon omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus celebrationi Miſſarum, & Divinorum officiorum hujuſmodi intereſſentibus pro qualibet vice, qua interfuerint, indulgentiam centum dierum, & decem quadragenarum dicta auctoritate Apoſtolica concedere, ac veſtes, ſeu ſandalia, & alia veſtimenta, ſeu paramenta quæcumque Sacerdotalia, necnon ad uſum Miſſæ, & Divinorum officiorum pertinentia, in Eccleſiis Oppidi, diſtrictus, Territorii, & Vallium hujuſmodi, necnon ſacras Virgines cujuſcumque ordinis benedicere, & Scholares Oppidi, diſtrictus, Territorii, & Vallium prædictarum Clericali charactere inſignire, ac illos* B *ad quatuor minores ordines per ſe ipſum ſtatutis à Jure temporibus promovere, & dictos ordines eis conferre. Necnon idem Laurentius, & Succeſſores Præpoſiti pro ſe, ſeu Vicarius, vel Vicarii ad id ab eis pro tempore deputatus, ſeu Deputati parochianos eccleſiarum prædictarum ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, exceſſibus, & delictis quantumcumque enormibus, propter quæ Sedes Apoſtolica merito foret conſulenda, abſolvere, eiſque pro modo culpæ pœnitentiam ſalutarem injungere, ac Cœmeteria, Eccleſias, & Capellas, oppidi, diſtrictus, territorii, & vallium hujuſmodi ſanguinis, vel ſeminis effuſione pollutas, aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antiſtitem, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, ut moris eſt, benedicta, reconciliare. Dictuſque Laurentius de conſenſu alterius, veſtrum pro hac vice, & deinde idem Laurentius, & pro tempore exiſtens Præpoſitus de majori parte Capituli præfatorum, & ipſis Canonicis in diſcordia exiſtentibus, poſtquam bis requiſiti fuerint, & bis diſcrepaverint, ſolus Præpoſitus præfatus quæcunque ſtatuta licita, & honeſta, ac ſacris Canonibus* C *non contraria condere, ac illa prout ſibi videbitur, reformare, ſeu ampliare liberè, & licitè poſſint: quæ omnia, & ſingula ſic per ipſum Laurentium facta, ſeu reformata, vel ampliata, aut interpretata per quoſcunque ſucceſſores dicti Laurentii, ac Canonicos, & Capitulum, nec non ſingulares perſonas dictarum Eccleſiarum, ac alios Clericos, ſeu regulares perſonas Oppidi, & illius territorii, & diſtrictus, necnon vallium prædictarum inviolabiliter obſervari debeant, ac eos proinde arctent, obligent. ac ſi illa à Sede Apoſtolica confirmata, & approbata fuiſſent, præfata auctoritate Apoſtolica earundem tenore præſentium facultatem concedimus, & pariter indulgemus. Per hoc autem conſtitutioni, quæ præcepit, hujuſmodi reconciliationes per Epiſcopos tantum fieri, nullum volumus in poſterum præjudicium generari, & ut dicta Eccleſia S. Mariæ in debita veneratione habeatur; & à Chriſti fidelibus congruis frequentetur honoribus, ipſique Chriſtifideles eo libentius devotionis cauſa ad eandem Eccleſiam S. Mariæ confluant, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ ſe refectos conſpexerint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac* D *Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & firmam intentionem confitendi habentibus, qui in Nativitatis, & Reſurrectionis Dominicæ, & Pentecoſtes, ac Corporis Chriſti, necnon Aſſumptionis Glorioſæ Virginis Mariæ, ac Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, & S. Dorotheæ feſtivitatibus, ac celebritate omnium Sanctorum, & prima Dominica cujuslibet menſis dictam eccleſiam S. Mariæ devotè viſitaverint, & inibi orationem Dominicam, aut Salutationem Angelicam pro felici ſtatu noſtro, quandiu in humanis egerimus, ac Nobis vita functis, pro noſtræ, & progenitorum noſtrorum animarum ſalute, ac Populi Chriſtiani pace recitaverint, & ad ipſius Eccl. S. Mariæ reparationem, manutentionem, & rerum divino cultui neceſſariarum fulcimentum manus adjutrices porrexerint, pro ſingulis feſtivitatibus, & Dominicis prædictis, quibus id fecerint, tertiæ partis omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum remiſſionem ac viginti quinque annorum, & totidem quadragenarum Indulgentiam*

A *miſericorditer in Domino perpetuis futuris temporibus concedimus, elargimur, & relaxamus, ac hujuſmodi Indulgentiam ſub quibuſvis ſuſpenſionibus, revocationibus, & derogationibus ſimilium, vel diſſimilium Indulgentiarum, etiam in favorem Fabricæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ſeu Cruciatæ, & alias quomodolibet, & ſub quibuſcunque tenoribus, & formis factis, & pro tempore faciendis, nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas exiſtere, & cenſeri debere decernimus. Non obſtantibus felicis record. Innocentii IV, quæ incipit Volentes, Alexandri III quæ incipit Abbates, Bonifacii VIII Rom prædeceſſorum noſtrorum, quæ incipit; Statutum prohibente, ne cauſæ à ſede Apoſtolica prædicta, vel ejus Legatis aliis quam Canonicis Cathedralium Eccleſiarum, vel perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis commiti poſſint, necnon de certo Notariorum prædictorum numero, etiamſi ad illum nondum deventum ſit, cui per hoc alias non intendimus derogare, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Sy-* B *nodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon quibuſvis ſpecialibus, vel generalibus reſervationibus de dignitatibus principalibus in Collegiatis Eccleſiis per Nos, & Sedem prædictam factis, faciendis, ac dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarn. Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo nono 17 Kal. Maji pontificatus noſtri anno ſeptimo.

LEO EPISCOPUS

ſervus ſervorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter cætera noſtri cordis deſiderabilia illa intenſis deſideriis affectamus, ut ubique locorum Majeſtas Altiſſimi in gratiarum benedictionibus collaudetur, ut cultus ſui glorioſiſſimi nominis amplietur, ac piâ fidelium præſertim Nobis, & Apoſtolicæ Sedis devotorum vota, quæ ad ipſius glorioſiſſimi nominis exalta- C *tionem, & Eccleſiarum potiſſimum Collegiatarum profectum, & decorem, & perſonarum in eis Deo dedicatarum ſubventione tendere conſpicimus, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eamque prout expedire conſpicimus, favoribus proſequimur opportunis, ad illos quoque dexteram noſtræ liberalitatis extendimus, quos ad id propria virtutum merita multipliciter recommendant. Dudum ſiquidem omnia Beneficia Eccleſiaſtica cum Cura, & ſine Cura apud ſedem prædictam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; & deinde pro parte dilectorum filiorum Magiſtri Baldaſſaris Turini Clerici Lucanæ Diœceſis Noſtri Datarii & familiaris noſtri, & Laurentii de Cecchis Plebani Eccleſiæ ſanctæ Mariæ majoris oppidi Piſciæ dictæ Diœceſis I. V. D. nobis expoſito, quod cum dictum oppidum, quod dominio temporali Excelſæ Reipublicæ Florentinæ ſubeſt, plurimum* D *inſigne, & notabile, ac convenienti populi numero munitum, & refertum, & Eccleſia prædicta habitu olim actu Collegiata etiam inſignis fore noſceretur, ſi in ipſa Eccleſia, in qua Plebanatus, ſeu Plebania dignitas principalis, ac unus Plebanus, & certi alii perpetui Capellani duntaxat exiſtebant, quatuor aliæ Dignitates eligerentur, & conſtituerentur, & quod dicta Plebania deinceps Præpoſitura, & dictus Laurentius, ac pro tempore exiſtens ipſius Eccleſiæ Præpoſitus nuncuparentur, necnon certus Canonicatuum, & Præbendarum numerus in ea ſtatueretur, & ordinaretur, & pro Menſa Capitulari, ſeu dote Dignitatum, necnon Canonicatuum, & Præbendarum hujuſmodi certi annui redditus nonnullorum Laicorum d. oppidi illos donare volentium, ac non certa pars, ſeu portio bonorum immobilium, ac fructuum, redditum, & proventuum prædictæ S. Mariæ, & aliarum Parochialium Eccleſiarum & Beneficiorũ Eccleſiaſticorum, tam d. oppidi, quam illius diſtrictus, & Territorii, necnon Nebulo, & Arianæ vallium*

plenus, quia plauſibilis. Quæ autem pollicetur præclara magis, & intentiori deinde ſtudia præſtanda erunt: ne Corinthiacis Puellis tantum opus videatur ſimillimum, quæ cum pectenda coma, ornandoque capiti omnem operam collocarent, ex levidenſa deinde, paupereque cultu tota frigebant. Sed nec jam hedera ſpecioſior proſtans, cautis prudentibuſque ſatis commendat Cauponam: & in pumilionibus plerumque effuſe ridemus, barbato, juſtoque vultui puerilia atque a natura propemodum decurtata membra ſubeſſe. Itaque cum operi titulum præfigunt ſcriptores, ipſi ſibi legem indicunt, ea deinceps ex fide narrandi, quæ frons operis ſancte præferre videtur. Igitur cum de Epiſcopis Italiæ opus inſcribis, UGHELLE, ſimul etiam ſpondere videris, te omnium Italicarum Eccleſiarum publicas tabulas perſcrutaturum, privatarumque familiarum, ubi opus fuerit, Diaria, Ephemeridaſque rerum geſtarum revoluturum, quo minus diligentiam tuam quicquam poſſit eludere. Etenim cum plures, honeſtiſſimaque familiæ in Italia per eam dignitatem hactenus inclaruerint, at magna ab iis initurus gratia es, quorum affinium cum laude memoriæ, ſic, ſi vel unum qualicunque prævaricatione omiſeris, in varios ſermones incurres, tamquam qui minus par tanto operi manus admoveris, vel ſupina quandoque negligentia laboraveris, vel te livida invidia torſeris, quo minus ab affectu liber omnes ejuſmodi dignitate inſignitos referres in commentarios. Vide proinde quanta diligentia, quantoque labore opus eſt, ut ſcriptione ipſa adimpleas, quod titulus munificentiſſime adpromittit. Deinde hæc tua narratio, nec juſta completaque Hiſtoria futura eſt, nec ſimplices æmulabitur Annales, nec ſuccincti commentarii frontem implebit, nec una elogiorum pompa turgeſcet, ſed unum quid ex iis omnibus effloreſcere oportebit, ſi a doctis omnibus haud inſulſi ſcriptoris laudem es relaturus. Completa quippe Hiſtoria Rhetorum pigmenta non reſpuit, narrationem dilatat, concionibus modo rectis, modo obliquis res, quæ in conſultationem cadunt, perurget, explicat conſilia, cauſas gerendarum rerum diligenter explorat, cumque vituperatione laudem commiſcet, ac proinde oratoris modo perſonam ſuſtinet, modo non abſimilis futurus Poetis, ubi vel terreſtres acies explicandæ ſunt, aut maritimum bellum adornandum. Quæ omnia an iſtius narrationis tuæ anguſtiæ poſſe capere videantur, te ipſum judicem volo, qui in tantarum rerum tranſcurſu, ſatis habiturus es, ſi una temporum præteritorum monumenta ad ipſius veritatis, poſteritatiſque tribunal ſincere adducas. Sed nec Annalium ratio in tuam iſtam narrationem ſatis quadrabit. Etenim cum Epiſcoporum ſeriem perſequaris, vix ſemel, & iterum eveniet, ut ſingulis annis nobili argumento ditati tibi ſcribenti decurrant. Itaque cum in vacua nomina incideris (incides autem perſæpe, quod non omnes pari rerum geſtarum gloria condecorantur) ita hiulcus tuæ narrationis contextus erit, ut neceſſario a ratione Annalium veleas, nolens ſis abiturus. Jam commentariorum ſtylo ſi intempeſtive utaris, orationem nudam, ſiccam, tenuem, macilentamque protuleris, videberiſque aliis potius ſcribendi materiam ſubminiſtraſſe, quam ipſe rerum præteritarum Hiſtoriam perſcripſiſſe. Demum elogiorum ex una laude conflata majeſtas minus te decet: aſſi cum titulo operis velis ipſe pugnare. Etenim vana unam tantum ille laudationem, ut elogia ſæpiunt, videtur inſerere, qui de Epiſcopis Italicis Hiſtoriam ſcribere profitetur. Quanti igitur laboris opus futurum eſt, ut cum hiſtoricis modo concinne, copioſeque narres, ad Annalium modo ſuccinctam ſobrietatem orationem caſtiges; commentariorum ſimplicitate, brevitateque ampliſſima quæque convolvas, atque elogiaſtæ ſimillimus alaudes, ſed non ſordeſcas. Nec iterum prolixus Hiſtoricus ſis, nec jejunus Annalium commolitor, nec in commentariis ſcribendarum rerum fugaciſſimus indagitator, nec elogiorum continenti, effuſaque laude marceſcas? Hoc ſi aſſequare, nobile illud naturæ opus, quod in Apibus vix ſatis miramur, videberis æmulatus. Quod illæ (ſparſæ, palatæque, repente Vere, prædabundæ per campos in flores irrumpunt, vitatiſque florum vitiis, quæ ſua cuique radix ingeneraverat, ſolam collectam dulcedinem in favos compellunt: ita in omnium Hiſtoriæ partium maculis elutis, eximiam undiquaque abſoluti ſcriptoris laudem a doctis omnibus conſequeris. Merope Tragicus, & Comicorum omnium, extrema linea Roſcius, adeo in ſua quiſque Arte perfecti fuiſſe dicuntur, ut populum, ſpectatoreſque ad miraculum admiratione ſuſpenderent: iis, quas a populo cumulatiſſimas laudes non tuliſſent, ſi non in una tantum referenda perſona, ſed in omnibus ſuſtinendis excelluiſſent? Atque hæ tibi partes (FERDINANDE UGHELLE) implendæ erunt, ut plenior Doctorum una juſta laudationis in te vertat favorem. Quod ipſum cave, ne ita a me dictum accipias, quaſi qui a ſpe tanta conſequendæ laudis te velim dejicere. Amanter indigitavi anguſtias, at ex difficultate præclariſſimi ingenii tui vires exacuerentur. Nullibi enim Nauclerus canentem ratem impellit, quam ubi ſe ſenſerit prope ſyrtes, ſcopuloſque curſum tenere. Tenebis autem tu feliciſſime portum, quem tuis honeſtiſſimis laboribus deſtinaſti, ſi conſtanter pergas facere, quod facis, ſi non a temetipſo degeneraveris, ſi iſtam excellentem mentis tuæ aciem hebeſcere non patieris, ſi editionem operis, quo monumenta poſteritatis juventur, celerius maturaveris; ſi denique præceptoris olim tui, & amiciſſimi ſenis, hoc eſt mei, adhortamenta non aſpernabere.

Vale Florentiæ anno a Chriſto nato milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo die ſeptima Octobris.

27 Fr. NICOLAUS de Nola, Ordinis Minorum, Epiſcopus Suanus electus anno 1367. XI. Kalendas Januarii, ex regeſto Vaticano Cameræ Apoſtolicæ ſolvit debitum Pauli ſui anteceſſoris; neque aliud de eo præterea potui indagare. Obiit anno ſequenti. XXIX

28 ROBERTUS de Raynaldio de Verde Canonicus Nolanus, fratri Nicolao ſucceſſit anno 1369 Kalendis Junii, ex regeſto Vaticano. Hic cum Avenioni in Gallia moraretur, Nicolai ſui anteceſſoris & ipſe Cameræ Apoſtolicæ debitum ſolvit. Hujus epiſtolam ad rempublicam Senenſem attente legi, in qua ſe prodit amantiſſimum eccleſiaſticæ libertatis. XXX.

29 PETRUS Nicolai Blandebellis Senenſis, Suanæ Pontifex fuit anno 1380. Fores Eccleſiæ Cathedralis fieri fecit, ut teſtatur hæc brevis ibidem appoſita inſcriptio. XXXI

Natus in urbe Sena, & Præſul factus in iſta
Petrus ut hæc Janua ſic fierent juduit.

30 ANTONIUS Monachus Camaldulenſis ad Suanenſem ſedem aſcendit 1386. 19. Martii, ex lib. proviſ. prælatorum Urbani VI. Deceſſit anno 1390. XXXII.

31 THOMAS Marius (1) Romanus, Anglonæ quondam Epiſcopus, ad hanc Eccleſiam translatus eſt anno 1390. ſexto Idus Octobris. Deceſſit autem 1397. ex lib. Proviſionum prælatorum. Cæterum dum Thomas Suanam adminiſtraret Eccleſiam, Nicolaus quidam Nolanus ſub titulo Suanenſis Epiſcopi ad Senenſem rempublicam ſcribit, cujus adhuc epiſtola in archivio Bicherniæ Senenſis aſſervatur. Arbitror igitur hunc Nicolaum ab Antipapa Benedicto fuiſſe ſublectum in invidiam, odiumque Bonifacii IX. qui Thomam Marium rite, juſteque ad illam ſedem ſubvexerat: quamobrem ſpurius ille (ut ſchiſmaticorum ingenia cupidine habendi deflagrant) conqueritur alicubi Suani Epiſcopatus ſibi cenſus non obvenire, quippe cui magis cenſus, quam animarum ſalus cordi eſſet. XXXIII.

32 VALENTINUS filius Vanni Viterbienſis canonicus, ac doctor utriuſque legis, Epiſcopus adlectus eſt anno 1397. 11. Kal. Aprilis, ex lib. Proviſ. prælat. XXXIV.

33 PETRUS Abbas SS. Andreæ, & Gregorii Romæ ex ordine S. Benedicti, electus eſt an. 1402. XXXV.

No-

(1) Hunc eumdem eſſe opinor, qui in opere inſcripto, de Capite ſacri Ordinis S. Spiritus auctore Petro Saulnier, dicitur pag. 39. Thomas Luci de Marris, Epiſcopus Suanenſis (forſan Suanenſis) & pauperes hoſpitalis S. Spiritus de Roma ex aſſe reliquit heredes. Mendis.

Nonis Junii. Expiſcari autem non potui, quando hic Petrus deceſſerit, & an ejus electio confirmata fuerit. Reperi enim Antonium, de quo ſtatim narraturi ſumus, in Suanenſem Epiſcopum confirmatum fuiſſe a Martino V. Columna anno 1418. per obitum Valentini. Aut igitur Valentinus Suanam renunciavit Eccleſiam, aut honore Epiſcopatus tempore ſchiſmatis ſpoliatus eſt. Nec item ſatis mihi conſtat, an hic Petrus Suanæ ille Epiſcopus fuerit, an vero Valentinus, qui Romæ anno 1413. die 6. menſis Januarii, juſſu Joannis XXIII. Pontificis contra Huſſitas concilium exorſus eſt, ut narrat Bzovius in ſuis Annal. Eccleſiaſticis. Dabit veniam lector, ſi in tanta vel varietate, vel confuſione rerum veritas invita obviare videatur ſcribenti.

XX XVI 34 Fr. ANTONIUS del Fede Florentinus, ex Ordine Carmelitano, electus fuit ſub XII. Gregorio anno 1414. ejuſque Epiſcopatus iniit poſſeſſionem die 17. menſis Octobris. Crediderim autem hunc Antonium in Suanam Eccleſiam fuiſſe intruſum favore comitum Pitiliani, qui, ut privatæ illorum rationes ferebant, modo has, modo illas partes fovebant. Etenim tunc temporis adhuc Valentinus vivebat; conſtat tamen ſedato ſchiſmate, inque Conſtantienſi Concilio Martino V. creato, legitime ab eodem Pontifice Suanarum obtinuiſſe Epiſcopatum anno 1418. ſecundo Idus Auguſti, ut ex diplomate dato Gebenis perſpicitur. Eccleſiam S. Georgii montis Marani ſuæ diœceſis conſecravit, ut habet inſcriptio ibidem ad parietem.

Anno Domini M. CCCC, XXX fuit conſecrata Eccleſia S. Georgii Montis Marani per Dominum Antonium de Florentia Epiſcopum Suanenſem die XXX. menſis Octob.

Deceſſit Antonius anno Domini 1434.

XXX VII. 35 JOACHIMUS Suhare presbyter Eccleſiæ S. Joannis de Pitiliano, defuncto Antonio ſub IV. Eugenio ad Suanam ſedem pervenit 1434 XIII. Kalendas Februarii. Ejus autem electio ſuſpenſa fuit uſque ad annum 1439. cujus rei nullum reperi ſcriptorem, qui proderet cauſas; translatus poſtea ad Eccleſiam Cannenſem in provincia Barenſi anno eodem 1439.



XXX VIII. 36 APOLLONIUS Maſſainus a civis, & canonicus Senenſis, Epiſcopus adlectus eſt 1439 die XIII. menſis Julii. Is cum eſſet magni animi vir, Senenſem rempublicam armis conſilioque juvit, ut Suanenſem comitatum, oppidaque perplura ab Aldebrandeſca gente poſſeſſa, ſub Ildebrandino ejus familiæ poſtremo, ejuſdem reipublicæ adjiceret poteſtati, captoque Orbetello, cæteriſque maritimis caſtris in poteſtatem redactis, quæ olim Bernardus S. Anaſtaſii Abbas, & monachi, ut ſupra narravimus, Ildebrandino, Nicolao, ac Gentili Comitibus in feudum conceſſerant, ejuſdem cœnobii monachi, & Angelus Abbas cohortante Apollonio Epiſcopo anno 1451. reipublicæ Senenſi fiduciario jure libere, & in perpetuum Orbetellum, cæteraque maritima oppida poſſidenda tradiderunt; cujus rei documentum ex ſæpe citato tabulario hic libenter retulimus, cum non parum faciat ad ejus rei veritatem indagandam, ut inde diſcant lectores, qua via, qua neceſſitudine, quave fortuna Anſedonia civitas, Orbetellum, Herculis portus, aliaque decem finitima oppida, olim a Carolo Magno, Leoneque III. Pontifice Eccleſiæ, cœnobioque S. Anaſtaſii ad aquas Salvias dono data, in Senenſis reip. pervenerint poteſtatem, ac deinceps jure belli, eorum aliquot Hiſpaniarum Rex, cætera Magnus Hetruriæ Dux ſuo ſubjugarunt imperio. Documenti vero hujuſmodi eſt tenor.

a De m Ugurgerius in Pompis Senens. vol. 1. Mendoſ.

In nomine Domini, Amen.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & domini noſtri D. Nicolai, divina providentia, Papæ Quinti, Indictione XV. menſis Auguſt. die XII.

Cum hoc ſit, quod Rev. pater dominus fr. Angelus humilis Abbas S. Anaſtaſii ad aquam Salviam extra, & prope Urbem aſſeruerit, & aſſerat infr. civitatem, caſtra, oppida, terras, loca, & jura ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ſpectare, & pertinere ad dictum monaſterium pleno jure, & illa legitime devoluta eſſe ad ipſum monaſterium per mortem quondam Ildebrandini de Soana, filiorum, & nepotum ipſius, quibus locatio facta fuerit de dictis bonis, illaque ſibi reſtituenda, & relaxanda eſſe, ac cenſum, & fructus totius temporis retroacti, & propterea cauſam contra communitatem, populum, & officiales civitatis Senen. ſeu ejus homines, & officiales tamquam illicitos detentores dictarum rerum venerabili viro domino Vuilleimo de Fondera, cauſarum ſacri palatii Apoſtolici Auditori commiſſi obtinuerit, coram quo ad nullos actus circa cauſæ concluſionem proceſſum fuit, ex adverſo vero dicta communitas, populus, & civitas Senarum, ſeu ejus homines, & officiales, ac ſpectabilis vir dominus Nicolaus de Severinis orator dictæ communitatis, nomine ipſius aſſeruerit, & aſſerat dicta bona ſpectare, & pertinere ad dictam communitatem pleno jure, & illaque acquiſita fuiſſe per dictam communitatem jure juſti belli illati contra tyrannos turbantes pacificum, & tranquillum ſtatum dictæ communitatis, illaque tanto tempore fuiſſe poſſeſſa pacifice per dictam communitatem, quod non extat memoria contrarii, nec ea de cauſa cenſus aliquis ullo unquam tempore fuerit ſolutus, & propterea nec ad earum reſtitutionem, neque ad ſolutionem aliquorum fructuum, aut cenſus obligari. Volentes igitur dictæ partes litium anfractus dirimere, & expenſas, & contentiones evitare ad infraſcripta pacta, conventiones, & tranſactionem ſponte unanimi conſenſu, parique voto devenerunt, videlicet, quia dictus dominus Abbas promiſit, & convenit dicto oratori, & procuratori dictæ magnificæ communitatis præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, pro ea haben. ad hæc plenum, & ſufficiens mandatum, & procuratorium a dicta communitate factum in dicta civitate in conſiſtorio magnificorum dominorum capitanei, populi civitatis prædicti manu Franciſci olim Hieronymi de Senis publici notarii, & præſentibus teſtibus in dicto mandato contentis ſub data anni Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, indictione quintadecima, tempore Pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri domini Nicolai divina providentia Papa Quinti, die quinta menſis Auguſti per me infraſcriptum notarium viſum, & diligenter lectum in publica forma, in præſentia infraſcriptorum teſtium dicta, & infraſcripta bona in perpetuam emphyteuſim dare, locare, & concedere pro cenſu annuo infraſcripto, ac liberare dictam communitatem a ſolutione totius cenſus præteriti, ad quod ipſa communitas, aut alii obligarentur, & verſa vice dictus orator, & procurator dicto nomine promiſit, & convenit dicto domino Abbati dictam locationem, & in emphyteuſim perpetuam conceſſionem recipere de dictis bonis, ſeu juribus, quæ in dictis bonis habet, & & quæ ad dictum monaſterium ſpectarent quoquo modo, & ſolvere pro omni cenſu, & penſione præteriti temporis, & toto eo quod dicto monaſterio debebatur floren. auri quinquaginta, & pro tanto dictæ partes volentes prædicta ad effectum deducere in præſentia mei

notarii, & teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum dictus dominus Abbas cum conſenſu infraſcriptorum prioris, & conventus pro ſe, & nomine dicti monaſterii, & ſuorum in dicto monaſterio ſucceſſorum ſponte renunciavit, & refutavit, & per pactum de ulterius non petendo remiſit dicto oratori, & procuratori præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti vice, & nomine omnium, & ſingulorum, quorum nunc intereſt, vel in futurum poterit quomodolibet intereſſe, id eſt omnia, & ſingula jura, nomina, & actiones, juſtitias, & rationes reales, & perſonales, utiles, & directas, tacitas, & expreſſas, hipothecarias, ſive mixtas, civiles, & prætorias in rem ſcriptas, ac officium judicis, quæ, quas, & quod dictus dominus Abbas dicto nomine, & dictum monaſterium habet, eiſque competunt habere, eiſque competere poſſent nunc, & quomodolibet in futurum ratione cenſus, ſive canonis totius præteriti temporis uſque nunc. Quam refutationem fecit dictus dominus Abbas pro eo, quia nunc manualiter, & numeraliter in contantis habuit, & recepit a dicto oratore, dicto nomine ſolvente in pecunia numerata dictos quinquaginta florenos auri, poſt quam receptionem ſe bene contentum, & quietum vocavit, promittens de evictione dictorum jurium in forma juris, & inſuper dictus Reverendus pater dominus Angelus Abbas præfatus cum conſenſu, præſentia, & voluntate venerabilium virorum fratris Alani de Francia, fr. Matthæi de Caſtillione della Peſcara, & fr. Joannis de Ruſſia monachorum congregatorum de mandatu dicti domini Abbatis, in loco capituli dicti monaſterii ad ſonum campanellæ, ut moris eſt qui faciunt, ſunt, & repræſentant dictum capitulum, & conventum Abbatiæ præfatæ, ipſique monachi, cum conſenſu, & auctoritate dicti domini Abbatis . . . . & receptione pacto prædictis conſenſerunt, quod dicta communitas, & ejus officiales poſſideant, prout hactenus poſſederunt infraſcripta bona domino Nicolao de Severinis oratori, & procuratori prædicto præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, vice, & nomine dictæ communitatis, & mihi notario, ut publica perſona præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, infraſcriptas terras, civitates, & caſtra, prædia, & loca, in quibus dudum fuerunt civitates, & caſtra, & modo ſunt diruta muralia, & inhabitata facta pro parte ipſarum terrarum, & ſpecialiter civitatem, quæ dicitur Anſidonia, deſtructum, inſimul cum porta, quæ vocatur Fenilia, item & portum, qui vocatur Herculis juxta montem Argentarium, necnon & totum montem, qui vocatur Lilium . . . . & caſtrum Lilii exiſtens in ipſo monte, item & inſulam, quæ vocatur Jannuti, item & totum montem, qui vocatur Argentarium, & caſtrum in ipſo monte ſitum, quod vocatur Argentaria, & mare juxta ipſum montem verſus habentem miliaria 100. infra pelagus, quo eſt infra ejus aqua, & jus navigandi, & ſimiliter piſcandi per ipſum mare. Item & caſtrum, quod vocatur Orbetellum, cum ſtagnis circa ipſum, & jus navigandi, & piſcandi per ipſa n, item & caſtrum, quod vocatur Marſilianum, item & caſtrum, quod vocatur Alteriſoſtum, item & caſtrum Capalbi, & caſtrum, quod vocatur mons Acutus, & Enci, ſive mons Eati, & caſtrum, quod vocatur Serpena, & caſtrum, quod vocatur Stachilatrium, & Abbatium de Sylva, item & territorium Collignoli, item & montem de Ceragiolo, item & lacum Baranum, & molendina, cum hominibus, & vaſallis, juribus vaſſallorum, cum angariis, perangariis, & forfacturis, cum terris ſemeatariis, cultis, & incultis, nemoribus, ſylvis, pratis, paſcuis, paludibus, molendinis, fontibus, rivis, faltuis, ſtagnis, puteis, lacubus, & argentariis, viis, itineribus, ndi uus, & omnibus eorum aliis pertinentiis, uſibus, & utilitatibus, pertinentiis, & adjacentiis ſuis, quæ omnia his finibus concluduntur, ab uno latere eſt pelagus magni maris, ab alio latere eſt fluvius, qui vocatur Albina, item ab alio latere pergit aqua, quæ vocatur Elſa, & fluit per Serpena, & abinde perfluit per pedem montis Arjeti, & vadit per piſcinam, & deinde perfluit in Baranum, & profluit in mare magnum prædictum omnia prædicta, cum montibus, & collibus, plagis, & planitiebus ſuis, & cum parietibus antiquis, exceptis Eccleſiis, oratoriis, & piis locis, eorumque juribus, tenimentis, & poſſeſſionibus exiſtentibus in omnibus, & ſingulis dictis locis conceſſis, quæ in dicto contractu, & conceſſione non veniunt, ſed excluſa, & excepta intelligantur, ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, alienandum, cedendum, & concedendum, & de eis faciendum, quicquid eis placuerit, pactis, & conditionibus infraſcriptis ſemper ſalvis; hunc autem dationem, ceſſionem, & in emphyteuſim perpetuam conceſſionem fecerunt dicti dominus Abbas, & conventus eidem oratori, & procuratori, ut ſupra recipienti pro eo, quia dictus orator, & procurator, quibus ſupra nominibus habent ad hæc omnia, & ſingula, ut dictum eſt, ſpeciale mandatum ſponte promiſit, & convenit dictis domino Abbati, & conventui, præſentibus, recipientibus, & legitime ſtipulan. pro ſe ipſis, & dicto monaſterio, & eorum in dicto monaſterio ſucceſſoribus, & mihi notario infraſcripto, ut publica perſona præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, vice, & nomine omnium, & ſingulorum, quorum nunc intereſt, vel in futurum poterit quomodolibet intereſſe, omni anno in perpetuum dare, ſolvere, & pagare pro cenſu, & reſponſione dictæ commiſſionis in feſto Paſchatis reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chriſti libras quindecim auri Sen. Et ſi poſt dictum diem infra quindecim dies non ſolveret teneatur ſolvere duplicatum tantum convento etiam, & ſpecialiter declarato, ac ſolemni pacto, quod ſi per bienninm ceſſatum fuerit per dictam communitatem a dicta reſponſione canonis ſolutionis, propter hoc dicta bona, & jura non intelligantur ad dictum monaſterium devoluta, ſed teneatur tantummodo dicta communitas ad ſolutionem dupli dictæ requiſitionis, & cenſus dicto monaſterio. Item promiſit dictus orator, & procurator quo ſupra nomine dictis domino Abbati, & conventui præſentibus, recipientibus, & legitime ſtipulantibus, ut ſupra, quod dicta communitas per ſe, vel alium, ſeu alios non impediet, quo minus dictum monaſterium extrahat de dictis locis omnibus conceſſ. in emphyteuſim omne bladum proprii arboreris, & molendinorum ipſarum Eccleſiarum, & omnem aliam graſciam, & oblata mobilia pro ipſo monaſterio, & pro aliis Eccleſiis monaſterii prædicti, ſi quas tenebit ad manus ſuas per mare, & per terram libere, & ſine datio, item non impedire per ſe, vel alium, ſive alios, quominus ipſum monaſterium, aut quilibet procurator ejus, vel nuncius intret in poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem omnium Eccleſiarum ſpectan. ad ipſum monaſterium, & jurium earundem, & quominus clerici dictarum Eccleſiarum reſpondeant dicto monaſterio omnia, & ſingula, ad quæ tenentur, & quominus ipſe Abbas eoſdem clericos cogat ad ea, & in eis inſtituat, & deſtituat; imo juvabit dictum monaſterium toto poſſe, & auxilium, & favorem præſtabit; item promiſit dictus orator, & procurator dictis nominibus dicto domino Abbati, & conventui præſenti, recipienti, & legitime ſtipulanti, ſi aliqua dictorum bonorum reperirentur alienata, pro poſſe recuperare, & eorum ſumptibus, & expenſis, & dicti dominus Abbas, monachi, capitulum, & conventus prædicti promiſerunt dicto oratori, & procuratori dicto nomine recipienti, ſecundum jura legitime defendere dictas res, & jura, ut ſupra conceſſas, & quæ poſſidentur per dictum conventum ab omni univerſitate, collegio, vel perſona pro quibus omnibus, & ſingulis obſervandis, & plenarie adimplendis, dictæ partes ad invicem, & viciſſim, videlicet dicti Abbas, & conventus obligaverunt omnia bona dicti monaſterii, & dictus orator, & procurator, nomine quo ſupra, obligavit omnia bona mobilia, & ſtabilia dictæ communitatis Senarum, & maxime bona prædicta, & voluerunt pro prædictis poſſe cogi, compelli, conſtringi, & conveniri omni tempore, & in omni curia, & coram quocumque judice ordinario delegato, ſeu ſubdelegato, diebus etiam feriatis, quibus feriis, & feriatis diebus renunciaverunt expreſſe renun-

cian-

cianteis etiam privilegio fori, ac exceptioni doli mali, vis metus in factum conditioni indebiti, ob cauſam, & ſine cauſa, & generaliter omnibus aliis, & ſingulis exceptionibus, & defenſionibus, quibus contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum dicere, facere, venire, tueri, & ſeſe defendere poſſent, expreſſe renunciaverunt, & juraverunt ad ſancta Dei Evangelia, videlicet præfati dominus Abbas, & monachi dicti conventus manus ad pectus ponentes, & dictus orator, & procurator ſacroſanctis ſcripturis corporaliter manu tactis in animas conſtituentium prædicta omnia, & ſingula referendo ſingula ſingulis firmiter obſervare, rata, grata, & firma habere, & in nullo contrafacere, dicere, vel venire aliqua ratione, jure, modo, titulo, ſive cauſa, ſub obligatione prædictis, & vinculo dicti præſtiti juramenti.

Actum in loco capitulari dicti monaſterii, præſentibus ſer Nicolao Laurentii notario, Martino, Petri, magiſtro Martini de Senis, Joanne Puritatis Spetiario, & Joanne Angelo Jacobi civibus Romanis de regione ſancti Angeli teſtibus ad prædicta habitis, vocatis, atque rogatis.

Ego Petrus Millinus de Millinis, civis Romanus, publicus, Dei gratia, Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus notarius, quia præmiſſis omnibus, & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, agerentur, & fierent una cum prænominatis teſtibus interſui, & proſeas ſui. Ideo ea rogatus ſcripſi, & in notam redegi, & quia aliis occupatus negotiis in hac forma ſcribere non valui, per alium mihi fidum ſcribi feci, & facta diligenti auſcultatione me fideliter ſubſcripſi, publicavi, & meum ſignum appoſui in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum.

Diu ſuperſtes fuit Apollonius; obiitque diem poſtremum Suanæ 1467. menſe Septembri, ſepultuſque eſt in ſua Cathedrali. Poſt cujus exceſſum in gratiam cleri reſpublica Senenſis conata eſt a Pontifice impetrare ſedem illam Joanni Magliani plebano, Epiſcopique defuncti vicario, ſed nequicquam, quoniam in irritum ceſſere preces.




XX
XIX 37 THOMAS de Teſta Piccolomineus *a* Apollonio ſuffectus eſt 1467. qui vix ad tres annos Suanam cum rexiſſet Eccleſiam, ad Pientinam, Alcinenſemque Eccleſias eſt translatus 1470.

a De eo V. gurgerius in Pompeia Senen. vol. 2. Mandoſ.



XL. 38 ANDREOCCIUS Ghinuccius *b* Senenſis Epiſcopus renunciatus eſt 1470. Idib. Novembris. Ad decem, & novem annos Suanam rexit Eccleſiam, fuitque translatus deinceps ad Groſſetanum Epiſcopatum 1489. Cæterum Nicolaus Pitiliani Comes, ut fratrem in ſedem Suanam intruderet, Andreoccio magnum faceſſit negocium, ſed IV. Sixtus illius egregie fregit conatus, translato enim Andreoccio ad Groſſetanum, quem non ſperabat Pitilianus, ſucceſſorem ſuffecit.

b De hoc item V. gurgerius Mandoſ.



XLI 39 HIERONYMUS Scotius *c* Senenſis, Andreoccio eodem die ſucceſſit 1489 inauguratuſque fuit magna reipublicæ Senenſis lætitia. Brevis tamen Pontifex fuit, cum anno 1492. deceſſiſſet.

c De hoc pariter V. gurgerius Mandoſ. Aliquibus eſt Scoglius.



XLII. 40 ALDELLUS Piccolomineus *d*, filius Spinelli, 1 die Octobris anno 1492. huncobtinuit Epiſcopatum. Aquam frigidam ſuper Novicomenſem lacum ſitam Abbatiam habuit commendatam, quam ex Sixti IV. conceſſu Italicæ Ciſtercienſi congregationi conjunxit anno 1504 tertio Nonas Decembris. Vitam finivit Aldellus Senis anno 1510. ibidemque ſepultus fuit in majorum ſuorum ſepulchro.

d De hoc idem V. gurgerius. Mandoſ.



XLIII 41 ALPHONSUS Petruccius, Pandolphi Senenſium tyranni filius, electus fuit anno 1510. poſtrema die menſis Octobris, pauloque poſt a Julio II. diaconus Cardinalis creatus Suanam renunciavit

Ec-


Eccleſiam. Hic ille Alphonſus Petruccius eſt, qui ob conſpirationem in X. Leonem diſperiit. A

XLIV 42 LACTANTIUS Petruccius, Suanæ Epiſcopus, ejuſdem cum Alphonſo læſæ Majeſtatis comprehenſus, cum citatus ad condictam diem non adfuiſſet, in publico conſiſtorio Suanenſi Epiſcopatu, omnique dignitate ſpoliatus eſt a, clanculum, incognitusque, quoad Leo X. ſuperſtes fuit, mutavit exilia; deinde ab Adriano VI. in priſtinam dignitatem Suanenſem tamquam ejus criminis innocens eſt reſtitutus ex deceſſu Raphaelis Petruccii Cardinalis, qui Suanam Eccleſiam commendatam habebat. Vixit Lactantius uſque ad annum 1527.

a 23. Novembris 1517.

XLV. 43 DOMINICUS Colleſta de Suana, depoſito Lactantio ſuffectus eſt anno 1517. die 2. menſis Decembris; fato functus eſt 1520.


XLVI 44 RAPHAEL Petruccius Suanæ commendatarius effectus eſt anno 1520. die 6. menſis Februarii: è vivis exemptus eſt 1522. Hic Cardinalis, cum inexplebili habendi cupidine ſtatus Senenſis degluberet clerum, ita populi totius, atque Eccleſiaſticorum præcipue odium incurrit, ut vix mortuus, efferenduſque publicam iram videretur poſſe eluctari. Conſule Sigiſmundum Titium teſtem oculatum, ideoque vero propiorem in hiſt. Senenſi tomo 3. B



C

XLVII. 45 HERCULES Gonzaga ab exceſſu Lactantii per duos annos hanc Eccleſiam vacuam adminiſtrandam ſuſcepit anno 1529. die 3. menſis Julii, eidemque remiſit nuncium in favorem Cardinalis Farneſii, qui poſtea Paulus III. fuit 1532. Farneſius demum poſt quatuor dies, in Ferdinandum Farneſium illam tranſtulit, retento perpetuæ adminiſtrationis regreſſu. Ultimum vitæ ſpiritum pie creatori ſuo reddidit Hercules anno 1563. ſexto Nonas Martii, elatus in ſua Eccleſia Mantuana, ut in . Tomo diximus, ubi de eo plura, in cujus funere Leſſum eccinit Paganius Licloneoſia ad Vvillelmum Maximum Mantuanorum ducem, idemque tumulus extat ejuſdem Herculis ad Federicum Gonzagam Cardinalem fratris filium.

Hoc marmor tenet HERCULIS propago
Quem Gonzaga tulit, relicta membra
A divina anima, quibus ſoluta
Ad puri revolavit aſtra olympi. D
Verum hæc terrea membra derelinquens,
Nomen tale reliquit, atque famam
De ſe, maxima dignitas, quod illa,
Illa ab omnibus expetita tantum,
Quæ cœli oſtia claudit, atque pandit,
Illius meritis, minorque, & impar
Habebatur, eratque, ſi exiſtimemus
Illius merita æquiore mente.
Per te conjice qualis, atque quantus
Ille vir fuerit VIATOR, hancque
Jacturam lachrymare inuſitatam,
Quam reſpublica CHRISTIANA fecit
Cœleſti hoc homine interempto, iniquo
Rerum hoc tempore, tamque turbulento



46 FERDINANDUS Farneſius, nepos Alexandri Farneſii electus eſt anno 1532. die 21. menſis Aprilis, cum vix annos ætatis expleret 23. poſt aſſumptionem vero Pauli III. patrui ad Pontificatum eo munere ſe exſolvit anno 1535. XLVIII

47 CARVAJAL Simoncellus Urbevetanus, electus eſt adminiſtrator hujus Eccleſiæ, donec vigeſimum ſeptimum annum expleret, tunc enim ejuſdem Eccleſiæ juſtum titulum aſſecutus eſt 1535 die 26. menſis Februarii. Sexaginta annos Suanam rexit Eccleſiam, mortuuſque eſt anno 1596. totius Chriſtianitatis Epiſcoporum decanus. XLIX.



48 METELLUS Bichius b Senenſis poſt Simoncellum hanc obtinuit Eccleſiam anno 1596. die 15. menſis Januarii. Sub Paulo vero V. eo munere ſe exſolvit, a quo 1611. Cardinalis renunciatus eſt, qui ab Eccleſia, cui per id tempus jus dicebat, Suanæ Cardinalis eſt appellatus; Archiepiſcopatu Senenſi etiam deinde fulſit, ut ſupra narravimus. L

b De hoc Vgurgerius in Pompis Senen. vol. 1. Mandoſ.



49 OCTAVIUS Saracenus c nobilis Senenſis, filius Pompeji, eligitur in Epiſc. Suanenſem anno 1606 die xii. menſis Junii. Sedit laudabiliter ann. 17 obiitque in patria ann. 1623. ſepultus in patrium ſuorum tumulo. Stemmata Saracenæ gentis caput Mauri atri coloris, in aurea parma, in qua recentiores addidere Aquilam nigram Imperialem in aureo campo. LI.

c De hoc idem Vgurgerius. Mandoſ.

50 SCI-



LII. 50 SCIPIO Tancredus *a*, nobili apud Senenſes familia natus I. U. D. moribus, & pietate clarus, in locum Octavii Saraceni ſuffectus eſt die 11. menſis Januarii 1624. Hic cum venerandæ antiquitatis ſtudioſus eſſet, Eccleſiæ ſuę jura, monumenta, & privilegia per ſummum laborem expiſcari conatus eſt, ſed in vanum elaboraſſe dicitur, cum, ut ſupra retulimus, Pitiliani quidam comes per ſummam malitiam, vetuſtiſſima quæque Suanæ Eccleſiæ monumenta igni cremari juſſerit, ne deinceps uſurpata ab eo bona, juraque Eccleſiæ expeterentur juridice. Cæterum Scipio, qua potuit diligentia, ſimplicem, hiulcumque anteceſſorum ſuorum catalogum contexuit, quem pro ſua in me humanitate Romam mihi tranſmiſit. Ad duodecim annos incredibili ſollicitudine hanc rexit Eccleſiam, & ad Alcinenſem Epiſcopatum meruit ſublimari, de quo in 1. Tomo. Tancredæ gentis antiqua ſtemmata ſunt, quæ ſpectantur bipartita in parma cærulea, & argentea per triangulum diſpoſita; addiderunt poſteri ſupra in aureo campo nigram Aquilam.

a Vgurgerius pariter de hoc pag. 103. *Mand.*



LIII. 51 CHRISTOPHORUS de Ptolomæis *b* Senenſis, affabilitate morum, & nobilitate clarus, ex Primicerio Metropolitanæ Senenſis ab Urbano VIII. Pont. Max declaratus eſt Epiſcopus Suanæ die 16. Martii 1637. qui cum brevi præfuiſſet tempore, conceptam de ſe expectationem haud valuit adimplere: mortuus eſt enim menſe Septembri 1639. è cujus vetuſtiſſima apud Senenſes familia, quippe quæ ab Ægyptiis Ptolomæis regibus ſuam duxiſſe originem gloriatur, & toga, & ſago viri clariſſimi prodiere, inter quos recenſetur a Paulo Carpenterio lib. 1. vitæ B. Bernardi Ptolomæi Olivetanæ congregationis ordinis s. Benedicti inſtitutoris, Chriſtophorus alter ordinis Prædicatorum alumnus, ſcientia, & vitæ ſanctimonia illuſtris, ejuſdemque D. Bernardi conſanguineus, & educator, quem ob eximiam apud omnes exiſtimationem ad hanc Suanenſem ſedem evectum tradit, ſed cum nos in regeſtis Vaticanis nullam de ipſo reperiſſemus mentionem, illum ex albo Suanenſium Præſulum expunximus, ne ſeries noſtra claudicare apud pleroſque videretur.

b Vide Vgurgerium citatum p. 157. *Mand.*

52 ÆNEAS *Spannatius c*, Cæſaris filius, nobilis Senenſis, electus anno 1638. die 20. Decembris; translatus deinde eſt ann. 1644. die 23. Maii ad Ferentinam Eccleſiam in Campania. LIV.

c De hoc, idem Vgurgerius. *Mand.*



53 MARCELLUS *Cervinus* Politianus *d*, Marcelli II. Papæ pronepos, Antonii, & Annæ Strozzæ filius, Suanenſis Epiſcopus delectus eſt ab Innocentio X. Pontifice Maximo die 15. Maii 1645. Vivit, planeque dignus, qui diutiſſime vivat, quemque omnes ſibi commiſſæ oves venerentur, & colant. * Translatus eſt hoc anno 1652. die 23. Septemb. ad Eccleſiam Montis Politianenſis. LV.

d Huiuſce meminit idem Vgurgerius. *Mand.*

* Ex App. tom. 5.

54 HIERONYMUS Burgheſius, Senenſis, Pandulphi filius, Pauli V. Pontif. Max. gentilis, monachus Ordinis S. Benedicti, ab Innocentio X. Pontif. Max. ob egregiam indolem Suanenſis Epiſcopus renunciatus eſt hoc ipſo anno 1652. LVI.

A D D I T I O.

(„ *Translatus inde fuit ad Pientinam Eccleſiam* „ *die 17. Septemb. 1668.*

„ HIERONYMUS *Chorius, ſive de Choris, E-* „ *piſcopus Neritonenſis huc translatus fuit die 17.* „ *Junii 1669. Obiit 1672. Vide, quæ de eo diximus* „ *in Neritonenſibus in I tomo.* LVII.

„ PETRUS *Maria Bichius Tudertinus Epiſco-* „ *pus a prioris ſponſæ vinculo ſolutus Suanenſi Eccle-* „ *ſiæ deſponſatur die 12. Junii an. 1673. qui cum 11.* „ *& amplius annos illam laudabiliter gubernaſſet,* „ *immortalis effectus eſt die 9. Septemb. an. 1684.* LVIII

„ PETRUS *Valentinus, nobilis Ilcinenſis, I.U.* „ *D. & Prothonotarius Apoſtolicus, cum jam fuiſſet* „ *Canonicus Cathedralis, & Vicarius Capitularis* „ *Ilcinenſis, Curatus S. Ægidii, atque in dicto E-* „ *piſcopatu pluries Vicarius generalis, nec non Rector* „ *Collegii Ferdinandi Piſan. & Vicarius generalis* „ *Volaterran. tandem creatur Suanenſis Epiſcopus* „ *die 9. Aprilis 1685. Biennio poſt defunctus eſt men-* „ *ſe Novembri an. 1687.* LIX.

Fr. DOMINICUS *Maria della Ciaja, nobilis* „ *Senenſis, Ordinis Fratrum Prædicatorum, S.* „ *Theologiæ magiſter, aliquot Ordinis ſui perfunctus* „ *muneribus, hac infula ornatur die 14. Junii 1688.* „ *Obiit autem an. 1713.* LX

„ FULVIUS *Salvi, nobilis Senenſis, J. U. D.* „ *& S. Theologiæ magiſter, Pientinæ Cathedralis* „ *Præpoſitus, atque duorum Pientinorum Epiſcoporum Vicarius generalis, nec non Epiſcopi, tum &* „ *Capituli Suanenſis, huic Eccleſiæ præficitur 11.* „ *Decemb. 1713.*) LXI.

DE

*Ex Ap-pend. t. 9.

* DE NOBILI PRÆPOSITURA PISCIENSIS ECCLESIÆ

Nullius Diœceſis, in Etruria, & Provincia Florentina.



A PISCIA unum ex primariis Etruriæ Aunonariæ Oppidis, ſive antiquitatem ſpectes, ſive amœnitatem, ſive civilem gentis cultum, & humanitatem, ſitum eſt in via Claudia ad radices Apennini montis, ad Occidentem plagam in planitie, collibus, montibuſque amœniſſimis cinctum theatri inſtar, medium Lucam inter, & Piſtorium, à Florentia Metropoli xxx. M. P. à Piſtorio xii. totidemque à Luca diſtans. Piſcia flumen illud alluit, ſecatque per medium decurrens, à quo recens nomen accepiſſe fertur. Hunc ex reliquiis antiqui Fani Martis, cujus veſtigia haud longè ab ipſo monſtrantur, exædificatum ex patrum traditione quaſi per manus accepta, credunt incolæ, quibus adſtipulatur Philippus Cluverius lib. 2. cap. 3. Italiæ ſuæ antiquæ. Fanum enim Martis à Liguribus Apuanis conditum fuiſſe quidam exiſtimant, poſt devictum, fugatumque ad Martium ſaltum, nunc corrupto vocabulo Marzaliam dicunt, Q. Martium B Roman. Conſulem ann. Urbis DLXIII. ante Chriſtum natum CLXXXIV. eo in loco, ubi victoriam reportarunt à templo ab iiſdem Liguribus in facti memoriam ibi excitato, ad Fanum Martis, vel ad Martis denominatum, ubi Romanorum ſpolia ſuſpendere. Q. Martii Conſulis, & Romanorum ſtragis hujuſcemodi meminit Livius lib. 39. Circa Templum deinceps domus, & ædificia excitarunt, unde Fani Martis, & ad Martis nomen eidem indidere. Viget adhuc apud Piſcienſes eorum fundatorum memoria, cum unam ex oppidi portis ad Occidentem poſitam Ligurum appellent, quam vulgari ſermone *Porta de' Genoveſi* dicunt. Quando autem, vel à quo Fanum Martis deletum fuerit, obſcurum eſt; conſtat tamen ex traditione patrum, à Deſiderio Longobardorum Rege eodem in loco ſuper flumen Piſcia reædificatum, relictoque Fani nomine, renovatum oppidum, Piſcia dictum eſſe. C Romani, poſt Ligures conditores, diuturna mora illud dominati ſunt, donec Barbarorum attritum incurſionibus & ipſum viſum eſt concidiſſe: reſtauratum, ſeu de novo reædificatum à Deſiderio Rege, paruit Longobardis, non ſemel Lucenſibus, Martino Scaligero, aliiſque Tyrannis. Aliquando ſui juris factum Ariſtocraticam ſub nomine Communis Militum, ſeu Nobilium de Piſcia per multos annos formam retinuit, donec ſub Reipublicæ Florentinæ dominio in Democraticam conceſſit, ac deinceps ſub ſuavi jugo Etruriæ Magni Ducis quievit. Ager ejus triginta milliaribus circumſcribitur, dividiturque in valles duas, quarum una ad Occidentem Ariana, ſeu Riana ab aquarum rivulis frequentiſſi-

A mis, quibus irrigatur, appellatur, altera ad Meridiem ſpectans vallis Nebulæ à flumine, quod per eam excurrit, denominatur; pinguis eſt, & peramœnus, omnis generis frugum, frumenti, vini, olei, olearumque ferax: ſunt in eo ſylvæ glandiferæ, & caſtanearum & arborum mira eſt frequentia, & varietas, venationi, ac pabulis maximè accommodæ; cœlum indulgens, ac felici quadam temperie ſalubre, & præter vallium, colliumque amœnitatem ſcatet ſalubribus aquis ſalmacidis, vulgo *del Tettuccio*, inteſtinis morbis ſanandis aptiſſimis, quas eximiè inter cæteras laudat Andreas Baccius lib. 5 de Thermis; nullius tandem rei idoneæ egens, ut inter cæteros Etruriæ agros non inferiorem locum tenere videatur. Decem ſupra ſex oppida muris clauſa in hoc agro ſpectantur, totidemque loca aperta, ut vocant; homines habet ingenio florentes, & acutos, & ad omnium bonarum artium ſtudium natos. Provinciæ Prætor pro Magno Etruriæ Duce, cujus feliciſſimè faſces adorat, Piſciæ tanquam B reliquarum Dominæ ſedem habet, ubi plurimarum nobilium, Equitum, civiumque familiarum ſpectantur pulchra ædificia. Hic lætiſſima cœli, ſolique facies, hyems egelida, æſtas temperata, horti jucundiſſimi, exterorum, finitimorumque hominum mira frequentia, ſupra 3500 alit mortales. Piſciam ſua præſentia nobiliorem reddiderunt Paulus III. Pontif. Max. & Carolus V. Imper. hoſpitio accepti in ædibus Turinorum, in quibus in marmore proſtat inſcriptio hæc;

Paulus III. Pontif. Max. Luca ſe a Caroli Imper colloquio recipiens apud Turinos diverſatus eſt xii. Kalend. Octobr. MDXLI. Balptaſar Turinus ad decus ornamentumque familiæ, & rei memoriam hoc monumentum conſecravit. Imp. Ceſar Carolus V. Aug. Aphrica recepta iter hac in Galliam habens his ædibus hoſpitio acceptus eſt, cujus ampliſſima memoriæ ad ſempiternam C gloriam familiæ Balptaſar Turinus monumentum hoc extare voluit MDXXXVI. Nonis Maji.

Cæterum Piſcia in omni memoria illuſtribus viris fœta fuit; ſiquidem Plebanus ann. 1164. & Landus anno 1175. & Lucenſes Epiſcopi fuerunt, Leonardus Salutatus ob eximias ſuas virtutes evaſit Præſul Feſulanus, Balptaſar Turinus Juriſprudentia in Patavina Academia clarus ſub Pio II. in Poloniam Apoſtolicæ Sedis Nuncius, ſub Sixto IV. eodem munere functus in Pannonia, regnante Matthia Corvino, a quo Sirmienſis Epiſcopus declaratus ibidem defunctus eſt anno 1481. Balptaſar junior ex eadem Turina familia Leonis X. Datarius, ac

Cle-

A Clementis VII. à ſecretis mortalitatem explevit ſub Paulo III. ann. 1543. Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Archaſius Riccius noſtro hoc ſæculo ab Urbano VIII. electus eſt Gravinenſis Epiſcopus, Coluccius Salutatus Reipublicæ Florentinæ Secretarius famoſus ſui ſæculi vir, & magno in pretio apud Principes ſummos habitus Piſcienſem patriam illuſtravit. Sed plures alios genuit Piſcia & toga, & ſago illuſtres viros, qui brevitatis cauſa conſultè omittuntur. Unum addam Jacobum Ammanatum S. R. E. Cardinalem à Pio II. creatum, vulgo Papienſem ab eo Sacerdotio nuncupatum, natum ex patre Chriſtophoro Lucenſi, & Piſcienſi cive, ut ex fide digniſſimis monumentis perhibetur à Jacobo Gaddio tom. 1. de Scriptoribus non Eccleſiaſticis pag. 102. Plures ſunt in hoc ſpectabili oppido familiæ nobiles genio, & ingenio præſtantes, ex quibus inſignes tum Hieroſolymitani, tum S. Stephani, aliorumque militarium Ordinum Equites prodierunt. Piſciæ cum laude meminere Riccardus B Maleſpina, Ptolomæus Lucenſis, S. Antoninus, Joannes Villanus, Sigonius, Petrus Boninſegni, Leonardus Aretinus, aliique Hetruſcarum rerum Scriptores. Piſcienſes lucem Evangelii hauſiſſe ea tempeſtate, qua Paulinus primus Lucenſis Epiſcopus eam in Urbem, finitimoſque populos diſſeminavit, omnino credendum videtur, cum Piſcienſis Collegiata antiquiſſima Eccleſia, cujus meminit Innocentius III. in cap. Per tuas de Arbitr, cæteraque Eccleſiæ hujus provinciæ ante ann. 800. noſtræ ſalutis obnoxiæ Epiſcopo Lucenſi, & intra ejus Diœceſim eſſent, in eaque juriſdictione permanſerunt ad annum uſque 1519. quando Leo X. Pontif. Max. hanc Piſcienſem Plebaniam Eccleſiam in inſignem Collegiatam Eccleſiam reſtituit, ſeptem dignitatibus, quarum primam Præpoſituram eſſe voluit, cum duodecim Canonicatibus exornavit, qui omnes ſimul unum Capitulum efficerent. Præpoſitum verò ita conſtituit, ut prima dignitatem repræſentaret, unicam tantum vocem in Capitulo ha- C beret unuſque eſſet cum eis, nihilque ex ſe agere poſſet tum in Synodis convocandis, tum in conſtitutionibus, legibuſque condendis ſine aſſenſu, & voluntate Canonicorum, quos ſub Apoſtolica immediate ſubjectione perpetuo conſtituit, adeo ut in eos, vel in Eccleſia, vel Capitulo delinquentes nullam haberet poteſtatem, ſed ad ipſummet Capitulum eos in ordine redigendos, puniendoſque ſpectare conſtituit. Præpoſitum vero honorariis gratiis ornavit, ſcilicet inſignlis Epiſcopalibus uti, eidemque, ac ſuæ Eccleſiæ, Capituloque proprium territorium quaſi Epiſcopale, quod eſt nullius, aſſignavit, eam ſcilicet partem, quæ ſub temporali dominio Magni Ducis in hac provincia continetur, avulſa à Diœceſi Lucenſi, ubi oppida decem & ſex, totidemque Terræ recenſentur, jus etiam Præpoſito, accedente tamen conſenſu Capituli, ut diximus, Synodum congregandi. Omnia hæc in bullis Leonis mox exhibendis perſpici poſſunt, ab ipſis exemplaribus exſcriptis.

D *LEO EPISCOPUS*

Servus ſervorum Dei.

Venerabilibus Fratribus Piſtorien. & Forliviien. Epiſcopis, ac dilecto Filio Abbati Monaſterii Vallis Umbroſæ Feſulanæ Diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sacri Apoſtolatus miniſterio meritis licet imparibus divina diſpoſitione præſidentes, inter multiplices curas, quibus rerum, negotiorumque varietate diſtrahimur, illam libenter amplectimur, per quam noſtræ proviſionis auſpiciis ſingulæ Eccleſiæ præſertim inſignes miniſtrorum idoneorum, qui die, noctuque Deo debitas laudes perſolvant, numero decorentur, & debitis honoribus attollantur; Et ut ad id tendentia fidelium vota optatum ſortiantur effectum, opem, & operam, quantum nobis ex alto conceditur, efficaces impendimus, prout ad divini Cultus augmentum, & animarum ſalutem, ac pro Eccleſiarum earumdem tranquilliori, & ſalubriori ſtatu, & venuſtate conſpi- A *cimus in Domino ſalubriter expedire, fideles etiam quoslibet ad id Indulgentiis, & remiſſionibus invitando, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Magiſtri Balthaſſaris Turini Clerici Lucanæ Diœc. Notarii Datarii, & familiaris noſtri, & Laurentii de Cecchis Plebani Eccleſiæ S. Mariæ Majoris Oppidi Piſciæ dictæ Diœceſis Utriuſque Juris Doctoris petitio continebat, quod cum dictum Oppidum, quod dominio temporali excelſæ Reipub. Florent. ſubeſt, plurimum inſigne, & notabile, & convenienti populi numero munitum, & refertum, & Eccleſia prædicta habitu olim actu collegiata etiam inſignis fore noſcatur, ſit in ipſa Eccleſia, in qua Plebanatus, ſeu Plebania Dignitas principalis, ac unus Plebanus, & certi alii perpetui Cappellani dumtaxat exiſtunt, quatuor aliæ dignitates erigerentur, & inſtituerentur, & quod dicta Plebania deinceps Præpoſitura, & dictus Laurentius, ac pro tempore exiſtens ipſius Eccleſiæ Plebanus, Præpoſitus nuncuparentur, necnon certus Canonicatuum, ac Præbendarum numerus in ea ſtatueretur, & ordinaretur, ac* B *pro menſa Capitulari, ſeu dote Dignitatum, necnon Canonicatuum, & Præbendarum hujuſmodi certi annui redditus nonnullorum Laicorum dicti Oppidi, illos donare volentium, necnon certa pars, ſeu portio bonorum immobilium, ac fructuum, redditaum, & proventuum prædictæ ſanctæ Mariæ, & aliarum parochialium Eccleſiarum, ac Beneficiorum Eccleſiaſticorum tam dicti Oppidi, quàm illius diſtrictus, & Territorii, necnon Nebulæ, & Arrianæ Vallium præfatæ Diœc. de conſenſu eccleſias, & Beneficia hujuſmodi nunc, ſeu pro tempore obtinentium ab Eccleſiis, & Beneficiis prædictis diſmembraretur, & ſepararetur, ac menſæ Capitulari, ſeu Dignitatibus, ac Canonicatibus, & præbendis eiuſdem Eccleſiæ S. Mariæ pro illorum dote perpetuò applicaretur, & appropriaretur, necnon Jus Patronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad Laicos, dignitates, ſeu Canonicatus, & præbendas hujuſmodi de bonis ſuis dotantes etiam perpetuò reſervaretur, & concederetur, ex hoc profectò tam Eccleſia S. Mariæ, quàm Oppidum Piſciæ hujuſmodi non parum decoraretur, & in ipſa Eccleſia S. Mariæ divinus cultus cum* C *animarum ſalute, & populi devotione, necnon eorumdem ſpirituali conſolatione non parum augeretur. Quare pro parte tam Balthaſſaris, qui etiam ſecretarius noſter exiſtit, & ut aſſeritur, ad dictam Eccleſiam S. Mariæ ſingularem devotionem gerit, quàm Laurentii prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in dicta Eccleſia S. Mariæ quatuor alias dignitates, ut præfertur, erigere, ac quod Plebania de cætero Præpoſitura, & Plebanus præfati Præpoſitus nuncupentur, necnon certum numerum Canonicorum inibi ſtatuere, & ordinare, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Eccleſiarum omnium decorem, & in melius earum directionem, ac illius divini Cultus augmentum noſtris potiſſime temporibus ſinceris deſideramus affectibus, de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, ſi eſt ita, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Plebania, Præpoſitura, & Laurentius, ac pro tempore exiſtens Plebanus prædicti Præpoſitus, &* D *non Plebanus dictæ Eccleſiæ nuncupentur, & Præpoſitura hujuſmodi Dignitas principalis, prout Plebania inibi erat, exiſtat, ac inibi certum, de quo vobis videbitur, Canonicorum numerum ſtatuere, & ordinare; necnon unum Archidiaconatum pro uno Archidiacono, & unum Archipresbyteratum pro uno Archipresbytero, ac unum Decanatum pro uno Decano, & unum Primiceriatum, Dignitates inibi poſt dictam Præpoſituram, pro uno Primicerio, qui unà cum Præpoſito, & Canonicis præfatis inibi Capitulum faciant, & in eadem Eccleſia reſidere, & Divinis intereſſe teneantur, & inter quos fructus, redditus, & proventus Menſæ Capitularis, qui nunc ſunt, diſtribui debeant, erigere, & inſtituere, necnon bona immobilia, ac fructus, redditus, & proventus per quoſcumque Laicos donanda, & aſſignanda pro earumdem Dignitatum, & Canonicatuum, & præbendarum uberiori dote perpetuò aſſignare, ac de conſenſu Rectorum Eccleſiarum, & Beneficiorum Eccleſiaſticorum tam Oppidi, quàm diſtrictus, & Territorii, necnon Nebulæ, & Arrianæ Vallium prædictarum certam partem bonorum immobilium, ſeu*

Ec-

mis ornatis, ſandalibus, annulo, & baculo, & aliis Pontificalibus inſigniis uti, necnon cum in Pontificalibus celebraverint, vel etiam ſi non celebraverint, benedictionem ſolemnem in medio Miſſæ, ſeu etiam poſt Miſſarum, Matutinorum, Veſperarum, & aliorum divinorum officiorum celebrationem, ſeu decantationem, ac in ſolemnibus proceſſionibus & Eccleſiis prædictis, dummodo ibidem Diœceſanus Loci, vel dictæ Sedis Legatus præſens non ſit, vel ſi præſens fuerit, ejus accedat aſſenſus, populo tunc ibi intereſſenti elargiri, necnon omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus celebrationi Miſſarum, & Divinorum officiorum hujuſmodi intereſſentibus pro qualibet vice, qua interfuerint, indulgentiam centum dierum, & decem quadrageſnarum dicta auctoritate Apoſtolica concedere, ac veſtes, ſeu ſandalia, & alia veſtimenta, ſeu paramenta quæcumque Sacerdotalia, necnon ad uſum Miſſæ, & Divinorum officiorum pertinentia, in Eccleſiis Oppidi, diſtrictus, Territorii, & Vallium hujuſmodi, necnon ſacras Virgines cujuſcumque ordinis benedicere, & Scholares Oppidi, diſtrictus, Territorii, & Vallium prædictarum Clericali charactere inſignire, ac illos B ad quatuor minores ordines per ſe ipſum ſtatutis à Jure temporibus promovere, & dictos ordines eis conferre. Necnon idem Laurentius, & Succeſſores Præpoſiti pro ſe, ſeu Vicarius, vel Vicarii ad id ab eis pro tempore deputatus, ſeu Deputati parochianos eccleſiarum prædictarum ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, exceſſibus, & delictis quantumcumque enormibus, propter quæ Sedes Apoſtolica merito foret conſulenda, abſolvere, eiſque pro modo culpæ pœnitentiam ſalutarem injungere, ac Cœmeteria, Eccleſias, & Capellas, oppidi, diſtrictus, territorii, & vallium hujuſmodi ſanguinis, vel ſeminis effuſione pollutas, aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antiſtitem, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, ut moris eſt, benedicta, reconciliare. Dictuſque Laurentius de conſenſu alterius, veſtrum pro hac vice, & deinde idem Laurentius, & pro tempore exiſtens Præpoſitus de majori parte Capituli præfatorum, & ipſis Canonicis in diſcordia exiſtentibus, poſtquam bis requiſiti fuerint, & bis diſcrepaverint, ſolus Præpoſitus præfatus C quæcunque ſtatuta licita, & honeſta, ac ſacris Canonibus non contraria condere, ac illa prout ſibi videbitur, reformare, ſeu ampliare liberè, & licitè poſſint: quæ omnia, & ſingula ſic per ipſum Laurentium facta, ſeu reformata, vel ampliata, aut interpretata per quoſcunque ſucceſſores dicti Laurentii, ac Canonicos, & Capitulum, necnon ſingulares perſonas dictarum Eccleſiarum, ac alios Clericos, ſeu regulares perſonas Oppidi, & illius territorii, & diſtrictus, necnon vallium prædictarum inviolabiliter obſervari debeant, ac eos proinde arctent, obligent, ac ſi illa à Sede Apoſtolica confirmata, & approbata fuiſſent, præfata auctoritate Apoſtolica earundem tenore præſentium facultatem concedimus, & pariter indulgemus. Per hoc autem conſtitutioni, quæ præcepit, hujuſmodi reconciliationes per Epiſcopos tantum fieri, nullum volumus in poſterum præjudicium generari, & ut dicta Eccleſia S. Mariæ in debita veneratione habeatur; & à Chriſti fidelibus congruis frequentetur honoribus, ipſique Chriſti fideles eo libentius devotionis cauſa ad eandem Eccleſiam S. Mariæ confluant, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ ſe refectos conſpexerint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac D Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & firmam intentionem confitendi habentibus, qui in Nativitatis, & Reſurrectionis Dominicæ, & Pentecoſtes, ac Corporis Chriſti, necnon Aſſumptionis Glorioſæ Virginis Mariæ, ac Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, & S. Dorotheæ feſtivitatibus, ac celebritate omnium Sanctorum, & prima Dominica cujuslibet menſis dictam eccleſiam S. Mariæ devotè viſitaverint, & inibi orationem Dominicam, aut Salutationem Angelicam pro felici ſtatu noſtro, quandiu in humanis egerimus, ac Nobis vita functis, pro noſtræ, & progenitorum noſtrorum animarum ſalute, ac Populi Chriſtiani pace recitaverint, & ad ipſius Eccl. S. Mariæ reparationem, manutentionem, & rerum divino cultui neceſſariarum fulcimentum manus adjutrices porrexerint, pro ſingulis feſtivitatibus, & Dominicis prædictis, quibus id fecerint, tertiæ partis omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum remiſſionem ac viginti quinque annorum, & totidem quadragenarum Indulgentiam

A miſericorditer in Domino perpetuis futuris temporibus concedimus, elargimur, & relaxamus, ac hujuſmodi Indulgentiam ſub quibuſvis ſuſpenſionibus, revocationibus, & derogationibus ſimilium, vel diſſimilium Indulgentiarum, etiam in favorem Fabricæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ſeu Cruciatæ, & alias quomodolibet, & ſub quibuſcunque tenoribus, & formis factis, & pro tempore faciendis, nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas exiſtere, & cenſeri debere decernimus. Non obſtantibus felicis record. Innocentii IV, quæ incipit Volentes, Alexandri III quæ incipit Abbates, Bonifacii VIII Rom. prædeceſſorum noſtrorum, quæ incipit; Statutum prohibente, ne cauſæ à ſede Apoſtolica prædicta, vel ejus Legatis aliis quam Canonicis Cathedralium Eccleſiarum, vel perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis committi poſſint, necnon de certo Notariorum prædictorum numero, etiamſi ad illum nondum deventum ſit, cui per hoc alias non intendimus derogare, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Sy- B nodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon quibuſvis ſpecialibus, vel generalibus reſervationibus de dignitatibus principalibus in Collegiatis Eccleſiis per Nos, & Sedem prædictam factis, faciendis, ac dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarn. Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo nono 17 Kal. Maji pontificatus noſtri anno ſeptimo.

LEO EPISCOPUS
ſervus ſervorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Inter cætera noſtri cordis deſiderabilia illa intenſis deſideriis affectamus, ut ubique locorum Majeſtas Altiſſimi in gratiarum benedictionibus collaudetur, ut cultus ſui glorioſiſſimi nominis amplietur, ac pia fidelium præſertim Nobis, & Apoſtolicæ Sedis devotorum vota, quæ ad ipſius glorioſiſſimi nominis exalta- C tionem, & Eccleſiarum potiſſimum Collegiatarum profectum, & decorem, & perſonarum in eis Deo deſervientium ſubventione tendere conſpicimus, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eaque prout expedire conſpicimus, favoribus proſequimur opportunis, ad illos quoque dexteram noſtræ liberalitatis extendimus, quos ad id propria virtutum merita multipliciter recommendant. Dudum ſiquidem omnia Beneficia Eccleſiaſtica cum Cura, & ſine Cura apud ſedem prædictam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; & deinde pro parte dilectorum filiorum Magiſtri Baldaſſaris Turini Clerici Lucanæ Diœceſis Noſtri Datarii & familiaris noſtri, & Laurentii de Cecchis Plebani Eccleſiæ ſanctæ Mariæ majoris oppidi Piſciæ dictæ Diœceſis I. V. D. nobis expoſito, quod cum dictum oppidum, quod dominio temporali Excelſæ Reipublicæ Florentinæ ſubeſt, plurimum D inſigne, & notabile, ac convenienti populi numero munitum, & refertum, & Eccleſia prædicta habitu olim actu Collegiata etiam inſignis fore noſceretur, ſi in ipſa Eccleſia, in qua Plebanatus, ſeu Plebania dignitas principalis, ac unus Plebanus, & certi alii perpetui Capellani duntaxat exiſtebant, quatuor aliæ Dignitates erigerentur, & conſtituerentur, & quod dicta Plebania deinceps Præpoſitura, & dictus Laurentius, ac pro tempore exiſtens ipſius Eccleſiæ Præpoſitus nuncuparentur, necnon certus Canonicatuum, & Præbendarum numerus in ea ſtatueretur, & ordinaretur, & pro Menſa Capitulari, ſeu dote Dignitatum, necnon Canonicatuum, & Præbendarum hujuſmodi certi annui redditus nonnullorum Laicorum d. oppidi illos donare volentium, nec non certa pars, ſeu portio bonorum immobilium, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictæ S. Mariæ, & aliarum Parochialium Eccleſiarum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum, tam d. oppidi, quam illius diſtrictus, & Territorii, necnon Nebulæ, & Arianæ vallium

A prædicta Diœceſis de conſueto Eccleſias, & Beneficia hujuſmodi tunc, ſeu pro tempore obtinentium ab Eccleſiis, & Beneficiis prædictis diſmembrarentur, & ſepararentur, ac menſa Capitulari, ſeu dignitatibus, & Canonicatibus, & præbendis ejuſdem Eccleſiæ s. Mariæ pro illorum dote perpetuo applicarentur, & appropriarentur, necnon Juſpatronatus, & præſentandi perſonas idoneas, per Laicos ad dignitates, ſeu Canonicatus, & præbendas hujuſmodi de bonis ſuis dotantes etiam perpetuo reſervaretur, & concederetur, ex hoc profectò tā Eccleſia s. Maria, quam oppidum Piſcia hujuſmodi decorarentur non parum, & in ipſa Eccleſia s. Mariæ Divinus cultus cum animarum ſalute, & Populi devotione, nec non eorum ſpirituali conſolatione non parum augerentur. Nos tunc Balthaſſaris, & Laurentii prædictorum in ea parte ſupplicationibus inclinati Piſtorien. & Furuliven. Epiſcopis, ac Abbati Monaſterii Vallis Umbroſæ Feſulan. Diœceſis eorum propriis nominibus non expreſſis, aliis noſtris literis dedimus in mandatis, quatenus ipſe, vel duo, aut unus eorum, ſi erat ita, quod
B de cætero perpetuis futuris temporibus Plebania, Præpoſitura, & Laurentius, & pro tempore exiſtens Plebanus præfati, Præpoſitus, & non Plebanus d. Eccleſiæ nuncuparetur, & Præpoſitura hujuſmodi dignitas principalis prout Plebania inibi erant, exiſteret, ac inibi certum, de quo videbitur, Canonicorum numerum ſtatuere, & ordinare, necnon unū Archidiaconatum pro uno Archidiacono, & unum Archipresbyteratum pro uno Archipresbytero, & unum Decanatum pro uno Decano, et unū Primiceriatum dignitates inibi poſt dictam Præpoſituram pro uno Primicerio, qui una cum Præpoſito, & Canonicis præfatis inibi Capitulum facerent, & in eadem Eccleſia reſidere, & divinis intereſſe tenerentur, & inter quos fructus, & redditus, & proventus Menſæ Capitularis, qui tunc erant, diſtribui deberent, erigere, & inſtituere, necnon bona immobilia, ac fructus, redditus, & proventus per quoſcunq; Laicos donanda & aſſignan. pro earundem Dignitatum, & Canonicatuum, & Præbendarum uberiori dote perpetuo aſſignare, ac de conſenſu Rectorum Eccleſiarum, & Beneficiorum oppidi, & diſtrictus & territorii, necnon Nebule, & Arianne vallium prædictarum certam partem bonorum immobiliū,
C ſeu fructuum, redditruum, & proventuum Eccleſiarum, & Beneficiorum hujuſmodi pro eorum libero arbitrio, reſervata tamen ex illis congrua portione Rectoribus Eccleſiarum, ſeu Beneficiorum eorundem ab Eccleſiis, & Beneficiis prædictis perpetuo ſeparare, & diſmembrare, ac bona, fructus, redditus, & proventus hujuſmodi ſic ſeparata menſæ Capitulari d. Eccleſiæ pro illius dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum dote perpetuo applicare, & appropriare, necnon Juſpatronatus, & præſentandi perſonas idoneas Laicis, qui bona, & redditus pro dote dignitatum, & Canonicatuū, & Præbendarum hujuſmodi aſſignaviſſent, ac etiam Laicis Patronis Beneficiorum, quibus pars bonorum, ſeu fructuum ſeparata, & eiſdem Canonicatibus, & Præbendis, ſeu dignitatibus perpetuo applicata forent, illorum occurrente impoſterum quoquo modo vacatione perpetuo reſervare, & concedere venerab. fratre Raphaele Epiſcopo Oſtien. Camerario noſtro, cui collatio, proviſio,
D & quævis alia diſpoſitio omnium, & ſingulorum Beneficiorum, & Eccleſiaſticorum ad collationem, proviſionem, & quamvis aliam diſpoſitionem Epiſcop. Lucani pro tempore exiſtentis quomodolibet pertinentium Apoſtolica auctoritate reſervata erat ordinanti, ſeparationi, & applicationi, ac Juriſpatronatus reſervationi hujuſmodi tunc expreſſe conſentiente, necnon una cum Laurentio Præpoſito de Archidiaconatu, Archipresbyteratu, Decanatu, & Primiceriatu prædictis ab eorū primæva erectione hujuſmodi tunc vacantibus, ac de certo numero Canonicatuum, & Præbendarum ejuſdem Eccl. per eos ſtatuendo perſonis idoneis pro ea vice duntaxat providere auctoritate Apoſt. curarent; prout in eiſdem literis plenius continetur; ac ſucceſſive parochiali Eccl. Ss. Matthæi, & Columbani ac Petra Bona d. Diœceſis per liberam reſignationem dil. filii Laurentii Sigiſmundi olim ipſius Eccl. Ss. Matthæi, & Columbani Rectoris de illa, quam tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per Nos admiſſam apud Sedem

A eandem vacante, Nos de illa ſic vacante, & ante diſpoſitioni Apoſtolica reſervata dil. filio Georgio de Galonttis de Piſcia Clerico ejuſdem Diœceſis ſub Datum 15. Kal. Octob. pontificatus noſtri anno 7. provideri conceſſimus. Cūm autem d. Georgius conceſſioni gratiæ hujuſmodi literis Apoſt. deſuper non confectis hodie in ejuſdem manibus noſtris ſponte, & libere ceſſit, Nosq; ceſſionem ipſam duxerimus admittendam, ac propterea d. Eccleſia Ss. Matthæi, & Columbani adhuc, ut præfertur, vacare noſcatur, nullusq; de illa præter Nos hac vice diſponere poterit, ſive poſſit, reſervatione, & decreto obſtantibus ſupradictis. Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte d. Balthaſſaris, & dil. filii Ludovici de Honeſtis Clerici d. Diœc. petitio continebat, vener. frater noſter modernus Epiſcopus Piſtorien. ad dictum oppidum Piſciæ perſonaliter accedens, & ad executionem dictarum literarum illarum forma ſervata procedens, quia ita eſſe reperit, prout in eiſdem literis narrabatur, illarum vigore inter alia in Eccleſia S. Mariæ certum Canonicorum numerum præfata auctoritate ſtatuerit, &
B ordinaverit, ac Archidiaconatum, Archipresbyteratum, Decanatum, ac Primiceriatum hujuſmodi erexerit, necnon de dignitatibus certis, & Canonicatibus, & Præbendis Eccleſiæ S. Mariæ hujuſmodi certis perſonis idoneis providerit, & ſi parochialis Eccleſia Rectoria nuncupata Ss. Stephani, & Nicolai d. oppidi, cujus Rector in proceſſionibus, & aliis actis publicis locum poſt Plebanum dictæ Eccleſiæ S. Mariæ obtinere conſueverat Prioratus, & dilectus filius Georgius de Paganis modernus, & pro tempore exiſtens ipſius Eccleſiæ ſanctorum Stephani, & Nicolai Rector Prior, nec non dicta Eccleſia ſanctorum Matthæi, & Columbani ſimiliter Theſauraria, & illius Rector etiam pro tempore exiſtens Theſaurarius nuncuparentur, & Prioratus, ac Theſauraria hujuſmodi dignitates in dicta Eccleſia s. Mariæ exiſterent, ac ſtallum in Choro & locum in Capitulo dictæ Eccleſiæ ejuſdem S. Mariæ ac proceſſionibus poſt Archidiaconum, & ante alias dignitates inferiores, ac Canonicos ejuſdem Eccleſiæ S. Mariæ obtinerent, ex hoc profectò tam Eccleſia
C S. Mariæ, quam oppidum hujuſmode per amplius decorarentur, & in ipſa Eccleſia ſancta Mariæ dignitatum numerus, & divinus cultus cum animarum ſalute, & Populi devotione, eorumque ſpirituali conſolatione non parum augerentur, pro parte eam Balthaſſaris, qui etiam Secretarius noſter exiſtit, &, ut aſſeritur, ad dictam Eccleſiam ſanctæ Mariæ ſingularem gerit devotionis affectum, cui, ut etiam aſſeritur, omnes & ſinguli fructus, redditus, & proventus dictæ Eccleſiæ ſanctorum Matthæi, & Columbani per eum, quoad vixerit, percipiendi, exigendi, & levandi dicta auctoritate reſervati exiſtunt Ludovici prædictorum, Nobis humiliter fuit ſupplicatum, ut ipſius Eccleſiæ ſanctæ Mariæ decori, ac in ea divini cultus augmento, & alias in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Eccleſiarum omnium decorem, & venuſtatem, ac in illis divini cultus augmentum ſummopere deſideramus, prædicto Ludovico apud Nos de vita, ac morum honeſtate, aliiſque probitatis, & virtutum meritis
D multipliciter commendato horum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes, ipſoſque Balthaſſarem & Ludovicum, ac eorum quemlibet a quibuſvis excommunic. ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon omnia & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, cum Cura, & ſine Cura, quæ dictus Ludovicus etiam ex quibuſvis diſpenſationibus Apoſtolicis obtinet, & expectat, ac in quibus, & ad quæ jus ſibi quomodolibet competit quæcunque, & quotcunque, & qualiacunque ſint eorum fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati auctoritate prædicta tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus ſanctorum Stephani, & Nicolai Prioratus, &

ſan-

ſanctorum Matthæi & Columbani Eccleſiæ Theſauraria, ac Georgius de Paganis, & pro tempore exiſtens ſanctorum Matthæi, & Columbani Eccleſiarum prædictarum Rectores præfati Theſaurarius, & non Rectores nuncupentur, quodque Prioratus, & Theſauraria hujuſmodi dignitates in dicta Eccleſia ſanctæ Mariæ exiſtant, & quod Prioratum, & Theſaurariam hujuſmodi pro tempore obtinentes ſtallum in Choro, & locum in Capitulo ejuſdem Eccleſiæ S. Mariæ, & proceſſionibus, & aliis locis publicis poſt Archidiaconatum, & ante alias dignitates inferiores, & Canonicos Eccleſiæ ſanctæ Mariæ hujuſmodi habere, ac omnibus, & ſingulis privilegiis, favoribus, conceſſionibus, gratiis, & indultis, quibus aliæ dignitates Eccleſiæ ſanctæ Mariæ hujuſmodi pro tempore obtinentes utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri & gaudere liberè & licitè poſſint, & debeant; necnon poſtquam menſæ Capitularis hujuſmodi certi annui fructus, redditus, & proventus pro parte Ludovici de Honeſtis Theſaurarii, necnon prædicti Georgii Pagni, & ſimiliter pro tempore exiſtentis dictæ Eccleſiæ Prioris, ſi hoc dictus Georgius voluerit, perpetuò ad inſtar aliarum dignitatum applicati extiterint; diſtributiones quotidianas, prout aliæ dignitates percipiunt, ſimiliter percipiant, & inſuper bona immobilia, ac fructus, redditus, & proventus quoſcumque per quoſvis Laicos donanda, & aſſignanda pro Prioratus, & Theſaurariæ dignitatum hujuſmodi dote auctoritate, & tenore præfatis perpetuò aſſignamus, ac præfato Præpoſito, ut de Georgii Pagni ſanctorum Stephani, & Nicolai, ſi hoc ſimiliter voluerit, ac Ludovici prædictorum conſenſu, ſanctorum Matthæi, & Columbani Eccleſiarum hujuſmodi certam partem bonorum immobilium, ſeu fructuum, redituum, & proventuum pro libito ipſius Præpoſiti, reſervata tamen ex illis congrua portione Rectoribus earundem Eccleſiarum perpetuò ſeparare, & diſmembrare, & bona, fructus, redditus, & proventus ſic ſeparata menſæ Capitularis, tam pro quotidianarum diſtributionum augmento, quam dictarum dignitatum uberiori dote perpetuò applicare, & appropriare, ipſique Georgio Pagno, ut quoad vixerit, per ſe, vel alium prædictæ ſanctorum Stephani, & Nicolai, & aliarum parochialium Eccleſiarum per eum pro tempore obtentarum utriuſque ſexus Parochianos ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, exceſſibus, & delictis quantumvis gravibus & enormibus, per quæ Sedes Apoſtolica meritò foret conſulenda, abſolvere, eiſque pro modo culpæ pœnitentiam ſalutarem injungere liberè & licitè poſſit, prædicta auctoritate earundem tenore præſentium facultatem concedimus, ac ſeparationem, & ſegregationem, ſeu diſmembrationem bonorum, & fructuum, redituum, & proventuum hujuſmodi, & illorum perpetuam applicationem, & aſſignationem per eundem Præpoſitum, ut præfertur, faciendas, cum factæ fuerint auctoritate prædicta confirmatas, & approbatas eſſe, & cenſeri debere decernimus; necnon Juſpatronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad Prioratum, & Theſaurariam hujuſmodi Laicis, qui bona, fructus, redditus, & proventus pro dote Prioratus, & Theſaurariæ aſſignaverint, ac etiam Laicis patronis Eccleſiarum, à quibus pars bonorum, ſeu fructuum hujuſmodi ſeparetur, & eiſdem menſæ Capitulari, ac Prioratui, & Theſaurariæ perpetuò applicata fuerint, illorum pro ſemper hac prima vice quoad dictam Theſaurariam excepta occurrente quomodolibet vacatione, jus vero inſtituendi perſonas ac ad Prioratum, & Theſaurariam pro tempore præſentatas hujuſmodi eidem Præpoſito pro tempore exiſtenti perpetuò reſervamus, & nihilominus Theſaurariam prædictam, cujus fructus, redditus, & proventus 24. ducat. auri de Camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, ab ejus primæva erectione hujuſmodi apud ſedem prædictam vacantem, & autem diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatam cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Ludovico auctoritate prædicta conferimus, & de illa etiam providemus, decernentes

A *prout eſt, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel impoſterum contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis Abbati Monaſterii Vallis Umbroſæ Feſulan. Diœc. Vicariis venerab. fratrum noſtrorum Archiepiſcopi Florentin. ac Epiſcopi Piſtorien. in ſpiritualibus generalibus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Præpoſiti, & prioris, & Theſaurarii prædictorum, ſeu alicujus eorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes eis, quod in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio, reſiſtentes faciant auctoritate noſtra ſtatutum, ordinationem, aſſignationem, conceſſionem, decretum, & reſervationem firmiter obſervari, ac ſingulos, quos præſentes concernunt, illis pacificè gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari, necnon eundem Ludovicum, vel Procuratorem*

B *ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem Theſaurariæ, juriumque, & pertinentiarum prædictorum inducant auctoritate noſtra, & defendant inductum; amoto exinde quolibet detentore; facientes Ludovicum, vel pro eo Procuratorem prædictum ad Theſaurariam hujuſmodi, ut eſt moris, admitti, ſibique de illius fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integrè reſponderi, contradictores quoslibet, & rebelles per Cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, illaſque legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus contra eos, quos illas incurriſſe conſtiterit, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravando, necnon loca, in quibus eos morari, & ad quæ declinare contigerit, Eccleſiaſtico Interdicto ſubjiciendo, invocato etiam ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon d. Eccleſiæ S. Mariæ Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & Conſuetudinibus, ac om-*

C *nibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obſtare, contrariis quibuſcumque, aut ſi Venerabili fratri noſtro Epiſcopo Lucano, & dilectis filiis Capitulo dictæ eccleſiæ S. Mariæ, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, quodque de Dignitatibus ipſius eccleſiæ S. Mariæ, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas non facientes expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia d. Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit noſtris literis mentio ſpecialis, ſeu ſi dictus Ludovicus præ-*

D *ſens non fuerit ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus d. Eccleſiæ S. Mariæ ſolitum juramentum, dummodo in abſentia ſua per Priorem idoneum, & cum ad Eccleſiam ipſam acceſſerit, corporaliter illud præſtet. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, aſſignationis, conceſſionis, reſervationis, collationis, proviſionis, decreti, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beat. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Romæ apud S. Petrum an. Incarn. Dom. 1509. Nono Kal. Octob. Pontificatus noſtri anno 7.

Hoc igitur modo reſtituta Piſcienſis Collegiata Eccleſia, nec benè confirmata, lis ſuboritur inter Capitulum, & Præpoſitum, qui ſibi & ſucceſſoribus auſus eſt in ejuſdem Capituli præjudicium plura attentare, quæ cum ad Romanam Curiam perveniſſent, opera Clementis VII. per Michaelem Angelum Biſclonum Canonicum Eccleſiæ ſan-

cti Laurentii de Florentia Apoſtolicum commiſſarium, ad favorem Capituli concinnè extincta eſt, ut ex ſententia ejuſdem anno 1533. in hunc modum lata conſtat ab exemplari.

In Chriſti nomine, Amen &c.

Nos Michaelangelus Biſcienus Canonicus ſæcularis, & Collegiatæ eccleſiæ S. Laurentii Florentini, necnon Commiſſarius Apoſtolicus per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum noſtrum Dominum Clementem divina providentia PP. Septimum datus, & deputatus per Breve ipſius Sanctiſſimi Noſtri, Nobis à Sua Sanctitate directum, & legitimè alias nobis præſentatum per providum virum ſer Raphaelem Baldeſium Procuratorem, & hic nominatum.

D. *Georgii Galeotti Theſaurarii,*
D. *Matthæi Galeotti Archipresbyteri.*
D. *Franciſci Duccii Decani*
D. *Sebaſtiani de Fortibus*
D. *Marii Teſte.*
D. *Antonii Berettarii*
D. *Nicolai Luporetti &*
D. *Paſquini de Maſſa*

Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ Præpoſituræ nuncupatæ S. Mariæ de Piſcia; Cujus Brevis talis eſt tenor, videlicet; & primo à tergo.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Florentino, ac Epiſcopo Piſtorienſi, ac dilecto filio Michelangelo de Biſcionibus Canonico Eccleſiæ S. Laurentii Florentini.

Intus verò,

CLEMENS EPISCOPUS

Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Canonici ſecularis, & Collegiatæ Eccleſiæ B. Mariæ Majoris de Piſcia nullius Diœceſis, quod poſtquam alias felic. record. Leo Papa Decimus Prædeceſſor noſter, ad humilem ſupplicationem dilectorum filiorum Magiſtri Balthaſſaris Turini etiam de Piſcia, Datarii tunc ſui, ac Secretarii, & Notarii noſtri, & Laurentii de Cecchis, tunc Plebani dictæ Eccleſiæ, Venerabilibus Fratribus noſtris tunc ſuis, Tibi fratri Epiſcopo Piſtorienſi, & Epiſcopo Foroliviensi, & dilecto filio Abbati Monaſterii Vallis Umbroſæ Volaterranæ Diœceſis, cum clauſula, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum mandavit per ejus literas, ut Eccleſiam prædictam, in qua unus Plebanus, & certi perpetui Capellani dumtaxat tunc exiſtebant, in Collegiatam Eccleſiā erigerent, ac in ea loco Plebaniæ unam Præpoſituram, quæ inibi dignitas principalis exiſteret, pro uno illius Præpoſito, & certum numerum Canonicatuum & Præbendarum, pro totidem Canonicis, qui una cum dicto Præpoſito, & aliis in eadem eccleſia dignitates obtinentibus Capitulum inibi conſtituerent, cum quibuſdam aliis inſigniis, ac nonnullis aliis præeminentiis, honoribus, prærogativis, aliiſque antelationum juribus ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, etiam erigerent, & inſtituerent. Quarum vigore tu frater Epiſcope Piſtorien. erectionem, & inſtitutionem, & inſtitutionem hujuſmodi feciſti, ipſaſque literas executioni debitæ demandaſti, prout in litteris prædictis, & proceſſibus deſuper habitis plenius continetur. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat dictus Laurentius privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, prærogativis, præeminentiis, & antelationibus, ſibi, & Præpoſitis, pro tempore dictæ Eccleſiæ per dictas literas conceſſis prædictis, quibus ad majorem decorem, & utilitatem Eccleſiæ & Capituli prædictorum, uti debuiſſet, & deberet, abuſus tam circa actus, & negocia, quam circa Cæremonialia ſtatuta, & ordinationes Capitulares quotidie in dedecus, ac detrimentum eccleſiæ, & Capituli, ſolus Capitulum ipſius Eccleſiæ, etiam in domo ſua privata habitationis, & ubi ſibi videtur convocet, ac res, & negotia in eodem Capitulo determinanda, etiam non neceſſaria, & minus utilia, neceſſariis, & utilibus omiſſis pro libito ſuæ voluntatis proponat, & ſolus illa, & quæ ſibi videntur, & non aliter proponere velit, & ſi aliquando negocia aliqua capitulariter pertractanda, ſtatum & utilitatem Eccleſiæ, ſeu Capituli prædictorum tangentia, quæ celeri determinatione, & tractatu indigent, occurrat, & per Canonicos ipſius Eccleſiæ, aut aliquem ex eis invitetur, & requiratur, ut per eum proponantur, & inde capitulariter pertractentur, ac diffiniantur, id omnino agere recuſet, & per ſe ipſum hoc proponere, & quod per alios in Capitulo non proponantur, dicere, & interdicere non erubeſcat, quod ut plurimum in damnum, detrimentum, & præjudicium Eccleſiæ, & Capituli prædictorum, ac ſuarum rerum cedere videtur; & alias multipliciter, & diverſimode ſuis præeminentiis, prærogativis, auctoritate, ac juriſdictione in detrimentum eccleſiæ, ſeu Capituli prædictorum, ac bonorum ſuorum & alias, quæ in aliis ſolemnibus ſimilibus Collegiatis Eccleſiis ſit ſolitum, abutatur. Pro parte dictorum Canonicorum nobis humiliter ſupplicatum fuit, ut honeſtati, decori, & indemnitati Eccleſiæ & Capituli prædictorum, conſulere, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictarum literarum, & proceſſuum deſuper habitorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per præſentes committimus, & mandamus, quatenus Vos, vel duo, aut unus veſtrum auctoritate noſtra ſtatuta, & ordinationes dictæ Eccleſiæ, tam illius cæremonias, quam etiam ordinatam, & debitam auctoritatem, & juriſdictionem Præpoſiti illius eccleſiæ in Eccleſia, & Capitulo præd. ac rebus Capitularibus concernentia in melius, prout vobis ſalubrius expedire videbitur ad majorem decorem, & honeſtatem, & utilitatem ipſorum Eccleſiæ, & Capituli cedere videbitur, ac ſecundum quod in aliis circumvicinis Collegiatis eccleſiis communiter obſervatur, emendetis, & corrigatis, & ſi opus fuerit etiam nova ſtatuta, & ordinationes in præmiſſis, & circa ea faciatis, eaque per Præpoſitum, & alios obtinentes dignitates, necnon Canonicos, & Capellanos, ac Servitores ipſius eccleſiæ, & Capituli, ac dictos Capitulum perpetuo inviolabiliter obſervari, etiam ſub cenſuris, & pœnis arbitrio veſtro imponendis, mandetis, & faciatis. Et nihilominus Canonicos præfatos adverſus quaſcumque Conſtitutiones damnum, & læſionem bonorum, & rerum ejuſdem Eccleſiæ, & Capituli, quomodolibet concernentes reſtitutionis in integrum beneficium, prout juris fuerit, impartiri non denegetis: Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, & quibuſcumque, quibus inhibendum fuerit etiam ſub cenſuris, & pœnis præd. inhibendo: Ipſaſque cenſuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggravando, necnon ſua intereſſe putantes citando, & monendo, & conſtito vobis ſummarie de non tuto acceſſu, citationes, & monitiones quaslibet, etiam per edictum publicum, ut in ſimilibus fieri conſueverit, decernendo, & auxilium brachii ſæcularis, ad hoc, ſi opus fuerit, invocando, ac omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri etiam de una, & in Concilio generali de duabus dietis edita, dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate præſentium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis, ac Provincialibus, & Synodalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Præpoſito quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 25. Auguſti 1533. Pontificatus noſtri anno decimo.

L. de Torres.

A Perlecto igitur, & intellecto, ac etiam benè conſiderato ipſius Brevis tenore, & prius coram nobis vocato Domino Laurentio de Cecchis Præpoſito dictæ Præpoſituræ, ac etiam dictis Canonicis, & aliis ſua intereſſe putantibus pro & ad certum terminum competentem videndum, & audiendum per nos procedi ad correctionem, & emendationem, ſeu novam editionem Conſtitutionum dictæ Præpoſituræ per Nos faciendam juxta, & ſecundum formam, & tenorem per dictum Breve Apoſtolicum nobis traditam, vel ad dicendum cauſam, quare id per nos fieri non deberet, & poſtquam ultimo, ac infraſcripto die coram Nobis comparuerunt præfatus Præpoſitus, & Venerabilis Vir D. Mattheus de Galeottis Archipresbyter dictæ Præpoſituræ Procurator legitimus dictorum Canonicorum & Capituli, præfatum D. Præpoſitum, & D. Matthæum Procuratorem prædictum dictis nominibus audivimus ſuper nonnullis differentiis, quæ inter dictum D. Præpoſitum & Canonicos vertebantur.

B Cupientes hujuſmodi differentias in pace componere, & aliqua ex his, quæ vigore præſentis Brevis Apoſtolici nobis committuntur pro nunc exequutioni mandare. In primis omnes alias Conſtitutiones per nos hactenus editas caſſantes, & penitus abolentes, & veſtigiis quondam ſanctæ mem. C. Antonini Præſulis Florentini in reformatione Conſtitutionum Eccleſiæ Florentinæ per eum facta inhærentes, & pro bono univerſali, reformatione, & conſervatione dictæ eccleſiæ Piſcienſis, de conſenſu, & voluntate dicti D. Præpoſiti Piſcienſis & D. Matthæi Procuratoris prædicti, dictis reſpectivè nominibus præſentium, & conſentientium, & ut in futurum dicti Capituli res, & bona melius, & efficacius, & accuratius, & gubernentur, & diſponantur, faciliuſque, & commodius ipſi Eccleſiæ in Divinis deſerviatur, authoritate Apoſt. nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, ſtatuimus, & ordinamus, &c.

C Item ſtatuimus, & ordinamus quod præſens, & pro tempore exiſtens Præpoſitus nullam in Canonicos, in præmiſſis, vel aliis in dicta Eccleſia, & Capitulo errantes juriſdictionem habeat, ſed tantummodo dictum Capitulum, & major pars ex eis dignitates, & Canonicos in præmiſſis errantes in dictarum diſtributionum perceptione, aliiſque pœnis eorum arbitrio imponendis, punire, & pœnas pecuniarias Maſſæ Capitulari applicare poſſint, teneantur, & debeant. In aliis vero quibuſcumque criminibus, & erroribus extra dictam Eccleſiam & Capitulum commiſſis juriſdictio præfati D. Præpoſiti contra præfatos Canonicos, & dignitates firma, & illibata perſiſtat. Cui D. Præpoſito tanquam capiti debitam reverentiam, & honorem exhibeant, & exhibere teneantur; Ipſeque Præpoſitus, Canonicos, ut propria membra confoveat, ut ſic alterius onera portantes Chriſti legem adimpleant.

D Quas quidem per nos editas Conſtitutiones authoritate Apoſtolica prædicta, mandamus a dictis D. Præpoſito & Canonicis, atque aliis dignitatibus præfatis præſentibus & futuris inviolabiliter obſervari ſub pœna excommunicationis; Derogantes etiam Apoſtolica auctoritate in & ſuper prædictis omnibus, & ſingulis ordinationibus, & Conſtitutionibus, & omnibus, & quibuſcumque indultis dicto D. Præpoſito conceſſis, & contra prædicta omnia, & ſingula ſupra per nos diſpoſita, firmata, ordinata, ſententiata, & ſtabilita, vel aliquod prædictorum venientibus, & contrafacientibus, & quæ præfatus Ss. Noſter Papa in dictis ſuis præinſertis litteris in Brevi Apoſtolico voluit non obſtare, & auctoritate prædicta annullantes, amoventes, caſſantes, & omnino delentes omnes, & quaſcumque ordinationes, Conſtitutiones, & Statuta dicti Capituli, & Eccleſiæ Piſcien. in contrarium diſponentia, & dictantia, ac inſuper reſervantes Nobis authoritatem, dictas per nos editas, & alias Capituli præfati Conſtitutiones corrigendi, emendandi, & in melius reformandi, & alias de novo faciendi, edendi, & conſtituendi toties quoties nobis viſum fuerit expedire. Declarantes nihilominus, quod per hu-

A juſmodi noſtram reſervationem non intendimus propterea dictarum per Nos ut ſupra editarum Conſtitutionum exequutionem modo aliquo ſuſpendere. Et hæc omnia ſupraſcripta omni meliori modo, quo poſſumus, & debemus. Mandantes per Notarium publicum noſtrum infraſcriptum de prædictis omnibus publicum confici documentum, & Inſtrumentum unum, & ſeu plura.

Lata, data, pronunciata, & promulgata fuit dicta ſupraſcripta ſententia, pronunciatio, declaratio, & ſupraſcriptarum Conſtitutionum editio, conſtitutio & ordinatio, & omnia, & ſingula ſupraſcripta acta, firmata, ordinata, & facta fuerunt per ſupraſcriptum Venerabilem Virum D. Michaelangelum Biſcionum Canonicum, & Commiſſarium Apoſtolicum ſupradictum pro Tribunali ſedentem in Archiepiſcopali Palatio Florentino, quem locum pro loco idoneo, & Tribunali ſuo ad prædicta omnia legitimè elegit, & deputavit anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, Indictione ſeptima **B** die vero Lunæ vigeſima quarta menſis Novembris, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & Domini noſtri Dom. Clementis divina providentia Papæ VII. anno undecimo; & lecta fuit, & fuerunt de mandato d. Domini Michaelangeli Canonici, & Commiſſarii Apoſtolici prædicti per me Bartholomæum Notarium infraſcriptum, &c.

Præſente ibidem Reverendo viro D. Laurentio de Cecchis Præpoſito dictæ ſecularis, & Collegiatæ Eccleſiæ Præpoſituræ nuncupatæ ſanctæ Mariæ Majoris de Piſcia nullius Diœceſis, & omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis expreſſe conſentiente, & illa omnia ratificante, approbante, & emologante, & omnium ſupraſcriptorum obſervantiam etiam medio ejus juramento per eum ad delationem, & in manibus d. D. Commiſſarii Apoſtolici in forma ſolita, & debita ſponte præſtito, promittente.

Præſente etiam venerando Domino Matthæo de Galeottis Archipresbytero ejuſdem Eccleſiæ Piſcien. & tam ſuo nomine proprio, quam etiam ut Syndico, & **C** Procuratore Dominorum Canonicorum, & Capituli dictæ Eccleſiæ Piſcien. prout de ejus Syndicatu, & mandato ad infraſcripta omnia, & ſupraſcripta peragendi ſufficienti, & valido conſtare aſſeruit, publicum Inſtrumentum deſuper manu providi viri Joannis olim Antonii Joannis de Fortibus Notarii publici Piſcienſis ſub die . . præſentis menſis Novembris rogatum, ſcriptum, & ſubſcriptum, & dictis nominibus prædictis omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis expreſſe conſentien. & illa omnia ratificante, approbante, & emologante, & omnium ſupraſcriptorum obſervantiam nominibus prædictis, & medio juramento ad delationem, & in manibus d. Dom. Commiſſarii Apoſtolici per eum dictis nominibus in forma ſolita & conſueta ſponte præſtito promittente, de & ſuper quibus omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis dictos Dom. Commiſſarius Apoſtolicus mandavit; Dicti vero Dom. Præpoſitus, & Archipresbyter dictis reſpectivè nominibus petierunt ſibi per me Bartholomæum Notarium jam dictum & infraſcriptum publicum confici documentum, & Inſtrumentum unum, ſeu plura. **D** Præſentibus ibidem venerab. viro Bartholomæo de Baldinis Rectore Parochialis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Caſtagnolo Florentinæ Diœceſis, & Raphaele Miniatis de Baldeſiis Notario publico & cive Florentino, & aliis teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis, ſpecialiter atque rogatis, &c.

Et ego Bartholomæus Johannis Bartholomæi Pauli de Meis Imperiali auctoritate Judex ordinarius, Notariuſque publicus, & civis Florentinus, acnunc Archiepiſcopalis Curiæ Florentinæ, & hujuſmodi exequutionis, & negotii coram dicto Domino Michaelangelo Biſcionio Canonico, & Commiſſario Apoſtolico ſupradicto ſcriba. Quia dictæ ſupraſcriptæ deliberationi, & ſententiæ prolatione, pronuntiationique ordinationum, conſtitutionum, ac ſtatutorum editione, & conſtitutioni, & omnibus, & ſingulis in dicta ſupraſcripta ſententia, & ordinationibus contentis, & in præſenti una, & aliis novem proxime præcedentibus char-

cis papyreis ſimul ſutis, ſcriptis, & adnotatis, dum ſic ut præmittitur, tam per dictum Dom. Commiſſarium Apoſtolicum, quàm pro parte reſpectivè, acta fuerunt, unacum prænarratis teſtibus interfui, & de mandato dicti Dom. Commiſſarii Apoſtolici ſcripſi, legi, & publicavi. & in hanc publicam formam redegi, ideoque in fidem, & teſtimonium præmiſſorum omnium, me propria manu ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum, rogatus, requiſitus, ac demandatus ut ſupra ſubſcripſi, &c.

Locus † ſigni.

Diù permanſit concordia hæc; tandem nuper ex Præpoſiti voluntate, jus conferendi beneficia omnia ad ſeipſum ſimultaneè cum Capitulo ſpectare prætendebant contra vim privilegiorum Leonis; quamobrem coegit ipſe Romanæ Rotæ ſupremum, juſtumque adire tribunal. Indefeſſo labore, ac diligenti indagine ita rem ſubſtinuerunt Canonici, donec palmam tulerint juſtitiæ per duas omnino eximè fundatas deciſiones prolatas ab Illuſtriſſimo Antonio Albergato die 14. Ianuar. 1658 & die 24. Martii 1659. ex qua deinde diffinitiva ſententia emanavit die 7. Julii ejuſdem anni unà cum mandato de manutenendo ab eodem præſcripto, quæ omnia hic duximus exhibenda ab ipſis exemplaribus, ut hic in facti memoriam aſſerventur.

In nomine Domini Amen.

Præſenti publico Inſtrumento cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum, quod anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono, Ind. 12. die vero ſeptima Menſis Julii, Pontificatus autem in Chriſto Sanctiſſ. Patris, & Domini Noſtri Dom. Alexandri divina Providentia Papa VII. anno ejus quinto in cauſa vertente in Sac. Rot. Auditorio coram Illuſtriſs. & Reverendiſſ. Dom. Antonio Albergato ſacra Rota Auditore, & Judice Commiſſario inter infraſcriptas partes, idem Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus D. Antonius Albergatus Auditor, & Judex Commiſſarius præfatus ſuam tulit, & in ſcriptis promulgavit ſententiam diffinitivam hujuſmodi ſub tenore videlicet.

CHRISTI Numine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam de Coauditorum noſtrorum conſilio pariter, & aſſenſu ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis in prima, ſeu alia veriori verſa ſunt, & vertuntur inſtantia inter Dominum Joannem Baptiſtam Cecchium, uti Propoſitum inſignis Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris Terræ Piſciæ nullius Diœceſis, Provinciæ Florentinæ, ex una, & DD. Canonicos, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ partes, ex alia de, & ſuper Jure, ac modo conferendi omnia, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, tam in præfata, quam in aliis Eccleſiis dictæ Terræ, ejuſque comitatus, & diſtrictus, necnon Nebulæ, & Arianæ Vallium exiſtentia, & de illis etiam providendi, ac reſpectivè inſtituendi Rectores dum pro tempore vacant, rebuſque aliis in actis latius deductis, & expreſſis dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, collationem, proviſionem, inſtitutionem, ac omnimodam diſpoſitionem prædictorum omnium, & quorumcumque Beneficiorum dicti oppidi, ejuſque comitatus, & diſtrictus, necnon Vallium prædictarum ſpectaſſe, ſpectareque, ac pertinere ad præfatum Capitulum Piſcienſe duntaxat tanquam Ordinarium Collatorem omni, &c. Item pari noſtra ſententia dicimus, ac pronunciamus dicto Domino Præpoſito, cæteriſque illius ſucceſſoribus non competiiſſe, neque de jure competere poſſe prætenſam votandi ſimultaneam, ſed unam tantum habere vocem, & votum, prout ſinguli alii Capitulares habent, & non alias, &c. minuſque dicto Domino Præpoſito, nec ejus ſucceſſoribus, ut ſupra competiiſſe, neque competere poſſe aliquod jus ordinarium dicta Beneficia conferendi, vel de illis inſtituendi, aut aliquovis modo providendi, nec aliquam juris aſſiſtentiam illis ſuffragari poſſe, ime ab omnibus, & ſingulis prætenſionibus per dictum Præpoſitum petitis, oppoſitis, allegatis, atque deductis, de, & ſuper dicto jure, ac modo conferendi, providendi, & inſtituendi de ſupradictis omnibus beneficiis abſolvendum, & liberandum fore, & eſſe dictum Capitulum Piſcienſe, prout per præſentem ſententiam abſolvimus, & liberamus, & pro abſoluto, & liberato haberi volumus, & mandamus, & ſuper præfatis prætenſionibus dicto Domino Præpoſito, ut ſupra perpetuum ſilentium imponimus, omni, &c. Victumque Victoribus in expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure in poſterum reſervamus, & ita dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo, &c. Ita pronunciavi EGO ANTONIUS ALBERGATUS SACRÆ ROTÆ AUDITOR. De, & ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis petitum fuit à me Notario publico infraſcripto hoc præſens publicum fieri, & confici Inſtrumentum.

Datum Romæ die vigeſima quarta menſis Julii, anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono, Indictione duodecima, Pontificatus autem in Chriſto Sanctiſs. Patris & Domini noſtri Dom. Alexandri divina Providentia Papa VII. anno ejus quinto, præſentibus ibidem DD. Vincentio Cicellio, & Gregorio Sarravia ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum Connotariis teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis, ac ſpecialiter, & expreſſè rogatis.

Et ego Sebaſtianus Bangey ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum Notarius de præmiſſis rogatus pro ſucceſſore quond. Domini Dominici Fenthia olim ſacra Rota Notarii hic me ſubſcripſi, meumque ſolitum ſignum appoſui, in fidem, &c.

Loco † ſigni.

Mandatum de manutenendo conceſſum à ſacra Rota Romana Canonicis, & Capitulo Piſcien.

Sereniſſimo Principi, & DD. Ferdinando II. Magno Etruriæ Duci, cæterorumque Ducatuum, & Dominiorum veſtrorum felicis proſperitatis, & Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino in Magno Ducatu Etruriæ Nuncio Apoſtolico, univerſis quoque & ſingulis DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, tam Cathedralium, quam Collegiatarum, Canonicis, Parochialium quoque Eccleſiarum Rectoribus, cæteriſque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuſcumque, necnon DD. Judicibus ordinariis, extraordinariis, eorumque Locumtenentibus, aliiſque officialibus, cæteriſque Juſtitiæ miniſtris, Executoribus quoque, & ſubexecutoribus, aliiſque perſonis, & DD. tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus per oppidum, diſtrictum, & territorium Piſciæ & alias ubilibet conſtitutis quamcumque Juriſdictionem ſpiritualem, temporalem & ordinariam pro tempore exercentibus, & præſertim Reverendiſſimo Domino Joan. Baptiſtæ de Cecchis Præpoſito Piſcien. ex principali, omnibuſque aliis, & ſingulis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, illique & illis ad quem, ſeu ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſeu præſentabuntur Antonius Albergatus I. V. D. Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Capellanus, & ipſius ſacri Palatii Apoſtolici Cauſarum Auditor, cauſæque & cauſarum hujuſmodi Judex Commiſſarius ab eoque Sanctiſſimo Domino noſtro Papa ſpecialiter, & expreſsè deputatus ſalutem in Domino, & in commiſſis diligentiam adhibere, noſtriſque hujuſmodi, imo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis ſubinſertam commiſſionem nobis ad inſtantiam Ill. & Adm. RR. DD Canonicorum, & Capituli inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ Majoris Terræ Piſciæ nullius Diœceſis, Provinciæ Florentinæ, Apoſtolica auctoritate præſentatam fuiſſe hujuſmodi ſub tenore, videlicet; Beatiſſime Pater exponunt humiliter Sanctitati Veſtræ devoti ejus Oratores Joannes Nardinus Decanus Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ Majoris Præpoſitura nuncupata Piſcien. nullius Diœc. provinciæ Florentinæ ad infraſcriptum ſimplex Bene-

ficium

A ficium præſentatus, necnon Archidiaconos, & alia dignitates Canonice, atque Capitulum dictæ Eccleſiæ Collegiatæ, quod cum menſe Januarii præfati, Sede Apoſtolica vacante, vacaſſet Eccleſia ſine cura, ſive Oratorium nuncupatum ſub Invocatione S. Martini caſtri Buggiani dictæ juriſdictionis Piſcien. per obitum extra Curiam quond. Nicolai de Strozzis ultimi ejus Rectoris, & poſſeſſoris, fuit à Canonicis, & Capitulo Oratoribus prædictis infra legitima tempora ad illam electus, & præſentatus dictus Joannes Nardinus Orator juxta eorundem Canonicorum, & Capitul: facultates, & antiquum eorum eligendi, præſentandique jus, & quaſi poſſeſſionem; ſed nihilominus Præpoſitus ejuſdem Eccleſiæ Collegiatæ prætendens ad ſe uti Ordinarium, & in prædicta Piſcien. juriſdictione Ordinarii vices fungentem ſpectare dicti Beneficii vacantis collationem, nulliter tamen, & indebitè contulit de facto, idem Oratorium Antonio de Cecchis dictæ Collegiatæ Canonico, ac nepoti ſuo poſſeſſione forſan ſubſecuta nulla Apoſtolica proviſione ſuffultus in grave præjudicium Oratorum, tam præſentati, quam præſentantium, aut eligentium prædictorum pro eorum reſpectivè jure, & intereſſe, pro quorum parte propterea B fuit à die habita notitia ad Sanctitatem Veſtram appellatum, ac de nullitate dictum, & modo humiliter ſupplicatur, quatenus cauſam, & cauſas dd. oppoſitionis, & oppoſitionum, nullitatis, & nullitatum, & tribus notoriaque injuſtitia, ac iniquitatis, necnon reſtitutionis in integrum, prout de jure adverſus quamcunque perſonam rem judicatam, non tamen ex tribus conformibus reſultan. & alia quavis præjudicialia ſaltem ex clauſula generali, Si qua mihi juſta cauſa attentatorum, & innovatorum, quorumcunque cum omnibus & ſingulis ſuis inciden. dependen. emergen. annexis, connexis, totoque negotio principali, ac quam, & quas aliquos ex ſacri Veſtri Palatii Apoſtolici Auditoribus audiend. cognoſcend. decidend. fineque debito terminand. ſummariè prout in Beneficialibus committere, & mandare cum facultate in primis & ante omnia revocan. omnia, & ſingula attentata, & innovata quæcumque, & cum poteſtate citandi, & inhibendi tam C dictum Antonium Cecchium, quam Promotorem, & Procuratorem fiſcalem dictæ præpoſituræ Piſcien. ejuſque Curiæ adverſarios, omneſque alios, &c. quos, quibus, & quoties ubi, & quando opus fuerit, & videbitur etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis ejus arbitrio pœnis &c. Contradictores &c. cæteraque omnia, & ſingula facien. geren. exercen. & exequen. in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna præmiſſis necnon conſtitutionibus, & ordinationibus, Apoſtolicis ſtylo Palatii, & Curiæ, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque ſtatum & tenores &c. pro plenè ac ſufficienter expreſſis haben. De mandato Domini Noſtri Papæ audiat M. Antonius citet, inhibeat, procedat, prout de jure, ut petitur, & juſtitiam faciat. Placet D. N. Papæ, prout de jure I. Cardinalis Sacchettus: cujus quidem commiſſionis vigore literis Citatoriis, & Inhibitoriis extra Roman. Curiam, & ad partes decretis, illiſque in partibus perſonaliter contra Reverendiſſimum Dominum Joannem Baptiſtam Cecchium d. Eccleſiæ Collegiatæ Præ- D poſitum executis, & in actis infraſcripti noſtri Notarii reproductis coram nobis ad nonnullos actus judiciales citra tamen cauſæ, & cauſarum hujuſmodi concluſionem fuit deventum, datoque dubio ſuper manutentione in infraſcripta quaſi poſſeſſione, necnon ſuper bona jure, cauſa, & cauſarum hujuſmodi merita tangen. illoque per nos in plena Rota pluries propoſito, ibique maturè diſcuſſo, & ad favorem dd. RR. DD. Canonicorum, & Capituli Eccleſiæ Collegiatæ terræ Piſciæ principalium reſoluto, extenſiſque per Nos duabus deciſionibus ad eorundem Dominorum Principalium inſtantiam D. Joann. Baptiſtam Mancinum Procuratorem d. Reverendiſſ. D. Joan. Baptiſtæ de Cecchis Præpoſiti ex adverſo principalis, per unum ex Sanctiſſ. Domini Noſtri Papæ Curſoribus ad viden. dictos Dominos inſtantes dumtaxat manuteneri in quieta, pacifica poſſeſſione, vel quaſi conferendi, inſtituendi, & omnimodè providendi omnia, & quæcunque Beneficia,

A & de omnibus, & quibuſcunque Beneficiis tam in Eccleſia Collegiata S. Mariæ Majoris Piſcien. quam in cæteris, & ſingulis aliis d. terræ Piſciæ, ejuſque comitatus, & diſtrictus, necnon Nebule, & Arianæ Vallium Capitulorum per Vota ſecreta indiſtincta, & æqualia cum Voto dicto Domino Præpoſito pro una tantum voce Capituli votantis, ac ut dicitur in Communi, & alla Rinfuſa omnium Capitularium præſentium in Capitolo pro una tantum voce æqualiter votantium, & mandatum de manutenendo, & aliud quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum decerni, & relaxari, citari mandavimus, & fecimus ad diem, & horam infraſcriptas; quibus advenientibus comparuit in Judicio coram nobis R. D. Joannes Papinus Canonicus dictæ Eccleſiæ Piſcien. ac in Romana Curia, & dd. DD. Canonicorum, & Capituli Piſcien. principalium Procurator petiit, & inſtetit, ut ſupra. Nos tunc Antonius Albergatus Auditor, & Judex Commiſſarius prædictus attendentes requiſitionem hujuſmodi fore, & eſſe juſtam, & quod juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus: Idcirco auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte prædictum B mandatum de manuten. in quieta & pacifica poſſeſſione, vel quaſi conferendi, & inſtituendi, ac omnimodè providendi omnia, & quæcomque Beneficia, & de omnibus, & quibuſcumque Beneficiis tam in d. Eccleſia Collegiata S. Mariæ Majoris Piſcien. quam in cæteris, & ſingulis aliis d. Terræ Piſciæ, ejuſque comitatus, & diſtrictus, necnon Nebule, & Arianæ Vallium capitulariter per vota ſecreta, indiſtincta, & æqualia cum voto R. D. Præpoſiti pro una tantum voce Capitulare votantis, ac ut dicitur in Communi & In concurſo, ſeu alla Rinfuſa omnium Capitularium præſentium in Capitulo pro una tantum voce æqualiter votantium ad favorem eorundem DD. Canonicorum, & Capituli principalium dumtaxat decernen. & relaxan. fore & eſſe duximus, prout decernimus & relaxamus per præſentes; Quocirca Veſtræ Sereniſſ. Celſitudini Reverentiam merito deferimus, & noſtris Cenſuris ſubiacere nolumus, intuitu tamen Juſtitiæ, C & ob reverentiam S. D. N. Papæ, ejuſque S. Sedis Apoſtolicæ ad executionem præſentium noſtrarum litterarum efficaciter adimplen. ſive permitten. benignè in Domino exhortamur, & enixè rogamus, vobiſque omnibus aliis, & ſingulis ſupradictis & veſtrum cuilibet in ſolidum in virtute S. Obedientiæ & infraſcriptis ſententiis, Cenſuris, & pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam pro parte dd. principalium fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, imo verius Apoſtolica auctoritate DD. Canonicos, & Capitulum principales dumtaxat, ſive eorum legitimum procuratorem in vera, reali, actuali, corporali, quieta, & pacifica quaſi poſſeſſione conferendi, & inſtituendi, ac omnimodè providendi omnia, & quæcumque beneficia, & de omnibus, & ſingulis quibuſcumque beneficiis, tam in d. Eccleſia Collegiata S. Mariæ Majoris Piſcien. quam in cæteris, & ſingulis aliis d. Oppidi, ejuſque commitatus, & diſtrictus, necnon Vallium prædictarum Capituli per vota ſecreta indiſtincta, & æqualia cum voto d. D. Præpoſiti pro una D tantum voce Capitulari votantis, &, ut dicitur in commune, & alla Rinfuſa omnium Capitularium præſentium una tantum voce æqualiter votantium manuteneatis, tueamini, defendatis, & conſervetis, prout nos eoſdem manutenemus, tuemur, defendimus, & conſervamus, ac manuteneri, tueri, defendi, & conſervari volumus, & mandamus per præſentes. Inhibemus inſuper, & inhibendo expreſſè præcipimus, & mandamus Vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & præſertim d. D. Jo. Baptiſtæ de Cecchis prædictæ Eccl. Præpoſito ex adverſo principali, omnibuſque aliis, & ſingulis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum in executione præſentium nominan. & cognominan. ne ſub mille Ducatorum auri de Camera, & pro illis mandati executivi, & in juris ſubſidium interdicti ingreſſus eccleſiæ quoad Reverendiſſimos DD. Ordinarios, & alios Prælatos, & quoad alios excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſti-

cis

cis Sententiis, Cenſuris, & pœnis per quemcumque in præmiſſis contravenientem ac inobedientem trium dierum monitione Canonica præmiſſa incurren. Quominus dd. RR. DD. Canonici, & Capitulum Piſcien. principalis dumtaxat, ſive eorum legitimos Procuratores in d. poſſeſſione, vel quaſi conferendi, & inſtituendi, ac omnimode providendi omnia, & quæcumque beneficia, & de omnibus, & quibuſcumque beneficiis, tàm in præfata Eccleſia Collegiata S. Mariæ Maioris Piſcien. quàm in cæteris, & ſingulis aliis dicti Oppidi, eiuſque Comitatus, & diſtrictus, nec non Vallium prædictarum Capitulariter per vota Secreta indiſtinctè, & æqualia cum voto d. D. Præpoſiti pro una tantum voce Capitularis Votantis, & ut dicitur in Communi, & alla Rinfuſa omnium Capitularium præſentium manuteneantur, tueantur, conſerventur, & defendantur, omniaque & ſingula præmiſſa ſuum debitum ſortiantur effectum, impedimentum aliquod præſtetis, ſeu præſtent, aut impedientibus detis, vel dent auxilium, conſilium, vel favorem publicè, vel occultè, directè vel indirectè, quovis quæſito colore, cauſa, vel ingenio, aut prætexto; ad quarum quidem ſententiarum Cenſurarum, & pœnarum declarationem, aggravationem, reaggravationem, & mucrone Eccleſiaſtico non ſufficiente, ad invocationem Brachii ſæcularis ritè, & rectè procedemus iuſtitia mediante. Abſolutionem vero in præmiſſis omnibus, & ſingulis Nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, robur, & teſtimonium, has præſentes fieri, & per Notarium publicum ſubſcribi, ſigilloque noſtro, vel alterius Coadiutoris noſtri muniri juſſimus & mandavimus.

Datum Romæ apud S. Mariam de pace in Clauſtro Superiori Conventus, in quo quidem Iura reddi ſolent de mane ante meridiem hora audientia Cauſarum ſolita ad Jura reddea. Nobis pro Tribunali de more Sedin. ſub anno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ooao Indictione duodecima, die vero quarta menſis Julij Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto P. & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. anno ejus quinto. præſentibus ibidem DD. Vincentio Cicellio, & Gregorio Saravia S. Palatii Apoſtolici Cauſarum Coanotariis Teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis, ac ſpecialiter, & expreſſe rogatis.

Loco † Signi.

Et Ego Sebaſtianus Bauger S. Palatii Apoſtolici Cauſarum Notarius de præmiſſis rogatus pro ſucceſſore quondam Dominici Fonthiæ olim S. Rotæ Notarii hic me ſubſcripſi, meumque ſolitum ſignum appoſui. In fidem &c.

Loco † Signi.

Cæterum major Piſciæ Eccleſia, quam Domum appellant, Beatiſſimæ Mariæ Virgini Majori dicata, antiqua, ſatiſque pro loci conditione ornata eſt: eam conſecraſſe Alexandrum II. Papam die 7. Julii 1062. ubi in minoribus conſtitutum aliquando Plebanum fuiſſe ex monumentis ejuſdem Eccleſiæ ferunt: pluribus ſanctorum reliquiis exornatur, quarum inſignes ſunt, loculus Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ampulla lactis ejuſdem, fragmentum panis hordeacei, ex his quibus Dominus noſter Jeſus Chriſtus quinque millia hominum ſatiavit, fruſtulum vivificæ Crucis, Caput s. Fabiani Papæ & Martyris; fruſtulum capitis s. Jo. Chryſoſtomi, Brachium s. Nicolai Myræ Epiſcopi, & Brachium s. Vincentii Martyris, os crucis ſancti Georgii Martyris, ac dens unus s. Apolloniæ Virginis & Martyris. Numeroſo clero nobilitatur. Præpoſito quidem cum ſex aliis dignitatibus, duodecim Canonicis, Capellanis 18. aliiſque Clericis, qui divinum penſum quotidie perſolvunt. Seminarium habet duodecim clericorum. Sunt Piſciæ aliæ Eccleſiæ, quarum Inſignis Ss. Stephani & Nicolai per Priorem gubernari ſolita, in eaque requieſcunt corpora cujuſdam s. Mauri & Innocentii Martyrum. S. Franciſci ab eodem Seraphico una cum Conventu condita anno 1211. de qua bon. me. Vvaddingus ſcribit tom. 1. Annal. Minorum cap. 42. Aſſervatur in ea Divæ Mariæ Virginis miraculoſa Imago, quæ clareſcere cœpit die 13. Aprilis 1506. In hac Eccleſia anno 1364 coram Petrochino Caſaleſco Ravennæ Archiepiſcopo, Marco Viterbienſi Ord. Minorum Generali miniſtro, qui deinde S. R. E. Cardinalis evaſit, Leonardo Draghi, & Andello Spinula Januenſis Reipublicæ oratoribus, pax inter Florentinos, Piſanoſque publico documento firmata eſt. Extat etiam eccleſia s. Annunciatæ à Clericis Regularibus s. Pauli erecta. Sunt etiam in hoc Oppido quinque Sanctimonialium cœnobia, quorum nobile, & vetuſtum s. Michaelis Ord. s. Benedicti, fundatum, ut indigenæ volunt, à Matilda Comitiſſa. In hac eccleſia corpus s. Fortunatæ Virginis & Martyris aſſervatur, & in Eccleſia Monialium Matris Dei requieſcit corpus S. Maximæ Martyris. Hoſpitalia duo, decem laicorum confraternitates, ac viginti Eccleſiæ extant ad pietatem extructæ, quarum tres Parochiales ſunt. Extra mœnia ejuſdem viſuntur Monaſteria Capuccinorum, ac Ord. Minorum de Obſervantia.

Territorium Piſcienſis Eccleſiæ ſatis amplum eſt, comprehenditque Valles Arianam, ac Nebulæ, ubi ſexdecim, ut diximus, Caſtella, ſeu Oppida, totidemque aperta loca cum ſuis Plebalibus, & Rectoriis Eccleſiis recenſentur, quorum nomenclatura hæc eſt. Oppidum Montis Caroli habet inſignem Plebaniam ad inſtar Eccleſiæ Collegiatæ olim Lucanæ Diœceſis, ubi extat Cœnubium Monialium. Hanc Innocentius IV. Pontifex, Alexandri II. aliorumque antecesſorum Pontificum veſtigia ſequutus ſub Apoſtolica protectione ſuſcepit anno 1252 Autographum ſanctè aſſervatur in eadem Eccleſia his conceptum verbis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei

Dilectis filiis Plebano Eccleſiæ Petri in Campo, eiuſque fratribus tam præſentibus quam futuris canonicè inſtituendis in perpetuum.

Monet nos Apoſtolicæ ſedis auctoritas, cui licet immeritis præſidemus, pro ſtatu omnium Eccleſiarum provida circumſpectione ſatagere, & ne malignorum rapinis, vel moleſtiis exponantur Apoſtolicum ipſis patrocinium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris in hac parte ſupplicationibus clementer annuimus, & ſecularem Eccleſiam S. Petri in Campo Lucanæ Diœceſis, in qua divino eſtis obſequio mancipati ad inſtar felicis recordationis Alexandri II & . . . . prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; Statuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem eccleſia in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Capellam S. Bartholomæi de Collodi cum omnibus pertinentiis ſuis, Capellam S. Martini de Debia cum omnibus pertinentiis ſuis, Capellam s. Mariæ de Strata cum omnibus pertinentiis ſuis. Domum pontis de Strata cum omnibus pertinentiis ſuis, Capellam S. Quirici de Veneri cum omnibus pertinentiis ſuis, Decimationes etiam de Viviania tam de novalibus, quam de aliis terris, & de omnibus Capellis ad prædictam Eccleſiam ſpectantibus, cum aliis poſſeſſionibus, ſcilicet molendinis della cona Domtaatus de Bangiaria, cum vineis, & pratis, paſcuis & Coli cucebi cum vineis de Viainaja & horto; Capellam S. Michaelis, & Capellam s. Andreæ ſitas in Viviania, ſicut eas à longis retro temporibus hactenus prædeceſſores veſtri, & vos ipſi habuiſſe noſcimini, vobis hæc omnia & Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolica concedimus & confirmamus. Illud autem omnimode prohibemus, ne alicui fas ſit vobis, vel Eccleſiæ veſtræ novas & indebitas conſuetudines, vel exactiones imponere; libertates etiam & immunitates, ac rationabiles conſuetudines tam in ſepulturis, quam in aliis in veſtra Eccleſia hactenus obſervatas, ratas habemus, eaſque perpetuis temporibus illibatas permanere cenſemus. Prohibemus inſuper, ne quis in vos, vel Eccleſias veſtras

ex-

excommunicationis , ſuſpenſionis , vel interdicti ſententiam ſine manifeſta , & rationabili cauſa promulgare præſumat . Decernimus ergo , ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temerè perturbare , aut ejus poſſeſſiones auferre , vel ablatas retinere , minuere , ſeu quibuslibet vexationibus fatigare , ſed omnia integra conſerveatur eorum , pro quorum gubernatione , ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura , ſalva Sedis Apoſtolicæ authoritate , & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia . Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica , ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit , ſecundo , tertiove commonita , niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correnerit , poteſtatis , honoriſque ſui careat dignitate , reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat , & a ſacratiſſimo corpore , ac ſanguine Dei , & Domini Redemptoris N J. C. aliena fiat , atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni ; cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit Pax D N. J. C. quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant , & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus .
Ego Stephanus ſanctæ Mariæ trans Tiberim presbyter Cardinalis .
Ego Fr Johannes tituli S. Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis .
Ego Rainaldus Oſtien & Veliternen. Epiſcopus .
Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus .
Ego Petrus Sabinen. Epiſcopus .
Ego Jacobus Portuen & S Ruffinæ Epiſcopus .
Ego Petrus S. Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis .
Ego Johannes S. Nicolai in Carcere Tullian. Diaconus Cardinalis .
Ego Gulielmus S Euſtachii Diaconus Cardinalis .
Ego Ottobonus S. Adriani Diaconus Cardinalis .

Datum Peruſii per manum Guillelmi Magiſtri Scholarum & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii Tertio Idus Junii Indictione xi. Incarnationis Dominicæ anno MCCLII. Pontificatus vero D. Innocentii PP. quarti anno Nono .

Secundum hujus Territorii oppidum Mons-Catini vocatur in cacumine altiſſimi montis poſitum , cœli clementia , amœnitate , oleo , vino , aliiſque rebus humano victui neceſſariis abundans . Habet Plebaniam ſatis divitem, Cœnobium Carmelitarum, & Auguſtinianorum , atque ad tudices monaſterium Sanctimonialium ſub S. Auguſtini regula .

Tertium Uzzanum cum ſua Plebania Eccleſia cum Monaſterio Monialium SS. Franciſci & Eliſabeth ; ibi adeſt corpus S. Innocentii Martyris .

Quartum Bujanum vulgo Buggianum cum curata eccleſia . Prope hoc Caſtrum anno 1038. à Siſemundo & Guidone fratribus ejuſdem Caſtri Dominis fundata , & dotata fuit Abbatia S. Mariæ Ord. s. Benedicti , quæ nunc unita eſt celebri Abbatiæ Florentinæ ejuſdem Ordinis . Porrò cum ad manus haberemus documentum fundationis , placuit hic illud verbatim exſcribere ; ſic enim ſe habet .

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei , Amen .
Anno ab Incarnationis ejus milleſimo trigeſimo octavo , & Dominus Honoradus gratia Dei Imperatore Auguſto , anno Imperii eius Italia duodecimo , 17 Kal. Septemb.
Indict. 6.

Dum fragilitas generis pertimeſcit , ultimum vitæ generis ſubitaneas tranſpoſitiones venturo : hoportet enim ne non inveniat unumquemque imparatum , qui ſine aliqui bonis operis reſpecturi migrare de hoc ſeculo . Niſi dum in ſua jure poteſtate conſiſtas , præparare ſibi viam ſalutis , per quam ad æternam beatitudinem pervenire . Ideoque in Dei nomine , ego quidem Nos Siſemundo , qui Groſorello vocatur , & Guido . . . . Gregorius filii bo. mem. Sighifredi , ad fundamentum ædificare cœpimus aulo , imo Oratorio in honorem Dei , & Beatæ ſanctæ Mariæ Genitricis , & S. Michaelis Archangeli , & S. Petri Apoſtoli , & plures Plebaniæ ſanctorum in ipſa Eccleſia confirmamus . In propria terra noſtra , & de conſortibus noſtris , in loco nuncupantes , quod vocatur Mariæ de Bujano , prope ipſo noſtro caſtello de S. Bujano , & antea Oratorio ipſo , Dei miſericordiam conſegratos , & bene congruo , & acceptos . Proinde modo verò Nos ſupradicti . . . . inſpirantes Nos Dei gratia omnipotentie , libentius animo pro mercede , & remedio animæ noſtræ , & pro anima bo. mem Sigiſmundi , qui fuit genitor noſter , & de genitrice noſtra , & de filiis noſtris ; & quod deinceps in antea nati , vel procreati ſunt , adque mercede animarum noſtrarum , & cunctorum parentum noſtrorum , in ipſo prædicto Oratorio Dei Omnipotentis , Beatæ ſanctæ Mariæ Genitricis , & S. Michaelis , & S. Petri , qui requieſcunt , de noſtra hæreditate , de terris , ſive de movilias aliquantas , largire , & confirmare præcepimus , ut Deus Omnipotens deleat noſtra peccata , & non rememoretur amplius . Et inſuper ſecundum Dei præceptum centuplum recipiamus , & vitam æternam poſſideamus ; Ideoque in ipſo Oratorio tradimus , donamus , atque offerimus , ſeu confirmamus , montibus , rebus , ſuppitantias illas , quas movile , vel immovile , quas nos prædicti Siſemundo , & Guido . . . . in ipſo ſancto loco dedimus , & confirmamus ſtabilitum , ordinem debeat permanere una cum rebus noſtris ſortis , ſeu terris , & vineis , & rebus illic , in ipſo ſancto loco confirmamus . In primis aſſis , ſet noſtra portione , de omnibus caſis , & terris , & de ſupradicto Monte , & Pojo de Bujano , quod eſt pertinentes de ſupradicta Eccleſia S. Mariæ , & una caſa , & res , ſorte , & maſſarias illas , quæ eſt poſita in loco ubi dicitur Avalle , quæ recta eſt per Andreas Maſſario , & ſuis conſortibus , ſecunda ſorte , & res , quæ eſt poſita in loco , ubi dicitur Jano à Stoparecia , quæ recta eſt per alio Andreas Maſſario , & ſuis conſortibus . Tertia verò portione , & res in loco , ubi dicitur Caraja , quæ recta eſt per Bonicho Maſſario . Quarta ſorte , & res quæ eſt poſita in loca , & finibus , ubi dicitur Stignano , quæ recta eſt per Bondie Maſſario . Quinta ſorte , & res ubi dicitur ad Serra alta , quæ recta eſt per ma: Maſſario , & noſtra portione de una petia de terra illa , quæ eſt boſco , quam habemus in loco , & finibus , ubi dicitur prope Stanipeſcio , quæ eſt Subojano tenentes uno capo cum uno lato in campo de S. Stanipeſcio , & alio capo terræ in via , & ſtrata publica , & alio lato terræ in via publica , & aliquanto de ipſo lato terræ in lama , quæ dicitur Veglangula , & noſtra portione de viginti , & quatuor culturæ de terra laboratoria , quæ eſt in campo noſtro de Bojano . Octo ſunt poſitæ ubi dicitur Allacuna , & aliæ octo ſunt poſitæ in loco , qui vocatur Camajore , & illæ aliæ octo , in loco , quod ſylva Sprandi , & noſtra portione de terra , & ſylva , ſeu piſcarias illas in loco , ubi dicitur Inſula prope Lomole ; jam dicta noſtra portione de prædictis caſis & rebus ſortis illis , maſſaritiis , & vineis , & ſylvis , & omnibus rebus illis , qualiter ſuperius loquitur , cum fundamentis & omne ædificiis , & univerſiſabili ſuarum , ſeu de cunctis omnibus vineis , olivis , ſylvis , jurgariis , pratis , paſcuis , cultis , rebus , vel incultis , & omnia in omnibus rebus , quantas ubique ad ſupradicta caſis , & rebus forfortitis , Maſſariis ſunt pertinentibus ut dictum eſt , & cum inferioribus , & ſuperioribus ſuis , ſeu cum acceſſibus , & ingreſſoras earum , movilibus , & immovilibus de infra ipſi adfinis , ſicut ſuperius loquitur in integrum , & omnia , & in omnibus ubicunque etiam inveniuntur in ipſum , & ſanctum venerabilem locum pro remiſſione omnium peccatorum noſtrorum , & mercede animarum noſtrarum , & de parentibus noſtris , & de genitore , & genitrice noſtra uſque in ſempiternum in eodem ſanctum & venerabilem locum Oratorio Dei adjubante dare , tradere , judicare , atque offerre , præjudicareque , ſtatuimus , atque confirmamus . Nos quidem Siſemundo , & Guido . . . ipſa præfata noſtra portione de ipſa Eccleſia , deinceps Abbatia , ubi Donnus Johanes primo Abbas Coſtanti habemus etiam perſiſtat , & Rectores , & Gubernatores ibi ſemper eſſe debeant . Modo verò Donnus Johannes Abbas ibidem confirmamus , & ſubjectos Abbas , Monachos ad ſufficientiamque ſecundum Deum , & Regulam ſancti Benedicti , vivere & permanere conſiſtant . Ita quod ſe Donnus Johannes Abbas , vel ſuis ſucceſſoribus , & cunctis congregatione earum , pro Diaconibus , vel Clerici in ipſa ſancta Eccleſia , die , noctuque Miſſa , & oratione inceaſ. & luminaria , & officium Dei , & Ordo ſancti Benedicti ſemper ſtudiare , & peragere debeatis , & per nos ſupradicti . . . . & per cunctorum parentibus noſtris ,

vivis ,

vivis, atque defunctis, uſque in finem ſeculi, Deum noſtro deprecare, & orare, atque clamare, ſerere, & peragere debeatis die, noctuque, ut nobis in perpetuum proficiat animæ ſalutem, & gaudium vitæ æternæ habere mereamur. Veruntamen Oratorio, noſtra ipſo & omnia in omnibus, quæ ibidem eſt pertinentes, vel inventus fuerint, & ſemper ſub regimine, & poteſtate noſtra, quod ſibi hæredibus noſtris ad defenſandum, & regendum, gubernandum, & Abbatem ibidem mittendi, & ordinandi, & confirmandi una cum conſilio fratrum, non tamen ulla munera recipiendi, neque etiam ad nullum alium uſum ſeculario ſubtrahendi, neque ad diviſionem, & cambium dare debeant, neque poſint. Et omni tempore tam ipſe Donnus Abbas Johannes, quàm & ſuis ſucceſſoribus, ipſa prædicta Eccleſia & omnibus rebus ibidem pertinentes in ſuorum poteſtate debeant habere, & fruere, & regere, & gubernare ut melius potuerint, & in veſtro decreto in tali ordine quomodo & qualiter ſuperius legitur uſque in finem hujus mundi ſeculi, firmo, & ſtabilem permaneant ſemper. Et ſi forſitan ullus quilibet de redditibus noſtris, ſeu cuilibet oppoſita perſona, quæ contra uno decreto noſtro agere, aut cauſare præſumpſerit pro quovis ingenio quæſierat, vel ſi pro omnibus rebus illis, quæ ſuperius legitur, de poteſtate de ipſa Eccleſia, & de omnibus Abbatibus, & Rectoribus de ipſa Eccleſia, retollere, contrariare, vel minuere, aut intentionare tam per ſe ipſi, quàm etiam per ſummittentes perſonas, quæ illis miſerint per quolibet argumentum, ingenio unus ille, qui hoc facere præſumpſerit, & non adimpleverit, Cum itaque ſuperius promiſimus in ordine, & honore prædictæ Eccleſiæ, Abbatiam ſanctæ Mariæ, & ſancti Michaelis & ſancti Petri infra tres menſes qui facere præſumpſerint prædicto Abbate & Cuſtodibus prædictæ Eccleſiæ Abbatia requiſierit, infra prædictos tres menſes non emendaverint, ſi ad ſe primum judicium in eum currat, & omnem maledictionem plurimam quæ Dominus contra inimicum ſuum contraxerit, particeps fiat & cum Juda Scarioth ille ſit condemnatus ad ſupplicium. Etiammum ira Lemoyſes veniat ſuper eum qualis ſuper Dathan & Abiron quæ vivis terra deglutiunt Pereat ille, ſicut pereunt animas, & ſi adcurrant in corpore qui fraudaverint pecuniam Apoſtolorum; fiant dies ejus pauci, & Epiſcopatum ejus accipiat alter Fiant filii ejus orphani, & uxores ejus viduæ Contingant ſuper eos peccatores, & Diabolus ſedeat à dextris ejus. Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent, & ejiciantur de habitationibus ſuis. Non ſit illi adjutor, nec ſint qui miſereantur filii ejus: ut deleantur nomina eorum, qui hunc decretum, ſtatutum, confirmatum irrumperint, aut infrangerint, vel violaverint, hoc tentaverint pro quovis ingenio Inſuper Deum noſtrum habeat retributorem omni tempore ſecundum facinora ſua, & ſciant ſe daturos, & compoſituros eſſe debeant pœnam auro optimum librarum quadraginta, & de bonos argentum libras centum: med. ad pral prædictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, & ejuſque Rectoribus, & Abbatibus: & med in Camera Domini Regi. Et hunc ſcriptum decretum noſtro, Domius miſericordiam, uſque in perpetuum ſtabile debet permanere. Unde hanc chartulam ordinationis in eo tenore ſupralegitur, Balduinus nomine Dom. Regis. nos ſcribere rogavimus.

Actum in loco. & finibus Bojano, prope ſupradicta Eccleſia ſanctæ Mariæ

Signum manibus ſupradictorum Uudiſiſemundi pro Groſorello vocatur, & Guidi . . . , quod chartula offertionis fieri rogaverunt.

Signum manibus Beraardi. & Guiterni . . . filii bon.mem Lamberta Confitentis

Signum dd Bellini filio bo mem Petri Confitentis.

Balduinus Notarius Dom Imperatoris poſt tradita complevi, & dedi.

Quintum, Colle. Sextum Burgum, cujus Eccleſia inſtar eſt Collegiatæ cum ſuo Plebano; in eo eſt Conventus Auguſtinianorum, & Monialium ſeptum ſanctæ Marthæ Ordin. Benedictini, in qua Eccleſia corpus cujuſdam S. Hippolyti continetur. Septimum Stignarium. Octavum Maſſæ. Nonum Cozzile. Decimum mons Sumanus, qui inſignem habet Eccleſiam Beatiſſimæ Virgini Mariæ dicatam ad calcem ipſius montis poſitam, hoc noſtro ſæculo piis fidelium eleemoſynis ædificatam eo in loco, in quo devotiſſima eiuſdē Beatæ Virginis Imago miraculoſa clareſcere cœpit. Undecimum, Mons-Vitulinus dicitur, prope quem delitioſa Villa Magni Ducis viſitur. Duodecimum oppidum eſt Petra Bona. Decimum tertium Sorana. Caſtrum vetus decimum quartum. Vellanum ſubſequitur, ubi ſanctimonialium ſeptum; ac Mons à Piſcia decimum ſextum nuncupatur. In iis omnibus, ſive à Plebanis, ſive à Parochis eorum Eccleſiæ reguntur. Terras verò, quæ ſunt in hoc Territorio ſpectabiles, ita enumerare licet. S. Petri in Campo, Coſta Caſtellare, Chieſina, Ponte, Buggianeſe, Ponte Vizzaneſe, Uzzano, Verrucola, Malocchio, s. Laurentii de Cerreto, s. Proſperi à Sorico, Chieri, s. Allucio Equitum Hieroſolymitanorum commenda, in qua Eccleſia corpus ejuſdem s. Allucci patria Piſcienſis requieſcit. Sanctæ Margaritæ, ac s. Lucæ in Poggio. In toto hoc Territorio ſunt Eccleſiæ tres & ſeptuaginta, Plebaniæ decem, Rectoriæ duodecim, Virorum cœnobia quatuor, Sanctimonialium vero ſex, animæ fidelium triginta millia, aliqua hoſpitalia, ac laicorum fraternitates plures reperiuntur. Et hæc ſatis de hac nobili Piſcienſi Eccleſia dicta ſunt. Porro Præpoſiti, qui à prima inſtitutione uſque ad hæc noſtra tempora in ea Eccleſia floruerunt, ſequentes enumerantur.



1 LAURENTIUS de Cecchis, nobilis Civis Piſcienſis, Juris utriuſque eximius Doctor, olim Ordinarius Canonum Lector in Piſana Academia ex Plebano majoris Eccleſiæ ſub Leone X. Pontifice Max. an. 1519. eiuſdem inſignis Collegiatæ Eccleſiæ primus delectus eſt Præpoſitus. Memoratur in bulla reſtaurationis Leonis; ſub Clemente VII. cum Canonicorum Capitulo de juriſdictione litem habuit: tandem quievit turbatio, ut ſupra narravimus, ad quem & Capitulum extat Clementis VII. bulla confirmationis omnium privilegiorum Piſcienſi eccleſiæ ab anteceſſoribus Pontificibus conceſſorum, ubi fit mentio privilegii Innocentii IV. eidem Eccl. conceſſi. Clem. confirmatio ex Archetypis tabulariis deprompta eſt huiuſmodi tenoris.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei
Dilectis filiis Præpoſito, & Capitulo Eccleſiæ ſedi Apoſtolicæ immediate ſubiectæ Beatæ Mariæ de Piſcia nullius Diœceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates, immunitates, & exemptiones fel. rec Innoc. IV & Leone X ac aliis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris per privilegia, indulta, & alias conceſſiones vobis, & Eccleſiæ veſtræ conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis, & dictæ Eccleſiæ veſtræ rationabiliter indultas, ſicuti ea omnia juſtè, & pacifice poſſidetis,

vo-

vobis, & per vos dictæ Eccleſiæ veſtræ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1528. Kalend. Novemb. Pontificatus noſtri anno quinto.

In eundem modum, iiſdemque verbis privilegium dedit Præpoſito, & capitulo Piſcienſis Eccleſiæ Paulus III. Pontifex ſub Datum Romæ ann. 1534. 3. Nonas Novembris an. Pontificatus primo.

Obiit Laurentius anno 1541. jacet in majori templo.

2 JULIANUS ex eadem nobili gente de Cecchis ex Canonico evaſit ſecundus Piſcienſis Eccleſiæ Præpoſitus anno 1541. Ejus & Capituli auctoritate Piſciæ novum Cœnobium Monialium ord. S. Benedicti ſub invocatione B. Mariæ Novæ à Communitate ejuſdem Terræ conditum fuit ann. 1559. Placet inſtitutionis, & facultatis documentum totum hic exprimere à ſuo exemplari.

Julianus Cecchus Protonotarius Apoſtolicus & Collegiatæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Majoris de Piſcia Præpoſitus, ac in dicta Terra Piſciæ totaque Provincia Vallium Nebulæ, & Arrianæ Domini Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Coſmæ de Medicis Ducis ſecundi Florentiæ nullius Diœceſis, in ſpiritualibus Judex ordinarius. Necnon Matthæus Galeottus Archidiaconus, Franciſcus Galeottus Theſaurarius, Bartholomæus Galeottus Archipresbyter, Duccius de Duccis Decanus, Franciſcus Perondus, Dominicus Roſellinus, Carolus Orlandus, Angelus Oradinus, Fortes de Fortibus, Vincentius Peſchus, & Joannes Baptiſta Cecchus, Canonici, ac Capitulum ejuſdem Eccleſiæ veneran. univerſis, & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Circa Eccleſiarum, & locorum piorum, ac eorumdem ſtatum dirigendum juxta paſtoralis officii noſtri debitum conſiderationem extendentes intuitum in his libenter inſiſtimus, per quæ animarum ſaluti facillime ſuccurratur, & inter cætera Divinæ Majeſtatis beneplacita opera, fundare Cœnobia, & religioſa loca, in quibus prudentes Virgines accenſis lampadibus ſuis propriam Virginitatem & gratum famulatum ſponſo, qui ſpecioſus eſt præ filiis hominum, Ieſu Chriſto Domino reddere valeant, non modicum reputantes piis devotarum perſonarum deſideriis, per quæ Cœnobia, & pia loca hujuſmodi fundari valeant, libenter annuimus, ac eorum humiles preces, præſertim quæ piorum locorum felicem profectum, conſervationem, & augmentum concernunt, favorabiliter exaudimus. Sane pro parte Antonii Bonagratiæ Canonici noſtri, ac Syndici, & procuratoris univerſitatis hominum, & perſonarum Terræ Piſciæ præfatæ nullius Diœceſis, nuper nobis expoſitum fuit devote, ac pio cum affectu, quod cum præfata univerſitas, & homines Terræ Piſciæ habeant, teneant, & poſſideant, ut & tanquam veri Domini, & Patroni Hoſpitale ſanctæ Mariæ in dicta Terra, ad eamdemque, & ad ipſos tanquam Dominos, & Patronos, tam de Jure, quam ex immemorabili conſuetudine ſpectavit, & pertinuit, ſpectatque, & pertinet Jus eligendi Rectorem, & Hoſpitalarium, vel electum ad nutum amovendi, & Hoſpitale prædictum, & ejus bona per dictum Hoſpitalarium Rectorem aut alium quemcumque Miniſtrum, ſeu miniſtros dictæ Univerſitatis, & hominum gubernandi, diſponendi, & ad libitum alienandi: & quia univerſitas, & homines prædicti pia devotione, & religionis zelo ducti, ut puellæ dictæ Terræ Piſciæ in caſtimonia vivere, & ſeculum fugere volentes, quæ in maximo creverunt numero, poſſint, & valeant locum habere, in quo Deo optimo maximo gratum famulatum reddere, & præſtare valeant, attento maxime, quod alia duo Monaſteria in Terra prædicta exiſtentia, adeo ſunt numero puellarum gravata, ut non ſufficiant commode ad earum omnium receptionem, cupiunt in locum dicti hoſpitalis, & de dicto hoſpitali, ſub dicta invocatione Beatæ Mariæ Virginis erigere, conſtruere, ædificare, ac novum perficere Monaſterium, ſi eis ad hoc noſtra, & Apoſtolicæ ſedis (quatenus opus ſit) ſuffragetur auctoritas, eo maxime, quod ſi expenſæ, quæ ſingulo quoque anno erogantur in alendo hoſpitalarium prædictum cum uno famulo, & famula, aliiſque Miniſtros pro tempore exiſtentes, converterentur in alendo & ſuſtentando Moniales & virgines prædictas uberius, & gratius poterit famulari, opuſque magis pium, gratumque Deo fiet. Petens propterea idem Antonius Bonagratia Syndicus, & procurator prædictus humiliter à nobis ſibi dicto nomine juxta votum univerſitatis, & hominum prædictor. dari licentiam, & concedi in dicto, & de dicto hoſpitali dictum Monaſterium ſub dicta invocatione Beatæ Mariæ Virginis, ſalvo ſemper, & reſervato, quod non propterea in aliquo, ſeu aliqua parte derogetur, vel ſit derogatum auctoritati Juriſpatronatus, honoribus, vel oneribus, aut obligationibus aliquibus dictæ univerſitatis, & hominum prædictæ Terræ Piſciæ, ſeu hoſpitali prædicto hactenus impoſitis quomodocumque, vel fieri ſolitis, & conſuetis; ſed quod Monaſterium prædictum erigendum, & erectum, & Moniales in ipſo pro tempore exiſtentes teneantur, & obligata ſint de bonis dicti hoſpitalis, & monaſterii pauperes Chriſti fideles recipere, & hoſpitari, dotes dari ſolitas, & conſuetas quolibet anno decem puellis nubendis congruis temporibus per officiales dicti hoſpitalis pro tempore exiſtentes, vel per univerſitatem & homines prædict. ad eorum libitum aliter eligendis, & nominandis ſolvere, aliaque legata, & onera ſatisfacere, & adimplere, & feſtivitates celebrari ſolitas facere ſecundum morem, & conſuetudinem hactenus obſervatam; et homines prædictos terræ Piſciæ, congruis, & conſuetis temporibus ſolitis modis, & formis pro dominis, & patronis dicti hoſpitalis, ſeu Monaſterii recognoſcere, erigi, conſtrui, ædificari, & fieri, (ſicuti eadem petitio ſubjungebat) ſibi Antonio dicto nomine licentiam dari, & concedi, erigendi, conſtruendi, & perficiendi Monaſterium prædictum una cum cœmeterio, humili campana, refectorio, & dormitorio, hortis, hortalicis, ac aliis officinis neceſſariis pro uſu, & habitatione unius Abbatiſſæ, & aliquarum Monialium Ordinis, & Regulæ ſancti Benedicti ſub invocatione Beatæ Mariæ Virginis. Necnon quod de Monaſterio ſancti Michaelis extra, & propè Muros Piſciæ Ordinis, & Regulæ prædicti quatuor, aut ſex Moniales antiquas de noſtra licentia ad ipſum Monaſterium erigendum pro illius Novitiarum Monialium inſtructione, & doctrina transferri, & in id traducere libere, & licite valeant. Necnon hoſpitale prædictum, & ejus bona, & jura, eidem erigendo Monaſterio, poſtquam erectum fuerit, perpetuo unire, & incorporare, aliaque in præmiſſis, & circa præmiſſa opportuna, & neceſſaria conſulere, & providere omni meliori modo. Nos igitur de præmiſſis diligentius inquirere volentes, emiſſo edicto conſueto, & debitè executo cum termino competenti aſſignato ad opponendum, & contradicendum omnibus, & ſingulis ſua quomodolibet intereſſe putantibus, & in termino illius nullo contradictore exiſtente, & habita ſuper præmiſſis diligenti inquiſitione, & informatione, & maximè examinatis pluribus fide dignis teſtibus cognoſcentes prædicta omnia cedere in honorem Dei, & puellarum in caſtimonia vivere, & Deo ſervire volentium, & dictorum univerſitatis, & hominum maximam utilitatem. Propterea pio devotionis, & religionis zelo ducti, & ut præfatæ puellæ in caſtimonia vivere, & ſeculum fugere volentes poſſint, & valeant juxta votum dictæ Univerſitatis, & hominum, ejuſdem Antonii Syndici, & Procuratoris precibus inclinati omnimodam auctoritatem, & licentiam damus, atque concedimus dictæ Univerſitati, & hominibus præfatæ terræ Piſciæ patronis præfatis, ut in dicto, & de dicto hoſpitali dictum Monaſterium ſub invocatione Beatæ Mariæ Virginis ad eorum libitum, & voluntatem (reſervato tamen in præmiſſis, & infraſcriptis omnibus, & ſingulis Sedis Apoſtolicæ beneplacito, quatenus opus ſit) erigere, conſtruere, ædificare, & facere poſſint, & valeant. De-

claran-

clarantes nihilominus, quod per licentiam infraſcriptam, erectionemque, constructionem, ac ædificationem dicti Monaſterii erigendi, vel erecti non intelligatur eſſe, nec ſit in aliquo, ſeu aliqua parte derogatum auctoritati juriſpatronatus, honoribus, vel oneribus, aut obligationibus aliquibus dictæ Univerſitatis, & hominum dictæ terræ, ſeu hoſpitalis præd. hactenus impoſitis, quomodocunque vel fieri ſolitis, & conſuetis. Sed quod Monaſterium prædictum ſic erectum, & Moniales in ipſo pro tempore exiſtentes teneantur, & obligatæ ſint de bonis dicti Monaſterii, ſeu hoſpitalis pauperes Chriſti fideles tranſeuntes recipere, & hoſpitari, dotes dare ſolitas, & conſuetas quolibet anno decem puellis nubendis congruis temporibus per officiales dicti hoſpitalis pro tempore exiſtentes, vel per Univerſitatem, & homines prædictos ad eorum libitum aliter eligendis, & nominandis ſolvere, aliaque legata, & onera adimplere, & feſtivitates, & officia mortuorum ſolita facere celebrare ſecundum morem, & conſuetudinem hactenus in dicto, & per dictum hoſpitale, Univerſitatem, & homines obſervatam. Univerſitatemque, & homines prædictos terræ Piſciæ congruis, & conſuetis temporibus, ſolitis modis, & formis, & ordinibus pro dominis, & patronis, & ut tanquam dominos, & patronos dicti hoſpitalis, & monaſterii recognoſcere, & alia inviolabiliter obſervare, & facere, quæ adhuc fieri conſueverunt per hoſpitalarium & hoſpitale prædictum. Damus inſuper licentiam, atque concedimus prædictum Monaſterium erigendi, conſtruendi, ædificandi, & perficiendi una cum Cœmeterio, humili campana, dormitorio, hortis, hortilitiis, ac aliis officinis neceſſariis pro uſu, & habitatione unius Abbatiſſæ, & aliquarum Monialium Ordinis, & Regulæ S. Benedicti ſub invocatione Beatæ Mariæ Virginis. Necnon quod de Monaſterio S. Michaelis extra, & prope muros Piſciæ Ordinis & Regulæ prædictæ quatuor, aut ſex Moniales antiquas ad ipſum monaſterium erigendum pro illius Novitiarum Monialium inſtructione, & doctrina transferre, & in eo traducere liberè, & licitè valeant, hoſpitaleque prædictum, & ejus bona, & jura eidem erigendo, ſeu ut ſupra erecto Monaſterio perpetuo unimus, & incorporamus, de aliiſque in præmiſſis, & circa præmiſſa opportunis, & neceſſariis conſulimus, atque providemus, contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Quæ omnia, & ſingula ex certa ſcientia, atque noſtra ordinaria auctoritate ſtatuimus, ordinamus, ac ab omnibus, quorum intereſt, vel intererit, quoſque præſens tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum inviolabiliter obſervari volumus, & præcipimus. Ut autem præmiſſa omnia, & ſingula per nos (ut præmittitur) ſtatuta, concessa, ordinata, & indulta formam & robur obtineant, nec ſuper eis ulla dubietatis valeat quæſtio ſuboriri, præſentes literas per Notarium, & Secretarium noſtrum infraſcriptum fieri, ac præfati Capituli, quo in talibus utimur, ſigilli juſſimus, & fecimus appenſione communiri.

Datum Piſciæ in Sacrario dictæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris loco noſtræ ſolitæ congregationis, anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, Indict. 12. die vero Veneris vigeſima octava menſis Aprilis, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pauli divina providentia Papæ IV. anno 4. præſentibus ibidem omnibus infraſcriptis, videlicet Presbytero Michaele Camerotti de Monte Carulo, Domino Thurino olim Domini Philippi de Bonagratiis, Domino Sigiſmundo olim Joannis de Berindellis, & Domino Franciſco olim Domini Stephani de Cicchis omnibus de Piſcia teſtibus ad præmiſſa vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis.

C. Petrus Gialdinus Notarius, & Secretarius prædicti Rev. Capituli rogatus ſubſcripſi.

Loco † ſigilli.

Julianus vero defunctus eſt ann. 1562. & in maiori Eccleſia humatur, in qua, eoque Præpoſito anno 1543. ſepultus fuerat vir nobilis, & eximia laude celebris Balptaſſar Turinus iunior, in cuius gratiam Leo X. Præpoſituram hanc Piſcienſem inſtituit: eius tumulus hoc epitaphio exornatur.

Balptaſſari Turino Leonis X. Pont. Max. à ſupplicum libellis Datario, Clementis VII. in obeun. rebus graviſſimis Nuncio, Pauli III. Cameræ Apoſtolicæ ſeptimium viro, animi integritate, morum elegantia, & liberalitate ſplendidiſſ. Julius Turinus fratris filius Patruo pientiſſ. poſuit. Vixit ann. lviii. menſ. vii. dies xx. obiit anno MDXLIII. Id. Octobris.

Prope tumulum hunc viſitur honorarium aliud cenotaphium ad memoriam poſitum ſenioris Balptaſſaris Turini Epiſcopi Setimienſis viri clariſſimi, ita in marmore exaratum.

Balptaſſari Turino Dominici filio Setimienſi in Pannonia Epiſcopo, Pauli II. Sum. Pont. in Polonia, Gleſia, & Pruſſia Regnis ad animos illorum Regum contra Turcas, cæteroſque Chriſtiani nominis hoſtes confirmandos, aliiſque magnis de rebus bis Legato, Sixtique Pont. IV. juſſu ad Matthiam Corvinum Pannoniæ Regem eodem Legationis munere functo, & in eo mortuo. Petrus Turinus Propatruo P. Vixit ann. xlvi. obiit anno MCCCCLXXXI. menſe Martis,



3 CHRISTIANUS Pagni nobilis Piſcienſis conſpicuæ eruditionis, omniumque virtutum gratia decorus, qui magna apud omnes floruit exiſtimatione, præcipuè apud Coſmum I. Magnum Etruriæ Ducem, cujus à ſecretis, Præpoſituræ dignitatem adeptus eſt an. 1562. eodemque anno mortalitatem explevit, magno de ſe ad poſteros deſiderio relicto.

4 GUIDO de Guidis Florentinus, medicinæ ſui ſeculi Doctor illuſtris, ut edita ab ipſo monumenta teſtantur, dum publicè in Piſana Academia Phyſicam facultatem legeret, Pagno ſucceſsit anno 1562. in eaque dignitate vixit plus minuſque annis ſeptem. Mortem obiit ano. 1569.



5 LAURENTIUS Turinus Piſcienſis nobili

fami-

ſamilia natus, adlectus eſt, patriæ Præpoſitus anno 1569. quatuor omnino annos dignitatem tenuit, ſeque abdicavit ad ſavorem Andreæ germani fratris anno 1574. Romam profectus, utriuſque Signaturæ Referendarius ſactus, pluribus muneribus egregiè ſunctus in Curia, pluribuſque Eccleſiaſticæ ditionis Urbibus datus Præfectus, Flaminiæ quoque Prolegatus fuit, tandem mortuus eſt ann. 1592.

6 ANDREAS Turinus fratri ſucceſſit ann. 1574. Præpoſituram geſſit ad annum 1600. quo mortuus eſt.

7 BERNARDUS Segni nobilis Florentinus à Clemente VIII. Pontifice Prępoſituram ſtatim poſt obitum Andreæ impetravit; ſed poſſeſſionem adipiſci non potuit, ſub eodem Pontifice vivere deſiit.

8 STEPHANUS de Cecchis Canonicus, deſuncto Andrea, per familiam Turinam, ſuamque de Cecchis, penes quos ex privilegio Leonis X. jus erat Præpoſitos præſentandi, delectus eſt octavus patriæ Præpoſitus; ſed cum ex Concilii Tridentini ſanctione præſentationes ex privilegio conceſſæ abolitæ fuiſſent, nulla etiam declarata fuit præſentatio, & Bernardo Segni conceſſa Præpoſitura eſt, quo deſuncto, ab eodem Clemente Præpoſituram obtinuit, ac longa annorum ſerie rexit, interiitque anno 1633. apud majores ſuos ſepultus.



9 JOANNES Riccius nobilis Piſcienſis ſanctæ Mariæ Transtyberinæ Canonicus, ex Aulæ Præfecto Caroli Ducis Barberini, Urbani VIII. fratris, per eundem Pontificem Max. ad Præpoſituræ munus aſſumitur anno 1634. ſubſequenti. * Idem benigniſſimus Pontifex eidem Joanni Riccio, ac ſuis ſucceſſoribus, Cappa, & Mozzetta, ut vocant, in functionibus etiam Pontificalibus in Eccleſiis ſui territorii uti poſſit conceſſit his verbis.

URBANUS VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Dilecti filii Joannis Ricci Præpoſiti ſæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ Terræ Piſciæ nullius Diœceſis Provinciæ Florentinæ meritis inducimur, ut ejus votis quantum cum Domino poſſumus, libenter annuamus. Expoſuit ſiquidem nobis nuper fecit dictus Joannes, quod Præpoſitus dictæ Eccleſiæ particulare, & ſeparatum territorium habet, cum octodecim Terris ultra prædictam, in eaque juriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercet, eique ultra alia, a felicis recordationis Leone Papa X. Prædeceſſore noſtro conceſſa privilegia, facultas in Pontificalibus celebrandi, ac tunc mitra etiam gemmis laminis aureis ornata, necnon chirothecis, & gemmis, ſandaliis, annulo, & baculo, ac aliis Pontificalibus inſignibus utendi, & præterea veſtes, ſeu ſandalia, & alia veſtimenta, & paramenta quæ-

A *cunque Sacerdotalia, nec non ad uſum Miſſæ, & divinorum officiorum pertinentia in Eccleſiis Terræ, & territoriis hujuſmodi deferendi conceſſa fuit, prout in dictis Leonis Prædeceſſoris literis deſuper expeditis, quarum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Joannes de infraſcripta declaratione, per nos provideri ſummopere deſideret. Nos dictum Joannem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, ſententiis, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus illius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Præpoſitum dictæ Eccleſiæ Cappa, & Mozzetta in functionibus, & Pontificalibus in Eccleſiis ſui territorii prædicti exercendis uti poſſe Apoſtolica auctoritate te-*
B *nore præſentium declaramus. Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, dictoque Præpoſito pleniſſimè ſuffragari. Sicque per quoſcunque Judices ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentare. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque.*

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 25. Februarii 1635. Pontificatus noſtri anno 12.

M. A. Maraldus.

Eximiè, ac omnibus ſummè charus ſedit an. 12. exceſſit an. 1646. cum hæres inſtituiſſet Piſcienſis Eccleſiæ Capitulum, hac tamen conditione, ut in eadem Collegiata Eccleſia majori ſacellum nobili ſtructura erigeretur, quod à Capitulo permagnificè
C curatum eſt. Fratrem habuit Archaſium Epiſcopum Gravinenſem, virum pietate, ac rebus in ſua Eccleſia præclarè geſtis in omni ævo memorandum nuper defunctum. Ipſe verò Joannes tumulatus eſt in Piſcienſi Eccleſia propè Antonium Riccium gentilem ſuum virum clariſſimum, qui ſibi, ac poſteris ſuis ſepulchrum olim paraverat, ubi hæc legitur inſcriptio.

D. M.

Antonius Riccius Piſcienſis Leonis X. Pont. Max. à Cubiculo, civis Rom. aſcitus, idemque univerſæ Urbis Præfectus ſibi & poſteris ſuis ſepulchrum hoc ſolo condendum juſſit Vixit ann. xl. menſ. iij. dies ij. Obiit anno MDXIV. menſ. Aprilis.

10 JOANNES BAPTISTA de Cecchis Eques ſancti Stephani ex Canonico quartus è gente ſua Piſcienſis Præpoſitus delectus eſt ab Innocentio X. anno 1646. vivit adhuc.

ADDITIO.

D („ 11 *Diutiſſimè vixit Jo: Baptiſta de Cecchis,*
„ *qui, cum obiiſſet, ſucceſſorem excepit* BENEDI-
„ CTUM FALCONCINIUM, *jam antea ſibi*
„ *in Vicarium Apoſtolicum conceſſum. Evectus de-*
„ *inde eſt ad Epiſcopatum Aretinum an. 1704.*
„ 12. . . . . . *Mancinus, nobilis Corto-*
„ *nenſis, Falconcinio ſucceſſor datus an. 1704. Vix*
„ *triennio hanc rexit Eccleſiam.*
„ 13 PAULUS *Antonius Peſenti, I.C., Piſcien-*
„ *ſis, patriæ Eccleſiæ Canonicus, Vicariuſque gene-*
„ *ralis antedicti Mancini, inde eligitur Piſcienſis*
„ *Præpoſitus an. 1707. Vivit.*)

INDEX
SANCTORUM EPISCOPORUM

De quibus in hoc tertio tomo agitur.

Prior numerus Columnam, ſecundus numerum marginalem notat.

S. ALexander *Feſulan.* pag. 212.4
S. Andreas *Florent.* 19.6
S. Andreas Corſinus *Feſulan.* 254.34
S. Antoninus *Florent.* 172.60
B. Atto *Piſtorien.* 294.20

S. Cerbonius *Populonien.* 703.3

S. Donatus *Feſulan.* 213.7

S. Frontinus *Florent.* 10.1

S. Lætus *Feſulan.* 212.3

A

S. Mauritius *Florent.* 19.17

S. Perinus *Piſanus.* 351.1
S. Podius *Florent.* 34.19

S. Romanus *Feſulan.* 213.5
S. Romulus *Florent.* 10.2

S. Theodorus *Florent.* 10.3

S. Zenobius *Florent.* 10.5

FLORENTINORVM
EPISCOPORVM,
ET
ARCHIEPISCOPORVM.
Index Chronicus.

An.Chr.			Column.
56	1	S. Frontinus, ſeu Frentinus.	10
90	2	S. Romulus.	ib.
313	3	Felix.	Ib.
365	4	S. Theodorus.	ib.
376	5	S. Zenobius.	ib.
407	6	S Andreas.	19
545	7	S Mauritius.	ib.
556	8	N. . . .	20
679	9	Reparatus.	ib.
724	10	Specioſus.	ib.
743	11	Thomas.	21
826	12	Aliprandus.	25
853	13	Ardinghus.	ib
861	14	Petrus.	26
876	15	Andreas.	ib.
898	16	Graſulphus.	27
930	17	Raymbaldus.	28
907	18	Sichelmus.	ib.
989	19	S. Podius.	34
1002	20	Vvido:	43
	21	N. . . .	45
1008	22	Ildeprandus.	ib.
1055	23	Lambertus.	50
1036	24	Atho.	53
1046	25	Gerardus.	62
1062	26	Petrus.	72
1063	27	Petrus.	74
1071	28	Raynerius.	77
1113	29	Gotifredus ex Com. Albertis.	89
1143	30	Atho.	94
1115	31	Ambroſius.	95
1158	32	Julius.	97
1161		Zenobius intruſus.	99
1182	33	Bernardus.	101
1189	34	Petrus.	103
1105	35	Joannes.	105
1230	36	Ardinghus.	108
1250	37	Philippus Fontana.	119
1251	38	Joan. de Mangiadoris.	121
1286	39	Iacobus Caſtelbonus.	158
1287	40	Andreas Mozzius.	128
1295	41	Franciſc. Monaldeſcus.	130
1302	42	Lotharius della Toſa.	132
1309	43	Antonius Urſus.	134
1323	44	Franciſcus de Silveſtris.	144
1345	45	Angelus Acciaiolius.	148
1355	46	Franciſcus de Apeis.	149
1356	47	Philippus de Antella.	150
1361	48	Petrus Corſinus.	ib.
1370	49	Angelus de Ricaſolis.	155
1383	50	Angelus Acciaiolius.	157
1387	51	Bartholomæus Ularius.	159
1390	52	Honuphrius Steccutius	160
1400	53	Alemannus Adimarius.	163
1401	54	Jacobus Paladinus.	165
1410	55	Franciſcus Zabarella.	165
1411	56	Americus Corſinus.	166
1435	57	Ioannes Vitelleſcus.	168
1438	58	Ludovicus Scarampus.	170
1439	59	Bartholomæus Zabarella.	171
1446	60	S. Antoninus.	172
1459	61	Orlandus Bonarlius:	178
1462	62	Joannes Neronius.	179
1473	63	Petrus Corſinus.	180
1474	64	Raynaldus Urſinus.	181
1508	65	Coſmus Pazzius.	182
1513	66	Julius Medices.	183
1524	67	Nicolaus Rodulphus.	186
1532	68	Andreas Bondelmontius.	187
1548	69	Antonius Altovita.	188
1574	70	Alexander Medices.	189
1605	71	Alexander Martius Medices.	190
1610	72	Coſmus Bardius.	191
1632	73	Petrus Nicolinius.	192
1652	74	Franciſcus Nerlius.	192
1670	75	Franciſcus Nerlius.	193
1683	76	Iacob. Anton. Moriga.	793
1699	77	Leo Strozza.	193
1703	78	Thomas Bonav. de Ghirardeſchis.	194

BVRGENSIVM

An.Chr.			Column.
1520	1	Galeottus de Gratianis	199
1522	2	Leonardus Tornabonus.	ib.
1539	3	Philippus Archintus.	ib
1546	4	Alphonſ. Tornabonus.	200.
1557	5	Philippus Tornabonus.	ib
1560	6	Nicolaus Tornabonus.	ib.
1598	7	Alexander Burghius.	ib.
1605	8	Hieronymus Incontrius.	201
1615	9	Joannes de Gualteriis.	ib.
1619	10	Philippus de Salviatis.	ib.
1534	11	Zenobius Medices.	ib.
1638	12	Dionyſius Buſſotus.	202
1655	13	Cherubinus Maleſpina.	ib.
1667	14	Jo:Carol. Baldovinettus.	ib.
1672	15	Ludovicus Maleſpina.	ib.
1703	16	Gregorius Compagni.	ib.
1704	17	Io: Laurentius de Tillis.	ib.

COLLENSIUM.

An.Chr.			Column.
1592	1	Uſimbardus de Uſimbardis.	208
1613	2	Coſmus de Gerardeſcha.	ib.
1634	3	Thomas Salviatus.	209
1638	4	Robertus Strozzius.	ib.
1645	5	Jo. Bapt. Bonaccurſius.	210
1681	6	Petrus Petra.	ib.
1704	7	Dominicus Ballatus.	Ib.

FESULANORUM

An.Chr.			Columo.
90	1	Romulus.	212
555	2	Ruſticus.	ib.
570	3	S Lætus.	ib
582	4	S Alexander.	ib.
590	5	S Romanus.	213
826	6	Gruſolphus.	214
827	7	S Donatus.	213
877	8	Zenobius.	214
904	9	Ernandus.	215
966	10	Zenobius.	ib
984	11	Petrus.	217
1000	12	Raymundus.	219
1017	13	Regembaldus.	ib.
1027	14	Jacobus.	223
1039	15	Atinulphus.	234
1059	16	Tranſmundus.	235
1078	17	Guilielmus.	236
1099	18	Gebizus.	ib.
1101	19	Ioannes.	237
1114	20	Ioannes.	241
1143	21	Ionathas.	242
1153	22	Rodulphus.	244
1179	23	Lanfranchus.	247
1193	24	Raynerius.	248
1220	25	Ildeprandus.	249
1257	26	Maynettus.	252
1282	27	Philippus.	ib.
1297	28	Angelus.	ib.
1301	29	Bartholomæus.	253
1301	30	M. Antonius Urſus.	ib.
1309	31	Conradus a Pinna.	ib.
1312	32	M Tedices de Aliottis.	ib.
1337	33	Fulginus Carbonus.	ib.
1349	34	S Andreas Corſinus.	254
1373	35	Nerius Corſinus.	255
1377	36	Nicolaus.	ib.
1384	37	Antonius Cipollonus.	256
1390	38	Antonius Altovita.	56
1408	39	Lucas Manzolius.	258
1411	40	Antonius Caietanus.	259
1411	41	Bindus de Ruſtichellis.	260
1421	42	Benozzus Federighius.	261
1450	43	Leonardus Salutatus.	ib.
1466	44	Antonius Albius.	ib.
1470	45	Guilielmus Becchius.	262
1480	46	Ioannes Arcimboldus.	ib.
1481	47	Robertus Folchus.	ib.
1504	48	Guilelmus Folchus.	263
1530	49	Braccius Martellus.	ib.
1551	50	Petrus Camajanus.	264
1566	51	Angelus de Cataneis.	ib.
1570	52	Franciſcus de Cataneis.	265
1596	53	Alexander Martius Medices	ib.
1605	54	Bartholomæus Lanfredinus.	166
1614	55	Braccius Gherardinius.	ib.
1620	56	Thomas Cinthius	ib.
1634	57	Laurentius Robbia.	267

An. Chr.			Column.
1645	58	Robertus Strozzius.	267
1679	59	Philippus Soldanus.	268
1674	60	Philip Nerius Altovita	ib.
1703	61	Thomas Bonavent. de Ghe-ısideſcha.	ib.
1703	62	Horarius M. Pancratius.	ib.
1716	63	Aloyſius Maria Strozzius.	ib.

MINIATENSIUM

1624	1	Franciſcus Nottius.	277
1632	2	Alexander Strozzius.	278
1648	3	Angelus Pichus.	279
1654	4	Petrus de Freſcobaldis.	ib.
1656	5	Jo: Bapt. Barduccius.	280
1665	6	Maurus de Curſis.	ib.
1681	7	Jacob. Anton. Morigia.	281
1682	8	Michael Carolus de Corti-gianis.	ib.
1703	9	Io: Franc. Maria Poggius.	282

PISTORIENSIUM

600	1	Reſtaldus.	289
700	2	Joannes.	290
801	3	Vvilteeradus.	ib.
826	4	Lambardus.	ib.
844	5	Quaſprandus.	ib.
870	6	Olchiſius.	ib.
904	7	Aſterius.	ib.
916	8	Vvido.	ib.
940	9	Joannes.	ib.
963	10	Florentius.	ib.
985	11	Antonius.	ib.
1015	12	Reſtaldus.	ib.
1024	13	Joannes.	ib.
1036	14	Vvido.	ib.
1043	15	Martinus.	ib.
1052	16	Vvido.	ib.
1068	17	Leo.	ib.
1096	18	Petrus.	292
1105	19	Ildeprandus Guidius.	ib.
1133	20	B. Atto.	294
1153	21	Treccia.	299
1181	22	Raynaldus.	ib.
1186	23	Bonus.	ib.
1200	24	Soffredus.	ib.
1210	25	Thomas.	303
1223	26	Gratiadeus.	ib.
1252	27	Gu dalaſtes Vergelleſius.	ib.
1285	28	Thomas.	304
1303	29	Barth. de Sigisbundis.	ib.
1307	30	Hermannus de Anaſtaſiis.	ib.
1322	31	Baronus de Richardis.	ib.
1349	32	Andreas de Ceoroтiis.	305
1356	33	Remigius.	ib.
1367	34	Joannes Viventius.	ib.
1378	35	Andreas de Boccagnis.	306
1400	36	Matth. de Diamantibus.	ib.
1416	37	Ubertus de Albizis.	ib.
1436	38	Donatus Medices.	307
1440	39	Nicolaus Pandulphinus.	ib.
1510	40	Laurentius Puccius.	308
1518	41	Antonius Puccius.	ib.
1541	42	Robertus Puccius.	310
1546	43	Franciſcus Caligarius.	312
1560	44	Jo Bapt Ricaſolius.	ib.
1573	45	Alexander Medices.	312
1574	46	Ludovicus Antinorius.	ib.
1575	47	Lactantius de Lactantiis.	ib.
1588	48	Octavius Albiolius.	313
1599	49	Fulvius Paſſerinus.	ib.
1600	50	Alexander Caccia.	ib.
1650	51	Franciſcus Nerlius.	314
1653	52	Joannes Gerinus.	ib.
1656	53	Franciſcus Rinuccinus.	ib.
1679	54	Gherardus Gherardis.	315
1690	55	Leo Strozza.	316
1709	56	Franciſcus Froſini.	ib.
1702	57	Mich Carolus Vicedom	317
1715	58	Columbinus Baſſi.	ib.

PISANORUM

45	1	S. Perinus.	531
313	2	Gaudentius.	ib.
643	3	Alexander.	ib.
643	4	Opportunus.	ib.
680	5	Maurianus.	ib.
	6	Maximus.	ib.
742	7	Andreas.	ib.
743	8	Ioannes.	ib.
804	9	Ioannes.	ib.
821	10	Plato.	ib.
826	11	Ioannes.	ib.
829	12	Plato.	355
837	13	Burgus.	ib.
841	14	Zenobius.	ib.
844	15	Joannes.	ib.
860	16	Plato.	ib.
890	17	Ioannes.	ib.
909	18	Ardinghus.	ib.
911	19	Theodoricus.	ib.
917	20	Turrichius.	ib.
918	21	Volighidius.	ib.
920	22	Ulferius.	ib.
910	23	Auntus.	ib.
914	24	Actius.	ib.
925	25	Ioannes.	ib
946	26	Henricus.	ib.
930	27	Zenobius.	ib.
940	28	Grimoaldus.	ib.
968	29	Albericus.	354
886	30	Raymbertus.	ib.
1005	31	Petrus.	ib.
1006	32	Vvido.	ib.
1013	33	Lambertus.	ib.
1015	34	Vvido.	355
1038	35	Ugo.	357
1041	36	Actius.	ib.
1044	37	Opizzus.	ib.
1063	38	Vvido.	360
1077	39	Landulphus.	361
1081	40	Gerardus.	364
1088	41	Daibertus.	368
1103	42	Petrus.	372
1120	43	Atto.	380
1155	44	Rogerius.	381
1152	45	Ubert. de Lanfranchis.	386
1138	46	Balduinus.	389
1145	47	Villanus Villanius, ſeu de Cajetanis.	394
1171	48	Ubaldus Lanfranchus.	408
1208	49	Lotharius Roſarius.	421
1216	50	Aleptandinus.	423
1218	51	M. Vitalis de Marciis.	424
1254	52	Fridericus Vicecomes.	434
1278	53	Rogerius Dutaldus, ſeu Ubaldinus.	444
1295	54	Theodoricus Raynerius.	ib.
1299	55	Ioannes de Cajetanis, ſeu de Provincialibus.	445
1312	56	Oddo de Sala.	446
1323	57	Simeon de Salterellis.	450
1342	58	Dinus de Radicofano.	452
1348	59	Ioannes Scherlattus.	ib.
1363	60	Franciſcus Moricottus.	459
1378	61	Barnabas de Malespinis.	ib.
1382	62	Lottus Gambacurtus.	460
1394	63	Ioannes Gabrielius.	ib.
1400	64	Ludovicus Bonitus.	462
1406	65	Alemannus Adimarius.	464
1411	66	Petrus Riccius.	477
1419	67	Iulianus Riccius.	478
1441	68	Philippus Medices.	ib.
1474	69	Franciſcus Salviatus.	479
1479	70	Raphael Riarius.	480
1499	71	Cæſar Riarius.	481
1518	72	Honuphrius Bartolinus.	ib.
1556	73	Scipio Rebibs.	483
1560	74	Ioannes Medices.	ib.
1564	75	Angelus Nicolinus.	485
1567	76	Ioannes Riccius	486
1574	77	Petrus Iacob. Borbonius.	488
1575	78	Ludovicus Antinorius.	ib.
1576	79	Bartholomæus Iunius.	486
1577	80	Matthæus Rinuccinus.	ib.
1582	81	Carolus Anton. a Puteo.	489
1607	82	Saluſtius Tarusius.	490
1613	83	Franciſcus Boncianius.	491
1620	84	Iulianus Medices.	ib.
1636	85	Scipio Elcius.	492
1663	86	Franciſcus Elcius.	493
1702	87	Franciſcus Froſini.	ib.

ADIACENSIUM

313	1	Evander.	493
649	2	Benedictus.	494
1126	3	Guillelmus.	ib.
1128	4	Ardizus.	ib.
1179	5	Ioannes.	ib.
	6	Andreas.	ib.
1322	7	Americus.	ib.
1322	8	Vitalis Gracchius.	ib.
1342	9	Manfredus.	ib.
1345	10	Bernardus Eſcarpitl.	ib.
1348	11	Philippus de Valone.	ib.
1351	12	Vincentius Laſſaro.	ib.
1369	13	Simeon.	ib.
1401	14	Petrus.	ib.
1411	15	Maurus.	ib.
1420	16	Paulus Albertus.	ib.
1422	17	Andreas.	ib.
1429	18	Lucas de Offredo.	495
1438	19	Valerianus de Calderinis.	ib.
1438	20	Raphael Spinola.	ib.
1457	21	Deodatus Bacconius.	ib.
1477	22	Nicolaus.	ib.
1481	23	Paulus Fregoſus.	ib.
1488	24	Iacobus de Marco.	ib.
1489	25	Gabriel de Franchi.	ib.
1498	26	Philippus Pallavicinus.	ib.
1518	27	Iacobus Pallavicinus.	ib.
1539	28	Leonardus Tornabonus.	496
1540	29	Alexander Guidiccionius.	ib.
1548	30	Io Bapt. de Bernardis.	ib.
1578	31	Chriſtophorus Guidiccionius.	497
1587	32	Iulius Iuſtinianus	ib.
1616	33	Fabianus Iuſtinianus.	499
1627	34	Octavius Raverols.	500
1652	35	Io: Stephanus Durazus.	ib.
1655	36	Io: Stephanus Dongus.	ib.
1655	37	Syrus Straferra.	ib.
1656	38	Io: Georgius Ardizonus.	ib.
1686	39	Ioannes Paulus.	ib.
1694	40	Io Baptiſta Gentilis.	ib.
1695	41	Franc. Maria Sacco.	ib.
1698	42	Petrus Spinula.	501
1716	43	Auguſtinus Spinula.	ib.

ALERIENSIVM

646	1	Petrus.	502
	2	Bonoſus.	ib.
1252	3	N. . . .	ib.
1270	4	Nicolaus Fortiguerra.	ib.
1264	5	Bartholomæus.	ib.
1322	6	Gherardus Orlandinus.	ib.
1330	7	Galganus.	503
1342	8	Vvillelmus.	ib.
1345	9	Arnaldus.	ib.
1354	10	Raymundus.	ib.
1362	11	Ioannes.	ib.
1362	12	Blaſius.	ib.
1366	13	Salvinus.	ib.
1406	14	Bartholomæus.	ib.
1418	15	Othobon. de Lomellinis.	ib.

An.Chr.			Column.
1452	16	Ambroſius.	503
1440	17	Leo.	ib.
1455	18	Ioan. Antonios de Buxlis.	ib.
1475	19	Ardicinus a Porta.	504
1493	20	Joannes Andreas.	ib.
1493	21	Hieronym. Pallavicinus.	505
1503	22	Antonius.	ib.
1503	23	Jacobus Perruccius.	ib.
1517	24	Innocentius Cibo.	ib.
1520	25	Franciſcus Pallavicinus.	ib.
1551	26	Petrus Franc. Pallavicinus	ib.
1571	27	Alexander Saulius.	ib.
1595	28	Octavius Belmoſtus,	555
1608	29	Dominicus Rivarola.	ib.
1609	30	Joannes Saulius.	ib.
1611	31	Jo Franciſcus Myrtus.	ib.
1612	32	Decius Juſtinianus.	ib.
1643	33	Octavius Raggius.	512
1644	34	Auguſtinus Dooghus.	514
1653	35	Jo-Bapt. Imperialis.	514
1674	36	Marius Emanuel Duratius.	515
1705	37	Raphael Raggius.	ib.
1713	38	Carolus M. Joſeph de Furnoriis.	ib.
1715	39	Auguſtinus Salutius.	515

SAGONENSIUM

1179	1	N.	516
1298	2	Fatius.	ib
1306	3	Bonifatius.	ib
1306	4	Gavinus.	ib
1323	5	Guillelmus.	ib.
1328	6	Antonius.	ib.
1331	7	Jacobus.	ib.
1343	8	Paganus.	ib
1348	9	Bernardus de Moneſio.	ib
1361	10	Gualterius.	ib.
1391	11	Petrus Guſconus.	517
1411	12	Michael Bartolus.	ib.
1412	13	Ioannes Albertinus.	ib.
1419	14	Iacobus Rodinus.	ib.
1432	15	Gabriel	ib.
1438	16	Valerianus de Calderinis.	ib
1443	17	Gregorius de Fliſco.	ib.
1445	18	Ioannes.	ib.
1478	19	Dominicus Botrius.	ib.
1479	20	Laurentius Regina.	ib.
1481	21	Vvilelmus.	ib
1493	22	Laurentius	ib.
1510	23	Auguſtinus de Fliſco.	519
1518	24	Imperialis Doria.	ib.
1544	25	Eduardus Cicada.	ib.
1545	26	Ioannes Maria Butinonius.	ib.
1551	27	Ioan Baptiſta Cicada.	ib
1551	28	Hieronym. de Federicis.	520
1562	29	Carolus Grimaldus.	ib.
1567	30	Hieronymus Leoneus.	ib.
1578	31	Cæſar Contradus.	ib
1585	32	Ioſeph Godonus.	ib.
1606	33	Petrus Lomellinus.	521
1625	34	Sebaſtianus Albanus.	ib.
1632	35	Io-Stephanus Syrus.	ib
1635	36	Benedictus Rezzanius.	ib.
1640	37	Raphael Pizzurnus.	522
1655	38	Io-Bapt. Federicus.	ib.
1657	39	Paulus Maria Spinula.	ib.
1658	40	Marius de Martinis.	ib.
1678	41	Antonius de Martinis.	ib.
1688	42	Io: Bapt. Coſta.	ib.
1714	43	Io: Domin. Cavagnari.	ib.

SENENSIUM

306	1	Lucifer.	527
313	2	Florianus.	ib.
440	3	Dodus.	528
465	4	Euſebius.	ib.
520	5	Magnus.	ib.
565	6	Maurus.	ib.
597	7	Aymus.	518
612	8	Robertus.	ib.
628	9	Peritheus.	ib.
642	10	Antiphredus.	ib.
649	11	Maurus.	ib.
658	12	Andreas.	ib.
670	13	Gualteranus.	ib.
674	14	Gherardus.	ib.
679	15	Vitellianus.	ib.
689	16	Lupus.	ib.
722	17	Canſirius.	ib.
731	18	Adeodatus.	ib.
743	19	Groſſus.	530
761	20	Iordanus.	ib
776	21	Peredeus.	ib.
792	22	Ioannes.	ib.
	23	Gherardus.	ib.
795	24	Andreas.	ib
800	25	Peritheus.	ib.
830	26	Thomas.	531
841	27	Gherardus.	ib.
844	28	Concius.	ib.
855	29	Gherardus.	ib.
864	30	Ambroſius.	ib.
886	31	Antifredus.	ib.
900	32	Ubertinus.	532
906	33	Ægidius.	ib
913	34	Theodoricus.	ib.
932	35	Gherardus.	ib.
	36	Vitellianus.	ib
963	37	Piſanus.	ib
	38	Lucidus.	ib.
987	39	Ildebrandus.	ib.
1001	40	Adeodatus.	533
1013	41	Giſelbertus.	535
1031	42	Leo.	ib.
1036	43	Adalbertus.	ib.
1037	44	Ioannes.	ib
1059	45	Rofredus.	540
1062	46	Amadeus.	ib.
1068	47	Rodulphus.	ib.
1085	48	Gualfredus.	ib.
1128	49	Raynerius.	543
1170	50	Gunteronus.	547
1189	51	Bonus.	552
1216	52	Bonfilius.	ib.
1253	53	Thom. Fuſconis de Berta.	557
1281	54	Bernardus.	561
1285	55	Raynaldus Malavolta.	ib.
1307	56	Rogerius.	562
1317	57	Donus Dei Malavolta.	561
1351	58	Azolinus Malavolta.	563
1370	59	Iacobus Malavolta.	565
1371	60	Vvillelmus.	566
1377	61	Lucas Bertinus.	567
1384	62	Carolus Minutolus.	567
1385	63	Franciſcus Mormilius.	568
1396	64	Guillelmus.	ib.
1407	65	Gabriel Condulmerius.	569
1409	66	Antonius Caſinus.	570
1427	67	Carolus Bartolus.	572
1446	68	Chriſtoph. de S. Marcello.	573
1444	69	Nerius de Monte Carulo.	ib.
1450	70	Æneas Sylvius Piccolom.	ib.
1458	71	Anton Piccolomineus.	575
1460	72	Franc. Piccolomineus.	578
1503	73	Ioannes Piccolomineus.	579
1529	74	Franciſcus Bandinus.	ib.
1588	75	Aſcanius Piccolomin.	580
1597	76	Franciſc. Maria Taruſius.	581
1607	77	Camillus Burgheſius.	582
1612	78	Metellus Bichius.	582
1615	79	Alexander Petruccius.	583
1630	80	Aſcanius Piccolomineus.	ib.
1671	81	Cœlius Piccolomineus.	584
1682	82	Leonardus Marſilius.	ib.
1715	83	Alexander Zondodarius.	ib.

CLUSINORUM

An.Chr.			Columno.
462	1	Florentius.	587
649	2	Eulogius.	ib
	3	Marcellinus.	ib
680	4	Theodorus.	ib.
743	5	Arialdus.	ib
826	6	Andreas.	592
	7	Theobaldus.	ib
861	8	Luitprandus.	616
911	9	Chriſtianus.	ib.
968	10	Lucius.	617
996	11	Arialdus.	618
1036	12	Vvido.	625
1049	13	Petrus.	626
1070	14	Lanfranchus.	630
1126	15	Petrus.	631
1146	16	Marinus.	632
1170	17	Rainerius.	633
1179	18	Leo.	ib.
1191	19	Theobaldus.	ib.
1210	20	Gualfredus.	ib.
1215	21	Hermannus.	ib.
1222	22	Gualfredus.	ib.
1225	23	Piſanus.	ib.
1240	24	Benedictus.	636
1248	25	Frigerius.	ib.
1255	26	Petrus.	ib.
1260	27	Raynerius.	639
1273	28	Petrus.	ib.
1299	29	Matthæus.	ib.
1317	30	Matthæus Urſinus.	640
1327	31	Raynerius.	ib.
1343	32	Angelus.	ib.
1348	33	Franciſcus de Apris.	641
1353	34	Blaſius.	ib.
1357	35	Blaſius Geminellus.	ib.
1388	36	Matthæus.	642
1393	37	Aldebrand. Michelozzus.	ib.
1404	38	Antonius.	ib.
1410	39	Blaſius Hermannus.	ib.
1418	40	Petrus Paulus Bertini.	643
1427	41	Alexius de Cæſaris.	ib.
1460	42	Ioannes Chirurgus.	644
1461	43	Gabriel Piccolomineus.	645
1483	44	Laurentius Mancinus.	647
1497	45	Antonius Carſignanus.	ib.
1497	46	Synulphus Lotherius.	648
1503	47	Bonifacius Lotherius.	ib.
1504	48	Nicolaus Bonafides.	ib.
1533	49	Bartholom. Ferratinus.	649
1534	50	Gregorius Magalottus.	ib.
1538	51	Vvido Aſcanius Sforzia.	650
1538	52	Gregorius Andreaſſus.	ib.
1544	53	Bartholom. Guidiccionius	ib.
1545	54	Ioannes Riccius.	651
1558	55	Filiuccius de Filiucciis.	ib.
1558	56	Salvator Pacinus.	ib.
1581	57	Maſſeus Bardius.	ib.
1585	58	Ludovicus Martellius.	652
1602	59	Fauſtus Malarius.	ib.
1609	60	Horatius Spanocchius.	ib.
1601	61	Alphonſus Petruccius.	653
1633	62	Io Bapt. Piccolomineus.	ib.
1637	63	Hippolytus Campionus.	ib.
1648	64	Carolus de Vecchiis.	654
1657	65	Alexander Piccolomineus.	ib.
1664	66	M. Ant Mareſcoti.	ib.
1681	67	Lucius Burgheſius.	ib.
1706	68	Cajetanos Maria Bargagli.	ib.

GROSSETANORUM

498	1	Vitellianus.	660
596	2	Balbinus.	ib.
660	3	Theodorus.	661
679	4	Valerianus.	ib.
826	5	Rupertus.	ib.

An.Chr.			Column.
861	6	Otho.	661
967	7	Radaldus.	ib.
1015	8	Raynerius.	ib.
1036	9	Creſcenius.	ib.
1059	10	Gerardus.	ib.
1068	11	Bodus.	ib.
	12	Baulphus.	ib.
	13	Gualfredus.	ib.
1101	14	Ilueprandus.	ib
1121	15	N.	662
1133	16	Rollandus.	663
1174	17	Martinus.	ib.
1187	18	Gualfredus.	ib.
1216	19	Hermanus.	ib.
1220	20	Pepus.	ib.
1239	21	Actius.	ib.
1262	22	Hugo.	664
1265	23	Actius.	ib.
1278	24	Bartholomæus.	ib.
1290	25	Offreducius.	ib.
1295	26	Joannes.	ib.
1306	27	Reſtaurus.	ib.
1318	28	Philippus.	666
1330	29	Angelus de Porta Solis.	ib.
1334	30	Angelus de Cerretanis.	667
1349	31	Benedictus de Cerretanis.	ib.
1383	32	Jacobus de Ptolomæis.	669
1390	33	Angelus de Malavoltis.	ib.
1400	34	Antonius de Malavoltis.	ib.
1407	35	Franciſcus Bellantes.	670
1417	36	Joannes Peccius.	ib.
1427	37	Antonius Caſinus.	ib.
1439	38	Julianus Cælarinus.	671
1445	39	Memmus Agazzarius.	680
1452	40	Joannes Agazzarius.	ib.
1468	41	Joannes Ilcius.	682
1489	42	Andreocc. Chinuccius.	690
1497	43	Raphael Petruccius.	ib.
1522	44	Ferdinandus Ponzettus.	ib.
1527	45	Dominicus Jacobatius.	693
1533	46	Marcus Antonius Campegius.	ib.
1553	47	Fabius Mignanellus.	ib.
1558	48	Jacobus Mignanellus.	694
1576	49	Claudius Burgheſius.	ib.
1591	50	Clemens Polius.	ib
1606	51	Julius Santedonius.	695
1611	52	Franciſcus Piccolomineus	ib.
1632	53	Hieronymus Tamuccius	696
1637	54	Aſcanius Turraminus.	698
1649	55	Io:Bapt. Gorus.	ib.
1664	56	Ioannes Pellcjus.	699
1665	57	Cæſar Ugolinus.	ib.
1700	58	Sebaſtianus Periſſi.	ib.
1703	59	Iacobus Falconetti.	ib.
1710	60	Bernardinus Pecci.	ib.

POPULONIENSIUM, & MASSÆ

501	1	Atellus.	703
556	2	Florentius.	ib.
573	3	S. Cerbonius.	ib.
590	4	Maximinus.	709
649	5	Marinianus.	ib.
680	6	Serenus.	ib.
756	7	Ancaurus.	ib.
826	8	Guripertus.	709

An.Chr.			Column.
853	9	Odalpertus.	ib.
866	10	Paulus.	ib.
877	11	Ioannes.	ib.
940	12	Ioannes II.	ib.
1015	13	Henricus.	ib.
1056	14	VV.	ib.
1061	15	Tegrinus.	ib.
1066	16	Bernardus.	710
1075	17	Guillelmus.	710
1099	18	Ioannes.	ib.
1104	19	Laurentius.	711
1106	20	Rollandus.	ib.
1149	21	Albertus.	712
1189	22	Ioannes.	712
1194	23	Martinus.	ib.
1211	24	Marauccus Cajetanus.	714
1230	25	Albertus.	715
1231	26	G.	ib.
1232	27	Ildeprandus.	ib.
1254	28	Nicolaus.	716
1255	29	Rogerius.	ib.
1268	30	Philippus.	718
1290	31	Rollandus Ugurgerius.	ib.
1307	32	Landus.	ib.
1310	33	Chriſtoph. de Mellonis.	ib.
1318	34	Petrus.	719
1320	35	Ioannes.	ib.
1332	36	Galganus.	ib.
1348	37	Vvido.	720
1361	38	Antonius de Riparia.	720
1380	39	Petrus.	ib.
1389	40	Andreas de Guidis.	ib
1391	41	Ioannes Gabriellius.	ib.
1394	42	Nicolaus Bertuus.	ib.
1404	43	Bartholomæus Ghinius.	721
1425	44	Antonius Caſinus.	ib.
1430	45	Antonius.	722
1435	46	Richardus del Frate.	722
1439	47	Petrus de Urſo.	723
1467	48	Leonardus Datus.	ib.
1472	49	Bartholomæus Roboreus.	724
1474	50	Ioannes Ianderonus.	ib.
1483	51	Hieronym. de Comitibus.	725
1500	52	Ventura Benaſſai.	ib.
1515	53	Alphonſus Petruccius.	726
1517	54	Io. Hieronymus Peruſcus.	ib.
1524	55	Franciſcus Peruſcus.	ib.
1529	56	Paulus Cæſius.	ib.
1530	57	Hieronymus Ianderonus.	ib.
1538	58	Alexander Farneſius.	ib.
1547	59	Bernardinus Maffæjus.	ib.
1549	60	Michael de Silva.	727
1556	61	Franciſcus Franchinus.	728
1560	62	Ventura Bufalinus.	728
1570	63	Antonius de Angelis.	ib.
1579	64	Albertus Bolognettus.	729
1583	65	Vincentius Caſalius.	ib.
1587	66	Achilles Sergardius.	731
1601	67	Alexander Petruccius.	ib.
1615	68	Fabius Piccolomineus.	732
1629	69	Ioannes Bapt. Maleſpina.	ib.
1656	70	Bandinus Accariſius.	ib.
1671	71	Nicolaus de Aciaria.	ib.
1679	72	Paulus Pecci.	ib.
1695	73	Petrus Aloyſ. Malaſpina.	ib.
1706	74	Aſcanius Sylveſtri.	ib.
1715	75	Nicolaus Ptolomæus.	ib.

SUANENSIUM

An.Chr.			Column.
	1	Taddinus.	734
680	2	Mauritius.	ib.
768	3	P.	ib.
826	4	Sebaſtianus.	ib.
853	5	Tranſmundus.	ib.
860	6	Raynerius.	ib.
861	7	Raſtaldus.	ib.
871	8	Stephanus.	ib.
963	9	Piſanus.	ib.
1015	10	Ioannes.	ib.
1059	11	Ioannes.	ib.
1061	12	Anſelmus.	ib.
1085	13	David.	736
1088	14	Berardus.	ib.
1110	15	Montanus.	ib.
1133	16	Ildittus.	ib.
1179	17	Paulinus.	ib.
1221	18	Galcrinus.	ib.
1269	19	Theodinus.	738
1270	20	David.	741
1283	21	Marcus.	743
1298	22	Landus.	747
1298	23	Monaldus Monaldeſchus.	ib.
1302	24	Zampus.	ib.
1312	25	Tranſmundus Monaldeſcus.	ib.
1330	26	Alemannus de Donatis.	ib.
1342	27	Nicolaus.	ib.
1362	28	Paulus de Baccetis.	750
1367	29	Nicolaus.	752
1369	30	Robertus de Verde.	ib.
1380	31	Petrus de Blandebellis.	ib.
1386	32	Antonius.	ib.
1390	33	Thomas Marius.	ib.
1397	34	Valentinus.	ib.
1408	35	Petrus.	ib.
1414	36	Antonius del Fede.	752
1434	37	Ioachimus Suhare.	ib.
1439	38	Apollonius Maſſainus.	ib.
1467	39	Thomas de Teſta.	757
1470	40	Andreoccius Ghinuccius.	ib.
1489	41	Hieronymus Scottus.	758
1492	42	Aldellus Piccolomineus.	ib.
1510	43	Alphonſus Petruccius.	ib.
1512	44	Lactantius Petruccius.	759
1517	45	Dominicus Colleſta.	ib.
1520	46	Raphael Petruccius.	ib.
1529	47	Hercules Gonzaga.	ib.
1532	48	Ferdinandus Farneſius.	760
1535	49	Carvagial Simoncellus.	ib.
1596	50	Metellus Bichius.	ib.
1606	51	Octavius Saracenus.	ib.
1624	52	Scipio Tancredus.	761
1637	53	Chriſtophorus Ptolomeus.	ib.
1638	54	Æneas Spannazius.	762
1645	55	Marcellus Cervinus.	ib.
1652	56	Hieronymus Burgheſius.	ib.
1669	57	Hieronymus Chorius.	ib.
1673	58	Petrus Maria Bichius.	ib.
1685	59	Petrus Valentinus.	ib.
1688	60	Dominicus Maria della Ciaja.	ib.
1713	61	Fulvius Salvi.	ib.

INDEX NOMINUM OMNIUM EPISCOPORUM,

Qui in hoc Tertio Tomo Italiæ Sacræ continentur, ordine alphabetico diſpoſitus.

Prior num. Columnam, poſterior numerum marginalem notat.

A

ACHilles Sergardius *Maſſæ.* 731.66
Actius *Piſanus.* 352.24 & 357.37
Groſſetanus 663.21.664.23
Adelbertus *Senen.* 535.43
Adeodatus *Senenſis.* 527.18. 533.40
Ægidius *Senenſis.* 532.33
Æneas Silvius Piccolomineus *Senen.* 573.70
Spannat us *Suanen.* 762.54
Albericus *Piſanus.* 354.29
Albertus *Maſſanus.* 712.21. 715.25
Bolognettus *Maſſæ.* 729.64
Aldeprandus Michelozzius *Cluſin.* 642.37
Aldellus Piccolomineus *Suanen.* 758.42
Alemanous Adimarus *Florentinus.* 163.53
Adimarus *Piſanus.* 464.65
de Donatis *Suanen.* 747.26
Aleprandinus *Piſanus.* 423.50
Alexander *Feſulanus.* 212.4
Piſanus. 351.3
Burghius *Burgen.* 200.7
Caccia *Piſtorien.* 313.50
Farneſius *Maſſæ.* 726.58
Guidiccionius *Adjacen.* 496 29
Martius Medices *Feſulan.* 265.53
Martius Medices *Florentin.* 190.71
Medices *Florentinus.* 189.70
Petruccius *Maſſæ.* 731.67
Petruccius *Senen.* 583.79
Piccolomineus *Cluſin.* 654.65
Saulius *Alerien.* 505.27
Strozza *Miniaten.* 278.2
Zondodarius *Senen.* 584.83
Alexius de Cæſaris *Cluſin.* 643.41
Aliprandus *Florentin.* 25.12
Aloyſius Maria Strozzius *Feſulan.* 268.63
Alphonſus Turnabonus *Burgen.* 200.4
Petruccius *Cluſin.* 653 61
Petruccius *Maſſæ.* 726.53
Petruccius *Suanen.* 758.43
Ambroſius *Alerien.* 503.16
Florentin. 95.31
Senen. 531.30
Amadeus *Senen.* 540.46
Americus *Adjacen.* 494.7
Corſinius *Florentin.* 166.56
Ancaurus *Maſſæ.* 709.7
Andreas *Adjacen.* 494.6.17
Cluſinus. 587.6
S.Andreas *Florentinus.* 19.6
Florentin. 26 15
Piſanus. 351.2
Senen. 527.12.530.24
de Boccagnis *Piſtorien.* 306.35
A Andreas Bondelmontius *Florent.* 187.68
de Centoriis *Piſtorien.* 305.32
S.Andreas Corſinius *Feſulan.* 254.34
de Guidis *Maſſæ.* 720.40
Mozzius *Florent.* 128.40
Andreoccius Chinuccius *Groſſetan.* 690.42
Chinuccius *Suanen.* 757.40
Angelus *Cluſin.* 640.32
Feſulan. 252.28
Groſſetan. 666.29
Acciajolius *Florent.* 148.45
Acciajolius *Florent.* 157.50
Pichus *Miniaten.* 279 3
de Cataneis *Feſulan.* 264 51
de Cerretanis *Groſſetan.* 667.30
de Malavoltis *Groſſetan.* 669. 33
Nicolinus *Piſan.* 485.75
de Rieaſolis *Florent.* 155.49
Anſelmus *Suanen.* 734.12
Antifredus *Senen.* 527.10.531.31
B S.Antoninus *Florentin.* 172.60
Antonius *Alerien.* 505 22
Cluſin. 642 38
Altovita *Florent.* 188.69. *Feſulan.* 256.38.
Maſſæ. 722.45
Piſtorien. 290.11
Sagonen. 516.6
Suanen. 752.32
Allius *Feſulan.* 261.44
de Angelis *Maſſæ.* 728.63
Cajetanus *Feſulan.* 259.40
Caſinius *Maſſæ.* 721.44
Caſious *Senen.* 570.66
Caſinus *Groſſetan.* 670.37
Cipollonus *Feſulan.* 256.37
Corſignanus *Cluſin.* 647 45
del Fede *Suanenſis.* 753.36
de Malsvoltis *Groſſetan.* 669. 34
de Martinis *Sagonen.* 522.41
C Piccolomineus *Senen.* 575.71
Puccius *Piſtorien.* 308.41
de Riparia *Maſſæ.* 720.38
Urſus *Florentin.* 134.43
Apollonius Maſſainus *Suanen.* 753.38
Ardicinus à Porta *Alerien.* 504.19
Ardinghus *Florent.* 25.13. & 108.36
Piſanus. 352.18
Ardizus *Adjacen.* 494.4
Arialdus *Cluſinus.* 587.5.618.21
Arnaldus *Alerien.* 503.9
Aſcanius Piccolomineus *Senen.* 580.75
Piccolomineus *Senen.* 583.80
Silveſtri *Maſſan.* 732 74
Turraminus *Groſſetan.* 698.54
Aſterius *Piſtorien.* 290.7
Atellus *Maſſan.* 703.1
Atho *Florentin.* 53.24. & 94.30

Atho

Atho *Piſan.* 380.43 A
Atinulphus *Feſulan.* 234.15
B. Atto *Piſtorien.* 294.20
Auguſtinus Donghus *Alerien.* 514.34
de Fliſco *Sagonen.* 519.23
Salutius *Alerien.* 515.39
Spinula *Adiacen.* 501.43
Anntus *Piſan.* 352.23
Azolinus de Malavoltis *Senen.* 563.58
Aymus *Senen.* 527.7

B

BAccius Gherardinus *Feſulan.* 266.55
Balbinus *Groſſetan.* 660.2
Balduinus *Piſan.* 389.46
Bandinus Accariſius *Maſſa.* 732.70
Barenzus de Richardis *Piſtorien.* 304.31
Barnabas de Maleſpinis *Piſan.* 459.61 B
Bartholomæus *Alerien.* 502.1. 503.14
Feſulan. 253.29
Groſſetan. 664.24
Chinius *Maſſa.* 721.43
Ferratinus *Cluſin.* 649.49
Guidicc.onus *Cluſin.* 650.53
Junius *Piſan.* 488.79
Lanfredinius *Feſulan.* 266.54
Roboreus *Maſſa.* 724.49
de Sigisbundis *Piſtor.* 304.29
Zabarella *Florent.* 171.59
Ularius *Florent.* 159.51
Banlphus *Groſſetan.* 661.12
Benedictus *Adiacen.* 494.2
Cluſin. 636.24
de Cerretanis *Groſſetan.* 667.31
Rezzanius *Sagonen.* 521.36
Benoazius Federighius *Feſulan.* 261.42
Berardus *Suanen.* 736.14
Bernardinus Maffæjus *Maſſa.* 726.59 C
Pecci *Groſſetan.* 699.60
Bernardus *Adiacen.* 494.10
Florent. 101.33
Maſſa. 710.16
Sagonen. 516.9
Senen. 561.64
Bindus de Ruſtichellis *Feſulan.* 260.41
Biurgus *Piſan.* 352.13
Blaſius *Alerien.* 503.12
Cluſinus. 641.34
Geminellus *Cluſin.* 641.35
Hermannus *Cluſin.* 642.39
Bodus *Groſſetan.* 661.11
Bonbiius *Senen.* 552.52
Bonifacius *Sagonen.* 516.3
Lotherius *Cluſin.* 648.47
Bonoſus *Alerien.* 502.2
Bonus *Piſtorien.* 299.23
Senen. 552.51
Braccius Martellius *Feſul.* 263.49 D

C

CÆſar Contradus *Sagonen.* 520.31
Riarius *Piſan.* 481.71
Ugolinus *Groſſet.* 699.57
Cajetanus Maria Bargagli *Cluſin.* 654.68
Camillus Burgheſius *Senen.* 582.77
Carolus Bartolus *Senen.* 572.67
Grimaldus *Sagonen.* 520.29
Minutolus *Senen.* 567.62
de Vecchiis *Cluſin.* 654.64
Antonius a Puteo *Piſan.* 489.81
Maria Joſeph de Fornariis *Alerien.* 515.38
Carvaial Simoncellus *Suanen.* 760.49
Cauſirios *Senen.* 527.17
Cerbonus *Maſſa.* 703.3
Cherubinus Malaſpina *Burgen.* 202.13
Chriſtianus *Cluſinus.* 616.9
Chriſtophorus *Senen.* 573.68
Guidiccionus *Adiacen.* 496.29
de Mellonis *Maſſa.* 718.33
de Ptolemæis *Suanen.* 761.43
Claudius Burgheſius *Groſſetan.* 694.49
Clemens Politus *Groſſetan.* 694.50
Cœlius Piccolomineus *Senen.* 584.82
Columbinus Baſſi *Piſtorien.* 317.58
Coneios *Senen.* 531.28
Conradus a Pinna, ſeu de Gualfreduccis *Feſulanus.* 253.31
Coſmus Bardus *Florent.* 191.72
Gerardeſcus *Collen.* 208.2
Pazzius *Florentin.* 182.65
Creſcentius *Groſſet.* 661.9

D

DAlbertus *Piſanus.* 368.41
David *Suanen.* 736.13. 741.20
Decius Juſtinianus *Alerien.* 511.38
Deodatus Bacconius *Adiacen.* 495.21
Dinus *Piſanus.* 457.58
Dionyſius Buſſottus *Burgen.* 202.18
Dodus *Senen.* 528.3
Dominicus Ballatus *Collen.* 210.17
Boerius *Sagonen.* 517.19
Colleſta *Suanen.* 759.45
Jacobatius *Groſſetan.* 693.45
Rivarola *Alerien.* 511.29
Maria della Ciaja *Suanen.* 762.50
Donatus *Feſulan.* 213.7
Donusdei de Malavoltis *Senen.* 562.57
Donatus Medices *Piſtorien.* 307.38

E

EDuardus Cicada *Sagonen.* 519.25
Ernandus *Feſulanus.* 215.19
Evander *Adiacen.* 493.1
Eulogius *Cluſin.* 587.2
Euſebius *Senenſis.* 528.4

F

FAbianus Joſtinianus *Adiacen.* 499.33
Fabius Mignanellus *Groſſetan.* 693.47
Piccolomineus *Maſſa.* 732.68
Fatius *Sagonen.* 516.2
Fauſtus Mularius *Cluſinus.* 651.59
S. Felix *Florent.* 10.3
Ferdinandus Farneſius *Suanen.* 760.48
Ponzettus *Groſſetan.* 690.44
Florentius *Cluſinus.* 587.1
Piſtorien. 290.10
Maſſa. 703.2
Florianus *Senenſis* 587.2
Filiuccius de Filiucciis *Cluſinus.* 651.55
Franciſcus de Aptis *Florent.* 149.46
de Aptis *Cluſinus.* 641.33
Bandinus *Senen.* 759.74
Bellantes *Groſſetan.* 670.35
Boncianius *Piſanus.* 491.83
Caligarius *Piſtorien.* 311.43
Cataneus *Feſulan.* 265.52
Eleius *Piſanus.* 493.86
Froſini *Piſtorien.* 316.56
Piſanus. 493.87
Franchinus *Maſſa.* 728.51
Monaldeſius *Florent.* 130.41
Moricottus *Piſan.* 459.60
Mormilius *Senen.* 568.63
Nerlius *Florent.* 192.74
Nerlius *Florent.* 193.75.

Fran-

Franciſcus Nerlius *Piſtorien.* 314.51 A
Norius *Miniaten.* 277. 1
Pallavicinus *Alerien.* 505.35
Peruſcus *Maſſa.* 726.55
Piccolomineus *Senenſis.* 578.72
Piccolomineus *Groſſetan.* 695.52
Rinuccinus *Piſtorien.* 314.53
Maria *Saceodiacen.* 500.41
Salviatus *Piſanus,* 479.69
de Silveſtris *Florent.* 144.44
Maria Taurusius *Senen.* 581.76
Zabarella *Florent.* 165.55
Fridericus Vicecomes *Piſan.* 434.52
Frigerius *Cluſin.* 636.25
Fulignus Carbonus *Feſulan.* 253.33
Fulvius Paſſerinus *Piſtorien.* 313.49
Salvi *Suanen.* 762.51

G

GAbriel *Sagoan.* 517.15 B
Condulmerius *Senen.* 569.65
de Franchis *Adiacen.* 495.25
Piccolomineus *Claſin.* 645.43
Galeottus de Gratianis *Burgen.* 199.1
Galerinus *Suanen.* 736.18
Galganus *Alerien.* 503.7
Maſſa. 719.36
Gaudentius *Piſan.* 351.2
Gavinus, ſive Guarions *Sagonen.* 516.4
Gebizus *Feſulan.* 236.18
Gerardus *Florent.* 62.25
Groſſetan. 661.10
Piſan. 364.40
Senen. 527.14. 530.23. 531.27.29.35
Gerardius *Piſtorien.* 315.54
Orlandinus *Alerien.* 502.6
Giſelbertus *Senen.* 535.41
Godifredus de Cootalbertis *Florent.* 89.29
Graſulphus *Florent.* 27.16 C
Gratiadeus *Piſtorien.* 303.26
Gregorius Andreaſſius *Claſin.* 650.52
Compagni *Burgen.* 202.16
de Fliſco *Sagonen.* 517.57
Magalottus *Cluſinus,* 649.50
Grimoaldus *Piſanus.* 352.28
Groſſus *Senen.* 530.19
Gruſolphus *Feſalanus,* 214.6
Gualfredus *Senen.* 540.48
Cluſin. 633. 20.22
Groſſetan. 661.13.663.18
Gualteranus *Senen.* 527.13
Gualterius *Sagonen.* 516.10
Guidalaſtes Vergeleſius *Piſtorien.* 303.27
Guilleimus *Adiacen.* 494.3
Feſulan. 236.17
Maſſa. 710.17
Sagonen. 516.5
Senen. 568.64
Bechius *Feſalan.* 262.45 D
Folehus *Feſalan.* 262.47
Gunteronus *Senen.* 547.50
Guripertus *Maſſa.* 709.8

H

HEnricus *Maſſa.* 240.13
Piſanus. 352.26
Hercules Gonzaga *Suanen.* 759.47
Hermannus de Anaſtaſiis *Piſtorien.* 304.30
Cluſin. 633.21
Groſſet. 663.19
Hieronymus Burgheſius *Suanen.* 762.56
Butinonius *Sagonen.* 520.28
Chorius *Suanen.* 762.57
de Comitibus *Maſſa.* 725.51
Ianderonus *Maſſa.* 726.57
Hierooymus Iocontrus *Burgen.* 201.8
Leooius *Sagonen.* 520.30
Pallavieinus *Alerien.* 505.21
Scottus *Suanen.* 758.41
Tantuccius *Groſſetan.* 696.53
Hippolytus Campiooius *Claſin.* 653.63
Honuphrius Steceutus *Florent.* 160.52
Bartolinus *Piſan.* 481.72
Horatius Maria Paneratius *Feſulan.* 268.62
Spannochius *Cluſinus.* 652.60
Hugo *Groſſetanus.* 664.22

I

JAcobus *Feſalan.* 223.14
Sagonen. 516.7
Caſtelbonus *Florentinus.* 128.39
Falconetti *Groſſetan.* 699.59
de Marco *Adiacen.* 495.24
de Malayoltia *Senen.* 565.59
Mignauellus *Groſſet.* 694.48
Antonius Morigia *Florent,* 193.76
Miniat. 281.7
Palladious *Florent.* 165.54
Pallavicinus *Adiacen.* 495.27
Petruccius *Alerien.* 505.33
de Ptolemæis *Groſſetan.* 669.32
Rodinus *Sagonen.* 517.14
Idittus *Suanen.* 736.16
Ildeprandus *Feſalan.* 249.25
Florentin. 45.22
Groſſetan. 661.14
Maſſa. 715.27
Piſtorien. 292.19
Senen. 532.39
Imperialis Doria *Sagonen.* 519.24
Innocentius Cibo *Alerien.* 505.34
Joaehimus *Suanen,* 733.37
Joannes *Adiacen.* 494.5
Alerien. 503.11
Feſalan. 237.19. & 241.20
Florentin. 105.35
Groſſetan. 664.26
Maſſa. 709.11.12. 710 18. 712.22
Piſanus. 351.8.9.11. 352.15.17.25
Piſtorien. 290.29.13
Sagonen. 517.18
Senen. 530.22. 531.44
Suanen. 734.10.11
Agazzarius *Groſſetan.* 680.40
Albertinus *Sagonen.* 517.13
Areimboldus *Feſulan.* 262.46
Chinugius *Claſin.* 644.42
de Eleils *Groſſetan.* 683.41
Gabriellius *Piſanus.* 460.63
Gabriellius *Maſſa.* 720.41
de Gualteriis *Burgen.* 201.9
de Janderonis *Maſſa.* 724.50
de Mangiadoria *Florent.* 121.38
Medices *Piſanus.* 483.74
Neronius *Florent.* 179.62
Pecelus *Groſſetan.* 670.36
Pellejus *Groſſet.* 699.56
Piccolomineus *Senen.* 579.73
de Provincialibus *Piſanus.* 445.15
Riccius *Piſanus.* 486.76
Rieeius *Cluſin.* 651.54
Saulius *Alerien.* 511.30
Scherlattus *Piſanus.* 457.59
de Vincentiis *Piſtorien.* 305.34
Vitelleſchus *Florentin.* 168.57
Andreas *Alerien.* 504.20
Antonius de Buxiis *Alerien.* 503.18
Baptiſta Bardueeius *Miniat.* 280.5
Baptiſta de Bernardis *Adiacen.* 496.30
Baptiſta Bonaeeurſius *Collen.* 210.5
Baptiſta Coſta *Sagonen.* 522.42

Joan-

Digitized by Google

Joannes Baptiſta Cieada *Sagonen.* 519.27 A
Joannes Baptiſta Federicus *Sagonen.* 522.38
Baptiſta Gentilia *Adjacen.* 500.40
Gerinus *Piſtorien.* 314.52
Baptiſta Gorua *Groſſet.* 698.56
Baptiſta Imperialis *Alerien.* 514.35
Bapt. de Maleſpinis *Maſſn.* 732.69
Baptiſta Piecolomineus *Cluſin.* 653.62
Baptiſta Ricaſolius *Piſtorien.* 311.44
Carolus Baldovinettus *Burgen.* 202.14
Dominieus Cavagnari *Sagonen.* 522.43
Franeiſeus Myrtus *Alerien.* 511.31
Franciſcus Maria Poggius *Miniat.* 282.9
Georgius Ardizonus *Adiacen.* 500. 38
Hieron. Peruſens *Maſſa.* 726.54
Laurentius de Tillis *Burgen.* 202.17
Maria Butinonius *Sagonen.* 519.26
Paulus *Adjacen.* 500.39
Stephanus Durazius *Adiacen.* 300.35
Stephanus Donghus *Adiacen.* 500.36
Stephanus Syrius *Sagonen.* 521.35 B
Jonathas *Feſulanus.* 242.21
Jordanus *Senen.* 530.20
Joſephus Godonus *Sagonen.* 520 32
Julianus Cæſarinus *Groſſetan.* 671.38
Medices *Piſanus.* 491.84
Riccius *Piſanus.* 478.67
Julius *Florentinus.* 97.32
Juſtinianus *Adiacen.* 497.32
Mediees *Florent.* 183.66
Sanſedonius *Groſſetan.* 695.51

L

LActantius de Lactantiis *Piſtorien.* 312.47
Petrucelus *Suanen.* 759.44
Lætus *Feſulanus.* 213.3
Lambardus *Piſtorien.* 290 4
Lambertus *Florent.* 50.23
Lambertus *Piſan.* 354.33
Lando *Maſſn.* 718.32 C
Landulphus *Piſan.* 361.39
Landus *Suanen.* 747.22
Lanſranchus *Cluſin.* 630.14
Feſulan. 247.23
Laurentius *Maſſn.* 711.19
Sagonenſis. 517.22
Mancinus *Cluſinus.* 647.44
Puccius *Piſtorienſis.* 308.40
Regina *Sagonenſis.* 517.20
Robbia *Feſulan.* 267.57
Leo Alerienſis. 503.17
Cluſin. 633.18
Piſtorienſis. 290. 17
Piſtorien. 316.55
Senenſis. 535.42
Strozza *Florent.* 193. 77
Leonardus Datus *Maſſa.* 723.48
Marſilius *Senen.* 584.82
Salutatus *Feſulanus.* 261.43
Tornabonus *Adiacenſis.* 496.28 D
Lotharius Roſarius *Piſanus.* 421.49
della Tola *Florentinus.* 132.42
Lottus Gambacurta *Piſanus.* 460.62
Lucas *Adiacenſis.* 495.18
Bertinus *Senenſis.* 567.61
Manzolius *Feſulanus.* 238.39
Lucidus *Senenſis.* 532.38
Lucifer *Senenſis.* 527.1
Luceius Burgheſius *Cluſin.* 654.67
Ludovicus Antinorius *Piſanus.* 487.78
Antinorius *Piſtorien.* 312.46
Bonitus *Piſanus.* 462.64
Malaſpina *Burgen.* 202.15
Marteſlius *Cluſinus.* 652.58
Scarampius *Florentinus.* 370.58
Luitprandus *Cluſin.* 616.8
Lupus *Senenſis.* 527.16
Lutus *Cluſinus.* 617.10

M

MAgnus *Senenſis.* 528.5
Manfredus *Adjacenſis.* 494.9
Marcellinus *Cluſin.* 587.3
Marcellus Corvinua *Suanenſis.* 762.55
Marcus *Suanenſis.* 742.21
Antonius Campegius *Groſſet.* 693.46
Antonius Urſus *Feſulanus.* 253.30
Mareſcoti *Cluſin.* 654.66
Tedices de Aliottis *Feſulanus.* 253.32
Vitalis de Martiia *Piſanus.* 424.51
Marius Emanuel Duratius *Alerien.* 515.36
Marinianus *Maſſan.* 709.5
Martinus *Cluſin.* 632.16
Groſſetanus. 663.17
Groſſet. 712.23
Piſtorienſis. 290.15
Martinus de Martinis *Sagonen.* 522.40 B
Marzuccus de Cajetanis *Maſſe.* 714.24
Maſſæus Bardius *Cluſin.* 655.57
Matthæus *Cluſinus.* 639.29
Cluſinus. 642.36
de Diamantibus *Piſtorien.* 306.36
Rinuccinus *Piſanus.* 488.80
Urſinus *Cluſinus.* 640.30
Maurianus *Piſanus.* 351.5
S. Mauritius *Florentinus.* 19.7
Mauritius *Suanenſis.* 734.2
Maurus *Adjacenſis.* 494.15
Senenſis. 528.6. 527.11
de Curiis *Miniat.* 280.6
Maximinus *Maſſan.* 709.4
Maximus *Piſanus.* 351.6
Maynettus *Feſulanus.* 252.26
Memmius Agazzarius *Groſſetanus.* 680.39
Merellus Bichius *Senenſis.* 584.78
Metellus Bichius *Suanenſis.* 760.50
Michael Bartolua *Sagonenſis.* 517.12 C
Carolus de Cortigianis *Miniat.* 281.8
Carolus Vicedominus *Piſtorien.* 317.57
de Sylva *Maſſn.* 727.60
Monaldus Monaldeſcus *Suanenſis.* 747.23
Montanus *Suanenſis.* 736.15

N

NErius *Senenſis.* 573.69
Corſinius *Feſulanus.* 255.35
Nieolaus *Adiacenſis.* 495.22
Feſulanus. 255.36
Maſſa. 716.28
Suanenſis. 747.27.752.29
de Aciaria *Maſſan.* 732.71
Berutus *Maſſe.* 720.42
Bonafides *Cluſinus.* 648.48
Pandulphinus *Piſtorien.* 307.39
Forteguerra *Alerienſis.* 502.4 D
Tornabonus *Burgenſ.* 200.6
Ptolomæus *Maſſan.* 732.75

O

OCtavius Albioſius *Piſtorienſ.* 353.48
Belmoſtus *Alerienſis.* 511.28
Ragius *Alerienſis.* 512.33
Rivarola *Adiacenſis.* 500.34
Saracenus *Suanenſis.* 760.51
Odalpertus *Maſſn.* 709.9
Oddo de Sala *Piſanus.* 446.56
Offreduccius *Groſſetanus.* 664.25
Opizzus *Piſanus.* 357.37
Opportunus *Piſanus.* 351.4
Orlandus Bonarius *Floren.* 178.61
Oſchiſius *Piſtorienſis.* 290. 6

Otho

Digitized by Google

Otho *Grosset.* 661.6 A
Othobonus de Lomellinis *Alerien.* 503.15

P

PAganus *Sagonensis.* 516.8
Paulinus *Suanensis.* 736.17
Paulus *Massæ.* 709.10
Albertius *Adiacensis.* 494.16
de Baccetiis *Suanen.* 750.28
Cæsius *Massæ.* 726.56
Fregosius *Adiacensis.* 495.23
Maria Spinula *Sagonen.* 522.39
Pecci *Massan.* 732.72
Peredeus *Senen.* 530.21
Pepus *Grossetanus.* 663.20
S. Perinus *Pisanus.* 351.1
Peritheus *Senensis.* 529.530.25
Petrus *Adiacensis.* 494.14
Alerien. 502.1 B
Clusinus. 626.13. 631. 15. 636.26
Fesulanus. 217.12
Florentinus. 26.14. 72.26
Pisanus. 354.31.378.42
Pistoriensis. 292.18
Massa. 719.34.720.39
Suanen. 752.31
de Blandebellis *Suanen.* 752.31
Camajanus *Fesulanus.* 264.50
Cotsinus *Florentinus.* 150 48
Corsinus *Florentinus.* 180.63
de Frescobaldis *Miniat.* 279.4
Galleonus *Sagonensis.* 517.11
Lomellinus *Sagonensis.* 521.33
Nicolinus *Florentinus.* 191.73
Petra *Collen.* 210.6
Riccius *Pisanus.* 477.66
Spinula *Adiacen.* 501.42
Valentinus *Suanen.* 762.59
de Urso *Massæ.* 723.47 C
Aloysius Malespina *Massan.* 732.73
Franciscus Pallavicinus *Alerien.* 505.26
Jacobus Borbonius *Pisanus.* 487.77
Maria Bichius *Suan.* 762.58
Paulus Bertinus *Clusin.* 943.40
Philippus *Adiacen.* 494.18
Fesulanus. 252.27
Grossetanus. 666.28
Massæ. 718.50
Antellensis *Florent.* 150.47
Archintus *Burgen.* 599. 3
Fontana *Florens.* 219.37
Medices *Pisanus.* 478.68
Nerius Altovita *Fesulan.* 268.60
Pallavicinus *Adiacen.* 495.26
Salviatus *Burgen.* 201.10
Soldanus *Fesulan.* 268.59
Tornabonus *Burgen.* 200.5
Pisanus *Clusinus.* 633.23
Senensis. 532 37
Suanen. 734. 9 D
Plato *Pisanus.* 351.10. 352.12.16
S. Podius *Florent.* 34.19

Q

QUasprandus *Pistoriensis.* 190. 5

R

RAdaldus *Grosset.* 661.7
Radulphus, seu Rodulphus *Senen.* 540.47
Raimbaldus *Florent.* 28.17
Raphael Galeottus *Pisan.* 480.70
Petruccius *Grossetan.* 690.43
Petruccius *Suanen.* 759.46
Raphael Pizzurnus *Sagonen.* 522.37
Raggius *Alerien.* 515.37
Spinula *Adiacen.* 491.20
Rastaldus *Suanen.* 734.7
Raymbertus *Pisanus.* 354.30
Raymundus *Fesulanus.* 219.12
Alerien. 503.10
Raynaldus de Comitibus Guidis *Pistor.* 299.22
Malavolta *Senen.* 561.55
Ursinus *Florent.* 582.64
Raynerius *Clusinus.* 633.17
Clusinus. 639.27. 640.31
Fesulanus. 248.24
Florent. 27.28
Grossetanus. 661.8
Senen. 543.49
Suanen. 734.6
Regembaldus *Fesulanus.* 219.13
Remigius *Pistorien.* 305.33
Reparatus *Florens.* 20. 9
Restaldus *Pistorien.* 289.1. & 290.12
Restaurus *Grossetan.* 664.27
Richardus *Massæ.* 722 46
Robertus *Senen.* 527.8
Folchus *Fesulanus.* 262.47
Puccius *Pistorien.* 310.42
Strozzius *Collen.* 209.4
Strozzius *Fesulanus.* 267.58
de Verde *Suanen.* 750 30
Rodulphus *Fesulanus.* 244.22
Senen. 540.47
Rofredus *Senensis.* 540.41
Rogerius *Massæ.* 716.29
Pisanus. 381.44
Senensis. 562.56
Duraidus *Pisanus.* 444.53
S. Romanus *Fesulanus.* 213.5
Romulus *Fesulanus.* 212.1
S. Romulus *Florentinus.* 10.2
Rotlandus *Grossetanus.* 663.16
Massæ. 711.20
Ugurgerius *Massæ.* 718.31
Rupertus *Grossetanus.* 661.5
Rusticus *Fesulanus.* 212.2

S

SAlvator Pacinius *Clusinus.* 651.56
Salvinus *Aleriensis.* 503.13
Salustius Tatusius *Pisanus.* 490.82
Scipio ex comitibus Elciis *Pisanus.* 492.85
Rebiba *Pisanus.* 483.73
Tancredus *Suanensis.* 761.52
Sebastianus Albanus *Sagonensis.* 521.34
Perissi *Grosset.* 699.58
Suanensis. 734.4
Serenus *Massæ.* 709.6
Sichelmus *Florentinus.* 28.18
Simon *Adjacensis.* 494.13
Salterellus *Pisanus.* 450.57
Soffredus seu Offredus *Pistorien.* 299.24
Speciosus *Florentinus.* 20.10
Stephanus *Suanensis.* 734.8
Synolphus *Clusinus.* 648.46
Syrus Straferra *Adjacen.* 500.37

T

THaddinus *Suanensis.* 734.1
Tegrinus *Massæ.* 940.15
Theobaldus *Clusinus.* 592.7
Clusinus. 633.19
Theodinus *Suanensis.* 738.19
Theodoricus *Pisanus.* 352.19
Rainerius *Pisanus.* 444.54
Senensis. 532.34
Theodorus *Clusinus.* 587.4

Digitized by Google

S. Theodorus *Florent.* 10.4
Groſſetanus. 661.3
Thomas *Florentinus.* 21.11
Piſtorienſis. 303.25. & 304.28
Senenſis. 531.26
Suanenſis. 752.33
de Berta *Senenſis.* 557.13
Cimenes *Feſulanus.* 266.56
Salviatus *Collenſis.* 209.3
de Teſta *Suanenſis.* 757.39
Bonaventura de Gherardeſchis *Florent.* 194.78. *Feſulan.* 268.61
Turrichius *Piſanus.* 352.20
Tranſmundus *Feſulanus.* 235.16
Suanenſis. 734.5
Monaldeſcus *Suanen.* 747.25
Treccia *Piſtorienſis.* 299.21

V

Valentinus *Suanenſis.* 752.34
Valerianus *Groſſetanus.* 661.4
de Calderinis *Adjacen.* 495.19
de Calderinis *Sagonen.* 517.16
Ubaldus Lanfranchus *Piſanus.* 408.48
Ubertus de Albizzis *Piſtorien.* 306.37
Ubertinus *Senenſis.* 532.32
Ubertus Rubeus de Lanfranchis *Piſan.* 386.45
Ventura Benaſſai *Maſſa.* 725.52
Ventura Bufalinus *Maſſa.* 728.62
Ugo *Piſanus.* 357.35
Villanus Villanius *Piſanus.* 394.47
Vincentius Caſalius *Maſſa.* 729.65
Laſſaro *Adjacen.* 494.12
Vitalis Grachius *Adjacen.* 494.8
Vitellianus *Groſſetanus.* 660.1
Senenſis. 527.15. 532.36
Ulferius *Piſanus.* 352.22
Vulighidius *Piſanus.* 352.21
Uſimbardus Uſimbardus *Collen.* 208.1
Vvido *Cluſinus.* 625.12
Florentinus. 43.20
Maſſa. 720.37
Piſanus. 354.32. 355.34. & 360.38
Piſtorienſis. 290.8.14.16
Sfortia *Cluſinus.* 650.51
Vvillelmus *Alerienſis.* 503.8
Sagonenſis. 517.21
Senenſis. 566.60
Vviltretradus *Piſtorienſis.* 290.3

Z

Zampus *Suanen.* 747.24
S. Zenobius *Florentinus.* 10.5
Feſulanus. 214.8. & 215.10
Piſanus. 312.14.27
Medices *Burgenſis.* 201.11

INDEX
COGNOMINUM
OMNIUM EPISCOPORVM
SINGULARUM CIVITATUM,

Qui in hoc Tertio Tomo Italiæ Sacræ continentur, ordine alphabetico deſcriptus.

Prior num. Columnam, ſecundus numerum marginalem notat.

A

ACcariſius Bandinus *Maſſa*. 731 70
Acciajolius Angelus *Florent.* 148.45
Acciajolius Angelus *Florent.* 157.50
de Acciaria Nicolaus *Maſſan.* 731.71
Adimarius Alemannus *Florentin.* 163.53
Adimarius Alemannus *Piſanus*. 464.65
Agazzarius Joannes *Groſſetan.* 680.40
Agazzarius Memmius *Groſſetan.* 680.39
Albanus Sebaſtianus *Sagonen.* 521.34
Albertinus Joannes *Sagonen.* 517.13
Albertinus Paulus *Adjacen.* 494.16
Albioſius Octavius *Piſtorien.* 713 48
de Albizzis Ubertinus *Piſtorien.* 306.37
de Aleottis M. Tedices *Feſulanus*. 253 32
Allius Antonius *Feſulan.* 261.44
Altovita Antonius *Florent.* 188.69
Philippus Nerius *Feſul.* 268 60
de Anaſtaſiis Hermannus *Piſtorien.* 304.30
Andreaſſius Gregorius *Cluſin.* 650.52
de Angeiis Antonius *Maſſa*. 728.63
Antellenſis Philippus *Florent.* 150.47
Antinorius Ludovicus *Piſtorien.* 312.46
Antinorius Ludovicus *Piſanus*. 487.78
de Aptis Franciſcus *Florent.* 149.46
Cluſin. 641.33
Arcimboldus Joannes *Feſulan.* 262.46
Archintus Philippus *Burgen.* 192 3
Ardizonus Jo. Georgius *Adjacen.* 500.38

B

de BAccetlis Paulus *Suanen.* 750.28
Bacconius Deodatus *Adjacen.* 495.21
Baldovinettus Jo. Carolus *Burgen.* 202.14
Ballatus Dominicus *Collen.* 210. 7
Bandinus Franciſcus *Senen.* 759.74
Bardius Coſmus *Florentin.* 591.72
Maſſeus *Cluſin.* 651.57
Barduccius Jo. Bapt. *Miniat.* 280 55
Bargagli Cajetanus Maria *Cluſin.* 654.68
Bartolinus Honuphrius *Piſan.* 481.72
Bartholus Carolus *Senen.* 572.67
Bartholus Michael *Sagonen.* 517.12
Baſſi Columbinus *Piſtorien.* 317. 58
Bechius Guilielmus *Feſulan.* 262.45
Beilantes Franciſcus *Groſſetan.* 670.35
Belmoſtus Octavius *Alerien.* 511.28
Benaſſai Uentura *Maſſa*. 725.52
de Bernardis Io. Bapt. *Adiacen.* 496.50
Berta Thomas *Senen.* 557.53
A Bertinus Lucas *Senen.* 567 61
Bertinus Petrus Paulus *Cluſin.* 643.40
Berutus Nicolaus *Maſſa*. 720.42
Bichius Metellus *Senen.* 582.78
Bichius Metellus *Suanen.* 760.50
Petrus Maria *Suan.* 762.58
de Blandebellis Petrus *Suanen.* 751.31
de Boccagnis Andreas *Piſtorien.* 306.35
Boerius Dominicus *Sagonen.* 517.19
Bolognettus Albertus *Maſſa*. 729.64
Bonaccurſius Io. Bapt. *Collen.* 210. 5
Bonafides Nicolaus *Cluſin.* 648 48
Bonarlius Orlandus *Florent.* 178.61
Bonciannius Franciſcus *Piſan.* 491.83
Bondelmontius Andreas *Florent.* 187.68
Bonittus Ludovicus *Piſan.* 462.64
Borbonius Petrus Jacobus *Piſan.* 487.77
Bufalinus Ventura *Maſſa*. 728.62
Burgheſius Lucius *Cluſin.* 654.67
Burgheſius Camillus *Senen.* 582.77
B Hieronymus *Suanen.* 762.56
Claudius *Groſſet.* 694.49
Burghius Alexander *Burgen.* 200.7
Buſſottus Dionyſius *Burgen.* 202.12
Butinonius Hieronymus *Sagonen.* 520.28
Joan. Maria *Sagonen.* 519.26
de Buxiis Joannes Antonius *Alerienſis*. 503.18

C

CAccia Alexander *Piſtorien.* 313.50
Cæſarinus Julianus *Groſſetan.* 671.38
Cæſaris Alexius *Cluſin.* 643.41
Cæſius Paulus *Maſſa*. 726.56
Cajetanus Antonius *Feſulan.* 259 40
Cajetanis Marzucchus *Maſſa*: 714.24
Calderinis Valerianus *Adiacen.* 495.19
Valerianus *Sagon.* 517.16
Camianus Petrus *Feſulan.* 264.50
C Campegius Marcus Antonius *Groſſet.* 693 46
Campinnius Hippolytus *Cluſin.* 653.63
Carbonus Fulignus *Feſulan.* 253.33
Caſalius Vincentius *Maſſa*. 729 65
Caſinus Antonius *Groſſetan.* 670 37
Antonius *Senen.* 570 66
Antonius *Maſſa*. 721.44
Caſtelbonus Iacobus *Florent.* 128 39
Cataneus Angelus *Feſulan.* 264 55
Cataneus Franciſcus *Feſulan.* 265.52
Cavagnari Io. Dominicus *Sagonen.* 522.43
de Centoris Andreas *Piſtorien.* 305.32
de Cerretanis Angelus *Groſſetan.* 667.30
Benedictus *Groſſetan.* 667.31

Cervinus Marcellus *Suanen.* 762.51 A
Chinius Bartholomæus *Maſſæ.* 721.43
Chinuccius Andreoccius *Groſſetan.* 690.42
Andreoccius *Suanen.* 757.40
Chlungius Joannes *Cluſin.* 644.42
Chorius Hieronymus *Suanen.* 762.57
della Ciaja Dominicus Maria *Suanen.* 762.50
Cibo Innocentius *Alerien.* 505.34
Cicada Ednardus *Sagonen.* 519.25
Joan. Bapt. *Sagonen.* 519.27
Cimenes Thomas *Feſulan.* 266.56
Cipolionus Antonius *Feſulanus.* 256.37
Collecta Dominicus *Suanen.* 759.45
de Comitibus Hieron. *Maſſæ.* 725.51
Compagni Gregorius *Burgenſis.* 202.16
Condolmerius Gabriel *Senen.* 569.65
de Contalbertis Godifredus *Florent.* 89.29
Contradus Cæſar *Sagonen.* 520.31
Corſignanus Antonius *Cluſin.* 647.45
Corſinius Americus *Florent.* 166.56
Andreas *Feſulan.* 254.34 B
de Cortigianis Michael Carolus *Miniat.* 281.8
Nerius *Feſulan.* 255.35
Petrus *Florent.* 150.48. & 180.63
Coſta Jo. Baptiſta *Sagonen.* 522.42
de Curſis Maurus *Miniat.* 280.6

D

DAtus Leonardus *Maſſæ.* 723.48
de Diamantibus Matthæus *Piſtorien.* 308.36
Donaris Alemannus *Suanen.* 747.26
Donghus Auguſtinus *Alerien.* 514.34
Joannes *Adjacen.* 500.38
Doria Imperialis *Sagonen.* 519.24
Duraldus Rogerius *Piſan.* 444.53
Durazius Joannes *Adiacen.* 500.35
Marius Emanuel *Alerien.* 515.36

E

ELciis Franciſcus *Piſanus.* 493.86 C
Elciis Joannes *Groſſetanus.* 682.41
Elciis Scipio *Piſanus.* 492.85

F

FAlconetti Jacobus *Groſſet.* 699.59
Farneſius Alexander *Maſſæ.* 726.58
Ferdinandus *Suanen.* 760.48
del Fede Antonius *Suanen.* 753.36
Federighius Benozzius *Feſul.* 461.42
Jo: Baptiſta *Sagonen.* 522.38
Ferratinus Bartholomæus *Cluſin.* 649.49
de Filiuccis Filiuccius *Cluſin.* 651.55
Fliſco Auguſtinus *Sagonen.* 519.23
de Gregnrius *Sagonen.* 517.17
Folchus Guilielmus *Feſulan.* 262.47 D
Robertus *Feſulan.* 262.47
Fontana Philippus *Florent.* 119.37
Forteguerra Nicolaus *Alerien.* 502.4
Franchinus Franciſcus *Maſſæ.* 728.51
de Franchis Gabriel *Adiacen.* 495.25
Fregoſius Paulus *Adiacen.* 495.23
de Freſcobaldis Petrus *Miniat.* 279.4
Froſius Franciſcus *Piſtorien.* 316.56 *Piſan.* 493.87
de Furnariis Carolus Maria Joſeph. *Alerien.* 515.38

G

GAbrielius Ioannes *Piſan.* 460.63
Joannes *Maſſæ.* 720.41
Galeonus Petrus *Sagonen.* 517.11
Galeottus Raphael *Piſan.* 480.70
Galigarius Franciſcus *Piſtorien.* 311.43
Gambacurta Lottus *Piſan.* 460.62 A
Geminellus Blaſius *Cluſin.* 541.31
Gentilis Jo. Baptiſta *Adiacen.* 500.40
Gerardeſchus Coſmus *Collen.* 208.2
de Gherardeſchis Thomas Bonaventura *Florent.* 194.74
Gerinus Joannes *Piſtorien.* 314.52
Gherardinus Baccius *Feſulan.* 266.55
Gherardius Gerardus *Piſtorien.* 315.54
Godonus Joſephus *Sagonen.* 520.32
Gonzaga Hercules *Suanen.* 759.47
Gorus Jo. Baptiſta *Groſset.* 698.51
Graehius Vitalis *Adiacen.* 494.8
de Gratianis Galeottus *Burgen.* 799.1
Grimaldus Carolus *Sagonen.* 520.29
de Gualteriis Joannes *Burgen.* 201.9
Guidiccionius Alexander *Adiacen.* 496.29
Bartholomæus *Cluſin.* 650.53
Chriſtophorus *Adiacen.* 496.29
de Guidis Andreas Maſſæ. 720.40
Raynaldus *Piſtorienſis.* 299.22 B

H

HErmannus Blaſius *Cluſinus.* 642.39

I

JAcobatius Dominicus *Groſsetanus.* 693.45
Janderonus Hieronymus *Maſſæ.* 726.57
Joannes *Maſſæ.* 724.50
Imperialis Joan. Baptiſta *Alerien.* 514.35
Inconrrus Hieronymus *Burgen.* 201.8
Junius Barthnlomæus *Piſan.* 488.79
Juſtinianus Julius *Adiacen.* 497.32
Decius *Alerien.* 511.32
Fabius *Adiacen.* 499.33

L

C
de LActantiis Lactantius *Piſtorienſis.* 312.47
Lanfranchus Ubaldus *Piſan.* 408.48
Ubertus *Piſanus.* 386.45
Lanfredinus Barthnlomæus *Feſulan.* 266.54
Laſſarn Vincentius *Adiacen.* 494.12
Leonius Hieron. *Sagonen.* 520.30
de Lomellinis Othobonus *Alerien.* 593.13
Petrus *Sagonen.* 503.15
Lotherius Bonifacius *Cluſin.* 648.47

M

MAffeus Bernardinus *Maſſæ.* 726.59
Magalottus Gregorius *Cluſin.* 649.50
Malarius Fauſtus *Cluſin.* 652.59
de Malavoltis Angelus *Groſſetan.* 669.33
Antonius *Groſsetan.* 669.34
Azzolinus *Senen.* 563.58 D
Donusdei *Senen.* 562.57
Raynaldus *Senen.* 561.55
Jacobus *Senen.* 565.59
de Maleſpinis Barnabas *Piſan.* 459.61
Cherubinus *Burgen.* 202.13
Joan. Bapt. *Maſſæ.* 732.69
Ludovicus *Burgen.* 202.15
Maleſpina Petrus Aloyſius *Maſſan.* 732.73
Mancinus Laurentius *Cluſin.* 647.44
de Mangiadoris Joannes *Florent.* 121.38
Manzolius Lucas *Feſulan.* 258.39
Mareſcoti M. Antonius *Cluſin.* 654.66
de Marco Jacobus *Adiacen.* 495.24
Marſilius Leonardus *Senen.* 584.62
Martellius Braccius *Feſulan.* 263.49
Ludovicus *Cluſin.* 652.58
Martiis M. Vitalis *Piſan.* 424.56
Martinis Antonius *Sagonen.* 522.41

Maſ-

Maſſajnus Apollonius *Suanen.* 753.38
Medices Alexander *Florent.* 189.70
Medices Alexander Martius *Florent.* 190.71
Alexander Martius *Feſulan.* 265.53
Alexander *Piſtorien.* 318.45
Donatus *Piſtorien.* 307.38
Joannes *Piſanus.* 483.74
Julius *Florentin.* 183.66
Julianus *Piſan.* 491.84
Philippus *Piſanus.* 478.68
Zenobius *Burgensis.* 201.11
de Melliuis Chriſtophorus *Maſſa.* 718.33
Michelozzius Aldeprandus *Clusin.* 642.37
Mignanellus Fabius *Groſſetan.* 693.47
Jacobus *Groſſet.* 694.48
Mioutulus Carolus *Senen.* 567.62
Monaldeſcus Franciſcus *Florent.* 130.41
Monaldus *Suanen.* 747.23
Traoſmundos *Suanen.* 747.25
Moricottus Franciſcus *Piſan.* 459.60
Morigia Jacobus Antooius *Florent.* 193.76
Miniat. 281.7
Mormilius Franciſcus *Senen.* 568.63
Mozzius Andreas *Florent.* 128.40
Myrtus Joannes Fraociſcus *Aleriensis.* 511.31

N

NErlius Franciſcus *Florent.* 192.74 & 193.71
Piſtorien. 314.51
Neronius Joannes *Florentinus.* 179.62
Nicolinus Angelus *Piſan.* 485.75
Petrus *Florentin.* 191.73
Norius Franciſcus *Miniatensis.* 277.1

O

ORlandinus Gerardius *Aleriensis.* 502.6

P

PAcinius Salvator *Clusin.* 651.56
Palladinus Iacobus *Florentinus.* 165.54
Pallavicinus Franciſcus *Aleriensis.* 505.35
Hieronymus *Alerien.* 505.21
Jacobus *Adjacen.* 495.27
Perrus Franciſcus *Aleriensis.* 505.26
Philippus *Adjacen.* 495.26
Pancratius Horatius Maria *Feſulan.* 268.62
Pandulphinus Nicolaus *Piſtorien.* 307.39
Paſſerioos Folvius *Piſtorien.* 313.49
Pazzius Coſmus *Florent.* 182.65
Pecci Bernardinus *Groſſetan.* 699.60
Peccius Joannes *Groſſetan.* 679.36
Paulus *Maſſan.* 732.78
Pellejus Jo: *Groſſet.* 699.56
Periſſi Sebaſtianus *Groſſet.* 699.58
Petra Petrus *Collen.* 210.6
Peruſcus Joann. Hieronym. *Maſſa.* 726.54
Franciſcus *Maſſe.* 726.55
Petruccius Alexander *Senen.* 583.79
Alexander *Maſſa.* 731.67
Alphonſus *Clusin.* 653.61
Alphonſus *Maſſa.* 726.53
Alphonſus *Suanen.* 758.43
Jacobus *Alerien.* 505.33
Lactancius *Suanen.* 759.44
Raphael *Groſſetan.* 690.43
Raphael *Suanen.* 759.46
Piccolomineus Aeneas *Senen.* 573.70
Aldcilus *Suanen.* 758.42
Alexander *Clusin.* 654.65
Antonius *Senen.* 575.78
Aſcanius *Senen.* 580.75
Aſcanius *Senen.* 583.80
Cœlius *Senen.* 584.82
A Piccolomineus Fabius *Maſſa.* 722.68
Franciſcus *Senen.* 578.72
Fraociſcus *Groſſetan.* 695.52
Gabriel *Cluſinus.* 645.43
Joannes *Senen.* 579.73
Joan. Bapt. *Cluſin.* 653.62
Pichus Aogelus *Miniat.* 279.3
de Pinna Conradus *Feſulan.* 253.31
Pizzurnus Raphael *Sagonen.* 522.37
Poggius Jo Franciſcus Maria *Miniat.* 282.9
Polirus Clemens *Groſſetan.* 694.50
Ponzettus Ferdinandus *Groſſetan.* 690.44
Porra Ardicinus *Alerien.* 504.19
de Provincialibus Joannes *Piſan.* 445.55
de Ptolemæis Chriſtophorus *Suanen.* 761.43
Jacobus *Groſſetan.* 669.32
Nicolaus *Maſſan.* 732.75
Puccius Antonius *Piſtorien.* 308.41
Laurentius *Piſtorien.* 308.40
Robertus *Piſtorien.* 310.42
B A Puteo Carolus Antonius *Piſanus.* 489.81

R

RAglus Octavius *Aleriensis.* 512.33
Raphael *Alerien.* 515.37
Raynerius Theodoricus *Piſanus.* 444.54
Rebiba Scipio *Piſan.* 483.73
Regina Laurentius *Sagonen.* 517.20
Rezzanius Benedictus *Sagonen.* 521.36
Riarius Cæſar *Piſanus.* 481.71
de Ricaſolis Angelus *Florent.* 155.49
Joan. Bapt. *Piſtorien.* 311.44
Riccius Joannes *Piſan.* 486.76
Joannes *Cluſin.* 651.54
Julianus *Piſan.* 478.67
Petrus *Piſan.* 477.66
de Richardis Barenzus *Piſtorien.* 304.38
Riouccinus Franciſcus *Piſtorien.* 314.53
C Matthæus *Piſan.* 488.80
Riparia Antonius *Maſſa.* 720.38
Rivarola Dominicus *Alerien.* 511.29
Octavius *Adjacen.* 500.34
Robbia Laurentius *Feſulan.* 257.57
Roboreus Bartholomæus *Maſſa.* 724.49
Rodinus Jacobus *Sagonen.* 517.13
Rodulphus Nicolaus *Florent.* 166.67
Roſarius Lotharius *Piſanus.* 421.39
de Ruſtichellis Bernardus *Feſulan.* 260.41

S

SAcco Franciſcus Maria *Adjacen.* 500.41
Sala Oddo *Piſanus.* 446.56
Saltetelius Simon *Piſan.* 450.57
Salvi Fulvius *Suanen.* 762.51
Salviatus Franciſcus *Piſan.* 479.69
Leonardus *Feſulan.* 261.43
D Philippus *Burgen.* 201.10
Thomas *Collen.* 209.3
Salotius Auguſtinus *Alerien.* 519.39
Sanſedonius Julius *Groſſetan.* 695.51
Saracenus Octavius *Suanen.* 760.51
Sanlios Alexaoder *Alerien.* 505.27
Joannes *Alerien.* 511.30
Scarampius Ludovicus *Florent.* 170.58
Seherlatus Joannes *Piſan.* 457.59
Scorrus Hieron. *Suanen.* 758.41
Sergardius Achilles *Maſſa.* 731.66
Sfortia Wido *Cluſin.* 650.51
de Sigisbundis Bartholomæus *Piſtorien.* 304.29
Silveſtri Aſcanius *Maſſan.* 732.74
de Silveſtris Franciſcus *Florentin.* 144.44
Simoncellus Carvagial *Suanen.* 760.49
Soidanus Philippus *Feſul.* 268.59
Spannatius Æneas *Suanen.* 762.54
Spannochius Horatius *Cluſin.* 652.60

Spinula Auguſtinus *Adiacen.* 501.43
Petrus *Adiacen.* 501.42
Raphael *Adiacen.* 495.20
Paulus Maria *Sagonen.* 522.39
Steccutus Honuphrius *Florent.* 160.52
Straterra Syrus *Adiacen.* 500.37
Strozza Alexander *Miniaten.* 278.2
Aloyſius Maria *Feſulan.* 268.63
Leo. *Florent.* 193.77 *Piſtorien.* 316.55
Robertus *Feſulan.* 267.58. *Collen.* 209.4
Syrius Joan. Stephanus *Sagonen.* 521.35

A

T

TAncredus Scipio *Suanenſis*. 761.52.
Tantucius Hieronymus *Groſſetanus*. 696.53
Taruſius Saluſtius *Piſan.* 490.82
Tauriſius Franciſcus *Senen.* 581.76
Teſta Thomas *Suanen.* 757.39
de Tillis Jo. Laurentius *Burgen.* 202.17
Tornabonus Alphonſus *Burgen.* 200.4
Leonardus *Adiacen.* 496.28
Leonardus *Burgenſis*. 199.2
Nicolaus *Burgenſis*. 200.6
Philippus *Burgenſis*. 200.5
Toſa Lotharius *Florent.* 132.42
Turraminus Aſcanius *Groſſetanus*. 698.54

B

V

VAlentinus Petrus *Suan.* 762.59
de Vecchiis Carolus *Cluſin.* 654.64
Verde Robertus *Suanenſis*. 750.50
Vergeleſius Guidalaſtes *Piſtorienſis*. 303.27
Ugolinus Cæſar *Groſſet.* 699.57
Ugurgerius Rotlandus *Maſſa*. 718.31
Vicecomes Franciſcus *Piſan.* 434.52
Vicedominus Michael Carolus *Piſtorien.* 317.57
Villanius Villanus *Piſanus*. 394.47
Vincentiis Joannes *Piſtorienſis*. 305.34
Vitelleſcus Joannes *Florentinus*. 168.57.
Ularius Bartholomæus *Florentinus*. 159.61
Urſious Rayoaldus *Florentinus*. 181.64
Mathæus *Cluſin.* 642.36
Urſo Petrus *Maſſa*. 723.47
Urſus Antonius *Florentinus*. 134.43
Marcus Antooius *Feſulanus*. 253.30
Uſimbardus Uſimbardus *Collenſis*. 208.1

Z

ZAbarella Bartholomæus *Florentinus*. 171.59
Franciſcus *Florentinus*. 165.55
Zondodarius Alexander *Senen.* 584.83

IN-

INDEX
LOCUPLETISSIMUS RERUM
ET
MATERIARUM,
De quibus in hoc Tertio Tomo, & Opere ſit mentio.

A

ABBATIA de Septimo, cur ita nuncupata. 41. B
Abbatia S. Andreæ Florentiæ attributa Petro Primicerio. 50. B
Abbatiæ S. Matiæ Florentiæ fundatio ab Othone II. Imperatore, & Vvilla Comitiſſa. 35. A. & ſeq.
Abbatia Boni Solatii ædificatio 32. B
Ibidem in Hugone Comite miraculum. ibid. & ſeq.
Abbatiæ S. Andreæ inveſtituram accipit Berta Abbatiſſa ab Ardingo Florentino Epiſc. 25 C
Abbatiæ S. Petri confirmantur acquiſita, & donata. 103. C
Abbatiæ ſancti Bartholomæi de Feſulis privilegium. 243. C
Abbatiæ S. Michaelis de Piſis unitæ ordini Equitum S. Stephani ab Innocentio Papa Tertio confirmantur privilegia. 421. D
Abbatiæ Ss. Vincentii, & Anaſtaſii juriſdictio, & ditio in Maritima. 737. A
Abbati Ss. Vincentii, & Anaſtaſii trium Fontium promittitur ſolutio cenſus pro locis maritimis Orbetelli, Inſulæ Lilii, & Anſedoniæ. 740. C
Abbati Ss. Vincentii, & Anaſtaſii a Bonifacio Papa Octavo reſtituuntur jura Anſedoniæ, & Portus Herculis, privata Margharita Suanæ Domina. 744. C
Abbas cibos delicatos nauſeans ad appetentiam etiam vilium perbelle reductus. 457. C
Abſolutio Piſanorum ab excommunicatione, & Archiepiſcopatus eiſdem reſtitutio. 442. C. 58
Academia Piſana erigitur, itemque inſtauratur. 347. A
Academia Senenſis a Carolo Quarto privilegio munitur. 563. C
Academia Neapolitana a Federico Imperatore fundata. vide ſtudium.
Academiæ Piſanæ Henricus Septimus Imperator beneficus. 449. D
C Accurſius Gloſſator Bononiæ. 127. C
Acceſſus tutus datus accuſatoribus Epiſc. Florentini ad ſedem Apoſtolicam. 90. C
Adjacenſis civitas antiqua in Corſica exciſa, nova excitatur. 493 B
Adjacenſi Epiſcopo ſcribit Pontifex, ut inſtruendis populis Corſicæ a piratis exagitatis invigilet. 497. A
Albigenſium hæreſis expellitur Senis. 552 B
Alberrorum gens Abbatiam de Septimo Florentiæ ædificat. 34. 3
Aldibrandeſca gente Suanæ domina Gregorius Papa VII. prognatus. 733. B
A Alexandri Medices cædes. 5. B
Alexander Papa II. confirmat donationes factas monaſterio monialium de Florentia. 76. C
Alexandro Martio Medices Archiepiſcopo Florentino reformatorum ordines plures Florentiam inducti. 190 D
Alexander Martius Medices Archiepiſcopus Florentinus Magnorum Ducum ſponſalia, itemque funera eorundem celebrat. ibid.
S. Alexander Epiſcopus Feſulanus præfocatur in flumine pro defenſione jurium ſui Epiſcopatus 212. D
Alexandri Papæ Tertii plures epiſtolæ pro tollendo ſchiſmate, & ſervanda diſciplina ad canonicos Piſanos directæ. 401. B. & ſeq.
Alexandri Papæ Tertii Monachatus excutitur. 407. C
Alexander Papa Quintus eligitur Pontifex in Concilio Piſano. 465 B
Aleria civitas Corſicæ exciſa reſtituitur. 502. B
B Aleriam confluentibus ad habitandum, ut populo repleatur, Pontifex concedit indulgentias. ibid.
Alexander Papa III. conſecrat majorem Eccleſiam Senenſem. 547. B
Alexander Papa III. decimas, & oblationes diſtribuit particulari bulla extinguendæ litis gratia, quæ inter Epiſcopum, & capitulum Canonicorum Cluſinæ Eccleſiæ vertebatur. 629. C
Alexandro Perruccio Maſſenſi Epiſcopo excitatur celeberrimum monumentum ob benemerita erga Canonicos, quorum numerum auxerat, & Eccleſiam, palatiumque inſtauraverat. 731. C
Alexander Saulius optimi Epiſcopi vitam ducit. 505. D
Alphonſo Regi Caſtellæ in Imperatorem electo ab una tantum parte electorum Piſani adhærent. 435. B
Alphonſus Rex Caſtellæ agnitus a Piſanis pro Imperatore concedit diplomata conventionum eorum oratoribus. 436. C
C Alphonſus Cardinalis Petrucius conjurat in Leonem Papam X. 759. A
Alienatio bonorum donatorum Eccleſiæ Abbatiæ S. Mariæ de Florentia nominatim prohibetur. 39 A 40. C 42. D
Alienationis rei Eccleſiaſticæ licentia quomodo antiquitus concederetur. 127. C
Altovitæ familiæ antiquitas. & nobilitas. 256. D
Altovita Archiepiſcopus Florentinus exul ab Eccleſia magno populi concurſu recipitur. 188. C
Ambroſiana Eccleſia Florentiæ dedicata 8. D 13. D
Americus Hieroſolymitanus Rex exemptiones, ac domos concedit Piſanis in Terra ſancta, & Ægypto. 406. A

Americus Veſpuccius Americam detegit. 181.C
Amiatini monaſterii ſundatio a Rege Rachi, 589. A
Amiatino monaſterio ſecuritas, & quies reddita. 630. C
Andreas Bondelmontius Archiepiſcopus Florentinus Eccleſiam a penſionibus preſſam liberat, & ædes Archiepiſcopales ædificat. 188.A
S. Andreas Corſinus invitus, & latens ad Epiſcopatum provehitur, ejus vitæ compendium, mors, & tumulus adſeruntur. 254. C.D
Andreas Caſalius Bononienſis, ſeu miro fortunæ ludo creditus mortuus, ſeu alter ejus perſonam ſimulans ad triremes damnatur. 730. B
Anaſtaſiæ Virginis, & martyris corpus Piſis delatum. 368.C
Anaſtaſii Papæ privilegium Piſanis conceſſum, 395. C
Angelus Acciajolius Epiſcopus Florentinus prudentiſſimus inter tredecim Reipublicæ reformatores. 148. C
Angelus Ricaſolius ſponte cedit epiſcopatui Florentino variis civium perſecutionibus exagitatus. 155. D
Angelus Card. Acciajolius Ladislaum Regem coronat: pacem Romæ componit. 158.B
Angelus Politianus Florentiæ obiit, & tumulatur. 181. D
Fr. Angelus de Cataneis Diacetius, ex Epiſcopo Feſulano iterum monachus. 265. A
Animæ purgatorii qualiter viſæ a presbytero Piſano. 393. D
S. Anſanus inter primos, qui Chriſtianam fidem Senenſibus prædicarunt. 526. A
Anſedonia de juribus Abbatiæ SS. Vincentii, & Anaſtaſii de Urbe. 754. A
S. Antoninus eligitur Archiepiſcopus Florentinus. 172. C
S. Antonini ſcripta pulchro elogio commendantur a Pio II Item vita, & acta. ibid. C
S. Antonini corpus transfertur, & tumulus erigitur. 173. C
S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus pauperrimus deceſſit. ib.
Antonius Card. Puccius, magnus miniſter Clem. Papæ VII obſes datur Imperialibus. 309.B
Antonius Epiſcopus Cluſinas deponitur, quia adhæret Gregorio Papæ XII. 642.B
Antiochiæ, & Aſcalonæ Principes concedunt Piſanis domos, & fundos pro profectione in Orientem. 398. A
Antiochiæ expugnatio. 541. A
Antiqua monumenta civitatis Senarum. 524 B
Antichriſtum natum eſſe aſſerens Raynerius Epiſcopus Florentinus a Paſchali II. reprehenditur, 77. C
Annulus datur Abbatiſſæ S. Petri a recens electo Epiſcopo Florentino. 132. C
SS. Annunciatæ imaginis miracula, & templi ejuſdem chorographica deſcriptio. 118. D
SS. Annunciatæ templum Florentiæ quando conſtrui cœperit. ibid.
Anulus pronubus B. Virginis quomodo Cluſium delatus. 645. D
Anulus pronubus B. Virginis Cluſinis furto ſublatus. ibid.
Anulus pronubus furto Cluſinis ablatus, Peruſinis, qui eam receperant, adjudicatus. 746. A
Anulorum uſus, & ritus. ibid.
SS. Apoſtolis uſque ad tempora Caroli Magni dicata fuit Eccleſia Florentiæ. 25. A
Apparitio ſanctiſſimæ Triadis in Amiatina regione. 587. B
Apollonius Maſſainus vir clarus efficit, ut Orbetellum, Anſedonia, & alia oppida concedantur ab Abbate Trium Fontium, Reipublicæ Senenſi. 734. A
Archiepiſcopatus Magdeburgenſis erigitur a Joanne Papa IX. in concilio Ravennaten. 34.B
Archiepiſcopo Florentino tradita facultas legitimandi, doctorandi, ac equites creandi. 183. C
Archiepiſcopatus Piſani erectio. 369. D & 389.D
Archiepiſcopo Piſano Corſicæ Eccleſiæ auferuntur, & commutantur pro bono pacis inter Ianuenſes, & Piſanos. 347. D.
Archiepiſcopus Piſanus orator pro gratiarum actione. 443. C.
Archiepiſcopatu Senenſi dimiſſo Tauruſius tedit ad Oratorij congregationem. 581. B.
Ardinghi Epiſc. Florentini patria quæ fuerit, diſcutitur. 108. D.
Ardinghus Epiſcopus Florentinus mittitur legatus a Gregorio Papa ad Federicum Imperatorem. 117. A.
Aſcanius Piccolomineus Archiepiſcopus Senarum plura ſcripſit. 580.D
Aſſiſienſis Marcus canonicus præficitur a Pontifice Epiſcopatui Suanenſi irritis declaratis aliorum electionibus. 742 B
Ava Magdeburgenſis fundatrix monaſterij S. Benedicti Senenſis. 527. A

B

B. Balduinus Archiepiſcopus Piſanus P. Cardin. ex ord. Ciſtercien. purgatorij flammis cruciatur 393. D.
B. Balduini Archiepiſcopi Piſani hiſtoria, & revelatio. ibid.
Balnei Card. laudes, & genus laudatum. 234. B
Baptiſmalis Eccleſiæ in diœceſi Feſulana inſtitutio. 245. B
Bariola Coraria vidit filium, fratrem, & nepotem Romanos Pontifices. 569. D
Baronij ſcriptum de ſepulchro Marchionis Vgonis erroneum demonſtratur. 45. A
Fr. Bartholomæus Amerinus Nicolai IV. Vrbis vicarius. 664. A
Fr. Bartholomæus Amerinus Epiſcopus Groſſetanus Conſtantinopolim mittitur a Nicolao III. pro vnione Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ. ibid. B
Baſileenſis concilij decreto Epiſcopus Groſſetanus ex Epiſcopatu detruſus. 671. B
Beatricis matris comitiſſæ Mathildæ obitus, & monumentum in Piſana maiori Eccleſia. 363. B
Bellum Maioricenſe. 373. A
Belli ſacri Hieroſolymitani expeditio. 371. A
Bella inter Ianuenſes, & Piſanos pro iure metropolitano Corſicæ. 381. C
Belli Vngarici contra Turcas miſerabilis finis. 679. C.
Benedictus Varchius hiſtoriæ Florentinæ ſcriptor. 130. D.
Benedictus Papa Octavus mandat conſecrare Eccleſias monaſterij Montis Amiati. 623. B
Benedictionem Pontificiam expoſcit abſente Pontifice, quaſi tunc foret ex hac vita tranſiturus Ioannes Card. Mediceus licet ſanus eſſet. 485. B
Bonettus Card. plures Eccleſias habuit, quas nunquam vidit. 463. A
Bernardi Gherardini Vexilliferi Reipublicæ Florentinæ alloquium cum Pio Papa Secundo pro obtinenda Archipiſcopatus erectione in civitate Florentina. 174. A
S. Bernardinus Senenſis plures Epiſcopatus recuſat. 572. A
S. Bernardinus Senenſis originarius Maſſæ. 702. B
Bernardinus Maffeius inter maximas occupationes Ciceronianis epiſtolis, & alijs operibus animum addcit. 727. B
Berengarij Regis donatio Cathedrali Florentinæ 28. A
Berta de Bardis monialis inſignis. 70 D
Bethleemitæ Syriæ Epiſcopo conditur Eccleſia in territorio Piſano 414. A
Bibliotheca magno ſumptu coempta a Tornabono Epiſcopo ab hæredibus miſere diſtrahitur. 200. B.

Biblio-

Bibliotheca Pii Papæ Secundi Senis abſque libris. 527. B.
Boccacii obitus, & tumulus. 156.D
Ejus opera obfuere Reipublicæ Chriſtianæ ſæpe, profuere nunquam. 157.A
Bohemundus Antiocheuus Dux Piſanis Laodiceæ domos, & fundos dat pro libera negotiatione 406. D.
Bohemus Juliani Cardinalis Cæſarini opera ab hæreſi revocatus. 676.D
Bolognettus Card. in itinere procreaudo Pontifice arrepto obiit. 729.A
B. Bonagiuntæ Servitæ obitus. 120. D
Bonarotæ Architecti obitus. 189.A
B.Bonaventuræ de Ptolomæis obitus. 563.A
Bonfilius Senenſis Epiſcopus vir egregius Albigenſium hæreſim tollit ad expeditionem cruceſignatorum in Terra ſancta mittitur. 552.B
Bonifacius Guiccius ductor Expeditionis Senenſium in Terram ſanctam. 540.D
Borromeæ ſamiliæ patria S. Miniatum recenſetur. 269 C.
Bulgarorum legati Romam adducti. 709.C
Bulla erectionis in civitatem Cathedralem Burgi S. Sepulchri 195.D.Collis 205.A.S.Miniati.269.C.
Bulla Joan.XX.confirmationis bonorum Eccleſiæ, & canonicis Piſanis. 356.C.
Bullæ confirmationis bonorum canonicis Piſanis Victoris Secundi,& Alexandri II. 359. B.& D
Bulla Innocentii Secundi confirmationis privilegiorum, & bonorum Eccleſiæ Piſanæ. 388. A
Bulla cruciatæ Joannis XXII. 451.D
Bulla erectionis Archiepiſcopatus Seneo. 575.C
Bulla Honorii Secundi reſtitutionis juris metropolitici Corſicæ Piſanis. 382.A
Bulla Innocentii Papæ II. privilegiorum Eccleſiæ Piſtorienſis. 294. A
Bulla indulgentiarum conceſſarum Eccleſiæ Piſtorienſi ab Eugenio Papa Tertio. 298.C.
Bulla Honorii Papæ confirmationis privilegiorum Eccleſiæ Piſtorienſi. 301.C
Bulla Leonis Papæ IX.privilegiorum conceſſorum cœnobio S. Mariæ inſulæ Gurgonæ. 358.B
Bulla Victoris Papæ Secundi receptionis in protectionem Sedis Apoſtolicæ Canonicos Piſanos. 359. B.
Bulla Alexandri Papæ Secundi receptionis in protectionem Gerardum canonicum Piſanum. ibid. D
Bulla privilegiorum monaſterii S. Michaelis Piſani Gregorii Papæ VI. 361.B
Bulla Gregorii Papæ Septimi receptionis in protectionem monaſt. S.Zenonis Piſanum. 364.D
Bulla Urbani Papæ II. conceſſionis Inſulæ Corſicæ Epiſcopis Piſanis. 369.A
Bulla Archiepiſcopatus Piſani Urbani Papæ Secundi. 369.D
Bulla Gellaſii Papæ II. conceſſa monachis monaſterii inſulæ montis Chriſti. 379.D
Bulla Honorii Papæ Tertii confirmationis juris metropolitici Piſani Archiepiſcopi cum recenſione cauſæ. 382.A
Bulla Innocentii II. privilegii conceſſi Uberto Archiepiſcopo Piſano. 388 A
Bulla Innocentii Papæ II. conceſſionis Primatus Sardiniæ, & Corſicæ Archiep.Piſanis. 389.D
Bulla Anaſtaſii Papæ IV. conceſſionis confirmationis privilegiorum canonicis Piſanis. 395.C
Bulla Adriani Papæ conceſſa Leoni Archipresb. Piſano. 397.C
Bullæ Alexand. PP. III. ad Piſanos contra Federicum Imp. 401. B. uſque ad 405.C
Bulla Innoc.Papæ Tertii confirmationis privilegiorum conceſſorum a Cœleſtino Papa Tertio Piſanis. 409.A
Bulla, vide privilegium, & confirmatio.
Bulla Innocentii Papæ Tertii confirmationis Archiepiſcopatus Piſani. ibid.
Bulla Cœleſtini Papæ Tertii confirmationis donat. factæ Piſanis a Conrado, & a Regibus Hieroſolymitanis. 417.I
Bulla Innocentii Papæ Tertii confirmationis, & conceſſionis privilegiorum Abbatiæ S.Michaeli de Piſis. 421.
Bulla Alexandri Papæ IV. privilegiorum prioris & frat.hoſpitalis Spiritus ſancti Piſarum. 440.I
Bulla Greg.X.Papæ reſtitutionis Archiepiſcopatu Piſan. 442.I
Bulla Pii Papæ Secundi conceſſ. privil.canonicis P ſanis. 483.
Bulla Pii Papæ Secundi erectionis Archiepiſcopa tus Seneoſis. 575.
Bulla Bonifacii Papæ Octavi privationis Comitiſſ Suanæ ob alienationem feudorum Abbatiæ SS Vincentii & Anaſtaſii. 744.
Bulla Gregorii Papæ VII. conceſſionis privilegio rum monaſterio de Septimo. 83.
Bulla Leonis Papæ X.confirmationis privil.Archi piſcopi Florentini. 183.
Burgum S.Sepulchri an fuerit antiqua Bituigia, eju antiquitas & origo. 195.B. & ſeq
Burgum S. Sepulchri erigitur in civitatem Cath dralem a Leone X. ibid.I
Burgi S.Sepulchri Epiſcopatui noviter erecto datu in dotem Abbatia Camaldulen.commendata Gi leotto Gratiano primo Epiſc. ibi

C

CAdaver Epiſcopi Senenſis ſequeſtratur a cred toribus, a patre redimitur. 566 I
Cadaver Raphaelis Card. Petruccii male habitum 726. A.
Calix ſanguine aſperſus Florentiæ reperitur poſt ſa crificium peractum a ſene, qui illum neglexera pelluere, & abſtergere purificatore. 111.I
Camaldulenſe monaſterium ſanctimonialium reci pitur ſub protectione ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Paſchali PP.II. 86.
Camaldulenſi monaſterio ſanctimonialium ab Hen rico IV.Imperatore, & aliis conceduntur privi legia. ibid
Canonici Cathedralium omnes ſub regulari inſtitu to prius vivebant. 69.
Canonicis Florentinis ad hoc ut regulariter vivan Raynerius Epiſcopus donat plebem S. Stephan in pane. 84.
Canonicis Florentinis Epiſcopus plura largitur 109. A
Canes, & equos qui primus ex Cardinalibus aluerit ex redditibus eccleſiaſticis. 171.I
Canonici Cathedralium prius in communi vivebant, & in uno dormitorio dormiebant ſimul. 109.A
Canonicorum Florentinæ Cathedralis conſtitutiones confirmantur a Gregorio Papa IX. 111.A
Canonicis Feſulanis Epiſc.multa donat ad hoc, ut in communi vitam ducant. 215.B
Canonicorum conſenſus quomodo ſuppletus in conceſſione facta alteri Eccleſiæ. 251.B
Canonici Piſani regularis inſtituti in communi vivebant, & ut melius divino cultui vacent, ditantur donationibus ab Epiſcopo. 352.D
Canonicis Piſanis plura conceduntur ab Anaſtaſio Papa, & præcipue electio canonicorum. 395.C
Canonicum fieri mandat etiam ultra numerum Innocentius Papa IV. Albertum de ſede Apoſtolica bene meritum. 433.C
Canonicorum Piſanorum veſtes rubeæ. 483.D
Canonicorum antiquus habitus. 559 C
Canonicorum abſentia ab Eccleſia ad tres menſes permiſſa. 560.B.
Canonici inſervientes Pontifici, ſeu Cardinalibus eximuntur a ſervitio Eccleſiæ. ibid.
Capitulis Canonicorum Cathedralium Italiæ fuit ſublata facultas eligendi Epiſcopos. 140.D
Capituli canonicorum Senen. ſtatuta confirmantur ab Alexandro Papa IV. 158.B.

Cap-

Digitized by Google

Capponia gena feudum a Maſſeoſi Epiſcopo recipit. 719.B
Cardinalis legatus, ne juſtitia violaretur, reſtituit equum ſibi dono datum in itinere egeno Epiſcopo Florentino, qui pro lite poſtea ad eum venerat. 94.A
Cardinales militiæ dediti parum feliciter dies ſuos clauſere. 169.C.171.A
Cardinalatum ſibi augurans ex ſpontanea Pontificis voluntate illum ad Archiepiſcopatum Florentinum promoventis Orlandus Bonatlius ſecuta Cardinalium promotione mœtore obiit 179. A.B
Cardinalis Carpenſis in ſucceſſione Epiſcopatus imparem ſe aſſerit probitati Martelli Epiſcopi. 263.C.
Cardinalis Pandulphinus ita ſenex creatus fuit Cardinalis, ut propterea tumuli honor appellatus fuerit. 307.D
Cardinales captivi ad Piſanam civitatem a Federico ducuntur. 346.B
Cardinalis qui cœpit alere equos, & canes ex redditibus eccleſiaſticis. 171.A
Cardinales duo, & Prælati proficiſcentes ad concilium juſſu Federici Imperatoris detinentur. 438.C
Cardinalis Bonettua ſuæ familiæ reſtitutus pro Brancacio prius apud Ciaconium. 463.D
Cardinalis Fregoſius cardinalatu, & aliis eccleſiaſticis bonis aliàs exutus reſtituitur. 995.B
Cardinalatum renunciat Ardicinus della Porta, & monachus efficitur. 504.C
Cardinalis Caſious vir egregius, ex qua patria oriundus. 571.C
Carolus Magnus reſtituit civitatem Florentinam. 5. A
Carolus Magnus plures Eccleſias ædificat. 25.A
Carolus Antonius Puteus Archiepiſcopus Piſanus, vir ſummis virtutibus præditus. 489.B
Carolus IV. Imp. Senenſem academiam privilegio donat. 563.C
Carolus V. Imperator Florentinam urbem ingreditur, honorificentiſſime excipitur, adventus monumentum apponitur. 186.D
Calinenſibus monachis Piſis monaſterium conceditur. 380.C
Catharina Riccia monialis inſignis ſanctitatis. 478.C
Cœleſtinus Papa III. confirmat Piſanis conceſſiones Regum Hieroſolymitanorum. 417.B
Chriſtiana fides Senenſibus prædicatur. 526.A
Chriſtophori Landucci viri ſanctimonia clari obitus. 578.C
Chriſtianæ Lotharingiæ Magnæ Hetruriæ Duciſſæ pietas. 190.D
Ciſtercienſes acciti ad Urbem Florentinam ab Epiſcopo illis donatur monaſterium de Septimo. 114. C
Ciſtercienſibus datur confirmatio Apoſtolica conceſſionis monaſterii de Septimo, & aliarum donationum. ibid.D
Ciſtercienſis Ordinis primus Cardinalis. 392.D
Ciſtercienſis ordo in monaſterio Amiatino introductus. Reliqua vide ordo Ciſtercienſis. 633.A
Clerus Florentinus armatur ab Epiſcopo ad defenſionem Urbis contra Henricum Imperatorem. 134.B
Clericis Florentinis ſcribit Paſchalis Papa II. ad eos revocandos ad priſtinum cultum ſacrorum. 88.C
Cleri Piſani deſcriptio, & habitus eccleſiaſticus. 348.B.
Clerici, & presbyteri cruciatæ inſervientes gaudent exemptionibus, ac ſub immediata protectione S. Sedis Apoſt. exiſtunt. 456.B
Clemens Septimus ante Pontificatum Epiſcopus Florentinus. 183 C
Cluſinæ civitatis ſitus, conditores, & antiquitas. 585.B
Clutium Camer. prius dictum. ibid.
Cluſium Tuſciæ totius primaria Urbs, & Sedes. ibid.
Cluſium ex præpotenti Regia civitate, hodie fere Vicus. ibid.
Coadiutores duo cum futura ſucceſſione dati deceſſerunt ante coadiutum. 579.D
Commiſſiones Apoſtolicæ datæ contra Epiſcopum Florentinum pro recuperatione pecuniarum ab eo collectarum, nomine ſubſidii Terræ ſanctæ, & diſpenſarum. 142.C
Collenſis civitatis in Hetruria deſcriptio. 203.B
Collis ex ruina oppidi Gracchiani ædificatur; ejus antiquitas deſcripta. ibid.
Collis erigitur in civitatem Epiſcopalem a Clem. Papa VIII. 205.A
Collis fidem Chriſti a S. Martiale ſuſcipit. 203.C.D
Cognomina antiquarum familiarum Romanæ Urbis. 735.C

Sacra Concilia in opere recenſita.

Concilium Chalcedonenſe. 528.A
Concil. Conſtantinopolitanum ſub Anaſtaſio Papa anno 555. 512.C
Conc. Romanum contra Novatum Hæreſiarcham. 10.B
Conc. Romanum ſub Eugenio Papa II. 25.B.214. A. 352.A
Conc ſub Melchiade Papa anno 313. 351. C. & 527.B
Conc. Rom. anno 1059. 235.A
Synodus, ſeu conc. ſub Agathone Papa anno 680. 351. D. 528. B
Conc. Rom. ſub Nicolao Papa II. 540.A
Conc. Vaſtallenſe ſub Paſchali Papa II. 540.D
Conc. Lateranenſe ſub Alexandro Papa III. 633.B
Conc. ſeu ſynodus Romana ſub Gregorio Magno 661.A
Conc. ſub Martino Papa Primo. 661.A.
Conc. Romanum. 661.A
Conc. ſeu ſynodus Romana ſub Benedicto Papa Octavo. 661.B
Conc. Baſileenſe ſub Martino V. 671.B
Conc. Conſtantinopolit. anno 680. 734.B
Conc. Rom. anno 853. ibid.
Conc. ſeu ſynodus Romana ſub Adriano Papa II. anno 871. ibid.C
Conc. Rom. ſub Benedicto anno 1015. ibid.
Conc. Lateranenſe ſub Alexandro papa Tertio anno 1179 736.B
Conc. Rom. contra Huſſitas incipitur anno 1413. 753.A
Conc. Florentinum Anno 1104. 77.C
Conc. Piſanum anno 1409. 465.A.165.B
Conc. Conſtantienſe. 165. D.& 306.C.464.B
Conc. Florentinum anno 1438. 170.D
Conc. Roman. ſub Joanne papa Nono anno 968. 354.C
Conc. Romæ indicitur ab Innocentio papa Quarto. 438.C
Conc. Tridentinum. 496.D
Conciliabulum Romanum, depoſitionis Joannis Duodecimi. 734.C
Conc. Romanum. 540.B
Conc. Senis inchoatur ex decreto Martini papæ V. 571.D
Conc. Baſileenſe mittit Æneam Sylvium Piccolomineum, poſtea Pium Papam II. ad Reges Angliæ. & Scotiæ. 574 D
Conc. Florentinum fuit 340 Epiſcoporum. 77 C
Conc. Florentini monumentum ſub Eugenio papa IV. celebrati. 170.D
Conc. Piſanum tempore Innocentii papæ II. celebratum, præſente ſancto Bernardo Abbate. 389.C
Concilium Piſanum deponit e Pontificatu Greg. XII. & Benedictum Antipapam, & elegit Alexandrum V. 465.B
Concilium Piſanum an fuerit canonicum excutitur 477.A

Con-

Concilii Piſani ſeries Epiſcoporum, & Patrum. 465.D
Conciliabuli Piſani diſſolutio. 481.C
Concilium Senis celebratur, ubi eligitur Nicolaus papa Secundus. 540.A
Concilium Senis inchoatur a Martino papa V. diſſenſione patrum diſſolvitur. 571.D
Concilii Florentini convocatio, & acta. 677.A
Concilii Florentini ſeſſionis ordo in concluſione, & celebratione Miſſæ, & peracto. ibid.D
Confirmatio Abbatiſſæ S. Andreæ Florentiæ de anno 876. 27.A
Confirmatio Benedicti papæ IX. conceſſa canonicis Florentinis donationum, & conceſſionum factarum ab Epiſcopo Florentino, & aliis, & domus canonicalis. 56.A
Confirmatio donationis factæ canonicis Florentinis ab Athone Epiſcopo. 53.D
Confirmatio Athonis Epiſcopi Florentini donationum factarum monaſterio S.Miniati. 58.A
Confirmatio omnium donationum factarum monaſterio ſanctimonialium S. Petri de Florentia anno 1073. a Raynerio Epiſcopo Florentino. 77.D
Confirmatio, & receptio in protectionem ſedis Apoſtolicæ conceſſa a Gregorio papa VII. canonicis S. Joannis Florentiæ. 79.D
Confirmatio, & largitio privilegiorum conceſſorum a Paſchali papa II. monaſterio S. Mariæ de Florentia. 88.D
Confirmatio largitionum factarum monaſt. S. Thomæ de Capraria. 91.B
Confirmatio Ambroſii Epiſcopi Florentini donationum factarum Abbatiæ S. Petri Majoris. 96.A
Confirmatio donatorum Abbatiæ S. Salvii. 98.B
Confirmatio largitionum conceſſa monaſterio S. Mariæ Boniſolatij de Florentia a Cœleſtino papa III. 104.B.
Coniuratio in Mediceos a Franciſco Saluiato, Iacobo Pactio, & alijs Florentinis. 479.D
Conradus Imperator confirmat donationes factas, & ampliat largitiones monaſterio ſancti Miniati. 60.B
Conradus Imperator, precibus trium ſanctorum virorum concedit privilegium confirmationis bonorum Balduino Archiepiſc. Piſano. 391.A
Conradino adhærent Piſani contra Carolum Andegavenſem. 442.C
Conradi Imperatoris donatio facta Eccleſiæ Feſulanæ. 224.A
Conſecratio Piſani templi. 377.C
Conſecratio primarii templi Florentini Archiepiſcoporum Cathedralis. 186 D
Conſecratio divinitus facta a S. Clemente papa eccleſiæ S. Petri Piſarum. 347.B
Conſecrationes Eccleſiarum monaſterij Montis Amiati ab Epiſcopo Cluſino recuſatæ decernuntur a Pont. & Imp. 623.B
Conſtantinopolis a Gallis expugnata. 417.D
Conſtantinopoli plura Piſanis conceduntur a legatis Apoſtolicis. ibi.
Conſtantinopolitani Imperij amiſſio cauſata ab infelice exitu belli Ungarici. 679.D
Conſtitutiones Magalottæ contra exules. 650.A
Conſtitutiones, & reformationes Eccleſiæ Senen. confirmantur. 558.B
SS. Corporis Chriſti ſacramentum decenter ferebatur in bello Vngarico. 679.A
Corſinus Cardinalis legationem Apoſtolicam optime obit, privilegio ab Imperatore donatur, & efficitur Princeps Imperii. 151.A
Corſinus Cardinalis adhæret Antipapæ Clementi VII. ideo ab Vrbano VI. Cardinalatu privatur. 152.D
Corſinæ familiæ viri illuſtres. 155.B
Corſicæ primatus auſertur a Piſanis. 347.D
Corſica, & Sardinia, quomodo a Romano Pontifice conceſſæ fuerint Piſanis. ibi. & 349.B
Corſicæ inſulæ cura demandata fuit a Greg. VII. Landulpho Epiſcopo Piſano, ut jura, & redditus pro ſede Apoſtolica exigeret ab illis, qui excuſſo ejus dominio renuebant. 361.A
A Corſicæ Inſulæ Regnum Piſani ſub cenſu tribuitur ab Vrbano papa II. 369.A
Corſicæ juriſdictio Archiepiſcopo Piſano ſuſpenſa in Epiſcopos ſuffraganeos in concilio cognoſcitur. 381.C.D
Corſicæ jus Metropoliticum Honorius papa Secundus cauſa cognita reſtituit Archiepiſcopo Piſano. ibid D.
Corſica cur Piſanis a ſede Apoſt. data. Ibid.
Corſica inſula fidem Chriſti recepit ab ipſis primis Apoſtolorum temporibus. 301 D
Coſmus Medices Alexandro interempto ſuffectus in dominio, e Duce Reipub. Florentinæ. 5.B
Coſmus Medices ſubegit Senenſem Rempublicam anno 1536. ibid.
Coſmus Medices Pater Patriæ dictus poſt obitum, tumulatus in æde ſacra Divi Laurentii. 179.D
Cruciatæ bulla Joannis PP. XXII. 451.D
B Cruce ſignati, & eorum hæredes ad quæ teneantur ex acquiſitis. 454.A. & ſeq.
SS. Crucifixi indulgentiæ. 453.D
Cornubiæ comes Richardus Regis Angliæ frater ab una electorum parte Imperator Romanorum electus. 435.A

D

DAntes, ſeu aliquid erogantes pro cruciata indulgentias conſequuntur. 453.D
Datus per errorem in albo Cardinalium adſcriptus ab auctore in additionibus Ciaconianis expungendus. 167.D
Dantes Poeta caput exulum Florentinorum procurat obſidionem ab Henrico contra Florentiam. 134.C
Dantis poetæ obitus, item tumulus. 140.C
B. David Abbas ord. Ciſtercien. diſcipulus S. Bernardi. 99.D.
C B. David Abbas Ciſtercienſis excutitur an fuerit patria Florentinus. ibi.
David Epiſcopus Suanenſis vir clarus, & ſanctus 741.B
Debita prædeceſſoris Epiſcopi, quomodo Papa ſolvi mandet per ſucceſſorem. 251 A
Decretales litteræ per ſummos Pontifices pluribus Epiſcopis Florentinis diriguntur. 9.C
Decretorum compilatio Laborantis Cardinalis 101.B
Decimæ Feſulanæ ad libellum datæ, ſeu Inveſtitæ 238.B
Decimæ eccleſiaſticæ pro Cruciata colligebantur 453.A
Decimæ, & oblationes, quomodo dividendæ inter Epiſcopum Cluſinum, & ſuæ Cathedralis capitulum. 629.A
Decimæ nonnullorum locorum Amiatino monaſterio attribuuntur ab Epiſcopo Cluſino. 630.C
Deus nemini adimit viam correctionis ad meliorem frugem. 605.D
D Deus non creavit homines ad hoc ut perirent 600.D
Deum velle omnes homines ſalvos fieri ex ſententia Theologica, quomodo in prædeſtinatione dictum hoc interpretetur. 607.C
Deus prædeſtinat bonos ad bonum, non malos ad malum. 608.B
Diabolus ex imprecatione matris puerum invadit. 16.D
Divino cultui reſtituendo Epiſcopus Piſanus donat canonicis ſuæ Eccleſiæ plura. 352.C
Donationis inſtrumentum Specioſi Epiſc. Eccleſiæ Florentinæ de anno 724. 20.C
Donationis inſtrumentum Caroli Magni Imperatoris factæ monaſterio S. Bartholomæi de Florentia. 22.B
Donationes factæ canonicis Florentinis Othone Imperatore regnante. 29.A
Item aliæ donationes. 34.C

Dona-

Donationes ſactæ pluribus locis piis ab Ugone Hetruriæ Marchione. 38. uſque ad 42
Donatio facta a Bonifacio Comite Abbatiæ S. Mariæ de Florentia. 45. D
Donationes Ildeprandi Epiſcopi Florentini factæ Eccleſiæ, & monaſterio S. Miniati. 47. & 48
Donatio caſtelli S. Petri facta ab Athone Epiſcopo canonicis Florentinis. 61. B
Donationes Ubertorum Abbatiæ S. Salvii de Florentia. 66. D. & 67. D
Donatio Tetbergæ matronæ facta canonicis Florentinis ſub regulari inſtituto viventibus. 69. D
S. Dominicus Florentiam inviſit. 106. B
Donatio Gerardi comitis facta canonicis Florentinis. 81. A
Donationes plures antiquæ factæ canonicis Florentinæ Eccleſiæ. 34. C
Donatio facta monaſterio de Septimo Florentiæ ab Ardingo Epiſcopo. 118. C
Donatio facta ab Antonio Urſo Abbatiæ de Septimo. 134. D
Donationis confirmatio facta olim a Zenobio Epiſcopo Feſulano canonicis ſuæ Eccleſiæ a Petro Epiſcopo ſucceſſore in dicta Eccl. 215. B
Donatio ab Othone Imperatore facta de Abbatia ſancti Saluatoris de Lima Feſulanæ Eccleſiæ, confirmatione Imperiali munitur. 218 B
Donatio Regembaldi Epiſcopi Feſulani facta canonicis pro cultu divino. 219. B
Donationis confirmatiu facta Eccleſiæ S. Gaudentii in Alpibus. 227 B
Donatio Comitiſſæ Mathildæ facta Eccleſiæ, & Epiſcopis Piſanis. 362. D
Donatio Archiepiſcopi Piſani, pro augmento cultus Divini facta canonicis Piſanis. 385. B
Donatio oppidorum facta capitulo canonicorum Piſanæ Eccleſiæ a Lanfrancho Cardinali. 387. A
S. Donati Epiſcopi Feſulani electio, vita, mors, & tumulus. 213. B & ſeqq.
Donatio pro monaſterio S. Eugenij Senenſis. 528. C
Donus dei Malvolta Epiſcopus Senenſis plura opera pia perfecit. 562. C
Donatio Raynerij Epiſcopi Senenſis monaſterio S. Frigidiani Lucenſi. 544. A
Donatio Conradi Imperatoris monaſterio Amiatino. 624. C
Donatio caſtri de le Tre Caſe facta a D. Iulita filia comitis Coſentini, & eius viro Eccleſiæ Cathedrali Populoniæ. 710. B
Donatio, vide inſtumentum Donationis, & largitio.

E

Eccleſiæ S. Felicitatis Florentiæ conſecratio, & fundatio. 71 D.
Eccleſia S. Fedriani Florentinæ urbis tribuitur Abbatiæ de Septimo. 106. D
Eccleſiaſtici pro reſtauratione muri civitatis a Ioanne Papa XXII. in Florentina civitate contributionibus obnoxii declarantur. 141 C
Eccleſiaſticæ ditioni plura recuperat Antonius Puccius. 309. A
Eccleſiæ obnoxiæ, & iuriſdictioni Piſani Archiepiſcopi ſubiectæ ad ingentem numerum aſcendunt. 348. D
Eccleſia Piſana ædificatur ex ſpoliis Saracenorum 360. B D
Eccleſia Piſana abHenrico IV. Imp. recipitur in protectionem. 376. B
Eccleſia Piſana conſecratur a Gelaſio II. Pontif. 377. B
Eccleſiaſtici civilibus ſeditionibus involui non debent. 392. D
Eccleſia S. Antonij Senarum a S. Donato conſecrata. 527. C
Electio Italorum Epiſcoporum a Ioanne XXII. ſublata. 666. D
A Electio ſeditioſa parochi S. Apollinaris Florentiæ ab Epiſcopo compeſcitur. 107. C
Electio Epiſcopi Florentini demandata Cardinal. Vbaldino. 121. B
Electionis Epiſc. facultas Italiæ capitulis ſublata ob contentiones, & diſſidia illis durantibus 140. D
Electiones plurium Epiſcoporum Feſulanorum a Papa abrogantur, & nullæ dicuntur. 252. C
Electio Epiſcopi Piſtorienſis niſi fiat a Capitulo intra octo dies a Pontifice demandatur Epiſcopo Mutinenſi. 303. B
Electiones plures Epiſcoporum Suancuſium irritatæ. 742. B
Electio Alex. Papæ V. facta a Conc. Piſano. 465. A
Electio Æneæ Silvij Piccolominei in Epiſcopum Senenſem, poſt quem ad Pontificatum Pius II. dictus. 574. A
Æneæ Silvij Pij Papæ II. egregia plura facta recenſentur. 574. A
B Æneas Silvius laurea corona ab Imperatore donatus. ibid.
Epiſcopis Florentinis Lambertus Imperator donat terras. 27. C
Epiſcoporum proprium munus eſt, non ſolum prædicare, ſed & fructificare, eleemoſynas diſtribuere pauperibus. 75. B
Epiſcopus Florentinus, qui plura auxilia receperat ab Abb. S. Salvii dat diploma proteſtationis non prætenſurum in poſterum vigore alicujus conſuetudinis. 95. A
Epiſcopatus Florentini miniſterium ſede vacante quo ab bona temporalia certis familijs attributum fuit. 108. C
Epiſcoporum electio vide electio.
Epiſcopus Florentinus diſpergit in pauperes nedum ſua ſed & collecta pro cruciata. 142. B
Epiſcopus Florentinus cogitur a Bonifacio Papa dimittere pinguem Eccleſiam pro modica 160. D
C Epiſcopatus Burgi S. Sepulchri erectionis bulla. 195. D
Epiſcopus Feſulanus carnalibus intentus, & bona Eccleſiæ diſſipans coercetur epiſtola Honorij Papæ Tertij. 249. B
Epiſcopatui Piſtorienſi præficitur Hermannus Fulginas. 304. D
Epiſcopus ab monachatum redit. 305. D
Epiſcoporum Patrum, ac Cardinalium ſeries, qui Concilio Piſano electionis Alexandri Papæ V. interiuere. 465. D
Epiſcopatus Senenſis novæ, & veteris manſiones. 526. D
Epiſcopus Senenſis impie obtruncatur ad altare ſacra faciens. 561. B
Epiſcopus magna lætitia exceptus plura debita contraxit, mox defunctus, cadaver eius a creditoribus ſequeſtratur. 566. D
Epiſcopus Cluſinus donat decimas ſuarum rerum monaſterio montis Amiati. 616. C
D Epiſcopus epulum celebrans prima die Quadrageſimæ ira Dei miraculoſe ſtatim apoplexia plectitur. 626 B
Epiſtola Abbatis monaſterii, mõtis Amiati, in qua recenſentur privilegia ſui monaſterii. 619. D
Epiſtola Athonis Epiſcopi Florentini ſcripta pro confirmatione domus Canonicalis Florentinæ 53. D
Epiſtola Gregorii Papæ IX. ſcripta Epiſcopo Florentino ſuper extirpatione hæreſis. 112. B
Epiſtolæ Innocentii Papæ IV. ad Florentinos pro pace inter Guelfos, & Ghibellinos. 124. D
Epiſtolæ Innocentii Papæ IV. ad Epiſcopum Florentinum contra Federicum Imperatorem, & ſequaces. 122. A
Epiſtola Gregorii Papæ Feſulano Clero data, eo quod non acquieſcebat iudicio ſedis Apoſtolicæ de eorum Epiſcopo. 235. B
Equitum ſancti Stephani Ordo militiæ Piſis fun-

data. 350.D
Erectio in Cathedralem civitatem oppidum S.Miniati. 269.C
Erectio Archiepiſcopatus Senenſis 575.C
Erectio Cathedralis, & Epiſcopatus Collenſis. 205. A
Ætatis 17.annorum Honuphrius præficitur Archiepiſcopatui Piſano. 482. A
adiuncto ei ſuffraganeo. ibid.
Etruriæ marchionem, & dominum è domo comitiſſæ Mathildæ ſe nuncupat dux Spoletanus. 399. B
Etruriæ ſeptimę Italiæ provinciæ fines. 1. A
Etruriæ imperium inter fluvios Tiberim, & Macram a Gallis redactum. 1. A
Eugenius Papa IV. Florentię moratur, & Eccleſiam per ſe adminiſtrat, beneficia plura clero & civitati confert. 168.B
Eugenius Papa IV. conſecrat Eccleſiam Metropolitanam Florentinam. 170. A
Eugenius Papa IV. ſcribit litteras commendatitias Reipublicæ Senenſi pro Alexio Cæſareo ab Epiſcopatum Cluſinum aſſumptum. 644. A
Eugenius Papa Quartus Græcis profectis ad Concilium Florentinum ſumptus ſubminiſtrat. 677. A
Eugenius Papa Quartus duos Cardinales Græcos creavit poſt unionem Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ in Concilio Florentino. 678.C
Eugenius Papa Quartus mittit B. Io. a Capeſtrano, & Cardinalem Cęſarinum ad bellum Vngaricum contra Turcas. 678. D
Excommunicantur Piſani, eo quod adhęrent Conradino contra Carolum Andegavenſem. 442. C
Excommunicandum cenſet divus Bernardus licet bonum Calaritanum Iudicem, qui in alio deliquit. 394 D
Exemptio monaſterii de Saſſo Lsterone conceſſa ab Eugenio Papa Tertio. 728. C
Expeditionem in Oriente Ioannes XXII. Papa procurat pro ſubſidio Terræ ſanctæ. 451. D
Expugnationem urbis Majoricę acri certamine præcedenti completam egregijs factis. 373. A & ſeqq.

F

FEdericus Imp. ordinat Archiepiſcopum Piſanum, & eijcit è ſede Villanum verum Archiepiſcopum. 401.C
Federici Imperat. privilegia Eccleſiæ Piſanæ. 410. D & 412. B
Federico Æneobarbo Piſani adhærente, proinde a Pontifice excommunicantur. 442.C
Federicus Secundus confirmat Monachis Ciſtercien. Abbatiam montis Amiati. 635.A
Ferdinandus Cardinalis Ponzettus ab exercitu Imperiali ſub Borbonio aſino impoſitus per Vrbem ductus plurima bona magno ſtudio acquiſita amittit. 691. A
Feſulæ deſtruuntur a Florentinis, ut cives Florentiam migrent. 211.B
Feſulis primus Epiſcopus datur S. Romulus. ibid C
Feſulanis in ruinis plura palatia, & Cœnobia ibid.
Feſulanæ civitatis deſcriptio. ibid. Eius antiquitas. ibid.
Feſulanę civitatis plures SS. Epiſcopi ibid.
Feſulanæ Eccleſiæ a Vidone Rege plura bona impertiuntur. 214. A
Feſulanæ civitatis excidio una tantum Cathedralis ſupereſt. 220.B
Feſulanus Epiſcopus favet primitivæ origini Ordinis Valliſumbroſæ. 220. C
Feſulanæ cathedralis translatio. 224. A
Feſulani canonici vide canonici, & officium divinum.
Feſulano Epiſcopatui confirmantur donata, & largita a Paſchale II. 237.A
Feſulanæ Eccleſiæ confirmantur monaſteria, & bona ab Innocentio II. & Cæleſtino II. 241. A & 242. C & Anaſtaſio IV. 244. D
Feſulana Cathedralis transferri tentatur in agrum Figlinenſē Florentinis reſiſtentibus. 258. B & ſe.
Feſulano Epiſcopo attribuitur pro reſidentia Eccleſia S. Marci in campo Florentino. 251 C
Feſulanus Epiſcopus ius dicit ſuis apud Eccleſiam S. Mariæ in campo Florentino. 252. A
Feſulanus ager militibus diviſus. 4. A
Feſulanus, & Florentinus populus in unum coeunt. 5. A
Florentia in Hetruria paret magnis Ducibus, eorum ſedes, & metropolis. 3. A
Florentia ex ruinis Feſulani ædificata, eius deſcriptio. 5. A
Florentia ex Feſulanis ruinis creſcit. 46.D
Florentia unde dicta. 3. B & ſeqq.
Florentię conditorum opinio diſcutitur. ibid.
Florentia Romanorum colonia. 4.A
Florentię ad inſtar Vrbis templa, & Capitolium ædificantur. ibid. B
Florentiæ inſignia. ibid.
Florentia a Totila fere deſtruitur. 5. A
Florentia a Carolo magno reſtituta. ibid.
Florentia excuſſo iugo Germanorum Imperatorum, Vexillifero, & Dictatore in Reipublicę formam regi cœpta. ibid. B
Florentia pluribus civitatibus Hetruriæ devictis imperare cœpit. ibid.
Florentia ſub ducibus Mediceis anno 1530. ibid.
Florentinæ Vrbis hiſtorias qui fuſe deſcripſerint. ibid. C
Florentinæ vrbis Epigrammata. 6.A
Florentinorum Laus a Bonifacio VIII. prolata ibid. B
Florentia inſignibus viris, & familijs nobilibus referta. ibid. C
Florentia multos viros elegantia verborum inſignes protulit. ibid.
Florentia plurimorum illuſtriſſimorum virorum patria. ibid.
Florentia patria 5. ſummorum Pont. & plurium ſanctorum, & Religionum fundatorum. ibid.
Florentia quando Chriſtianam fidem ſuſceperit a D. Petro. ibid.D
Florentiæ primus Chriſtianæ fidei prædicator qui ibid.
Florentinorum Antiſtitum ſeries ante Conſtantinum deſideratur. 7. B
Florentiæ civitatem S. Miniatus, & alij SS. martyrum illuſtrarunt. ibid.
Florentinæ civitatis primus Epiſcopus qui. 7. C
Florentinæ Cathedralis nobilis deſcriptio. 7. D
Florentina Eccleſia in Archiepiſcopalem erigitur a Martino V. 8. B
Florentinæ Eccleſiæ canonicorum, & dignitatum numerus. 8. C
Florentinæ Civitatis collegiatorum & monaſteriorum, & Eccleſiarum numerus deſcriptio. 8. C D
Florentinæ civitatis patroni. 9. D
Florentini Epiſcopi aliquando ſancti Ioannis appellati. ibid.
Florentini Epiſcopatus redditus, & fructus. ibid.
Florentina Eccleſia ditata à Principibus intuitu S Zenobii. 12. D
Florentinis S. Zenobius oſtendit ex viſionibus S. Ambroſium. 13. B C
Florentia a Gothis exciditur, & eius Epiſcopus S. Mauritius martyrio coronatur. 19. D
Florentia anathemate percutitur à Gregorio X. Paſtore ad 12. annos viduatur, & inde receſsit dictus Gregorius ob non ſervatam formam conventam inter Guelfos, & Gibellinos. 127.D
Florentini conſtitutionem faciunt, ne civis Florentinus Epiſcopus eligeretur. 530.D
Florentini Canonici eligunt ſibi Epiſcopum ſpreta reſervatione Ioannis XXII. 540 D
Florentina civitas à Martino V. ſublimatur ad Ar-

chiepiſcopalem Metropolim. 166.A
Florentini inſtant Pontifici pro obtinendo Archiepiſcopo de eorum gente. 174.A
Florentini concilii acta, & tractatus per manus Juliani Cardinalis Cæſarini. 677.A
Florentini, qui exulare mandant Epiſcopum Feſulanum, in expenſis, & aliis multantur ab Honorio Papa Tertio. 249.B
Florentini inſenſi Epiſcopo Feſulano coercentur a Pontifice. ibid.
S. Floræ comes vocatus à Bonifacio Papa Octavo hoſtis Eccleſiæ. 744.C
Franciſcus Bracciolinus Poeta. 283.C
Franciſcus Cardinalis de Aptis Tudertinus Epiſcopus Florentinus Avenionenſi in civitate conſtruit Cæleſtinis monaſterium. 149.C
Franciſco Barberino ab Epiſcopo Florentino affini donantur ne dum ſua, ſed etiam collecta pro ſubſidio Terræ ſanctæ. 842 B
Franciſci Moricotti, ſeu Pucci Archiepiſcopi Piſani diſcutitur exiſtentiæ tempus. 459.C
Franciſcus Salviatus conjurat in Mediceos. 479.D
Franciſcus Salviatus Archiepiſcopus Piſanus è feneſtra ſuſpenditur. 480 D
Franciſcus Bandinus Archiepiſcopus Senenſis Urbis gubernator egregius. 579.C
Fregoſius Cardinalis privatur Cardinalatu, & Epiſcopatu, poſtea reſtituitur ad utrumque. 495.B
Fratribus Minoribus S. Franciſci conceditur locus ædificationi Eccleſiæ a Suanenſi Epiſcopo, quæ etiam ab eo conſecratur anno 1227. 736.B. Item coadjuvantur a Davide Epiſcopo. 741.B
Funalia octo continuo ardent ante ſanctiſſimum Sacramentum. 527.A

G

GAbriel Condulmerius, qui fuit Eugenius Quartus, in ætate juvenili Epiſcopus Senenſis. 569.D
Gallum Archiepiſcopum electum Calaritanum opera Archiepiſcopi Piſani confirmatur a Pontifice Joanne XXII. 443.C
Gazza familia de Epiſcopatu Senenſi benemerita deletur de nobilitate, quia Epiſc. occidit. 561.B
Gelaſius Secundus concedit vexillum, & plura privilegia Piſanis. 378.A
Gelaſius Secundus in Galliam proficiſcens Piſis excipitur hoſpitio honorificentiſſimo. 376.D
Guelfos, & Ghibellinos ad pacem a Greg. X. inductos. 126.D
S. Gherardi de Ubertis inclytæ virtutes. 62.D
Gherardus Orlandinus Epiſcopus Alerien. favet Feder.co, & Antipapæ intruſus in Archiepiſcopatu Piſano privatur, miſere obiit. 503.A
Gorgoniæ Inſulæ conceſſio facta a Leone nono Epiſcopo Piſano. 358.A
Gothidius Gothiſus comes plura bona donat primo Monaſterio ſanctimonialium Camaldulenſi. 85. C
Gratia Dei ſalvatur homo non ſuo merito. 606 B
Gratianus Decreti compilator Monachus Cluſinus. 631.A
Gratiani compilatoris decretorum memoria Bononiæ. ibid.
Græcorum, & Latinorum unio facta in Concilio Florentino. 170 D
Gregorius VIII. Piſis deceſſit. 420.D
Gregorio Duodecimo, & Benedicto de Luna Pontificatus abdicatur a Patribus Concilii Piſani 465.B
Gregorius XII. renuens contra promiſſa dimittere Pontificatum a Card. deſeritur. ibid.
Gregorius XII. Senis commoratur pro tollendo ſchiſmate. 568.C
Gregorius Quintus recepit in protectionem ſedis Apoſtolicæ, & exemit ab ordinario monaſterium Amiatinum. 618.B
Groſſetanus Epiſcopus antea Roſſellanus. 655 C
Groſſetum arx munitiſſima Hetruriæ nunc ſedes Epiſcopalis Reipublicæ Senenſi ſeſe dedit gubernandum. ibid.
Groſſetano Epiſcopo, ſeu Roſſellano S. Gregorius Magnus commendat Populonienſem Eccleſiam Sacerdotibus deſtitutam. 660.D
Groſſetanus Epiſcopus quando relicto nomine Roſſellani Groſſetanum induerit. 663.C
Gualfridi Epiſcopi Senenſis opera. 540 C
Gubernatori Urbis manus truncatur enſe a Duce Cæſario. 650.A
Guidiæ familiæ Balneæ Abbatiſſæ Ittæ memoria 220.C 231.C
S. Guilielmi fratribus conceditur monaſterium S. Quirici Maſſæ. 717.A

H

HEnrici Quarti Imperatoris privilegium Piſanis conceſſum. 365.C
Idem concedit privilegium canonicis Piſanis. 367.B
Aliud. 376.B
Henricus Septimus aliorum Impp. privilegium Piſanis conceſſum confirmat. 446 C
Idem Imp. veneni ſuſpicione extinctus apud Bonconventum Piſis tumulatur ab Oddone Archiepiſcopo. 449.D
Hæredes Crucesignatorum ad quem teneantur. 454.D
Hæreſis quæ Florentiæ graſſari cœperat, extinguitur. 112.D
Eremitanus Ordo Cong. S. Salvatoris de Iliceto Senis excitatur. 587.C
Herculis Card. Gonzagæ tumulus. 759.D
Hetruriæ ſeptimæ Italiæ Provinciæ fines. 1.A
Hetruſci intra duo flumina Tiberim, & Macram coacti ſunt a Gallis imperare. 1.A
Hetruriæ tres ſedes Metropolitanæ. 2.B
Hetruria ſub dominio Magni Ducis. 2.B
Hetruria a ſacrificiis dicta. 1.B
Hetruriæ laudes. ibid.
Hetruria munificentiſſimis templis abundat. 2.A
Hetruria ab Euſtarii injuriis vindicatur. ibid.
Hetruria in 12. Ducatus Lucumenas appellatos antiquitus diviſa. 2.B
Hetruriæ civitates quæ Magno Duci parent. 2.B
Hieroſolymitana expeditio a Raynerio Epiſcopo Florentino mirum in modum apud ſuos adjuta. 87 A
Hieroſolymitana mœnia primus miles conſcendit è Pazziorum nobili familia. ibid.B
Hieroſolymitani Reges Latini plura Piſanis contulerunt privilegia, quæ a Cœleſtino Tertio confirmata fuerunt. 417.B
Hieroſolymitanis Regibus Piſani pluries auxilio, & ſubſidio fuerunt. 415.A
Hiſtoria belli Majoricenſis a Piſanis facta. 373.A. uſque ad 375.
Honorii Papæ Tertii ſpecioſæ litteræ. 249.B.D
Ejuſdem epiſtolæ pro expeditione Terræ ſanctę Senenſibus datæ. 552.C
Homo nihil a ſe agere poteſt, niſi a Deo datum ſit. 607.C
Homini quod confertur, Dei gratia confertur. 609. C
Homines quomodo vult Deus ſalvos fieri. ibid.D
B. Humilianæ Florentinæ obitus. 119 C
Humiliatis fratribus locus Florentiæ conceditur. 120.A 122.C

I

JAnuenſes Piſanis bellum inferunt, cur. 377.B
Januenſium, & Piſanorum expeditio in Africa, & victoria. 367.D
Januenſes Piſanos adorti dum Eccleſia Metropoli-

tana conſecraretur cum viginti duobus triremibus, victi & fugati recednnt. 381.A
Jacobus Altovita Epiſcopus Feſnlanns vir inſignis pluribus legationis clarua. 256.D
S. Jacobi Apoſtoli reliquia Piſtoriam defertur. 296. A
Imperatoriæ dignitatis Richardi Anglorum, & Alphonſi Hiſpanorum Regum diſſidioſa electio. 435. A
Indulgentiæ Engenij Tertij pro reliquiis S. Iacobi Piſtorien. 298. C
Indulgentiæ Piſanis templis conceſſæ. 377. D
Indulgentiæ Cruciatæ. 451.D
Indulgentia in conſecratione Eccleſiæ Ilicetl. 553. B
Inferiæ mortuorum apud antiquos. 343. 44. & 45.
Illuſtriores fiunt boni ex malis. 612. A
Innocentius Secundus confirmat Feſulanis Epiſcopis bona. 241.A
Innocentius Quartus Piſano populo litteras minaces dirigit. 431. A
Idem mandat Piſanis provideri contra Federicum Imperatorem. ibid.
Eiuſdem minaces litteræ ad Maſſanum populum 716. B
Inſulæ Boreales Piſanis in feudum conceſſæ. 378. A
Inveſtitura Orbetelli Reipublicæ Senenſi facta. 754. A
Inveſtitura Abbatiſſæ Bertæ de monaſterio S. Andreæ Florentiæ. 25. C
Inveſtituræ antiquæ formula. 39.A 40.C 46.B 363. C
Inveſtitura comitiſſæ Mathildis Epiſcopo Maſſano. 711.A
S. Ioannis Gualberti Abbatis obitus. 79.C
Ioannes quondam Papa XXIII. iterum Cardinalis creatur à Martino V. 567.B
Ioannes Neronius Archiepiſcopus Florentinus exul obiit, & cur. 180. A
Ioannes Picus Mirandulanus Florentiæ obijt; eius tumulus. 181.C
Io-Baptiſta Ricaſolus Epiſcopus Piſtorienſis exercitus Pontificij præfectus in Pannonia. 311.C
Ioannes Card. S. Praxedis Apoſtolicæ ſedis legatus in Oriente. 417. D
Ioannis Vigeſimi ſecundi Papæ litteræ pro ſubſidio Terræ ſanctæ. 451. D
S. Ioannis Baptiſtæ brachium Senenſi Eccleſiæ dono datur a Pio Secundo. 574. B
Ioannes XXII. electionem Epiſcoporum capitulis ademit. 666. D
Iotti picturæ inſtauratoris monumentum. 147.D
Iurisdicendi facultas ſuis ſubditis in aliena diœceſi a Pontifice Feſulano Epiſcopo tradita. 252. A
Iubilei monumentum Senis. 461. C
Iudices laici a S. Zenobio Epiſcopo Florentino corripiuntur. 12. D
Iudicia Dei incomprehenſibilia. 607. B
Iudicia Dei in prædeſtinatione periculum eſt quærere. 611.A
Iulianus Cardinalis Cæſarinus vir inſignis legatus Baſileenſis concilij. 671. B
Iulianus Cardinalis contra Prælatos Baſileenſes à vero abeuntes invehitur. ibid.
Idem Conſtantinopolitanum Imp. Ioannem Ferrariam ducit pro unione firmanda inter Latinam, & Græcam Eccleſiam. ibid.C
Idem legatus in Pannoniam cum crucesignatis in bello contra Turcos martyr occubuit. ibid.
Eiuſdem vita Hetruſco ſermone conſcripta a Veſpaſiano Florentino. 672. C
Eiuſdem ſtudia, & ſubſidia in pauperes ſcholares 673 CD
Idem renuit pontificatum ſibi a Baſileenſi concilio oblatum. 674. A
Eiuſdem ieiunia, orationes, & pia opera. ibid.
Idem funus Coſmi Medicei comitatur. 676.
Idem Græcos ad Florentinum concilium. deducit 677. A
Idem antiquis patribus comparandos ob eius eximiam pietatem. 679.
Iulianus Dux Cæſarinus Vrbis gubernatoris munum præſcindit. 650.
Iuliani Medices Archiepiſcopi Piſani pia oper 491. D

L

Laborans Cardinalis Hetruſcus decretoru collector. 101.
Laberynthi Cluſini fabula aſſeritur. 585
Lactantius ſenator Vrbis vir egregius fit Epiſcopus Piſtorienſis. 313.
Lambertus Imp. nonnulla bona donat Epiſcop tui Florentino. 27.
Lambertus Epiſcopus Florentinus abdicato Epiſcopatu Monachus efficitur. 53.
Landulphus Archiepiſcopus Piſanus. 361.
Lanfranchi Card. Piſani genus, & nomen diſent tur. 387. C legatus Italia. 389.
Lapi iureconſulti familia. & obitus. 456
Laurentius Medices à coniuratis ſalvatur. 577
S. Laurentij templum a divo Ambroſio Florentiæ ædificatum a magnis Hetruriæ Ducibus Bibliotheca, & ſacellis nobilitatur. 8.
Laurentius Archiepiſcopus Amalphitanus vir S. Zenobij Epiſcop. Florentini ſcriptor. 10.
Eiuſdem electio, & obitus. 18.
Legis ſalicæ mentio. 35.
Legatorum Apoſtolicorum in oriente plures litteræ ad favorem Piſanorum factæ. 418.
Legationes Cardinalis. Adimarij optime obita 464. B
Legatio Caroli Bartoli ad Senenſes cives ad lit componendas. 572.
Legationes ab Aenea Silvio obitæ. 574.
Legatio Ioann. Piccolominei, & Cæſarini Card ad Carolum Quintum poſt Tunetanam expugnationem. 579.
Legationes egregiè obitæ a Iuliano Card. Cæſarin 677. A & ſeqq.
Legati Apoſtolici paupertas. 94.
Leonardus Aretinus nobilis hiſtoricus obijt. 172.
Leo X. Florentiæ ſolemni pompa ingreditur. 186.
Leo XI. ante pontificatum Archiepiſcopus Floretinus. 189.
Liberalitas Epiſcopi Florentini. 142.
Liburnus Archiepiſcopi Piſani locus. 391.
Libri M.S. donantur ab Epiſcopo Theobaldo Cluſino, monaſterio S. Amiati. 592.
Lites inter Archiepiſcopum & capitulum Piſanum 425. C
Lilii Inſula, & aliqua maritima caſtra dantur ſu annuo cenſu comitibus de Suana ab Abbat Triumfontium. 738.
Litteræ Adriani IV. canonicis Piſanis datæ. 397.
Litteræ minaces Honorii III. ad Archiepiſcopum Piſanum. 428.
Litteræ Gregorii IX. ad Piſanos de primatu Sardiniæ. 430.
Litteræ antiquæ Apoſtolicæ proviſionis Epiſcopatuum, & traditionis pallii. 458.
Litteræ capituli Cluſini de repentino interitu Epiſcopi ſui. 643.
Litteræ exhortatoriæ Calliſti II. Papæ, primo Epiſcopo Groſſetano pro juribus Abbatiæ Alboren 662.
Longa ætas inter beneficia Dei habenda. 615.
Lotharius Archiepiſcopus Piſanus legatus Apoſtolicus eligitur Patriarcha Hieroſolymitanus. 423. C
Lotharius Imper. confirmat privilegia monaſterii montis Amiati. 614.
Lucenſes Epiſcopi Piſani caſtra occupant. 431.
Lucenſes bellum excitant contra Piſanos. 372.D

Ludovicus Bavarus Imp. Barezzum Piſtorienſem Epiſcopum deturbat. 305.A
Ludovici Pii Imp. donatio. 530.B
Ejuſdem confirmatio privilegiorum monaſterii montis Amiati. 590.D

M

Maſſeæ gentis origo, & honores. 727.A
Magni Ducis Hetruriæ titulum a Pio V. Coſmo Mediceo Hetruſcorum maximo Principi datur. 5.B
Margaritæ Comitiſſæ Suanæ matrimonium cum comite S. Floræ. 744.C
Malavolta Raynaldus Epiſcopus Senenſis anteriorem partem templi ædificat. 561.C
BS. Mamiliani & ſociorum corpora Piſis transferuntur. 378.B
S. Marci papæ caput in Cœnobio montis Amiati transfertur. 723.C
Mariæ Novellæ monaſterium Florentiæ a Dominicanis ædificatur. 105.D
Martellæ familiæ Florentinæ nobilitas. 264.A
Maſſæ maritimæ antiquitas. 701.D
Maſſa crevit ex ruinis antiquæ Vetuloniæ. ibid.
Maſſa non ſemel exciſa. ibid.
Maſſa patria S. Bernardini Senenſis. 702.D
Maſſæ populus monitus ab Innocentio IV. ut Eccleſiæ Cathedrali debita exſolvat. 716.B
Maſſanæ Eccleſiæ conſecratio. 729 D
Maſſenſis Eccleſia canonicorum numero, ſacrave ſupellectile, & Epiſcopali palatio exornatur ab Alexandro Petruccio Epiſcopo. 731.C
Martis templum Florentiæ in cathedralem conſecratur. 7.D
Marſilii Ficini obitus, & tumulus. 181.D
S. Martialis unus ex 72. Chriſti diſcipulis in Galliam ad Evangelium diſſeminandum proficiſcitur. 204.A Baculo mortuum excitat. ibid.
Mathilda comitiſſa recipit ſub protectione moniales Camaldulenſes. 86.B
Confirmat donationem factam canonicis S. Reparatæ Florentiæ. 87.D
Ejuſdem privilegium Ordinis Vallis Umbroſæ. 238.C
Eadem concedit Cœnobio S. Salvatoris Eccleſiam S. Mariæ de ponte. 263.B
Eadem in Prati obſidione concedit privilegium Eccleſiæ Piſtorienſi. ibid.
Ejuſdem donatio Eccleſiæ Piſanæ. 362.D
Ejuſdem obitus.
Mediceorum inſignium, & actorum varius uſus. 480.A
Mignanelli Card. legationes, ac geſta egregia. 693. D
S. Miniati martyrium Florentiæ. 7.B
S. Miniati baſilica reſtituta ab Ildebrando Epiſcopo Florentino. 47.A
S. Miniati oppidi vetus deſcriptio, & donatio. 269 B.
S. Miniati oppidum erigitur in civitatem cathedralem a Gregorio Decimo quinto precibus Mariæ Magdalenæ Auſtriacæ Magnæ Hetruriæ Duciſſæ. ibid.C
monaſteria inſignia, & ordinum capita Florentiæ. 9.B.C.
Monaſterio S. Bartholomæi de Florentia plura bona donantur. 22.B
Monaſterio S. Salvatoris de Septimo conceditur exemptio ab Epiſcopo Florentino. 68.D
Monaſterii S. Felicitatis Florentiæ diploma reſtaurationis. 70.D
Monaſterio S. Petri Majoris de Florentia, Petrus Epiſcopus multa bona confirmat. 75.B
Monaſterium S. Salvatoris de Septimo ſub protectione ſedis Apoſtolicæ recipitur. 83.A
Monaſterium primum ſanctimonialium Ord. Camaldulenſium apud locum Luci Florentiæ diœceſis excitatur. 85.D
Monaſterium de Petra Piana, alias S. Ambroſii Florentiæ ſub Apoſtolicæ ſedis protectione recipitur. 93.A
Ejuſdem monaſterii confirmantur immunitates ab Archiepiſcopo Mediolanenſi conceſſa. 102.C
Monaſterium S. Petri Majoris de Florentia ſub protectione ſedis Apoſtolicæ recipitur. 103.C
Monaſterium Septimianium Ciſtercien. Monachis traditur. 114.C
Monaſterio S. Michaelis de Furcule Piſtorienſis diœceſis conceditur Monachis Vallisumbroſanis. 291.A
Monaſterium S. Michaelis Piſarum recipitur ſub protectione Apoſtolicæ ſedis. 361.B
Monaſterio inſulæ montis Chriſti privilegium concedit Gelaſius Secundus. 379.D
Monaſterium S. Silveſtri Piſis Caſinenſibus Monachis datur. 380.C
Monaſterium Canonicorum Regularium S. Auguſtini ab Epiſcopo Nicoſienſi in ditione Piſana fundatur. 442.A
Monaſterium S. Salvatoris de monte Amiato fundatur a Rachi Longobardorum Rege. 587.B
Ejuſdem donationes confirmantur ab Imp. 590.D
Monaſterium de Saxo montis Lateronis Cluſinæ diœc. ſub protectione Apoſtolicæ ſedis recipitur. 631.B
Monaſterium S. Quirici, & Salvatoris de monte Amiato ſub protectione Apoſtolicæ ſedis recipitur. 711 D
Monaſterii SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias de Urbe, alias trium Fontium jura, Anſidoniæ, Orbetelli, cæteraque oppida maritima eidem a Leone Tertio, & Carolo Magno conceduntur. 737. A & ſeqq.
Monaſterium Boniſolatii Ciſtercienſibus attribuitur ab Epiſcopo Florentino. 135.C
Monaſterium S. Salvatoris de Iliceto plures ſanctitate inſignes viros protulit. 527.C
Monaſterii Carinſiani Senenſis fundatio. 562.C
monumenta marchionis Hetruriæ Ugonis. 43. & 44. D
Monumenta Piſana de certa Saracenorum proſtratione. 360 C
Mortuos ſuſcitat S. Zenobius. 14.C.D
Monumenta Senenſia antiqua. 524 B
Monumenta, & Cardinalium inſignia qui Senis cum Gregorio Duodecimo commorati ſunt. 571. D
Monumenta largitionum, & ſanctorum reliquiarum a Pio Secundo Eccleſiæ Senenſi conceſſarum. 574.B
Monumenta antiqua S. Muſtiolæ Cluſinæ civitatis. 592. A
Monumentum translationis corporis S. Zenobii Florentini Epiſcopi. 18.C
Monumentum Ugonis marchionis Hetruriæ. 44.D
Monumen. S. Felicitatis Florentiæ. 71.D
Monumentum Card. Rotomagenſis. 119.B
Monumen. Eccleſiæ ſancti Gregorii Florentiæ. 126.D
Monumen. Florentiæ Martino V. erigitur. 167.A
Monumen. Florentiæ Henrici VII. imperatoris. 134.C
Monumen. Card. Vitelleſchi. 169.C
Monumen. Concilii Florentini unionis Græcorum. 170.D
Monumen. Leonis X. Florentiæ. 186.C
Monumen. indulgentiæ Eccleſiæ Annunciatæ Florentiæ. ibid.D
Monumen. Caroli V. Florentiæ. ibid.
Monumen. Andreæ Bundelmontii Archiepiſcopi Florentini. 188.A
Monumen. loculi S. Alexandri Epiſcopi Feſulani. 213.A
Monumen. Guilielmi Epiſcopi Feſulani. 236.D
Monumen. Epiſcopi Piſtorienſis. 305.C
Monumen. Card. Puccii. 308.D
Monumen. Leonis XI. Papæ. 318.B

Monu-

Monumenta antiqua Piſana. 343. uſque ad 345
Monumen. primi lapidis Eccleſiæ Piſanæ. 360.B
Monumen. comitiſſæ Beatricis. 362.B
Monumen. corporum ſanctorum Camallelis, & ſociorum. 485 D
Monumen. fundationis Cœnobii a Joanne Epiſc. Senenſi factæ. 535.D
Monumen. Alexandri Papæ Tertii Senis. 547.B
Monumen. celebrationis Concilii Senis. 571 D
Monumen. erectionis Metropolitanæ Eccleſiæ Senenſis. 574.A
Monumen. antiquæ Cluſinæ civitatis. 585 C
Monumen. conſecrationis Eccleſiæ ſancti Franciſci Senis. 644.C
Monumen. Maffei Bardi Epiſcopi Cluſini. 652.A
Monumen. fundationis Eccleſiæ Joannis Epiſcopi Maſſæ. 715.D
Monumen. conſecrationis Cœmeterii Maſſæ. 718.D
Mozzia familia Florentiæ ædificat templum Divo Gregorio. 126.D
Murici vitatis Florentiæ benedicti ab Epiſcopis. 252.D

N

NIcolaus II. fuit Epiſcopus Florentinus. 62.D
Idem nunquam Florentinum Epiſcopatum dimiſit. 72.B
Nicolaus Antipapa Piſis cum Bavaro proficiſcitur. 450 C
Nicolaus Angelus Card. Archiepiſcopus Piſanus egregia facta peragit. 485.D
Nicolaus Bonafides Epiſcopus Cluſinus Bononiæ gubernator a Galliis capitur. 649 B
SS. Nicomedis, Gamalielis, & Abdiæ ſancta corpora Piſis ſepulta. 482.D
Numiſma Philippi Medicei Archiepiſcopi Piſani. 479.A

O

OBitus trium Pontificum Romanorum Florentiæ. 63.A
Obitus exterorum prælatorum, & tumulus ad Florentinum Concilium profectorum. 168.B.C
Obitus pietatis plenus Joannis Cardinalis Medicei. 485.B
Obitus, & hymnus ſanctæ Catharinæ Senenſis. 567.C
Obiit Jacobus non adſcribitur inter Archiepiſc. Piſanos. 477.D
Oblationum diviſio. 629.A
Obſides Pontificia Clementis ſeptimi ab Imperialibus ad furcam deducuntur. 309.B
Obſides Pontificis eripiuntur è manibus Imperialium. ibid.
Octavius Card. Ubaldinus condit ſtatuta pro regimine capituli Senenſis, quæ confirmant ab Alexand. IV. 558.B
Oddoni de Sala Archiepiſcopo Piſano clerus obtinet confirmationem privilegiorum ſuæ Eccleſiæ ab Henrico Septimo Imp. 446.D
Oddo Archiepiſcopus Piſanus magni animi vir exulat a Patria, & obiit. 449.D
Officium divinum, ut devote ſolvat, & cultus reſtituatur Eccleſiæ, Feſulanus Epiſcopus Zenobius donat medietatem S. Mariæ Primeranæ. 515.A
Officium divinum in Eccleſia media nocte Card. Julianus Cæſarinus recitabat. 671.C
Opera pia, & eruditiones Archiepiſcopi Putei. 489.B
Opera quæ ſcripſit Card. Ponzettus. 690.D
Orbitellum a Carolo Magno Abbatiæ trium Fontium urbis conceditur. 733.D
Orbitellanus Clerus paret Commendatario Abb. trium Fontium. ibid.
Orbitelli, Anſidoniæ, montis Argentarii, & aliorum locorum inveſtitura ad tertiam generationem facta ab Abbate trium Fontium. 754.A
Orbitellum Coranorum Reſpublica fuit. 755.D
Orbitellum, & alia oppida feudalia Abbatiæ trium Fontium quomodo pervenit in Reipublicæ Senenſis, & Regis Hiſpaniarum dominio. 754.A
Orbitelii, & aliorum locorum cenſum an... in quindecim librarum auri Senen. 756.B
Ordo Ciſtercienſis quando primum Florentiæ receptus. 100 C
Ordo Servorum a 7. civibus Florentinis Florentiæ fundatur. 112.A
Ordinis Servorum fundatores diem extremum obeunt. 127.C
Ordo Olivetanus Florentiæ primum introducitur. 156.C
Ordo Vallifumbroſæ, vide Vallifumbroſæ.
Ordo Auguſtinianæ congregationis S. Salvatoris de Iliceto. 627.C
Ordo ſedendi in concilio Florentino inter Græcos, & Latinos. 677.C
Ordinum fundatores Senenſes. 526.B
Orientalia jura Piſanorum confirmata. 418.A
Orientali ditione Piſani exuuntur. 451.D
Orientalis expeditio carminibus ſcripta à Gualfre do Epiſcopo Senenſi. 540.D
Orientis expeditio retardatur ab ndiia Francorum & Gallorum Regum. 451 C
Origo civitatis Senenſis. 523.A
Orlandinus Epiſcopus Alerien. favet Antipapæ 503 A
Orlandus Bonarlius Archiepiſcopus Florentinus e: ambitu Cardinalatus mœrore obiit. 179.A
Otho Imperator vocat ſe Apoſtolorum ſervum 44.A. confirmat donationes Abbatiæ S. Mariæ ci vitatis Florentiæ factas ab Ugone. ibid.
Otho Imp. Eccleſiæ Feſulanæ donat Abbatiam S Salvatoris de Sina. 518
Otho Imp. excommunicatus ab Archiepiſcopo Piſano. 420 D
Otho Quartus Imperator recepit Piſtorienſes in protectionem. 300.
Othonis Imperat. privilegium monaſterii montis Amiati Cluſini. 617.A
Othones Imperatores. 719

P

PAce rupta inter Guelphos, & Gibellinos Florentiæ Gregorius Pontifex inde receſſit. 136.D
Pacis compoſitio inter Florentinos, & Aretinos 253.D
Pacis remedia in Januenſes & Piſanos ab Innocentio II. capta. 390.A
Pandulpho Petruccio Senarum domino Julius II ſcribit. 548.B
Paſchalis Secundus Eccleſiam Feſulanam recipit in protectionem, & confirmat ei donata. 537.A iter Anaſtaſius IV. 544.B
Paulus Tertius excipitur à Puccis. 310.A
Pax compoſita inter Cæſarem, & Ungarorum Regem per Ardicinum della Porta. 504.A
Peccatores præſciti ſunt in malo, antequam eſſent in mundo. 604.B
Pelagianus error de prædeſtinatione. 602.D
Perſonarum acceptator Deus non eſt. 604.C
Peruſini Annulum pronubum B. Virginis ſuum faciunt. 645.B
Peruſia a Rachi Rege oppugnatur. 587.
Peſtis ingens tempore Franciſci Card. de Aptis Epiſcop. Florentini 90. hom num millia ibi abſumit 149.B
Petrarchæ Poetæ obitus, & tumulus. 157.A
Petri Card. Riarii profuſa liberalitas. 180.B
Petri Card. Capocii memoria in Epiſcopis Maſſanis. 719.

A
Petri Victorii viri erudititiſſimi obitus. 190.B
Petri Camajani legationes Apoſtolicæ. 264.C
B.Petri Gambacurtæ obitus. 457.B
S.Petrus Damiani legatus mittitur pro componenda diſcordia ſuper electione ſimoniaca Petri Epiſcopi Florentini. 72 D
Petri Ignei Hiſtoria ſcripta a Victore papa II. 73.B
S.Petrus martyr pro extirpatione hæreſis Florentiæ ortæ, Vexillum crucis Rubeorum familiæ dedit. 113.A
S.Petrus Piſis celebrat. 347 B
S.Philippi brachium Florentiam delatum. 165.A
Piſana monumenta nuper reperta. 343.A
Piſarum deſcriptio, antiquitas, & de conditoribus diſceptatio. 341.A
Piſani Julio Cæſari Imp.addicti. 342.B
Piſanis Sardinia conceditur a Pontifice pro recuperatione a Saracenis. 346.A
Piſani excipiunt Romanos Pontifices, & defendunt. 346.C
B
Piſani ab ipſo S. Petri tempore fidem Chriſti excipiunt, & primum Præſulem. 347.B
Piſani ſentiunt iram divinam eo, quod adhæſerunt Imp Friderico. 346.C
Piſani a Januenſibus victi. ibid.
Piſani templi deſcriptio. 348.A
Piſani campi deſcriptio. 348.D
Piſani ab Epiſcopo excitantur ad bellum contra Sarracenos pro Sardiniæ recuperatione. 354.D
Piſani ejiciunt Jannenſes a Sardinia. 355.A
Piſanis conceditur privilegium ab Henrico IV. Imp. 365.C
Piſani Regis Majoricæ filium Chriſtianum effectum reſtituunt. 375.D
Piſani cum Januenſibus feliciter pugnant. 377.B
Piſanis conceduntur bona, & dona ab Aſcalonite principe. 398.D
Piſani conſules plura concedunt Eccleſiæ, & canonicis. 400.A
Piſanis canonicis plures dat litteras Alexander III. 401.B & ſeqq.
C
Piſani primatus facultas declarata ab Innocentio Tertio. 410.B
Piſani abſolvuntur ab Alexandro IV. 434.D
Piſani capiunt Cardinales, & legatos venientes ad concilium. 438.C
Piſani iterum excommunicantur, & Archiepiſcopali honore privantur, poſtea reſtituuntur. 442.C
Piſani tuentur partes Henrici VII.Imp.quibus contulit plurima privilegia. 449.B
Piſanorum egregia facta dum publice vivunt. 346 A
Piſanorum expeditio cum 300. navibus pro recuperatione Majoricæ a Saracenis. 373.A
Piſa in civitatem Archiepiſcopalem a Gelaſio erigitur. 346.B
Piſæ patria plurium virorum illuſtrium. 350.D
Piſæ interdictæ ob retentionem nonnullorum locorum Epiſcopatus Lucenſis. 428.A
Piſæ Romana Colonia. 342.A
D
Piſis turrium ingens numerus. 348.C
Piſtorii antiquitas & deſcriptio. 282.D
Piſtorienſes ſibi nomen Romuli omnes in baptiſmate imponunt in memoriam S. Romuli, eorum primi Epiſcopi. 283.D
Piſtorienſes primi, qui parverunt civitati, & Reipub.Florentinæ ex Hetruſcis ob inteſtinas diſcordias. 283.B
Piſtorienſis cathedralis habet plurima ſacerdotia, & dignitates de jure patr. 284.A
Piſtorienſis Epiſcopus, & bona recipiuntur ſub protectione ſedis Apoſtolicæ, & confirmantur conceſſa ab aliis Pontificibus dictæ Eccleſiæ ab Honorio Papa. 301.C
Piſtorium in partes ſæpe diviſum. 283.B
Piſtorium virorum illuſtrium patria. ibid.
Pirlliani comites Eccleſiæ Suanenſi infeſti. 835.A
Pius Secundus Epiſ. Senenſis, mox Card. & paulo poſt Papa. 574.A
Pius Tertius Pii Secundi ex ſorore nepos adoptatus in familiam. 578.D
Plumbinum ædificatum, ſub promotorio exciſæ Populoniæ. 702.B
Pontificum ſummorum tria corpora Florentiæ degunt, videlicet Victoris II.Stephani IX.& Nicolai II. 63.A
Populoniæ, & Maſſæ Epiſcopus idem. 702.C
Populonia a Longobardis deſtructa. ibid.
S.Potiti corpus tres civitates habere contendunt. 368 B
Prædeſtinatio explicatur. 594.B
Prædeſtinatio non admittit voluntatem mali in Deo. 601.B
Prædeſtinatio Dei non eſt cauſa perditionis peccatoris. 601.D
Prædeſtinatio eſt ad bonum, non ad malum. 602.A
Prædeſtinationis auctoritates ex Prophetis. 594.D
Prædicatio ſecundum auditorum qualitatem facienda. 609.A
Præſciti an poſſint eſſe prædeſtinati ad bonũ. 608.A
Prætores in terris, & oppidis quis primus inſtituit. 105.B
Prati deſcriptio. 317.D
Pratum evertunt Florentini. 318.B
Pratenſis Collegiata. Inſignis. 319.B
Pratum Civitas. 319.D
Pratenſia Eccleſia erigitur in Cathedralem. 325.B
Primatus Sardiniæ circa viſitationem non exercendam ab Archiepiſcopo Piſano abſque licentia ſedis Apoſtolicæ. 430.D
Privilegia Archiepiſcopi Florentini legitimandi, doctrinandi, aliaq; faciendi ampliſſima conceſſa a Leone X.& Carolo IV.Imperatore. 183.C
Privilegia Ord. Vallis umbroſæ 221.A
Privilegia plurium Imperatorum Piſanæ Eccleſiæ confirmata ab Henrico VII. 446.D
Privilegia a Lothario, & Arnulpho Impp. Amiatino monaſterio conceſſa. 614 A
Privilegium confirmationis bonorum Feſulano Epiſcopatui Innocentii II. 241.A
Privilegium Abbatiæ ſancti Bartholomæi Feſulani Innocentii II. 243.C
Privilegium Innocentii Secundi Epiſcopatui Piſtorienſi. 294.A
Privilegium Othonis Quarti Imp. Piſtorienſibus civibus. 300.A
Privilegium conceſſum canonicis Piſanis a comitiſſa Mathilda. 371.D
Privilegium Anaſtaſii Papæ conceſſum canonicis Piſanis. 395 C
Privilegium Friderici Imp.Eccleſiæ Piſanæ conceſſum. 410.D
Privilegium a Leone Nono conceſſum Amiatino monaſterio. 626.C
S. Proſper pluribus de prædeſtinatione reſcripſit. 609.C
Proviſionis Epiſcopatus poſt ſublatam electionem. 140.D
Pucciorũ Cardinaliũ egregia geſta.ad 308.uſq.ad 310.
Purgatorii flammis cruciatur B. Balduinus Archiepiſcopus *Piſanus*, quia cauſa fuit belli inter *Piſanos*, & Lucenſes. 392.D
Putea familia plures Juriſconſultos, & *Præſules* edidit. 489.B

Q

Quadrageſimæ ingreſſum ſumptuoſis conviviis celebrans Epiſcopus Cluſinus ab ira Dei plectitur paralyſi. 626.B
Quæ tenentur adimplere ſubeuntes Cruciatam. 452. uſque ad 456.
Quæſtio nominis, & generis Franciſci Archiepiſcopi Piſani. 459.A
Quæſtio de validitate concilii *Piſani* inter plures. 477.A

Quæſtio de perſona Andreæ Caſalis. 730.B
In quæſtionibus concilii Florentini Græcis reſpondet Julianus Card. Cæſarinus. 677.C

R

RAbani Moguntini tractatus de prædeſtinatione. 592.D
Rabani altera epiſtola de prædeſtinatione. 608.C
Rachiſio Regi Longobardorum Salvator ex abiete apparet in Amiatino monte. 587.B
Rachiſius Rex monachus cum uxore efficitur, ac Regno cedit ſponte. 588.C
Radicoſani caſtrum pro medietate donatur ab Abbate Amiatino Eugenio Tertio ſummo Pontifici. 636.C
Raynerius Epiſcopus Senenſis liberat Epiſcopum Piſanum captivum. 543.D Idem donat monaſterio S. Frigidiani. 544.A
Raphael Riarius bis ob conjurationem in Mediceos vitæ periculum ſubit. 481.A
Raphael Card. Petruccius inhians dominio Senenſi etiam mortuus eſt odio habitus. 759.B
Raphaelis Card. Petrucci cadaver Senas delatum, & a populo quaſi lapidibus obrutum. ibid.
Regia inſignia, vaſa, veſtes, poſt victoriam in diviſione Piſanæ Eccleſiæ cedunt. 375.C
Reginæ Majoricæ rumulus. 376.A
Reliquiæ ſanctorum in Eccleſia S. Salvatoris monaſterii Amiatini. 633 D
Remigius Epiſcopus Piſtorienſis, e monacho Epiſcopus ad monachatum redit. 305 D
S. Reparatæ templum Florentini excitant ob acceptam victoriam contra Radagarium. 7.D
Rex Sardiniæ Saracenus a Piſanis captus. 376.A
Rodulphus bis Archiepiſcopatum Florentinum reſignavit. 187.B
Rolando præpoſito Florentino Gregorius papa VI. ſcribit, & in remunerationem concedit Eccleſiam S. Domnini canonicis Florentinis. 65.B
S. Romulus a S. Petro miſſus ad prædicandum Evangelium in Hetruriam. 7.A
S. Romulus quomodo dicatur Epiſcopus Feſulanus, & Brixien. 212.B
Romani Pontifices exules Piſani excipiunt. 346.B
Romanis ſe ſubſcribebant in veſtituris factis a Pontif. 637 D & 638.D
Romanorum nobilium plura antiqua cognomina. ibid.
Rubeæ cappæ, & mozzettæ permittuntur canonicis Piſanis. 483.C
Ruſſellanus Epiſcopus nunc Groſſetanus dicitur. 673.C

S

SAlimbenius Senenſis primus, qui Antiochiæ mœnia aſcendit, & cepit, & Patriarcha efficitur. 541.A
S. Salvii corporis translatio Florentiæ, & monaſterii ædificatio. 66.C
S. Salvii monaſterio tribuitur parochialis Eccleſia ab Epiſcopo Florentino. 98.A
Salutis noſtræ initium Deo miſerante habemus. 603.A
Saraceni, e Sardinia, Panormo, & Carthagine ejecti a Piſanis. 346.A
Sardiniæ recuperatio, & conceſſio Piſanis. ibid.
Sardiniæ, & Corſicæ conceſſio Piſanis facta a pontificibus ſub cenſu, & reſervatione arcium. 349.C
Scarampus Card. æmulus Vitelleſchi in re militari inſignis. 570.C
Schiſma inter canonicos Piſanos, & Archiepiſcopum contra Alexandrum Tertium. 401.C
Schiſmate tollendo laborat Adimarus Cardinalis. 464.B
Senæ Colonia Romanorum unde dicta. 523.A
Senenſis civitatis conditor, & unde diſcutitur. ibid.
Senenſis civitas ſub Imperio Rom. ibid.
Senenſis civitas caruit Epiſcopo diu, quia factioſi cives illum occiderunt. 561.B
Senenſis civitas pluribus templis, & picturis referta. 527.A
Senenſis Epiſcopatus in Archiepiſcopatum erigitur à Pio II. 575.C
Senenſis conjuratio Petrucci. 690.C
Senenſis Reſpublica Orbetellum, & alia loca occupat. 754.A
Senenſibus Chriſtiana fides à quibus prædicata. 526.B
Senenſem fabricam inſtituit Thomas Fuſconus Romanus dictæ civitatis Epiſcopus. 558.A
Senenſes antiqui Silvanum celebrant. 524 B
Senenſes illuſtres viri. 525.C
Senenſes devotiſſimi Deiparæ Virginis. 526.B
Senenſes hortatu Epiſcopi voto ſe Virgini dicant. 558.A.
Senenſes libertati Eccleſiæ obnoxii a Pontifice, & Epiſcopo coercentur. ibid.C
Senenſes nolunt recipere Epiſcopos, qui de ſuis non ſint. ibid.
Senenſes interdicti quia poſſeſſionem Epiſcopo Maſſenſi denegant. 723.C
Senenſi populo ſcribit Eugenius IV, ſuper proviſione Eccleſiæ Maſſenſis. 722.D
Sententia inter Archiepiſcopum, & capitulum Piſanum. 425 C
Sententia Imperialis Henrici pro conſervatione jurium Monaſterii montis Amiati contra Epiſcopum Cluſinum. 624.A
Sepulchra antiqua repetta in territorio Cluſino. 585.C
Sepulchrum Ugonis Marchionis Hetruriæ refellitur ad uſum viridarii fuiſſe aptatum. 45.A
Silveſtræ gentis Cingulanæ monumentum. 146.D
Simoniaca electio Petri Ticinenſis Epiſcopi Florentini. 72 C
Simonia Petri Epiſcopi Florentini probatur per tranſitum per pyram ardentem. 54.C
Simonia convictus Epiſcopus Florentinus deponitur & monachum induit. ibid.
Simonis Salterelli Archiepiſcopi Piſani laudes. 450.B
Simon Archiepiſcopus ne Antipapæ & Federico pareat Florentiam auſugit. ibid.C
Synodus Florentiæ congregata ab Epiſcopo Silveſtro. 145.B
Sobrietatis remedium ad appetitum. 457.C
Societatis Jeſu collegium Romæ inchoatur. 579 D
Soffridi Cardinalis Epiſcopi Piſtorienſis legationes, munera, & diverſitas perſonarum ſub uno nomine. 300.A & ſeqq.
Strotiæ familiæ debetur ſella, & frænum equi Archiepiſcopi prima vice civitatem Florentinam ingredientis. 182.B
Studia egentium Juvenum Julianus Card. Cæſarinus promovet. 673.D
Studii Florentini privilegia conceſſa a Carolo. IV. Imperatore. 153.D
Studii Florentini, & doctorandi facultas data Archiepiſcopo Florentino a Leone X. 183 C
Studiorum cauſa canonici cathedralium etiam antiquitus abeſſe poterant. 111.B
Suana olim Hetruriæ principatum tenuit, mox fere jacet. 233.B
Suana patria Gregorij VII. Pontif. Max. ibid.
Suanæ civitatis deſcriptio. ibid.

T

TAlionis pœnam luerunt falſi accuſatores Epiſcopi Piſtorienſis. 306.C

Digitized by Google

Tartaris fidem Chriſti prædicat Epiſcopus Sagonenſis. 516.D
Taruſii Cardinalis vita inculpate peracta. 581.B
Templum primarium Piſanum miræ ſtructuræ, ex ſpolijs Saracenorum ædificatum. 348.A
Templa plura inſignia in civitate Senenſi. 526.C
Terræ ſanctæ expeditionem ſuis litteris excitat Ioannes Papa XXII 451.D
Terræ ſanctæ expeditionem adiuvant Senenſes. 540.D
Terræ ſanctæ recuperationi plurimum coadiuvant Piſani, ob quæ plura privilegia a ſede Apoſtolica obtinent. 414.A
Tertius Ordo ſancti Franciſci Florentiæ introductus. 104.D
Theſaurariæ Eccleſiæ Florentinæ fundatio. 129.D
Tyri defenſioni magna claſſe occurrunt Piſani, ideoque a Conrado privilegio donantur. 431.B
Thomas Fuſconus Epiſcopus Senenſis fabricæ, & bonorum operum inſtitutor. 538.A
Tornaboni Florentini plures in Epiſcopatu Burgenſi. 200.B

Tumuli diverſorum.

Tumulus antiquus Raynerii Epiſcopi Florentini. 89.D
Tum. antiquus Vitalis Archiepiſc. Piſani. 433.A
Tum. Antonii Card. Caſini. 371.B
Tum. Bindi Petroni Senenſis. 562.C
Tum. Gutteroni Epiſcopi Senenſis. 549.C
Tum. Boni Epiſcopi Senenſis. 552.A
Tum. ſibi factus a Pio Tertio ante Pontificatum dum eſſet Cardinalis. 579.A
Tum. Franciſci Bandini. 579.D
Tum. Germanici Bandini Archiepiſcopi Senenſis. 580.A
Tum. Alexandri Piccolominei. 580.B
Tum. Cardd. Baronij, & Taruſij. 581.D
Tum. Metelli Card. Bichi. 583.A
Tum. Herculis Card. Gonzagæ. 759.D
Tum Achillis Sergardi Epiſcopi Maſſæ. 731.B
Tum. Vincentii Caſali Epiſcopi Maſſæ 729.D
Tum. Alberti Card. Bolognetti. 729.B
Tum Franciſci Franchini Maſſæ Epiſcopi. 728.B
Tum. Bernardini Card. Maffeii. 727.C
Tum. Ioannis Velliterni Epiſcopi Florent. 108.B
Tum. Andreæ Mozzii Epiſcopi Florentini. 130.A
Tum. Dantis Poetæ. 140.C
Tum Franciſci de Silveſtris Epiſcopi Florentini. 146.D
Tum. Iotti Pictoris. 147.D
Tum. Franciſci de Aptis Cardinalis Tudertini. 149.C
Tum. Philippi Antellæ Epiſcopi Florent. 150.C
Tum Petri Card. Corſini. 153.C
Tum Octavii Corſini Archiepiſcopi Tharſenſis 155.C
Tum. Boccacij Poetæ. 156.D
Tum Franciſci Petrarchæ Poetæ, & philoſophi. 157.B
Tum. Card. Acciaioli. 158.C
Tum. Card. Bartholomæi Vlarii. 159.D
Tum. Fr. Honuphrii. Viſdomini Epiſcopi Florentini. 162.A
Tum. Card. Franciſci Zabarellæ. 165.D
Tum. Epiſcopi Caurienſis oratoris Regis Caſtellæ. 168.B
Tum. Ioannis Card Oxonienſis Angli. Ibid.C
Tum. Card. Ioannis Viteleſchi. 169.C
Tum. S. Antonini Archiepiſcopi Florentini. 173.C
Tum. Coſmi Medicei. 179.D
Tum. Dioralevii Neronis. 180.B
Tum. Petri Card. Riarij. 180.D
Tum. Io. Pici Mirandulani. 181.C
Tum. Marſilii Ficini. Ibid. D
Tum. Antonii Altoviti Archiepiſcopi Florentini. 188.D
Tum A. Martii Medices Archiepiſcopi Florentini. 191.A
Tum. Alexand. Burgi Epiſcopi Burgi S. Sepulchri. 200.D
Tum. Coſmi Gherardeſchi Epiſcopi Collenſis. 209.B
Tum. Fulginei Carboni Epiſcopi Feſulani. 254.A
Tum. Sancti Andreæ Corſini Epiſcopi Feſulani. 255.A
Tum. Fr. Lucæ Manzoli Epiſcopi Feſulani. 259.B
Tum. Bindi Ferraccii Epiſcopi Feſulani. 260.C
Tum Benotti de Federicis Epiſc. Feſulani. 261.A
Tum. Leonardi Salvati Epiſc. Feſulani. ibid.C
Tum. Fr. Gullielmi Bechij Epiſc. Feſulani. 262.C
Tum. Braccii Martelli Epiſcopi Feſulani. 263.D
Tum. Fr. Angeli Catanei Diacetii Epiſcopi Feſulani. 265.A
Tum. Baccii Gherardini Epiſcopi Feſulani. 266.D
Tum. Thomæ Cimenes Epiſc Feſulani. 267.B
Tum. Guidalaſtes Vergelleſii Epiſcopi Piſtorienſis. 304.A
Tum. Andreæ Centorii Epiſc Piſtorienſis. 305.C
Tum. Fr. Andreæ Boccagni Epiſcopi Piſtorienſis. 306.B
Tum. Donati Medices Epiſc. Piſtorienſis. 307.B
Tum. Laurentii Card. Puccii. 308.D
Tum. Roberti Puccii Card. 310.D
Tum. Jo. Baptiſtæ Ricaſoli Epiſcopi Piſtorienſis. 311.D
Tum. Alexandri Cacciæ. 314.A
Tum. Beatricis matris comitiſſæ Mathildæ. 362.B
Tum. Piſanorum occiſorum in bello ſacro. 375.D
Tum. Rogerii Ubaldini Archiepiſcopi Piſani 447.D
Tum Henrici Septimi Imp. 449.C
Tum. Io Scarlatti Epiſcopi Piſani. 458.C
Tum. Franciſci Card. Moricotti. 459.D
Tum. Barnabæ Maleſpinæ Archiepiſcopi Piſani. 459.D
Tum. Io. Gabrielis Pontremulenſis Archiepiſc. Piſani. 461.A
Tum. Ludovici Cardinalis Boniti Archiepiſcopi Piſani 461.B
Tum Petri Riccij Archiepiſcopi Piſani. 477.C
Tum. Alexandri Cardinalis Adimati Archiepiſcopi Piſani. 464.C
Tum. Iuliani Ricci Archiepiſcopi Piſani. 478.C
Tum. Cæſaris Riarii Archiepiscopi Piſani. 481.C
Tum. Mariæ Salviatæ. 484.D
Tum. Cardinalis Angeli Niccolini Archiepiſcopi Piſani 486.B
Tum. Matthæi Rinuccini Archiepiſcopi Piſani. 488.D
Tum. Caroli Antonij Putei Archiepiſcopi Piſani 490.C
Tum. Iuliani Medices Archiepiſc. Piſani. 492.B
Tum. Alexandri Guidiccioni Epiſcopi Adiacenſis 496.C
Tum. Io. Antonii de Bucis Epiſcopi Alerienſis. 504.A
Tum. Cardinalis Ardicini de la Porta Epiſcopi Alerienſis. 504.D
Tum. Cardinalis Octavii Belmuſti Epiſcopi Alerienſis 511.A
Tum. Eduardi Cicadæ Epiſc. Sagonenſis. 519.B
Tum Cardinalis Io. Baptiſtæ Cicadæ Epiſcopi Sagonenſis. 520.A
Tum. Cæſaris Contradi Epiſc. Sagonenſis. 520.C
Tum. Donus Dei de Malavoltis Episc. Senens. 562.C
Tum. Cardinalis Caſini. 371.B
Tum. Caroli Bartoli Epiſcopi Senenſis. 573.A
Tum. Gratiani decretorum collectoris. 631.B
Tum. Matthæi Vrſini Epiſc. Cluſini. 640.B
Tum. Gabrielis Piccolominei Epiſcopi Cluſini. 647.A
Tum. Gregorii Magalotti Epiſc. Cluſini. 650.C
Tum. Horatii Spannochii Epiſc Cluſini. 653.B
Tum. Angeli Certetani Epiſcopi Groſſetani. 667.C
Tum. Franciſci Bellantes Epiſcopi Groſſetani. 670.B
Tum. Ioannis Peccii Epiſcopi Groſſetani. 670.C

Tum. Raphaelis Cardinalis Petruccii Epiſc. Groſſenati. 690.D
Tum. Cardinalis Ferdinandi Ponzetti Epiſcopi Groſſetani. 691. A
Tum. Claudii Burgheſii Epiſc.Groſſetani. 694. D
Tum. Clementis Politi Epiſc.Groſſetani. 695.C
Tum. Antoniorum Caſinorum Epiſcoporum Maſſanenſium. 721. D
Tum. Iuliani, & Gregorii Dati. 734. A B
Tum. Reginæ Maioricæ. 336.A
Translatio corporum Sanctorum Ephiſii, & Potiti. 368. A
Translatio Sanctorum Corporum Senenſi in civitate. 540. B
Tudertinus Epiſcopus Rodulphus ſupplendus in ſerie Tudertinorum Epiſcoporum adminiſtrat Epiſcopatum Florentinum. 77. B
Turris Piſani templi mira. 348. C
Turrium numerus magnus apud urbem Piſarum. ibid.

V

VAllis umbroſæ Ordinis origo in diœceſi Feſulana, 220. B
Vallis umbroſæ ordo ſub protectione ſedis Apoſtolicæ ab initio. ibid.
Vallis umbroſæ ordinis privilegia Imperialia, & Apoſtolica. 221.A
Vallis umbroſæ ordini Mathilda comitiſſa concedit privilegia. 238.C
Vbaldina gens præbet fundum pro ædificatione Abbatiæ Boniſolatii. 33. D
Vbaldus Lanfranchus Archiepiſcopus Piſanus plures labores tulit pro ſua Eccleſia, & primatu. 408. D
Vbaldus Archiepiſcopus Piſanus exulat pro tuitione ſedis Apoſtolicæ 420. D Eius egregia geſta. ibidem.
Vexillum, & ſpatam tradit Federicus Imperator civibus Piſanis in ſignum inveſtituræ ſuper omnes civitates Tuſciæ. 401. D
Vexillo Piſani donantur a Pontifice, quæ utuntur. 378. A
Vgonis Marchionis tumulo cadaver ex viſione deceuter repoſitus. 44. C
Vgolinus comes cum filijs ab Archiepiſcopo Piſano in turri incluſus fame necatur. 444. B
Vgonis marchionis donationes factæ Abbatiæ S. Marci de Florentia. 38. A & ſeqq.
Vgonis marchionis Hetruriæ obitus; defertur corpus Florentiam. 43. B
A Victor II. papa Florentiæ habet concilium, & ibi decedit. 63. B
Vicedomini Epiſcopi qui fuerint olim. 108. C
Vicarius Imperij Carolus Andegavenſis factus a Pontifice. 442. C
Vicecomitum Piſanorum illuſtria facta. 443. C
Victoria penes Vngaros cauſa excidij. 679. C
B. Vvido Gerardeſchus obijt Piſis. 378. A
Villanus Archiepiſcopus Piſanus adhæret Alexandro papæ Tertio, ſecedit in Inſulam Gorgonam & illi ſufficitur a Federico Imperatore Benincaſa intruſus. 401. C
Villani Archiepiſc. Piſani Card. excutitur. 407. C
S. Viridianæ Virginis obitus. 106. C
Virtutum fundamentum pudicitia eſt. 11. D
Vitelleſchus Cardinalis vir inſignis armis domuit tyranos. 169. B
Vitelleſcus Card. miſere obiit. ibid. C
Vitelleſcus Cardinalis vocatur Pater Patriæ a ſenato Romano. ibid.
B Unio Græcæ, & Latinæ Eccleſiæ in concilio Florentino. 677 A & ſeqq.
Urbani Papæ Tertii privilegium Eccleſiæ Piſanæ conceſſum. 413. D
Urbinatium Præſul dum ad poſſeſſionem proficiſcitur flumine abſorptus. 457. A
Urbevetanus Hiſtoricus correctus. 640. D
Ungaricum bellum contra Turchas adminiſtratur infelici exitu morte Regis, ac Cardinalis Cæſarini legati Apoſtolici. 679. A. B

X

XEnodochium S. Spiritus Piſani fundant pro pœna, & pœnitentia ab Alexandro papa IV eis inflicta, quia adhæſerunt Federico Imperatori contra Eccleſiam. 438 B
Xenodochium S. Spiritus Piſanum privilegio decoratur ab Alexandro papa IV. ibid. C & 440. B
Xenodochium celebre in civitate Senenſi. 526. C

Z

S. ZEnobii Epiſcopi Florentini vita ex vetuſto codice Laurentii Amalphitani. 11. A
S. Z..obios divinitus electus. 12. B
S. Zenobii obitus contemporaneus SS. Ambroſii & Auguſtini. 59. B

F I N I S.

NOI REFFORMATORI
dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la Fede di Reviſione, & Approbatione del P. fr. Tomaſo Maria Gennari Inquiſitore nel Libro intitolato ITALIA SACRA, ſive de EPISCOPIS ITALIÆ Tomus tertius Auctore D. FERDINANDO UGHELLO Florentino, non v'eſſer coſa alcuna contro la S. Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza à Sebaſtiano Coleti ſtampatore, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl'ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alla Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Data 17. Marzo 1718.

(Franceſco Soranzo Proc. Reff.
(Michiel Moroſini Reff.
(

Agoſtino Gadaldini Segretario.

REGESTUM.

* ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ·

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm

Omnes ſunt Terniones præter * Nn. Duerniones.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google